IUSTITIA VULNERATA CHRISTIANÉ, JURIDICÈ ET POLITICÈ CURATA AUCTORE ET COLLECTORE NOB. ET...

Stephan Nathen

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
13 B
3 / 1

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
13 B
3
77

XIX 8 41

Digitized by Google



IUSTITIA VULNERATA
Christiané, Juridicé et Politicé
CVRATA

Auctore et Collectore

Nob: et Clariss: Viro ac D. Stephano Nathen, condicto Spormächer I.V.D. variorũ Princip: ac Reipub: Colonien Aduocato Regenti Bursæ Coronarum.

Coloniæ Agrippinæ

Sumptibus Iodoci Kalcouen

A° 1646.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA ...RIO EMANUELE

Digitized by Google

13 - 12 - B - 3

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

D. WOLFGANGO WILHELMO

COMITI PALATINO RHENI,

Bavariæ, Iuliæ, Cliviæ ac Montium Duci, Comiti Veldenſij, Sponhemij, Marchiæ, Ravenſburgij & Mörſiæ, Domino in Ravenſtein, &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

NECNON

Nobiliſsimis atque Ampliſsimis Equeſtris ac Patricii ordinis viris ac Dominis.

Conſulibus.

BALTHASARO à MVLHEIM
PETRO à WOLFSKEEL.

Quæſtoribus.

CONSTANTINO à LISKIRCHEN
PETRO THERLAHN à LENNEP I.V.D.

Proconſulibus.

IACOBO à ROTTKIRCHEN
CONSTANTINO à IVDDE

Cæteriſque Patribus conſcriptis, & Senatoribus Dominis meis gratioſis.

D. D. D.

HOc martio & non artium ævo, Sereniſſime Princeps, prænobiles quoque ſtrenui, ampliſſimi, & clariſſimi Domini mei, Clementiſſime & Gratioſi, quo eas, quæ in pace ſunt leges, bellum plerumque abrogat, cum potius legionibus quam legibus ius & æquum ſtatuatur, parvam fortè gratiam relaturus videor, ſi hoc tempore, quo vitiis prædominantibus morum monimenta & ornamenta ceciderunt, virtuteſque &

honeſta periere, adeoque verum ſit, quod à quodam olim ſcriptum eſt, iiſdem temporibus optimè æſtimari & recenſeri virtutes, quibus faciſlimè gignuntur, è contra pudorem tollit multitudo peccantium & deſinit eſſe probri loco commune malefactum, inter lituos & buccinarum ſtrepitum tractatum de virtutibus ſeu curata iuſtitia in lucem edere præſumam, niſi hoc coram Sereniſſima Celſitudine & Gratioſis Dominationibus veſtris agerem, apud vos enim adhuc hodiè ſtudiis honor eſt, & iuſtitia nutritur, quemadmodum Sereniſs. Princeps ipſemet excellenter doctus, doctos amore proſequeris, ac proinde vt gemma in auro, inter Principes merito fulges & coruſcas, cum nemo ſit, quem literarum non augeat glorioſa lætitia, ſic etiam vos Gratioſi mei Domini Rempub. veſtram, ſaluberrimis atque antiquiſſimis legibus fundatam & ſubnixam, ita hactenus regitis, vt inter Imperii Romani cæteras emicet & potiores partes habeat, nec mirum, cum tot ſapientes eam regant, dico igitur iuxta Platonis ſententiam beatam Rempublicam Colonienſem, quam vos gubernatis & veſtris conſiliis conſeruatis. Quamuis igitur non dubitem quin futuri ſint, qui hunc tractatum meum, de vulnerata & curata iuſtitia, inclementem appellabunt, dicentque me liberiori quàm elegantiori calamo vitia arguere, & plus in verbis quàm re & argumentorum pondere præſtare, videlicet Iuſtitiam Chriſtianè, Iuridicè & Politicè curare velle & non facere, quia iuxta Lucam de Penna, nullam veteris iuris germanæque iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem tenemus, ſed vmbram & imagines, vtinam adhuc ijs uteremur, ac proindè mihi hic vſurpare liceat illud Catullianum, te quærere, ô iuſtitia, iam Herculis labor eſt, vel exclamare cum Ierem. ah Domine Deus neſcio loqui quia puer ego ſum, vnde memoria in me labitur, intelligentia in me hebeſcit, & ita vereor ne mihi dicat, quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Veruntamen non eloquentiæ ſed veritatis fiducia tractatum hunc meum indefeſſo meo labore perfeci, eoque feruentiori zelo ac alacriori ſtudio, quanto maiore dolore vidi & audiui iura diuina peſſundari, veram & orthodoxam fidem in varios ſibimet contrarios ſenſus torqueri, Concionatorum monita vilipendi, corda aduerſus ea obdurari, quemadmodum Nabal commonitione deterior, Pharo ex afflictione durior facti ſunt, ſic etiam legem naturæ, quæ & ipſis Barbaris dictat alteri faciendum, quod ſibi quis fieri velit, nefariè violari, iura Canonica contemni, humana negligi, veram & temperatam rationem conquiſitis adinuen-

In l. conductores inf. ferè cod de conduct. & procur.

Cap. 1.

Pſal. 49.

ventionibus debilitari, iudicia ſubverti, conſcientiam impunè lædi & vulnerari, leges iuſtitiæ opinionibus peruerti, & tandem omnia in manifeſtum furorem abire, ideò Deus iniuſtitiæ acerrimus vindex calamitatum mare atque infinita mala orbi Chriſtiano præcipuè Germaniæ noſtræ immiſit, vt à malo recederemus, & bonum faceremus, alioqui prædictis iniuſtitias & quidem in æternum puniet, nam iuſtus Dominus iuſtitiam dilexit, æquitatem & veritatem vidit vultus eius, vtinam autem illa in orbe Chriſtiano videret, mala vtique tolleret, quibus nunc affligimur, huiuſmodi ſunt bella, fames, morbi, exilia, neces, incendia, rapinæ, vaſtationes, diſcordiæ, confuſiones, atque vt ſummatim dicam, omnia mala in hæc tempora coniuraſſe videntur, quippè impietas triumphat, iuſtitia ſuccumbit. docti & iuſti opprimuntur, iniuſti prædominantur, cunctaque vitia tam altas egêre radices, vt ipſa iuſtitia omnium virtutum Regina de throno Maieſtatis ſuæ depulſa, ad ipſos Barbaros & Turcas, Chriſtianæ veritatis & fidei hoſtes, miſſa videatur, quemadmodum Vopiſcus Aurelius dicere conſueuerat.

Quid iam non Regibus auſum?
Aut quod iam Regni reſtat ſcelus?
Nihil eſt audere relictum.

Et quod peſſimùm vitij genus eſt, nihil hodie tam turpe, tam inhoneſtum, tam iniuſtum, quod non obtentu iuſtitiæ defenditur, vitia virtutes videri volunt, & quia tenui limite diſtant, facilè laruam aliquam accipiunt atque induunt, iuxta illud Ovidij.

Et mala ſunt vicina bonis, errore ſub illo
Pro vitio virtus crimina ſæpe tulit.

Quandoquidem teſte S. Cypriano ad Donat. inter ipſas leges delinquitur, intra iura peccatur, ſuppreſſa eſt hodiè iuſtitia, è contrario iniquitas eleuata, tunc autem eſt conſummata infelicitas, cum turpia non ſolùm delectant, ſed etiam placent, & deſinit remedio eſſe locus, vbi quæ fuerant vitia, mores fiunt, eorum magiſtri omnia audent, plus volunt quam perficere & exequi poſſunt, non abſimiles illi, qui mali author, nequitiæ origo, & capitalis ſemper hominis inimicus eſt, hic enim ſemper vult nocere, & non poteſt, quia poteſtas illius eſt ſub poteſtate, tam ſi tantum poſſet nocere, quantum vult, aliquis iuſtorum non remaneret, quod ergo Diabolus non poteſt, hoc per ſuos miniſtros facere conatur, quibus quod libet, licet, & ſi quid licet, poſſunt, quodque poſſunt, audent, & quod

Digitized by Google

audent faciunt, & quod faciunt eſt illis impune, hinc exclamare fas erit cum Seneca.

In nos ætas vltima venit
O nos dura ſorte creatos
O tempora ô mores.

Vel cum S. Polycarp. ingemiſcere, ah Domine! in quæ nos tempora reſeruaſti vt iſta patiamur, patimur namque ob iuſtitiam modo languidam atque agonizantem, ſi non planè mortuam & ſepultam, longas pacis moras & graviſſima vbique mala, vt verè dicere poſſimus cum Iuven.

——— *lachrymas angulus omnis habet.*

Quid igitur inquit S. Cypr. ad Demetr. hoſtem quereris exſurgere, quaſi non, etſi hoſtis deſit, eſſe pax inter ipſas togas poſſit? hoſtem quereris exſurgere, quaſi non, etſi externa de Barbaris arma & pericula comprimantur, ferocius intus & gravius de calumnijs & iniurijs potentium civium domeſticæ impugnationis tela graſſentur? quid itaque fiet, vbi ſimul barbarica & propria arma ſentimus? peccatis noſtris Romanus ſuperatur Exercitus, noſtris diſſidijs Turca fortior fit, & quaſi ipſum ſuperiorem eſſe oporteat, nos ipſos exarmamus, debellamus, atque è medio tollimus, qui in veteri Teſtamento figuratus fuit per Aſſur, quaſi tollens robuſtum populum Chriſtianorum, nam ſicut Aſſur quondam Rex Aſſyriorum inſtrumentum fuit, quo Deus flagellavit filios Iſrael peccatis ſuis iram Dei in ſe provocantes, ſic & Deus permiſit (toti mundo nota loquor) Imperatorem Turcarum ſæuire in Chriſtianos ſibi non conſtantes, ſed magis quam vnquam alias, ita generatim in omnibus, regulas & terminos iuſtitiæ tranſgredientes: itaque eo deuentum, vt nunc quaſi Imperium in Imperio requiramus & bis interimatur Germanus proprijs armis periens, non enim poſſum, inquit Cic. ſecus vaticinari, tanta imminet malorum Ilias, cuius tamen cauſam tractatus meus copiosè indicat, & explicatè eandem ediſſerens Damhoud. quærit, cur tot mala agricolis, tot civibus, tot nobilibus vbique ingruant, & reſoluendo dicit, quod hoc ob malam morum diſciplinam, conculcatam & penè ſepultam iuſtitiam civilem & militarem fiat, quando enim hæc in Romano exercitu remiſſa fuit atq; in iuſtitia creuit, ipſi Romani, licet tunc Ethnici, protinus varias clades ſenſerunt, ut in Hiſpania contra Carthaginenſes, in Campania contra Hannibalem & ad Cannas, in Africa contra Iugurtham, poſtquam vero iuſtitia fuit reuocata, confeſtim victores extiterunt, Pœnos, Sardos, Siculos,

Ad Attic. lib 8.

In praxi cum. cap. 83. in præfat.

Sículos,Hiſpanos, Gallos,Iugurtham atque Aſiaticos domuerunt, nec finis prius victoriæ, quam ipſi domi foriſque iuſtitiæ fuerunt negligentiores,nimia rerum ambitione ſeducti in mutuum exitium ſurrexêre, quod latius comprobat,tam ſacræ quam profanæ ſcripturæ hiſtorijs,& quantopere Barbari, Turcico Imperatore defuncto, ob adeptam vaſtandi & iuſtitiam peſſundandi licentiam aliquam, procurent, vt alius qui iuſtitiam reducat,obſeruet & obſeruari faciat,in demortui locum ſurrogetur, latius ibi de iuſtitiæ & iniuſtitiæ effectu, eſt enim.

Iuſtitia {
Virtus omnium pulcherrima. dulciſſimum animæ leuamentum. Nou.69.
Iubar Reip. clariſſimum & fundamentum ſolidiſſimum. Cap.cœpiſti 11. q 3.
Totius orbis vinculum validiſſimum. iniuſta vincula diſrumpit.
Eleuat gentem. miſeros autem facit populos peccatum. Prou.14.
Tranquillat, vita æterna glorificat. S.Aug.

Et ſi credimus Ciceroni, iuſtitia eſt erga Deos, religio, erga parentes, pietas, vulgò autem bonitas, creditis in rebus, fides, in moderatione animaduertendi,lenitas,amicitia in beneuolentia nominatur, ſine qua nec Reſp. vlla,nec exiguus hominum cœtus,nec domus quidem parua conſtat, imò & inter ipſos latrones requiſita; Si enim Princeps latronum ſeu Archipirata prædam inæqualiter diſpertiat, aut interficitur aut à ſocijs derelinquitur, cuius potentiæ non ignari illi, qui ex Indis Pedalij vocantur, nihil aliud à Dijs in ſacrificijs efflagitabant, quam iuſtitiam,arbitrãtes eum,qui iuſtitiæ munus aſſecutus fuit, omnium rerum poſſeſſionem habere, nec illud ſine ratione, nam Iuſtitia domi degens, eius concordia eſt,at ſi foras egrediatur,pacem hominibus adfert,ſi vero in mundo,prudentia appellatur, ſi in animo hominis contingat, ſapientia eſt, ſi in corpore, tunc proſpera dicitur valetudo, quæ homini facillimè contribuitur, ſi varias coercendo libidines adeoque appetitum contra rationem rebellantem frenauerit,vt nunquam à regimine temperantiæ diſcedat, quæ & ipſa quoque iuſtitia eſt, nam ſi iuſtitia in eo potiſſimum verſetur,vt vnicuique reddat quod ſuum eſt,idem quoq; temperans erit, quia reſiſtere cupiditatibus & moderari appetitum, nihil aliud eſt, quam reddere rationi quod ſuum eſt, cuius cauſa in hoc agitur, vt noxius appetitus ſub ipſius dominatione reprimatur,cui ſeruire debet. Itaq; ſi læſæ lapſæq; Reipubl Chriſtianæ ſuccurrere & pacem,quam omnia entia naturaliter appetunt, & ſine qua Chriſtiani non Chriſtianè viuunt, nec author pacis bene colitur, ſincerè & candidè velimus, iuſtitiam ab exilio reuocemus,

De finibus. (margin, beside "Et ſi credimus Ciceroni")

Pacian. de probat. lib. 2.ca.44. nu 71.& ſeqq. (margin)

mus,eandem in forum & in militiam reducamus, eius templum multifariam prophanatum repurgemus, clauſum recludamus, quandoquidem ad omnia bona conſequenda iuſtitiam inprimis vtilem & neceſſariam eſſe, tractatus meus abundè ſatis demonſtrat, non aliter,quam cum Rex iuſtus ſederit ſuper ſedem,non aduerſabitur ei quicquam malignum,hominibus poſt hanc vitam ſeruari iuſtitiæ cultæ vel ſpretæ præmium ſacra docet pagina, ſiquidem iniuſtis dicitur ite, iuſtis vero venite, quoniam data cauſa ad malum neceſſarium iudicium in authores prouocat, & ad iuſtificandum pœnam, inquit Iuriſconſultus,tu te huic pœnæ ſubdidiſti, nam ex quo ſceleratum conſilium quis capit, exinde quoque ſua mente punitus eſt, & quia iuxta Philoſophorum ſententiam, cauſa in actu ſimul eſt cum effectu in actu, proinde quoties ipſam iuſtitiam lædimus & vulneramus, Deus omnis peccati vindex nos protinus in gehennam deturbare poſſet,ô mirandam igitur Dei Opt.Max.manſuetudinem,vaſa iræ ſuæ & inutilia terræ pondera tanta patientia & benignitate tolerantis, quibus quæſo oculis hanc nefandam iuſtitiæ violationem Angeli & ſancti tolerare amplius poſſunt?

L. inter Clericos Cod. de ſumma Trinit.

L. Imperatores ff. de Iure fiſci l fin. Cod. ad L. Iul. Maieſt.

Hunc igitur tractatum iuſtitiæ, vnde animæ ſimul & corporis, temporalia & æterna bona dependent, præ alijs Sereniſſimæ veſtræ Celſitudini atque Ampliſſimis Veſtris Dominationibus coniunctim multis de cauſis, inprimis autem in debitam ſubiectionis teſſeram dedicare volui, vtriuſque enim ſubditum, ibi reſpectu Patriæ,Rela, hic reſpectu domicilij & iuramenti, me vltrò agnoſco, hinc vtriſque reuerentiam & obedientiam non ſeruili metu, ſed charitatis affectu, non timore pœnæ, ſed amore & debito iuſtitiæ præſtare me debere lubens profiteor, quippè Principes inſtar Deorum eſſe iam olim dixit Tacitus, & noſter Iuſtinianus Senatores vocat colendiſſimos Patres, rectè igitur & Vos Gratioſos meos Dominos Reip Colonienſis Patres, Ciuitatis defenſores & Principes appello, cum & ipſe Tiberius Imperator,tanto honore Senatores affecerit, vt illis quandoque aſſurgeret, de via decederet, & ſe Senatorem dicere non vereretur. Quibus igitur origine & ſubiectionis iuramento ſum obſtrictus, iure merito omnem honorem ſubmiſſionemque præſto. Deindè ob beneficia in me collata reliquatorem me fateor, quandoquidem Sereniſſima V. Celſitudo me quandoque Conſiliariorum ſuorum numero clementiſſimè annumerare,Veſtris autem Gratioſis Prænobilib. Strenuis atque Ampliſſimis Dominationibus, Regentem in Burſa Iuridica trium corona-

Lib 3. Annal.

P. Spadonum §. ſi. ciuitas ff de excuſat. tut.

Suet. in vita Tiberij.

coronarum conſtituere beneuolentiſſime placuit, cum autem iuſtitiæ conueniat tantis beneficijs reſpondere, ego quod obſequijs non poſſum, ſoluo votis, quippè & illa eſt gratitudo, qualecunque eius ſpecimen edere aut candidè profiteri ſe pro collato beneficio teneri. Tertia quoque non parum me mouit ratio mancipandi Sereniſſimæ V. Celſitudini & Gratioſis meis Dominis hunc tractatum, vt quos variæ veſtræ Prouinciæ & Reſp. Colonienſis habent viros eminentiſſimæ ſcientiæ & doctrinæ adſimilia parturienda incitem, vel cauſa ſim, ne talenta ſua ampliusrecondant, ſed publicè notum faciant eſſe Iuliacenſes pariter & Cliuenſes & Colonienſes innumeros, qui intra alienam penum non amplius ſapere opus habeant, ſed proprios in forum dotes proferre queant, meæ operæ diligentiam augendo, vel propria eaque meliora in lucem edendo, quidenim illi poſſint, proferam luculentiſſimum viri doctiſſimi & inter Neotericos communi conſenſu facilè Principis Iuriſconſulti Iacobi Cuiacij teſtimonium in laudem Iuliacenſium nunquam emorituram, hæc formalia ſcribentis, vnum habeo quem poſſum pari laude adficere Germanum Ioannem Haſtenum Iuliacenſem, in quo tanta elucet probitas morum, tanta peritia Iuris, vt eo loquente mihi ſæpius viſum fuerit Biturigis cum mihi adeſſet pro ſua humanitate frequens, parum aut certe nihil in iure ciuili me profeciſſe, ita mihi ſępè iniecit pudorem aliter ſentienti quam ipſe vellet, ita ſæpè admirabilem mihi eruditionem oſtentauit ſuam, illi non abſimiles Putz, Gippenbuſch, Hopp, & alij magni viri extitere; quales & Colonia habuit & adhuc habet Doctores & reſpectiue Licentiatos, Conſules, variorum Principum Conſiliarios, Syndicos, quis enim noſtrum non nouit Hackſtein vtrumque, Cronenberg, Glaſer, utrumque Schnell/ Kyuer, Bulderen, Sierſtorſium, &c. omnes Iuriſconſultiſſimos, viuentes ob verecundiam, ne in os laudare videar, ſatis ſua claritudine fulgentes non nominabo, vtinā tamen hi vna mecum in hoc meo tractatu laboraſſent, eundem politioribus verbis, grauiore ſermone, & ſolidiore doctrina, multoque felicius, quam ingenij mei tenuitas patitur, elaboratum publici Iuris feciſſem, quem nunc omni ex parte vitio carere aſſerere non auſim, id enim fuerit Diuinæ potentiæ, non autem humanarum virium, efficere, nulla enim in hac corrupta humanæ naturæ conditione perfectio, nihil abſoluti, nihil ab omni parte beatum reperiri poteſt, ea propter nec ego adeò ſapiens videri velim, vt in omnibus æque, iuxta illud Plauti, rem acu tetigèrim, quia quandoque etiam bonus dormitat Homerus, vnde & olim ſcitè dictum:

In Paratit. ad ff. in epiſt. dedicat.

Iuſtin. in præf. ff.

Quin operi longo fas eſt obrepere ſomnum.

In hoc autem me vnice conſolor, quod conatus honeſti ſemper in laude, & oſtendere imminens ex iniuſtitia periculum bonum ſit, manifeſtato namque periculo excitatur diligentia cautionis, benè igitur voluiſſe, imò & conatum fuiſſe, bonæ mentis eſt, abſolutum autem quid eniti ſolius Dei, noſtrum captum, noſtrumque cœptum excedens, nec diffiteor quod tanta ſit librorum farrago, vt ſæpè minus compendij, quam impendij inde emergat, quandoquidem leges etiam ſaluberrimas figi & refigi, gloſſari & limitari, atque ad cuiuſque placitum ferè detorqueri non ſine ingenti Reip. Chriſtianæ incommodo nemo non aduertit, adeo vt & leges optima intentione promulgatæ paulatim varijs interpretationibus & diſtinctionibus ad varios abuſus tractæ peruenerint ad nimium. Veruntamen hæc ipſa ratio me mouit, quod tractatum, ſi non pleno effectu, bono nihilominus affectu, in lucem edere & contra vitia inſurgere voluerim, nunquam enim contra hodiernam iniuſtitiam ſatis ſcribi, nunquam virtutes ſatis laudari poterunt, nunquam, inquit Seneca, nimium dicitur, quod nunquam ſatis dicitur, quibuſdam remedia remonſtranda, quibuſdam inculcanda ſunt, etſi redeant decem annorum millia, ſæcula ſæculis aggregentur, nunquam ſatis laudatur virtus, nunquam ad iuſtitię præcepta ſufficiunt, nunquam, inquam, ſatis iniuſtitiæ argui & debellari poterunt, tametſi igitur in vtriuſque Iuris facultate infinita extent reſponſa, innumeræ quoque lectiones & deciſiones, ut nihil reſtare videatur, quo mundus illuminari amplius poſſit, tamen inueniendis inuenta non obſtant, nec impediunt, quo minus antea dicta & tradita in rem præſentem accommodentur, inſtar enim ſolis eſt intellectus noſter, oritur & occidit, vadit & redit, vt nunc exiſtant & futuri ſint, qui contra vitia dicere & ſcribere poſſint & debeant, nam iuxta Poetam.

Epiſt. 27.

Petrar. cha epiſt. famil. l. 5. epiſt. 8. ad Thomam Meſſanenſem.

Cur creſcant quæris tot vbique volumina Iuris,
In promptu cauſa eſt, creſcit vbique dolus.

Meritò igitur laudandi ſunt, qui illa eradicare adnituntur, licet non conſequantur, non minus tamen ſtudiorum ſalutarium etiam citra effectum laudanda tractatio eſt, quoniam de rebus humanis tam benè mereri poteſt, qui errores ſuſtulerit, quã qui ipſe docet innocenterq; viuit. Quare & ego conatus fui contra vitia & improbitates hodiernas aliquid hîc generatim dicere, ita vt hoc modo ſingula à me in malos dicta accipi velim, vt bonorum exiſtimationi nihil ſit detractum, ſed omnia ſcripta

Senec. de vita beata cap. 20.

ſint

Digitized by Google

ſint in genere, vt nulli in ſpecie hic irrogata ſit contumelia, quare ſi quis nihilominus iraſcatur, de ſe ipſo illa dicta fatebitur, cum nos, inquit Seuer. Sulpit fortaſſe de alio ſenſerimus, quandoquidem.

Vera abſtracta loquor. ſi quem mens conſcia prodit
Dicat verè, me benè vera loqui.

Quemadmodum ergo Hiſtoricorum culpa non eſt facinora referre, ſed committentium, ita nec quiſquam mihi iraſci debet ea referenti, quæ & alij ſcribunt & fieri cernimus, cum igitur hodie talia peragantur, quis ſanæ mentis mihi vitio vertet illa ſcribere, niſi velit in illam nos infelicitatem temporum incidiſſe, quæ non ſolùm remedia non patiuntur, ſed etiam prohibent liberè dicere & ſcribere quod publicum eſt, quodque veritas dictat, verum quia & hoc hodiè periculoſum eſſe in comperto eſt, ideo cum Auſon.

Nolo quemquam nominatim dicere
Sibi quiſque veſtrum dicat & ſecum putet
Quid ſibi dictum fuit.

Prudentis autem hominis fuerit, etiamſi doleat, diſſimulare conſcientiam, & cordis nubilum ſerenitate diſcutere, ad quorum confirmationem, ne quiſquam mihi immeritò ſuccenſeat, hic repetita volo eſſe dicta in hoc tractatu meo. Verum ne recenſendis alijs quamplurimis rationibus dedicatio in volumen aliud excreſcat, ſilebo quas ex iure vicinitatis ſeu ſtatutis veſtris non in paucis per me exornatis adducere poſſem, demum ſufficiat illa, quod primitiæ lucubrationum mearum authoritate veſtra ſuffultæ inuidorum & maleuolorum morſus & obtrectationes non vereantur, ſed hoc vnicè nunc rogabo, vt Sereniſſima Celſ. V. & Gratioſæ Dominationes veſtræ, hunc meum tractatum eâ, quâ ſoletis, clementia & benignitate excipere dignemini, vt alij me doctiores intelligant gratum fuiſſe laborem hunc meum, indeque incitentur ad maiora, non modo territorijs veſtris, ſed etiam toti Reip. Chriſtianæ ſalutaria perficienda, quod vtique in propriam laudem veſtram redundabit iuxta illud Caſſiod. de claritate creſcit ſeruientium fama Dominorũ, & rurſus gloria Regum eſt reperiſſe Iudices exquiſitos, ſi autem & ego pro modulo meo in curanda vulnerata Iuſtitia operas impenderim, & boni aliquid præſtiterim, hoc in Sereniſſimæ V. Celſitudinis & Gratioſorum Dominorum meorum fœlicitatem ita redundet opto, vt Deus ter Opt. Max. vos in vera Iuſtitia, quam conſtanter colitis, ad ſub-

S. Hier. aduerſus Ruffin. cap. 3. Par. 1. tit. 6. cap. 9.

ditorum omnium incrementa conſeruet, ſoſpitet, fortunet, & tandem de
Sap 5. vobis prædicetur illud, Iuſti in perpetuum viuent, & apud Dominum merces eorum, & cogitatio eorum apud altiſſimum, ideo accipient Regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini. Ita voueo.

Sereniſſimæ Celſitudini

nec non

Gratioſis Dominationibus veſtris

Deuotiſſimus

STEPHANVS NATHEN
condictus Spormecher I. V. D.

Ad

Digitized by Google

Ad beneuolum Lectorem.

ZElo iuſtitiæ commotus incepi tractatum meis viribus vtiq; maiorem, ſed ea ſpe fretus, quod ego non præſtiti, hoc alius me diligentior & ſapientior perficiet, quantopere enim, deprauatis noſtri ſæculi moribus, neceſſaria ſit iuſtitiæ, multis modis corruptæ, redintegratio, omnes probè nouimus, operæ pretium ergo duxi, dictum tractatum antequam eum publici iuris facerem, doctiſſimorum virorum examini & iudicio ſubijcere, quod & feci perlibenter, rogando nobilem & clariſſimum Matthiam Halſum iuris vtriuſque Doctorem, alti Iudicij Scabinum, vt eundem, qualiter tunc deſcriptum, Admodum Reuerendo atque eximio viro ac Domino Iohanni Michaeli Glaſer, Theologiæ Doctori & Profeſſori profundiſſimo, Priori Canonicorum Regularium Coloniæ ad corpus Chriſti, vtpote cuius ſolidum exactumque iudicium & ingenium iam perſpectum habebam, nomine auctoris ſubticito, perlegendum daret, atque ipſius hac de re ſententiam exploraret, cuius teſtimonium adiunctum, vt ſine elatione verum fatear, adauxit ſtudium legenti, viro tanto non diſplicere laborem, effecitque vt multis locupletatum ſubtiliſſimi ac profundiſſimi Theologiæ Doctoris & Profeſſoris publici Domini Nicolai Heuſtat Dominicani exactiſſimæ cenſuræ ſubijcerem, Quibus adiunxi præclariſſima illa iuris ciuilis & praxeos lumina, Dominos Licentiatos, Gabrielem de Bruin Reip. Colon. Syndicum meritiſſimum & Antonium Fabens meum quondam præſidem, Ampliſſimi Senatus appellationum Commiſſarium vigilantiſſimum, quibus accedunt luculentiſsima teſtimonia Reuerendiſs. Prænobilis atque Eximij viri ac Domini D. Ioannis Sternenberg Condicti Duſſeldorff. SS. Theologiæ Doctoris, Archid. Metropol. & collegiatarum Eccleſiarum Xantenſis & Reſenſis reſpectiue Præpoſiti & Decani, nec non Admodum Reuerendi atque eximij Domini Ægidij Gelenij Theologiæ Licentiati ad S. Andream Canonici, & Sereniſs. Principis Electoris Colonienſis in Eccleſiaſticis Conſiliarij. Nihilominus fateor, me non edere opus omnibus numeris abſolutum, quaſi defectus erroriſque plane expers, quod nec ſapientiſsimi præſtitere, ſed cum S. Auguſt lib. 1. cap. 3. de Trinit. beneuolum Lectorem rogo, quiſquis hunc meum tractatum legit, vbi pariter certus eſt, pergat mecum, vbi pariter hæſitat, quærat mecum, vbi errorem ſuum cognoſcit, redeat ad me, vbi meum, reuocet me, nam vti hic, ſic in omnibus meis ſcriptis liberum Correctorem deſidero, fateor namque candide cum eodem de Ciuit. Dei, lib. 5. c. 27. dicente, multa eſſe in omni opuſculo, quæ iuſto iudicio & nulla temeritate culpari poſſunt, nulluſque reprehenſor formidandus eſt veritatis amatori, hinc à prudentibus emendari, quam ab imprudentibus laudari malim. Inprimis vero omnia & ſingula in hoc tractatu vel alibi à me dicta & ſcripta Sedis Apoſtol. correctioni, ſup-

pletioni ac iudicio deuotiſſimè ſimul ac humillimè ſubijcio, quandoquidem more conſulentium illa intelligi volo, ſalvo alterius melius ſentientis ſeu ſaniori iudicio L. Claudius Felix in f. ff. qui pot in pig. ac imitari Bald. qui in conſil. 44. lib. 4. hanc ſubſcriptionem poſuit, Baldus de Peruſio ignorantiæ inimicus alienæ, inimiciſſimus ſuæ, paratus corrigi à quocunque & correctiones patiens libenter, quia ignorare non eſt vitium, ſed natura L. Stichus in f. ff. de Legat. 3. vel etiam ſequi Lucam de Penna in proœmio Codicis cum dicit, rogo te, beneuole Lector, vt hæc per me imperitè, confusè & ineleganter ſcripta, digneris benigne ſuſcipere ipſaque perlegere, quæ vel non vera ſpinoſavé aut horrida cognoſces, abradere, ſuperflua reſecare, defectuoſa vero ſupplere, & quod veritate probandum duxeris, id me ſcripſiſſe profiteor, quod improbandum, illud, quaſi, à vero diſſonum, reuoco & expreſſe retracto, nam ſicut errare vel minus ſapere communis eſt infirmitatis, ſic in errore perſiſtere horrenda eſt iniquitatis, ea propter hominis, præſertim Chriſtiani, eſt aperta & candida erroris confeſſio præcipue in eo, quod vtilitatis cauſa poſteris traditur, ne alij decipiantur, eadem ratione, qua ille deceptus eſt: Tu igitur Beneuole Lector, accipe benigne labores hoſce meos, corrige, auge, protege, & fruere feliciter. Vale & faue.

AD ZOILVM.

Mentitur qui te vitioſum Zoile dixit,
 Non virtutis homo es, ſed vitium atque ſcelus.
A noſtris igitur diſcedas Zoile Muſis,
 Nil morſus rabidos Zoile curo tuos.
Nil mihi naſuti noceant, tu liuor abeſto,
 Et tua fac melius, ſi potes inuidia.
Quæ potui feci, ſed ſi quis plura requirat,
 Conſulat, ingenio qui meliore valet.
Feci quod potui, potui quod Chriſte dediſti,
 Improbe fac melius ſi potes inuidia.

Ad

Digitized by Google

AD MALEVOLVM LECTOREM.

EXpertus cum S. Hier. in Chronicon Euſebij in proœm. non dubito multos fore, qui ſolita libidine detrahendi omnibus, quod vitare nemo poteſt, niſi qui omnino nihil ſcribit, huic tract. tui Theoninum dentem infigent, calumniabuntur enim tempora, conuertent nomen, res arguent, ſyllabas ventilabunt, quandoquidem pauca admodum, Seneca teſte, ſunt ſine aduerſario, quis hominum igitur tam cautus, inquit Caſſiod. ſuper Pſalm. Dixi, cuſtodiam linguam meam, &c. vt ſi inter æmulos loquatur, nullum verbum eius incurrat aliquam quæſtionem? nam mentis furore ebriæ, omne, quod rectum dicitur, peruerſum videtur, hæc autem vetuſtiſſima peſtis eſt, quod & opera præſtantiſſima rodantur, ſiquidem, vt exemplis rem probem, Socrates, qui Apollonis oraculo omnium mortalium ſapientiſſimus iudicatus, à Platone reprehenſus fuit, Plato ab Ariſtotele, Ariſtoteles ab Auerroë, Cæcilius à Sulpitio, Lælius à Varrone, Marinus à Ptolomæo, Ennius ab Horatio, Seneca à Gellio, Eratoſthenes à Strabone, Thaſſalus à Galeno, Hermogenes à Cicerone, Cicero à Saluſtio, Origenes ab Hieronymo, Hieronymus à Rufino, Rufinus à Donato, Donatus à Proſpero, Proſper à Lupo, &c. vt teſtatum reliquit Gueuara in Horologio Principum in vita Marc. Aurelij, cum igitur tanta mundi lumina & ſuos momos habuerint, ego qui meæ tenuitatis mihi conſcius ſum, & detrectatorum artes & technas vtcunque perſpectas habeo, & quod amplius eſt, peruerſum aliorum iudicium ſuper partu nondum edito audiui contra illud, noli condemnare priuſquam legas, noli proijcere & abijcere nucem propter corticem amaram nondum guſtato nucleo, omnia guſtate, quæ bona ſunt tenete, inter vepres roſa naſcitur, & inter feras nonnullæ miteſcunt, Ammian. lib. 19. hinc te maleuolum & cauilloſum Lectorem, te inquam improbum merito pertimeſcerem, niſi confiderem conſcientiæ meæ, quæ ſuperat quicquid mali finxerit tua ſerpentina lingua, probe enim noui.

Deo fauente, nihil nocet inuidia
Et non fauente nihil prodeſt meus labor.

Committo me igitur dentibus inſanientium, ſed veritatis beneficio liberandum, Oroſ. lib. 22. Eius namque fides, te maleuolum Lectorem, & tui ſimiles mendaces arguet, quandoquidem nullas vires falſum habere poteſt ad perſuadendum, & tamen vt præ alijs ſapere videaris, & inter ignorantes applauſum aliquem facias, te ipſum extollendo, alios melius merentes & doctiores, hinc inde conquiſitis coloribus, deprimis, cum nihil ſimile facere poſſis, nam iuxta Poëtam.

Qui cum nil ſapiant, ſoli ſapuiſſe videri,
Res indigna bonis, cupiunt, & ſurgere in altum
Nominis alterius iactura alteriuſque ruinâ
Non virtute ſua, res eſt indigna relatu.

Quemadmodum autem hoc hominum genus, vt de Mathematicis ſcribit Tac. (intellige vt in Cod. de Maleficis & Mathematicis & cæteris ſimilibus) & ſemper damnabitur, & ſemper retinebitur, ita tu Maleuole Lector, ſemper innocuos reprehendes, licet nihil cauſæ ſubſit, vt vero aliquam in medium adferre videaris, dicis inprimis multos me ſapientiores eſſe, qui ſaniora & doctiora ſcribere potuerint, & tamen non fecerint, quod equidem ita verum fateor, ſed quis ex hoc capite mihi tam inuidus, qui me à ſcribendi & docendi licentia Aurelijs Anno 1621. quinto Auguſti in publica promotione adepta abducat? Si laborem ego, quis aliorum modum ſtatuat induſtriæ? nemo ſenſatus, credo, facilè dixerit meæ diligentiæ quid inde detractum eſſe, niſi fortè & tu cauillator eadem te præſtare poſſe dixeris, verum ego Sycophantis, calumniatoribus, rigidiſque cenſoribus obijcio illud Martialis:

Carpere vel noli noſtra, vel ede tua.

proferant ſua, ſi qui nitantur carpere aliena, vt videam, quid præter cauillandi libidinem in te ſit, alias quoad te credidero verificari, illud Prouerb. 26. Sapientior ſibi ſtultus videtur ſeptem viris loquentibus ſententias, & plus videt fatuus de facto ſuo, quam ſapiens de alieno Caſtrenſ. in l. 2. nu. 4. Cod. de fideiuſſ. quandoquidem hoc ſtultitiæ proprium eſt, aliena vitia cernere, obliuiſci ſuorum, indocti, ſtulti, irriſores ſimileſque blaterones, tanto intentius de alieno judicant, quanto ſua profundius ignorant, vt dicit S. Gregor. in Moralib. & iuxta Terent. homine imperito nihil quicquam iniuſtius, qui niſi quod ipſe facit, nihil rectum putat, ſed iuxta Poetam:

Ridiculum, hac homines, nequeunt quæ prendere, temnunt.

Qui

Digitized by Google

AD MALEVOLVM LECTOREM.

Qui ex Democritico principio vacuo progeminati plerumque nimij verbis, lingua feroces, & calamo audaces exiſtunt, ſibi ipſi placentes, vultu & inceſſu tumorem animi & arrogantiam præ ſe ferentes, quos

Nomine non vano ventoſos dixeris vtres.

vt autem non omnino aberres, & melius carpere poſſis, dices me hunc tractatum ex aliorum dictis & ſcriptis compilaſſe, quod ego non plane diffiteor, quia iuxta Poëtam

Nil ſub ſole noui geritur, par fabula mundo,
Perſonæ variant, res ſimiles in humo.

Atque illud Martialis:

Carpimus extremas voces & verba priorum
Scriptorum, qui nunc ſcribimus Echo ſumus.

Quemadmodum in hoc meo tractatu hinc inde conquiſitas ſententias morales aliorumque doctrinas in rem præſentem accommodatas refero, & ſæpius in locis, in quibus ſingularia tradunt, ad eos (quos tamen non ſemper in omnibus relatis adprobo, nec ita in reliquis improbo, vt ſi quid forte incuria malè allegatum fuerit, hoc à me dictum nolim) fit remiſſio, ſiquidem vt bellè dicit Symm. 4. epiſt. 40. non eſt meæ verecundiæ rapere gratiam laboris alieni, quamvis ex ijs ita congeſtis hic inuenies, quod alibi non vidiſti, qui ſubtiliter factum emendat, teſte Iuſtiniano in *l.* 1. Cod. de iure veteri Enucl. laudabilior eſt eo, qui primus inuenit; atqui mea ſatis confuſe tradita fortè replicabis, nec illud nego, quandoquidem tractatum meum duntaxat in titulos diſtinxeram, donec Admodum Reuerendus & Venerabilis Pater Theodorus Haes Societatis Ieſu pro ſua prudentia me moneret, vt titulos in capita diſtribuerem, quemadmodum & in tunc deſcriptis feci, at vero alijs grauiſſimis cauſis tam aduocando quam de iure reſpondendo & referendo præpeditus omnia ſuo loco reliqui, hinc vtiq; factum, quod quædam hoc vel illo capite tradita melius altero dicta cenſeri poſſent, ſufficiat tamen & ibi dici poſſe, etiamſi tibi non placeant, flocci facio, cum melius ſit viro docto & honeſto, quam vniuerſæ maledicorum turbæ placere, qui ſemper & vbique cuiuſcunque etiam honeſtiſſimæ actionis iniqui exiſtunt iudices & improbi cenſores, cum quibus impar eſt certamen, ſiquidem

Vinco aut vincor ſemper ego maculor.

hinc potius laudi attribuitur, tui ſimilibus diſplicere, quam à maleuolis & calumniatoribus laudari, cum ita comparatum ſit, vt nemo omnibus placere queat, quod autem ſapientes reputant, tu maleuole non deſpicies niſi deſipias. Etiamſi igitur aduerſus hunc tractatum ſine mente & fronte ſæuias & debaccheris, conſolatur me Plinij teſtimonium, 3. epiſt. 5. quod nullus liber tam malus ſit, qui non aliqua parte proſit ſaltem, adeoque vti quis poterit parte libri, ſi totum non approbet S. Hier. ad Titum, non oportet autem more hæreticorum, hunc meum tractatum ex particulis dijudicare, neque fragmentis quibuſdam decerptis, ex illis totum ſcriptoris calumniari propoſitum, hæc enim eſt hæreticorum vecordia, particulam aliquam de ſcriptura decerpere, per eamque adulteratam cætera infamare, ac tali mutilatione & calumnia contra ſcripturas blandiri ſuæ impietati, ſic apud noſtros vt plurimum contingit, quod, qui nihil ſciunt, facilè reprehendant, nihil enim rerum omnium hoc ipſo expeditius, cum & illis maledicere & male audire faciliſſimum ſit, nobis vero maledicere inſuaue & male audire inſolitum vt Cato dicebat, quia igitur ab iſtis, qui alienis ſcriptis obloquuntur, cauendum eſſe Socrates reſpondit, tanquam ſint propriè & verè Mechanici, cum ſui ſimiles ſpernant, vt refert Rebuf. in l. vn. nu. 2. Cod. de ſent. quæ pro eo quod intereſt &c. te maleuolum & calumniatorem non curo, cum nihil contra me vitamque meam probabis legitimè, unde in foro fori verecundiam patiar, tibi ergo diſpliceat, modo probis & doctis placeat, fructus enim laboris eſt placere melioribus Symm. 9. 39. neque enim te, maleuole Lector, vt hunc meum tractatum legas rogo, nec ad legendum compello, ſed quibus placuerit, aliquid utilitatis meo labore adferre ſtudui, interim valeas etiamſi mihi ſuccenſeas & non faueas.

APPRO-

Digitized by Google

IVDICIA
Tam Theologorum quam Iuriſconſultorum.

APPROBATIO ORDINARII Cenſoris.

Liber cui titulus Vulnerata Iuſtitia, Labore autem & Induſtria Nobilis & Conſultiſsimi viri D. Stephani Spormächer I. V. Doctoris, &c. Chriſtianè Iuridicè & Politicè Curata, vtinam & priſtino vigori reſtituatur, typo Euulgari poterit. Coloniæ Agripp. die 8. Aprilis 1646.

HENRICVS FRANCKEN Sierſtorffius
SS. Theol. Doctor Librorum
Cenſor Ordinarius.

Digitized by Google

CLARISSIME ET CONSVLTISSIME DOMINE amicorum honoratiſsime, &c.

ID verò eſt ſincerum Aſtrææ Myſten agere, optimæ Diuarum, multiplicibus mortalium iniurijs grauiſſimè afflictæ, mederi, & Vulnera à non vna manu impacta, vnum perſanare velle, aut ego, quę eruditiſſimè tu mones, parum capio, aut magnus ad ſanitatem aditus lucrubatione hac tua patefactus eſt. Quæ digniſſimum te eſſe oſtendit, non iſtâ modo geminâ, quam nomine titulisque tuis complecteris Coronâ, ſed etiam illuſtriore Tertiá, quâ qui ad iuſtitiam erudiunt multos fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. *Dan.12. v.3.* Vtinam quæ rectiſſima à te mente ſcripta eſſe nemo dubitat, qui virtutem, Doctrinam & Candorem tuum nouit, (Quibus dotibus haud paulò arctius, quam communis patriæ, etſi gratiſſimo & firmiſſimo vinculo pridem me tibi obſtrictum habes) vtinam, inquam, iſti legant, intelligant & in intimum animum admittant, qui maxime deberent, vtinam clariſſimum hoc ſpeculum inſpiciant, atque ad illud mores vitamque componant, qui Iuris, cum vocentur Conſulti, nulli aliquando minus conſulunt quam cui auctorati ſunt, Iuſtitiæ. Quos vti pauciores eſſe mihi perſuadeo, quam vulgus exiſtimet, ita magis eorundem numerum imminui votum, ſcio, tuum eſt & bonorum omnium, quibus meum adiungo illud præterea, vt te, Clariſſ. Domine, ſuum Themidi integerrimum ſacerdotem, ſuum Ciuiæ noſtræ pulcherrimum ornamentum, ſuum familiæ Nobile Columen, ſuum pro ſuauiſſimis liberis optimum parentem, & mihi dulce decus meum, benigniſſimum numen quam diutiſſime ſeruet ac ſoſpitet. Coloniæ Vbiorum 9. Aprilis Anno 1646.

Clariſſimæ D. Veſtræ.

Addictiſſimus & Paratiſſimus.

Ioan. Sternenberg condictus Duſſeldorpff / *Archidic. Metrop. & Præpoſitus Xantenſis, &c.*

Digitized by Google

IVDICIVM ET APPROBATIO.

Rogatu & Inſtantia Nobilis & Clariſſimi Domini Authoris, ſimulque ex commiſſione ſpeciali, Admodum Reuerendi & Ampliſſimi viri ac DD. Henrici Francken Sierſtorffij, S. Theologiæ Doctoris Exim. M.N. Eccleſiarũ Metropolitanæ Colonienſis, & S. Ceciliæ Canonici. Capitularis, Preſbiteri. Senioris, ſtudioſè perlegi librum de Vulnerata Iuſtitia, Chriſtianè, Iuridicè, & Politicè curata. Poſt accuratam totius materiæ perſcrutationem, reperi imprimis iuſtam ac grauem ſcribendi neceſſitatem; inſignem medicandi peritiam; remediorum præparatorum ſecuritatem, vimque accommodam; & finis optimi ſibi propoſiti præſtabilem honeſtatem. Inſpexiſſe enim videtur oportunus medicus, Iuſtitiæ languentis gemitum, febrientis attendiſſe incendiũ, peruidiſſe periculum deſperatæ, in quam tanta tamque infeſta intorqueantur tela; contra quam armentur lites, ſeminentur diſcordiæ, excitentur odia, concitentur iræ, inſpirentur mendacia, extorqueantur periuria, ſuggerantur blaſphemiæ, vaniloquia diffundantur, infundantur doli, conſletur auaritia, lucra turpia prouideantur, vt hinc iuſto mœrore ad opus curationis cogitationes extenderit, ſumpſit enim de vulnere medicina exordium, vſus artem fecit, & ægritudo Magiſterium, altas itaque aperit morborum cauſas, latentes peſtilentiæ exponit incurſus, impietatis profundos patefacit receſſus, opertos peccatorum nudat morbos, iniquitatis oſtentat ſecretum virus, vitiorum naturas, origines delictorum, radices criminum mirabili ratione depromit, cauſas languoris incidit, noxia vlcera igne caſtigationis adurit, ne diutius ea quæ nocent, in incrementum ægritudinis miniſtrentur, ægras mortalium mentes pia moderatione pro viribus ad ſalutem exquiſita curatione perducit, & cum non eſſet, qui graſſanti morbo Malagma imponeret, neque oleum neq; alligaturam, inueterati mali lethale reſtringit profluuium, & contra diffuſum latè iniuſtitiæ contagium validiſſima ſubminiſtrat, veluti ex quodam Myrothecio ſalutaria antidota, & diſcretas medicinæ partes, Rationalem Hippocratis, Empiricam Philini Coi, & Methodicam Themiſonis Laodicei, inſolenti & nouo artificio in ſuo libro, ad curandas animorum ægritudines aptè coniungit. Aguntur illa cum integritate orthodoxæ fidei, abſque permixtione veneni, falſorumque dogmatum & morũ contaminatione, cum labores, vigilias & curas ſubierit. Author à ſacra ſcriptura & rationis fontibus, à probatiſſimis Scriptoribus, Philoſophis, Ethicis, Hiſtoricis, Poëtis, Iuriſconſultis, Theologis, ea mutuo acceperit, & in penariũ contulerit, quæ ad ſalutem magnũ momentum habere exiſtimabantur, ſpe illius profectus, vt omnes mortales in Themidis Venerationem proliciat, eius cultores in obſeruantia contineat, errantes caſtigatos vt pedem referant, reducat vacillantes confirmet, & ad iuſti tramitem æquitatemq; reuocet, quẽ Commendabilem voti ſui fructum, vt author obtineat, faxit ipſa Increata Sapientia & Iuſtitia Deus. Quare hunc librum vt publici Iuris fiat, dignum cenſeo. Coloniæ in Conuentu S. Crucis, FF. Prædicatorum, Anno 1646. 8. Aprilis.

P. Nicolavs Havstadt Ord. Prædicatorum,
S. Theologiæ Doctor & Profeſſor Ordinarius, in Generali Studio Colonienſi Prædicatorum Regens M. Prop.

Digitized by Google

NOBILIS CLARISSIME ET OBSERVANDISSIME Domine.

TRactatum quem ad me miſit de Vulnerata Iuſtitia, pro temporis breuitate diligenter peruolui, plenus eſt omnimoda eruditione ac cum notabili informatione Iuriſconſultorum, optandum foret vt in publicum ederetur. Quæ autem ſcribit, extraxit ex optimis Authoribus, Methodum quod attinet, arbitrarium eſt procedere à particularibus ad vniuerſalia vel ab vniuerſalibus ad particularia, coram tamen latius me declarabo, maneoque, ex Muſæo ad Corporis Chriſti, 24 Iulij 1644.

Nobilis & Clariſſ. D. V.

Paratiſſimus Seruus.

I. M. Glaſer.

APPROBATIO.

ERuditum, curioſum, & memorabilibus doctrinis refertum, atque hoc tempore neceſſarium & Vtiliſſimum librum de Vulneratâ & curatâ Iuſtitiâ, plurimo ſtudio Nobilis & Clariſſimi Viri Stephani Nathen condicti Spormächer I. V. D. elaboratum, ex commiſſione Domini Cenſoris Ordinarij diligenter euolui, & ſi Iuſtitiæ competit ſuum cuique tribuere, ab ea tanquam medico ſuo clariſſimo Domino Authori cenſeo deberi immoritur æ famæ & gloriæ præmium. Signatum 1646. Coloniæ 28. Martij.

Ægidius Gelenius Licentiatus Canonicus S. Andreæ.

NOBI-

Digitized by Google

NOBILIS ET CLARISSIME DOMINE,
Amice honorande.

*Ncidit non ita pridem in manus meas, conſcriptus abs Te, Vir Nobilis & Clariſſime, tractatus de Iuſtitia
Vulnerata & Curata: O utinam verè! quem ego, in quantum hiſce difficillimis temporibus per publica
& priuata mea, vllatenus mihi licuit, cum diligentia legi: & quamuis in eodem diuerſimoda notaue-
, de quibus, inter nos opinionibus omnimodo non conueniat, nec dubitem, quin & alij, poſt me aliquando
uſmodi tractatum inſpecturi idem facient, & à te in hac vel illa quæſtione ſententijs diſcrepabunt: At-
ien, ſummopere placuit, tam propter elegantiam & præſtantiam, quam etiam varietatem rerum & ma-
arum in illo contentarum, & deductarum: vſque adeo, quod inter legendum, omnia & ſingula matu-
apud me ponderando & expendendo, quodammodo obſtupuerim, & vix ſatiari potuerim; Non ſane,
d non per integros quadraginta annos, quibus hic Coloniæ in ſtudio Iuris partim Profeſſorem, partim et-
Aduocatum egi, & etiam per antea, quamplurima eorum, quandoque vel ipſemet legerim, audiuerim,
quæ docendo tradiderim, aut ſaltem vſu & diuturna praxi obſeruauerim & exercuerim, ſed, vt inge-
fatear, quod res eſt, quod nunquam tot tantoſque ſimul in vno horto conſitos excellentes & odoriferos
s repererim aut viderim, quemadmodum in hoc tuo perluſtrare conceſſum fuit. Poſſem & ob id, non im-
ito, ex cauſis diuerſis, hic in latum campum tam laudum tuarum, quam huius tui tractatus diſcurrere:
uperſedeo lubens, quia omnia ſeipſa ſufficientiſſimè laudant & probant, quodque quilibet, prout eſt in
erbio, protinus ex vngue leonem, & me etiam tacente quam facillimè notoriam, puram, putamque ve-
em deiudicabit. Eia igitur age fortiter, & perge alacriter, Vir Nobilis & Clariſſime, vt fœtum quem
dudum concepiſti, vel potius priuatim peperiſti, quanto citius in publicum edas: indignum ſiquidem ar-
r, vt id, quod publico communique vſui ſeruire, vel pluribus prodeſſe, & in illorum ſalutem impendi
l, diu intra priuatos parietes lateat: vel pro vno aut altero duntaxat in particulari reſeruetur. Nec eſt
Te ab hoc ipſo vllatenus deterreri ſinas, propter Zoilos quoſdam, aut quod fortè intentum tuum apud
s non ſis per omnia pro deſiderio conſecuturus, quis enim ex omni parte beatus? nam quilibet ſuos pati-
ianes, & iuxta vulgatum: quot capita tot ſenſus: Habuit & ipſe Chriſtus Saluator noſter, in vita ſua
utores & contradictores: anne itaque quiſpiam noſtrum, melioris conditionis eſſe velit? ſuffeceritque
quod tuum heroice præſtiteris, ad inſtar fidi & ſolertis Medici, qui in omni morborum genere patienti-
us optima quæuis & congruentiſſima ſolet adhibere medicamenta, nec ſibi probro poſſe eſſe putat, vel-
uod extra poteſtatem ſuam ſit, eadem perſæpe vel ob ſummam vim morbi, aut etiam defectum naturæ
rporis ipſius ægroti, non ſortiantur exoptatum effectum; quia, vti non eſt in medico ſemper curetur vt
ie nec in vllius ſcribentis facultate, vt ſemper id quod intendit, re ipſa aſſequatur. Quare finio, & Te
Tuis, quam diutiſſimè & belliſſimè valere iubeo, ac ne vel momentum temporis in publicatione huius
peris perdas, pro communi Iuris ſtudio & patria Cliuiaca, nec non ſingulari noſtra, à multo tempore
icta amicitia, ſerio & vehementer hortor & admoneo. Dabam Coloniæ ex Muſæo pridie Calendas Ia-
j. Anni 1646.*

Nobiliſſ. & Clariſſimæ D. Veſtræ

Ad omnia paratiſſimus & obſequentiſſimus

Gabriel de Bruyn, Reipubl. Colon.
Aduocatus & Syndicus.

I V D I C I V M.

PRæſentem Librum Nobilis Clariſſimi & Conſultiſſimi Viri ac Domini Stephani Spormächer I. V. D. &c Vicini mei & Aduocati Celeberrimi, qui inſcribitur Iuſtitia Vulnerata, &c. legi & examinaui, & in eodem inuenio, multa moralia, Legalia, Canonica, & Theologica, magno rationum pondere & Doctorum auctoritate ſuffulta, quæ in praxi Vtilia ſunt & alibi in magna etiam Bibliotheca non facilè occurrunt, & in hoc Libro tanquam in repertorio inueniuntur, hinc dignum cenſeo qui ab omnibus Practicis Legatur, vt pro munere ſibi concredito, Vulneratæ Iuſtitiæ ſuccurrant. Actum Coloniæ Anno 1646. 26. Martij.

Anthon. Fabens IC.

V O T V M.

OBruta fraude, dolo, paſſim violata gemebat
Iuſtitia, obruerant iura, crumena, fauor.
At STEPHANVS Στέφανον *læſa in ſublime reducta,*
Hoc opere imponit: Cedit opera, fauor.
Iuſtitiæ imperio tandem bona cauſa triumphet,
Floreat, expulſis fraude, fauore, dolo.
Perge, Nathene, parant Stephano tibi iura tuenti,
1.Cor. 9. v. 25. ἄφθαρτον Στέφανον: *Iura laboris erunt.*

Ita Ciui Reſenſi, Clariſſimo D. Stephano Natheno condicto Spaermeecker/I.V. Doctori acciuebat & voucbat

JOANNES STALENVS C. & Paſtor Reſenſis.

A V C T O R I,

Iuſtitiæ ſanare ſi N as pie vulnera, done C
Vera Themis rede A t, triſti reuocata rogat V
Raſi iam Populi, TH alamis, quæ aſtricta tenetu R
Aſtræis, equid E m languenti impone malagm A
Iuri, fœlici Nume N tibi præmia reddet.

Ioh. Theodorus Neukirchen Dalenſis. C. O.

ODE

Digitized by Google

ODE PANEGYRICA.

In Clariſsimi & Conſultiſsimi D.

T E P H A N I N A T H E N

condicti Spormeker I. V. D. Auunculi colendiſſimi iuſtitiam vulneratam.

LIquiſſe terras vltima Cœlitum
Aſtræa fertur iuſtitiæ tenax
Virago, dum putaret omnes
Orbe Themin pepuliſſe Gentes.
Fugata Terris non fuit omnibus,
Et ſi fuiſſet iam redijt Themis:
Quin ergo Terras pulſa Terris
Virgo redux habitas? videſne.
Tot orbe Baldos, tot modò Bartholos
Vigere? Cur non diua reuerteris?
Hi te tuentur, hi fideles
In Themidos ſacra pacta iurant.
An fallor? aſtris lapſa reuertitur
Aſtræa, nobis illa reuertitur
Non illa Peligni celebris
Carminibus, dea falſa, vatis.
Non illa: ſed tu iuſtitiæ decus,
Vir Clare, gentis Cliuiacæ iubar
Delapſus Æthra, tu ſacratas,
Iuſtitiæ monumenta, leges,
Iniurioſis motibus eximis,
Hanc ore, pennâ, mente, fideliter
Contra nefaſtos iuris hoſtes
Srenuus hocce libro tueris:
Illam tueri perge, vir inclite,
Hæc vna terris vera beatitas
Hæc vna præ gemmis, præ auaris
Pecuniæ pretioſa Gazis.

IOANNES BERNSAW *Canonicus Reſenſis.*

Panegy-

Digitized by Google

Panegyris in Librum Colendiſsimi Patris.

COnſpicis vt totum vigeat ſcelus omne per orbem,
Virtuſque in mundo ſit modo pulſa procul.
Solaque graſſetur terris maleſuada libido,
Improba & impietas regnet vbique ſolo.
Ecce cruentatam ſcelerati ex orbe fugarunt
Iuſtitiam, ô dirum! vulneribuſque premunt.
Quam ſanctè quondam caput orbis Roma colebat
Graiſque in ſummo ſemper honore fuit:
Et nunc diua throno ſublimi Virgo iacebit
Detruſa? & liuens vulnera mille feret?
Proh pudor immanis! ſcelus heu crudele nefandum!
Diſcas ſacratam iam venerare Themin.
En liber ille tuus pulcherrima dogmata tradit
Scripſiſti doctè quem Pater alme manu.
Iuris & æquarum cultor ſanctiſsime legum
Veridico latium qui regis ore forum.
Gloria Cliuiacæ gentis columenque ſupremum
Cæleſtis condet te Themis ipſa ſinu.
Macte animo doctos conſcribere perge libellos,
Quos Aſtræa parens tollere laude queat.
Illa dabit famam genitor dilecte perennem
Et veniet merces digna labore tuo.
In cælis etenim nitidè fulgebis vt aſtra
Pollicitus doctis quod Deus ipſe fuit.

Chriſtophorus Nathen condictus Spormächer Cliuenſis
Philoſophiæ ſtudioſus Patri ſuo,&c

EPIGRAMMA

In iuſtitiam vulneratam D. Parentis.

IMperium Mauors, dum vulnere ſauciat alto,
Quid Pater Aſtrææ vulnera crebra refers?
An tibi Teutonidum ſunt curæ vulnera? noui
Vt cures curas vulnera Iuſtitiæ.

Henricus Nathen condictus Spormächer filius Colonienſis.

Digitized by Google

A Ioue Principium Muſæ, Iouis omnia plena.
A Ioue Principium, cum Ioue finis erit.

PRAEFATIO

Ad IESVM, & de Auguſtiſſimo nomine IESV.

IN Nomine Domini noſtri IESV CHRISTI Iuſtinianum Imperatorem ſæpius ſua inchoaſſe teſtatum reliquit in principio de confirmatione digeſtorum, de nouo Codice faciendo, in Inſtitutis & Nouellis, & quidem Iure optimo, quandoquidem ſine Saluatoris noſtri gratia humanam imbecillitatem nihil efficere poſſe euidens eſt, Iuxta illud Chriſti, Sine me nihil poteſtis facere, per
nc Principes imperant, & potentes decernunt Iuſtitiam Prouerb. 8. Ideo Priſci
nis honeſtæ actionis à ſacris faciebant initium, ita demum finem optatum ſperan-
Philo de Plantat. Noë Sic omnium magnarum rerum & principia inquit Liu.
45. Romani Exorſi à Dijs ſunt & finem eum ſtatuerunt, cum Deus ſolus refugium
ſtrum & adiutor ſit. Pſal. 45. ac proinde Iſidorus primum ſcientiæ ſtudium eſt,
quærere Deum, deindè honeſtatem vitæ cum innocentiæ opere. Hinc Eccleſia
tholica in quotidianis Canticis vel precibus belliſſime præmittit illud Pſal. 69.
us in adiutorium meum intende &c. eſt enim Oratio in aduerſis vt eruamur, in
ſperis vt ſeruemur, atq; vt in quolibet opere fundendo inceſſabili iugitate extol-
nur. Quare & S. Paulus ad Colloſſ. præcipit, Quodcunq; facimus in verbo aut
opere, omnia in nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti nos facere oportere, nam vbi
riſtus non eſt fundamentum, ibi nullum boni operis ſuperædificium Cap. cum
ulus 1. quæſt. 1. in quo nomine & ego ipſo feſto ſingularis mei Patroni S. Franciſci
nno 1642. hiſce belli temporibus, quibus inter arma ipſæ leges ſilere ſolent, plus
nporis nactus, quod reliquum erat, non in otio traducere (quia otium ſecundum
Aug. eſt puluinar Diaboli ac ideo ſecundum S. Hier. ſemper aliquid agendum vt
ſemper occupatos inueniat, nam non facile capitur à Diabolo, qui bono vacat ex-

 ercitio)

vercitio.) ſed ex varÿs meis lucubrationibus, Aduocatÿs & Reſponſis floſculos quoſdam in vſum Filiorum meorum decerpere ſiue recolligere cœpi, prout & incepi illum de prioritate & poſterioritate quem & fere perfeci tractatum; Verum mecum cogitans, Quod Deus ſit ſumma Iuſtitia, vel etiam ipſa Iuſtitia omnium Virtutum Regina, eandem ex condigno præmittendam poſtea duxi, & cum Propheta, Pſal. 120. *Leuaui oculos meos in montes, nempe in Imperatorem Iuſtinianum & ſimiles magnos & Claros Viros, eorumdemq́; veſtigÿs inhærens quæſiui, vnde veniet auxilium mihi? Auxilium meum à Domino qui fecit Cœlum & terram, ſiquidem ad exemplum Iuſtinianeum animum meum ad Dei omnipotentis adiutorium erigere, omnemque ſpem ad ſolam prouidentiam Summæ Trinitatis referre edoctus.* l.1. Cod. de iure Veteri enucleando, *Tractatum meum in Auguſtiſſimo Domini Noſtri Ieſu Chriſti Nomine præparatum in lucem edere non fui verecundatus, eſt enim nomen Ieſus remedium pœnitentium, vexillum præliantium, remedium infirmorum, ſolatium patientium, honor credentium, ſplendor prædicantium, meritum operantium, adiutorium deficientium, ſuſpirium meditantium & memorantium, ſuffragium orantium & poſtulantium, guſtus contemplantium, & gloria triumphantium, quos duodecim radios dulciſſimi nominis Ieſu, vide mirè & deuotè declaratos, per* S. Bern. in ſermonibus de Euangelio æterno. ſerm. 49. incip. In Nomine Ieſu, *de quo vide eundem ſuper* Cantica ſerm. 15. incip. *Benignus eſt Spiritus ſapientiæ, quos ita allegat* Anton. Tremol. in fine pract. Vbert. de Bonacurſo, *quemadmodum verè & Catholicè dicere poſſumus*, IEHOVA *eſt Principium Entis*, IESVS *fons & Principium Gratiæ, Gloriæ & Salutis*; IEHOVA *fuit contritor & debellator Pharaonis & Ægipti*; IESVS *Contritor Diaboli & Inferni*; IEHOVA *Iudæorum & veteris*, IESVS *Chriſtianorum & noui Teſtamenti Legislator*; IEHOVA *Hebræos per Mare Rubrum deduxit in Chanaam*; IESVS *per ſanguinem ſuum quo baptizamur & abluimur, deduxit nos in Cœlum: Hinc nomen* IESV *in nomine* IEHOVA *repræſentatur, &* IEHOVA *erit quaſi Ænigma* IESV; *& viciſſim nomen* IESV *eſt declaratio nominis* IEHOVA: Fab. Iuſtinian. in Explic. Tob. cap. 13. verſ. 15. in fin. *quia igitur non poſſumus ſine* IESV *ſalutem habere, nec ſine ſalutis ſapientia fieri prudentes.* cap. qui ſine Saluatore. 26. quæſt. 2. *ſed inuocandus rerum omnium Pater inquit* Boët. 3. 9. *quo prætermiſſo nullum rite fundatur exordium: nō minus præclare* S. Ambroſius in quodam ſermone, *Omnia, inquit, habemus in Chriſto, & omnia in nobis Chriſtus, ſi a vulnere curari deſideras, medicus eſt, ſi febribus æſtuas, fons eſt; ſi grauaris iniquitate, iuſtitia eſt; ſi indiges auxilio, virtus eſt; ſi mortem times vita eſt; ſi tenebras fugis, lux eſt; ſi cœlum deſideras, via eſt; ſi cibum quæris, alimentum eſt: guſtate igitur & videte quoniam ſuauis eſt Dominus. Ideo tu Chriſte*

Deus

Digitized by Google

ius qui omnium ſcientiarum caput es, cap. legimus §. hinc etiam diſt. 3. *quique des inſipientiam meam ac ignorantias meas noſti.*

Adſis, & aſpira cœptis, & dirige curſum
Informans linguam cor animumque meum.

dignare me Sancti Spiritus lumine erudire, qui illuminet ſenſus meos in beneplao tuo & inclinet cor meum vt loquar de teſtimonijs tuis, in conſpectu Regum & n confundar, atque intercedente Beatiſſ. V. Maria matre tua & Domina mea Codiſſima concede precor, vt hæc Tractatio mea, ſit ad Maiorem tui gloriam & meac legentium ſalutem, eo fine bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me, vt per te digna loquar & ſcriptis exarem, & cognoſcent homines quod omne datum imum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt a patre luminum deſcendens. cap am 1. quæſt. 2. *& quia ſolitus es infantium linguas facere diſertas, & reuelare parvulis, quæ à ſapientibus ac prudentibus abſcondiſti.* Matth. 11. Luc. 10.

Tu rege conſiliis actus Pater optime noſtros:
Noſtrum opus vt laudi ſeruiat omne tuæ.
Da precor ipſe tuis (hominum liuore ſubacto)
Subſidijs præſens perficiatur opus.

, iterum precor, diſſipa & tolle denſiſſimas ignorantiæ meæ tenebras, facq; me gratua & meritis amariſſimæ Paſſionis tuæ dignum habitare tecum, Qui viuis & nas DEVS per omnia ſæcula ſæculorum Amen.

QVITVR HOMINIS GENTILIS DE DOMINO Noſtro IESV CHRISTO præclarum Elogium

Epiſtola prima Orthodoxographorum Theologorum Latinorum in ibro qui inſcribitur, Monimenta SS. Patrum Orthodoxographa, xcuſa Baſileæ in Folio.

Lentulus Hieroſolymitanorum Præſes S. P. Q. Romano S.

APparuit noſtris temporibus & adhuc eſt homo magnæ virtutis, nominatus Chriſtus Ieſus, qui dicitur à gentibus Propheta veritatis, quem eius diſcipuli vocant Filium Dei, ſuſcitans mortuos, & ſanans languores, homo quidem ſtaturæ proceræ, ſpectabilis, vultum habens venerabilem, m intuentes poſſunt & diligere & formidare: Capillos vero circinos & criſpos alintum ceruliores & fulgentiores ab humeris volitantes, diſcrimen habens in me-

Digitized by Google

dio Capitis iuxta morem Nazarenorum: frontem planam & ſereniſſimam cum facie ſine ruga ac macula aliqua, quam rubor moderatus venuſtat: naſi & odoris nulla prorſus eſt reprehenſio, barbam habens copioſam & rubram capillorum colore, non longam ſed bifurcatam, oculis variis & claris exiſtentibus, in increpatione terribilis, in admonitione placidus & amabilis, hilaris ſeruata grauitate, qui nunquam viſus eſt ridere, flere autem ſæpe, ſic in ſtatura corporis propagatus, manus habens & membra viſu delectabilia, in eloquio grauis, rarus, & modeſtus, ſpecioſus inter filios hominum.

ALIA EPISTOLA HEIDELBERGÆ IN BIBLIOTHECA inuenta, & Generoſo Domino Comiti de Verdugo inde tranſmiſſa, perq́; Prænobilem D. Gerhardum ab Hardung Crucenacenſem Præfectum Anno 1645. 12. Maij mihi fideliter communicata.

APparuit temporibus iſtis noſtris, & adhuc eſt homo magnæ virtutis nominatus IESVS Chriſtus, qui dicitur à gentibus Propheta veritatis, quem eius diſcipuli vocant filium Dei, ſuſcitans mortuos, & ſanans omnes languores, homo quidem ſtaturæ proceræ, mediocris & ſpectabilis, vultum habens venerabilem, quem intuentes facile poſſunt & diligere & formidare: Capillos habens coloris nucis auellanæ præmaturæ, & planos vſque ad aures, ab auribus vero concinnos, criſpos, aliquantulum ceruliores, & fulgentiores, ab humeris ventillantes, diſcrimen habens in medio, iuxta morem Nazarenorum, frontem habens ſereniſſimam cum facie ſine ruga & macula aliqua, barbam habens copioſam, & puberem, capillis concolorem, non longam, ſed bifurcatam, aſpectum habens ſimplicem & maturum, oculis glaucis, varÿs & claris exiſtentibus: Naſi & Oris nulla prorſus eſt reprehenſio, quem rubor moderatus venuſtat, in increpatione terribilis, in admonitione blandus & amabilis, hilaris ſeruata grauitate, nunquam viſus eſt ridere, flere autem ſic: in ſtatura corporis propagatus & rectus, manus habens & brachia viſu delectabilia, in colloquio grauis, rarus & modeſtus. Specioſus inter filios hominum. Valete.

HOC ERGO AVCTORE.

Principium veniat fœlici tramite, fauſtum
Succedat medium, finis & eſto bonus.

PARS

Digitized by Google

PARS PRIMA,

TITVLVS PRIMVS.

Iuſtitia in Adminiſtratione vulnerata.

CAPVT PRIMVM.

Iuſtitia propter Veritatis difficilem intelligentiam DD. opiniones, varianteſq; Circumſtantias malè adminiſtrata, vnà cum illatis notabilibus Deciſionibus.

1. ASSIDVÆ Subditorum querelæ & lamentationes, doctorumque Virorum Scripta, Iuſtitiæ violationem, eiuſdemq; hactenus intermiſſam curam teſtatiſſimam reddiderunt, vnde in notorio, quod probatione non eget, ſed ſeipſum oſtendit, teſte Bald. *conſ. 323.* proponitur *lib. 2.* fruſtra ſit, quidquid demonſtratæ rei additur ſatis demonſtratæ *l. 1. §. 7. ff. de dote præleg.* Deciſio Rotæ Genuenſis *14. num. 48.* vbi & illud Quintil. in rebus apertis tam ſtultum eſt argumentari, quàm ſub clariſſimo Sole mortale lumen adferre, quippe iam olim exclamauit Oldendorp. *de actionib. claſſ. 7. actione male iudic. 13. in defenſionib. dicendo,* væ tandem illis, ad quos cura emendandæ rei iudiciariæ multis modis hodie corruptæ pertinet, Ecce enim intendit arcum ſuum Dominus, & acuit gladium. Væ, inquam, illis qui Cæſaream Maieſtatem bellis implicatam tenent, quo minus exemplo Imperatoris Iuſtiniani *tot. tit. Cod. de iure veteri enucleando,* eliminatis Doctorum altercationibus, ſiue diſſidentium inter ſe opinionibus, vnam inſtar legis valituram præſcribat; Quemadmodum inuictiſſimus Cæſar Carolus V. *in Comitijs Spirenſibus de Anno 1529. §. Item* Als bißher/ꝛc. fecit in famoſa illa multis tunc chara, at partibus litigantibus cara quæſtione: An fratrum filij ſuccedant in capita, an in ſtirpes, fecit decidendo illos in capita ſuccedere cum derogatione conſuetudinum quorumcunque locorum. Mynſ. *3. obſeru. 94.* quo fine tradit Thomas Diplouat. *in vita Bartoli eiuſdem tractatibus præinſertâ.* in Hiſpania & Luſitania decreto Regis ſancitum eſſe, quod in caſibus, in quibus reperitur contradictio Doctorum, opinio Bartoli præualeat, tanquam principalior, & ſecundùm illam iudicetur, idem & in alijs Regnis conſtitutum referunt DD. allegati *in Knichen de Saxonico nō prouocandi iure ad verbum Ius, cap. 3. num. 4.* vel vt communiter patria inferior, in hoc nobis fælicior, ac propterea

etiam in adminiſtratione Iuſtitiæ expeditior, iura municipalia & prouincialia ad cuiuslibet, præſertim ſubditorum notitiam in ſcriptis redigi fecit, vt ſi quid diſponere, tractare, vel agere velint, ibidem quid facto opus, & quomodo diſponendum ſit, perſpicere & conſultare queant, ita magis informati & certi, quam ex diſſidentium DD. opinionibus: quando enim interueniunt duæ communes opiniones, nulla reperitur firma nec conſtans certitudo, vti Cœuall. infra alleg. & ſic videre licet in quanta dubietate Iudices ſint circunducti, & quam vtile exiſtat prædictas opiniones ad leges Imperij reducere, Cœuall. *in ſpeculo comm. opinionum contra communes in præfat. num. 120.* leges bonæ, inquit Publius, ex malis creantur moribus, ac proinde leges contra eas opiniones ferri deberent, vt ita hæ illarum eſſent cauſa.

2. Refert autem Solomon. *ad tit. ff. de iuſt. & iur.* quod Lucius Craſſus Oratorum Iuris conſultiſſimus pollicitus fuerit, quando per otium licuiſſet, omne Ius Ciuile quod tunc diffuſum & diſſipatum erat, ad artem generatim redigere. Vtinam hodie talis Craſſus viueret, qui vna opinionum acie profligata, alteram ac ſemper æquiorem, vt legem præſcriberet; quis enim non admirabitur illud Cœuall. *d. tract. in oratione ad lectorem,* quod in illo volumine comprehenſæ ſint quæſtiones pro Amico; ita vt Aduocati vtriuſque partis ſequendo communem opinionem, ſint ſecuri in conſcientia, pariterq; & iudex cauſarum, quodque hoc damnum ſolum litigantibus cõtingat, quod & Theologi ſequuntur cum ampliatione de quo tamen vide *infra de dubijs,* ita vt nimis verè dixerit Cicero *libro 3. Tuſcul. quæſt.* quam primum Magiſtris traditi ſumus, ita varijs imbuimur erroribus, vt vanitati veritas, & cæcis opinionibus confirmatis natura ipſa cedat, vt iam penè cum lacte nutricis (quæ humani generis infelicitas eſt) errores illos ſuxiſſe videamur; equidem in ſcholis opiniones & diſputationes vti fructuoſas facilè admiſero, at in foro & iudicijs partibus litigantibus noxiæ ferendæ non eſſent; ſed totius Reipublicæ bono eliminandæ, quis enim non videt & expertus eſt, quod *Iuſtitia quæ Virgo pingitur immaculata,* opinionibus vt plurimum violetur ipſaque Veritas periclitetur, cum tamen, teſte Philoſopho, plus vno verum eſſe non poſſit, ſed Veritas ſemper eadem exiſtat, & ſemel verum, ſemper verum Bald. *in cap. 1. col. 3. vt lite non conteſt.* quod vtique Cœuall. alijque de veritate certa & clara, ſecus ob varias opiniones præſumpta intelligunt, vti hoc ipſum declarat Maria Coratius *in communib. opinionibus lib. 2. tit. 8. num. 9. vbi & ſeq.* de virtute & efficacia communis opinionis. Ratio autem declarationis colligitur ex Grotio *de iure belli lib. 2. cap. 23. num. 1,* vbi in moralibus inquit: Circumſtantiæ etiam minimæ variant materiam, & formæ de quibus agitur, ſolent habere interiectum aliquid, ea latitudine, vt modo ad hoc, modo ad illud extremum propius accedatur, ita etiam inter id, quod fieri oportet, & inter id quod fieri nefas eſt, medium eſt quod licet, ſed modo huic, modo illi parti propinquius; vnde ambiguum ſæpè incidit, vt in crepuſculo, aut in aqua frigida caleſcente, & hoc eſt, quod ait Ariſtoteles, quod vni anteponendum ſit, difficilis eſt ſæpe iudicatio, & Andronius Rodius: difficile eſt id, quod verè iuſtum eſt, ab eo, quod tale videtur, diſcernere; quia vſque adeo omnibus veris falſa quædam adiuncta ſunt, tanta ſimili-

militudine, vt nulla ſit iudicandi & aſſentiendi nota, Cicero *de natura Deor.* præſertim in tanto DD. diſſidentium numero, nam vti dicitur: *Veritatem inuenire difficile eſt, vbi Sapientes diſcordant*; Periculoſum inquit Liuius *lib. 2.* in tot erroribus ſola innocentia viuere. Exceſsit, ait Lucanus, Medicina modum; exceſſit, inquam, Iuriſprudentia diſciplinæ ſuæ terminos. Vnde fatetur quoque Cæuall. *in præfat. num. 113.* quod in tali varietate rarò iudicetur ſecundùm rei veritatem, cùm veritas in puncto indiuiſibili conſiſtat, & quod eſt Caij in eſſentia veritatis, non poſſit eſſe Titij; & quod eſt Titij, non poſſit eſſe Caij; quod tamen ipſe limitat ſtantibus duabus communibus opinionibus, quaſi ſecundùm vnam iudicando dicatur adiudicatum eſſe meum, & ſequendo contrariam opinionem ſit alienum, ſed regeri poterit illud vulgatum:

Cauſidici certant & adhuc ſub Iudice lis eſt.

Quandoquidem ſecundùm hanc vel illam opinionem iudicando, exiſtimo inconcuſſum manere Philoſophi ſuperius relatã ſententiam, nam poſitiuè & à parte rei vtrumque iuſtum eſſe non poteſt, ſed alterum ſolum, ſecundùm tradita inferius de Veritate.

Porro ſaluando opinionem Cæuall. intelligi poſſet ipſius doctrina reſpectu humani iudicij, dum ſecundùm fidem & credulitatem iudicare obligamur, oportet enim credere, & ex credito iudicare, quod tam ratione quàm authoritate conſtat, ratio enim probationis eſt vt de veritate conſtet, at ſicuti nobis conſtat de veritate per teſtes, inſtrumenta, indicia & præſumptiones aliaque argumenta, ex quibus mens ipſa inſtruitur & cogunt ad aliquid credendum D. *in l. admonendi ff. de iureiur. Exempla c. Afferte. & cap. Veriſimile x. de præſum.* ita etiam Iudex ex authoritate DD. ad credulitatem & veritatem, quaſi res ita ſe verè habeat, atque ita, & non aliter ſit, adducitur iudicando iuxta communem opinionem fortè pro Titio, licet à parte rei veritas ſit pro Mæuio, nec hoc caſu aſſentitur duobus Contradictorijs, ex quo nõ iudicat vtramq; partem eſſe certam & veram, ſed vtramque eſſe probabilem, per ea quæ latius deducit Ioannes Baptiſta Fragoſus *de Regimine Reipub. Chriſt. lib. 4. diſp. 10. §. 3. num. 197.* vbi ſubtiliter oſtendit non eſſe inconueniens vt quis habeat duos aſſenſus, quod vide declaratum in Layman *in Theologia morali lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 2.* interim contrarios ſæpe affectus in eodem animo pariter ſedem figere res ipſa teſtatur, duæ quippe voluntates (quod ſuo ſe experimento didiciſſe teſtatur S. Auguſtin. *lib. 8. confeſſ.*) carnalis & ſpiritualis ſæpe inter ſe confligunt, & diſcordando diſſipant animum, ſicut patet in Herode qui S. Ioannem Baptiſtam amabat, & libenter audiebat, ſed tamen alia prædominante voluntate necandum dedit.

Prædicta vero ex docto Grotio *d. loc. n. 13.* recte meo iudicio accommodantur ad hæc tempora belli, quod modo inter tot Principes Chriſtianos geritur à parte rei iuſtum pro vno, & non ſimul pro altero (quomodo autem hoc ipſum procedat, vide declaratum, & an bellum licitum ſit, ex vtraque parte diſtincte apud Barboſ. *in cap. ab illo exigere vſuras 14. quæſt. 4. num. 7.*) at verò vt neuter bellantium iniuſtè agat, fieri ſane poteſt, nemo enim agit iniuſtè, niſi qui & ſcit ſe rem iniuſtam agere, multi autem id neſciunt, ſic etiam vtrimque iuſtè id eſt bonâ fide litigari poteſt, licet vna pars tantum iuſtitiam à parte rei pro ſe habeat, & hoc eſt quod ſæpius dicere ſolebam, quod multi 4

quan-

Digitized by Google

quandoque multa iniuſta agant, quæ tamen non iniuſtè agunt, quod vide exornatum in Grotio *d. cap.23. nu.13* iunctis ijs quæ tradit Coraſius *lib.2.miſcell. Iuris ciuilis cap.8. num.6.& ſeq.* vbi dicit, quod verbum bona fides in iure noſtro plerumq; ſimplicem illum purum & rectum animum ab omni fraude ſeiunctum ſignificet, vt cum Proculus *in l.ſi cum fundum ff.de contrahen. empt.* dixit, exiſtimo te in exigendo non ſolum bonam fidem, ſed etiam diligentiam preſtare debere, id eſt, vt non ſolum à te dolus malus abſit, ſed etiam culpa, & cum dicit Iuris-Conſultus æquum eſſe bonam fidem in omnibus contractibus conſiderari, ad quem ſenſum etiam dicimus bonæ fidei emptores, bonæque fidei poſſeſſores illos, qui dolo carentes & fraude, titulum habent vel ab eo qui Dominus eſt, aut ab eo, quem Procuratorem Domini eſſe exiſtimant, adeo vt propter eam bonam fidem fructus lucrentur, & longo tempore vſucapiant, etiamſi huic credulitati iniuſta aliqua, aut etiam fatua cauſa anſam dederit, prout prædicta ibi ſatis probat, quemadmodum & infra *de dubijs cap. 18.* apparet, quod bona fides etiam ex temerarijs & iniuſtis cauſis poſſit cauſari.

4. Enimuero licet iuſtum & iniuſtum ſint contraria, quæ ſe mutuo ponunt & tollunt, non tamen ita bona & mala fides, quæ non ſunt immediata contraria ſed mediata, quia inter illa datur medium, nec bonum nec malum, nempe dubietas, qui autem dubitat magis inclinat ad bonam fidem, Zaſius *in l. poſſideri §. genera num.8. & 9. ff. de acquir. poſſeſſ.* de quo tamen vide latè *infra de dubius & opinionibus.*

5. Verum præter illata à DD. in locis ſupra citatis ex prædictis cēſeo rectè inferri, quod ſi Titius quædam proferat, quæ in ſe vera non ſunt, & tu dicas ipſum mentiri, rectè iniuriarum te conueniri, quia bonâ fide illa protulit, putans eſſe vera, quæ tamen poſitiuè vera non ſunt, Pulcher text. *in cap. Is autem. 22. quæſt.2.* nam in confeſſo eſt ſubſtantiale requiſitum actionis iniuriarum eſſe dolum, & animum iniuriandi, dolosè autem tunc dicitur fieri, quando malo animo fit, & per errorem quando bonâ fide Hieron. de Monte *tract. finium regund. cap.33. num. 5.* ſic etiam, qui dicit Titium dicere falſum, non tenetur iniuriarum. Gratianus *tom.1. diſcept. forenſ. cap.81. & ibi.* an teneatur iniuriarum dicendo, Tu dicis mendacium, quod differt à dicto tu mentiris, vide ad eum, ſic Iabolenus *Labeonis ſententiam* quaſi iniuſtam reijciens, quod falſum inquit puto *in l. pen. ff. de iniuriis,* nam & falſum ſi ad ius referatur non ad factum, iniuria verbum non cenſebitur, ſic & falſa ſententia dicitur ſine vlla iudicis iniuria, quæ falſis & non veris allegationibus vel inſtrumentis pronuntiata fuit; ſiquidem quicquid non eſt verum, poteſt dici falſum, etiamſi non procedat ex mendacio alicuius vel fraude, & falsò aduerbium, quod vero contrarium eſt, dicitur, *l. quid ſit falſum ff. ad l. Cornel. de falſ.* ita vt hæc dictio, falſum, ſit æquiuoca. Raudenſis *de Analogis cap. 8. num. 33.* & multis modis accipiatur, de quo vide Farinacium *de falſit. & ſimul. lib. 5. tit. 16. quæſt.150. p.1. nu.7. & ſeqq.* quomodo & in quibus pœna falſi locum habeat vel non, & *quæſt.153. p.10. num.192. & multis ſeqq.* de præſumptionibus falſitatem excludentibus adde Cephal. *conſ.230.* vbi & quod tria requirantur vt falſum cōmittatur, & Surdum *deciſ. 282. num. 12. & ſeqq.* vbi aliqua notabilia ad excluſionem falſitatis & de ſtatuto

Digitized by Google

cuto diſponente, quod vtens falſis teſtibus cadat à cauſa & quando teſtes falſi ſint, prædicta ſæpe habui in praxi, nam vt pulchre *ex Baldo* tradit Cæuall. *d. tract. quæſt. 580. num. 8. & 9.* vbi eſt bona mens & intentio, ibi non poteſt eſſe falſitas, cum culpa ſit ſcienter negare veritatem, ita etiam tradit Felin. *in cap. Cæterum. num. 13. de iudic.* quod pœnæ impoſitæ propter mendacium, habeant ſolum locum, quando in illo dolus interuenit, & poteſt quis dicere falſum, & non eſſe falſarius, Pacian. *lib. 2. de probat. cap. 45. num. 75.* addens quod aliquis poteſt eſſe temerarius bona intentione, pœnamq; non meretur, quod mala fide non ſit, latè Crauett. *conſ. 18. nu. 12. & conſ. 3. num. 24. lib. 1.* exornatur in Caualc. *p. 5. deciſ. 14. ibi paſſim.*

6. Ratione prædictorum quotidie in praxi fieri videmus quod ex vnis iiſdemque actis ſententia pronuncietur, reformetur, declaretur, & quandoque ſuper ſingulis dubitetur, cuius ratio quoque colligitur *ex Præfat. Pontif. ad Clement.* vbi, quoniam inquit, nulla iuris ſanctio, quantumcunque perpenſo digeſta conſilio, ad humanæ naturæ varietatem & machinationes eius inopinabiles ſufficit, nec ad deciſionem lucidam ſuæ nodoſæ ambiguitatis attingit, eo præſertim quod vix aliquid adeo certum clarumque ſtatuitur, quin ex cauſis emergentibus (quibus iura iam poſita mederi nō poſſunt) in dubium reuocetur, quandoquidem iuris & praxeos infallibile eſt principium quod modica mutatio facti, mutet ius vel variet. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 20. n. 21.* quod exornatur latius apud Cardin. Tuſchum *lit. F. concluſ. 13.* factum igitur vbi diuerſum, diuerſum ius ſtatui debet, Ludou. *deciſ. Peruſ. 50. nu. 4. p. 1.* atq; ideo eſt, quod ob diuerſas factorū ſpecies, iudex nō præciſe, ſed cum diſtinctione reſpondere debeat, idem Ludouic. *deciſ. 24. num. 1. p. 1.* & diuerſa ratio diuerſam iuris rationem exigit, Schrad. *de feud. p. 1. quæſt. 6. num. 16.* diuerſumque iuris effectum parit, Modeſtinus Piſtor. *p. 3. quæſt. 126. nu. 175. & ſeqq.* poſtquam igitur minima facti mutatio diuerſam ſententiam depoſcit, inde deducit Knich. *de veſt. pact. c. 1. n. 119. & ſeq. & in præc.* exēplis vel ſententijs in alijs cauſis latis non eſſe iudicandum, de quo vide infra de opinionibus. Aliam rationem dat Scac. *de commerc. & cam. §. 1. quæſt. 1. num. 44.* cur inſignes inueniantur IurisConſulti qui partium cauſas, ſibi inuicem contrarij, acerrime defendant, vel pugnantes in ijs ferant ſententias.

Sunt autem DD. qui ad confirmationem prædictorum adducunt *l. ſi ex plagis §. in Cliuo. ff. ad l. aquil.* dum dicitur in cauſa ius eſſe poſitum, vt ibi explicat Dion. Godefr. ex circumſtantia negotij controuerſi apparet, quid pro iure ſtatuendum ſit, vel vt explicat Barboſ. *in l. Titia ff. ſolut. matrim.* ius in facto & facti cognitione eſſe poſitum. Vnde vulgo dici ſolet: *Ius ex facto oritur,* quod pulchre explicat Zaſius *in l. quoties nu. 15. & ſeqq. Cod de iudic.* vbi diſtinguendo dicit ius ex facto oriri, quando ius circa hoc vertitur; quando per ius cognoſcitur an res aliqua ſit facta, cum enim Titius accuſatur quod occiderit Seium, Titius autem negat, quæſtio iuris eſt, an occiderit, iam iſta quæſtio dicitur procedere per modum facti, quia ius de facto quærit, & hoc modo dicitur ius ex facto oriri, quando iam conſtat de facto, ſed dubitatur de iure facti, an licite vel illicite ſit factum, quo nomine, genere, definitione, ſpecie, cēſeatur hoc factum, vti ibi, & latius infra de quæſt. vnde & verſus: 7.

B *Si be-*

Digitized by Google

Si bene facta notes conſultus, iura ſequentur
Factum præcedens ordine ius ſequitur.

Caſpar Guiliel. *Rota Spirenſis lib. 3. deciſ. 85* Purus Theoricus, inquit, trahit ius ad factum, purus Practicus trahit factum ad ius, bonus vero Theoricus & Practicus accommodat ius ad factum, & factum ad ius, & principaliter & ante omnia benè cõſiderat factum, & illud bene conſideratũ non trahit ius per capillos, ſed accõmodat, hactenus ille. Quibus attentis ſaluari poteſt, quod paſſim vulgo in contemptum iuriſprudentiæ dicitur quod *Ius habeat cereum naſum*, quippe quicunque voluerit bonus eſſe Iuriſconſultus noſſe debet, quomodo ex diuerſitate caſuum & varietate circumſtantiarum, is naſus iuri adaptandus atque adfigendus ſit, quandoquidem artis & ſolidi iudicij res eſt, eum naſum ita iuri addere, ne tota iuris facies atque imago deformetur, itaque iuri & præſenti ſiue occurrenti caſui, ita conformetur ne diſtorta facies inde appareat, quia ſi verba legis, facto non conueniunt, nec eius diſpoſitio locum habet, Gail. *de pignorat. cap. 14. num. 10.* qui & *1. obſeru. 2. num. 7* cum cæteris docet, ſi lex quæ cum aliquo præſuppoſito diſponit, ſi non verificetur præſuppoſitum, non habere locum diſpoſitionem *l. mancipia C. de ſeruis fugit. l. non ignoras C. de his qui accuſ. non poſſ.* remotoque facto intelligitur, remota omnis actio quæ ex illo facto oritur Zaſius *in l. Si duo Patroni §. idem Iulianus ff. de iureiur. &c.*

9. Quibus ponderatis varietatibus & circumſtantijs audiui ſepius Iuriſconſultos immeritò ab hominibus alioquin probis taxari, quaſi nunc huic nunc alteri parti in diuerſis cauſis inſeruiant, quodque iudices vel Iuriſconſulti aliter atque aliter ſententias pronuncient, intolerabilior verò taxatio eorum ex eo, quod in ſecundis inſtantijs ſententias ſæpe reforment, quaſi nihil in iure certum exiſtat, cum tamen prior ſententia potuerit eſſe iuſta, ſed nouis probationibus reformata & ſic iniuſta, habito reſpectu ad iuſtitiam litigatoris Alex. *lib. 2. conſ. 182. in prin.* vbi & infertur, quod tunc expreſſæ expenſæ veniant compenſandæ Gail. *1. obſer. 100. n. 6.* niſi ex ijſdem actis reformetur ſic non obſtante Viuij deciſione quandoque iudicaui iuxta Borellum *in ſumma deciſ. lib 2. tit. de expenſ. 39. num. 209. & ſeq. & DD. ibi*, & ita iudicat Camera Imperialis teſte Mynſ. *2. obſeru. 89.* licet contrarium videatur aſſerere Gail qui conciliatur, & hæc inter DD. controuerſa quæſtio declaratur, ſub diſtinctione apud Chriſt. *vol. 1. deciſ. 155.* quem conſulas, alias de ſtylo Rotæ victus ſemper condemnatur in expenſis, teſte Gomeſ. *ad regul. Cancell. de annali poſſeſſ. quaſt. 41.* & ſic communiter in inferiori patria obſeruatur, vtinam & in Germania: Pro declaratione tamen eorum, quæ ex Grotio ſuperius adducta fuere, ſciendum, quod licet aliud ſit agere iuſtè, & aliud agere iuſtum, tamen ad veram iuſtitiam requiritur vtrumque copulatiuè, ſcilicet, quod fiat iuſtum, & fiat iuſtè, Scacc. *de ſent. & re iudic. gloſſ. 9. num. 27.* quare autem illa ita non fiant, ex deductis ſatis percipitur.

CAPVT II.

De miſero Iuriſprudentiæ huius temporis ſtatu id adminiſtratione Iuſtitiæ.

INter alia Reipub. Chriſtianæ mala non illud poſtremum eſt, quod nihil hodie tam ratum fixumq; reperiatur, quod non tentare, labefactare audeant quantumuis 1.

bene

bene diſpoſita & ordinata, ratiunculæ hinc inde præſertim ex diſcordantium DD. opinionibus libriſq; cõquiſitæ, ſeu infrenis diſputandi animoſitas, atq; ex tot libris acquiſita libertas; deplorat autem hunc iuſtitiæ ſtatum Griuell. *deciſ. 122. n. 1.* vbi ait, qua in re facere non poſſum quin dicam miſeram eſſe non ſolum Iuriſprudentiæ noſtræ, ſed etiam omnium hominũ conditionem, quorum fortunas in omnibus ferè iuris quæſtionibus ita dubias facit infœlix iſta, & tam frequens inter ſe diſſidentiũ DD. contrarietas, vt vix quicquã certi habeamus, & Cæuall. *in comm. opin. q. 724. nu. 8.* quod nihil tutum ſit in hoc latiſſimo Iuriſprudentiæ campo, quod argumentis & difficultatibus diuerſiſq; DD. opinionibus ſubuerti non poſſit; & tamen quid magis ſolenne noſtris moribus iuridicina? lis litem generat inquit Lipſius *in ſuis epiſt. poſth.* iterumque hæc aliam, & catena fit, quæ etiam hæredes ligat, Bone 𝔚. noſtra venia hoc dicam, dubitare me an bono conſilio in vitam & vſum ius Iuſtinianeum à Lothario Imperatore reuocatum, ſic dico totum & plenum, non quia bona in eo, arguta, & à ſæculo veteri, ſed nimis fortaſſe bona, arguta, vetera & ideo ſeminarium ingenijs ad calumnias fraudeſq; pangendas, dic ſordes, quam multa in eo, quæ vſum hodie non habent, nam cum permulta præclaris legibus eſſent conſtituta, ea Iuriſconſultorum ingenijs pleraque corrupta ac deprauata ſunt, Cicero *pro Murena*; vt ita conuenire videatur quod Plinius dicebat *lib. 2. epiſt. 3.* Nos qui in foro & veris litibus verſamur, malitiæ multum etiam nolentes addiſcimus, & Quintil *declam. 334* conſtituit natura arma nequitiæ, per quæ abducantur iudicum animi, vt non immerito olim & hodierno tempore de exereſcentia & protelatione litium quotquot ſunt Viri probi & illarum gnari, querantur & iuſtè doleant; quemadmodum Wehneri *in practicis ſuis obſeruation. lit. I. verb. Iuſtici* 𝔚eſſen/ de litibus abbreuiandis ex pluribus DD. methodum quandam præſcripſit, ſi non meliorem, ſaltem talem optandam, ne lites iudiciorum tricis in immenſum excreſcant, nevè partes litigantes ipſis litibus deteriores reddantur, vel ne iudicum animi DD. opinionibus pro amico nimium abripiantur: Nunquid enim quotidie videmus, quanto ſtudio & diligentia tum per hunc tum per illum, ſæpe etiam neſcitur quibus medijs, maximè vero per illos, qui iniuſtas fouent cauſas, iudicum fauor concilietur & procuretur, dum intonat illorum auribus illud Sidon. *5. epiſt.* Si meruerit perſona gratiam conſequetur cauſa victoriam, vel illud vulgatum, *Plus valet fauor Iudicis quàm lex in Codice*, merito explodendum per *cap. 1. de ſentent. & re iud. in 6.* Quod & olim intellexit homo gentilis Pub. Rutilius, cum enim hic aliquando amici cuiuſdam iniuſtæ rogationi non annuiſſet, atque is indignando dixiſſet; quid ergo tua mihi opus amicitia, ſi quod rogo non facis, belliſſime reſpondit, imo quid mihi tua, ſi propter te inhoneſte aliquid ſum facturus, Valer. Max. *lib. 6. cap. 4.* exornatur apud Pacianum *lib. 2. de probat. cap. 44. num. 85. & ſeqq.* qui quoque allegatur & declaratur infra *de perſonarum acceptione cap. 4.* exornatur quoque in Gail. *lib. 2. de pace publica cap. 10. num. 29. & ſeqq.* rectè equidem, quia talia ſunt poſcenda, quæ nec interuenientis petitionem, nec præſtantis iudicium decolorant Symm. *lib. 9. c. 48.* ne iuſtitia propter malum miniſterium fiat inconſtans & iniuſta, Caualc. *p. 5. deciſ. 9.*

num.7. vnde apud Platonem illa ciuitas iuſtiſſime ordinata traditur, in qua quis proprios neſcit affectus, *in princ. diſtinct. 8.* nam vt canit Poëta:

> *Omnis amor cæcus, non eſt amor arbiter æquus,*
> *Nam deforme pecus iudicat eſſe decus.*

Mens amore occupata, inquit S. Bernardus, non eſt ſui iuris, affectus licet premantur erumpunt; facilius eſt, inquit Senec. *lib. 1. de ira.* affectus excludere quàm regere, quia admiſſi fortiores ſunt ipſo rectore, adde *l. fin. in fin. Cod. de aſſeſſor.* & rurſus illud Platonis *lib. de legib.* amorem in iudicijs cœcutire, & vt ait Quintil. *declam. 296.* magni affectus iura non ſpectant, & S. Hieron. *epiſt 3* multa nos facere cogit affectus, expers iudicij eſt, inquit Calp. Flaccus *declam. 2.* amor, non rationem habet nō ſanitatem, & Grotius *de iure belli lib. 2. cap. 10. num. 25.* pars maxima, ait, ad peccandum ducuntur affectibus, item appetitus concipiens parit peccatum, amicitia obnubilat interdum veritatem, & inſurgit iniuſtificatio, vt ſcribit Philoſoph. *1. Rhet.* ibi iudices propter amare & odiſſe non poſſunt ſufficienter videre, verum vt dicit *l. 2. §. 23. verſ. initium ff. de orig. iur.* amorem omne fas & nefas miſcuiſſe, vnde non mirum, quod propter amorem & affectus iudex recuſari poſſit, cauſas ſuſpicionis ordine Alphabetico recenſet Caualc. *p. 2. deciſ. 28. poſt num. 114.* vbi & præter cæteros allegat Marant. *in ſpecul. de Appellat. num. 27. & plurimis ſeqq.* in quibus cauſis iudex ſuſpectus recuſari poſſit, quibus adde Caroc. *de except. contra præiud. ſent. except. 120.* & Pacian. *de probat. lib. 2. c. 45.* & Nicol. Euerh. iun. *vol. 1. conſil. 5. per tot.* An delegatus Imperatoris & quibus de cauſis vt ſuſpectus recuſari poſſit; vbi inter alias quando iure non procedunt, ſed grauamen inferunt *nu. 24. & 30.* quorum doctrina ſæpius in praxi vſus fui ad quos me breuitatis cauſa remitto, alias pulcher eſt textus *in cap. quod ſuſpecti 3. quæſt. 5.* vidi quandoque practicari illud Cic. *de Orat.* dicentis, Probi & modeſti iudices ſe ſolent excuſare, quando manifeſtum eſt alteram apud eos partem gratia præualere.

2. In ſumma hodie litigantes cura & ſumptu abſumuntur, vt in ſimili dicit Terent. *in Phorm.* vide infra de litibus & opinionib. vt in tanta diſceptationum multitudine, ac variatione, verear, ne quoque de Iuriſprudentia ſaltem vulgò dicatur, *Ars omnis à naturali ſimplicitate recedit, ita dolo affinis eſt*, hac noſtra ætate ſcientiæ plus ſatis eſt, conſcientiæ parum, hinc tot abuſus Iuris prudentiæ irrepſere, hinc tot technæ, cautelæque paſſim malè practicatæ nihil enim adeò rectè vnquam inſtitutum fuit, in quod fiducia licentiæ, quæ prauis ingenijs agnaſci ſolet, abuſum aliquem non inuehit, Catiunc. *de offic. iud. c. 1. lib. 8.* & hæc rerum humanarum ſemper fuit viciſſitudo à condito mundo, quod optima corrumperentur paulatim ad prauitatem, Peckius *de iure ſiſtend. cap. 5. num. 23.* nullumque tam plenum beneficium eſt, quod vellicare malignitas non auſit, Senec. *lib. 2. de benef. c. 28.* ex quibus & ſimilibus tamen non efficitur quod ipſa Iuriſprudentia mala vel abroganda ſit, cum teſte Ariſtot. cuiusq; rei bonæ multiplex abuſus eſſe poſſit; nec opus ex ſe, ſed ex cauſa fit crimen,

> *In nobis igitur tantum, non rebus in ipſis*
> *Eſt caſus, &c.*

prædicta comprobantur infra de litibus cap. 7.

CAPVT

CAPVT III.

De Iudice conſtituendo eiuſdemq; officio in iudicando & adminiſtranda iuſtitia.

CAuere debent iudices, inquit S. Hieronymus *ad Celantium*, ne ipſi qui ſunt luces itineris, ſint comites erroris, & idcirco conſtituendi ſunt Viri ſapientes & gnari, : quorum conuerſatio comprobata eſt,)*eut. 1.* per hoc autem quòd dicit Viros, xigitur virtus conſtantiæ & fortitudinis, uæ proprij viri eſt, Cicero *lib. 1. Tuſculan.* uod latius proſequitur Lucas de Penna *in enictiones ſub num. 3. Cod. de curſ. publ.* vbi : *nu. 4.* dicit, iudicum prudentiam in quaior cõſiſtere; 1. Vt non facile credant, 2. Vt :quiſitè diſcutiant, 3. Vt propoſita diligen- r examinent, 4. Vt cum deliberatione ·onuncient; quiſquis igitur es Iudex, in- iiras diligentiſsimè veritatem *cap. indi- ıntem 30. q. 5.* late Viuius *deciſ. 189.* qua- opter inquit Raudenſis de Analogis *cap.* ·. *nu. 34.* neceſſarium eſt diligenter reuol- re leges, ſummas, tractatus, quæſtiones, ıgularia & inprimis omnia videre quæ vi- ri poſſunt antequã reſpondeas de iure vel onuncies, de quo vide omnino Decian. *ſua præclariſſ. Apologia*, quam omnes le- m Interpretes, Aduocati & Iudices debe- ıt tenere memoriæ *cap. 11. num. 12. & per* . quibus iunge *cap. ſummopere. cap. quam-* : *cap. etiam 11. q. 3.* Theſaur. *in præfat. de- ſuarum.* & Eccleſ. *cap. 11. ibi.* antequam uteris ne reprehendas, intellige prius, & ıc increpa, antequam audieris ne reſpon- ıs, Gregor. Tholoſ. *de repub. lib. 4. cap. 5. n. 48.* & quemadmodum lex æqualis eſt ınibus, & æqualiter omnes determinat :d. *conſ. 454. n. 56.* ita & iudex determina- & iudicare debet ſine acceptione perſo- narũ Deut. *16. c. nouit. x. de iud.* nam agnoſcere perſonam in iudicio non eſt bonum, Prouerb. *cap. 24.* & per Caſsiodorum *ſuper Pſal. Et operatur iuſtitiam, &c.* Iuſtitia non nouit Patrem, non nouit Matrem, Veritatem nouit, perſonam non accipit, Deum imitatur, qui igitur teſtante Cicerone *lib. offic.* adipiſci veram gloriam volunt, iuſtitiæ fungantur officijs, ita & ipſemet Chriſtus Apoſtolos amicos ſuos agnoſcit, quatenus quæ præcipit diligẽter exequantur. *Ioan. 15.* neque vllam cognationem agnoſcit, quã eorum qui faciunt patris ſui cœleſtis voluntatem, *Matth. 12.* cuius voluntas eſt vt iudex abſq; vlla perſonarum acceptione, ſecundùm æquitatem iudicet omnes.

Nam Iudex aliter iudicans quàm ſecun- 2.
dùm præſcriptum legum, vel qui ad pronunciandum vllo odio, vlla libidine, vlla offenſione, vllauè lenitate mouetur, non ſolum iuxta S. Ambroſ. allegatum per Zaſ. *ad tit. ff. de orig. iur. ad verb. ſeceſſionis. num. 6.* Iudex non dicitur, nec vllam excuſationem habebit, teſte Oldendor. *in pr. allegato*, ſed etiam comparatum ſe inueniet ſex iſtis quæ Ethnici habebant ſimulachra, lutea, lignea, ærea, lapidea, argentea & aurea, de quibus Luc. de Pen. *in l. Iudices n. 13. & ſeq. Cod. de dignit.* vbi & quomodo ſeſe gerere, gubernare & iudicare debeant, & aliqua *in l. omnes num. 3. Cod. de Decurion.* nam tenentur parti ad intereſſe, litemque ſuam faciunt, Idem Luc. de Pen. *in l. qui numerarij, num. 3. & 7. Cod. de Numer. actuar.* ſcituri, quod ipſis magis, quam partibus terribile ſit iudicium, ſiquidem litigatores ſub hominibus, ipſi autem Deo inſpectore adhibito cauſas proferunt trutinandas, *l. rem non nouã Cod. de iudic.* condemnabunturq; eorum animæ ad infernum, iuxta Scac. *de iud. lib. 1. cap. 86.*

Digitized by Google

num. 3. horribilem ex ſacra Scriptura referentem ſententiam hiſce formalibus. Væ vobis qui corrupti eſtis pretio, qui tracti odio vel amore, dicitis bonum eſſe malum, & malum eſſe bonum, ponentes tenebras eſſe lucem, & lucem tenebras, mortificantes animas veſtras, quæ non moriuntur, ſed in inferno ſepeliuntur; & tamen teſte Schrad. *in proem. inſtitut. num. 1.* hiſce corruptis moribus, maior pars hominum, tam eorum qui priuatim viuunt, quàm eorum qui imperijs pręſunt, adeo impotentes ſunt animi, vt affectu potiùs, quàm ratione ducantur, adeo, vt difficile ſit in politijs legib. conſtitutis, illorum qui præſunt, affectus iuſtitia refrænare, hinc prô dolor lachrymæ, hinc bella, hinc tot calamitates, vt patet *tit. ſeq. de bello*, cum tamen ipſa iuſtitia ius ſuum cuiq; tribuendo cernatur, S. Auguſt. *lib. 19 de ciuit. Dei*, & præ cæteris virtutibus hoc habet iuſtitia, vt alienis commodis ſola proſpiciat, vnde & alienum bonum dicitur, & virtus omnium perfectiſſima §. *1. authent. vt omnes obed. iud.* Heſpero Luciferoq; admirabilior habetur, Ariſtot. *5. Ethic.* & ad alium relata exiſtit & perficitur, & cum reliquis in ſe, hac ſcil. iuſtitia in alium vir bonus vtitur. Vir autem bonus quis? Viri boni ſunt veritatis cultores, fraudis inimici, Petrarcha *8. famil. epiſt. 1.* Et Poëta:

Qui conſulta Patrum, qui Leges Iuráq; ſeruat.
Quo multa magnaq; ſecantur Iudice lites.

Vti probat Coraſ. *lib. miſcell. iuris ciuil. cap. 22.* plura vide infra *cap. fin. & tit. 6. & 14.* ex quibus conſequitur bene dixiſſe Sophocl. *in Aiace*, in cauſa iuſta decet eſſe ingenti animo, pūta apud bonum iudicem, igitur iuxta Poëtam:

Tu quod iura petunt, facias pietatis amore.
Nec metuas quemquam, quiſquis obeſſe velit.

Quippe rarò inuenies dicit Sateſb. *7. 24* qui in aliquo non detrahat Præſidenti, etſi interdum omnia recte gerantur, per maximè hoc accidit iudici, quia dum pro vno iudicat, alterum condemnat, ac proinde dicere debet; Ego te non condemnaui, ſed Leges; vti Dominus Plettenberg Iudex Aulicus Monaſterienſis, quondam reſpondiſſe fertur Sereniſſimo Principi Erneſto per ſententiam in aliqua cauſa, iura territorij concernente, cōdemnato, quid enim tam difficile, quam in plurimorum controuerſijs diiudicandis diligi ab omnibus, Cicer. *de Orat.* Et vulgo notum eſt illud morale: *Prælatum ſequitur inuidia.* 3.

CAPVT IV.

Num Iuſtitia adminiſtranda ſit in caſu imminentis maioris mali?

AN Iuſtitia in caſu imminentis periculi vel maioris mali præciſè adminiſtrari debeat, (quando fortè *Brabantini ratione Aureæ Bullæ*, vel *Hollandi ratione Subditorū*, vel alij *litteras comminatorias* reſcribunt, quemadmodum ſæpius factum ſcio) difficilis ſane eſt quæſtio, *in mea patria per Theologos* diſcuſſa & examinata, cum vigore ſententiæ per aliquem Abbatem obtentæ, vel alias peteretur reſtitutio Eccleſiæ Parochialis in Weſalia; at non concors erat conſulentium ſententia, quandoquidē ſanior pars propter periculum repreſſaliarū quoad Eccleſias Embricēſem & Reſſenſem executionem diſſuadebant, quemadmodum & poſtea effectuatæ fuēre, nihilominus in caſu ſimili executionem ſuadet Cothoman. *vol. 3. reſp. 33. vbi n. 196. & ſeq.* reſpondet ad obiectiones ab euentu & periculo deſumptas, idem facit Meiſ. *tom. 4. deciſ. Cam. Imp. 27. n. 27. & ſeq.* vbi & illud: *Fiat iuſtitia, & pereat* 1.

Digitized by Google

eat mundus; ſicuti & dicitur *Deut.16. in fin.* iuſtè quod iuſtũ eſt perſequeris; hoc eſt, quæ bona ſunt & iuſta, benè, iuſtè, & prout par eſt agito, quippe *non nomina, ſed aduerbia beant hominem*, vt alibi probabitur, Et *Eccleſiaſt.c.4.* pro iuſtitia agonizare pro anima tua vſque ad mortem, certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos; pulchrè quoq; dicit Imperat. *in l. iubemus Cod. de Præpoſitis ſacri cubiculi*, læſis implorandi ſubſidij facultatem denegari non conuenit, ne adminiculis iuris denegatis iuſtitia lædatur & Reſpublica, & quæ ſunt ſimilia.

2. Verum enimuero prædicta nimis generalia ſunt, quæ non concludunt ſubtilibus viris ſed groſſis, & non illuminant intellectum practicum qui debet eſſe de rebus ſingularibus, & tractatui quodammodo ſubiacentibus, alias in ſingulis ambiguum ſupereſt, Gratianus *lib.2. diſcept. forenſ. c.335 num.19. & ſeq.* & vide *in iure Canon. Canones pœnitentiales in princ.* vbi dicitur, quod ſicuti eſt in ſcientijs practicis, quæ verſantur circa opera, quod ſermo in vniuerſali eſt incertus & dubius, ſed cum applicetur ad particularia incipit quodammodo habere certitudinem, vt qui non conſideret circumſtantias particulares potius deuiet quam ſe certificet, vt latius ibi, & teſte Philoſopho *2. Ethic. c.7.* ſicuti ſermones circa vniuerſalia ſunt faciliores, ita circa particularia ſunt veriores, Rota Genuenſ. *deciſ.14 ſub nu.36* quoniam itaque in morali ſcientia atq; actibus humanis multa equidem licent, ſed non expediunt, *l. non omne ff. de reg. iur.* & Seneca *in Octau.* id facere laus eſt, quod facere decet, non quod licet, pro quo conſide- & illud *Eccleſiaſt.8.* Omni negotio tems eſt & opportunitas, quare non tantum ...entis ſed vigilantis eſt occaſionem obſeruare properantem, itaque hanc circumſpice, hanc ſi videris prende, Senec. *epiſt.22* & virtus eſt, vbi occaſio admonet diſpicere Plaut. *in Perſ.* ac præterea faciendi aliquid vel non faciendi, tum hominum tum rerum & temporum rationem habere; non enim vt Plinius *epiſt. 6.* dicit, omnibus eadem conueniunt, adde *Eccleſiaſt. cap. 3.* ac propterea Plato *lib.16. de Regn. Legislatorẽ* quoad Reip. regimen ſimile facit Medico & Gubernatori nauis, nam vti hi non ſemper eadem præſcribunt agenda ad corporis ſalutem, & ad nauigationis tutelam, ſed varia præcepta & medicinas excogitant ſecundùm morborum ſtatum, ventorum & locorum pericula, ita legiſlator, qui Rempublicam adminiſtrat, non debet ſemper eiſdem vti legibus; ſed neceſſe eſt, vt varia & alia præſcribat, ſeu iuſtitiam ſecundùm temporum, rerum ac locorum viciſſitudines, ſtatus & qualitates adminiſtret, alioquin rem non rectè pro vtilitate publica gerere valebit, vide *infra de Iuſtitia fori & poli cap. 15.* & *cap.2. de temp.* & Thomam de Kemp. *de imit. Chriſti lib.1. cap.19. verſ.* etiam pro temporis congruentia; vbi & in pijs temporum diſcrimina obſeruanda monet, & exornatur in Petro Vander. *de Priuil. credit. cap. 1. facit & cap. erit autem lex. diſtinct. 4.* iunctis ijs quæ traduntur inferius de Clementina *cap.7. & tit. de Æquitate*, vbi paſſim & Polianthea *in verbo Decorum*, vbi varia huc accommodanda inueniuntur, nihil tam cognatum ſapientię inquit Sareſb. *8.10.* quàm locis & temporibus accommodare ſermones, vnde & dici ſolet, quod in omni negotio tria attendi debeant, quid deceat ſecundùm honeſtatem, quid liceat ſecundùm æquitatem, & quid expediat ſecundùm vtilitatem, *Cap. Magnæ de voto*, Anchor.

Digitized by Google

Anchor. *conſ. 66.* rectè igitur Seneca *6. de beneſ. cap. 40.* hoc certe delinquis, inquit, quod non exſpectes ſuum cuiuſq; rei tempus, quod æquè peccat, qui non ſequitur quàm qui antecedit. iunctis traditis per Oldendorp. *de Vſucap. & præſcript. ſub tit. quā neceſſaria ſit ratio temporis*, Quocirca ait Poëta:

Iudicis officium eſt, vt res ita tempora rebus
Quærere, quæſito tempore, tutus eris.

Et rurſus:

————————— Non omnibus horis.
Omnia conueniunt, res prius apta, nocet.

Non omnibus eadem placent nec conueniunt, inquit Plin. *6. epiſt. 27.* & Boët. *2. de conſolat. metr. 6.* ait:

Signat tempora proprijs
Aptans officijs Deus,
Nec quas ipſe coërcuit
Miſceri patitur vices.

Tempus actionis opportunum, vocatur occaſio, Cicero *1. Offic.* ab occido, quod obuenio ſignificat, ſic dicta, quam veteres (exiſtimantes in cunctis negotijs momenti plurimum & ponderis obſeruationem temporis & opportunitatis habere) diuinitate donarunt, quod pulchrè proſequitur Coraſ. *in l. 13. num. 4. ff. de legib.* vbi & illud Eraſmi: Noſce tempus, & pro varietate occaſionum, magnæ eſt prudentiæ mutare ſententiam, *cap. magna 22. q. 4.* nam vt ſtatim dicetur, & ipſæ leges volunt vt recte regantur; adde tradita per Couar. *in cap. alma mater p. 2. de mutatione ll. in princip. cap. ibi per tot.* belliſſimè igitur Nazianz. *Orat. 1. de Theolog.* ſcribit, quæ per ſe bona ſunt, ſi non benè quoq; tractentur, boni gratiam amittere ſolere; vnde & S. Bernar. vult hominem ſpiritualem omne ſuum opus terna cōſideratione præuenire, prius quidem an liceat, deinde an deceat, poſtremò an expediat, vti allegatur in Florilegio *verb. Conſideratio, verſ. ſpiritualis homo*; & latiùs ex S. Bernardo *3. ad Eugen. Pap.* Luc. de Pen. *in l. conductores ſub num. 2. Cod. de conduct. & procur.* nam omnes actiones ex fine, vſu, & circumſtantijs accipiunt honeſtatem, vt ita eſſe poſſit quod quid ſolitariè conſideratum ſit indecorum, ex adiuncto vero fiat honeſtum, Scacc. *de commerc. & camb. §. 1. quæſt. 7. num. 62.* qua in re placet elegantiſſima verba Cicer. adſcribere: Hinc iam inquit Cicero pro *Rabir. Poſthumo*, veſtri conſilij res eſt, veſtræ ſapientiæ quid deceat vos, non quantum liceat vobis ſpectare debetis, ſi enim quid liceat quæritis, poteſtis è ciuitate tollere quem vultis, Tabella eſt (de Romanorum vſu proferendi ſententias per tabellam, & quomodo & quare hoc factū fuerit, vide Borellum *in ſumma deciſionum lib. 2. tit. 30. num. 3. & 4.*) quæ dat poteſtatem, eadem occultat libidinem, cuius conſcientia nihil eſt, quod quiſquam timeat, ſi non pertimeſcat ſuam, vbi igitur eſt ſapientia iudicis in hoc, vt non ſolum quid poſſit, ſed etiam quid deceat, ponderet, nec quantum ſibi permiſſum meminerit ſolum, ſed etiam quatenus commiſſum, &c. conſimiliter Cato tradidit, quod & ipſæ leges cupiant, vt recte regantur, Coraſ. *lib. 9. miſcel. iur. ciuil. cap. 9.* parum eſt dicit Iuriſconſultus *in l. 2 §. 13. de orig. iur.* ius in ciuitate eſſe, niſi ſint qui iura regere poſſint, *& rurſus ibi*, quod ius conſtare non poſſit, niſi ſit aliquis Iuriſperitus per quem poſſit quotidie in melius produci, Et Cicero *pro Murena*, boni Conſulis eſſe inquit, non ſolum videre quid agatur, verum etiam prouidere quid futurum ſit; aduigilandum itaque eſt *Magiſtratui, inſtar Iani antiquiſſimi Italiæ Regis*, gemina fronte, vt pręterita noſcat, & futura

tura

Digitized by Google

tura proſpiciat, hoc enim ad ipſius prudentiam ſolertiamque pertinet, nam ex prætetitis & præſentibus futura metienda ſunt, vſq; adeo vt etiam in minutiis proſpiciendum ſit, ne paulatim incidamus in maxima incommoda, quia res initio puſillæ creſcunt in maius, parua ſæpè ſcintilla cōtempta magnum excitauit incendium, vnde Prouerbio dicitur: Minutilam pluuiam imbrem facere. Hinc & Salomon inquit: Vbi nō eſt Gubernator diſſipabitur populus. Et Xenophon: Si deſint qui imperent, nulla in re præclari quicquam geri poteſt; ratione prædictorum ipſe Princeps Apoſtolorū S. Petrus à S. Paulo reprehenſus fuit, quod quidem licita faceret, ſed quæ non expediebant; vt interpretur Barboſ. *in cap. 9. num. 5. diſtinct. 9.* Etiam ſummi Gubernatores dicit Cicer. *Phil.* magnis tempeſtatibus à vectoribus adoneri ſolent, idcirco Ariſt. *5. Ethic.* Prudentem iudicem animam legis appellat, vt ſi norit, vbi & quando regula Lesbia ad conſeruandum ius ſiue æquitatem, vtendum ſit, nam quemadmodum Architectus ſuam regulam flectit, ita leges interdum iuriſconſulto flectuntur, ſi id poſtulant circumſtantiæ, quarum in ſcrutanda ac ſeruanda æquitate magna habenda eſt ratio; *de infra de Æquitate.*

Quapropter diligentiſſimè diſcuti & examinari debet, antequam adminiſtratio Iuſtitiæ intermittatur, num immineat inde periculum maioris mali, ſiquidem hoc caſu ratione Epicheiæ intermiſſio rigoroſæ adminiſtrationis iuſtitiæ reſpectu maioris mali habet ſpecimen boni, vti communiter concluditur ex Ariſt. *lib. 1. Eth. 5.* quippe hoc vſu venit, quod Iaſoni Theſſalo Plutarchus attribuit, neceſſarium eſſe in paruis iniuſtitia abire, qui ſaluam eam velit in magnis, & ſemper vt dicit C. Craſſus *apud Tacitum*; habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra ſingulos publica vtilitate rependitur Zaſ. *lib. 2. conſ. 1 ſub num. 58.* vbi *in ſeqq.* ex alijs DD. infertur, quod Princeps ſiue Imperator vtens plenitudine poteſtatis etiam fœminis non vocatis, poſſit præiudicare ob fauorem agnationis, quod ſi ita abſolutè verum eſt, grauiſſima illa controuerſia, an omnia feuda huius Diœceſis maſculina ſint, ita per Imperatores ante tempus immemoriale determinata, videtur deciſa, ſed illam in medio relinquo, quia per Nobiles ſe non auditos fuiſſe replicari audio, & quod illi filiarum ſuarū excluſionem à bonis feudalibus, maſculinâ ſtirpe defectâ, potius pro odio quàm fauore æſtiment, ideo forte melius ipſimet Nobiles priorem doctrinam in ſui fauorem accommodant, dum volunt hoc ipſum, probantes per diuerſa Sereniſs. Principis Electoris reſcripta, quòd filiæ Nobiles dotari, & dotatę à ſucceſſione bonorum tam Paternorum quam Maternorū arceri ſiue dotatę ſuccedere non debeant, ſed quia modo habeo in facto, ideo circa illud non inſiſto, aliquid tamen inferius *de ſtylo ac ſtatuto* dicturus, & de præfata materia plura in ſeq. ſic & de Iudice *part. 2. De Perſonar. accept.*

CAPVT V.

De publica vtilitate & eiuſdem effectu & quatenus hic Iuſtitia adminiſtranda. & an Princeps ob eandem res priuatas auferre poſſit, & quid fieri debeat ſi maiora mala immineant.

AD propoſitum videatur Zaſius *lib. 1. conſ. 1. num. 23. & ſeq. de effectu vtilit. publ.* ibi quoque Ariſtoteles & D. Thomas 1.

allegantur, quod bonum gentis ſit melius, quàm bonum vnius, & quod ob d. publicam vtilitatem bona priuatorũ auferri poſſint, quod licet et præter Iaſonem *vol. 2. conſ. 236.* multi relati apud Greuæum ſequantur, facit illud Poëtæ:

Publica priuata ne cedant commoda cauſa.

Niſi tamen idipſum cum mica ſalis & diſtinctè intellexeris iniuſtum effeceris, quandoquidem Princeps & Iudices actus ſuos regulare debent à iuſtitia poli & fori. Gail. *1. obſ. 14. ſub nu. 6.* & ſummopere cauere, ne dilectionem proximi offendant neve tempeſtate potius quàm poteſtate vtantur. idem Zaſ. *lib. 2. conſ. 10. num. 7.* Vaſqu. *lib. 1. contr. cap. 1. num. 20. & lib. 2. cap. 51. num. 65.* inferentes, quod nec ſummus Princeps prætextu publicæ vtilitatis ſubditos poſſit opprimere vel damnis afficere, ſed ſi quid agat, id debeat agere ſine alicuius iniuria *l. 2. §. ſi quis ff. ne quis in loco publ. l. nec cuius Cod. de emancip.* Gail. *2. obſ. 58. num. 4. & ſeqq.* Afflict. *deciſ. 286. num. 6.* vſque adeo vt faciendo aliquos prætextus non excuſetur, nihil enim intereſt, inquit S. Hieron. *cont. Iouinian.* ex quam honeſta cauſa quis inſaniat; ad confirmationem prædictorum vide & textus in ſacris literis *Oſea cap. 8. Iſa. 33.* & paſſim alibi, quaſi plenitudo poteſtatis in ſola diſpoſitione bonitatis, non etiam prauitatis eſſe videatur DD. allegati apud Vaſquium *lib. 4. contr. c. 1. n. 5. & ſeq.* qui attingendo varios caſus diſputat, an poſſit Princeps auferre alicui ius quęſitum, dominium, vel rem ſuam, & plurimos citat affirmatiuam tenentes, idem facit Gail. *2. obſ. 56. nu. 1. & in ſeqq.* de fauore publicæ vtilitatis & effectu, vnde & defenditur, licet ſeueriſſimè alias punitum videamus Achab *lib. 3. Reg. cap. 21.* qui pecunia aut vinea meliori oblata petebat vineam Naboth horto ipſius vicinam, ſicut hodie quandoque ſubditi coguntur vendere domum ſuam ad Eccleſiam vel Monaſterium conſtruendum vel ampliandum, quod expreſſe certis tamen conditionibus decidit Farinac. *p. 1. deciſ. 676.* & ita limitatur *l. dudum Cod. de contrah. empt.* nam ſi ſimpliciter hoc affirmares hodierno tempore, vbi tot Eccleſiæ & Monaſteria extructa ſunt, vix erit vt iuſtitiam non lædas in cauſa proximi tui, domo ſua in educationem ſuorum indigentis; quocirca locum ſibi vendicat illud Fabij *declam. 13.* quicquid iure poſſidetur, iniuria aufertur, quæ latius illuſtrantur per ea quæ trado *de Veritate c. vlt.* & ibi quid & quantum Princeps poſſit vel non: propterea præter Gratian. *tom. 5. diſcept. forenſ. cap. 896. num. 22. & ſeqq. & DD. ibi alleg.* videas in caſibus occurrentibus Couar. *lib. 3. var. reſolut. 14.* & omnino Aluarum Valaſc. *tom. 1. conſult. & rerum iudic. cap. 22. & de priori quæſtione* Cæuall. *in ſpeculo commun. opin. quæſt. 577.* vbi vna eſt communis, negans, quòd Princeps de plenitudine poteſtatis non poſſit auferre dominium alterius; altera affirmans, & *quæſt. 578.* an poſſit hoc facere cum cauſa reſpiciente publicam vtilitatem, & an tunc Clerici ad collectas teneantur, & quomodo, vide ibi, priuilegia tempore famis & belli ſilere docet Surd. *conſ. 313. num. 97.* vbi & in ſeqq. de effectu publicæ vtilitatis, & iudicatum fuiſſe, ac ita ſeruari teſtatur Mynſing. *4. obſ. 70.* quod immunitatis priuilegium non comprehendat collectas ob bellum vel aliam neceſſitatem ſeu publicam vtilitatem indictas, quod tamen aliquot modis declaratur & limitatur apud Klock. *de contribut. cap. 16. num. 111. & ſeq.* quem in caſu occurrenti conſulas.

Quo-

2\. Quocirca alia eſt Theorica diſtinguens, quod Princeps ob vtilitatem publicam res priuatorum auferre non poſſit, vbi alia via & modo prouideri poſſet, & præter Iaſon. *vol.3.conſ.46.num.17.& ſeq. & vol.1.con.1. nu.26.* vide Menoch. *conſ. 307.nu.47.* relatum per Greuæum ad Gail.*2.obſ.56.num.8.* deinde diſtinguas, vt ibi *conſiderat.2.* ſi Princeps auferat rem priuati ex publica cauſſa neceſſitatis (vti ſæpius hodie, dum ob imminentem hoſtis inuaſionem vel periculum huius vel illius caſtra occupantur & muniuntur, exempla viua & notoria ſunt) quod tunc iuxta communem ſententiam teneatur ad pretij refuſionem; vide ad eum, vbi plura infert & *concl. 57.* Aluarum Valaſc. *tom.1.conſul. & rerum iud. cap.22. num.6. & ſeq.* ſed cum alijs allegatis docet Surd. *d. conſil.313. num.98. & ſeq.* quod ne quidem ceſſante tempore neceſſitatis Princeps reſtituat preti im rei ob vtilitatem publicam priuato ablatæ; vide tamen diſtinctè ibi, vnde & docet Vaſq.*lib.4.contr.cap.4.nu.8.* quod Reipublicæ neceſſitatibus ſubueniendum ſit cum iactura vniuerſorum, non quorundam tantum, iuxta communem, adde Munnoz.*de ratiocinijs cap.25. ſub num.22. ibi in præced. & ſeq.* tradit, quorum ſumptibus defenſio & recuperatio ablatorum ab hoſtibus fieri debeat, & late de clauſula, de plenitudine poteſtatis, & varios caſus tam quoad ſummum Pontificem, quam ſummum Principem, in quibus & quando eâ ti poſſint vel non, Barboſ. *de Clauſulis vſireq. clauſ.41.* & quod Princeps non poſſ alicui ius auferre, Pulchrè Zaſ. in *l. Prinps ff. de legib.* adde eundem late ad *tit. ff. orig. iur. ad verb. Magiſtratus num.13. & ctus ſeqq.*

Oportet autem ſcire quæ ſit, & dicatur publica vtilitas, & eius ſpecialia, de quo Card. Tuſch. *lit. P. concl. 959. &* DD. *in l. iuri operam, §. huius ſtudij,* ibi pulchrè Zaſius *ff. de iuſt. & iur.* & DD. *in prin. §.1. inſt. de rerum diuiſione, & in l.1. ff. ſoluto matrim.* ibi Bart. *nu. 25. & ſeq.* docet, quòd publica & priuata vtilitas poſſit dici quatuor modis, & quæ publica vtilitas alteri publicæ vel etiam priuatæ præferatur; vide ad eum, & ibi additionatores, & Zaſium cum pulchris illatis, nec non Alciatum *in cap. Cum contingat, num.89. & ſeq. x. de iureiur.* vbi enumerat aliquot caſus, vel etiam tradit, quando dicatur principaliter agi de vtilitate publica, & in conſequentiam agi de vtilitate priuata, & è contra, & inde deductos effectus, de quibus etiam Scacc. *de ſentent. & re iud. gloſſ.7. quæſt.3. limit.4. num. 198. & ſeq.* iuncto Vaſquio *de ſucceſſ. lib.1. de teſtatoru potentia §. 3. ſub num. 2.* vbi & quod publicum dicatur quatuor modis, & plura illata, & Barboſ. *in cap. erit autem lex, diſt. 4. num.4.* quando dicatur lex continere vtilitatem publicam primò & principaliter, & quando ſecundario, ibi pulchrè exemplificat, de quo vide & Petrum Greg. Tholoſanum *lib.1. de Republ. cap.2. num.13. & ſeqq.* vbi publicum, vel ad vtilitatem publicam aliquid pertinere, dici poteſt quatuor modis, iunctis ijs quæ tradit *lib.24. cap.8. n. 11. & ſeq.* ibi & de bono publico & priuato.

Verum quæ ſit vtilitas publica, ad ius poſitiuum pertinet interpretari Cæuall. *in ſpeculo communium opinionum quæſt.585. n.9.* 4. conformiter retuli in cauſa ciuitatis Andernacenſis, vbi Sereniſſimus Princeps Elector modificauit Priuilegium vel immemorabilem obſeruantiam in cuſtodia clauium & apertura portarum, quemadmodum Princeps data iuſta cauſa Priuilegium ſeu contra-

tractum à ſe cum ſubdito celebratum limitare, eique modum & conditionem præſcribere poteſt ſecundùm DD. relatos in Barboſa *dicta clauſula 41.* declarat autem hoc ipſum in ſequentibus, dummodo huiuſmodi cauſa concernat publicam vtilitatem, & DD. *num.15.* volunt, tunc ratione publicæ neceſſitatis poſſe derogari priuilegijs, quādo conſtat quod talis vrgeat neceſſitas, quæ non poteſt euitari, niſi priuilegiati ſoluant, ſed quia ſuperius dictum eſt, quod illius interpretatio ad ius poſitiuū pertineat, nimis illa lata hodie ſæpe exiſtit. Paucis decus publicum curæ inquit Tacit. *lib.12. Annal. fol.121.* plures tuta differunt, & Plin. *lib. 7. epiſt. 18.* oportet, ait, priuatis vtilitatibus publicas, mortalibus æternas anteferre, multò diligentiùs muneri tuo conſulere, quàm facultatibus, aliàs de reuocatione Priuilegij, & quare reuocatio valeat latè conſuluit Menoch. *conſ. 112. & ſeq.* Quemadmodum & conſultum fuit in Camera Imperiali, quòd ceſſante neceſſitate vel periculo (niſi pacto & conſuetudine ad hoc adſtricti ſint) ſubditi non obligantur ad cuſtodiam in Caſtro nocturnam vel diurnam. Beſold. *in Theſauro practico, lit. W. verbo* Wachen/ iunctis traditis per DD. & Lucam de Pen. *ad tit. Cod. ne ruſticani ad vllum obſequium euocentur,* & infra *de iuriſdict. cap. 5.*

5. Alias mirum videri nō debet, quod publica vtilitas multa ſpecialia habeat Felin. *in cap. nonnulli. x. de reſcript.* exornatur apud Surd. *conſ. 210. num 29. & ſeqq.* quod ratio publicæ vtilitatis multa permittat contra regulas iuris, quod conſilium allegat Surd. *deciſ. 255. num. 11.* vbi & quod publica vtilitas præferenda ſit cuicunque priuilegio, & quod cauſa pacis poſſint concedi bona ciuium, quodque ratione publicæ vtilitatis multa tolerentur, quæ aliàs non admitterentur, Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum nu. 10. x de conſtit.* ibi plenè de Papæ & Principis poteſtate in tollendo beneficia, iura & bona priuatorum vbi declaratur, de quo etiam late Chriſtin. *vol. 5. deciſ. 27. per tot.* vbi & an Princeps poſſit ſuburbia diruere, non refuſo damno; itē, an damna tempore belli illata promouendæ pacis cauſa abſolutè remittere poſſit inuitis damnificatis vel ſine reſtitutione, vbi pro & contra DD. allegantur, & quid reſponderint DD. contra Regem Catholicum demolientem caſtrum alicuius, cauſa belli & pro bono publico, fortè iſta demolitio principaliter facta fuit ad Regis commodum; neque enim negari poteſt quod Princeps ob publicam vtilitatem ac neceſſitatem multa poſſit, quæ aliàs non poſſet; vnde Couarr. *in cap. poſſeſſor p. 2. §. 4. num. 8. verſ. tertium eſt, de regul. iur. in 6.* ſcriptum reliquit, quod ſi ſtatutum iuxta temporis & publici ſtatus conditionem Regimini publico & ipſi communitati maximè conueniat, ſitque omnibus vtile, illud à Clericis quoque eſſe obſeruandum, ne Reſpublica graue aliquod detrimentum patiatur, quod omnibus in vniuerſum noceat, vbi plurimos DD. allegat & *num. 9.* exemplificat, ſicuti & in edicto Principis ſæcularis, ne frumentum plus certo pretio ab eo conſtituto vendatur, exemplificatur à DD. illudque Clericos ligare docent Vincent. de Franchis. *deciſ. 9. num. 3.* atteſtando ita fuiſſe iudicatum, Molina *de iuſtitia & iure diſp. 31. tit. 8. verſ. ſexta concluſio:* non abſimile eſt, quod de lege regia de tritico non reuendendo docet Vaſquius *de ſucceſ. lib. 1. §. 10. ſub num. 648.* Cacher. *deciſ. 68* vbi ad quæ, ex hoc capite publici boni, teneantur, iunctis traditis per Sotum *de iuſtit.*

inſtit. & iure lib.6.quæſt.6.art.6.verſ. Ceterum. Silueſt. *in ſumma in verbo lex num. 15.verſ.2.* Luc. de Penna *in l. 2. Cod. de quibus muneribus,&c.* vide iſtos DD.& me infra de ſtatutis, illud quoque refert Scacc. *de commer. & Camb.*§.*1. quæſt.7.p.2.ampl. 19.num, 50.ſed in fine dicit ſe nihil firmare.* vnde & defenditur *lex Amneſtiæ*, quæ eſt lex obliuionis,poteſt enim Princeps pro facienda pace iniurias & damna ſubditis illata remittere, ſi aliter bonum publicum ſequi nequeat,præter Pegueram *deciſ.39. nu. 11. & 12.* vbi inter alios allegat D. Thomam, & rurſus *deciſ.65. num.6.& ſeq.* allegat D. Thomam *1.2. quæſt.105. art.1.in fin.* & Nicol.de Lyra *ſuper 1. Reg. cap. 8.* dicentē, de iure Regis eſſe in neceſſitatibus propter bonum publicum Regni, recipere bona ſubditorum, *& ibi* Peguera quòd Rex non obſtante inſtantia partis,poſſit pro bono publico facere remiſſionem delictorū, docet Ioan. Baptiſt. Fragoſus *de Regimine Reipubl. Chriſtianæ lib.4. diſput.10.* §.*1.ſub num.252. & ſeqq.* vbi admittit extra illum caſum fieri debere compenſationem, qui *lib.3.diſp.5.*§.*4.* cum alijs per eundem allegatis docet, quòd Princeps non poſſit alteri ius ne quidem in ſpe quæſitum auferre,& ibi de Priuilegijs, quod eruncitur etiam hoc ipſo, quod in caſu demū neceſſitatis & pro bono pacis, adeoque in caſu ſpeciali hoc ipſum admittatur,per rationes & iura allegata à Gail. *2.obſer. 57. num.1.& 2.* ac proinde ius in contrarium eſſe apparet; deſinant ergo blandiri dicit Coraſius *in l. Princeps, num. 4. & ſeq.ff. de legibus*,illi gnatores Aulici, qui Principum auribus occinere non ceſſant, Principem omnia poſſe, eiusque libidinem & voluntatem pro legibus habendam, non enim Princeps honeſti iuſtique regula, ſed honeſti iuſtique miniſter eſt, ac ipſius Iuris cuſtos & conſeruator,qui quamprimùm à recto diſcedit,non Rex,nō Imperator,non Princeps,ſed Tyrannus appellatur S. Auguſt.*lib.2.de ciuit. Dei,cap.20* certè cum iſtiuſmodi homines audio, omnia Regibus & Principibus licere clamantes,videtur auribus meis Iulia Caracalli nouerca inſuſurrare deteſtandam illam vocem quam effata eſt, cum eidem maxima corporis parte nudata Antonius reſpondiſſet,vellem ſi liceret, quippe reſpondit illa impura mulier, ſi libet, licet, an neſcis te Imperatorem eſſe, & leges dare non accipere? Spartia: *in Anton. Caracalla*, contra verò non modicam laudem meretur Antigonus qui exclamante quodam, omnia Regibus eſſe honeſta & iuſta, ita per Iouem inquit Barbarorum Regibus, alijs autem ea duntaxat honeſta ſunt, quæ honeſta, & ea ſola iuſta,quæ iuſta; vnde poteſtatis plenitudinem tempeſtatis & iniquitatis vocandam,ſi Princeps illa vtatur ait Additionator *ad Beſoldum in Theſaur. pract. lit. R. verbo Ratio ſtatus*, adde latè diſcurrentem Petrum Gregor. Tholoſan. *de Republ.lib.7. cap.20. paſſim per tot.* vbi & excipitur, ſi agatur de vtilitate publica; nam vt habet Liuius, Reſpublica incolumis priuatas res facilè præſtat, at publica perdendo tua ne quicquam ſeruat; quod cum alijs refert Annæus Rob. *lib.2. rer.iud. c.11.* vbi plura de effectu publicę vtilitatis,& ita conformiter Dn.Barnefelt quondam ex generalibus Statibus Hollandiæ dixiſſe ab alijs percipi, melius eſſe dare, quàm ſolum perdere, quodq; dando ſe ſuosq; vel etiā patriam conſeruarent,quis enim eſt, qui malit ſeipsū ſuaq; omnia bona interire, quā fortunarū ſuarum partē leuiuſculā pro ſeipſo vel reliquis bonis conferre?

C 3 De-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Demoſth. *in orat. de ordinat. ciuit.* an non melius plumarum aliquid amittere, quàm vt de cute aut carne periclitemur? Lipſius *cent. miſcell. epiſt. 85.* & iuxta comicum neceſſe eſt facere ſumptum, qui quęrit lucrum. Germani dicunt: Wer da will mit genieſſen/ der muß mit ſchieſſen/ Zaſ. *in l. cum filiusfam. §. in hac, num. 9. de verb. oblig.* ratio prioris eſt, quod vt textus *in cap. licet quibuſdam, x. de regularib. & transeunt. ad relig.* inquit, ſicuti maius bonum minori bono præponitur, ita communis vtilitas ſpeciali vtilitati præfertur, hinc dicimus valere ſtatuta quæ publicum bonum magis quàm priuatum concernunt, quæque vniuerſim proſunt, licet priuatim aliquo modo obſint; nam eſſe poteſt, dum agitur de vtilitate publica, agi quoq; de vtilitate eius, cui aliqui in re damnum infertur, quod ipſum Legum & DD. authoritatibus confirmat Decher. *lib. 2. diſſert. 5. num. 12. & 13.* nec abſque ſumma ratione, cum certum ſit, quod euerſa domo, Reipubl. ſtatus manere ſæpe ſoleat, at vero vrbis & Reipublicæ ruina penates omnes ſecum trahat, naue fracta dicit Cicer. *ad Heren. 4.* multi incolumes euaſerunt, ex naufragio patriæ ſaluus nemo poteſt enatare, non malè igitur dixit Liuius *lib. 22.* priuatæ res ſemper offecere, officientque publicis, dum ſuæ quiſque priuatę rei conſulet, inquit Dion. *lib. 4.* communem vniuerſorum perdet, & Tacitus *in vita Iulij Agricolæ de Britannis agens.* nihil aliud inquit, aduerſus validiſſimas gentes pro nobis vtilius, quàm quod in commune non conſulunt, rarus duabus tribusque ciuitatibus ad propulſandum commune periculum conuentus, ita dum ſinguli pugnant, vniuerſi vincuntur, & faciunt tradita per Wameſium *tom. 2. conſ. 388. nu. 3. & ſeq.* vbi ait, ſicut magis bonum minori bono præponitur, ita communis vtilitas minori præfertur, cuius reſpectu ſiue pro bono pacis publicæ, tam à Canonicis quàm à ciuilibus legibus recedere licet, tunc præſertim, quando ad euitandum maiora mala ſiue inconuenientia, tempori cedendo vel neceſſitati parcendo (quod ſapientis eſt) ab extremo iuris rigore & à ſumma potentia abſtinetur, ſicuti & propter pericula multa conſtituuntur & dimittuntur, Lucas de Pen. *in l. mulieres ſub num. 32. Cod. de incol.* quemadmodum ad euitanda ſcandala, multa ſpecialia inducta reperiuntur apud Felin. *in cap. 2. num. 2. & 3. x. de præſcript.* quæ autem mala & incommoda ſcandalizantem ſequantur, vide Damhauder. *tractatu parium vel ſimilium verbo fides.*

Vnde nuper ex Barboſa deduxi ſpoliatum ante omnia non reſtitui, vbi imminet ſcandalum, idem docet Gail. *de arreſt. Imp. Cap. 12. num. 2.* ſed intelligitur quando illud quodammodo certum eſt, ſecus ſi dubium Menoch. *remed. 1. recuper. poſſeſſ. num. 323.* Idem tradit Carocius *tract. de except. contra præiud. ſententias except. 125. num. 208. & pluxes ibi inſeqq. fallentias ad dictam regulam*; quo non probato mandata fuit reſtitutio Gail. *2. obſ. 76.* quæ autem de vtilitate publica eiusque effectu dicta ſunt, comprobantur apud Manticam *de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 17. nu. 23. & ſeq.* vbi & quod multa in theſi æqua & iuſta ſunt, quæ ex adiuncto, puta ob publicam vtilitatem, vel alias etiã in hypotheſi illicita reddũtur, nunquid enim videmus in Repub. Chriſtiana vſuras Iudaicas contra præceptum Chriſti *Luc. 6.* permitti, vt grauior furtorum & rapinarum præſcindatur occaſio, ſicuti lex ciuilis concubinatus ibidinem diſſimulauit, & vt leuius malum indulſit, quemadmodum in 6.

mul-

Digitized by Google

multis locis imò Regnis adhuc iſta permittuntur & indulgentur, & in ſimili permiſit S. Auguſt. colligere potius ſortes ex diuinæ legis verbis, quam dæmonia conſulere *c. hi qui 26. quæſt. 2.* & S. Hieronym. *Iurari potius per Deum, quàm per creaturas. cap. Conſidera 22. quæſt. 1.* confer pulchrum textum *in cap. Nerui* §. *fin. diſt. 13. ibi,* & dum mens inter minora & maxima peccata conſtringitur, ſi omninò nullus ſine peccato euadendi aditus patet, minora ſemper eligantur, ibi quoque exornatur locus S. Pauli *ad Corinth. c. 7.* & in quæſt. ſeq. de materia, adde tradita cap. ſeq. & Grotium *de iure belli lib. 2. cap. 23. num. 2.* vbi & illud Cicer. de malis minimum, & ex Quintil. in comparatione malorum boni locum obtinet leuius, *& num. 5.* quando electio vitio careat vel non, notetur autem quod Grotius *d. loco* ſupponat, quando electio euadi non poteſt, quod tunc minus malum inducat rationem boni, quod ipſum comprobatur per varia iura ſtatuentia è duobus malis minimum eligendum eſſe *cap. duo mala; & cap. nerui, diſtinct. 13. & cap. iuuenis de ſponſalib. & l. quoties nihil 200 ff. de regul. iur.* quoties, inquit textus, ſine captione aliquid fieri non poteſt, fieri debet quod minimum habet iniquitatis, *Gloſſ. ibid.* ita vt ne quidem bonum faciendum ſit, ſi ex eo maius malum oriri poteſt, Abb. *in cap. cum ab omni nu. 2. de vita & honeſt. Cler.* Crauet. *conſ. 6. nu. 86.* Scacc. *de iudic. lib. 1. c. 12. num. 49.* de prædictis multa elegãter tradit Barboſ. *in tract. axiom. Iuris vſu frequent. axiomat. 141.* ex Theologorum, Canoniſtarum, & Legiſtarum ſententia, vbi & refert Auguſti dictum de libero arbit. *cap. 5. & 6.* docentis legem æternam nullum peccatum permittere, vbi quoque plenè traditur, an quis poſſet ſuadere, conſulere & inducere alium ad eligendum minus malum, adde Fabian. Iuſtinianum *in Tobiam cap. 3. verſ. 10. doc. 2.* & rurſus latè Barboſ. *in d. cap. duo mala,* iunctis iis quæ tradit *in cap. ſeq.* Ferdinand. de Caſtro Societ. IESV *de virtutib. & vitiis tract. 2. de peccatorum eſſentia diſput. 2. puncto 12. per tot.* an duobus malis voluntati repræſentatis, poſsit vnum quod eſt leuius, amplecti, vel teneatur vtrumque reſpuere, *tract. 6. de Charit. diſp. 6. puncto 5.* tractatur de eo, qui alteri offert occaſionem peccandi, vel oblatum peccatum non tollit, vel etiam qui alterius peccatum committit, & *puncto 6.* vtrum pecces conſulendo grauius peccatum commiſſuro vt leuius committat, ibi pro & contra DD. allegantur, ipſe autem diſtinguit & *puncto 16.* an opus conſilij vel præcepti ob ſcandalum fratris omitti poſſit, & dicit præcepti negatiui, vt non fornicaberis, non occides, &c. obſeruantiam ob nullam omnino cauſam omitti poſſe; at verò de præcepto affirmatiuo ſunt DD. qui aſſerunt omitti poſſe, licet ille probabilius ſentiat, nulla præcepta omittenda eſſe, & exemplificat, quod fœmina vel puella non teneatur ceſſare à miſſa præcepta, etiamſi ſciat veniens ad templum, quod ab aliis turpiter ametur, & reſpondit ad obiecta, nec obſtat Crauetta *conſ. 6. num. 46.* & Scacc. *de Iud. lib. 2. cap. 12. num. 49.* quod nec bonum faciendum ſit, ſi ex eo maius malum ſequatur, quia hoc intelligendum, vel reſpectu ipſius facientis, vel alias quando aliquod malum principaliter & immediatè, ſecus ſi mediatè & per conſequentiam ſequatur, quemadmodum reſoluit in ſimili Salicet. *in l. 1. num. nu. 13. Cod. vnde vi.* ſuper illo, quòd debeamus potius omnia mala pati, quàm malo conſentire *arg. l. iſti quidem ff. quod metus cauſa,*

Digitized by Google

cauſa, imò nec veniale peccatum eſt committendum ob vitandam mortem Couarr. *in cap. Alma mater p.1.§.3.num.14.* ſic diſcunt & pueri, melius eſſe mori, quàm Deum vel leniſſime offendere.

7. Ex prædictis quoque infert Borellus *in ſumma deciſ. lib.1. tit.60. num.319. & ſeqq.* quod licet omne iuramentum ſeruandum ſit, quod abſque detrimento æternæ ſalutis ſeruari poteſt, attamen in prædicto caſu ſeruari non debet, etiamſi non tendat in detrimentum animæ ſed deteriorem exitum, *cap. ſi aliquid 22. quæſt. 4.* pluribus autem modis dicitur vergere in deteriorem exitum de quo vide Borellum allegato loco, ſicuti quoque alias præciſe & neceſſario non eſſe obſeruandam iuſiurandi formam, cui ſuperſtitioſæ cæremoniæ adſcribuntur, docet & exornat Annæus Robert. *lib.1. rerum Iud. cap.11.* vbi & de forma iuramenti Diuo Ludouico Regi Franciæ à Saracenis capto præſcripta, quod niſi ſtatuto tempore promiſſum exſolueret, indignum ſe fore Paradiſo, tanquam ſi Chriſtum abnegaſſet, ſub quibus verbis Rex pijſſimus iurare noluit, alias paratus; docet autem Couar. *de matrim. p.2. cap.7.§.2. num.10. & 11.* quod ſi duo præcepta in contentionem veniant, tunc ex recta ratione Vir prudens id aget, quod maius malum effugiat & in *cap. periculum §.1. de furti & rapina reſtitut. num.5. & ſeq.* exactam reddit rationem, cur in extrema neceſſitate alienum accipere, non autem fornicari liceat, adde Barboſ. *in cap. ſi quis propter.3.x. de furtis*, ibi & illud an abripiens in neceſſitate, poſtea factus locupletior reſtituere teneatur, in *cap. monet 22. quæſt.1. num.12.* quando alterius peccato quis vti poſſit ad bonum ſuum.

8. In ſumma ſæpiſſime vt teſtatur Cic. *lib.3. Offic.* vtilitatis ſpecie in Repub. peccatur, interim quoq; notandũ ex eodẽ Barboſ. *tract. Axiom. iuris vſu freq. ax.135.* quod quando lex vel priuilegium reſpicit vtilitatem publicã alicuius ordinis vel communitatis, quod eidem renunciare non liceat, ſecus ſi priuilegium ſingularibus perſonis cõcedat, quod principaliter eorum, & ſecundario publicum commodum concernit, hoc enim caſu eidem renunciari licet, ſecus ſi eorum cõmodum ſecundario reſpiceret, vt in exemplis ibi allegatis, ſicut & apud Capyc. *deciſ. 62. num.7.* patet, num diſpoſitio fauorabilis vel odioſa ſit, vt attendatur ſuper quo principaliter intendat, de quo vide & Barboſam *in cap. ſi propter num.8. de Reſcriptis* latiùs in Tiraquell. *de retract. lign.§.30. gl.1 num.5.* Raudenſ. de Analog. *cap.29. num. 26. & ſeq.* Sanches *de matrim. lib.1. diſp.1. nu.4.* & poteſt conſtitutio dici fauorabilis, ex quo principaliter emanauit ad fauorem, licet in conſequentiam ex ea reſultet damnum Couarr. *lib.3. var. cap.11. num.5. verſ. ſolet enim.* & diſputatur pro & contra apud Munnoz *de Ratiocinijs cap.35. n.16. & ſeq.* an quis priuilegio Nobilitatis renunciare poſſit? imò & iuri ſanguinis renunciari poteſt quoad effectus ſuper ſanguine & ratione illius diſpoſitos, per pulchram diſtinctionem, quam tradit Scac. *de ſentent. & re iud. gloſ.7. quæſt.3. limit.4. num.181.*

CAPVT VI.

Remiſſa quandoque Iuſtitia adminiſtratione mala permiſſa, at verò illa facere, licita non ſunt.

VErum enimuero ratione prædictorum plura notanda & diſtinguenda ſunt, 1
& primo quidem, quod ex duobus malis mini-

minimum eligendum ſit, illudque permittatur, at vero minus peccatum ad maius euitandum nunquam quis facere queat, iuxta vulgatam Theoricam: *Non ſunt facienda mala vt eueniant bona*, & ita quoque tenet Couar. *d.cap.4.ſub nu. 10.* Non eſſe facienda minora mala vt euitentur maiora, vnde & illud, non facias leuia quo euites grauiora, & Ariſt. *lib.3.Ethic.* tradit, melius eſſe mori quam aliquid facere contra bonum virtutis, & S. Paulus *ad Rom. 3. verſ.8.* non ſicut blaſphemant, & ſicut aiunt quidam nos dicere, faciamus mala vt eueniant bona, quorum damnatio iuſta eſt, adeo vt neque in caſu neceſsitatis, quę alias de illicito facit licitum, contra expreſſam Dei prohibitionem mala facere, ſed ea potius tolerare debeamus, *tolerare malũ patientia eſt, facere malitia*, & ideo ſæpe pati debemus mala, ne faciamus peccatum, *cap. quod ſacris x. quod metus cauſa, cap. ſicut, cũ ſeq. 32. q. 4.* quandoquidem facere & committere iniuriam quocunq; modo vel quocunq; prętextu omni iure etiam naturali prohibitum eſt, Maſcard. *de probat. concl. 902. n. 6. & ſeq.* vſque adeo vt bona in ſe & ex ſeipſis prohibeantur ſi malum inde reſultat, Luc. de Pen. *in l. ſi quis, num. 2. Cod. vt nemo ad ſuum patrocinium, cap. & ſi Chriſtus x. de iureiu. c. 2. de celebrat.* quæ iura allegat Luc. de Pen. *d. loco & alia nu. 30. & ſeq.* dicitq; inter bonũ & malum poſſe dari medium, ſcil. non bonum & non malum (*actus indifferentes alij vocant, de quo alibi*) ac proinde licitum ita coarctandum & faciendum eſt, vt illicitum euitetur *l. tutor, ff. de ſuſpect. tutor.* imò non ſolum à malo, ſed etiam ab omni ſpecie mali præcipit Apoſtolus abſtinere *iuxta cap. 9. x de eo qui cognouit conſanguineam vxoris.* & proinde quæ iuſta ſunt, iuſtè quærere debemus non per illicitos modos, Surd. *deciſ. 158. nu. 8.* vbi & probat quòd potius omnia mala pati, quàm peccato conſentire debeamus, eſtq; ſententia illa S. Auguſt. *in c. Itane 32. q. 5.* nam potius mors obeunda eſt, quã fœda committere, Scac. *de com. & camb.* §. *1. q. 7. p. 2. ampl. 19. ſub num. 67. vbi & in ſeq.* peccatum nõ voluntarium, quando ſit peccatum, & quando non, *& num. 49.* ait peccatum eſſe, quia prohibitum, & aliquando prohibitum, quia peccatum eſt, vbi declaratur locus Apoſt. Lex ſi non fuiſſet, homo nõ peccaſſet, *& ſub nu. 67.* quod metus in illicitis non excuſet, neq; ad effugiendum peccatum, aliud perpetrandum eſt, Heig. *p. 2. quæſt. 36. nu. 6.* in qua quæſtione reſoluitur non licere ſibi ipſi mortem inferre, refutatis exemplis Ethnicorum in contrarium adductis. Neq; prædictis obſtat *argumentum à fine deſumptum, ſcil. cuius finis bonus eſt, id ipſum quoque bonum eſſe cenſetur, cum finis in omni actione inſpici debeat*, Menoch. *conſ. 1. n. 31. & paſſim DD.* nam reſpondetur, tum demum bonũ eſſe id, cuius finis bonus eſt, ſi quoq; media ad finem ducentia, ceteræq; circumſtantiæ bonæ ſint, finis enim & media ad finem ducentia debent eſſe homogena in linea boni, non hetrogenea, *non enim facienda mala vt eueniant bona*, S. Paulus *ad Rom. 13.* ne quidẽ minora vt euitentur maiora, ob hæc autem euitanda, illa permitti poſſunt, plus autẽ quærit Ferd. de Caſtro *d. loco de Charit. punct. 17.* an quis rerum ſuarũ iacturã facere debeat, ne proximus peccet, & dicit quod non regulariter, & vides controuerſũ eſſe apud DD. an liceat minus malũ cõſulere gratia maioris euitandi in Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 11. vbi latè & diſtincte.*

Ratione prædictorum ſiue vt euitentur maiora mala videmus in Repub. Chriſtianã 2.

multa mala adeoque publica lupanaria (in Germania merito non permittenda per rationes Ohemi *diſcurſ.iurid.pol.c.3.n.37. & multis ſeq.*) permitti & eorundē locationes tolerari Scac. *de commer. & Camb.*§.*1.q.7. part.2.ampl.10.n.31.adde notata cap.praeced.* Card.Tuſch. *lit.P.permiſſa ſunt multa prohibita per modum tolerantiæ concl.301.& tolerantia quid ſit,concl.329.de quo infr.latius p.2.de iuriſdict.dicetur.* non autem permittunt Principes lupanaria vt approbent, ſed vt adulteria aliaq; maiora crimina compeſcant Couar.*de ſponſal p.1.c.4.de ſponſ.effect. n.10.* Verum quærit Ferd.de Caſtro *tract.de Charit.punct.13.* quæ cauſa excuſet locantes & vendentes domos, cibaria, veſteſque meretricibus, vſurarijs, &c. & tradit ibidem quod ijſdem carius quàm alijs perſonis domus locari poſſit; Adde Bonacin.*de peccatis diſp.2.q.4.puncto 2.*§.*vnico,propoſ.3.n.22. & ſeq.*& rurſus Barboſ.*in cap.poſſeſſor malæ fidei,n.10.& ſeq. de reg.iur.in 6.* ibi & reſoluit obiecta & dicit, quod lex humana ideo poſſit aliquando peccata permittere, quia punitio non eſt ſemper in præcepto nec indiſtinctè,ſed ex cauſis pro loco & tempore, attentis circumſtantijs, ſecundùm prudentiam iuſtè omittitur,*adde inf.c.vlt.* pro prædicta autem regula pulcher eſt textus *in cap. vnus 2.quæſt.1.* quod multi per tolerantiam ſuſtinendi ſunt,quamuis ſententia diuini Iudicij ſint condemnati, zizania hoc eſt, omnes malos tolerat Deus vſq; ad diem meſſis ſeu iudicij, *alia Iura & DD. vide cap. præced.copioſè allegatos, & prædicta illuſtrantur à* Greg.Tholoſ. *de repub.lib.13.c.3.nu.6. & cap. in cauſa 23. q. 4.* Hinc audiui Theologos defendentes pacificationes Catholicorum Principum cum Acatholicis ſuper bonis Eccleſiaſticis initas, quaſi illa iam ſint in horū poteſtate, ac proinde illis nihil detur, nihilq; fiat,niſi per modū tolerātię,quo caſu dicebant bona illis ad maius malum euitandū relinqui poſſe,ſed miror quod Theologum profundiſſimū à quo illud audiui,nō monuerit, quod huiuſmodi pacificationes ſuper bonis Eccleſiaſticis per ſęculares Principes factæ,excedant ſphęram ſeu terminos ſuæ actiuitatis vt loquuntur Philoſophi,ſeu iuriſdictionis laicę, quemadmodum omnes actus humani regulantur & pendent à tribus, à poteſtate ſine qua nihil ad actum deducitur, à voluntate ſine qua nihil conſenſu perficitur, & deniq; à modo ſine quo nihil in finē dirigitur, vti pulchrè dicit Bald. *conſ. 376. Rex Romanorum num.2.verſ.ad huius quæſtionis difficilem intelligentiam,* niſi fortè iſte Theologus prædicta intelligat vera eſſe reſpectu actus facti,non vero reſpectu permiſſionis,vbi maius inde malū timetur,vide P.Buſæum Soc. IESV, *tract. de ſtatu homin. cap.de Regum & Principum ſtatu 4.* vbi tradit,quod res eccleſiaſticas defendere,nō ſeſe ijſdem immiſcere debeant, nec ijs quæ ad religionem ſpectant,vide infra *part.2.de iuriſdict.* Interim hic pręter diſtinctè tradita à Salic.*in l.indebitā, 47.n.9.ff.de cond.indeb.* an permiſſis vel prohibitis pręcedentib.cenſeantur & permiſſa & prohibita ſequentia, & Scac.*de comm.& Camb.*§.*1.q.1.num.45. & ſeq.* facit regulam,omnia eſſe permiſſa per legē quæ prohibita non inueniuntur,ſi tamē prohibita inueniuntur, tunc prohibitio derogat permiſſioni, vnde nata eſt theorica, quod duabus cauſis ſimul concurrentibus ſc. prohibitiua & permiſſiua indubio attendatur prohibitiua, hinc ſtantibus duobus ſtatutis vno affirmatiuo & altero negatiuo ſeu prohibitiuo, præualet prohibitiuū, quia fortior eſt diſpoſitio legis prohibitiuæ quā

per-

permiſſiuę, ideo pręcepta negatiua obligant ſemper, & pro ſemper, affirmatiua autē non ita pro ſemper, quodq; negatiua magis negat quàm affirmatiua affirmet, prout ſingula ibidem probat, cæterũ de illa theorica permiſſum ad tempus cēſetur poſt tempus prohibitum, & prohibitũ ad tempus poſt tempus cenſetur permiſſum. vide Pacian. *lib. 1. de probat. c. 32.* vbi paſſim exornatur.

3. Interim notandum, ſi duo mala ita vrgeant, vt alterum eorum neceſſe ſit eligi, minus malum faciendum eſſe iuxta Cagnol. *in l. quoties 210. in fin. ff. de reg. iur. & num. 3. & ſeq. exornatur regula de duobus malis minimum eligendum eſſe, de priori vide infra de veritate cap. 7.* & Tuſchum *lit. M. concl. 26.* Cacher. *decis. 137. n. 19.* ſic quidam interrogatus, cur paruam duxiſſet vxorem, ſalsè reſpondit, ſe ex duobus malis minimum elegiſſe. & Plautus in Sticho ait:

Quanta mea ſapientia eſt
E malis multis.
Malum quod minimum eſt
Id minimum malum eſt
Qui poteſt mulieres vitare
Vitet, vt quotidie pridie caueat
Ne faciat quod pigeat poſtridie.

CAPVT VII.

Quid dicatur maius malum cum limitatione aſſerta regulæ ad effectum non intermittendi adminiſtrationem Iuſtitiæ.

1. OPortet igitur ratione prædictorum diligenter notare, illud cenſeri maius malum, quod cæteris paribus probabilius imminet, ſicuti & illud eſt maius bonum quod cæteris paribus eſt certius, ita maius malum eſt quod probabilius imminet, ſeu quod certius eſt; dixi cæteris paribus, nam ſi vnum malum ſit longe grauius, ſed minus probabiliter immineat quam alterum minus, quod probabilius imminet, hoc, quod probabilius imminet, non cenſetur maius ſed minus, cōſequenter hoc potius eligi debet ad vitandum longe grauius, nam recta ratio dictare videtur vt effugiatur id, quod longe maius damnum afferre poteſt, ita notabiliter docet Bonac. *de peccatis diſp. 2. q. 4. puncto 7. nu. 9.* qui & *dicta quæſt. 4. punct. 4. propoſit. 5. n. 18. & ſeq.* duobus modis declarat illam regulam de duobus malis minimũ eſſe eligendum, quoties ſcil. minus per ſui electionem exuit malitiam & deformitatē, item tunc procedere quando alterum illorum eligendum eſt, & ibi quando præcepta naturalia diuina & humana cōcurrunt, quæ ſeruanda *vide apud eum & Grotium allegatum ſupra cap. 5.* manifeſtum autem è contra eſt, meliorem eſſe actum ex ſuo genere, ex quo poſſunt plura bona ſequi, & peiorem ex quo plura mala quod cuiq; optimum ait Plato *de Repub.* illud maximè proprium, illud iucūdius vnde fructus ſperatur vberior. Symmach. *lib. 7. epiſt. cap. 37.* Illud eſt melius quod optimo eſt propinquius, Ariſt. *de cœlo & mundo, lib. 2.* ſicut & tradunt Philoſophi cuius finis ſeu effect⁹ eſt melior, ipſum quoque melius eſſe Ariſt. *top. 3.* manifeſtum autem eſt quod & publica vtilitas habeat gradus, vnumq; vtilius ſit altero, quod & teſtatur Martialis:

Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala quædam.

Verum fateri oportet, Qui peccatum facit vt mortem effugiat, vel non faciat iuſtitiam, eum eligere maius malum vt euitet minus, ideoq; à culpa liberũ non eſſe *c. merito c. illa cauenda 15. quæſt. 1.* vnde nullus metus tanti faciendus eſt, vt pro eo quis mortale peccatũ incurrere, ſed potius om- 2.

Digitized by Google

multa mala adeoque publica lupanaria (in Germania merito non permittenda per rationes Ohemi *diſcurſ.iurid.pol.c.3.n.37. & multis ſeq.*) permitti & eorundẽ locationes tolerari Scac. *de commer. & Camb.§.1.q.7. part.2.ampl.10.n.31.adde notata cap.praced.* Card.Tuſch. *lit.P. permiſſa ſunt multa prohibita per modum tolerantia concl.301.& tolerantia quid ſit,concl.329.de quo infr.latius p.2.de iuriſdict.dicetur.* non autem permittunt Principes lupanaria vt approbent, ſed vt adulteria aliaq; maiora crimina compeſcant Couar.*de ſponſal p.1.c.4.de ſponſ.effect. n.10.* Verum quærit Ferd.de Caſtro *tract.de Charit.punct.13.* quæ cauſa excuſet locantes & vendentes domos, cibaria, veſteſque meretricibus, vſurarijs,&c. & tradit ibidem quod ijſdem carius quàm alijs perſonis domus locari poſſit; Adde Bonacin.*de peccatis diſp.2.q.4.puncto 2.§.vnico,propoſ.3.n.22. & ſeq.*& rurſus Barboſ. *in cap.poſſeſſor mala fidei,n.10.& ſeq. de reg.iur.in 6.* ibi & reſoluit obiecta & dicit, quod lex humana ideo poſſit aliquando peccata permittere, quia punitio non eſt ſemper in præcepto nec indiſtinctè,ſed ex cauſis pro loco & tempore, attentis circumſtantijs, ſecundùm prudentiam iuſtè omittitur,*adde inf.c.vlt.* pro prædicta autem regula pulcher eſt textus *in cap. vnus 2.quaſt.1.* quod multi per tolerantiam ſuſtinendi ſunt,quamuis ſententia diuini Iudicij ſint condemnati, zizania hoc eſt, omnes malos tolerat Deus vſq; ad diem meſſis ſeu iudicij, *alia Iura & DD. vide cap. praced.copioſè allegatos, & prædicta illuſtrantur à* Greg.Tholoſ. *de repub.lib.13.c.3.nu.6. & cap. in cauſa 23. q. 4.* Hinc audiui Theologos defendentes pacificationes Catholicorum Principum cum Acatholicis ſuper bonis Eccleſiaſticis initas, quaſi illa iam ſint in horũ poteſtate, ac proinde illis nihil detur, nihilq; fiat,niſi per modũ tolerãtię,quo caſu dicebant bona illis ad maius malum euitandũ relinqui poſſe,ſed miror quod Theologum profundiſſimũ à quo illud audiui,nõ monuerit, quod huiuſmodi pacificationes ſuper bonis Eccleſiaſticis per ſęculares Principes factæ,excedant ſphęram ſeu terminos ſuæ actiuitatis vt loquuntur Philoſophi,ſeu iuriſdictionis laicę, quemadmodum omnes actus humani regulantur & pendent à tribus, à poteſtate ſine qua nihil ad actum deducitur, à voluntate ſine qua nihil conſenſu perficitur, & deniq; à modo ſine quo nihil in finẽ dirigitur, vti pulchrè dicit Bald. *conſ. 376. Rex Romanorum num.2.verſ.ad huius quaſtionis difficilem intelligentiam*, niſi fortè iſte Theologus prædicta intelligat vera eſſe reſpectu actus facti,non vero reſpectu permiſſionis,vbi maius inde malũ timetur,vide P.Buſæum Soc. IESV, *tract. de ſtatu homin. cap.de Regum & Principum ſtatu 4.* vbi tradit,quod res eccleſiaſticas defendere,nõ ſeſe ijſdem immiſcere debeant, nec ijs quæ ad religionem ſpectant,vide infra *part.2.de iuriſdict.* Interim hic pręter diſtinctè tradita à Salic.*in l.indebitũ, 47.n.9.ff.de cond.indeb.* an permiſſis vel prohibitis pręcedentib.cenſeantur & permiſſa & prohibita ſequentia, & Scac.*de comm.& Camb.§.1.q.1.num.45. & ſeq.*facit regulam, omnia eſſe permiſſa per legẽ quæ prohibita non inueniuntur, ſi tamẽ prohibita inueniuntur, tunc prohibitio derogat permiſſioni, vnde nata eſt theorica, quod duabus cauſis ſimul concurrentibus ſc. prohibitiua & permiſſiua indubio attendatur prohibitiua, hinc ſtantibus duobus ſtatutis vno affirmatiuo & altero negatiuo ſeu prohibitiuo, præualet prohibitiuũ, quia fortior eſt diſpoſitio legis prohibitiuæ quã per-

Digitized by Google

permiſſiuę, ideo pręcepta negatiua obligant ſemper, & pro ſemper, affirmatiua autē non ita pro ſemper, quodq; negatiua magis negat quàm affirmatiua affirmet, prout ſingula ibidem probat, cæterū de illa theorica permiſſum ad tempus cēſetur poſt tempus prohibitum, & prohibitū ad tempus poſt tempus cenſetur permiſſum. vide Pacian. *lib. 1. de probat. c. 32.* vbi paſſim exornatur.

3. Interim notandum, ſi duo mala ita vrgeant, vt alterum eorum neceſſe ſit eligi, minus malum faciendum eſſe iuxta Cagnol. *in l. quoties 210. in fin. ff. de reg. iur. & num. 3. & ſeq. exornatur regula de duobus malis minimum eligendum eſſe, de priori vide infra de veritate cap. 7.* & Tuſchum *lit. M. concl. 26.* Cacher. *deciſ. 137. n. 19.* ſic quidam interrogatus, cur paruam duxiſſet vxorem, ſalsè reſpondit, ſe ex duobus malis minimum elegiſſe. & Plautus in Sticho ait:

Quanta mea ſapientia eſt
E malis multis.
Malum quod minimum eſt
Id minimum malum eſt
Qui poteſt mulieres vitare
Vitet, vt quotidie pridie caueat
Ne faciat quod pigeat poſtridie.

CAPVT VII.

Quid dicatur maius malum cum limitatione aſſerta regula ad effectum non intermittendi adminiſtrationem Iuſtitiæ.

1. OPortet igitur ratione prædictorum diligenter notare, illud cenſeri maius malum, quod cæteris paribus probabilius imminet, ſicuti & illud eſt maius bonum quod cæteris paribus eſt certius, ita maius malum eſt quod probabilius imminet, ſeu quod certius eſt; dixi cæteris paribus, nam ſi vnum malum ſit longe grauius, ſed minus probabiliter immineat quam alterum minus, quod probabilius imminet, hoc, quod probabilius imminet, non cenſetur maius ſed minus, cōſequenter hoc potius eligi debet ad vitandum longe grauius, nam recta ratio dictare videtur vt effugiatur id, quod longe maius damnum afferre poteſt, ita notabiliter docet Bonac. *de peccatis diſp. 2. q. 4. puncto 7. nu. 9.* qui & *dicta quæſt. 4. punct. 4. propoſit. 5. n. 18. & ſeq.* duobus modis declarat illam regulam de duobus malis minimū eſſe eligendum, quoties ſcil. minus per ſui electionem exuit malitiam & deformitatē, item tunc procedere quando alterum illorum eligendum eſt, & ibi quando præcepta naturalia diuina & humana cōcurrunt, quæ ſeruanda *vide apud eum & Grotium allegatum ſupra cap. 5.* manifeſtum autem è contra eſt, meliorem eſſe actum ex ſuo genere, ex quo poſſunt plura bona ſequi, & peiorem ex quo plura mala quod cuiq; optimum ait Plato *de Repub.* illud maximè proprium, illud iucūdius vnde fructus ſperatur vberior. Symmach. *lib. 7. epiſt. cap. 37.* Illud eſt melius quod optimo eſt propinquius, Ariſt. *de cœlo & mundo, lib. 2.* ſicut & tradunt Philoſophi cuius finis ſeu effect⁹ eſt melior, ipſum quoque melius eſſe Ariſt. *top. 3.* manifeſtum autem eſt quod & publica vtilitas habeat gradus, vnumq; vtilius ſit altero, quod & teſtatur Martialis:

Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala quædam.

Verum fateri oportet, Qui peccatum facit vt mortem effugiat, vel non faciat iuſtitiam, eum eligere maius malum vt euitet minus, ideoq; à culpa liberū non eſſe *c. merito c. illa cauenda 15. quæſt. 1.* vnde nullus metus tanti faciendus eſt, vt pro eo quis mortale peccatū incurrere, ſed potius om- 2.

nia mala tolerare, quàm malo conſentire debeat. *c.itane 32. quaſt.5.* Barboſ. *in c.ſacris, ſub nu.4. x. de his qua vi metuq́ cauſa fiunt,* vbi facit differentiam inter metum & vim præciſam, vide *tit.ſeq. cap.20.* Ergo regulariter nec ob metum ceſſare debet iuſtitiæ adminiſtratio in iudice.

CAPVT VIII.

Modificatio & determinatio, quando in caſu maioris & ab alijs comminati mali, Iuſtitia adminiſtranda ſit vel non, quodq́ in adminiſtratione Iuſtitia metus deponi debeat.

1. NOn igitur ita generatim adminiſtratio Iuſtitiæ ob timorem maioris mali à Iudice intermitti debet, vt nimis ſæpe hodie, dum fortè quis proprium timet incommodum vel dum ſubditus eſt eius, qui minatur, vel cum valde dubium eſt, an ille qui minatur velit & poſſit minas ſuas exequi, quibus caſibus ab adminiſtratione Iuſtitiæ ceſſare non debes, ne in te quadret illud Vbij Criſpij à Quintil. laudatum: *Quis tibi ſic timere permiſit,* vani timoris iuſta excuſatio non eſt *l.144. de reg.iur.* Gail *2. de pace publ. cap.7. & Pſal.13.* illic trepidauerunt timore vbi nô erat timor; qui timet hominem cito corruet, *Prouerb. 29.* & apud Suetonium Auguſtus cuidam trepidanti dixiſſe fertur, non debere libellos trepidè offerri quaſi Elephãto ſtipem Zaſ. *in paratit. de offic. proconſ. n.5.* pulchrè Socrates *apud Stob. in ſent.* Tonitrua pueros imbecilles, inſipientes autem minæ territant, degeneres timor arguit, vt eſt apud Virgil. *lib. 4. Æneid.* nunquid enim ſtultũ eſt cupere abſentia, præſentia vero ſiue iuſtitiam negligere P. Contz. *tract. Daniel Aula ſpeculum cap.18.* quod incertum eſt regulariter non valet tantum, quantum certum D.Thom. *2.2. quaſt.6. art.4.* & probat Nauarr. *in repet. cap. ſi quis, nu.26 de pœnit. diſt. 64.* cum ſingulariter ait, longè differre an lædas aliquem in eo, quod iam quæſitum habet, an in eo quod quęrendum ſperat, cuius acquiſitio multis de cauſis impediri poteſt; prout huiuſmodi minas executas non fuiſſe aliquot vicibus probatum habeo, timidulis igitur occinere licebit: *Ne fortè cælum ruat,* eos rectè formidoloſos nominari dicit Bald. *in l. fin. C. de iure deliber.* qui terrentur facile ab his, quę ne ſuſpicione digna ſunt, & vt Auguſt. dicit, qui fugiunt à ſono cymbali. Igitur tu Iudex audacter adminiſtres Iuſtitiam, ſecundùm illam fortitudinẽ, quæ in iudice requiritur; quippe fortitudo timoris & fiducię eſt mediatrix, media enim inter vtrumq; animum tuetur; ne vel metu ab officio diſcedas vel temeraraiia audacia mala ſiue maiora mala acceſſas, P. Contzen *d. tract. c. 46. §. 2.* hoc ſemper tecum ponderando, quàm periculoſum ſit tibi, qui Iuſtitiæ miniſter es, Iuſtitiam aliquo metu cõcepto non adminiſtrare, & ita alterum lædere, haud laudabiles ſunt iudices valdè timidi, *l. obſeruandum, ff. de offic. praſid.* vt autem non ſint puſillanimes, timorem Dei amplectantur, ex timore Domini oritur fiducia fortudinis, & iuxta Cicer. *lib.1. Offic.* Fortitudinis proprium eſt, nihil extimeſcere, omnia humana deſpicere, nihil quod homini accidere poteſt, intolerandum putare, Adde D.Thom. *in opuſc. de Regim. Princip. lib.4. cap.17.* & S. Gregor. *lib.1. moral. c.32.* Vile eſſe inquit conſilium robore fortitudinis deſtitutum, & pulchre Pontifex *in c.3. de immunit. eccleſ.* dicit: Nonnullos Eccleſiarum Prælatos, quod dolenter referimus, trepidare, vbi trepidandum non eſt, timentes magis Maieſtatem temporalem offendere,

Digitized by Google

dere, quàm æternam; Nunquam periculum ait Publius Mimus, ſine periculo vincitur, vnde in illos, qui pericula ſibi imaginantur aut de induſtria confingunt ne quod laborioſum ſimul ac pulchrũ ſuſcipiatur, quadrat illud Virgilij:

Cur ante tubam milites tremor occupat artus.

Plura ſunt inquit Seneca *epiſt. 13.* quæ nos terrent, quæ nos premunt, & ſæpe opinione amplius laboramus quàm re, veriſimile eſt, aliquid futurum mali, nõ ſtatim verum eſt, quàm multa inexſpectata venerunt, quàm multa exſpectata nunquam comparuerunt. Et *Epiſt. 75.* Quemadmodum, ait, aues inanis fundæ ſonitus territat, ita nos non ad actum tantum excitamur, ſed ad ſtrepitum, inter ſuſpecta malè viuitur, infirmus animus, antequam malis opprimatur, quæritur, præſumit illa & ante tempus cadit. Quid autem dementius quàm angi futuris, nec ſe tormẽto reſeruare, ſed accerſere ſibi miſerias, hinc vulgò dicitur: Non oportet miſerum eſſe ante tempus; illis rectè applicatur illud *Prouerb. 22.* Dicit piger, leo eſt foris in medio platearum occidẽdus ſum, Sampſoni in via occurrit leo, quo iugulato inuenit in faucibus fauum mellis, non igitur leuiter timeas, vt hoc quod tui officij eſt intermittas, Cic. *1 Offi.* docet plurimas iniurias proficiſci à metu, cum is qui alteri nocere cogitat, timet ne niſi id fecerit, ipſe aliquo afficiatur incommodo, & pœna dicit Seneca eſt timori ſemper in peius fides, potius noli quærere eſſe iudex qui times faciem potentis, nam qui eſt homo formidoloſus & corde pauido, vadat & reuertatur in domũ ſuam *Deut. 20.* Ne igitur iudex ſit timidus *l. ſi quis, ff. de pœnis.* ſed contra difficultatem & metum præſto ſit exhortatio Virgiliana:

Soluite corde metum Teucri ſecludite curas.

Nam iuxta illud Horatianum:

Iuſtum & tenacem propoſiti virum
Non ciuium ardor praua iubentium
Non vultus inſtantis Tyranni
Mente quatit ſolida.

Audendo inquit Lucan. *lib. 4.* magnus tegitur timor, è contra: Animus eius non poteſt eſſe in audaciam pronus, inquit Caſſiod. *1. epiſt. 17.* qui diuerſa cura fuerit ſolicitus. Pro iuſtitia inquit *Eccl. c. 4. in fin.* agonizare pro anima tua vſq; ad mortem, certa pro iuſtitia & Deus expugnabit pro te inimicos tuos, ideo nõ timuit Eliſæus hoſtes *4. Reg. 6.* vnde exclamat S. Ambroſ. *ſerm. 86.* O fides S. Prophetæ, non timet aduerſarios, quos proſpicit, quoniam ſcit Angelos eſſe ſecum, quos credit, non metuit terrenas inſidias, qui cœleſtia adeſſe ſibi nouit auxilia, plures, inquit, nobiſcum ſunt, quã cum illis, mira res, plures è cœlo defenſores meretur ſanctitas, quam in terris oppugnatores adduxit improbitas.

Quapropter in caſu imminentis maioris 2.
mali oportet vt illud ſit moraliter certum, id eſt, de quo prudenter dubitari nequit, eodẽ modo in caſu, vbi maius malum comminatũ fuit verba ſpectanda ſunt, necnõ perſona minantis, cuius ſit dignitatis, qualitatis & cõditionis, an minas exequi fecerit, an vanæ ſint ſine viribus iræ Gail *d. c. 2. n. 12. & lib. 1. obſ. 4. nu. 4. & 5.* ita vt neceſſe ſit probare, quod minator ſolitꝰ ſit minas exequi Auffr. *deciſ. 489.* hinc tradit Chriſtinæus *ad conſuet. Mechlin. tit. 4. art. 5. num. 5.* qualiter articuli ſint formandi, quo titulo agit de pace ſiue ſecuritate offẽſionibus ſtatuenda, & Marcell. Cal. *de modo artic. & probandi gloſſ. vn. n. 500. & ſeq.* vbi qualiter probentur & quomodo contrarijs probationibus elidi poſſint, atq; ex Rol. à Vall. dicit tria requiri, vt minæ inducant iuſtum metũ. 1. Vt

periculum quod comminatur ſit magnum, puta de perſonis vel omnibus bonis ſeu maiore parte ipſorum. Secundò, quod perſona minans damnum veriſimiliter inferre poſſit, cui reſiſti nequeat. Tertiò, quod minans ſolitus fuerit exequi minas, quod non præſumitur ſi eſt bonæ famæ & cõditionis.

CAPVT IX.

Abuſus legis, quæ ratio ſtatus & politia appellatur, atque exindè propugnata intermiſſa Iuſtitiæ adminiſtratio hic refutata, & de officio Iudicis ius dicentis, quomodo iudicare debeat.

1. EX prædeductis apparet quod præfata Regula hodie, prô dolor tam in negotijs Eccleſiaſticis quàm politicis nimium dilatetur, & ſub hoc prætextu, quod via tutior in auertendo maius malum amplectenda veniat, impunè ſæpe peccetur, vel iuſtitia negligatur, qui autem hoc faciunt, ſimiles fiunt illis, qui maiori malo tollere volunt minus, quod ſtultorum eſt, & tamen multi in rebus politicis ita inſaniunt, quibus ſi dicatur (vti quandoq; dixi) quòd Iuſtitia omninò adminiſtrari debeat, in promptu reſponſio eſt, quaſi eam petens non norit politiam, quàm rationem ſtatus vocant, *timidus ſe cautum vocat*, ait Mimus, *parum ſordidus*, ita vt quidam benè dixerit: *Mundum decipere & velle decipi*, quaſi vero ratio ſtatus ſiue lex ſtatus publici poſſit ſeparari à iuſtitia, imo lex ſtatus publici conſiſtit primò in ſacris & Sacerdotibus, igitur nihil fiat contra religionem, deinde conſiſtit in Magiſtratibus, nihil ergo contra Magiſtratum agatur *l.1.ff.de iuſt. & iur.* tum etiam vt patriæ & parentibus pareamus *l.2.ff.d.tit.* ſed ita viuamus, vt de actionibus noſtris verè dici poſſit illud Maronis, *fas & iura ſinunt*, id eſt diuina & humana iura permittunt, fas enim ad Deum, iura ad hominem referri volunt Interpretes, & quia Iuſtitia legum politicarum eſt conſeruatrix & protectrix, oportet quod etiam omnis lex ſit Iuſtitiæ congrua. Lucas de Pen. *in l. Comperimus, nu.3.Cod.de prox.ſacr.ſcrini.* & pulchrè *in l. neminem, num.1. & ſeq. Cod. de ſuſcept. præpoſit.* tradit quod vnaquæque aliarum virtutum, niſi ſubſequatur hæc, vel ſi Iuſtitia non adſit, nihil fiet, quippè in Iuſtitia omnis virtus eſt, ſimul & perfecta, maximè virtus, quoniam perfectæ virtutis vſus eſt, & ordinat hominem ad bonum commune, & particularis Iuſtitia ordinat hominem ad ea, quæ ſunt ad alterum, vel ad ſingularem perſonam, tantamque ait eſſe Iuſtitiæ vim, vt nec illi qui maleficijs & ſcelere paſcuntur, ſine vlla eius particula viuere poſſint, nam & Princeps latronum, niſi ęqualiter prędam diſpertiat, aut interficietur, aut ab ijs relinquitur, vbi plura de laude & effectu Iuſtitiæ prædictis conuenit illud Senec. *epiſt. 48.* Non poteſt quiſquam, inquit, beatè degere, qui ſe tantum intuetur, qui omnia ad ſuas vtilitates conuertit, alteri viuas oportet, ſi vis tibi viuere.

Si igitur vera eſt lex publici ſtatus, ſi recta politia (quæ qualis ſit & quotuplex vide 2.
Ioan. Baptiſtam Fragoſum *de regim. Reipub. Chriſtianæ in introductione proœmiali §.1. n. 4. & 8. & §.2.* & Beſoldum *in diſſertatione Philologica, præcognita Politices complectens, cap. 19.* vbi & vides quod Politicorum nomen non mereantur, qui in conuerſatione cum alijs tempori, loco, & perſonis ſe accõmodare, ſimulare & diſſimulare norunt, illos noſtri temporis Cothurnos reijcimus, illos accipimus qui Reipublicæ tum pacis tum

Digitized by Google

rum belli tempore bene adminiſtrandę prudentia, morum ac legum ciuilium iuriſque publici ſcientiâ præditi ſunt) neceſſum eſt vt in hac politia Magiſtratus ſuum cuique tribuendo & ſontes coërcendo ſocietatem humanam foueant & tueantur, *Prouer. 14.* quod in rebus huius ſæculi ſummum bonum eſt *cap. ſi ſæculi 12. quæſt. 2.* leges igitur ſunt dona Dei vt Cicer. *1. Philip.* refert, cum lex nihil aliud ſit niſi recta & à Numine diuino tracta ratio, imperans honeſta, prohibens contraria, perbellè *idem de legib. 1.* lex eſt emendatrix vitiorum, commendatrix virtutum, à qua recta viuendi ratio ducenda, hinc ait Plutarchus, Principi igitur Princeps quis erit, nempe lex quemadmodum & Iuſtitia vniuerſalis iuxta verſum:

Iuſtitia in ſeſe Virtutes continet omnes.

3. Politicæ vniuerſalis nomen meruit, & quidem politicæ quod eiuſdem adminiſtrationem ſua actione foueat, tueatur & conſeruet, legitimæ quod legibus pareat, imò verò legis anima, & mens, & principiũ, & finis ſit, denique vniuerſalis quod omnia honeſtarum actionum & virtutum officia comprehendat & complectatur, quod latius proſequitur Coraſ. *de iure ciuili in artem redigendo p. 1. cap. 23.* vnde ſatis euincitur quantoperè aberrent illi *Pſeudo-Politici* qui putant Iuſtitiæ adminiſtrationem in hiſce tribus conſiſtere *in reſpectando, temporizando, fauorizando,* quod equidem multi verbis deteſtantur, opere ipſo verò conteſtantur & ſequuntur, ſed quęſo quid turpius aut ſceleratius fieri aut excogitari poterit, quam ipſum nomen odiſſe, rem ipſam vero, hoc eſt impietatem vel crimina ſub probitatis telo defendere & perpetrare, ad inſtar illorum, *qui admodum cautè Pilato dixerunt:* Nobis non licet occidere quemquã, quid enim ſub iſta ſanctitatis larua Duces Phariſæorum aliud voluerunt, niſi quod S. Auguſt. *in Pſal. 63.* in medium adducit, ſcilicet iniquitatem facinoris ſui in iudicem hominem refundere volebant, vt quaſi ipſi à morte eiuſdem viderentur immunes, qui erant maxime noxij, qui ſtentorea voce inculcabant illud politicum: Expedire vt vnus moriatur pro populo, quam vt gens tota pereat *S. Ioan. cap. 11.* quemadmodum & hodie plurima mala & iniuſta ſub prætextu publici boni peragi videmus, nihil ferè intereſt hodie, alios opprimi vt tu excelſior fias, aliorum ditiones inuadi, vt tuæ augeantur, vt meritò exclamare hic liceret cum Budæo: *O tempora! ô mores! heu pietas, heu priſca fides, heu hodierni Politici quantum diſtant ab antiquis vel veris Politicis, quicquid leges aut mores priſci ſeuerè aſtrinxerunt, mores deteriores infregerunt, & vt dicit textus quod antiquitas bene ſtatuit, nouitas neglexit,* nunquid ridiculum & deteſtabile eſt, vt quod à maioribus, qui vt dicit Cicero *pro domo ſua,* non fictè aut fallaciter, ſed verè & ſapienter fecerunt, atq; iura ad commune bonum & hominum ſalutem condiderunt, ſalubriter ſancitum reperitur, ſub ſpecie affectatæ & ſimulatæ politiæ pro libitu infringatur. *arg. cap. 5. diſt. 12.* ſed non attendunt ad illud: *Dum humana curantur præmia, æterna perduntur gaudia:* qui autem Politici ſint hodie, & contra tales aliqua vide apud Beſoldum *in Theſauro practico litera P. verb. Politici num. 35.* & inuectiuam in illos apud Klock *de contribut. cap. 1. num. 384. & ſeq. ſic & noti verſ.*

Et ſucceſſit ſtatus ratio
Iniquitatum mare,

Quam ſatis perſtrinxit refutauitq; Dn. Efferen *in*

ren *in Manuali Politico de Ratione Status ſeu Idolo Principum*, quo me breuitatis cauſa remitto. Impoſſibile igitur eſt, vt aliqua lex, ſtatus vel politia, quæ Iuſtitiæ aduerſatur, vel cum Iuſtitia coniuncta non eſt, ſubſiſtere poſſit, quippe nulla virtutis aut honeſtatis ſpecies eſt, quæ legum vi & præceptis non contineatur, vt tradit Coraſ. *d. cap. 23.* ſed potius à Iuſtitia ſeparata eſſet ratio tempeſtatis, ſicuti & æqui profligatrix, quæ abſque Tyrannidis ſpecie & peccato exerceri non poteſt, nulla eſt rectitudo & nulla honeſtas, inquit Pacian. *lib. 2. de probat. cap. 41. num. 93.* quæ à iuſtitia ſeparata eſt, vtile ab honeſto non ſeparari, iam olim docuit Cic. *3. Offic.* Zaſ. *in l. licet, nu. 6. Cod. de iudic.* & rurſus Cic. *1. Offic.* Scientia quæ eſt à Iuſtitia remota, calliditas potius quam ſcientia eſt appellanda, omnia namque honeſta & vtilia videntur tantiſper, dum vſus eorum rectus eſt, quo deprauato eadem turpia habētur & inutilia ait Dion. Halic. Antiq. Rom. *lib. 5. in fin.* Beſold. *in Theſaur. pract. lit. R. ratio ſtatus ibi latè Additionator de duplici ratione ſtatus agit,* vna quæ Iuſtitiæ radicibus innixa, alia, quę à Iuſtitia ſemota eſt, hac ratione ſtatus ſolent vti illi, qui dū ſe vident rationibus & legibus vinci, ad vim Dominationis & Ius Imperij ſe conuertunt, quibus præter relatas à Dn. Efferen *in Manuali Politico de Ratione Status ſeu Idolo Princ. lib. 2. punct. 11. verſ. Machiauellus docet. & verſ. ad 5. argum.* illæ maxime in ore: *Si ius violandum, regni cauſa violandum eſt*; *In ſumma, fortuna id æquius quod validius, Quæritur belli exitus non cauſa, qui magnis in rebus ſe iuſtitia cultorem vult haberi, eam in paruis aliquando violare neceſſe eſt*, & ſimilia ibi relata, qua ratione Status, vtpote à pręceptis legis deuiante Principes Chriſtiani vti non debent, & quando illa vti poſſint, *vide DD. ibi.* in cauſis quidem ſuſpecta eſt potentia, ait Caſſiod. *3. epiſt. 36.* dum velle creditur, quod poſſe indicatur, *& rurſus 11. epiſt. 8.* Furoris genus eſt turbulento ſtudere propoſito, quem allegat Lucas de Pen. *in l. conductores, nu. 16. Cod. de conduct. & procur.* addendo quod Præſides noſtri hodie tyrannides nutriant & necantes iuſtitiam libertatem euertant. Huius politicæ doctrinæ gnarus Pilatus nullam condemnationis cauſam *in Domino noſtro* IESV *Chriſto* inueniens, potius Iudæorum poſtulatis annuendū cenſuit, quàm iuſtitiam adminiſtrando innocentem abſoluere *Luc. 23.* Caueant igitur & abſtineant Politici ab opere quocunque iniuſto, nam *ratio ſtatus eſt ludibrium veritatis, velum impietatis, commentum hominum, quorum idolū ſtatus eſt, vita abſq; religione, mors abſq; Deo.* Melius dixit Seneca: Nullum bonum niſi honeſtum, quo ipſo tamen non efficitur, quod omne quod honeſtum eſt, ſemper quoque licitum ſit, quia ſæpè quæ licent, honeſta non ſunt, vt loquitur *l. non omne ff. de reg. iur.* vide tamen ibi in Gloſſ. *remiſſiuè*, & Cagnol. *in l. ſemper in contract. lib. 158. ff. de regul. iur. ibi illata in materia honeſtatis & num. 5.* remouet obiectionem quæ contra prędicta valde vrgere videbatur, ſcil. quomodo ſtare poſſit licitum quid eſſe contra honeſtatem, cum iuſtitia honeſtatis pars ſit, ideoq; quod decet honeſtum eſſe, & quod honeſtum eſt decere; vnde quoque dicitur, quod attendi debeat non ſolum ad id quod licet, ſed etiam quod honeſtum eſt *l. ſemper, ff. de ritu nupt.* ita etiam vt non valeat conſuetudo contra honeſtatem, ſed ius honeſtatis ſemper exceptuatum intelligitur à debito reuerentiæ vti latiùs apud Crauet. *de antiquit. temp.*

Digitized by Google

temp.p.4.§.videamus, n.39. & ſeq. & infra tradita de honoribus cap. vlt. vbi exornatur materia honeſti & de bonis moribus, poteritq́; dici contra bonos mores fieri, quando agitur de Maiori bono & hoc intermittitur, vide *infra de æquitate cap.3.* vt autem prius melius intelligatur, diſtinguere oportet inter Ius præceptiuum & permiſſiuum; præceptiuum enim abſque eo, quod honeſtum eſt, non conſiſtit, nec enim Ius vnquā inhoneſtū aliquid pręcipere poteſt, ſic quoque omne quod honeſtum eſt, licitum cenſetur, ita intelligitur *l.iuſtitia §.1.ff. de iuſt. & iur.* permiſſiuum verò (intelligendo de humano & poſitiuo; nam ſuperius ex S. Auguſtino relatum fuit, quod lex æterna ita & naturalis nunquam concedat aliquod malum, ſed prohibeat omnia peccata & conſequentur ea committentes ſemper obligantur in foro conſcientiæ, tamen non omnia puniunt nec puniri iubent in foro externo, ſed potius permittunt, hoc ſaltem ſenſu, ne maiora bona impediantur, vel maiora mala ſequantur, ita ex alijs declarat Barboſa *d.axiom. 141. n.7.*) aliquando ex cauſa mala permittit aliqua & impunita relinquit vt lupanaria vel meretrices quæ & honeſtè mercedem recipere dicuntur, *l.idem, §. ſed quod meretrici ff. de condict. ob turpem cauſ.* poſtquam ſe hac infami conditione fœdarunt, vt ita honeſtas illa dicatur ſuppoſititia, non abſoluta, Zaſ. *in l.ſi Plagij, n.9.ff.de verbor. oblig.* An verò in foro conſcientiæ, promiſſa petere, & data retinere poſſint, vide Gutier. *lib.2.quæſt.Can.c.10.* & quid ſi meretrix magnas pecunias extorſit per fraudem, dicendo ſe virginem, qualis non erat, vel ſemel tantum cognitam, & quid ſi facetijs extorſerit, vide eundē *lib.1.c.37.n.19.* vnde prius hoc modo concordatur, quando ius præcipit honeſtè viuere, intelligitur principiū de iure præcipiente, regula autē illa, quæ dicit, non omne quod licet honeſtum eſt, de iure permittente, aliquando propter maius malū, vti ſuperius, aliquando verò ob temporis varietatem & neceſſitatem; Omnia namq; tempus habet *Eccl.3. & cap. ſunt quædam, diſt.14.* ita diſtinguit Bened. Ægid. *tract. de iure & priuil.honeſt.c.1.n.7. & 8.* vel etiam dici poterit, quòd ipſa permiſſio & tolerantia diuina, eſt iuſtiſſima, quo ſenſu declaratur quoq; S. Auguſt. dictum, ſed factum permiſſum, in faciente eſt iniuſtū, Scac. *de ſent. & re iud. c.1. gl.1.n.210. & gl.14.q.9.n.14.* qui & *tract.de com. & cam. §.1.q.7.ampl.10. n.48.in præced.relata.* ait, permittit lex poſitiua hoc & illud quoad veniam pœnæ, non autem culpæ. Vndè in iure humano nunquam datur pœna ſine delicto, ſed datur aliquando delictum ſine pœna, quia in foro fori aliqua tolerantur, quæ à cœleſti Societate deuiant, quo ſenſu dicit Chryſoſt. relatus à Scac. *ſub num.44.* quod permittimus, nolentes præcipimus, quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non poſſumus. *adde ſupra d. cap.6.*

Concluſiuè igitur, quia Princeps dicitur debitor Iuſtitię, eoq; non adminiſtrante regnum vacare, *cap. tranſmiſſ. de foro compet.* poteſtq́; deponi per DD. apud Knichen *de Saxon. non prouocand. iure cap.3.nu.82. dicentes, quòd Principes hodie per raro verſent huiuſmodi animo,* adeo vt nullibi non ſit de adminiſtratione Iuſtitię querimonia, ex quo nobis eueniunt quā plurima incommoda, vt de bello latius, adminiſtremus ergo Iuſtitiam, & iudicemus noſipſos, ne iudicemur iuxta Apoſtoli doctrinā, &c. & pro complemēto huius tituli notemus ſingularia verba Cicer. *pro Cluen.* dicentis: Eſt ſapientis Iu- 4.

Digitized by Google

dicis & Gubernatoris meminiſſe ſe hominem; cogitare non tantum ſibi poteſtatem datam, verum etiam fidem habitam eſſe, meminiſſe, poſſe quem oderit abſoluere, & quem non oderit condemnare, & ſemper non quid ipſe velit, ſed quid lex & religio cogitet, cogitare, non ſe putare eſſe ſolum, neque ſibi licere quid cupit, ſed habere in conſilio legem, æquitatem, religionem, fidem, libidinem autem, odium, inuidiam, metum, cupiditatemque amouere, maximè æſtimare conſcientiam mentis ſuæ, & ſumma cum honeſtate viuere, & pulcherrima de qualitatib. boni Iudicis, vide latè in Scac. *de ſent. & re iud. cap. 1. gloß. 4. quæſt. 1. paſſim per tot. & ſuccinctè quæſt. ſeq. 2. num. 60.* & Paciano *de probat. lib. 2. cap. 44. per tot.* ibi quoque notabilia quo breuitatis cauſa fit relatio. In ſumma qui ad iudicandum condeſcendit, ita iudicet, vti ſeipſum à ſummo Iudice in extremo die Iudicij iudicari exoptat, Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 2. cap. 2.* Si tu malè iudicaueris, te Deus deinde iudicabit, dicit Phocylides, ideo quotidie cogitemus quales erimus in die iudicij Æterno Iudici de libris conſcientiæ rationem reddituri remotis omnibus probationibus, S. Auguſt. *in epiſt. Ioan. ſerm. 35.* Vnde quoq; prę oculis habeamus verſus, qui reperiuntur exarati in Monaſterio PP. Carthuſianorum Colonienſium, cum additis per Delrium *lib. 5. diſquiſit. Magicarum ſect. 7.*

Iudicabit Iudices, Iudex generalis,
Vbi nihil proderit dignitas Papalis,
Siue ſit Epiſcopus, ſiue Cardinalis,
Reus condemnabitur ſit hic qualis qualis,
Ibi nihil proderit multa allegare
Et nihil excipere, neque replicare
Neque ad Sedem Apoſtolicam appellare,
Reus condemnabitur nemo dicit quare.
Cogitate miſeri quid vel quales eſtis,
Quid in hoc Iudicio dicere poteſtis.
Quo non erit Codici locus neque Digeſtis,
Idem erit Dominus, Iudex, Actor & Teſtis.

Condemnatoria ſententia in Iudices, à pijs orthodoxiſq; Imperatoribus, LEONE & ALEXANDRO pronunciata.

Exiſtimo equidem eorum neminem, qui iudiciario fungitur munere, eò vnquam ſtuporis aut inſcitia proruptùrum, vt aliter quàm ex præſcripto Legum Iudicium ſententiamvè ferre audeat, quòd ſi quis in tantam euaſerit dementiam, Reus peractus eas dependet pœnas, quæ legibus ſunt irrogatæ: Sin fortè nos effugerit, peruigilem tamen atque inſomnem oculum, cui nihil non quantumlibet occultum ſit, patere poterit. Tametſi idipſum imprecationibus quoq; diriſq; execrationibus ſtabilire ac firmare non ab re alienũ cenſuimus. Inueniat itaq; iſte & Deum, & cæleſtes omnes, atq; incorporeas poteſtates ſibi nunquam non aduerſantes. Immaturè ex hac vita excidat potius quam excedat. Incommodis inſuper afficiatur perpetuis. Ipſius ædium fundamenta ignis tandem deuoret, & poſteritas eò redigatur inopia, vt panem oſtiatim quæritet. Atq; hæc iure ſanè optimo, propterea quòd leges, quas liberrimas eſſe oportuit, ſeruas quodammodo atque captiuas effecit, fictorum prauorumq; iudiciorum.

Nouell. 8. Tit. 3. Iuſiurandum quod præſtatur ab his, qui adminiſtrationes accipiunt.

Si verò non hæc omnia ita ſeruauero: recipiam hic & in futuro ſeculo in terribili Iudicio magni Domini DEI *& Saluatoris noſtri* IESV *Chriſti: & habeam partem cũ Iuda, & lepra Giezi, & tremore Cain: inſuper & pœnis quæ lege eorum pietatis continentur, ero ſubiectus.* iunctis textib. in l. rem non nouam, in verbis Sciturĩ, & ſeq. Cod. de iudic. & 2. Paral. c. 19.

TITV-

TITVLVS SECVNDVS.

Iuſtitia in Bello vulnerata.

CAPVT PRIMVM.

Propter Iniuſtitiam, bello premimur & affligimur, Regnaq́; perduntur & transferuntur.

1. NImis verè practicatur hodie illud vulgatum: *Inter arma ſilent leges*; teſte Cicerone *pro Milone*, Vnde egregiè reſpondit Marius, qui cum libertate ſeu Ciuitate donaſſet mille Camertes, eò quia viriliter pugnaſſent, & de hac data libertate, quòd feciſſet contra legem, accuſaretur, reſpondiſſe fertur, ſe inter armorum ſtrepitum verba legis exaudire non potuiſſe; vt teſtantur Plutarchus *in vita eiuſdem Marij*, & Valerius Max. *lib. 5. cap. 2.* Quod de Quinto Mutio refert Cæuall. *in ſpeculo comm. opin. quæſt. 906. num. 4.* eaque ratione Iulius Cæſar, Metello obſiſtenti, ne pecunias ab ærario tolleret, ne peccaret in leges, non idem, inquit, armorum ac legum tempus eſt, abſcede igitur, ac poſteaquam facta pace arma depoſuerimus, tunc ſi videbitur plebis patronum age, Eraſ. *lib. 4. Apoth. ex Plutarch.* ac proinde ius tractanti contingere poſſet, quod Antigonus Macedonum Rex Philoſopho cuidam, librum in quo de Iuſtitiæ partibus agebatur, porrigenti reſpondit, erras, inquit, qui cum videas me alienas arces armis inuadentem, de Iuſtitia apud me diſſeras, vt refert Plutarchus *in Apoph.* noluit enim mentita virtutis ſpecie Tyrannidem & violentiam tegere, multis Chriſtianis hodie laudabilior, qui neſcio quo fucatæ Iuſtitiæ prætextu bellum inferunt, integra regna & prouincias deuaſtant atque exſpoliant, vt cum Virgilio exclamare liceat:

Quippe vbi fas verſum atq́; nefas tot bella per orbẽ
Tam multæ ſcelerum facies, non vllus aratro
Dignus honos, ſqualent abductis arua colonis.

Nam quæ in pace ſunt leges, plerumq; bellum abrogat Liu. *lib. 34.* hodie non legibus ſed legionibus cauſas expediri accommodatè dicit Cothom. *conſ. 42. num. 44. vol. 1.* ex Decio *conſ. 252. in pr.*

Alia belli mala & pacis commoda, vide 2.
apud Gueuar. *in Horolog. Principum, lib. 3. cap. 14. & ſeq.* quæ prò dolor nimis hodie notoria ſunt, porro tantorum malorũ cauſam rectè dixeris ſuperius relatũ diuerbium: Inter arma ſilent leges, cum tamen vtrumque iſtorum alterius indigeat auxilio, quo tam res militaris poſſit eſſe in tuto, quam ipſæ leges vſu & præſidio armorum ſeruatæ, vt pulcherrimè teſtatur Imperator *in principio Cod. de Iuſtinianeo Codice confirmando.* vbi Accurſ. Leges & legiones duo mundi brachia appellat, quibus Romani orbem terrarum ſuum fecerunt, armis quidẽ conſtrinxerunt, legibus vero confirmarunt, Maſtrill. *de Magiſt. lib. 3. c. 3. num. 26.*

 Quip-

Quippe leges Reipub. ſuſtentaculum atque fundamentum ſunt Nouell. Leonis *36. in princ.* ac proinde Demoſthenes *in orat. contra Timocr.* multæ inquit ciuitates ſeruatæ memorantur, quæ quondam argento vſæ ſunt mixto cum ære & plumbo, nulla vnquam Reſpub. ſtetit, quæ, vel improbis legibus vteretur vel ſuas corrumpi ſineret, quid enim Iuſtitiâ remotâ aliud ſunt regna quam magna latrocinia, & ipſa latrocinia quid ſunt, quàm praua Regna, vt ex S. Auguſtino refert Seac. *de ſent. & re iudic. cap. 1. gloſſ. 4. quæſt. 1. nu. 24.* vbi & quod Rex iniuſtus Tyrannus ſit, Principis iure & nomine indignus cenſeatur, qui Principis officium facere negligit, *cap. ſcelus 2. quæſt. 1.* Gail. *2. obſ. 56. num. 11.* conformis eſt transmiſſa mihi ſententia eximij P. Rectoris Ray Soc. IESV, *Regulus ſine regula regnans, eſt Regulus venena diffundens.* Item: *Impiorũ ius littera tranſpoſita vis eſt.* conuenit illud Poëtæ:

Inſtituit rerum formas politia ſerena,
Si bona, dat Regem, quæ ſi peruerſa, Tyrannum.

Ipſa verò regna propter iniuſtitiam amittuntur, & de gente in gentem transferuntur *Eccl. 10.* quod ipſum multis hiſtorijs comprobat P. Contzen *tract. Daniel. aulæ ſpec. c. 53.* idem facit Pet. Tholoſ. *lib. 10. de Repub. c. 2.* quomodo regna propter Iuſtitiam floruerint, atq; eâ neglectâ florere deſierint & perdita fuerint, quod ſpeciatim de Imperatoribus, Regibus, Principibus aliiſq;, quod Imperia & Regna amiſerint, aliaque mala perpeſſi fuerint, qui contrà immunitatem & libertatem Eccleſiaſticam aliqua induxerunt & fecerunt, tradit Th. Boz. *de iure ſtat. ſiue de iure diuino & natur. Eccleſiaſt. liber. & poteſt. lib. 6. præſertim c. 10.* & exemplis oſtendit P. Contzen *lib. 2. polit. c. 12.* Impijs infœliciter, bonis proſpere, res ceſſiſſe. ſicuti Dn. Iac. Hack quondam Eccleſiæ Heinſbergenſis Decanus bellè dixit: A tempore quo vos receſſiſtis à Petra Petri, & à Cathedra Lamberti (loci Patroni) eſtis loco prædæ expoſiti, & præter Fabian. Iuſtinian. *in Tob. v. 10. c. 12. in tract. de ſauit. & hoſtil. peccati docum. 1.* vbi ſacris & prophanis hiſtorijs exornatur; Exempla quoque adducunt Baron. & Spondan. *in Annalib. Eccleſiaſt.* Refert autem Beſold. *in Theſaur. pract. lit. G. verb.* Geiſtliche Freyheit. *ex Chockier 22.* caſus quibus Eccleſiaſtica libertas violetur, peius illi qui hodie Sacris & Sanctis non abſtinent, *Prouerb. 20. verſ. 25.* Ruina eſt homini deuorare Sanctos; hinc vtique clades, hinc illę deuaſtationes & incommoda, quomodo enim ſperanda Iuſtitiæ opera, cum ipſimet eandem non faciamus, vide innumera S. Scripturæ loca apud Beſoldum *in Theſauro practic. lit. V. verb.* Veränderung der Regimenten / rectiſſimè igitur malè imperando Imperium amitti; & quod belli atque inde reſultantium malorum cauſa ſit iniuſtitia, docet Iuſtus Lipſius *in polit. lib. 4. cap. 14. in fin.* Et Philo Iudæus, Omnem inquit, terram vaſtat iniuſtitia & atrocia delicta euertunt thronos potentum, ſi enim Iuſtitia iuxta Cicer. *de legib.* eſt omnium aliarum rerum baſis & fundamentum, conſequens eſt ſublato fundamento & collapſa baſi Reipublicæ, & ipſum ædificium ſiue Rempublicam corruere iuxta illud vulgarum: Deſtructo fundamento omnia corruunt, quæ eidem inædificata ſunt. Tiraq. *de primog. quæſt. 40. n. 128.* & ſic dicit D. Thomas: Si quis tolleret alicuius fulcimentum, eius diceretur facere caſũ. Pulchrè Caſſiod. *1. ep. 10.* inquit: Cuncta turbantur, ſi integritas cum fraudibus miſceatur, & tunc ſubintrat

intrat illud ſcitum dictum: Fruſtra bellatur Superis nolentibus. Et illud Poëtæ:

Non defenduntur muris, non mœnia vrbes
Si Leges tollas, mœnia cuncta ruent.
———— ———— nam Numine læſo.
Iratoq; Deo, nec proſunt pacta nec arces.

3. Quid enim, dicit Valer. Max. 2. 4. prodeſt foris eſſe ſtrenuum, ſi domi malè viuitur; quippe violatio iuſtitię, eſt ciuitatum diſtructio, exornatur in Luc. de Penna *in l. graue, num. 4. Cod. vt nullus ex vicaneis*, ita rectè dixeris, pœnam eſſe iniuſtitiæ comitem, & peccatum peccati eſſe pœnam. Vnde Ouid.

Hic ſolet euentus facta nefanda ſequi.

Non mirum igitur quod & hodie nobis contingat illud quod minatur Deus apud Iſaiam: Cum extenderitis manum veſtram, auertam oculos meos à vobis, cuius rei habemus illuſtre teſtimonium ſciſſi & diuiſi Regni Balthaſari apud Danielem *cap. 5.* & Salomonis, vnde & quomodo hoc acciderit, *3. Reg. cap. 11. & 12.* & in Iure Canon. *cap. qui ſine 3. quæſt. 7.* refertur illa hiſtoria Iudicum *cap. 20.* de incolis ciuitatis Gaba, qui erant ex Tribu Beniamin, & grande nefas perpetrauerant, quod cum reliquæ Tribus Iſrael vlciſci & vindicare vellent, congregauerunt quadraginta millia virorum, conſuluerúntque Dominum & dixerunt: Procedemus contra filios Beniamin fratres noſtros ad dimicandum an non? & quis erit in exercitu noſtro Princeps certaminis? quibus Dominus prælium inire & malum illud de Iſrael auferre iuſſit, atque vt Iudas Dux eorum eſſet, præcepit, quorum exercitus tamen bis profligatus & proſtratus fuit, tertia demum vice peccatricem Tribum penè funditus extinxere, pulchram prioris cladis rationem adfert S. Gregor. *lib. 14. Moral. cap. 15.* dum dicit: Quid eſt quod in vltionem ſceleris inflammatur, & tamen ipſe prius proſternitur, niſi quod ipſi prius purgandi ſunt, per quos aliorum culpæ feriuntur, vt ipſi iam mundi per vltionẽ veniant, qui aliorum vitia corrigere feſtinant, non enim alius quàm iuſtus homo idoneus corrector eſt, *Pſalm. 32.* Corripiet me iuſtus, in quo enim iudicas alterum, te ipſum condemnas, S. Paulus *ad Rom. 2.* Pulcher text. *in c. iudicet 3. quæſt. 7.* Iudicet de alterius errore, qui nō habet quod in ſeipſo condemnet, iudicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putauerit punienda, ne cum de alio iudicat, in ſe ferat ipſe ſententiam, improbum namq; eſt arguere quidquam in alio, quod adhuc reprehendit in ſeipſo, Iſidor. *de ſummo bono lib. 3. cap. 32.* quod pulchrè exornatur in Scacc. *de ſentent. & re iud. cap. 1. gloſſ. 4. quæſt. 1. num. 8. & ſeqq.* ibi & plenè diſcutit, an Iudex peccator & criminoſus alium iudicare poſſit, hoc interim indubitatum manet, quod correctionis ordo petat, vt Reges & Principes primo incipiant à ſeipſis *cap. porro 9. quæſt. 6.* nam qui ſubditos vult in officio continere, & iudicando corripere, debet prius emendare opera male facta, *l. iuſtus, Cod. de iure fiſci*, facilis recti perſuaſor eſt Iudex innocens, ſub cuius prædicabili conuerſatione pudet mores probabiles non habere, Caſſiodor *1. epiſt. 4.* in contrarium nitenti Iudici, rectè vulgò dicitur: Medice cura teipſum. & eſt pulcher text. *in cap. nos ſi competenter 2. q. 7.* facit & illud vulgatum:

Turpe eſt Doctori cum culpa redarguit ipſum.

Audiat igitur Rex quod pręcipit lex, quia 4.
legem ſeruare, eſt regnare, videatur & *Gloſſ. in auth. vt Iudices ſine ſuffrag.* conſonat illud Archidiac. *in cap. multi, diſt. 40.* infœlix qui rectè docet & viuit iniquè. Integritas

Præſulum eſt ſalus ſubditorum, *cap. Miramur, diſt. 61.* nam quales in Republica Principes, tales & ſolet eſſe reliqui ciues, *Syrach. cap. 10.* vnde vulgò dici ſolet:

Regis ad exemplum totus componitur Orbis.

Quod aliquibus moralibus illuſtrat Wilhelmus Anton. *de morator. reſcriptis, tit. 5. concl. 7. poſt num. 15.* & quod Princeps legibus viuere, & bona vita alijs præire debeat. Facere rectè ciues ſuos, inquit Vell. *lib. 2.* Princeps faciendo docet, prima æquitas eſt, ait Caſſiod. *6. epiſt. 21.* à ſe Præſules inchoare, cuius eſt inuerecundiæ dicit Arnob. *lib. 2* quod agere te videas, in eo alterum reprehendere; & rurſus *lib. 3.* inquit: turpe eſt erroris alios condemnare, & in erroris eiuſdem vitio deprehendi, non ferendum dicit Cicero *Orat. 4.* rationem vitæ ab altero repoſcere eum, qui non poſſit ſuæ reddere, nam iniquiſſimè faciunt, qui alios modeſtè viuere cogunt, nec ſe præbent modeſtiores ijs, quibus imperant, vt ait Iſocrat. & Caſſiod. *5. epiſt. 4.* Iudex tanta viuat continentia, vt æquitatem & inſtruat monitis, & doceat exemplis. Dum igitur alios legum vinculis conſtringere, vel in alios animaduertere vult, debet eſſe irreprehẽſibilis, hoc eſt, quod rectè vulgo dici ſolet: qui alium vult reprehendere, debet ipſemet eſſe irreprehenſibilis. & illud Saluſtij: Omni vitio carere debet is, qui in alterũ dicere paratus eſt, alias qui, quod vult dicit, quod non vult audit, quod & in factis obtinet, vt ſi quis voluit iniuſta à ſe facta, quæ noluit iuſte ipſi fuerint regeſta *tot. tit. ff. quod quiſque iuris in alium, &c. & ibi DD.* neque enim exemplum in alijs probatum, debet in ſe detrectare, Gratian. *diſcept. forenſ. 207. num. 32.* nec in alterius perſona debet reprehendere, quod in ſua putat æquum, *cap. nihil cum tribus ſeq. 3. quæſt. 6. cap. fin. diſt. 25. & d. c. iudicet, 3. quæſt. 7.* vnde non poteſt obijci, quod ab obijciente fuit geſtum, Crauett. *conſ. 924. num. 21.* vide & Barboſam *tract. axiomat. vſufreq. axiomate 196. num. 14. & 15.* hinc fit quod frequenter regeruntur ingeſta. Nam iuxta veteris Satyrici verſ.

——————— *caſtigata remordent.*

Ideo & Poëta:

Inuidioſa ferunt, reſponſaq; dura reportant.

Et Auſon. Epigram. 71.

Auctorem feriunt, tela retorta ſuum.

Ius etiam exigit ſagittas fraudis redire in doloſum verticem ſagittantis, Hering. *de fideiuſſ. cap. 20. §. 15. num. 20.*

Prius verò exemplum cladis Iſraeliticæ ſæpiſſimè in diſcurſu retuli, calamitates belli, ſæpè perditæ victoriæ, vel in diſciplinatæ militiæ, vel proprijs noſtris delictis adſcribendo, de quo ad propoſitum vide omnino Saluian. *in libris de vero iudicio & prouidentia Dei,* in quibus æquiſſimæ diuinæ vltionis cauſas inducit, ad quas iuſtificandas enumerat ſcelera & delicta infœlici ſuo ſæculo regnantia (hodie prô dolor magis generalia & abundantia) propter quæ Deus adeo ſeuerè mundum flagellauit; cumque ibidem recenſuiſſet contemptum & neglectum populi erga Deum, ſegnitiem & tarditatem Eccleſiaſticorum, deprædationes, exactiones, & Tyrannidem Principum, inſolentiam Nobilium, fraudes, fallacias & mendacia mercatorum, diſſolutionem & faſtum aulicorum, amentiam & inſatiabilem cupiditatem diuitum, calumnias, & altercationes Procuratorum, excoriationes & oppreſſiones ſuperiorum in officio conſtitutorum, crudelitatem militum, hodie bruta animantia in hoc ſcelere longè ſuperantium, denique impiam ſceleratam & cor-

5.

& corruptam Chriſtianorum vitam, Ethnicis magis & infidelibus, quàm Chriſtianis congruentem, tandem concludens præcipuas & principales iſtius pœnæ ac afflictionis diuinæ cauſas ait, luxuriam, impudicitiam, libidinem & inhoneſtatem nobilium perſonarum, iniquam officiorum collationem ac diſtributionem, diſſimilem alleuiationem & relegationem onerum hominibus calamitate & egeſtate oppreſſis impoſitorum, eò quòd exoneratis & exemptis diuitibus infirmi & debiles potentium ſarcinis opprimerentur, & qui primi in decernendis & conſtituendis contributionibus conſenſerunt, ijdem prorſus à ſolutione immunes ac liberi forent, ita vt liberales de alienis, perparci autem de proprijs bonis eſſent, adiungit præterea exiguum virtutis ac Religionis reſpectum, iniurias horrendas, inceſſanter Deo abrenunciando, iurando, periurando, blaſphemando & maledicendo illatas, nefarium diuini Numinis abuſum, nō ad confirmandam & ſtabiliendam veritatem, ſed ad colorandum, velandum, corroborandum mendacium & falſam proximi accuſationem & proditionem, inuidiam quoque & liuorem de alterius proſperitate, deniq; inſignem & multiplicem Antigraphorum & Receptorum malitiam, qui ſubditos depauperantes, & ſub vmbra exactionis redituum imperialium, pupillorum & viduarum ſanguinem penitus exſugentes ſine alicuius prohibitione, oppoſitione ac reſiſtentia, ciuitates integras deſtruebant, delebant, Sacerdotes obmuteſcebant, Concionatores veritatem, omnibus odioſam & vbique locorum proſcriptam, proferre aut defendere non audebant, ad extremum etiam Comœdiarum & inanium repræſentationum leuitatem, quæ id temporis maximè vigebat, in ſummam perniciem & interitum Reipublicæ Chriſtianæ, &c. his alijſque ſimilibus lamentationibus ſextum ſui voluminis librum compleuit, quod ad deplorandum haſce calamitates ac miſerias conſcripſerat, cauſas autē enumeratas principales ac præcipuas fuiſſe aſſerit, propter quas Deus Romanum Imperium perturbauerit & ingentes ipſi Barbarorū copias immiſerit, ad affligendos & conterendos omnes inhabitantes terram, quas idcirco hic ita ex Ribadeneira Soc. IESV *tract. de tribulat. lib. 2. cap. 10.* referre volui, quia nihil accommodatius & verius ad hodiernos merito deplorandos mores oſtendendum ſcribi potuit, quis enim hodie ita cæcus & ab omni mente alienus reperitur, qui non videt præter omnia prædicta, etiam & alia illis ſimilia, imò maiora expreſſis ſcelera in vſu eſſe, & quotidie perpetrari, non mirum igitur quod & eædem nobis plagæ inferantur, atque ſimilia eiuſdem temporis incommoda patiamur, vtinam ad emendationem; quippe Iuriſconſultus dicit, vbi eadem militat ratio, ibi quoque idem Ius ſtatui debet, & vbi eadem delicta, pœnæ quoque pares eſſe ſolent, iuxta illud Cic. *3. de legib.* Noxiæ pœna par eſto, ſeu prout in iure dicitur, pœnæ debent commenſurari ſuo delicto, & pulchre Imper. *in l. Si quemquam in fin. Cod. de iure Epiſc. & Cler.* eos quos par facinus coinquinat & æquat, vtroſque ſimilis pœna comitetur, & Tertull. *in Apolog. c. 4.* eiuſdem noxæ eadem tractatio debet interuenire, & ita puniendi ſecundùm proportionem culpæ, iuxta illud *Deuter. 25.* pro menſura peccati erit & plagarum modus. *cap. exiuit, x. de his quæ fiunt à maiori parte capituli & cap. fœlicis de pœnis in 6.* & conſequenter iuſtè patimur, dicente Domino per

Digitized by Google

no per Prophetam: Si ceſſauerint leges iſtæ ſiue ſtatuta hæc coram me dicit Dominus, tunc & ſemen Iſrael deficiet, vt non ſint coram me cunctis diebus, *Ierem. cap. 31.* cuius rei pulchrum habemus exemplum *3. Reg. 18.* de impio Achab exprobrante Eliæ dicendo: Tune es ille qui conturbas Iſrael? qui meruit audire vt certè veriſſimum: Non ego ſane turbaui Iſrael, ſed tu & domus fratris tui, qui dereliquiſtis mandata Domini, & ſecuti eſtis Balaam, quod exactiſſimè tractat & varijs doctrinis moralibus illuſtrat Ioan. Bapt. Frag. *de Regim. Reip. Chriſt. p. 1. lib. 1. diſp. 1. §. 4.* quanta mala cauſent peccata Principum, vtinam illa omnium Regentium cordibus infixa eſſent, vide omnino ibi & *diſp. 2. §. 1. num. 96.* quòd Principes reddent rationem pro peccatis populi, vbi ratio ſubijcitur ex Orig. *homil. 20. in Num. 1.* cōcluſiuè dicens: hæc ſi cogitarent Principes, Principatum non ambirent. Adde Bellarmin. *de gemitu columbæ lib. 2. cap. 8. verſ. reſtat Imperium, vſque ad finem.* & Sapientiæ *6. quis igitur hodie cum Manlio non enumeret euerſas Vrbes Regumq́ ruinas.*

Inq; rogo Crœſum Priamumq́ in littore truncum.

Et illud Propertij:

Nec ſic de nihilo fulminis ira cadit.

Inter alia exemplum notum eſt de Dauide *2. Reg. 12. & 24.* quomodo ob peccata, iuſtâ Dei voluntate punitus fuerit.

6. Dei voluntas eſt legis neceſſitas, fatum neceſſitati lex, vti ex Auguſt. alij docent, ſic dictum quaſi effatum, hoc eſt edictum vel decretum Dei, qui quicquid iniuſtum eſt, ſe puniturum edixit, nos quoque iuſtis Dei & Principum mandatis & imperio parere noluimus, ideo ſæpe Tyrannorum imperia perferre cogimur, vti in veteri Teſtamento nota ſunt exempla, nam vt ait Ant. Gueuar. *in horolog. Princ.* qui ſceptra contempſere, crudelium Tyrannorum flagella experiri non eſt iniquum; Quemadmodum ille Ruſticus qui diu de Antigono Rege viuo queſtus, cum obijſſet ſucceſſore peiore, terram laborioſam inuertens & votorum iam pœnitens, Antigonum inquit refodio, Lipſius *epiſt. 4. cent. 1.* ſcitum illud Germanicum, Wer nicht recht will thun / muß Recht leyden. Ideo *S. Iob. 34.* ait, qui regnare fecit hominē hypocritam propter peccata populi. Et *Prouer. 28.* ibi propter peccata terræ mali Principes eius; vide omninò S. Chryſoſt. *homil. 1. de verbo Iſaiæ: Vidi Dominum, &c.* Et rurſus: Quia autem cum eſſetis miniſtri regni illius, non rectè iudicaſtis neque cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neque ſecundùm voluntatem Dei ambulaſtis, horrendè & citò apparebit vobis, quoniam iudicium duriſſimum in ijs, qui præſunt fiet, exiguo enim conceditur miſericordia, potentes autem potenter tormenta patientur, *Sap. cap. 6.* Propter tales autem & fieri videmus quod pulchrè tradit Boët. *lib. 4. proſa 4.* Magna ſpes & excelſa facinorum machina repentino atque inſperato ſæpe fine deſtituitur. Et Propertius *Eleg. 2.*

Magni ſæpe Duces, magni excidere Tyranni
Et Thebæ ſteterant, altaq; Troia fuit.

Et prô dolor, re ipſa experimur illud Satyrici:

Nunc patimur longæ pacis mala ſæuior armis
Luxuria incubuit, victumq́ vlciſcitur orbem.

Hinc *in Eſdra 2. cap. 9.* dicitur: Et tu Deus iuſtus es in omnibus quæ venerunt ſuper nos, quia veritatem feciſti nobis, nos autem impie egimus; quare Artaxerxes Rex ad Eſdram *1. cap. 7.* ſcripſit hæc verba, omnia ſecundùm legem Dei fiant Deo Altiſſimo, ne fortè exurgat furor in Regno Regis.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT II.

Commoda benè adminiſtratæ Iuſtitiæ, cauſa auerſionis malorum & Belli.

1. E Contra vulgata eſt Theorica, quod propoſitum operatur in propoſito, hoc oppoſitum operatur in oppoſito, rectum enim obliqui eſt index, quemadmodum igitur Iniuſtitia transfert Regna de Gente in Gentem, & propter Iniuſtitiam huiuſmodi mala experimur, ita Iuſtitia firmatur ſolium *Prouerb. 16.* Eſt enim Reipublicæ ſuſtentaculum & fundamentum *Nouell. Leonis 36.* Quomodo igitur poſſunt ſtare culmina, ſi cadant fundamenta ait S. Ambroſ. *in Pſal. 118.* quare iure merito exclamat S. Auguſt. *ad Frat. in Erem.* O ſancta laudabilisqúe Iuſtitia, ſub te & per te pudicitia regnat, pax triumphat & ſecuritas, dignitas floret & fructum adfert in patientia, fructum inquam Principi eam facienti etiam in bello aliàs incomparabilem, quod & cognouit Ethnicus Poeta dum dicit:

Rex bonus atque idem eſt fortis bellator in armis
Qui rectè facit, non qui dominatur, erit Rex.

Gregor. Tholoſan. *de Republ. lib. 5. cap. 8. num. 2.*

2. Et è contra iuxta S. Bernard. *ad Eugen. lib. 1.* Simia in bancho, Rex fatuus in ſolio, quocirca luculenter ſatis teſtatum facit Iuſtin. *in l. 1. Cod. de iure veteri enucleando*, quòd armis ſuis non confidat, neque militibus, ſed Deo authore bella fœliciter peragat, pacem decoret & ſtatum Reipublicæ ſuſtentet; & rurſus *in l. 2. Cod. de off. Præfecti Prætor.* adde Ioan. Bapt. Fragoſ. *de Regim. Reipubl. Chriſt. lib. 4. diſp. 1. §. 2.* ibi quam neceſſaria ſit Principi Iuſtitia; de iuſtitiæ & iniuſtitiæ effectu ibi, & de legalis iuſtitiæ munere, pulchrè Pſalmiſta: Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis; adde *Prouerb. cap. 16. 25. & 29.* quandoquidem Deo & iuſtitia nihil maius exiſtere, & nihil abſque illis commodè geri poſſe teſtatur Iuſtin. *in Nouell. 164. in princ.* Et ita Philoſophus *lib. 5. Politic. cap. 7.* inquit: Maximè tum Reſpublica tum ſtatus optimatum diſſoluuntur, ſi ius in ipſa Republica violetur, hoc autem ſolum confirmat, ſtabilemqúe facit ſtatum Reipublicæ, ſi pro dignitate paria tribuantur, & quæ ſua ſunt quiſque retineat; quod rurſus confirmatur *in Nouell. 163. in Præfat.* & additur quòd præſtantiſſima inter homines bona ſint iuſtitia & benignitas, ibi quoque vtriuſque effectus; & *Prouerb. 28.* Fugit impius nemine perſequente; Iuſtus autem quaſi leo confidens abſque timoribus, hinc licet quandoque iuſtam habens cauſam vires ſuas inæquales cenſeat, tamen quia victoria à Deo eſt Reichsabſcheidt *de Anno 1542.* §. Vnd dieweil dann aller Sieg/ dicere poteſt cum Propheta Regio *Pſal. 17.* Deus meus adiutor meus, & protector meus, & ſperabo in eum. Et *Pſal. 7.* Iuſtum adiutorium meum à Domino, qui ſaluos facit rectos corde; & Menand. *apud Stob. ſerm. 7.* Cum quid ſanctum agis inquit, bonam ſpem tibi propone, certus quod conatũ iuſtum etiam Deus adiuuat, ita vt vires ſuas in exceſſu ponere ſiue eo magis eleuare poſſit, quanto iuſtitię cauſa ſuperat aduerſarium, qui defectu iuſtæ cauſæ timebit, vbi non erit timor, quia nõ eſt timor Dei ante oculos iniuſtorum; quod pulchrè exornat Ferrand. Diac. *in pract. inſtruct. ſeu lidio lap. proba Reip. c. 10.* adde Ioſeph *3. antiq. 2.* miratur autem Gueuar. *in epiſt. familiar. p. 1. fol. 76. in lit. datis ad Marchionẽ de Peſſara*, vbi teſta-

Digitized by Google

teſtatur ſe non capere, quòd Turcæ & infideles, quibus vt dicit Dominus non eſt pax, puta interna, *Iſai. 48. & 57.* inuicem in pace viuant, inter Chriſtianos vero, tot bella gerantur, quæ tamen quoad illos non ita iuſta reperiuntur, quin non adſit aliquis ſcrupulus, vel ſaltem adeſſe debeat, de quo Dauid *Pſal. 72.* dolenter inquit, mei autem penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei, quia zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum videns, ſed ſubitò defecerunt & perierunt propter iniquitatem ſuam, iuſtitiæ autem opera perpetua ſunt. Imò iuſta cauſa & ipſum militem alacriorem reddit, iuxta illud Propertij:

Frangit & attollit vires in milite cauſa
Quæ niſi iuſta ſubeſt, excutit arma pudor.

Item:

Cauſa iubet Superos melior ſperare ſecundos.

2. Quos Superna protegunt, inquit Caſſiodor. *8. epiſt. 26.* fœlices aduerſarios habere non poſſunt. Pulchre ad propoſitum Ageſilaus *de fortitudine & iuſtitia*, vtra præſtaret, rogatus; nihil inquit fortitudinem requiramus omnes, ſi iuſti ſimus, Plutarch. *in Apoth.* neq; par audacia, hiſce certantibus donabit victoriã, qui certantibus dedit audaciam neq; par ijs, qui pro ſuis dimicãt, & qui aliena inuadunt, dicit Dio *lib. 8.* In iuſta cauſa inquit Sophocl. *in Oedip.* paruũ vincit etiam magnum, cuius illuſtre exemplum habemus *Iudic. c. 7.* vbi cum Gedeon in iuſta cauſa certum numerum hoſtibus longe inferiorem contra Madianitarum innumeras copias in aciem produxiſſet, dixit ei Deus: Multus tecum eſt populus, nec tradetur Madian in manus tuas, ideo paucis poſtea electis hoſtem proſtrauit, vide exornatum apud Tobiam Magirum *in Florileg. lit. B. verb. Bellum. num. 6. & ſeq.* belliſſimè S. Cyprian. *de 12. abuſionib.* Iuſtitia Regis inquit, eſt pax populorum, tutamen patriæ, ſolatium pauperum, hæreditas filiorum & ſibimet ſpes futurorum beatitudinis, & denique eam appellat munimentum gentis, ſicuti & *Prouerb. 14.* Iuſtitia eleuat gentem, miſeros autem facit populos peccatum.

Quare non immerito dicit S. Auguſt. *de ciuit. Dei lib. 5.* Imperium Romanis ob morales virtutes eorum datum fuiſſe. Policratus ſcribit, quod tria fecerint Romanos Gentium victores, ſcientia, exercitatio & fides; per fidem magis, quàm per ſudores corporis Regna gubernantur, *cap. in qualibet 23. quæſt. 8.* adde D. Thomam *opuſc. de Regim. Princ. lib. 2.* vel vt alij dicunt, quòd Romani non tam virtutis, quàm inanis gloriæ cupiditate bella geſſerint, adeoque illorum actiones tam longè errauerint à præmij remuneratione, vt pœna potius digniores fuiſſent, tamẽ id Deum permiſiſſe, quod adhuc alijs moralibus virtutibus cæteras Gentes excelluerint, ideoque Tyrannidem Aſſyriorum, Medorum ac Græcorum ad Romanos tranſire permiſerit, nam fauet pietati fideique Deus, ait Liuius *lib. 44.* per quæ populus Romanus ad tantum faſtigium peruenit, & ita declarat S. Auguſtinum & D. Thomam Vaſquius *lib. 1. controuerſ. cap. 20. num. 31.* Cum tamen nulla videatur opus fuiſſe declaratione, prætérquam enim quòd & Vaſquius nimis generatim præſupponat, quòd ſemper & vbique Romani pugnauerint inanis gloriæ cupiditate (quod ita generaliter acceptum verum non probatur) potius eſt *fallacia argumenti à dicto ſecundùm quid, ad dictum ſimpliciter*; vel vt Lactantius ſummum hominis officium, etſi non reipſa, tamen propoſito tenuerunt, prioris aſſertionis pulchra reperitur declaratio

ratio, *in cap. omnes, §. ſicut enim 28. quæſt. 1.* veriſſimum autem eſt illud quod in ſequentibus docet Vaſq. Mores bonos aut malos imperium ſequi aut fugere, hoc eſt, bonis moribus Imperium accedere, malis verò abſcedere, imò quemadmodum boni Principes dicuntur à Deo, & imperium ab ipſo habere, ita Principes mali etiam regnantes non dicuntur habere imperium à Deo, aut per Dei ordinationem, vt per Oſeam *cap. 8.* dum ait: Regnauerunt, & non à me Principes extiterunt, & non cognoui &c. de quibus Iſaias *cap. 10.* ait: Væ qui condunt leges iniquas, Et Eccleſ. *cap. 34.* Principes eius quaſi lupi rapaces in medio eius poſiti ad effundendum ſanguinem, cum autem alibi habeatur, quòd & mali Principes dicantur à Deo habere poteſtatem vel imperium, illud intelligitur, vt mali à Domino Deo permiſſore dicantur habere poteſtatem, non autem à Deo iuſſore aut iubente, ita interpretatur Dominicus Soto relatus à Vaſquio *lib. 1. controuerſ. cap. 21. num. 10. & ſeq.* & Tertullian. *lib. 1. de exhortat. ad caſtit.* Non omnia quæ fiunt, Deo iubente fieri, ſed tantum quæ iuſta ſunt, Vaſquius tamen *d. loco* dicit, quòd omnes Iudices & Principes intelligantur eſſe à Deo, tanquam cauſa vniuerſali, quę concurrit in omnibus & cum omnibus, ibi latius de diuina prouidentia, & cur Deus iſta permittat, imò & ipſa Iuſtitia Dei omnipotentis per malos miniſtros executioni mandatur, qui vt ait *Pſalmiſta:* Mittit indignationem iræ per Angelos malos, bona, malaquę poteſtas inquit Iſidor. *de Prælat.* à Deo ordinatur, ſed bona propitio, mala irato, imò & Regum tyranniſantium poteſtas dicitur à Deo iuxta illud Saluatoris ad Pilatum prolatum dictum: Non haberes poteſtatem aduerſus me vllam, niſi eſſet tibi datum deſuper; abuſio verò poteſtatis vel Regiminis non eſt à Deo, & ita intelligitur illud *Oſeæ c. 8. ſuperius alleg.* Videas autem quantopere floruerint Principes Catholici apud Bellarm. *cent. 4. tom. 1. lib. 4. de notis Eccleſ. cap. 18.* ita vt & dixerit Homerus, Deum obijcere clypeum ſuum in bello, nuſquam enim bene ſine Deo, & nuſquam male cum eo. Vbi adiumentum Dei dicit S. Ambroſ. *Pſal. 118.* ibi certum ſalutis auxilium, pręcipua ſpes ſit in Dei auxilio, qui pro recto & honeſto certantes adiuuare ſolet, Ioſeph. *19. antiq. iud. 2.* Re in arcto poſita inquit S. Cyprian. *de Cœn.* non differt Deus beneficium.

Deus namque bellorum exordijs, pro- 4.
greſſibus, finibusquę moderatur. S. Auguſt. *7. de ciu. Dei c. 20.* Adde Ioan. Bapt. Fragoſ. *de Regim. Reipub. Chriſt. diſp. 2. §. 7.* ibi & quantopere teneantur vel obligentur Principes Catholici, ad ſeruandum fidem Catholicam in ſuis Regnis, & nota ſunt exempla in veteri teſtamento, quin imò iuxta Auguſti dictum *apud Senecam de ludo*, Pietate & iuſtitia Principes Dij fiunt. Quemadmodum ſæpius in ſacris litteris Reges & Iudices Dij appellantur *Exod. 7. & 22. Pſal. 81.* (vbi tamen continuo ſubiungitur: Vos autem ſicut homines & ſicuti vnus de Principibus cadetis; & verè niſi illa, quæ digna ſunt ſtatu Principis geſſerint, cadent in manus Dei) quia Dei eſt iudicium, quod exercent *Deut. 1.* in bonos Iudices verò quadrat ſententia Admodum Reuerendi & Eximij Dn. Theodori Ray Rectoris Collegij Soc. IESV Marcodurenſis digniſſimi, conterranei ac amici mei, viri, ſi quis alius, candidi ſinceri, & ad multorum bonum boni Religioſi: Sicuti Ius palato, ſic Ius Iuſto arridet, eſt enim Iuſtitia nihil melius, quæ inter

F 2 virtu-

virtutes principatum tenet, ornat earum chorum maximè, Philo *de Abrah.* Ad vos igitur Reges dicit *Sap. 6.* ſunt hi ſermones mei, vt diſcatis ſapientiam & non excedatis, qui enim cuſtodierint iuſta, iuſtè iuſtificabuntur, & qui didicerint iſta, inuenient quid reſpondeant: Quare autem Principes & Iudices dicti ſint Dij, vide Pet. Gregor. Tholoſan. *de Republ. lib. 1. cap. 5. & 6.* Iuſtitiæ commoda & iniuſtitiæ incommoda apud Dn. Efferen *de Ratione ſtatus ſeu Idolo Principum lib. 3. puncto 6. & 7.*

CAPVT III.

Reges & Principes tenentur adminiſtrare Iuſtitiam, & ſubditos ab iniuriis defendere, ob diuerſas cauſas, tum etiam ad effectum conſequendi Pacem finemq; Belli.

1. QVandoquidem igitur tot reperiuntur commoda & reſpectiuè incommoda, benè vel malè adminiſtratæ Iuſtitiæ, iure ſane merito quilibet Princeps eam potius exequi, quàm ſolum ſcire & optare deberet, cum non modo Principis ſit ab iniuſtitia, ſed ab opinione quoque eius abeſſe, Dio *lib. 55.* primò propter ſe ipſam, quia Iuſtitia per ſe expetenda eſt, iuxta illud: Initium vitæ bonæ facere Iuſtitiam, accepta autem apud Deum magis quàm immolare hoſtias *Prouerb. 16.* Deinde propter ſeipſum, quia eam faciens tot bonis à Deo decoratur, & regnum eius ſtabilitur Chriſtin. *vol. 1. deciſ. 9. ſub num. 16. vbi & quod S. Remigius Primo Regi Franciæ Chriſtiano* perquirenti ab eo, quamdiu Regnum Franciæ eſſet duraturum, reſponderit, tamdiu duraturū, quàm diu vigeret in ipſo Regno Iuſtitia, quoniam in Iuſtitia Regis exaltabitur ſolium, & in veritate ſolidabuntur tabernacula populorum, ſi homines pacem amant inquit S. Auguſt. *ſerm. 2. ad Frat. in Erem.* ament & Iuſtitiam, quia duæ ſunt amicę chariſſimæ; Iuſtitia vero Regis eſt, neminē iniuſtè per potentiam opprimere, ſine perſonarum acceptione inter virum & proximum ſuum iuſtè iudicare, aduenis, pupillis & viduis defenſorem eſſe, cohibere furta, adulteria punire, iniquos non exaltare, quod latius proſequitur Luc. de Pen. *in l. Iudices, n. 16. & ſeq. cod. de dignit.* ibi alia valde pulchra, & quid efficiat Iniuſtitia Regis *& in l. graue, n. 3. & 4. Cod. vt nullus ex Vicaneis.* Tertiò etiam quia eſt debitor Iuſtitiæ, idq; ad vtilitatem ſubditorum, nam ſecundùm Cic. *1. de Off.* tutela & procuratio Reipubl. ad vtilitatem, eorum quibus commiſſi ſunt, non eorum quibus commiſſa eſt, gerenda eſt.

Reges Regno dantur, inquit Sylu. *hiſtor. Bohem. c. 57.* nō Regna Regibus, de quo latius Luc. de Pen. *in l. Tyrones, nu. 10. & ſeq. Cod. de Tyron. & in d. l. Iudices, & rurſus in l. qui conditioni, Cod. de his qui ſponte, &c.* vbique exornatur, quàm exactè Patres ſpirituales & Domini temporales ſubditos tueri, & ad Dei cultum eorumq; ſalutem adducere, & quā ſtrictè ob hoc obligati exiſtant, quippe multitudo facile cōſentit in vitijs *c. ſi quis Abbas 18. quæſt. 2.* & citò à veritate deuiat, pergitque in indirectum *cap. miramur, diſt. 6.* quia in malum pronus eſt populus & duræ ceruicis *Exod. 32.* vnde dicit Cic. *de legibus*, nihil vnquā ſibi placuiſſe populare, quare Rectore & Gubernatore opus habet, nā ipſa rerum experientia docuit, ciuitates quas vel ordo Decurionum vel Conſiliariorum gubernauit, ſemper in melius proceſſiſſe, eas verò quæ lubrici lapſu populi viuunt, ſępe corruiſſe, itaq; Principibus cōmiſſi ſunt, vt illi horum vtilitate valeant ad terrena ſeruire.

uire,hi vero per ſuam prouidentiam ſubditorum animabus, quæ ſunt æternæ, proſpicere,vti pluribus ibi hoc exornat, ſed vt dicit Plato *lib.4.de legib.* parebit maximè, quia non lex Magiſtratibus, ſed legi Magiſtratus præſunt. Pulchrè Plutarchus ait,tot tantorumq; bonorum & munerum, quæ Dij largiuntur,nullus eſt fructus & vſus rectus ſine lege,iure & Principe, ius, finis eſt legis,lex, Principis opus, Princeps autem imago Dei cuncta adminiſtrantis.

3. Hinc quarto conſiderabit,quod ſi nō faciat id quod ex officio facere tenetur, peccet & teneatur ad reſtitutionem Bonac.*ad 8 Decal.Pracept.diſp.10.q.3.propoſ.3.in pr.* & tenetur quis ſcire, ita & facere quæ pertinēt ad officium, aliàs peccat grauiter Couar. *in cap.poſſeſſ.p.2.§.7.ſub num.9.* & generaliter quarum perſonarum & rerum cuſtodes ac vindices eſſe debemus, ſi in ijs tuendis nos ab officio deſeri patiamur, ſeuerius plectēdi ſumus, D.Thom.*1.2.q.6. art.3.* quem ad hoc cum alijs iuribus allegat Mager. *de Aduocat.armata cap.16.n.616.* imo maledictus dicitur, qui facit opus Domini negligenter *Ierem.48.* Nam vt habet textus *in c.Reg.23. q.5.* Regum officium proprium eſſe facere iudicium & iuſtitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppreſſos, & peregrino & pupillo & viduæ, qui facilius opprimuntur à potentibus,prębere auxilium,imo nec pati debent vt per eorum cōniuentiam alij contriſtentur, quippe ſcopus omnium Imperantium alius eſſe non debet,quam Iuſtitia,& omnium ſubditorum ſalus, *l.22.in pr. Cod.de nupt. l. 3. ff.de offic.praſid. vigil. l. 1. §.14. C.de caduc.tollen.* Lipſius *2.polit.6.ibi quoq; in notis,* propterea namq; fiunt leges vt earum metu,humana coerceatur audacia tutaque ſit inter improbos innocentia *cap. facta ſunt,diſt.4. iuncta l. æquiſſimum, ff. de vſufr. l. illicitis, §. 2. & l.congruit,ff.de offic. praſid.* belliſſimè igitur S. Gregor. *7.ep.120. ad Reges Franc.* Summum ait in Regib. bonum eſt Iuſtitiam colere, ac ſua cuique iura ſeruare, & ſubiectis nō ſinere; quid poteſtatis eſt fieri,ſed quid æquum cuſtodire, *cap.ſi ſaculi 12.quaſt.2.* conformiter verſus:

Hoc vno olim Reges ſunt fine creati
Dicere ius laſis, iniuſtaq; tollere facta.

Et probatur *in d. c. Regū* pulchrè Ammian. Marcell. 29. Nihil aliud inquit eſt Imperiū, quàm cura ſalutis alienæ; cui præter textum Iuris Feud. *de prohibita feud. alien.* per Lothar. *lib.2. tit. 52.in pr.* conuenit memorabile Alphonſi Regis Hiſp.ſymbol. *Pro Lege & Grege,* quod & conſonum eſt ſacris litteris *2.Samuel 5.* quæ,de Regibus pronunciant, eos paſtores eſſe & paſcere populum, Vnde recte docet Ferrandus Carthaginenſ. Eccleſ.quondam Diacon. *in paranetico ſuo ad Duces milit. c.7.* quod Dux vel Princeps Rempubl. ſibi commiſſam diligere debeat ſicuti ſeipſum, deſiderabit enim videre pacificam,quietam,fructiferā,ſine aliqua perturbatione tranquillam, & pulchrè inducit, quod quæ ſibi nolunt fieri, in ſubditis non patiantur. Quare Propheta *Ierem.47.* rationē illius reddere volens; Cogite inquit omnes populos totius orbis terrarum, ſi quid à me fieri debuit,quod nō fecerim. Similis enim eſt obligatio Regis vel Principis ad ſubtos,qualis Patris ad filios, Paſtoris ad oues, debetq; in omnibus neceſſitatibus Paſtoris vicem gerere,boni autē Paſtoris eſt tondere pecus non autem deglubere, id eſt, pilos & lanā euellere Cæual. *in ſpec. com. opin.q.578. n.21 & ſeq.* in qua queſtione diſputatur,quādo Princeps ſubditos & Clericos collectare poſſit, & quando bellū iuſtum cenſeatur

ex ſola Principis & Conſiliariorum aſſertione; adde notabilia in Luc. de Penna *in l. nulli, num. 4. & 5. Cod. de conditis in publ. horr. & l. Irenarcha, C. de Irenarch.*

4. Quintò quoque Iuſtitiam facere debent Principes, ne ſecus faciendo vel eorum vitia & iniuſtitiæ alios prouocent & ſimiles ſibi ipſis faciant, quod facillimè fieri exemplis, hiſtorijs & Iurium authoritatibus probat Tiraquellus *de pœnis tempor. cauſ. 51. num. 95. & ſeq. & aliquot Carminib. Claudianus relatus per Zaſium ad tit. ff. de orig. iur. ad verb. Magiſtratus, num. 26. & 27.* vbi & dicit, quàm ſe bene haberet, ſi celeberrima huiuſmodi carmina diuino ſcripta ingenio, Principibus Romanis tam operoſè ingererentur, quam ſolet frequenter eorum poteſtas (laxatis aliquando modeſtiæ habenis) per blandimenta fortaſſe, vel ſupra immenſum efferri, ſupremam enim eſſe quis neſciat, ſed intra fines iuſtitiæ concluſam, & ibi paſſim quid Princeps poſſit vel non, & *num. 25.* inſignis illa Traiani ſententia, qui dum Præfectum prætorio enſe cingeret, Hunc inquit enſem, ſi iuſte imperauero pro me, ſin autē male, contra me geras. Et Antiochus Tertius Aſię Rex laudatur, qui omnibus Regni ſui vrbibus ſcripſiſſe traditur, quod ſi quid in litteris, quæ eius nomine ſcriberētur, eſſet, quod legibus aduerſari videretur, crederent, ignaro ſe, huiuſmodi litteras ſcriptas fuiſſe, ac propterea ijs non parerent, Gail *2. obſ. 58. num. 10.* Multa inquit Seneca *lib. 4. contr. 3.* nobis extorquentur, quæ nolumus ſcribere; ſicuti & vidi Diplomata à Carolo IV. Imperat. data, tanquam erronea reuocata, pro quo facit *Nouell. de Nuptijs in præfat. verſ. Non erubeſcimus.* Card. Tuſchus *lit. M. concl. 435.* Cothom. *vol. 3. reſp. 33. in 2. ſubſcriptione: Incipit Mutatio Conſilij in melius, &c.* quæ nunquam debet vitio verti, ſi fiat ex cauſa ſuperueniente, quippe dementiæ eſt, in errore perſtare, vt prudentiæ in melius mutare, *cap. 3. de iureiur. iuncta l. 1. Cod. de petit. bonor. ſublat. & l. 3. C. de Paganis.* Attendendum denique ad illud, quod iuſtitiæ vel cultæ præmium, vel ſpretæ pœna, animis immortalibus ſubituriſq; iudicium ſeruetur, Macrob. *ſomn. 1. 1.* Non mirum igitur, quod Imperat. Tiberius *in conſtitut. de diuinis domibus.* ea quæcunque ſubditis vtilia ſunt, & meditari & facere nihil ſe habuiſſe antiquius chariuſve teſtetur, quippe finis Imperij Gloria Dei & ſalus ſubditorum eſt Reichsabſchiedt *de Anno 1595. in ſ. princ.* adde *cap. Ecce, & ſeq. 1. q. 1.* Vtinam eo collimēt omnes, ac in votis ſit, ne Romano Imperio quicquam aduerſi eueniat, adeoque expoſcant pacis fędera diſſimiles illis, qui proſperitate pacis ſibi bolum detrahi, & ſui obliuionem pertimeſcunt, quibus potius in votis illud Hannibalis pro fœdere proqúe Iuſtitia eſt enſis, item armatis & fortibus iura fauent. Vel ſi pacem omnes cupimus, cur non & media pacis? Diſſipa Domine Gentes quæ bella volunt, & diſſipentur inimici pacis *Pſal. 47.* Verum non eſt pax impijs dicit Dominus *Iſaia cap. 48. in fine.*

CAPVT IV.

De confidentia in aduerſis, ne bello nimium deijciamur.

Poſtquam Reges & Principes, vel quicunque alij, agunt quæ ſunt ſui officij, & nihilominus vident negotium in peius cadere, ſeq; bello ſuperari, non tamen protinus ſpem abijcere debent, neq; ab incepto deſiſtere, haud enim quid nobis expediat noui- 1.

nouimus, ſed præſidium in ſe ipſo Princeps ſi neminem læſerit, magnum habet Dio. *lib. 52.* ſolatijs leniendus eſt animus, inquit Symmach. *6. epiſt. 6.* quoties optata protelantur, quandoquidem Deus propitius, tum potiſſimũ auxilium conferre ſolet, quando ſpei ſupereſt minimum, Ioſeph. *2. antiq. 6.* Hinc S. Auguſtinus multa ſibi in vita contigiſſe ait, quæ maximo ſibi nocumento futura eſſe credebat, ſucceſſu vero temporis intellexit, nihil ſibi commodius accidere potuiſſe. Et Senec. *epiſt. 110.* Quoties, ait, fœlicitatis cauſa & initium fuit, quod calamitas vocabatur, quod varijs hiſtorijs exornat Iuſtin. Fabian. *in Tob. c. 4. verſ. 20. doc. 3.* adde Plutarchum *de conſol. ad Apollonium* ibi multa pulchra. & Seneca *de tranquillit. vitæ,* ipſæ calamitates interdum in remedium ceſſere, inquit, & leuioribus incommodis grauiora ſanata ſunt; conſimiliter Poëta:

Succedunt ſummis optima ſæpe malis.

2. Igitur conſoletur ſe iuſtus, quod non ſuo ſed alieno ſcelere vincatur, omne enim gaudium exiſtimare debet, cum in varias tentationes inciderit. S. Iacob. *cap. 1.* quocirca iuxta Dionyſ. Canton.

Noli ſucceſſus indignos ferre moleſtè.

Nam iuxta Poetam:

Indulget fortuna bonis vt lædere poſſit.

Ita & præcipites Regum caſus fortuna rotat, cogitet homo Chriſtianus quod & vitulo qui ad macellum deſtinatur, ſoluto per prata ad pinguia paſcua vagari permittatur, at bos qui ad vitam & laborem ſeruatur, aratro & iugo collum ſupponere & continuis fatigari laboribus cogitur, vnde S. Auguſt. *tom. 9. lib. 1. de Paſtor. cap. 5. circa med.* Para inquit, te flagellari, aut certe non quæris recipi, flagellat enim Deus omnem filium quẽ recipit; ſi exceptus es à flagellatione paſſionum, exceptus es à numero filiorum; & rurſus *Pſal. 73. ante med.* Sic aliquando Deus, inquit, per malos erudit bonos, & per temporalem pœnitentiam damnandorum, exercet diſciplinam liberandorum; & ſuper *Pſalm. Exaudi Deus orationem.* Ne putetis gratis eſſe malos in hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum; omnis malus aut ideo viuit, vt corrigatur, aut ideo viuit, vt bonus exerceatur, ea propter inquit Venerabilis Beda, ne indignemini ſi mali in hoc mundo florent, & vos patimini, quia non eſt Chriſtianæ Religionis in hoc mundo exaltari, ſed deprimi, mali nihil habent in cœlo, vos nihil in mundo, ſed ſpe illius boni, ad quod tenditis, quidquid in via contigerit, gaudere debetis. Idcirco ſemper cogites quod nihil iuxta Lactantium *lib. 6. diuinar. inſtitut.* ſancta & ſingularis illa Maieſtas ab homine deſideret, quam innocentiam, quã ſi quis obtulerit Deo, ſatis piè & religioſè litauit, pulchrè textus *in cap. Non turbetur 24. quæſt. 1.* dicit, non turbatur nauis quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Iudam habet, etſi multa illic diſcipulorum merita nauigabant, tamen adhuc eam Proditoris perfidia agitabat, in vtraque Petrus, ſed qui ſuis meritis firmus eſt, turbatur alienis; caueamus igitur perfidiam, caueamus proditorem, ne per ipſum fluctuemus plurimi, quod *cap. inducere ſolebam,* quando homines peruerſi, vel qui publicè malè viuebant, arduis negotijs præpoſiti reperiebantur, propter tales namq; ſæpe perditur victoria, vel ad optatum non ſuccedit negotium, Gueuar. *in ep. familiar. p. 1. fol. 17. pag. 2.* nam vt legitur *lib. 6. hiſtor. tripart.* quomodo pax credenda eſt apud eos, qui pacis iura ſubuertunt, & textus *in cap. poſtulat. 3. quæſt. 7.* dicit, primo vos ipſi Iuſtitiam legis implete; ex-

cæteroquin & ſemper adſcribe prouidentiæ diuinæ quæ accidunt; *Chriſtianorum eſt dicere quoad præterita, ſic fuit voluntas Dei; quo ad futura & præſentia, fiat voluntas Domini*; igitur Chriſtiane loquendo nihil caſu aut fortuna fieri largiemur, caſum & fortunam Ethnicorum voces eſſe S. Baſilius ait, quarum ſignificatione piorum mentes occupare minimè decet; vide Iuſtum Lipſium *de conſtantia*, quoniam in comperto eſt, non ſemper in bello extitiſſe Superiores, quorum ad gerendum bellum cauſa iuſtior extitit, Exempla habemus ſuperius relata, & pulcherrimum in Ribadin. *lib. 3. de tribulat. cap. 12.* quando tot millia Chriſtianorum, ita diſponente Deo & S. Bernardo concionante, populumque Chriſtianum ad bellum adhortante, pro terræ ſanctæ recuperatione, profecta, ab infidelibus cæſa & profligata fuêre, qui & *cap. 1.* plurimis exornat hiſtorijs, quod nec fœlix initium fœlicem & fortunatum finem, nec exitus infœlix proſperum ſemper habuerit initium, igitur monente S. Auguſtino *ſuper Pſal. 54.* Siue tribulemur ſiue anguſtemur, ſiue lætemur & exultemus, ille laudandus eſt, qui in tribulationibus erudit, & in mœſtitia (alij habent lætitia) conſolatur; & rurſus *in Pſal. 98.* Et cum blandiris Domine inquit, Pater es, & cum cædis Pater es, ideo blandiris ne deficiam, ideo cædis ne peream, vnde Iob *cap. 13.* ait, etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo, quia ſcimus quòd diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum S. Paulus *ad Rom. cap. 8.* In humilitate & patientia vincantur omnia aduerſa. Quare iuxta Caton:

Rebus in aduerſis animum ſubmittere noli.

Siquidem:

Vidi ego iactatos vario diſcrimine iuſtos,
Et vidi nullum, deſeruiſſe Deum.

Nam licet caro clamet ego deficiam, & 3.
mundus clamet ego interficiam; vnica tamen iſta vox Chriſti; Ego reficiam, omnia iſta mala propulſat Tertull. *lib. 4. cap. 4. in Luc.* Nos parua toleramus, inquit Caſſiod. ſi recordemur quid biberit ad patibulum, qui nos inuitat ad cœlum; proindeque Proſperitas Chriſtiana eſt, proſperitate carere, proſperitas ſtultorum perdet eos, *Prouer. 1.* quaſi per amœna prata ad carcerem venit, qui per præſentis vitæ proſpera ad interitum currit. S. Gregor. *ſuper illud Iob. 5. Vidi ſtultum.* Virtus dum patitur, vincit, redibit poſt nubila ſerenitas; verus Chriſti amator non quærit ſuauia & mollia, ſed ad Dominum clamat & Deum ſuum deprecatur, & audiuit Dominus & miſertus eſt ei *Pſal. 29.* Crux & tribulatio volentem portant, nolentem grauius onerant. hinc Poëta:

Ferre decet patienter onus quod ferre neceſſum.
Qui iacet inuitus durius ille iacet.

Optimum eſt ferre ait Senec. quod mutari nequit; Aduerſitas quæ bonis & iuſtis euenit, probatio virtutis eſt, vt dicit Roman. *conſ. 522. num. 7.* Tuſch. *vol. 5. concl. 29.* Sola crux eſt Chriſtianis pharmacum, licet amarum, ſufficit ſi ſit ſalutare, quippe non ſuauis guſtus, ſed ſecreta ſanandi virtus medicinam commendat, quamuis igitur tu noueris quæ epulæ palato tuo ſint gratæ, attamen tuus medicus ſcit, quid ſit ſalubre; Crucem & afflictionem optimũ eſſe pharmacum ad ſalutem ait Nazianz. Vnde quidam dixit: Qui non eſt Crucianus, non eſt bonus Chriſtianus. Quæ hic mala putantur inquit Euripides, hæc ſunt in cœlo bona. Nunquid oportuit & ipſum Chriſtum pati & reſurgere à mortuis, & ita intrare in gloriã ſuam *Luc. 24.* ita & tu aduerſitates, ſpe futuę gloriæ lenire poteris. S. Paul. *ad Rom. 8.*

nam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, *Act.14.* præſtat autem nunc pati quam poſtea, & perferre exigua, vt euadantur æterna, melius in malis ſapimus, ſecunda rectum auferunt iuxta Senec. Magni laboris eſſe dicit Petrarcha, ferre proſperitatem, ac proinde multæ tribulationes iuſtorum, *Pſal.33.* vnde S. Paulus *2. ad Timoth. 3.* Omnes, inquit, qui piè viuere volunt in Chriſto, multas perſecutiones pati neceſſe habent; item, non coronabitur inquit *2. Tim. 2.* niſi qui legitimè certauerit, quare lippa prius oculis Lia amplectenda, lachrymæ nimirum & deformitates tribulationum, quàm pulchra Rachel, ſicuti prius extiterunt tenebrę quàm lux, veſperæ, quàm mane, prius operationes Domini ſex dierũ, quàm eiuſdem quies; vti latius exornatur in Fab. Iuſtin. *in Tob. c. 3. verſ. 21. docum. 1.* neque iſta quæ ita fiunt, fatum aliquod aſtrologicum putemus, nam quid ſit fatum docet Luc. de Penna *in l. quoties, num. 7. C. de naufrag.* Fatum à fato dicitur, nam & Fauni vxor fatua dicta eſt, quod mulieribus fata canere conſueuiſſet Lactan. *lib. 1. cap. 22.* Dn. Efferen *in Manuali Polit. de Ratione Status ſeu Idolo Principum lib. 1. puncto 3. in fin,* Chriſtianè definiendo dicit, fatum eſſe ineuitabilium rerum diſpoſitionem, per quam Diuina prouidentia ſuis quæque nectit ordinibus, & hoc fatum non neceſſitat hominis voluntatem, nec actus, ergo nec Stoicum fatum, ſed peccata nos perdunt, idcirco ſentiendum eſt cum Saluiano *lib. 3. de Prouidentia*, vbi inquit, qua de cauſa Deus hæc, de quibus loquimur, ita faciat: Nolo à me requiras, homo ſum, non intelligo decreta Dei, inueſtigare non audeo, & ita etiam attentare formido, quia & hoc ipſum genus quaſi Sacrilegæ temeritatis eſt, ſi plus ſcire cupias quam ſinaris, ſufficiat tibi, quod Deus à ſe agi & diſpenſari cuncta teſtetur, & ex Gentilibus Seneca in libro cuius titulus eſt: *Quare bonis viris mala accidant.* Ex Iuriſconſultis Scac. *de ſentent. & re iud. gloſſ. 14. q. 9.* vbi multa ex S. litteris & ſanctis Patribus de prouidentia diuina, & quod mala malis, & bona bonis accidant, quodque viro bono nihil mali accidere poſſit, cum contraria non miſceantur, ibi præclarè diſcurrit, quare Deus bonos & iuſtos affligi permittat, & quidquid iſtorum fiat, ſemper dicere debemus: Fiat voluntas tua ſicut in cœlo ita & in terra; quandoquidem iuxta Poëtam:

Si placeat Chriſto facilis iactura potentum eſt
Latius imperium Cæſare, Chriſtus habet.

Nam: *Si placeat Mundo facilis iactura ſalutis*
Quem diligit Mundus diſplicet ille Deo.

Pulchrè Fabianus Iuſtin. *in Tobiam cap. 2. verſ. 18. docum. 2.* quod ſpe vitæ æternæ fortes in aduerſis efficiamur, vbi illuſtratur, præ Romanis igitur dicamus, & pati & facere fortia, hoc Chriſtianum eſt; bonum enim virum, vt Nazianzenus dicit, nec tempus immutat, nec mutilat potentia, nec rumpit neceſſitas, nec inſolentia exulcerat, nec malorum hominum defatigat improbitas; æquus animus, vt alter dicebat, eſt optimum condimentum omnium aduerſitatum, pulchrè dicit quidam: In Spe, Fide & Patientia eſt quies, robur & victoria. vide infra *de Clementia cap. 1.* ibi etiam quædam pulchra, & S. Paul. *2. Cor. 12* In tribulationibus noſtris Deo gratias agimus & libenter in infirmitatibus meis gloriabor, quæ poſtea in gaudia conuertentur; at *gloriæ & gaudij mundi comes triſtitia erit.* vt ita per ſe pateat quod res proſperæ

G homi-

Digitized by Google

homines à virtute imo ab ipſo Deo auertunt, ad quem aduerſæ conuertunt, vt pulchrè exornat Fabian. Iuſtin. *d. cap. 3. verſ. 21. docum. 2.* Et de maximo bono patientiæ & tribulationis, varia Scripturæ loca & pulchras ſententias allegat Auctor Tract. *Onus Eccleſiæ cap. 56. per tot.* de patientia in tribulationibus adhibenda, in paucis vexati, in multis bene diſponentur, vt latius habetur Sapientiæ *cap. 3.* pulchre quoque Senec. *lib. 3. natural. quæſt. in pr.* quod eſt præcipuum ait, poſſe læto animo aduerſa tolerare, quicquid acciderit, ſic ferre quaſi tibi volueris accidere, debuiſſes enim velle, ſi ſciſſes omnia ex decreto Dei fieri, flere, queri, ingemere, deciſcere eſt, Chriſtus in cruce eſt, accurramus nos quoque vt cruciatuum ipſius participes effecti, efficiamur & gloriæ, Damaſc. *de ſabbat. ſanct.* vide *Act. Apoſt. cap. 5.* vnde perbellè Poëta:

Soli fide Deo, ſoli conſtanter adhære,
A ſolo cunctis eripiere malis.

CAPVT V.

Cauſæ bellorum noſtri temporis ex noſtris peccatis & indiſpoſitionibus oſtenſæ.

1. VErum prò dolor noſtris peccatis caſtigamur *Pſal. 93. cum concord.* Quippe hodie ſacroſanctæ leges potius nequitia armorum deprimuntur, quàm per arma conſeruantur, Lucas de Pen. *in l. vniuerſos ſub n. 16. Cod. de ſtud. liber.* atque ita nimis verè accommodare poſſum illud S. Hieronym. *epiſt. 1. ad Heliodor.* noſtris peccatis Barbari fortes ſunt, noſtris vitijs Romanus ſuperatur exercitus, & quaſi hæc non ſufficerent, plus bella ciuilia quàm hoſtilis mucro conſumpſit, non amputamus cauſas morbi vt morbus ſimul auferatur, hoc ipſum deplorat Additionat. *ad Beſold. in theſauro pract. lit. N. verb.* Kriegs-Diſciplin, vbi & cauſas laudabiles vides enumeratas, quibus olim in Germania belligeratum fuerit, & hodiernas, quàm execrabiles ſint, quæ cum notoria exiſtant, illa potius deflere quàm probare neceſſum eſt, olim multas vrbes inquit Pauſan. *lib. 10.* magnis affecit calamitatibus ciuium ſuorum ſcelus, vtinam non hodie, nam quemadmodum olim de Romanis dictum fuit:

Parcere ſubiectis, & debellare potentes.

Hodie de Germanis dici poterit:

Innocuos ſpoliare bonis, turbare quietos.

Vtique propter peccata noſtra, ſic obſtupeſcens *Ioſue cap. 7.* ait Domino, quid dicam videns Iſrael hoſtibus eius terga vertentem, cui rurſus Dominus reſpondit, peccauit in me populus tuus, & ideo non poterit reſiſtere aduerſarijs ſuis, & pulchris ſacræ Scripturæ locis exornatur apud Ioan. Geyler *in nauicul. fatuorum turba 99.* quod peccata ſint & fuerint cauſa ruinæ multorum exercituum, vbi inferendo dicit, ſi propter hæc vitia, quæ tunc reperiebantur in Principibus, exercitibus & populis exercitus ſeu ipſis militibus, corruerint, quid mirum, ſi etiam hodie propter eadē vitia, quæ ſimiliter in talibus reperiuntur & maiora, corruamus in facie hoſtium; Ecce dicit, hodie viuunt Principes negligentes & populi peccantes, viuit & Saul infidelis, non confidens, ſed quęrēs Phitoniſſas ſuperſtitionesq; (de pœna eorum, qui per ſortilegos veritatē vel futura ſcire volunt, videatur Ignat. Lop. *in pract. canon. c. 111. & ſeq.*) Viuit guloſus & ebrioſus Olofernes, viuit Pharao crudelis, pauperes torquens per potentiam, nullā adminiſtrans Iuſtitiam, & plura ibidem. quid

igitur

igitur mirum ait, ſi cadimus, cecidimus & cademus coram inimicis noſtris; quoniam peccatur in bello nimis impune & quidem grandiſſimè, ita vt omnes & ſinguli illa deploremus & emendationem exoptemus, ſed quemadmodum Medea illa Poëtarum fabulis celebrata, miſeriam quidem & incommoda ſua deplorat, ſimulquê & videre & intelligere ſe id quod rectum eſt, fatetur, neque tamen vitare periculum, ſed vltro ſibi interitum acceſſere contendit, ſic plurimi hac noſtra ætate non modo de publicis miſerijs & calamitatibus gnauiter conqueruntur, verum etiam videntes ac ſcientes qua ratione iuuari ac ſubleuari Germania noſtra poſſit (puta diſciplinata militia, obedientia in ſuperiorem & communi concordia) nihilominus prædictorum tantus neglectus eſt, vt calamitatem vnam ex alia, ſi non tandem totalem ruinam prouenire patiantur, multis vetera licet meliora adeo tędioſa ſunt, vt mutationis cupidine ſuis quoque lætentur periculis. Ah quam ſentimus hodie inimicum gladium noſtrorum peccatorum vltorem diſcordiæ, diſobedientiæ & indiſciplinatæ militiæ; armis olim Germanus vicit, vitijs nunc victus eſt inquit Senec. *ep.5.* ſed æquo ferenda ſunt animo, quæ iniquo euitari nō poſſunt. nam iuxta Poëtam:

Quid prodeſt Medico plagas curare ducentas
Si maneat vulnus quo moriatur homo.

Viderint ipſi ad quos cura diſciplinæ illius hodie multis modis corruptæ ſpectat, omne inordinatum vitioſum eſt iuxta Philoſophum, ſit cauſa belli tam iuſta quantumcunque velit, facile tamen abſque ordine omnia ruant neceſſe eſt, per ea quæ docet Scac. *de ſent.&re iud. gl.9.q.4.* quia nihil conſtat ſine ordinis cōpoſitione, iuxta Philoſophorum ſententiam, & ſicuti ordo omniū actionum humanarū anima dicitur, ita & belli & armorum ornamentum & fundamentum, Oldendorp. *ad l.2. in verb. equeſtri ordine, ff.de orig.iur.* adeo vt licet multa de ſeipſis proba & iuſta ſint, tamen ſi illicito & indebito modo fiant, meritò reprobentur, Luc. de Pen. *in l.mulieres, num.37. Cod. de incolis, & in d. l. cum antea, num.3. Cod. de agricol.& cenſit.*

Vnde ſæpe dicere ſolitus fui, quod peruus ordo, potens eſt magnam diſſipare cōfuſionem, multum intereſſe dicit Imperat. *Nouell.26.de Pretore Thraciæ,* inter peruerſum & rectum ordinem, quo non ſeruato ſurſum deorſum vertuntur, nec aliter fieri poteſt, vbi enim non eſt ordo, ibi ſuccedit confuſio, *Nouell.1. cap.1. in verb. inordinatum, ibi gloſſ.* ita vt dum confuſione ſuperamus, ordine vincamur, quicquid præcipiti via certum deſerit ordinem inquit Boët. *1. conſol. metr.6.* lætos non habet exitus, quia offendunt plerumque præpoſtera, S. Ambroſ. *Pſalm.118.* cuius malum ita quidam deſcripſit: 2.

Confuſione tetrius nullum eſt malum,
Hac perdit vrbes, iſta perdit & domos
Vaſtasq; reddit, Martis in certamine,
Hac terga vertit, rite ſed parentium
Res ſeruat, atque vitam obedientia.

Ordine non ſeruato, confuſionem velut culparum amicam ſequi certiſſimum eſt, Caſſiod. *lib.7.epiſt.27.* Angel. *in l.1.§.nunc videamus, ff.de noui operis nunciat.* & qui ſine eo procedit, dicitur equum per caudam frænare, è contrario vt dicit Plato *lib. 6. de legib.* ex ordine cuncta bona procedunt, inordinata etiam ordinata diſſipant. Ordinum coniunctio ait Cic. *3. Offic.* ad ſalutem Reipubl. pertinet; adde Quintil. *relatum in Maſcard. de probat. in proœm. num. 111.*

Digitized by Google

3. Quamobrem cum hoc æuo vitia & crimina plurima, ſi non omnia, bellum ipſum concomitentur, quis non perſuaſum ſibi habebit etiam ob talia, bella, calamitates & miſerias hodiernas à Deo, omnium ſcelerum acerrimo vindice & iuſto iudice, non modo non auerti, ſed in hunc vſque diem continuari, vtinam non vlterius propagari; quis ergo non dicet cum Lucano:

Hoc plura ô Superi, cum vobis vertere cuncta
Propoſitum noſtris erroribus addere crimen,
Cladibus irruimus, nocituraq; poſcimus arma.

Quid enim ſperandum vbi ſcelera ſceleribus accumulantur, & infinitas eorundem omni iure reprobata cernitur, eſto igitur verum, olim bellum à pulchritudine, & caſtra à caſtitate denominata fuiſſe, tamen hodie rectius dixeris bellum quaſi minime bellum, & caſtra quaſi minime caſta, ita vt S. Bernard. mundanam militiam appellet malitiam, mundanam autem appellat, quoties ambitio, ira, aut prædæ ſpes ad arma prouocat, ibi qui cadit perit in æternũ, qui occîdit & vincit, viuit homicida, vt quidam pulchrè de militibus dixerit: Marti & Morti nati. Siquidem mihi velim dicas quid hodie in bello tutum ſit; delubra ſpoliantur, Sacra prophanantur, polluuntur omnia profana, & vt vno verbo dicam, eſt ibi colluuies malorum, & calamitatum mare, vbi bellum graſſatur & dominatur, vt Saluſt. inquit: Iniuriam facere, id eſſe Imperio vti, hodie plerisque videtur victoribus, rapi virgines, liberos diuelli à complexu parentum, matresfam. pati quæ victoribus collibuiſſent, phana & domus ſpoliari, cædem, incendia fieri, poſtremo armis, cadaueribus, cruore atque luctu omnia compleri, hęc ad propoſitum Saluſtius, iunctis traditis per me infra *de Perſonarum accept. cap. 1.* quibus conuenit quod Silu. Italicus ſcribit:

—— Exuberans aſtu, ſed deuius æqui.
Armato nullus diuum pudor, improba virtus,
Et pacis deſpectus honos, penitusq; medullis
Sanguinis humani flagrat ſitis.

Si autem verum eſt, imo veriſſimum illud *Ioſuæ cap. 2.* quod propter vnius Achami furtum, totus populus Iſraëliticus infœliciter cum hoſtibus pugnauerit, quid nobis, inquit Eraſmus *in conſult. de bello Turcico*, ſi ſceleribus onuſti per milites ſceleroſos, (qui venalem habentes animam, nihil non flagitiorum admittunt, dum prædabundi proficiſcuntur ad bellum, prędabundi redeunt, aliquando immitiores in ſuos quàm in hoſtes, qui ſacra circumferunt, qui in tentorijs temulenti ludunt aleam, peierant, rixantur, & pugnant, quos non alia ſpes elicit in bellum, quàm licentia peccandi & prædæ ſpes) noſtra bella geramus. vnde docet bellum nunquam ſuſcipiendum, niſi cum tentatis omnibus, vitari non poteſt, propterea quòd bellum propter eiuſdem nociuos effectus res ſit admodum peſtilens, etiamſi à iuſtiſſimo Principe iuſtiſſimis de cauſis ſuſcipiatur, tamen ob militum & Ducum improbitatem, ferè mali plus adferat quàm boni. hactenus ille. Vbi notandũ, quòd pro verbis, bellum, ſuapte natura ſit admodũ peſtilens, ſubſtituerim verba, propter eiuſdem nociuos effectus, quandoquidē Catholicorum eſt ſententia quod bellum ſuaptè natura non ſit malum, militia humana non culpatur, ſed abuſus, neque militare eſt delictum, ſed propter prædam militare, eſt peccatum, vtpote quando quis cõtra iuſtitiam arma fert, vt ſtipendium accipiat; in militia culpatur nocēdi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, impacata mens, implacabis animus, feritas bellandi, libido dominan- 4.

minandi & ſimilia, Auctor *in tract. Onus Eccleſiæ, cap. 26.* De iniquitate militum, Nobilium & diuitum laicorum, vbi & quod hodie magis exercent auſteram malitiam, quàm ſinceram militiam, prius comprobatur iuxta illud Poëtæ:

Arma procul iacent, tamen eſt fas ſumere bellum
Sin aliter pacis non licet arte frui.

Sicuti & Oſorius teſtatur, Licentiam militarem non coercitam periculiſſimam ſemper fuiſſe; E contra vero vtilitates bonæ diſciplinæ militaris refert Valer. Max. *lib. 2. cap. 8.* & ratio ipſa hoc ſuadet, ex diſciplinæ militaris ſinu, ait, omnes triumphi manarunt, vnde ICtus *in l. 12. ff. de re mil.* officium regentis exercitũ, ait, non tantum in danda, ſed etiam in obſeruanda diſciplina conſiſtit, & latè Lucas de Pen. *in l. Tribuni, Cod. de re milit.* hæc diſciplina militaris tantæ æſtimationis habita fuit apud veteres, vt Romanis fuerit antiquior & venerabilior quàm charitas liberorum *l. poſtliminium. §. filius ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ.* de cuius ſeueritate Valer. Max. *lib. 2. cap. 2.* vnde Lamprid. in Alexandro Seuero, diſciplina maiorum inquit, Rempubicam tenet, quæ ſi dilabatur & nomen & Romanum Imperium amittemus. Vide Lipſium *lib. 5. cap. 13. de diſcipl. militar.* qualibet enim confuſione melior eſt ordo quilibet.

5. Hiſce autem præſtructis & ſingulis bene diſpoſitis, ſi quid aduerſi nihilominus accidat, indecens eſt, calamitatem, quàm quis ſuæ ignauiæ vel peccatis flagellum agnoſcere deberet, optimorum conſiliorum authoribus adſcribere, in quos inuehitur Ferran. Carthagin. Eccleſ. quondam Diaconus *in practic. inſtruct. ſiue Lydio lapide proba gubernat. cap. 25.* nulla eſt mortalibus eius, quod eſt diuinitus conſtitutum, euadendi via, ſic & in iure noſtro caſus fortuitos quis præſtare non tenetur, quandoquidem ea, quæ ex improuiſo caſu potius, quam fraude vel negligentia accidunt, fato plerumque non noxiæ imputantur, prædictum declaratur vt non procedat, ſi præſens rei ſtatus reſpiciat futurum euentum, de quo latiùs *infra de opinionib.* vel tendat ad eum ex natura rei & minetur, tunc meritò & ea, quæ futura timentur prouidenda & cauenda erunt, Zaſius *in l. 1. num. 6. ff. de in litem iur.* aliàs & vulgò dicitur quòd ſolus Deus futura cognoſcat, Barboſ. *in cap. nouit. num. 2. x. de iudic.* ita vt de futurorum certitudine ſtatuere ex præſenti imprudentis dicatur, multa enim poſſunt cadere, vti eſt in prouerbio: Inter calicem ſupremaquè labra; hinc aduentitij caſus, qui ex poſt facto contingere poſſunt, non ſunt conſiderandi, prædicta exornantur in Magero *de Aduoc. arm. c. 1. n. 520. & ſeq.* Nos, nos adſumus qui ſumus cauſa, qui non deponimus ſarcinam peccatorum tanquam cauſam concitantem virgam ferream, plagas & calamitates belli, quibus non relictis, fruſtra eſt conſilium & fortitudo Iſaias *cap. 30. & 31.* fruſtra quoq; aurum & argentum & quilibet exterior apparatus, ſi nos vitijs noſtris non abdicauerimus, videatur S. Chryſoſtomus *in Homil. 1. de verbis Iſaiæ: Vidi Dominum, &c.* in hunc modum te & me vel populum omnem alloquentem, ſi non rectè ſe habent Reipublicæ negotia, ſi ab his periculum ingens imminet, incogitantia Principium non eſt cauſa, ſed Noſtra Iniuſtitia eſt pœna pro ſceleribus noſtris exacta, illa cuncta ſurſum deorſum miſcuit, illa, quicquid eſt calamitatis, inuexerit, illa armauit hoſtem, illa fecit vt victi diſcederemus, non aliunde nobis malorum examen inundauit, quàm ex

3. Quamobrem cum hoc æuo vitia & crimina plurima, ſi non omnia, bellum ipſum concomitentur, quis non perſuaſum ſibi habebit etiam ob talia, bella, calamitates & miſerias hodiernas à Deo, omnium ſcelerum acerrimo vindice & iuſto iudice, non modo non auerti, ſed in hunc vſque diem continuari, vtinam non vlterius propagari; quis ergo non dicet cum Lucano:

Hoc plura ô Superi, cum vobis vertere cuncta
Propoſitum noſtris erroribus addere crimen,
Cladibus irruimus, nocituraq́; poſcimus arma.

Quid enim ſperandum vbi ſcelera ſceleribus accumulantur, & infinitas eorundem omni iure reprobata cernitur, eſto igitur verum, olim bellum à pulchritudine, & caſtra à caſtitate denominata fuiſſe, tamen hodie rectius dixeris bellum quaſi minime bellum, & caſtra quaſi minime caſta, ita vt S. Bernard. mundanam militiam appellet malitiam, mundanam autem appellat, quoties ambitio, ira, aut prædæ ſpes ad arma prouocat, ibi qui cadit perit in æternũ, qui occîdit & vincit, viuit homicida, vt quidam pulchrè de militibus dixerit: Marti & Morti nati. Siquidem mihi velim dicas quid hodie in bello tutum ſit; delubra ſpoliantur, Sacra prophanantur, polluuntur omnia profana, & vt vno verbo dicam, eſt ibi colluuies malorum, & calamitatum mare, vbi bellum graſſatur & dominatur, vt Saluſt. inquit: Iniuriam facere, id eſſe Imperio vti, hodie plerisque videtur victoribus, rapi virgines, liberos diuelli à complexu parentum, matresfam. pati quæ victoribus collibuiſſent, phana & domus ſpoliari, cædem, incendia fieri, poſtremo armis, cadaueribus, cruore atque luctu omnia compleri, hęc ad propoſitum Saluſtius, iunctis traditis per me infra *de Perſonarum accept. cap. 1.* quibus conuenit quod Silu. Italicus ſcribit:

——— Exuberans aſtu, ſed deuius æqui.
Armato nullus diuum pudor, improba virtus,
Et pacis deſpectus honos, penitusq́; medullis
Sanguinis humani flagrat ſitis.

Si autem verum eſt, imo veriſſimum illud *Ioſua cap. 2.* quod propter vnius Achami furtum, totus populus Iſraëliticus infœliciter cum hoſtibus pugnauerit, quid nobis, inquit Eraſmus *in conſult. de bello Turcico,* ſi ſceleribus onuſti per milites ſceleroſos, (qui venalem habentes animam, nihil non flagitiorum admittunt, dum prædabundi proficiſcuntur ad bellum, prędabundi redeunt, aliquando immitiores in ſuos quàm in hoſtes, qui ſacra circumferunt, qui in tentorijs temulenti ludunt aleam, peierant, rixantur, & pugnant, quos non alia ſpes elicit in bellum, quàm licentia peccandi & prædæ ſpes) noſtra bella geramus. vnde docet bellum nunquam ſuſcipiendum, niſi cum tentatis omnibus, vitari non poteſt, propterea quòd bellum propter eiuſdem nociuos effectus res ſit admodum peſtilens, etiamſi à iuſtiſſimo Principe iuſtiſſimis de cauſis ſuſcipiatur, tamen ob militum & Ducum improbitatem, ferè mali plus adferat quàm boni. hactenus ille. Vbi notandũ, quòd pro verbis, bellum, ſuapte natura ſit admodũ peſtilens, ſubſtituerim verba, propter eiuſdem nociuos effectus, quandoquidē Catholicorum eſt ſententia quod bellum ſuaptè natura non ſit malum, militia humana non culpatur, ſed abuſus, neque militare eſt delictum, ſed propter prædam militare, eſt peccatum, vtpote quando quis cōtra iuſtitiam arma fert, vt ſtipendium accipiat; in militia culpatur nocēdi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, impacata mens, implacabis animus, feritas bellandi, libido dominan- 4.

minandi & ſimilia, Auctor *in tract. Onus Eccleſiæ, cap. 26.* De iniquitate militum, Nobilium & diuitum laicorum, vbi & quod hodie magis exercent auſteram malitiam, quàm ſinceram militiam, prius comprobatur iuxta illud Poëtæ:

Arma procul iacent, tamen eſt fas ſumere bellum
Sin aliter pacis non licet arte frui.

Sicuti & Oſorius teſtatur, Licentiam militarem non coercitam periculiſſimam ſemper fuiſſe; E contra vero vtilitates bonæ diſciplinæ militaris refert Valer. Max. *lib. 2. cap. 8.* & ratio ipſa hoc ſuadet, ex diſciplinæ militaris ſinu, ait, omnes triumphi manarunt, vnde ICtus *in l. 12. ff. de re mil.* officium regentis exercitū, ait, non tantum in danda, ſed etiam in obſeruanda diſciplina conſiſtit, & latè Lucas de Pen. *in l. Tribuni, Cod. de re milit.* hæc diſciplina militaris tantæ æſtimationis habita fuit apud veteres, vt Romanis fuerit antiquior & venerabilior quàm charitas liberorum *l. poſtliminium. §. filius ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ.* de cuius ſeueritate Valer. Max. *lib. 2. cap. 2.* vnde Lamprid. in Alexandro Seuero, diſciplina maiorum inquit, Rempubicam tenet, quæ ſi dilabatur & nomen & Romanum Imperium amittemus. Vide Lipſium *lib. 5. cap. 13. de diſcipl. militar.* qualibet enim confuſione melior eſt ordo quilibet.

5. Hiſce autem præſtructis & ſingulis bene diſpoſitis, ſi quid aduerſi nihilominus accidat, indecens eſt, calamitatem, quàm quis ſuæ ignauiæ vel peccatis flagellum agnoſcere deberet, optimorum conſiliorum authoribus adſcribere, in quos inuehitur Ferran. Carthagin. Eccleſ. quondam Diaconus *in practic. inſtruct. ſiue Lydio lapide proba gubernat. cap. 25.* nulla eſt mortalibus eius, quod eſt diuinitus conſtitutum, euadendi via, ſic & in iure noſtro caſus fortuitos quis præſtare non tenetur, quandoquidem ea, quæ ex improuiſo caſu potius, quam fraude vel negligentia accidunt, fato plerumque non noxiæ imputantur, prædictum declaratur vt non procedat, ſi præſens rei ſtatus reſpiciat futurum euentum, de quo latiùs *infra de opinionib.* vel tendat ad eum ex natura rei & minetur, tunc meritò & ea, quæ futura timentur prouidenda & cauenda erunt, Zaſius *in l. 1. num. 6. ff. de in litem iur.* aliàs & vulgò dicitur quòd ſolus Deus futura cognoſcat, Barboſ. *in cap. nouit. num. 2. x. de iudic.* ita vt de futurorum certitudine ſtatuere ex præſenti imprudentis dicatur, multa enim poſſunt cadere, vti eſt in prouerbio: Inter calicem ſupremaquè labra; hinc aduentitij caſus, qui ex poſt facto contingere poſſunt, non ſunt conſiderandi, prædicta exornantur in Magero *de Aduoc. arm. c. 1. n. 520. & ſeq.* Nos, nos adſumus qui ſumus cauſa, qui non deponimus ſarcinam peccatorum tanquam cauſam concitantem virgam ferream, plagas & calamitates belli, quibus non relictis, fruſtra eſt conſilium & fortitudo Iſaias *cap. 30. & 31.* fruſtra quoq; aurum & argentum & quilibet exterior apparatus, ſi nos vitijs noſtris non abdicauerimus, videatur S. Chryſoſtomus *in Homil. 1. de verbis Iſaiæ: Vidi Dominum, &c.* in hunc modum te & me vel populum omnem alloquentem, ſi non rectè ſe habent Reipublicæ negotia, ſi ab his periculum ingens imminet, incogitantia Principium non eſt cauſa, ſed Noſtra Iniuſtitia eſt pœna pro ſceleribus noſtris exacta, illa cuncta ſurſum deorſum miſcuit, illa, quicquid eſt calamitatis, inuexerit, illa armauit hoſtem, illa fecit vt victi diſcederemus, non aliunde nobis malorum examen inundauit, quàm ex

hac cauſa, proinde quamuis Abraham quiſpiam eſſet, qui imperaret, quamuis Moyſes, quamuis Dauid, quamuis Salomon ille ſapientiſſimus, quamuis omnium hominum flagitioſiſſimus, ſi nos male viuimus, nihil intereſt qualis ille ſit, quantum ad cauſam malorum, quantum ad exemplum Prælatorum & Regentium; pulchra loca de malitia communis populi allegat Auctor Tract. *Onus Eccleſ. cap. 27.* quo me remitto, dum ibi ſingulorum vitia & crimina recenſet hodie communia, vnde belliſſimè Poeta:

Heu mihi quàm iuſtas de nobis Numina pœnas
Sumunt, nam ſceleris quid non committimus, aut quid
Iuſtitiæ eſt vſquam.

6. Conuenit locus Eſdræ *2. cap. 9. in verbis: Nos autem impiè egimus, & ſeq.* ac ita Alarium Gothorum Regem feſtinantem Romam vt Sozomenus ſcribit *lib. 9. hiſt. Eccl. cap. 5.* cum Monachus quidam valde probus admonuiſſet, vt parceret vrbi, nec ſe tantorum malorum auctorem efficeret, reſpondit, inuito pene animo eò proficiſcor, ſed eſt, neſcio, quis importunus & inuiſibilis compulſor, qui talibus me quotidie, moleſtè animis compellit, impellitque, iter capeſſito, vrbem Romam vaſtato. Quantopere verò neceſſarium ſit & quantum proſit bonũ exemplũ Prælatorum, vide pulcherrimè exornatum in Felin. *in cap. Inter cætera x. de offic. Iud. ord.* vbi & illud ex Hieron. quod terra plena ſit miraculis, vbi fidelium crudelitas plus actibus quàm lectionibus eruditur, ex prædictis colligitur quàm verè dixerit quondam Rex Angliæ, qui interrogatus quãdo rurſus tenderet in Franciam (cuius magnam partem antea ſubiugauerat) reſpondiſſe fertur, quando eorum peccata maiora erunt quam noſtra, nam Gens ſiue Regnum quod non ſeruierit Domino peribit, *Iſaia cap. 60.* Vtinam igitur attendiſſes mandata Domini, facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, & iuſtitia tua ſicut gurgites maris, *Iſaia cap. 48.* Emendemus itaque nos ipſos à Deo vocati, ne à corporis perditione in perditionem animæ incidamus, vide ad prædictorum confirmationem tradita per Fabian. Iuſtin *in Tob. cap. 3. verſ. 23. doc. 1. & tract. de ſeuitia & hoſtilitate peccat.* concluſiuè monet Ioan. Geyler ſuperius allegatus, Prouideat ſibi interim vnuſquiſque, oret, humiliet ſe coram Deo, vt ſaluus fiat in nouiſſimis, moriemur enim & nihil deportabimus, niſi quod fecimus.

CAPVT VI.

De diſcordia Germanorum eiuſdemq; effectu, & ad oppoſitum eius, ob damna inde prouenientia, præſertim in Bello, Adhortatio.

Diſcordia iuxta D. Thomam *quæſt. 37. art. 1.* eſt diſſenſio voluntatum circa bonum, quod ex charitate velle debemus, 1. quemadmodum voluntatum Germanorum circa bonum patriæ diſſenſio notoria eſt, vtinam circa malum, ſic enim diſcordia nõ eſſet vitioſa ſed laudabilis, quo ſenſu ipſemet Chriſtus *apud Matth. cap. 10.* dixit: Non veni pacem mittere, ſed gladium; veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, &c. non hoc modo, ſed in ruinam Germaniꝗ Germani diſcordes exiſtũt, quod ipſum iam olim factũ fuiſſe teſtatur Eraſm. *in conſult. de bell. Turc.* inquiens: Noſtrorũ Ducum, tum ambitio, tũ diſſidia victoriam tradidere Turcæ, mox fratrum diſcordia Poleponneſem illi tradidit, plures diſcordiæ effectus vide in Bodino *lib. 4. de Repub. cap. 1.*

Digitized by Google

cap. 1. vnde belliſſimè Saluſt. *in Iugurth.* dixit, diſcordiam præcurſorem eſſe ruinæ, prout hoſtis ex diſcordia noſtra plurimas ſortitur victorias, nam vt omnia ſola pace conſeruari, ſic è contra cuncta diſſidio collabi & perire aſſolent, cuius rei pulchrum exemplum adfert Iuſtin. *lib. 8. in princ.* Græciæ ciuitates, inquit, dum ſingulæ cupiunt imperare, imperium omnes perdiderunt, quippe in mutuū exitium ſine modo ruentes, omnibus perire, quod ſingulæ amitterent, non niſi oppreſſæ ſenſerunt, & latius ibi, factiones huiuſmodi fuerunt eruntq́ue pluribus populis magis exitio, quàm bella externa, quàm fames, morbus, teſte Liu.

2. Quod dolenter refero de Germania, aliarum Nationum Imperatrice, nunc ſua diſcordia ſerua, turpis vtique hæc Germanorum diſcordia, turpis & omnis pars ſuo Vniuerſo non congruens *cap. 2. diſt. 8.* turpe & illud, quod membra à capite diſiungantur, *cap. 1. diſt. 12.* quippe hæc diſcordia & ſeparatio à ſe inuicem virtuti & authoritati Germanorum detrahit, Magonius *deciſ. Florent. 55. num. 67.* iuxta illud Anticlaudiani:

Si veſtram pacem diſcordia diſſuit, imo
Rumpit, veſtra perit virtus. nam ſtare negatur
Occaſum patiens in ſe diuiſa poteſtas.
Ergo concordes, votum curratis in vnum.

In diſſenſione inquit Cæſar *lib. 5.* nulla ſalus, effectum huius diſcordiæ omnes exploratum habemus, quem & Poeta deſcribit:

Nobilitas cum plebe perit, lateq́; vagatur
Enſis, & à nullo reuocatum eſt pectore ferrum
Stat cruor in templis, multaq́; rubentia cæde
Lubrica ſaxa madent, nulli ſua profuit ætas.

3. Siquidem dualitas ad rei deſtructionem parata eſt, vnitas verò ad conſeruationem, per iura adducta à Luc. de Pen. *in l. quicunq́; num. 11. & 12. Cod. de exact. & exec.* Si inuicem mordetis, videte ne ab inuicem conſumamini, inquit S. Paulus *ad Galat. 5.* fortè ad gloriam eorum, qui exiſtimant quòd piſcatus optimè ſuccedat turbata aqua, iuxta Poetam:

Eſt captu facilis turbatus piſcis in vndis.

& quod apes fœliciter proueniant, ad quarum alueum murmur ingens eſt, quodq́ue Germaniæ diſcordia ac diſſidijs inclareſcere & emergere poſſint, dum optimè norunt infirmum reddi quicquid inter ſe diſſidet, Ariſtot. *lib. 5. Polit. cap. 3.* Virtus diſperſa labitur, vnita eſt fortior & melior. Sic cum aliquando in vrbe Romana Patres cum plebe inter ſe odijs capitalibus contenderent, hoſtis inuaſit Capitolium Liuius *lib. 3.* Nam omne regnum diuiſum in ſe deſolabitur, & omnis domus vel ciuitas diuiſa contra ſe non ſtabit *Matth. 12. & Luc. 11.* Sicuti & Numantia euerſa, Scipio Tyreſium quondā Celticum Principem conſuluit, qua de cauſa Numantia prius inuicta duraſſet, & poſtea euerſa fuiſſet, qui reſpōdiſſe fertur: Concordia Victoriam, diſcordia exitium adfert, ita quod Tacitus olim de Britannis, nunc de Germanis dici poterit; dum ſinguli pugnant, vniuerſi vincuntur; nempe vincuntur illi, quos Plinius *lib. 18. cap. 5.* olim fortiſſimos viros & ſtrenuiſſimos appellabat. quemadmodum & Bodin. *in hiſtor. cap. 5.* Germani inquit, cum inueterato odio ſemper à litteris abhorruiſſent, nunc tantum profecere, vt humanitate Aſiaticis, militari diſciplina Romanis, Religione Hebræis, Philoſophia Græcis, Geometria Ægyptijs, Arithmetica Phœnicibus, Aſtrologia Chaldæis, Opificiorum varietate Populis omnibus ſuperiores eſſe videantur, conſimiliter Paul. Iouius *in elog. virorum doctor. in appen. pag, 221.* Neque enim ait contenti Germani

mani ſua vetere militiæ laude, qua Martium decus Romanis Gentium victoribus ereptum, ſtabili diſciplinæ ſeueritate fœliciter tuentur, ipſi etiam pacis ornamenta litteras, optimasqúe artes decoquenti Græciæ ac Italiæ dormitanti (quod pudeat) abſtulerunt. hactenus ille. Vt autem hi in partes & factiones trahantur, multi reperiuntur ſuſurrones, qui ita Germanos ſibi olim fratres, nunc hoſtes ad mutuum diſſidium imò mutuam internecionem commouent, qua iuris ratione vero hoc ipſum fieri & practicari poſſit, me ignorare candide fateor, ſed in contrarium ſcio, quòd teſte Salomone *Prouerb.6.* Sex oderit Dominus, & ſeptimum deteſtetur anima eius, eum puta, qui ſeminat inter fratres diſcordias, multa aliaqúe mala cauſat bellum ciuile, de quo vide Lipſ. *in Polit. ſuis lib. 6.* quemadmodum & Inuictiſſimus Imper. Carolus V. Germanorum viribus diuiſis, Germanorum robur frangendum putauit, Thuan. *lib. 2. hiſtor.* nam vt dicitur prouerbialiter commotis aquis inducenda eſſe retia vt copiosè piſcemur, atq; ita Phrygij conſulto Oraculo reſpondente diſcordijs opus eſſe, primum Regem Gordium creauerunt Greg. Tholoſ. *de Repub. lib. 19. cap. 1. num. 17.* nam diſſidentes in ſe ſunt infirmi & facilè ſuperantur, & quod magis eſt, ob diſcordiam peræqúe ſentimus illud Ennij:

Tollitur è medio ſapientia, vi geritur res.
Spernitur arator bonus, horridus miles armatur.
Non ex iure manu concertant ſed mage ferro.
Litem repetunt regnumque petunt vadunt ſolida vi.

Conſimiliter Poëta:

Res geritur gladijs, ibi fas, vbi maxima vis eſt,
Induit infirmo iuſtius arma potens.
Iuſtitia ſubijt noua regula, pagina ſcripta
Iudicet, exequitur quæ ſibi viſa manus.

Et quidem hæc omnia, non tam zelo iuſtitiæ vel fidei, quam propter punctum terræ practicari cernimus; Punctum ait Senec. *in præfat. natural. quæſt.* eſt hoc totum, in quo nauigatur, bellatur, & regna diſponuntur, & quis formicis daret intellectum hominis, nonne & illæ vnam aream in multas prouincias diuiderent? & ſit tibi mundus tantus, quantum eſſe velis, tamen quid prodeſt dicit Dominus apud *Matth. cap. 16.* homini, ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ verò detrimentum patiatur? animæ ſuæ detrimentum patitur, iniuſtum bellum gerens, imò & iuſtum non debet eſſe ſine ſcrupulo propter infinita eiuſdem incommoda, ſed quomodo iuſtum! Iuſtitias noſtras iudicabit Deus, vnde Iob *cap. 9.* Verebar, inquit, omnia opera mea. Non igitur tuta ſatis diſtinctio, an directè vel indirectè alium lædas, de quo vide infra *de iuſtitia fori & poli cap. 10.* quia & viduæ & pupilli oppreſſi, ſint læſi directè vel indirectè, clamant in cœlum, vbi bellum ingruit inquit Tacit. *Annal. 1.* innocentes ac noxij iuxta cadunt. Tutiſſimum igitur:

Sic viue tibi, ſic alijs, vt dicere poſſis
Te pacem homini te vitio indicere bellum.

Pax namq; Chriſtianorum, bellum eſt diabolo, Tertull. *ad Martyr.*

Verum enimuero, vera magis eſt illa hodierna Tragœdia Germanorum, de qua Ouidius:

Exemplo pari furit omnis turba, ſuoq;
Marte cadũt ſubiti, per mutua vulnera fratres.

Vnde liceret mihi exclamare cum Ageſilao Spartanorum Rege, hic enim cum intellexiſſet apud Corinthum Spartanorum paucos, Corinthiorum verò, Athenienſium & reliquorum ſociorum permultos oppreſſos, O infœlicem exclamat Græciam, dic Ger-

Digitized by Google

Germaniam, quæ tantum hominũ ſibi ipſa interemit, quantum ſatis erat ad vincendum vniuerſos Barbaros, puta ſibi hoſtes. Nos ab ipſis feris ſuperari quis dubitat? quia cætera animantia, inquit Plin. *lib. 7. hiſtor. natural.* in ſuo genere proprie degunt, congregata videmus & ſtare contra diſſimilia, leonum feritas contra ſe non dimicat; ſerpentum morſus non petit ſerpentes; nec maris quidem belluæ ac piſces, niſi in aduerſa genera ſæuiunt, at homini plurima ex homine ſunt mala, vnde quidam bellè dixit: Homo homini lupus; Germanus Germano; ipſas feras nunquam ad nocendum, niſi neceſſitas miſit, homini perdere homines libet, inquit Seneca *epiſt. 103.* Sed eſto ferarum natura ſit, ſe inuicem perdere, Dio *lib. 44.* nos quoque, adeo omnia in peius ruere, & retro ſublapſa referri, quotidie mœſti cernimus, vnde de illis dici poteſt quibus nec ara nec fides, & tale multorum ingenium eſt, vt cum fortuna mutent fidem Liu. *lib 8. cap. 24.* Omnium bona, ſuam prædam ducunt, Cicer. *in Verr.* Quippe hodierni temporis milites videmus ad partem victricem relabi prædæ inhiantes, & pecunia venales, vt dicit Poëta:

Impius infando miles corrumpitur auro.

Patriæ prius nati & ſtrictè obligati *l. velnti ff. de iuſtitia & iur.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 3. num. 22. & ſeq.* Quippe patriam tueri ſumma eſt iuſtitia, *cap. fortitudo 23. quæſt. 3.* cum ex Platonis ſententia non nobis ſolum nati ſimus, ſed ortus noſtri partem patria ſibi vendicet, partem amici, imò parentibus Romanis, charitate liberorum charior fuiſſe dicitur *l. poſtliminium 19. §. filius, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* Zaſius *in l. iuri operam, §. ius gentium n. 6. & ſeq. ff. de iuſtit. & iur.* vbi & declaratur, & laudat antiquum Germaniæ morem pro defenſione patriæ, & Lucas de Pen. *in l. curiales. C. ſi curial. relict. ciuit. vbi & in fin.* quando Epiſcopus, Paſtor, &c. poſſint relinquere plebem ſuam, ciuitatem, municipium, iuncto *cap. ſciſciteris 7. quæſt. 1. & Pontifex in cap. 1. in fin. x. de renunciat.* vbi indecens omnino probatur, prius ſoluere militiæ cingulum, quam cedat victori aduerſitas præliorum, de quo latius agitur *in cap. Niſi d. tit.* Equidẽ ſi vlla Natio, reuera Germanica deberet eſſe concors & prona ad defenſionẽ Patriȩ quia iuxta Abbat. *in c. Venerabilẽ de elect.* Germani dicti quod ſint germẽ & viri, gente & mente nobiles. ergo ad illud Horat.

Dulce & decorum eſt pro Patria mori.

Plus Regno, ait Iuſtin. *lib. 41.* quàm patrio debetur nomini, & nobiliſſimi ciuis eſt, inquit Caſſiodor. *3. epiſt. 10.* patriæ ſuæ augmentum cogitare. Vlyſſes fumum patriæ de terra cernere cupit, & mortis tempora nulla timet, Homer. *1. Odyſſ.* Nam

Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Adde tradita per Barboſ. *ad proœm. decretal. num. 22. & ſeq.* vbi ex D. Thom. explicatur illud *Luc. cap. 4.* Nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua, & quantopere patriȩ obligemur, & quid pro patria facere teneamur. Magerus *de Aduocatia armata cap. 10. num. 239. & multis ſeq. vbi & n. 250. & ſeq.* vtrum filius pro patria contra patrem licitè armetur, hoc dubium redditur, ex traditis per Coraſ. *de iure ciuili in artem redig. c. 21* vbi multa propter magnam affectionem excepta & licita ſunt; è cõtra patriam derelinquere impium eſt, Luc. de Pen. *in l. curial. n. 2. Cod. ſi curialis relicta ciuit. &c.* deficientes ab Imperio illius hoſtes efficiuntur *l. 19. §. transfuga de capt. & poſtlim.* plura iura adducit

Digitized by Google

ducit Franciſc. Zoanett. *de Romano Imper. num.195.& ſeq.* addendo, quod pactum in perniciem Reipublicæ non ſit validum, nec debita reuerentia aut cõuentione poſſit remitti, *& nu.208.& ſeq.* pulchra de patria, & quod ad Cæſaris obedientiam redeundum ſit, vnde quandoque defendi quendam non poſſe dici perfidum, qui ſeſe ab hoſte ſubduxerat, & ad partes Cæſaris tranſiuerat, per iura & authoritates Fran. Zoanet. *tract. de Roman. Imper. n.190. & multis ſeq. iunctis traditis* per Mager. *d.c.13.nu.264.& ſeq. & nu.284.& ſeq.* cui magis auxilium ferendũ, nec attenditur prioris iuramenti præſtatio & fidei addictio, quia in omni iuramento, & legis & ſuperioris auctoritas ſemper cẽſetur excepta, Hering. *de fideiuſſ.c.19.nu.122. & ſeq.* multa inter cætera, quod ſub iuramento obligatus certo die ſoluere, non fiat periurus ſi Iudex ei præceperit ne ſoluat, ad prædictorum confirmationem facit textus *in c. malis 22. q.4.* dum inquit: In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta votum; quod incautè vouiſti ne facias, impia eſt promiſſio quæ ſcelere adimpletur, Adde *ibi cap. vnuſquiſque*, ſicut & Aduocatus iniuſtę cauſæ patrocinari nõ poteſt, prędicta illuſtrantur apud Mager. *d. tract. c.11. nu. 479.& ſeq.* vbi decidit, quod protectores ad ſuccurrendum iniuſtæ cauſæ non ſint obligati, pro redeuntibus ad Cæſarem facit & Senecę dictum, redire pietas, vnde ſemota fuit, ſolet, reparatque vires iuſtas, amiſſus amor, neque tunc ſubintrat illud Senecæ *in Hercul. AO.* Præſtare fateor, me non poſſe tantam fidẽ, ſi ſcelere careat, interim ſcelus eſt fides, ſed *cap. ſi ad peccandum 22. q.4.* ſi ad peccatum faciendum ait fides adhibetur, mirum ſi fides appellanda eſt, hoc ipſum igitur de ſubtrahentibus ſeſe caſtris vel obedientiæ Cæſaris, vel alteri parti fidem addicentibus, verum eſſe poteſt, quia & S. Auguſtinus fidem eſſe negat, ſi peccato præſtetur, fides enim eſt virtus. Quid aliud eſt virtus, inquit Seneca, *Ethic.c.10.* niſi menſura omnium, & regula recti & honeſti; quicquid igitur deuiat à virtute, nequit eſſe act⁹ fidei, & ceſſat tunc fidei violatio, Barboſ. *in cap. in malis 69. num.2. de reg. iur. in 6.* quinimò melius taliter, tota fides dicitur, *d.c. ſi quid*, quapropter prius de illis, qui ad caſtra Cæſaris ſeſe recipiunt, dici non poteſt, quia in omni iuramẽto & obligatione, quo ſe alteri parti deuinxerunt, cẽſetur reſeruata Imperatoris & Imperij tanquã ſuperioris authoritas *c. Venientes ibi gloſſ. x. de iureiur.* Cacheran. *deciſ.28.n.20.* Reichsabſcheidt / *An.1555.§.* Vnd ſollen die jenige ꝛc. Enimuero:

Credo equidem nec vana fides genus eſſe ferarum.

Qui Germaniam perfidia ſeruam reddunt & degenerẽ à fide & conſtantia auita, quippè Cornelius Tacitus iam olim dixit nullos mortales fide antẽ Germanos eſſe Beſold. *in theſaur. pract. lit. T. verb.* Trew vnd Glauben *verſ.* pudeat itaque pleroſq; Germanos fluxæ fidei, quod à maiorum more ita degenerauerint, nam de fidelitate & perfidia atque vtriuſq; effectu, vide P. Contzen *tract. Dan. Aula ſpec. c.12. & 13.* vbi plurimis notabilibus exemplis illuſtrat & Beſold. *de iure fœd. c.4. ſub n.11.* dicit, malè conſultũ Principibus Chriſtianis, qui Magnatum exterorũ amicitias ambiunt & procurant, adde tradita de periculo illius & protectionis apud alios quæſitæ, Mager. *de Aduoc. armata, c.19. num.339. & ſeq.* Matthiam Weheneri Von Veränderung der Regimenter, *c.18.*

In ſumma ex hac diſcordia prouenientia & orta mala, mare calamitatũ rectè dixeris, dextram iungere Germanorum olim erat ſalutatio

lutatio (prout & adhuc hodie inter bonos amicos)cuius cauſam tradit Varro aſſerens, omnem eorum honorem dextrarum conſtitiſſe virtute;ſed hodie dextris quidem,ſed enſis enſe in alium ſtringitur & transfigitur, ſciendum vero, quòd dextrarum porrectio non ſolum Germanis, ſed & alijs Gentibus vſitata fuerit, ſic & *Reg.4.cap. 10.* Iehu obuiam factus Ionadab & dubius de animo eius;poſtquã interrogaſſet, eſt ne cor tuum rectum, ſicut cor meum eſt erga tuum, illo reſpondente, eſt, iubet ſibi ab illo dextram porrigi tanquam fidelitatis teſſeram,latius de dextrarum porrectione & quid ſignificet,vide exornatum in Magero *de Aduoc. armata cap.9.num.41. & ſeq.* adde Gratianum *tom. 3.forenſ.cap.538.num. 1. & ſeqq. vbi varia & de ſalutandi modo per porrectionem dextra.*

CAPVT VII.

De Concordia effectu ad Bellum vimq; externam depellendum, & quod concordia ſine virtute,pace & patientia eſſe non poſſit.

1. ENimuerò ſi Germania ſibi ipſi non foret diſcors ſed fida, facilè apud omnes reliquas nationes obtinuero, quod contra externos ſe ipſam tueri & iniuriam propulſare poſſet, quemadmodum Paulus Iouius *lib.32. hiſtor. de Germania Regulis* ſcribit, eos nempe mutua ope & ſanctiſſimo liberalis amicitiæ iure ſeipſos ab iniuria potentiorum facile defendiſſe, nam vti & vulgo dicitur, vis vnita fortior,& paruis rebus cõcordia diues,eſt enim cõcordia pacis alumna in rebus humanis, nihil inuenit amicitia præſtantius, nihil concordia contra fortunam maius auxilium, Quintil.*in gladiatore.* Auxilia humilia, ait Publius, firma conſenſus facit, adde *Eccleſiaſt.cap.4.* vbi & illud: funiculus triplex difficile rumpitur; vnde belliſſimè vulgò dicitur: *Concordia res parua creſcunt, diſcordia maxima dilabuntur,* vt habent Status Hollandiæ in ſuperſcriptione nummiſmatum; conforme eſt illud Saluſtij *in Iugurth.* Ego vobis regnum firmum trado ſi boni & concordes eritis, ſi mali imbecillum,&c. Siquidem concordia vt aliqui volunt,à chorda deriuatur, ſed rectius deducunt alij,qui eam à corde, ſcilicet omnibus vnum idem cor habentibus,efformant, ſecundùm id quod legitur in Actibus Apoſtolorum: Multitudo autem credentium, erat cor vnum, & anima vna; & ita tradit Pater Rodericius, & Gail *lib.2. de pace publ. cap.18. nu.7.* quòd concordia dicatur quaſi cordis coniunctio, & ibi quomodo differat à pace, cum verò & ipſa natura inter homines cognationem quandam conſtituerit, *l. vt vim,ff. de iuſtit. & iure,* magis vtique Germanis charitas & concordia cordi eſſe deberet eaq́ue communis, vt liceret dicere cum Boëtio:

O fœlix hominum genus
Si veſtros animos amor,
Quo cœlum regitur,regat,

Siquidem,vti dictum,hoc illis apud Tacit. *in Annalibus* peruetuſtum præconium eſt: *Nullos mortales fide ante Germanos,* cui calculum adiecit Chriſtoph. Warſenicius *in orat. de legato & legationibus* dicens, antiquitus dictorum factorumq́ue conſtantia Germanos celebres fuiſſe,ſint igitur & nunc inter ſe conſtantes & fidei acerrimi vindices; quippe vt pulchrè dicit Polybius maius aut præclarius,quam malle vitam in exilio trahere dimiſſis domibus, ſepulchris, templis, fortunis, omnibus denique rebus 2.

neceſſarijs potius quam aliquid violatæ ſocijs fidei dignum præ ſe ferre, quare mutuis diſſidijs & ſimultatibus conculcatis profligatisque cogitemus concordiam ad conſeruanda Imperia & Principatus ſtabiliendos maximum eſſe adminiculum Q. Curt. *lib. 1. de rebus Alexan. M.* è contra ſi factiones iſtas vltro foueamus, quid tandem futurum erit? nunquid ſentiemus quod alijs inter ſe diſcordantibus accidit? quare ſi nobis patria & publica ſalus curæ ſit, Germanicam Conſtantiam, amorem in patriam, & libertatem priſtinam poſtliminio reuocemus, nõ ſimus magis belluæ quã iſti canes, quos Storylus, vt Florent. *lib. 1.* ſcribit, in conſpectu ſui exercitus vehementer mordere fecit, interq; mordendum emiſit lupum, quo viſo canes ſe inuicẽ mordere ceſſauerunt, & concorditer vna in lupum impetũ fecerunt, viceruntq;. ſic primus Soldanus morti proximus mandauit filios ad ſe accerſiri, & vt ſinguli virgas adferrent, quo facto iuſſit eas ſimul colligari, & ſic colligatas frangi, quod cum nullus filiorum facere poſſet, iuſſit eas reſolui, & ſic frangi, quod cum quilibet faceret, dixit: Regnum veſtrum erit ſtabile, ſi concordes eritis, ſi verò ſeparabimini, nõ diu ſtabit, nam vt ait Senec. plus poteſt, quamuis mediocrium turba concors, quam vnius magna violentia, ſic Germani ad vim externam depellendam, vnanimes eſſe deberent nec à ſe inuicem diſiungi, vt poſſent alios colligatos diſiungere, ſuperatis quibuſcunque difficultatibus pro patriæ recuperatione & reſpectiuè conſeruatione, qua nihil charius habendum, atque verò ad illas ſuperandas, virtute, conſtantia & concordia opus eſt, & ſimul memoriæ mandandum illud Senec. *de prouident.* dictum, dum ait: Auida eſt periculi virtus, & quo tendat, & non quid paſſura ſit, cogitat, quoniam & id, quod paſſura eſt, gloriæ pars eſt; militares viri gloriantur vulneribus, calamitas virtutis occaſio eſt, ignis aurum probat, miſeria fortes viros. vnde S. Paulus *2. ad Timoth. 2.* Si ſuſtinebimus & conregnabimus: & rurſus Senec. *lib. 2. de benef. cap. 18.* Omne honeſtum in arduo eſt, etiam quod vicinum honeſto, difficile eſt, nullum mel ſine felle, & fel ſine melle, maiora certamina maiora ſequuntur præmia, inquit Tertull. *ad ſcapulum:* fateor inquit Ouid.

——— ſed tendit in ardua virtus,
Et talis meriti gratia maior erit.

Quintilianus *in milite Mariano* loquens de labore & moleſtia militum, ſic ait: Nemo noſtrum recuſat itineris laborem, nec iniunctum ſuper arma faſcem, nec æſtiui Solis ardorem, nec ſub pellibus actam hiememem, & ſi ferienda ſit fatigatio foſſa, pro vallo portuque vigilandum fortiter, ancipites inibimus pugnas, vulnera laude penſabimus, mors erit ignominiâ potior, quicquid in pugna patimur, virorum eſt, de hoc etiam S. Hieron. *ad ægrotum,* A fortiſſimo milite ſemper in acie ſtandum eſt, & quærenda occaſio, qua virtus eniteſcat excuſſa, amatori enim præmiorum, ornamenta ſunt vulnera caſtrorum, quos refert Lucas de Pen. *in l. omnes, num. 7. & 8. Cod. de Caſtrenſi omnium Palat. peculio,* virtus patiens valeſcit, nec vſque ad finem labitur in aduerſis, & ſicut Gubernator nauis in tempeſtate dignoſcitur, ita miles in acie probatur. S. Cyprianus *ſerm. de mortalit.* & vt alter, moleſta eſt lucta ſed fructuoſa, ſi habet pœnam, habebit & coronam, qui viriliter agit, ardua vincit. Vulnera quæ quiſq; accipit, ait Curt. *lib. 4 in f.* virtutis indicia ſunt, igitur ad illud: 3.

O paſſi grauiora dabit Deus his quoque finem
Durate & voſmet rebus ſeruate ſecundis.

Con-

Digitized by Google

Concordia namque nō niſi per patientiam ſeruatur Luc. de Pen. *in l. vnica, C. de Irenar. num. 2.* & quod amicitia & concordia ſine virtute eſſe nō poſſint, oſtendit P. Contzen *lib. 2. Polit. cap. 11.* ſic quoque ſine pace non ſubſiſtere, ipſa euidentia rei edocemur; Pax plenum eſt virtutis opus, è contra belli tempore, diuitiæ, corpora & animæ perduntur, *Hierem. 46.* & quantum bonum ſit pacem & concordiam, è contra quantum malum & peccatum ſit, diſcordiam ſeminare vel excitare, docet Ioann. Geyler *in nauicula fatuorum, turba 7.* vnde fit, vt intactum relinquatur publicum Patriæ bonum, & quiſque ſibi proſpiciendum & cauendum eſſe exiſtimat, quamuis ſua retinere ad priuatos pertineat, de alienis autē certare Regia laus dicatur apud Tacit. *lib. 15. in pr.* quod hodie prô dolor multi practicare ſciunt, qui ſi iuſtitiam ſequerentur, & ſuum cuique redderent, ad caſas & egeſtatem reuerterentur Lactant. *de inſt. ſap. & ſtult. c. 1.*

CAPVT VIII.

Cauſa mutua Germanorum diſcordiæ, & de Obedientia Superioribus debita, & quomodo illa debita ſit, deq; prohibita aduerſus Superiorem confœderatione & belligeratione.

1. DIſcordiæ mala, & cauſas aliquot vide in Luc. de Pen. *in l. vnic. Cod. de Irenarch. & latè in Florilegio ſiue Polyanthea* Dominici Nani *in verb. diſcordia,* vbi multa pulchra, & *Aurea Bulla* Caroli IV. *in pr.* ibi omne Regnum in ſeipſo diuiſum deſolabitur, nam Principes eius ſunt facti ſocij furum, ob quod Dominus miſcuit in medio eorum ſpiritum vertiginis, vt palpent in meridie ſicuti in tenebris, & candelabra eorum mouet de loco ſuo, vt cœci ſint & Duces cœcorum, qui ambulant in tenebris offendunt, & cæci mente ſcelera perpetrant, quæ in diuiſionem contingunt. Dic Superbia, quomodo in Lucifero regnaſſes ſi diuiſionem auxiliatricem nō habuiſſes: Dic Sathan inuide, quomodo Adamum de Paradiſo eieciſſes niſi eum ab obedientia diuiſiſſes: Dic Luxuria quomodo Troiam euertiſſes niſi Helenam à viro ſuo diuiſiſſes. Dic Ira quomodo Romanam Rempublicam deſtruxiſſes, niſi in diuiſione Pompeium & Iulium, ſequientibus gladijs, ad inteſtina prœlia concitaſſes, ibi plura. Et Poëta:

——— diſcordia demens
Intrauit cælos, Superosq; ad bella coëgit.

Huius autem Germanorum diſcordiæ, 2.
difficiliſque ad auitam concordiam regreſſus, reſpectiuè cauſa & obſtaculum etiam dici poteſt Religionis diſparitas *arg. cap. in nono 16. quaeſt. 7.* faciunt notata per Grotium *de iure belli lib. 2. cap. 20. num. 44.* Reichsabſcheidt *de Annis 1526.* §. Und erſtlich *1551 in pr.* item *1544.* §. Dieweil aber/ ꝛc. & Dominus ab Efferen *de Ratione Status ſeu Idolo Principum lib. 2. puncto 3.* probat Religionem eſſe cauſam concordiæ *& punct. 7. verſ. ratio quarta & ſeqq.* diuerſitatis Religionis mala enumerat. Et P. Contzen *lib. 9. Politicorum c. 19.* ait & probat experientia conſtare, Religionum diſſidia, pacem Reip. turbare, ideo *cap. 20.* Concordia Religionum Principi commendata eſſe debet, & *cap. 21.* ſatis ad propoſitum demonſtrat, Diſcordiarum ſuarum incommoda ipſos Sectarios ſentire, *& per tot. iſtum lib. 9.* Pietate aduerſus Deos, inquit Cicer. *lib. 1. de Natur. Deor.* ſublata, fides etiam & ſocietas generis humani, & vna excellentiſſima virtus Iuſtitia tollatur neceſſe eſt: Vel etiam ex diuerſis moribus, legibus & voluntatibus

oriri diſcordiam & ſeditionẽ oportet Gregor. Tholoſ. *de Repub.lib.23.c.6.* permaximè cum naturalis ſit hominum ad diſſentiendum facilitas *l.13.§.5.ff.de arbit.c.quia de conceſſ.prabend.* at nihil ita facit ad diſſidium, vt de Deo diſſenſio, Nazian. *Orat.4.* Vel etiam inobedientia in Cæſaream Maieſtatem vti ſuperiorem omni iure prohibita, S.Paul. *ad Rom.cap.13.& alibi,* Adulterium eſt, inquit S. Cyprianus *lib. 1. epiſt. 8.* Impium eſt, ſacrilegium eſt, quodcunq; humano furore inſtituitur vt diſpoſitio diuina violetur. Et S.Bernardus *in epiſt.ad Fratres de monte Dei, collat.8.* Diſcernere Superioris eſt, ſubditorum obedire, quemadmodum Eques ille Romanus M. Terent. apud Tacitum *lib.6.Annal.* Non eſt noſtrum, inquit, æſtimare Cæſar, quem ſupra cæteros & quibus de cauſis extollas, tibi ſummum rerum iudicium Dij dedêre, nobis obſequij gloria relicta eſt, nam ſatis plena ratio fuit, vti eſt apud Quintil. *declam.9.* Principem velle, cui non licet dicere cur ita facis, *DD. allegati* apud Barboſ.*c.ſi quis,n.12.x.de maiorit.& obed.* quippe erubeſcit lex, ſubditos ſuperiorum ſuorum effici caſtigatores *Nou. de nuptiis,§.ſed quod ſancitum, &c.* ne dum nimia ſeruatur humilitas, regendi frangatur poteſtas, vt pulchrè dicit *text.in cap.quando diſt.86.* quia vt habetur *Eccleſ. 8.* Sermo illius poteſtate plenus eſt, nec quiſquam ei dicere poteſt, quare ita facis? Seruus, inquit Seneca, herilis Imperij non cenſor eſt, ſed miniſter.

3. Verum neceſſe eſt, dicit Quintil.*declam. 18.* contentioſius loquaris, quod probare non poſſis, & affirmationem ſumat ex homine, quod non habet ex veritate, iam olim dixit Lucan.

Quemq; ſua rapiunt ſcelerata in prælia cauſa.

Verum ſcio pro coloratione eius contrarij multa hic replicari, quemadmodum & mihi quandoque à quodam Religioſo, ſuperiori ſiue Epiſcopo non obediente, replicatum fuit, dicente, ſuperioribus equidem eſſe obediendum ſed intra limites diſciplinæ, vide Grotium *de iure belli lib.2.cap.2.* vel niſi iniuſta mandet præcipiatque Princeps, nam decreta iniuſtitiam & iniquitatem continentia ſunt inualida, Bart. *in l.fin.C.ſi contra ius vel vtilit. publ.* ſicuti & decreta inordinata non valent, Bald. *in l. magis puto, §.ſi as ff.de rebus eorum &c.* ſequitur Decius *conſ. 410. conſ. 428. num. 8. & conſ. 606. num.13.* & habetur *in c.forus §.fin.de verb. ſignif.* legem non eſſe, quæ iuſta non eſt, & *Prouerb. 8.* ita vt obedientia Principi debita in infinitum ſeſe non extendat, ſed eatenus præſtanda ſit, quatenus ordo iuſtitiæ requirit, D. Thomas *2.2.quaſt.104.art.6.in fin.* vnde in illicitis obedientia eſt inofficioſa & iure reprobata, *c.fin.15.q.6.* & præter notab. textum *in cap.Imperatores 11.quaſt.3* quomodo milites aliique Imperatori obedire debeant, adde notata *cap. ſeq.* & ibi remiſſiuè, plura alia refert Cuno *tractat. de pactis lib.1.cap.24. num. 22. & multis ſeqq.* vbi pro & contra arguit: An ſi Princeps ſuperior, ob veræ religionis cultum (nam ſi non eſſet vera, non liceret vtique) vel ſimiles veras cauſas alium inferiorem Principem inuadere velit, poſſit hic inferior cum alijs Principibus Chriſtianis (nam quidquid dicat Gram. *deciſ. 65. num. 14. & 73.* quod Princeps aduerſus ſuos potẽtes hoſtes, dum ſcit ſe non poſſe reſiſtere vel aliter ſe defendere, auxilium infidelium inuocare queat) Turcarum aliorumque infidelium auxilium implorare, & tali ope contra Catholicum ſe potentiorem procedere, pulcherrimè

Digitized by Google

rimè probat Cacheran. *in diſputatione poſt finem deciſionum impreſſa*, quòd Principi Chriſtiano fas non ſit, pro ſui ſuorumque bonorum tutela, ab infidelibus & Turcis auxilium aduerſus alios Principes Chriſtianos petere & contraria reſoluit, idem fecit Reinkingk *de regimine ſæculari & Eccleſiaſtico, infra de iuſtitia fori & poli tit. 6. cap. 10. allegatus* adde iura & hiſtorias relatas à Magero *de Aduoc. armata cap. 7. num. 78. & plurimis ſeqq.* An Turca vel alius infidelis à Chriſtiano Principe in protectionem ſuſcipi, & an cum illo fœdus iniri queat, vbi diſſolutis contrarijs negatiuè reſoluit *& num. 121. & ſeqq.* Cum ſumma admiratione dolenter lego, Franciſcum primum Galliarum Regem tantumqúe Principem morientem exclamaſſe, ſe perijſſe quod voluerit eſſe fœderatus ei, qui hoſtis eſt Chriſtiani nominis, Cardinali autem Guiſio ſuggerenti conſolationem ex ſacra Scriptura replicaſſe, omnem ſibi miſericordiam clauſam, qui vt Æmuli ſui (ſcilicet Caroli V. Imperatoris & Regis Hiſpaniarum) vel gloriam infuſcaret, vel vindicaret iniuriam, fœdus pepegiſſet cũ Turca & Chriſtianorum capita tanquã armenta ad Mahumetanos viuus vidensq; paſſus fuiſſet abigi, & additur quod eius poſteritas miſerè extincta fuerit, quæ in honorẽ Chriſtianiſſimæ coronę non referrem, niſi iam dudum ante ab alijs relata fuiſſent, ibi quoque alia mala ex huiuſmodi confœderationibus nata & cauſata referuntur, ad longum *ſicuti & capite 8. num. 195. & ſeqq.* probat, quod nec hæretici, nec eorundem fautores, in protectionem recipi poſſint, *& num. 329. & ſeqq.* quid de illis, qui ſunt Auguſtanæ Confeſſionis, *& cap. 7. num. 31. & ſeqq.* an recognoſcens ſuperiorem poſſit ipſius hoſtem in protectorem eligere, vide argumenta iunctis ijs quæ traduntur inferius *de iuſtitia fori & poli, tit. 6. cap. 10.*

Prædictis vero attentis non immerito iam olim apud Ferrand. Carthagin. *in practica inſtruct. ſeu Lydio lap. proba Gubern. cap. 10.* tractum fuit in deliberationem; An hæreticis, pyratis ſimilibusqúe te fœdere, opibus, fauore iungere poſſis contra Catholicos, quia ſuſpicio eſt, ſi aliquando potentiores fiant, vel fortè iam ſint, te grauari poſſe ab hiſce magis quàm ab illis, reſoluendo dicit, illis conuenire illud Apoſtoli *ad Rom. 3.* Faciamus mala vt eueniant bona, quorum damnatio iuſta eſt. 4.

Verum an & quando ſuperiori obediendum ſit, latiſſime proſequendo Zoan. *tract. defenſionis tripart. par. 3. ibi à num. 1. vſque ad 13.* docet, Superiori vel Magiſtratui obediendum eſſe, at à *nu. 13. vſque ad 36.* tradit, quod quis Magiſtratui in caſibus ibi enumeratis propria authoritate reſiſtere poſſit, quodqúe in illis obediendum non ſit, *num. 36. & ſeq.* diſtinguendo probat contra communem, etiam in dubio, ſiue vbi dubitatur, num iuſtè vel iniuſtè agat ſuperior, ei obediendum eſſe, ac ſi iuſta præciperet, & præter cætera iura ad hoc adducitur textus *in cap. quid culpatur, in fine 23. quæſt. 1.* & grauiſſimè ibi diſcurrit ex vera iuris ratione comprobando, de Traditionum & Conciliorum authoritate, quodqúe ijſdem in rebus fidei adhærere & aſſentiri debeamus, vbi multa ſunt quæ faciunt ad propoſitum debitæ obedientiæ. Igitur dolendum eſt in argumentum trahi, quod eſt in quæſtione, alterum verò in Iure Diuino, Canonico, & Ciuili fundatum, quod præcipit obedire ſuperiori, hoc ipſum autem quod tibi mandatum fuit, dicis non eſſe intra limites diſciplinæ, ſed 5.

Digitized by Google

næ, ſed potius iniuſtum, vnde autem hoc probes, non inuenio in Iure Diuino, neque Canonico, neque Cęſareo expreſsè diſpoſitum, niſi quod tu hoc ipſum ita depoſitum eſſe hac vel illa cõquiſita ratiuncula aſſeras, contra quam habemus vulgatã Theoriam, qui habet regulã pro ſe, firmius ius habere iudicatur, adeo quod ſemper pro eo iudicandũ ſit, niſi tu vel aduerſarius apertè doceat illud ipſũ, de quo eſt quæſtio. NB. Specialiter eſſe exceptum à regula, leue enim eſt dicere, fallere regulã in caſu à te prætenſo, vti ex Bartolo & Baldo alijſque probat Meiſner. *tom.3. deciſ. Cam. Imper. in duplicis, fol. mihi 717.* latè quoque Mattheſil. *ſing. 19. in annot. plures DD. alleg.* Barboſ. *in rubric. de reg. iur. in 6.* ac proinde qui dicit aliquid permiſsũ in caſu ſpeciali, is probare debet, rationẽ ſpecialitatis aſſignando, Decius *in c. conſuluit, n.4. x. de appell.* Crauett. *conſ. 229. n. 15.* Cęphal. *conſ. 203. n. 15.* & dicit Rudinger *cent. 4. ſing. obſ. 60. in fin.* quod nullius caſus à generali diſpoſitione eximi vel excipi debeat. Caſtrenſis *lib. 1. conſ. 430.* permaximè in ijs, quæ ſunt de genere prohibitorum vti eſt, non obedire Superiori, imo rebellionis ſpecies eſt, denegare quę imperantur Reichsabſcheidt *Anno 1542.* zu Speyr. §. Würde ſich aber/ ꝛc. *in fin.* In ijs autem quę ſunt de genere prohibitorum (niſi aliud quem excuſet) confeſtim dolus aduerſus facientem præſumitur, Zoanett. *in tract. tripartitæ defenſionis p. 2. num. 29. & DD. ibi allegat.* vel dicas, qua ratione in ijs, quæ ſpeculatiuè certa & præcepta ſunt, ſalua iuris ratione practicè dubitare, imò ijſdem aduerſari poſſis? ſed fortè replicatur, ſicuti ſubditi ẽſt & priuati officij, legibus obtemperare, ita viciſſim rationem ipſam poſtulare, vt Princeps nulla præcepta honeſtati contraria præſcribat, vnde ſubditus non tenetur obedire Superiori exigenti vel præcipienti aliquid contra tenorem priuilegij, Barboſ. *in cap. 5. num. 1 de conceſſ. Prælat. & ſimilia* quæ tradit Zoanett. *num. 13. & ſeqq.* item quòd ſuperiori, Officiario iniuſtè præcipienti vel extra officium mandanti, impunè reſiſti poſſit Franciſc. Marc. *p. 1. quæſt. 750* dicis autem quod tibi iniuſta vel præcipiantur, vel quòd in iuſtitia & libertate nõ conſerueris, ac iura tua illæſa non ſeruentur, plura allegat Barboſ. *in cap. quòd quis mandato 24. num. 3. de reg. iur. in 6.* quòd mandato ſuperioris, contra legem diuinam, humanam aut poteſtatem ſuperiorem, ſubditus parere non teneatur, iunctis traditis per Ant. de Petra *de Poteſt Princ. c. 34. n. 39. & aliquot ſeq.* vbi & quando Papæ obediendũ ſit vel non, & paſſim, quando obediendum vel non, hoc caſu dicit Barboſ. quòd poſſit violenter reſiſtere; adde eundem *in Regula ea quæ fiunt à Iudice 76. de reg. iur. in 6.* & Felin. *in cap. ſi quando x. de offic. deleg.* & plures caſus in Magero *alleg. loco.* Principi parẽre æquum eſt, cum nullius ius læditur dicit Cod. Fabrian. *lib. 1 tit. 2. def. 51. nu. 10.* ſicuti & ex multis cauſis poteſt, abſque contemptu, prætermitti legis vel iudicis obſequium, Couar. *in cap. Alma mater, p. 1. §. 7. num. 6. de excom.* vbi accuratè explicat, quis verè dicatur contemptus vt culpam mortalem efficiat, & diſtinctè Felin. *in cap. ſi quis num. 7. de maioritate & obed.* quòd inobediens non dicatur ſemper contemnere, & quando dicatur contemnere, & quando contemptus excludatur, vide ibi & *gloſſ. in cap. Metropolitanum, 2. quæſt. 7.* ibi & Barboſa Rotam allegat, & plurima argumenta in Magero *de Aduoc. armata, cap. 13. nu. 298. & ſeq.* videatur & Gail *lib. 1. de p. p. c. 4.*

Verum

Digitized by Google

6. Verum enimuero idem hoc eſt,quod ſuperius dictum fuit,ita vitia & virtutes mentis minus prouide ſibi mentiuntur,vt ſi ſubtiliter non attendas, facile labaris *cap. niſi*, *§.3.x.de renunc.* de quo latius *infra de opinionib. cap.1. 2. & vlt.* rectè igitur Terentius,quid tu hic agas? vbi ſi quis benè præcipiat, nemo obtemperet, quo caſu quid tandem erit, ſi hic liceat quod libet? cum explorator retuliſſet Ciceroni, exercitum Pompei eſſe quidem numeroſiorem, ſed Cæſaris obedientiorem, ilico huic victoriam adiudicauit, Alph. Aluar *.in ſpec.c.46. num.21.& 23.* Vir obediens loquitur victorias, *Prouerb. cap. 21.* Obedientia,hoſtium noſtrorum victrix eſt, Ille vincit dicit Lamprid. qui milites regit, cum autem fatendũ ſit,quòd omnes Principis actus præſumantur regulari à iuſtitia fori & poli, Bald. *in l.1 ff.de conſtitut.Princ.* conſequens eſt, quod nihil iubeat,nihil velit,niſi quod æquum & iuſtum eſt,cum leges & Principes idem velle ac dicere videantur *cap.fin.de reſcript.in 6* ac proinde non obtemperantes mandatis Principis ſunt in pręſumpto dolo,Menoch. *lib.5.præſumpt.44.* idcirco propter fundatam regulam non ſis ſine periculo,qui enim amat periculum peribit in illo, ſapiens timet & declinat à malo, ſtultus tranſilit & confidit *Prouerb.14.* Et qui confidit in cogitationibus ſuis, impiè cogitat *Prouerb.12.* & ſicuti habetur *Iob cap.11. verſ. 12.* Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam pullum onagri ſe liberum natum putat,maximè vbi prædominãtur affectus &paſſiones, de quibus *infra de opinionib.* adde Conrad. Lancellot. *de Imperatore, eius præſtantia & poteſtate,lib.1.c.1.§.4. verſ.27. ibi & nu.21.* quæ ſint conſilij & quæ præcepti, interim contra talẽ & ſimilem inobedientiam prorioſquè affectus aliqua remedia tradit Rodericius Soc. IESV *in Exercit.perfect.p.3. tract.de obedient.cap.9.* qui fugit obedientiam,fugat gratiam, inquit Merlo, ſed hodie præualuit illud Poëtæ:

Haud vltra pulchrum eſt alijs parendo ſubeſſe.
Summa valent,vix, qui cogitur,ordo manet.

Prædicto verò modo arma in Superiores ſumpta defenduntur vel excuſantur, ſed verè ex inordinatis paſſionibus iuxta tradita *infra p.2. de opinionib. c.1.2. & vlt.* ſed ſcio & hic allegari,quaſi tibi ad tuendam libertatem, arma ſumere liceat, ſicuti enim modeſtia eſt conquieſcere, ita ſtultitia & improbitas cenſetur,illatas non vlciſci iniurias Plato *5.de Repub.* Ariſtot. *Politic. 7.cap. 8.* quodquè bella, vt ſine iniuria in pace viuatur, ſuſcipienda ſint, Cicer. *1.Offic.* monet, pacemquè ſeruientibus,quam bellum liberis, grauiorem eſſe, ait Liu. *lib.10. c.13.* iuſta & honeſta ſi pax ſit, res quidem omnium pulcherrima,vt tamen ea frui valeamus, interdum nullo alio niſi belli interuentu obtinere eam poſſumus,ita vt iuxta Tacitum: Iuſtum & honeſtum bellum,etiam inhoneſta pace, vtiliter & fœliciter immutetur Anton. Fab. *in conſult.Ducat.Monterfer.pag.2.& 3* Iudici ergo reſiſti poſſe dicis ex Marant. *in ſpec.diſp.1.* quando facit, quod ad officium eius non pertinet *l.factum.ff. de regulis iur.* Zaſius *lib.1.conſ.19.num.31. & ſeq.* Felin. *in cap. in ordine & reſcript.* & iniuriarum tenetur, Iaffred. *deciſ.286.& 400.* Guido Papa *deciſ.393.* adde Gail *2.obſer.76.* & quomodo Iudex procedere debeat Nic. Euerh. iunior. *vol.2.conſ.1.* aliter quàm decet procedens, pro priuato habetur, dicitur enim Iudex,quaſi ius dicens *cap.forus, de ver.ſignif.* quando vero dicatur delinquere in ijs, quæ ad ipſius officium non pertinent,docet Baiard. 7.

Baiard. *ad Clar.* §. *fin. quæſt. 35. verſ.* item ſi Officialis Regius, cui ſi quis reſiſtat, quomodo puniatur, Chriſtin. *vol. 1. deciſ. 100.* vbi & de neceſſitate obedientiæ, & *cap. ſeq.* de reſolutione obiectionum, iunctis traditis ſuperius. hiſce & ſimilibus argumentis inobedientia coloratur, vel non tam defenditur, quam loco eiuſdem obedientia maior, vel Dei, vel Legis, vel Priuilegij, ſupponitur, vnde hinc cum S. Bernard. *grad. 9.* exclamare mihi hic liceat: O glorioſa humilitas, qua ipſa quoque ſuperbia ſe palliare appetit, ne vileſcat, &c. Et S. Gregor. *lib. 2. moral.* Cum diabolus malus inquit, quæ accuſet, non inuenit, ad malum ipſa bona flectere quærit.

CAPVT IX.

De Decretis Principum à ſubditis ad effectum obediendi, in dubium non trahendis, ſed pro Magiſtratu præſumendum, & de malis belli & eius Iuſtitia & Iniuſtitia.

1\. QVamuis bellum ſua habeat commoda & cauſas, quod latius exornat Magerus *de aduocat. armata, cap. 1. nu. 130. & ſeq.* tamen inferior habet regulam ſibi aduerſantem, quod bellum ab ipſo contra ſuperiorem ſuſceptum iniuſtum præſumatur, Aretin. *conſ. 14. num. 7.* Decius *conſ. 691. num. 3. & 4.* Gomeſ. *ad reg. cancell. de Annal. poſſ. in quæſt. 2.* Nicol. Euerhard. iun. *conſ. 1. n. 9. ferè in fin. vol. 2.* vbi & pro hoc allegat *Conſtitutionem Imperij de pace publica ſeruanda Anno 1548.* Gail. *de pace publ. lib. 1. cap. 4. num. 4.* & quid in conſtitutionibus ſtatutum reperiatur, vide Reichsabſcheidt zu Speyer *An. 1529.* §. Wo aber. *ordin. Cam. p. 2. tit. 9.* §. Und ob ſich. Gail. *d. loc. num. 1.* declarat in caſibus neceſſitatis, vbi iure agi non poſſet, de prædictis quoque Reinking *de regim. ſecul. lib. 2. claſſ. 3.* è contra in ſuperiori præſumitur iuſta cauſa, Borellus *in ſumma deciſ. lib. 1. tit. 12. num. 7.* Menoch. *lib. 2. præſ. 60.* plurimos DD. allegat, Vaſq. *lib. 1. controu. cap. 25. num. 18.* & præter Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum x. de conſtit.* latè Maſcard. *de probat. concl. 276.* quando in Principe iuſta cauſa præſumatur, & quando non, & quomodo probetur, ex cuius dictis, quid replicare velis probe noui, vtique aſſerturus prædicta vel in dubio procedere, quid enim ſi quid citra cauſæ cognitionem in alterius iniuriam, contra ius diuinum, naturale, vel gentium Princeps vel ſuperior ſtatueret mandaretquè, quo caſu ſi probatio in contrariū non admitteretur, id eſſet fores Tyrannidi aperire, vt docet idem Vaſq. *lib. 1. cont. c. 76. n. 29.* vbi ita declarat præcedens dictum, quod iuſta cauſa in Principe vſque adeo præſumatur, vt non admittatur probatio in contrarium, graue enim eſſet præiudicium Publius Mimus dicebat, quod non haberet iudicem, quaſi diceret, Principis iuſſum eſſe grauem, ſi ita præiudicet, vt iudicare nemo poſſet, vti interpretatur Zaſ. *ad tit. ff. de orig. iur. ad verb. Magiſtratus ſub n. 24. & ibi paſſim,* quid Princeps poſſit vel nō, & de Germanis loquitur Klock *lib. 4. c. 12.* quod ſæuiora armis iura eos ad rebellionē adigant, tradit itaq; & Coraſ. *in l. 1. n. 14. & 15. ff. de conſt. Princ.* quòd Princeps ſit æqui & boni cuſtos conſeruatorquè iuris, nec ſinimus, inquit Philoſophus, hominem imperare ad rationem, alioquin nomen Principis amittit, fitquè Tyrannus, quo nihil in orbe pernicioſius, vide plura ibi, & *p. 2. de iuriſdict. cap. 5.*

Verum agnoſco huiuſmodi & ſimilia cō- 2.
quiſi-

quiſita argumenta in theſi, Iuſtitiæ ſpeciem præ ſe ferre, ſed in hypotheſi noſtra, præfatas replicas idem eſſe cum dicto, & in argumentum rurſus trahi quod eſt in quæſtione, an hoc, quod ſuperior vult & præcipit, ſis tale, dubia præcepti interpretatio periculoſa eſt, ſicut pons ſemiputridus aquæ præcipitis & profundæ, de quo dubitatur, an ſub tranſeunte corruat, an ſubſiſtat, magna igitur eſt fatuitas ſe committere periculo, pro modico propriæ voluntatis motu, vel pro paruo commodo ſuæ opinioni adhærere & alteram nō curare, quippe ſi Deus illam approbet, euadet ſine lucro meriti, ſi verò hanc damnet, & ipſe damnatur, de quo vide allegata in Ioan. Geyler *in Nauic. fatuor. turba 44.* iunctis traditis ſuperius *c. 8. & tit. 4. de dub. c. 10.* vbi declaratur; tutius tamen erit ſemper in dubio, præcepto adhærere & obedire, quemadmodum Olymp. Men. *Eclog. 1.* ait:

Et parere decet iuſſis & iuſta iubentur.

Et Virgil. *1. Æneid.*

——— Tuum eſt ô Regina quod optas.
Explorare, mihi iuſſa capeſſere fas eſt.

Quandoquidem nihil ſalutare agi poteſt,
3. vbi qui parere debebant, imperare volunt, Dio. *lib. 1.* non faciente ſeruo inquit S. Cyprian. *ſerm. 1.* quod præcipitur, Dominus faciet quod minatur; Perniciosum enim eſſet nefandumquè malum, & veluti portentum quoddam, ſi de cuiuſcunq; Magiſtratus vel Superioris decretis diſputare liceret; vt ex illa memorabili Cleonis Oratione refert Thucydides, hac enim in re ſinguli ſubditi non aliter quàm meri executores haberi debent, ad quos iuris iuſtitiæquè cognitio, cura, aut ſollicitudo nulla pertinet, Vaſq. *lib. 4 contr. c. 8.* proinde congruenter Otto Imperator apud Tacitum dixit, ſi vbi iubeantur, quærere ſingulis liceat, pereunte obſequio etiam Imperium intercidit Deckerus *lib. 2. diſſert. 5. ſub n. 13.* quippe Magiſtratus conſtituti ſunt, vt per illos vim & iniuriam nobis factam amoueamus, *l. ex tat. ff. quod metus cauſſa. l. vlt. C. vnde vi.* belliſſimè Caſſiod. *lib. 2. epiſt. 10.* hinc eſt, inquit, quod legum reperta eſt ſacra reuerētia, vt nihil manu, nihil proprio ageretur impulſu, ſed forte replicabis & hic, quòd Magiſtratus vel Superior prædicta non faciat, iuſtisquè tuis precibus non annuat, vt propterea ad arma, vel alia media defenſioneſquè confugere neceſſum ſit, at priori modo innodatus es, affectus & cupiditates in te dominantur, non inclinatione ſed ratione duci debes, dicit *cap. ſententia 11. quæſt. 3.* quòd ſententia Paſtoris ſiue iuſta ſiue iniuſta (vide tamen ibi *cap. cui illata*) fuerit, timenda ſit, optimè ad propoſitum Grotius *lib. 1. de iure belli, cap. 2. num. 8. ex Cicer. de finibus,* dicit, quòd ex cupiditatibus odia, diſſidia, diſcordiæ, ſeditiones & bella naſcantur, nunc autem omnia bellis plena, vbique enim oberrant cupiditates & per omnes terras excitant appetitum rerum alienarum vt Maximus Tyſius dicebat; Pax & concordia vbique hodie in ore & nomine, in ambitione verò imperium prætenditur, in ſumma docet Imperator *in l. vnic. C. de caduc. tollend.* omnia ferè hominis incommoda ex diſcordia oriri, vti ex proprio fonte, bona autem omnia ex concordia, cuius præceptis conſequens eſt, quod docet Ariſt. *lib. de generat. & corrupt.* interitum rerum fieri ex diſcordia, ortus vero cauſari ex amicitia, quam multas è contra vtilitates adferat, præcepta Dei & ſuperiorum cuſtodire vide in Luca de Penna *in lege Quicunque, num. 1. Cod. de comeatu,* quæ vtique

Digitized by Google

& tu conſequeris, ſi ſuperiorem ſequaris, vel eiuſdem mandatis & præceptis obedias, quod in dubio faciendum eſſe docuit rectè Zoanett. *ſupra alleg. alioquin dicit num. 84.* recluderetur hac ratione fraudibus via, & nequiſſimo cuique, nihil non moliendi ceruicemqúe improbam pro ſuo libitu in Magiſtratum contumaciter erigendi, magna eſſet anſa, quod & Ethnicis ſemper deteſtabile fuit; per iura ibi allegata; enimuero licet timentes Dominum honorent Magiſtratum ſuum *Syrach. c. 10.* Memineris tamen quòd ſemper Domino Regionis honor tribuendus & parendum ſit, quatenus iubet & præcipit, quę Domino Religionis non ſunt contraria; quibus non apparentibus, nec dubito, quin ad ſtrictam obedientiam tenearis, quis enim aliter hodierna ſpoliatoria & piratoria, vt quidam dixit, quorum iuga facientibus ſunt ſuauia & onera leuia, dirimet diſſolnetque? Sed eheu:

Iam ratio & virtus, Maieſtasq; exulat omnis
Reſpectuq; carent, gloria, fama, Deus.
O amor, ô pietas noſtris male cognita ſeclis.

CAPVT X.

De Bono Pacis eiusq; Priuilegiis, & de Bello atque eiuſdem malis remiſſiuè.

1\. QVandoquidem igitur te diſcordante pax haberi non poteſt, quam tamen ex mente D. Thomæ omnia entia naturaliter appetunt & quitem, quod hodie peræquè omnes ſentimus, vt ad ſolum nomen pacis animi noſtri in gaudia ſummi boni transferantur, è contrario ex ſola voce, vel fama continuationis belli maximo mœrore afficiantur, & ad vnum omnes contremiſcant, qui barbaricum illud huius temporis bellum vel ſemel experti fuerunt, pax bonum ab omnibus laudatum inquit Marian. *Orat. 10.* ſed quod pauci cuſtodiunt, omnibus dulce nomẽ pacis, res verò ipſa cum iucunda tum ſalutaris, Cic. *Phil. 13.* ſed ſupereſt vt verbis facta firmentur, vt dicit Lactant. rebus verba ſunt minora Symmach. *7. 130.* Denique quid verbo opus eſt, ſpectemur agẽdo, Chriſtus ipſe cuius actio, *iuxta Theologos,* noſtra debet eſſe inſtructio; pacem ſedulo docuit præcepitque, cuius priuilegia etiam in iure noſtro ſingularia ſunt, quippe propter bonum pacis multa licent, quę aliàs non licerent, latè Mantic. *de Tacit. & ambig. lib. 27. tit. 3. per tot.* pax & concordia victis vtilia, Victoribus pulchra Tacit. *hiſtor. 3* è contra plurima mala & triſtes belli effectus, cuius non ſolum aduentus, teſte Cicer. *pro L. Man.* ſed & metus ipſe, calamitatem adfert, facit & illud Plinij *8. epiſt. 17.* paruulum differt, patiaris aduerſa an exſpectes; tollitur omnis ſocietas in bello & pericula varia omnibus intentantur, Iudic. *cap. 5. 6. 7. & 11.* Ierem. *cap. 5. & 6.* Iſaiæ *cap. 26. 32. & 37.* Deuter. *cap. 28.* & omnis lætitia tollitur in eo, Iſai. *cap. 24.* Ierem. *cap. 7. 10. & 25.* aliaque mala relata *in gloſſ. in l. 1. verb. ſi deſinunt, Cod. publ. lætitia &c.* pacis & belli reſpectiuè commoda & incommoda Germani paucis complectuntur: Friede nehrt / Vnfriede verzehrt / quod & in priuatorum cauſis euenire videmus, magis igitur in publico bello, ob quod non liberi parentibus, non coniuges maritis, non Deorum ſimulachra templis ſuis relinquuntur Iuſtin. *lib. 8.* hinc bellum dicitur per Antiphraſin quaſi minime bellum, nam iuxta Poetam:

Nulla fides pietasq; viris qui caſtra ſequuntur.

Vide tamen *cap. non exiſtimare 3. quæſt. 1.* quibus vtique conſideratis Cyneas ſapienter Regi Pyrrho *apud Plutarch. in eius vita,* bellum, aduerſus Romanos paranti, diſſuaſit,

ſit, quid ait illi, ſi Dijs fauentibus victoriam de Romanis portaremus, poſtea agere nobis maximè expediret, reſpondit Pyrrhus, Romano milite aſſumpto iremus in Siciliam, replicat Cyneas, his demum peractis quid agendum reſtaret, reſpondente Pyrrho læti feſta celebraremus. Aſt ait Cyneas: O Rex! quid modo prohibet, quin cum magna lætitia & ſummo omnium applauſu quietè ſimul viuere poſſimus; vtinam modo Cyneas & non Pyrrhos haberemus, ſed quis hodie inter magna pericula magnaqúe præmia, vel lucri ſpem non conſopitur? quid non facit & excitat habendi cupido? ſcilicet arma & bella, pauci ſua ſorte hodie contenti viuunt, habendi appetitus omniū pene mortalium pectoribus expugnatis ampliſſime dilatauit imperium, & funeſtiſſimis bellis adhuc hodie dilatari tentatur, nec enim quod habet numerat tantum, ſed etiam quod non habet, optat, vt inquit Manilius, vnde recte Timon:

Ambitionis homo vana eſt pleniſſimus vter.

2. Verum quo grauiora & funeſtiora ſunt belli incommoda, eo diligentius cauſas eiuſdem inueſtigare & iuſtificare teneris, de quibus vide Canon. *ad tit. Decretorum, x. de Treuga & pace, ibi allegatos DD.* per Barboſ. & Gregor. Tholoſ. *lib.11. de repub. c.1. & aliquot ſeq.* Grotium *de iure belli*. Quinque belli iuſti requiſita recenſet Guido Pap. *deciſ. 191. num.3.* adde Damhaud. *in praxi crim. cap 28. tit. de bello,* Tepatum *in Compend. deciſ. tit. 547. de bello & pace, & de geſtis in bello, & de duello, vbi varia, & tit. 548 de re & iure militari.* Et dicit Gamma *deciſ. 335. num.8.* quòd Rex conſulendus ſit à ſupremis iudicibus, quando cauſa tractatur de iuſtitia vel iniuſtitia belli vide Bonac. *de reſtit. in particul. diſp.2. punct. vlt. §.1. & ſeqq.* Ferdin. de Caſtro Soc. IESV *de virtutib. & vitiis diſp.2. de conſcientia opinante punct.7. & 8.* item *Tract. de Charitate & aliquot in locis,* Luc. de Pen. & Gail *de pace publ. lib.1. cap.4.* item Mager. *de aduoc. armata, cap.11 num.227. & ſeq,* & rurſus *num.500. & ſeq. & aliqua argumenta pro defenſionis neceſſitate cap.16. num.530. & ſeq.* ex quibus alijsqúe licet quis argumenta pro & contra elicere poſſit, & hæc prout quiſque vult, ita ſibi accommodet; quippe abutentibus nihil ſacroſanctum, & inſipientibus nihil periculoſum, cogitare tamen debet illud *Pſal. 142* Domine exaudi orationem meam, & non intres in iudicium cum ſeruo tuo (vtinam Dei verus ſeruus eſſes, non qualis Nabuchodonoſor ſeruus Dei appellatur per Ezechielem *cap. 29.* & Attila Hunnorum Rex ſeipſum, metum orbis & flagellum Dei; & Tamerlanus ſe iram Dei nuncupabant; Naucler. *vol. 2.* quibus illud in ore eſt, quæritur exitus belli, non cauſa, & in ſumma, fortuna æquius quod validius, quando ius eſt in armis, ait Seneca, & opprimit leges pudor, penitus inter arma ſilent leges) quibus verbis docemur, nobis à tribunali Diuinæ Iuſtitiæ ad tribunal Miſericordiæ eſſe confugiendum, nam ſi iniquitates noſtras obſeruaueris Domine, quis ſuſtinebit *Pſ. 129.* Quemadmodū Practici norunt, duo ſummi Pontificis tribunalia eſſe Romæ, quorum vnum iuſtitiæ, alterum ſignaturæ gratiæ dicitur, ad hoc enim confugiunt, qui iuſtitiam ſuam nō valent defendere. Et rurſus *Pſal. 13.* inquit Dauid, ſimul declinauerunt, omnes inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.

Quare iure optimo S. Cyprianus ad Demetr. Ecce, inquit, irrogantur diuinitus plagæ, & nullus Dei metus eſt, ecce verbera 3.

deſuper & flagella non deſunt, & trepidatio nulla, nulla formido eſt, ſed Ierem. *c.1.* virgam vigilantem vidit, vt ſciamus Deum vigilare ad punitionem & correptionem peccatorum, ſimulque cogitent bellum illicitè inferentes, quod teneantur de omni damno, homicidio, & violentia quæ inde ſequuntur & inferuntur per milites ſuos, iura & DD. allegat Nicol. Euerhardi iun. *vol. 2. conſil. 1. num. 95. & Canon. in cap. ſicut dignum,* vbi præcipue Innoc. *x. de homicid. & in cap. ſicut, x. de iureiur.* Verum fruſtra hæc inculcantur, quia homicidium cum admittunt ſinguli, dicit S. Cyprian. *2. ep. 2.* crimen eſt, virtus eſt cum publicè geritur, hinc quot vides gloriari in occiſiones interemptorum, qui tamen iuſtum bellum non fouent, & ſic in proprium incommodum, quod in die illo experientur, ego pro nunc eſſe Regem, tam rigidum examen tunc non ſuſtinerem.

4. Præterea bona & commoda pacis, & quòd Chriſtiani ad ea quærenda obligati exiſtant apud Luc. de Pen. *in l. quicquid, num. 33. & ſeq. Cod. publica lætitia,* Gregor. Tholoſ. *de Republ. lib. 1. cap. 1. & cap. 23. & lib. 21. cap. 12.* qui ex profeſſo de militari, cura in republ. agit *lib. 11.* & Lipſ. *in Polit. lib. 5.* Gail. *lib. 1. de pace publ. & eius violatorib.* bona pacis breuiter tradit Poëta:

Pax hominum genitrix. pax eſt cuſtodia rerum,
Pax aperit Iuris Iuſtitiaq; forum. Item:
——— ——— *Pax optima rerum.*
Quas homini nouiſſe data eſt, pax vna triumphis
Innumeris potior, pax cuſtodire ſalutem.

adeò vt pax etiam iniqua, inter Chriſtianos bello iuſto præferenda ſit, Gail. *lib. 1. de pace publ. cap. 4. n. 43.* quod declara ex Tholoſ. *d. lib. 11. c. 13. num. 8.* qui cum Gailio ad propoſitum quoque videri poterit de bello, pace, & militari diſciplina; ruſſus de pace, eiusque ſpeciebus & bonis latius agit Dn. Efferen *de Ratione ſtatus ſeu Idolo Princ. lib. 5. punct. 6.* & Peguer. *deciſ. 39.*

Adde ſi placet, de bello ac eiuſdem requiſitis P. Layman *in Theolog. moral. lib. 2. tract. 3. c. 12. n. 18.* quomodo Principes bellum gerentes & ſtipendia militibus debita non ſoluentes excuſentur, & præter Tepat. *in compend. deciſ. tit. 546.* de pace & bello, ſcimus tamen ſolutionem ſalarij differri, nedum denegari, valde periculoſum eſſe, quia diſciplinam ſeruare non poteſt ieiunus exercitus, dum quod deeſt, ſemper præſumit auarus, rurſus autem de pace præter Nazian. *in orat. de pace,* qui allegatur à Gratian. *tom. 3. diſcept. forenſ. c. 538. n. 23. & ſeq.* vbi valde pulchra de iſta ſalutatione Pax vobis, de oſculo pacis, quod datur in Miſſa, ſignificare pacem datam diſcipulis, vt eam non ſolum habeamus in ore, ſed etiam in pectore, & ideo Sacerdotem oſculari altare, quod ſignificat Chriſtum, vt ab eo accipiatur pax vera, quæ populo detur, ibi & de illo, quod dicitur in Miſſa, Dominus vobiſcum & cum Spiritu tuo, &c. quodq; S. Bernardus iuſſu Pontificis Innocentij II. Spiram profectus ad fœdera inter Principes componenda, audiuerit ab Imagine B. Virginis hanc ſalutationem: Salue Bernarde; de quo & Naucler. *gener. 39. An. Dom. 1142.* dicamus igitur cum iſtis: Pax vobis; pax omnibus, de quo latè Gratianus. vide & Arnold. à Reyger *in therſauro iur. in verb. Pax.* ibi varij repetiuntur caſus. Gueuar. *in horolog. Princ. lib. 3. c. 15.* recitat commoda pacis, & quod multi ex leuiſſimis cauſis bella mouerint oſtendit, vide ibi, & Cardin. Mant. *de tacit. & ambiguis, lib. 22. tit. 1.* quid ſit pax & quæ ſpecies eius, *tit. 2.* quæ ſit differentia inter pacem

Digitized by Google

pacem & inducias *tit. 3.* quibus modis pax fieri poſſit *tit. 4.* quot modis tacitè facta intelligatur *& in tit. ſeqq.* de interpretatione & intellectu ambiguæ pacis, conuentionis, de eiuſdem ruptura, & de fœderum conuentionibus, quem conſulas in caſibus occurrentibus, cum ijs qui proprios Tractatus deſuper ſcripſerunt, vt præter alios Corſet. *in tract. de priuileg. pacis*, Beſold. *in diſſertat. polit. iuridica diſſert. 3.* de pace paciſquúe iure latè quoque Pater Contzen *lib. 10. polit. cap. 1. & aliquot. ſeqq.* & rurſus de malis belli, præſertim Chriſtianorum Eraſm. *4. apoph cent. 1.* & Damhaud. *in praxi criminali, cap. 82. & ſeqq.* vbi varia de bello & Officiatis *& cap. 84.* de pace & de bono pacis. vide quoque aliquot moralia in Kellero *de offic. iurid. polit. lib. 2. c. 7.* breuiter Owenus ſic de bello:

Bella famem, peſtemq́; fames mortalibus adfert,
Eſt igitur bellum peius vtroque malum.

CAPVT XI.

De Obedientia militari, & de effectu boni Conſilij.

1\. PОrro qui mitia detrectant imperia, præſertim in bello, Manlia ſæpe percipiunt, ſed præter *cap. quæritur 22. quæſt. 2. de filio Regis Saul*, ad hoc eſt textus *in l. 3. §. 15. ff. de re militar.* in bello, inquit, qui rem à Duce prohibitam fecit aut mandatum non ſeruauit, capite punitur etiamſi res benè geſſerit, quod ipſum hiſtorijs illuſtrat Tiraquell. *de pœnis tempor. cauſa 52.* & inducit Couar. *in Clementin. ſi furioſus par. 2. in pr.* An is, qui delinquendo Reipublicæ profuit, puniri poſſit; adde Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 354. num. 33. & ſeqq.* Scacc. *lib. 1. de iudic. cap. 97. ſub num. 187. & ſeqq.* & aliquas hiſtorias ex Gail. *lib. 1. de pace publ. cap. 4.* prius verò adeò compertum erat antiquis, vt Carthaginenſes referente Alexandro ab Alex. *lib. 4. cap. 6.* ſi aliquis ex eorum Ducibus prauo conſilio, licet felici euentu, pugnaſſet, in crucem elatus pęnam daret, ita vt nec victoria, triumphus, nec honor, aduentus, nec hoſtium ſuperba ſpolia eum liberare poſſent, (declara niſi ex noua cauſa prælium commiſerit Franciſc. Crem. *ſing. 151.*) vti & Manlius filium ſuum fœliciter, ſed contra mandatum pugnantem interfici iuſſit Liu. *decad. 1. lib. 8.* hinc dicuntur Manlia Imperia, etenim prudentes viri non quod euenerat conſiderabant, ſed quod moraliter ex inconſiderato certamine euenire debuiſſet, quandoquidem vt & vulgo dicitur, non licet in bello bis peccare, ſat quippe miſer eſt qui ſemel miſer eſt, quare ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebit *Eccleſ. 32. verſ. 24.* rectè ille apud Curtium dicebat, malo, fortunæ me pœniteat, quàm victoriæ pudeat, raro quippe peccat, qui ſedulo obtemperat, adeo vt aliquando præcipienti intermitti aliquod bonum adhuc obediendum ſit, quia per obedientiam creſcit obedientis virtus, & ex virtute meritum, à quo nec metus, alioquin in conſtantem virum cadens, milites liberat Scaccia *de commerc. & camb. §. 1. quæſt. 7. p. 2. ampl. 19. num. 49. & ſeqq.* iunctis ijs, quæ tradit *ſub num. 67. & ſeqq.* vbi & confirmantur prædicta, & ratio iuris clara eſt, quod nulla occaſione vel colore quæſito, res prohibita facienda ſit, imò ſi quis rem prohibitam facit (etiamſi non ſit iuſta vel probabilis prohibitionis cauſa, ob quam quis mouetur) nihilominus puniendus eſt, cum etiam in leuioribus attendatur, non ſolum quòd nocet, ſed & quòd nocere poteſt, ſicut & ius ſtatuitur non ſolum ex eo, quod eſt,

Digitized by Google

eſt,ſed quod eſſe poteſt, prout prædicta latiús comprobat Luc. de Pen. *in l. ſi quis, ſub num. 28. 29. & 30. Cod. vt nemo ad ſuum patrocin.* haud mirum igitur eſt, quòd Æneas militibus ſuis præceperit, ne ſe abſente, vel inſcio quidquam contra hoſtem attentarent, prout teſtatum reliquit Virgil. *6.* Æneidos hiſce verſ.

Namque ita diſcedens præceperat optimus armis
Æneas, ſi qua interea fortuna fuiſſet
Nec ſtruere auderent aciem, nec cedere campo,
Caſtra modo, & tutos ſeruarent aggere muros.

Qui verſ. referuntur à Gail. *lib. 1. de pace public. c. 4. n. 28. & ſeq.* vbi quoque limitatur. Enimuerò quemadmodum ſine Conſilio Ducis belli, prælium non initur, ſic ex prçlio cum illius conſilio, ſubſecuta victoria, eidẽ adſcribi ſolet, quemadmodum ſuper eiuſdem contrario querimonias fuiſſe factas haud ignoro, nam vt habetur *Sap. 6.* Melior eſt ſapientia quàm vires, & vir prudens quã fortis; exornatur apud Ioan. Baptiſt. Frag. *de Regim. Reipub. Chriſt. p. 1. lib. 1. diſp. 1. §. 1. num. 4. & ſeqq.* quòd ſcientia & prudentia plus valeant quam arma, & de vtriuſque differentia, quædam pulchra vide apud eum, & de Capite Militiæ Lipſium *in Polit. lib. 5. cap. 14. & ſeqq. vbi & ad propoſitum cap. 16.* de neceſſitate boni conſilij in bellis requiſiti exornatur, & quomodo conſulendum ſit *lib. 3. cap. 8. ibi latè in additione & capit. præcedentibus.*

2. Vnde fit apud Amm. 17. vt miles ſtrenue factis, Ductor prudenter conſultis exultet, delectio autem Capitis vel Ducis belli, præ alijs conſilio & prudentia inſignis, eo magis neceſſaria, quo eſt notius illud apud Stob. *ſerm. 75.* quòd exercitus ceruorum Imperatore leone, quàm leonum Duce ceruo præſtantior eſſe cenſeatur, nam vt dicebat Publius, Ducis in conſilio poſita eſt virtus militum, Dux autem ille eſt, vt deſcribitur per Auctorem *Tract. Onus Eccleſiæ cap. 25. in princ.* qui Regis exercitum informat ad prçlium, qui timorem & fiduciam in Deo habet ſicut Ioſuæ, qui vtilitatem Domini, non propriam quærit, vt Ioab, qui zelum legis & commodum proximi diligit, vt Iudas Machabæus, tales Duces æquiparantur vnicorni, & ſunt optimi, cor virile & charitatem Dei habentes, ſed quales nunc ſint, ibi quoque videre licet, optimos Gubernatores ait Symm. *4. 7.* mediocrium etiam remigum manus iuuat, vnde celebratur adhuc hodie Euripidis dictum: Mens vna ſapiens, plurium vincit manus. Sic olim de Romanis dici ſolebat; Romanus ſedendo vincit; nam nihil proſunt arma foris, inquit Cicero, niſi conſilium ſit domi; hinc Plaut. Magis conſiliarius amicus eſt, inquit, quàm auxiliarius. & Boët. *2. conſolat. 1.* Rerum exitus prudentia metitur, quippe iuxta illud Herodotis: Vbi ſapientia opus eſt, ibi vis nihil proficit, Horat.

Vis conſilij expers mole ruit ſua.

Item:

Conſilio vtilius quàm viribus arma reguntur
Militis eſt robur conſiliumq; Ducis.

Nam melior eſt ſcientia, quàm arma bellica *Eccl. 9.* exornatur in Magero *in floril. locor. commun. lit. B. verb. Bellum, num. 118. & ſeq.* conforme eſt, quod teſtatur Tacitus *in annalib.* Omnium temporum euentus docuit plura, in ſumma, fortuna, auſpicijs & conſilijs, quàm telis & manibus geri, quemadmodum DD. tradunt, omnia opera noſtra fieri debere, vt tritæ illæ voces faciendum docent; *viſis videndis, & conſideratis conſiderandis,* vnde Saluſt. *de bello Iugurt.* Antequam incipias, ait, conſulito, vbi conſulueris,

ris mature facto opus eſt, conſimiliter Salomon *Prouer.4.* Palpebræ tuæ inquit, præcedant greſſus tuos, nam hoc eſt vt Beda explicat, palpebras præcedere greſſus, bonum opus quod acturus es ſedula cogitatione. At hodierno tempore ſæpe nimis lenta conſilia, & inter conſultandum perimus, audendum & agendum, non conſultandum in extremis malis, Liuius *lib.22.* Nam

——— *moras extrema recuſant.*

3. Exacta autem debet eſſe prudentia quæ ordinat præſentia, futura præuidet, & præterita recordatur, vide Gregor. Tholoſ. *de Republ.lib.10.c.4.n.3.& ſeqq.* quia prudenter agenti nihil imputari debet, etiamſi negotium non ſuccedat vel deterrimè cadat, nam vt Euripides ait, vtens rebus, ſi eas bene inſtituerit, proſperè egit, ideo hoc caſu ſtolidum conſilium nemo capite luere debet, nam deerunt qui ſuadeant, ſi ſuaſiſſe periculum eſt, Curt. *lib.3.* qui ab euentu res ipſas iudicant, vel qui in comitijs exercitum ducunt, Liuius *lib.44.* apud eos male audiunt ſæpe prudentes viri, vide infra *de opinionib.* iunctis traditis per Hering. *de fideiuſſ.cap.10.num.75.& ſeq.& cap.26.n.25.& ſeq.* Ex euentu namque aliquando accidit verum eſſe illud Terentij: Benè conſultum inconſultum eſt, ſi inimicis ſit vſus, hoc tamen conſulenti non imputandum, cùm conſilium debeat eſſe in his, quæ poſſunt ſe aliter habere, Ariſtot. *6. Eth.* interim quidquid conſilio proſpici poteſt, proſpice, Senec *ad Lucillum epiſt.102.* idcirco fœlix eſt iuxta S. Bernard. *in ſerm.4.fer.4.hebd.* cuius cogitatio omnes actiones ad iuſtitiam dirigit, vt & intentio ſana ſit, & operatio recta, adde D.Thom. *2.2.q.47.* quidquid autem fiat, ſeu prudenter imò prudentiſſime cõſultum fuerit, nihilominus plebei homines ex euentu quæ prius conſulta ſunt, iudicant, ait Procop. nam vulgo conſilium penſatur euentu, optimum cenſetur quod propoſitum tenuit, peſſimũ, quod male ceſſit, vnde Liu. *lib.22.* euentus ſtultorũ magiſter eſt, iam vſu receptum eſſe teſtatur Caſſiod. *1.45.* vt qui rem aliquam non recte aggreſſi, tamen fœliciter perficiunt, optimo conſilio vſi exiſtimentur, alij contra ſtultitiæ culpentur, cũ re optima deliberata voti compotes facti non ſunt, ſecus faciunt viri prudentes & docti, qui opera non ex infœlici euentu damnanda, ſed operatione ipſa prudenti, laudem pendere dicunt, ſucceſſus non tam inſpicitur quàm conſilium, Vaſquius *in l.ſi pater, num.2. C. de inoffic. teſtam.* vbi exornatur, quod cum optimè Chriſtianiſſimus Rex Franciſcus I. Franciæ Princeps prudentiſſimus pernoſceret, dum in Papienſi bello deuictus obloquia audiret, tam exactam facti rationem dedit, vt ſi res reſtitui poſſet in integrum, quod eadem conditione vti optima, iterum dimicare vellet, Iouius *lib.6.* de vita Ferdinandi Daualij Piſcaris, initia in noſtra poteſtate ſunt inquit Seneca *epiſt.14* de euentu fortuna iudicat; & Chriſtiani diuino elogio edocti dicunt: Homines pugnant, Deus dat victoriam, ſatis aliàs notum eſt, quòd aliquando opus arduum ſemi ſenſato benè, at prudentiſſimo malè ſuccedat, quippe ſecundo vento, vti eſt in prouerbio, facilè quiuis benè gubernat; & Germani: Glückliche Narren dürffen keines Vormunds/ ꝛc ſic & Manlius *lib.3.*

Facilè eſt ventis dare vela ſecundis.

Nequaquam æqua gubernationis eſt virtus cum placido, & cum turbato mari vehere Plin. *9.epiſt.26.*

Interim paucis diuina beneficia ait Cratus *in Pluto*, dormientibus in ſinum deferun- 4.

Digitized by Google

runtur, ſed benè & ritè agentibus, nihil prodeſt agere dicit S. Ambroſ. *in Pſal. 37. tom. 4* niſi agatur vt oportet; qui ſecundos optat euentus, inquit Veget. dimicet arte non caſu, ſi quis bene agat bonoqúe vtatur conſilio, ſubintrat illud diuerbium: Faber eſt ſuæ quiſque fortunæ. & illud Germanicum: Mit Raht gethan / Niemand gerewen kan. quandoquidem rectis conſilijs euentus, nō eſt imputanda malitia, nam fortuna fortior conſilijs, vnde Poëta:

Exitus acta probat, careat ſucceſſibus opto
Quiſquis ab euentu facta notanda putet.

iunctis traditis *inf. de opinion. cap. 8.* idcircò quando præſtitimus, quod debuimus, moderatè quod euenit, feramus, Cic. *epiſt. 14.*

CAPVT XII.

De foro & Priuilegio militum.

1. HOdie ferè eſt verè militare, nihil æqui & boni arbitrari, vnde ratione militiæ multę quoque quæſtiones ad forum noſtrum perueniunt, & inprimis controuertitur inter DD. An milites hodierni temporis gaudeant priuilegio eo modo, quo olim illis competebat Gail *2. obſ 118. n. 2.* dicit concluſum fuiſſe militaria priuilegia adhuc hodie ſarta tectaq; conſiſtere adde Chriſtin. *vol. 5. ad tit. C. de veteranis deciſ. 149. & ſeq.* vbi varij quoque & notabiles caſus, diſtinctè Oddo *tract. de ſubſtit. part. 5. art. 5. verſ. Quoad primum, milites & pagani qui olim & qui nunc dicantur. verſ. Quoad ſecundum, priuilegia militum circa qua conſiſtant, & cauſa, cur tot priuilegia illis conceſſa fuerint & qua, &c.* & rurſus *verſic. Quoad tertium, quibus militibus hac priuilegia competant; An etiam Equitibus Melitenſibus ſeu Rhodianis & ſimilibus; An & illis qui extra expeditionem ſunt, atque de eorum teſtamentis,* de quo vide quoque DD. *ff. & Cod. de militari teſtamento,* & Viuium *deciſ. 491.* de militis teſtamento quatenus valeat, quod hodie inter partes controuertitur; adde ſi placet præter Conſtitutionem Maximiliani Imperatoris *de Anno 1512. de Notarijs* Aluarum Valaſcum *tom. 2. conſult. & rerum indicat. conſult. 104.* vbi diſtinctè & *de teſtameto Ducis militum, exiſtentis in arce apud Indos,* imò & familiares militum, & qui ſeruiunt pro exercitu, pro rebus ad illum ſpectantibus, habent exceptionem hoſticā & alia priuilegia militibus cōceſſa, latè Gratianus *diſcept. forenſ. cap. 34. num. 11. & ſeq.* & Oldendorp. *de priuil. militum.*

Ego ante duos vel tres annos cuidam Ca- 2.
pitaneo inhachtato aduocando inſeruiens, ſuſtinui, quod ratione homicidij non principaliter, ſed inde prætenſi damni, & operarum amiſſarum, &c. conuentus, non potuerit hic cōueniri, à conſilio militari iā antea abſolutus, alias quis de militum criminibus cognoſcat præter DD. *ad titul. Cod.* in quibus cauſis militantes fori præſcriptione vti non poſſint, tradit Viuius *deciſ. 254. & ſeq.* & quid iudicatū diſtinctè Chriſtin. *vol. 5. deciſ. 221. in auth. Cod.* diſtinctè quoque Karpzouius *p. 4. conſt. Saxon. 9. defin. 11.* vbi licet Magiſtratus loci, in quo crimen perpetratum eſt, cauſam ad iudicem militarem remittere teneatur, atq; ita ſecundùm Thuldenum ibi allegatum in Hollandia obſeruatum fuerit, tamē dicit leges à ſe allegatas, generaliter non eſſe accipiendas ſed reſtringendas ad delicta leuia, ſolam militiam concernentia, cæteroquin ſi ex enormi & communi delicto, quod in paganos & milites ſimul cadit veluti ex homicidio, ſtupro, & adulterio (quæ crimina dicantur militaria,

& quæ

& quæ communia, vide quoque Lucam de Pen. *in l. fruſtra, Cod. de re milit.*) nihil obſtat, quo minus admittatur inquiſitio & coercitio Magiſtratus loci, in quo delictum commiſſum eſt, ibi DD. & idem iudicatum refert *definit. 8. contra ſtudioſos homicidas*, vide ad prædicta pulchrum diſcurſum apud Chriſtin. *vol. 5. deciſ. 221.* vbi diſtinctè. Ego quoad milites vidi mirabiles fuiſſe excitatas Tragœdias, in caſu autem propoſito Capitaneus iſte ex Hachta dimiſſus vel abſolutus fuit, quandoquidem hic nullum delictum commiſſum, ſed miles in officio correctus & percuſſus (de percutientibus, & qui alios percutere poſſint, vide quoſdam caſus enumeratos in Barboſ. *in c. ſi quis ſuadente 7. quaſt. 4. num. 63. & ſeq.*) mortuus fuerat, ſed quia verbera non inflixerunt vulnus lethale, ſic potius ex negligentia mortuus dicebatur, inhachtatus non tenebatur ad impenſas, nec damnum operarum amiſſarum Crauetta *conſ. 119. num. 11.* latè modeſt. Piſtor. *p. 3. quaſt. 107.* & Gutier. *lib. 7. practicarum quaſtionum, cap. 6. num. 130. & ſeq.* vbi præſupponitur quòd culpa in occidente ceſſet quodq; actus licitus geſtus fuerit, aliàs vide Gail. *de pignorat. cap. 17. nu. 4.* & Griuell. *deciſ. 25.* & de militibus illorumque priuilegijs, quodque & Limitanei, & Præſidiarij gaudeant priuilegio militari Arnold. Reiger. *in theſaur. iuris lit. M. verb. Miles.*

CAPVT XIII.

De Contributionibus Militaribus & contra eaſdem oppoſitis teſtimoniis adductis.

1. F Conuerſo factum, quod ruſticus qui cum alijs incolis ſeſe apochæ ſubſcripſerat, à Capitaneo vel Magiſtro Equitum pro reſiduo contributionis ſibi reſtantis, hic conuentus & inhachtatus, verum erga præſtitam cautionem dimiſſus, exceperit apocham & ſubſcriptionem metu extortam fuiſſe, in cuius rei probationem aliquot atteſtationes teſtium Vniuerſitatis produxit, ſimul allegando, quod alios teſtes habere non poſſit, ſed replicabatur, teſtes illos eſſe de Vniuerſitate debitrice, & conſequenter non idoneos tanquam Intereſſe & commodum inde habentes, Farinac. *de teſtib. q. 60.* aliàs an, & quando ſubditus pro Vniuerſitate teſtis eſſe poſſit, vel non, vide præter Farinac. *d. quaſt. 60. num. 450. & ſeqq. & deciſ. crim. 210. & 230.* Menoch. *de arbitr. caſu 106.* diſtinctè Hondendedum *vol. 1. part. 2. conſ. 17.* Item ad hoc, vt teſtes inhabiles admittantur in ijs, quibus veritas aliter haberi non poteſt, requiri probationem, quod alij interuenire non potuerint, Gratianus *lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 444. num. 29. & ſeqq.* Idem docet Farinacius *d. Tract. de teſtibus, quaſt. 6. 7. limit. 2. num. 6. 7. & ſeq.* Atqui vero veritatem aliter haberi non poſſe, non dicitur ex eo, quod teſtes actu non interuenerint, ſed etiam quod habitu interuenire non potuerint, vti ibidem exemplis declaratur, & per totum de teſtibus inhabilibus, vnde factum ſcio quod cauſa in prima Inſtantia perdita fuerit, Ego vero poſtea Aduocatus in cauſa adhuc pendẽte, ad probationem metus plura fundamenta adduxi ex Martino Monter à Cueua *deciſ. Regni Arragon. 45.* in reſponſis ibi ſubnexis, ex quibus tot argumenta deduxi, quod lite pendente in cauſa appellationis, ſententia prouiſionalis non fuerit lata, licet petita, Anton. Faber. *in Cod. de obligat. & act. defin. 12.* deinde quod contra milites præſertim hiſce temporibus, quibus vix vlla ſuper-

Digitized by Google

ſunt antiquæ diſciplinæ militaris veſtigia, militet præſumptio Anton. Faber *in Cod. d. tit. defin. 8. num. 7. ibi & num. 1.* in additione ad propoſitum hiſce formalibus loquitur, & ſi enim iubentur milites tam mites & beneuoli eſſe circa collatores tributorum, quam audaces & feroces eſſe debeant contra inimicos, nemo tamen neſcit quàm longè aliter ſe habeant, & quantæ ſint temeritatis & audaciæ, in tanta ſcil. temporum noſtrorum licentia, & vt Cicero dicebat, Impunitate gladiorum.

2. Quemadmodum & hodie conſtat, quòd milites noſtri temporis homines malè tractent, vel cum ijſdem ita conuerſentur, vt ipſimet incolæ ex vniuerſitatib. profugiant, ne dum alij ad eos accedant, imò eiuſmodi hominum ſcil. militum dicit Nicol. Euerh. iun. *conſ. 1. nu. 47. vol. 7.* eſſe quaſi proprium, diripere & deprædari omnia, quæ ipſis fiunt obuia, quo caſu & ſimilibus, licet Zaſius *in l. ſed ſi hoc §. qui manumittitur n. 8. ff. de in ius voc.* contra noſtros teſtes concludere videatur, & diſtinctè, an & quando teſtes vniuerſitatis pro eadē teſtimonium ferre poſſint, tamen *num. 12.* declarat, ſi cauſa ſit tractata nō niſi à Regentibus Vniuerſitatem, vel per Capitulares in Capitulis Collegiorum, ita quod impoſſibile ſit teſtimonium per alias perſonas adferre, tunc ſine delectu creditur Capitularibus & Regentibus Rempublicā, quod dicit eſſe notatu dignum *cap. veniens, de teſtib. & l. conſenſu ad fin. Cod. de repud.*

3. Quartò adduximus atteſtationem Satrapæ loci & ad cautelam appellans, vel reuiſionem petens, ſe ad iuramentum ſuppletorium obtulit, nec dubito quin nunc ſententiæ reformatio ſequetur. Hoc autem lepidum accidit in iſta cauſa, quòd contributiones etiam eorum militum qui in rerum natura non erant (vt nimis prô dolor frequenter hodierno tempore cum præſentiſſimo ipſius militiæ, totiusque Imperij damno practicatur, in plerisque legionibus vel Regiminibus, Ah qualia regimina! apud ruſticos in contributionibus completa, quæ iam dudum ante, morte vel aliter fuerunt deleta, vel etiam in acie nunquam viſa, ac propterea per hoſtem deriſa. O quàm grandia mala & peccata, ſi verè & Chriſtianè fuerint ponderata, nam ſic inſiperet, qui illa non ſaperet, ſæpius conqueſta & nondū ſatis diſcuſſa, verum habent hunc finem aſſiduæ querelę ait Plin. *2. ep. 15.* quod queri pudet) peterentur ſalaria, quaſi in iſta apocha promiſſa foret ſolutio iam diu defunctis, vel ſub vexillo non militantibus equitibus, vnde illa incommoda ſequi ſolent, quòd milites in acie ſint nominales tantum, apud ruſticos reales, & conſequenter, quando pugnandum, deſunt milites, quando à ruſticis contribuendum, abundant, vt dicit S. Chryſoſt. *in cap. multi, diſt. 40.* multi nomine, pauci opere, & perbellè ad propoſitum ſcribit Syneſius *epiſt. 79.* quod bellum manibus, non nominibus & numeris opus habeat, quibus inconuenientijs malisque meo iudicio per exacta & continuanda armiluſtria non in paucis mederi poſſet & merito deberet *l. Duces militum, Cod. de officio militarium iudicum*, ne Officiati in paucitate militum (ſiquidem plurimis ex ijs deſideratis ſiue defectis pro omnibus tamen, ac ſi regimen completum foret, contributiones exiguntur & ſoluuntur) nimium diteſcant, & ruſtici ad ſiccum panem depauperentur, ſatis hodie depauperati, vt vix aut ne vix quidem panem habeant, qua vna ex re, quanti publicorum in re militari incommodorum cumuli exurgant, enumerari,

Digitized by Google

zari, nedum deſcribi ſatis poteſt, in depreſſione populi robur Principis eneruatur, populus namque contritus erigere vires Principis non poteſt, aut non vult Saresb. *ſ. 6.* permaxime accedente, quod huiuſmodi exactiones violenta etiam manu ab ipſis militibus (quorum præſidio tuti eſſe debebant) tanquam ab atrociſſimis hoſtibus medullitus tam à colonis quàm ciuibus extorqueantur, quaſi officiatos diteſcere, ſubditos verò torculari ſubiectos exprimi & exſugi oporteret, vt dicit Ferrandus Carthaginenſis quondam Eccleſiæ Diaconus, *in practica inſtitutionum, ſiue lydio lapide proba Gubernationis, cap. 16.* pulchrè quoque Saluianus *de Prouidentia Dei, lib. 5. pag. 157. & ſeqq.* Decernunt, inquit, potentes quid ſoluant pauperes, decernit gratia diuitum, quid perdat turba miſerorum, ipſi enim in nullo ſentiunt quod decernunt, quid iniquius aut indignius eſſe poteſt, quàm vt ſoli ſitis immunes à debito, qui cunctos facitis debitores, quem pluribus refert Heigius *p. 1. quæſt. 18. num. 33. vbi & num. ſeqq.* addit, Principum eſſe ius, pauperum querelas admittere, nec ſurdis auribus præterire, ſed iuxta Ciceronis & Ariſtot. præceptum, Reipublicæ moderatores non vni tantum parti Reipublicæ, ſed toti corpori æqualiter ſtudere debere, vbi quoque ad propoſitum tradit *num. 76. & ſeqq.* quod Immunitas conceſſa non trahatur ad caſus belli vel neceſſitatis minus cogitatos, & hanc ſententiam conſuetudine Germaniæ receptam eſſe teſtatur Mynſ. *4. obſeru. 70.* vide latè & diſtinctè Flores Diez *lib. 2. practic. quæſt. 21. per tot.* de his qui collectas imponere, quibus, & pro quibus bonis imponi poſſint; item, de perſonis exemptis & immunitatibus, & aliqua de exactoribus collectarum, quem propterea in caſibus occurrentibus conſulas. Item, an poſſeſſor pro præteritis collectis conueniri poſſit; vide Ant. Theſaur. *deciſ. 164.* & quis ad collectas teneatur, trado *infra cap. 19.* & Raudenſ. & Theſ. *cap. ſeq. alleg. latius infra de tempore.*

Cæterum prædictæ Officiatorũ exactiones cuiuslibet militaris diſciplinæ principijs aduerſantur, quin imò contra naturam eſt, ſolutionem ei fieri, qui non eſt in rerum natura, impoſſibile quoq; eſt quidquam prædicari de nõ ente, per notata à Card. Tuſch. *lit. E. concl. 334.* ac proinde non exiſtente aliquo credito, vel non extantibus creditoribus, ſiue militibus in rerum natura non repertis, exactio quoque ceſſare deberet Gratian. *diſcept. forenſ. c. 356. n. 23.* Barboſ. *tract. axiom. iur. vſufr. eq. axiom. 196.* quippe generale eſt, vbicunq; lex aliquid diſponit reſpectu certę rei, quod prius conſtare debeat de re illa Scac. *de iud. lib. 1. c. 71. ſub n. 3.* quãta autem ſit pœna eorum qui ex ſtipendijs militum lucrum captant Menoch. *de arbit. caſ. 514. n. 8.* & de ſtipendijs militum, & ſi illud non accipiant, vel Princeps ſoluere nequeat, quid tunc fieri poſſit & debeat Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 76.* 4.

CAPVT XIV.

De bonis per milites ablatis vindicandis, & de acquiſitis in bello.

SÆpiſſimè contingit, quòd à militibus alio rum bona diripiantur, quemadmodum aliquot ante annos inuaſione exercitus Wimarienſis factum fuit, & ſcio equos abſque pretij reſtitutione per varios Dominos vindicatos, *l. inciuilem, Cod. de furtis,* quæ ampliatur, primò procedere etiã ſtante proteſtatione, quod in vſum Domini emerentur Ludou. *deciſ. Peruſ. 42.* ſic prouiſũ in 1.

Regno Neapolitano teſtatur Riccius *p. 2. collect. 282.* Et ita omninò iudicari debere, videre licet apud Caſp. Ant. *Theſaur. deciſ. lib. 1. quæſt. 80.* ſecundo quoque ampliatur ſtante conſuetudine in contrarium Capell. Tholoſ. *deciſ. 151.* & Marant. *p. 4. diſtinct. 9. num, 76.* an ſtatutum valeat, quod emens rem in publico foro, non teneatur Domino reſtituere; inter Regios tamen & Status Hollandiæ ex conſtituto vel ad auertenda maiora mala obſeruatur, quod quoad ea quæ ab hoſtibus capta & diuendita ſunt, emptor vbique ſit tutus, nec à priſtino Domino vindicari poſſint, intellige ab hoſtibus, quandoquidem alijs non ſubditis bona ablata, & poſtmodum diuendita, militante ratione *d. l. in ciuilem,* reſtitui debent & vindicari poſſunt, quod exornatur à Grotio *lib. 3. de iure belli, cap. 16.* vbi & illud Senec. Nemo poteſt, quod non habet, dare, vel in alium transferre, limitat prædictam doctrinam Wameſius *cent. 2. conſ. 28. n. 12.* quod teneatur ad pretij reſtitutionem, tunc, cum pretium in ipſius vtilitatem conuerſum eſt, ſed vide caſum *ibi num. 13.*

2. Ex prædictis dubia redditur doctrina Chriſtinæi *volum. 2. deciſ. 113.* quod rem deprædatam emens ab hoſtibus, vt eam Domino reſtituat, habeat actionem ad pretij reſtitutionem & intereſſe, & iudicatum reperitur apud Karpzouium *p. 4. conſtit. Sax. 35. defin. 8.* quod quidem res à militibus Cæſareanis, tunc in prouincia Saxonica pro hoſtibus habitis, ablata & redempta, veris Dominis reſtituta fuerit, ita tamen, vt illi antiqui Domini poſſeſſoribus pretium refunderent, quia dicit in iuſto bello capta fiunt capientium, & ſic declarari poterit Chriſtinæus, vt rem deprædatam ab hoſtibus emens recuperet pretium, non vero ſi milites excurrendo & deprędando alijs ſurripiant, vti declarat ipſemet Chriſtinæus *in authent. liberi, num. 16. & ſeq. Cod. de Epiſc. audient.* ibi dicit ita iudicatum, & docet Luc. de Pen. *in l. ſi quis, nu. 2. Cod. de re mil.* quòd milites noſtri, qui ab hoſtibus noſtra animalia & bona eripuerunt, nobis illa reſtituere debeant, vide Karpzou. *d. defin. 8.* Sed vt omnes concedunt, illud reſtitutioni ſubiacet quod ſurripitur in bello iniuſto, quia quicquid ibi quæritur & capitur, non eſt capientis, ſed potius ſecundùm S. Auguſtini ſententiam, furtum eſt, rapina eſt, homicidium eſt, & rectè vindicari poterit; & probat illud Nicol. Euerh. iun. *conſil. 1, num. 95. vol. 2.* quòd bellum illicitè inferens teneatur de omni damno, homicidio & violentia quæ ſequitur & per milites infertur; horreo dum de quibuſdam cogito.

Oportet igitur videre qui ſint & dicantur hoſtes apud DD. *in l. hoſtes hi ſunt, ff. de verb. ſignif.* item an bellum iuſtum vel iniuſtum ſit, hinc quandoq; defendi bona quædam in mari à pyratis intercepta non fieri capientium, ſed in fuga recuperata Domino reſtitui debere abſque pretij refuſione, prout de taliter raptis in mari docet Martha *in Digeſt. nouiſſimus tom. 4. verb. Dominium cap. 4.* & de re in terra firma capta & in fuga recuperata Karpzou. *d. conſt. 35. defin. 9.* ad prædicta quoq; vide Caſp. Ant. Theſau. *d. lib. 2. q. 98.* vbi & quid ſit poſtliminium, & an hodie in vſu, non quoad perſonas, ſed benè quoad bona. Boër. *deciſ. 178.* & varij caſus in Tepato *in compendio deciſ. tit. 546. cap. 11. & 12.* de captis in bello cuius ſint, vel non, & quando fiant capientis, Vinc. de Franchis *deciſ. 768. p. 2.* vbi & ſi bona ſint amicorum, an efficiantur capientis, an reſtituantur Dominis, vide plura in Tepato, ſi 3.

tibi

Digitized by Google

tibi caſus occurrant, latiùs de poſtliminio Tholoſ. *de Republ. lib.11. cap.15.* de probatione autem ablatorum Nicol. Euerh. iun. *vol.2. conſ.1. num.97.* & DD. *in l. ſi quando C. vnde vi.* & loca deſtructa ab hoſtibus, an priuilegia ſua retineant, Gail. *2. obſ. 61.* diſtinctè Cochier *de iuriſd. ord. in exempt. p.3. q.19. 20.* plures allegat Barboſ. *in reg. l. priuilegium perſonale, 7. & ſeq. de reg. iur. in 6.*

CAPVT XV.

De remiſſionibus Canonis, præſertim Emphyteutici ob bellum faciendis, ibi & de caſibus inſolitis.

1. TEmpore belli fieri remiſſiones, inter omnes conuenit, de materia remiſſionis latè cum DD. allegationibus & declarationibus Barboſ. *in cap. propter x. locati & conducti,* diſtinctè Kopen *deciſ.27. num.12. & ſeq.* Wameſ. *ad Ius Canon. tit. locati. conſ. 329.* ibi multa de bello, & an illud præbeat iuſtã cauſam remiſſionis mercedis migrandi ex domo, *& conſ. 330.* quæ ſterilitas ob bellum dicatur, qui & *tom.2. conſ. 494.* dilucidè explicat, ſolutionis, vnde fieri debeat deſignatio, quem effectum habeat, an res obligationi adiecta, ſit taxationis vel demonſtrationis cauſa adiecta, de quo *p. 2. de tempore* latiùs dicam, item ad hoc vt fiat remiſſio, denunciatio impedimenti vel cuiuſcunq; caſus fortuiti debet fieri locatori Theſaurus *deciſ.108.* niſi ſit impedimentum notorium prout ita deciſum reperitur in Additionatore, quẽ allegat Gratian. *tom.3. diſcep. forenſ. c.557. n.10. & ſeq.* vbi in præced. dicit iuxta communiorem opinionem veriùs eſſe, nõ dari remiſſionem emphyteutæ, quãuis ſimus in canone magno correſpondente fructibus, & in puncto remittendi penſionem, quid obſeruandum vide Surd. *conſ. 34.* & Couar. *pract. quæſt. cap. 30.* quid reſpectiuè probandum, an remiſſioni locus vel non Marcellus Cala. *de modo artic. & probandi gloſſ. vn. num.160. & ſeq.* Et in materia Canonis Emphyteutici, an ob bellum remiſſio fiat diſtinctè Valaſcus *de iure emphyt. quæſt. 27.* Verum altercatio eſt inter DD. an ob bellum, ſterilitatem, caſus fortuitos, fiat remiſſio Canonis Emphyteutici, ex communi affirmat Wameſ. *ad Ius Can. tit. de ſent. & re iud. conſ.160. num.8.* vide diſtinctè plures caſus apud Molinęum *ad conſuet. Pariſ. p.2. tit.2. §.62. num.54. & multis ſeqq.* vbi refert & declarat aliorum opinionem, ſed quia & DD. *ad tit. Codicis de iure emphyt.* & in proprijs tractatibus pleniſſimè illa tractant, ideo ad eos me remiſiſſe ſufficiat, interim hoc ſolum admonuero, quod nunquam, vt credo, tale bellum fuerit, ac modernum eſt, & ideo verum ſit, quod de tempore ad tempus, ob bellum non arguatur Gratianus *tom.3. diſcep. forenſ. cap.415. num. 7.* & quia dicto tempore omnes omninò fugam ceperunt, neque ob tumultus bellicos fundum ingredi licuit, canonis ſeu penſionis remiſſionem fieri debere, priorem doctrinam declarando, docet Karpzouius *2. conſtit. Saxon. 38. defin.19.* belli namque tempore plerumque receditur à regulis Iuris, ac proinde pronunciauit Raudenſis *de Analog. cap.22. num.19. & ſeq* Emphyteutas Eccleſiaſticos propterea, quod canonem non ſoluiſſent tempore belli, redintegrandos eſſe in poſſeſſione, imò infert quod habentes priuilegium immunitatis, ab omnibus & quibuſcũq; oneribus titulo oneroſo, non excuſentur ab iniunctis ratione belli, & ibi DD. aſſerentes communem, de qua quæſtione vide Caſp. Ant. Theſaurum *lib. 1. quæſt.*

Digitized by Google

Regno Neapolitano teſtatur Riccius *p. 2. collect. 282.* Et ita omninò iudicari debere, videre licet apud Caſp. Ant. *Theſaur. deciſ. lib. 1. quæſt. 80.* ſecundo quoque ampliatur ſtante conſuetudine in contrarium Capell. Tholoſ. *deciſ. 151.* & Marant. *p. 4. diſtinct. 9. num, 76.* an ſtatutum valeat, quod emens rem in publico foro, non teneatur Domino reſtituere; inter Regios tamen & Status Hollandiæ ex conſtituto vel ad auertenda maiora mala obſeruatur, quod quoad ea quæ ab hoſtibus capta & diuendita ſunt, emptor vbique ſit tutus, nec à priſtino Domino vindicari poſſint, intellige ab hoſtibus, quandoquidem alijs non ſubditis bona ablata, & poſtmodum diuendita, militante ratione *d. l. in ciuilem,* reſtitui debent & vindicari poſſunt, quod exornatur à Grotio *lib. 3. de iure belli, cap. 16.* vbi & illud Senec. Nemo poteſt, quod non habet, dare, vel in alium transferre, limitat prædictam doctrinam Wameſius *cent. 2. conſ. 28. n. 12.* quod teneatur ad pretij reſtitutionem, tunc, cum pretium in ipſius vtilitatem conuerſum eſt, ſed vide caſum *ibi num. 13.*

2. Ex prædictis dubia redditur doctrina Chriſtinæi *volum. 2. deciſ. 113.* quod rem deprædatam emens ab hoſtibus, vt eam Domino reſtituat, habeat actionem ad pretij reſtitutionem & intereſſe, & iudicatum reperitur apud Karpzouium *p. 4. conſtit. Sax. 35. defin. 8.* quod quidem res à militibus Cæſareanis, tunc in prouincia Saxonica pro hoſtibus habitis, ablata & redempta, veris Dominis reſtituta fuerit, ita tamen, vt illi antiqui Domini poſſeſſoribus pretium refunderent, quia dicit in iuſto bello capta fiunt capientium, & ſic declarari poterit Chriſtinæus, vt rem deprædatam ab hoſtibus emens recuperet pretium, non vero ſi milites excurrendo & deprędando alijs ſurripiant, vti declarat ipſemet Chriſtinæus *in authent. liberi, num. 16. & ſeq. Cod. de Epiſc. audient.* ibi dicit ita iudicatum, & docet Luc. de Pen. *in l. ſi quis, nu. 2. Cod. de re mil.* quòd milites noſtri, qui ab hoſtibus noſtra animalia & bona eripuerunt, nobis illa reſtituere debeant, vide Karpzou. *d. defin. 8.* Sed vt omnes concedunt, illud reſtitutioni ſubiacet quod ſurripitur in bello iniuſto, quia quicquid ibi quæritur & capitur, non eſt capientis, ſed potius ſecundùm S. Auguſtini ſententiam, furtum eſt, rapina eſt, homicidium eſt, & recte vindicari poterit; & probat illud Nicol. Euerh. iun. *conſil. 1, num. 95. vol. 2.* quòd bellum illicitè inferens teneatur de omni damno, homicidio & violentia quæ ſequitur & per milites infertur; horreo dum de quibuſdam cogito.

Oportet igitur videre qui ſint & dicantur hoſtes apud DD. *in l. hoſtes hi ſunt, ff. de verb. ſignif.* item an bellum iuſtum vel iniuſtum ſit, hinc quandoq; defendi bona quædam in mari à pyratis intercepta non fieri capientium, ſed in fuga recuperata Domino reſtitui debere abſque pretij refuſione, prout de taliter raptis in mari docet Martha *in Digeſt. nouiſſimus tom. 4. verb. Dominium cap. 4.* & de re in terra firma capta & in fuga recuperata Karpzou. *d. conſt. 35. defin. 9.* ad prædicta quoq; vide Caſp. Ant. Theſau. *d. lib. 2. q. 98.* vbi & quid ſit poſtliminium, & an hodie in vſu, non quoad perſonas, ſed benè quoad bona. Boër. *deciſ. 178.* & varij caſus in Tepato *in compendio deciſ. tit. 546. cap. 11. & 12.* de captis in bello cuius ſint, vel non, & quando fiant capientis, Vinc. de Franchis *deciſ. 768. p. 2.* vbi & ſi bona ſint amicorum, an efficiantur capientis, an reſtituantur Dominis, vide plura in Tepato, ſi 3.

tibi

Digitized by Google

tibi caſus occurrant, latiùs de poſtliminio Tholoſ. *de Repub. lib. 11. cap. 15.* de probatione autem ablatorum Nicol. Euerh. iun. *vol. 2. conſ. 1. num. 97.* & DD. *in l. ſi quando C. vnde vi.* & loca deſtructa ab hoſtibus, an priuilegia ſua retineant, Gail. *2. obſ. 61.* diſtinctè Cochier *de iuriſd. ord. in exempt. p. 3. q. 19. 20.* plures allegat Barboſ. *in reg. l. priuilegium perſonale, 7. & ſeq. de reg. iur. in 6.*

CAPVT XV.

De remiſſionibus Canonis, præſertim Emphyteutici ob bellum faciendis, ibi & de caſibus inſolitis.

1. TEmpore belli fieri remiſſiones, inter omnes conuenit, de materia remiſſionis latè cum DD. allegationibus & declarationibus Barboſ. *in cap. propter x. locati & conducti,* diſtinctè Kopen *deciſ. 27. num. 12. & ſeq.* Wameſ. *ad Ius Canon. tit. locati. conſ. 329.* ibi multa de bello, & an illud præbeat iuſtā cauſam remiſſionis mercedis migrandi ex domo, *& conſ. 330.* quæ ſterilitas ob bellum dicatur, qui & *tom. 2. conſ. 494.* dilucidè explicat, ſolutionis, vnde fieri debeat deſignatio, quem effectum habeat, an res obligationi adiecta, ſit taxationis vel demonſtrationis cauſa adiecta, de quo *p. 2. de tempore* latiùs dicam, item ad hoc vt fiat remiſſio, denunciatio impedimenti vel cuiuſcunq; caſus fortuiti debet fieri locatori Theſaurus *deciſ. 108.* niſi ſit impedimentum notorium prout ita deciſum reperitur in Additionatore, quē allegat Gratian. *tom. 3. diſcep. forenſ. c. 557. n. 10. & ſeq.* vbi in præced. dicit iuxta communiorem opinionem verius eſſe, nō dari remiſſionem emphyteutæ, quāuis ſimus in canone magno correſpondente fructibus, & in puncto remittendi penſionem, quid obſeruandum vide Surd. *conſ. 34.* & Couar. *pract. quæſt. cap. 30.* quid reſpectiuè probandum, an remiſſioni locus vel non Marcellus Cala. *de modo artic. & probandi gloſſ. vn. num. 160. & ſeq.* Et in materia Canonis Emphyteutici; an ob bellum remiſſio fiat diſtinctè Valaſcus *de iure emphyt. quæſt. 27.* Verum altercatio eſt inter DD. an ob bellum, ſterilitatem, caſus fortuitos, fiat remiſſio Canonis Emphyteutici, ex communi affirmat Wameſ. *ad Ius Can. tit. de ſent. & re iud. conſ. 160. num. 8.* vide diſtinctè plures caſus apud Molinæum *ad conſuet Pariſ. p. 2. tit. 2. §. 62. num. 54. & multis ſeqq.* vbi refert & declarat aliorum opinionem, ſed quia & DD. *ad tit. Codicis de iure emphyt.* & in proprijs tractatibus pleniſſimè illa tractant, ideo ad eos me remiſiſſe ſufficiat, interim hoc ſolum admonuero, quod nunquam, vt credo, tale bellum fuerit, ac modernum eſt, & ideo verum ſit, quod de tempore ad tempus, ob bellum non arguatur Gratianus *tom. 3. diſcept. forenſ. cap. 415. num. 7.* & quia dicto tempore omnes omninò fugam ceperunt, neque ob tumultus bellicos fundum ingredi licuit, canonis ſeu penſionis remiſſionem fieri debere, priorem doctrinam declarando, docet Karpzouius *2. conſtit. Saxon. 38. defin. 19.* belli namque tempore plerumque receditur à regulis Iuris, ac proinde pronunciauit Raudenſis *de Analog. cap. 22. num. 19. & ſeq* Emphyteutas Eccleſiaſticos propterea, quod canonem non ſoluiſſent tempore belli, redintegrandos eſſe in poſſeſſione, imò infert quod habentes priuilegium immunitatis, ab omnibus & quibuſcūq; oneribus titulo oneroſo, non excuſentur ab iniunctis ratione belli, & ibi DD. aſſerentes communem, de qua quæſtione vide Caſp. Ant. Theſaurum *lib. 1. quæſt.*

quaeſt. forenſ. 8. & 13. ibi & praecedentia *q. 73 cap. praeced. & cap. 19.*

2. Poſtquam autem vidi Dominos exactiſſimè penſionem & canonem exigere, putantes iuris ſui diminutionem fieri ſi quicquam remittant, vel etiam alios concedere, non ratione bonorum, ſed ex pacto conuento erga traditionem bonorum quondã factam, ſolui penſionem, putarem hoc tempore dici poſſe cum Coraſio *in l. ius emphyteut. in fin. Cod. de iure emphyt.* Chriſtianae pietatis hac in re ſemper fuerit, cum emphyteutis humaniter agere, vt non ab ijs quomodocunque licet, penſionem auarius exigant Domini, nam Veteres inquit, ſummum ius, Summam crucem & malitiam exiſtimarunt, & caſu quo ab ipſo tanquam emphyteuta penſionem exigas, docebit te Coraſius *d. loco,* quod emphyteuta non praeſtet penſionem pro fructibus, ſed honoris gratia, & in ſignum recognitionis Dominij, per iura & DD. ibi allegatos, ſi verò magna praeſtetur penſio etiam in contractu cenſuali, tunc quia penſio cenſetur potius conſtituta in compenſationem fructuum, exceditq; terminos contractus cenſualis & emphyteutici, (in quibus penſio propriè in recognitionem Dominij dari ſolet) res potius accedere videtur locationi perpetuae, ideo iure meritò remiſſioni locus eſt ob bellum, etiamſi aliquid perceptum foret, & ita docet Griuell. *deciſ. Dolan. 9.* imò etiamſi conductor vel emphyteuta cum iuramento ſe obligauerit, ſi tamen ſolutiones & penſiones ſtatuto tempore non praeſtiterit, ex neceſitate & vrgentia paupertatis, eo caſu à conductione vel emphyteuſi minimè cadit Borell. *in ſumma deciſ. lib. 1. tit. 60. num. 73. & ſeq.*

3. Deinde meminerint Domini caſus inſolitos fortè praecautos, non comprehendere caſum magis inſolitum, ſiue ante bellum nunquam viſum neque cogitatum, contractus enim ad caſum incogitatum non extenditur Zaſius *in l. damni, §. ſed quod, num. fin. ff. de damno infecto,* neque renunciatio caſuum fortuitorum comprehendit inſolitos, & grauiores expreſſis, vti iudicatum reperitur apud Caeuall. *in communib. opinion. quaeſt. 702. in fin.* adde omninò Surd. *deciſ. 376. num. 49. & ſeq.* vbi dicit, non obſtare pactum appoſitum, quod ſiue lucrum, ſiue damnum ſequeretur, idipſum cederet conductoris commodo vel incommodo, quia dicit per hoc non cenſetur ſuſcepiſſe caſum fortuitum, qui contingit propter aduentum belligerantis, & licet aliàs non fieret remiſſio, nihilominus fit, ſi contingat caſus incogitatus & contra ſpem hominum, etiamſi verba renunciationis periculi & caſuum fortuitorum eſſent generalia, & apta includere caſus innominatos & minores expreſſis, vide ibi, quos alioquin in ſe quis recipere poteſt, etiam minor, qui non reſtituitur, ſi non aliunde probetur laeſio Ant. Faber *in Cod. tit. locati, defin. 15. vbi & defin. 53.* etſi conuentionum clauſulae generales, ad incogitata non extendantur, non poteſt tamen dici de caſibus inſolitis non cogitaſſe illos, qui incogitatum quemlibet, conuentione comprehendi voluerunt, quod tamen non feciſſe intelliguntur, niſi hoc ipſum verbis palam expreſſum fuerit, adeo vt etiam clauſula ab omni & quocunque onere liberum, non includat caſum inſolitum & imaginarium Gigas *de penſionib. quaeſt. 66.* vide tamen Wameſium *tom. 1. conſ. 277* an penſionarius teneatur ad contributionem huiuſmodi oneris inſoliti, praedicta autem in eum finem refero, vt magis confirmetur concluſio pro-

Digitized by Google

propter hodierna tempora, iunctis traditis per Gail. *2. obſ. 23. num. 18.* & Gratian. *lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 195. num. 7. & ſeqq.* vbi dicit, quòd renunciatio omnium caſuum fortuitorum non comprehendat inſolitos, & *Tom. 3. cap. 557. num. 67. & ſeqq.* vbi ampliatur etiamſi ſuſcipiatur periculum caſuum fortuitorum, & adſit iuramentum, dictumquè fuerit de caſu cogitato & incogitato, & per Surd *deciſ. 326. num. 49. & aliquot ſeqq.* vbi & procedit, licet dictum fuerit quòd damnum & lucrum cederet conductori, & quod caſus inſolitus dicatur, qui opinione prudentis viri non erat ſucceſſurus, licet prudentiſſimis fortè aliud videri poſſet, & per totum multos caſus faciendæ remiſſionis recenſet, ſed tamen non vnam eſſe deſuper DD. deciſionem videre licet apud Chriſtinæum *vol. 3. deciſ. 111. num. 5. & ſeqq.* qui dicit hæc accuratiſſimè diſcuſſa reperiri apud Caſtil. *tract. quotid. controu. Iuris cap. 3.* & quia tempus belli & peſtis ſępè comparatur, quęritur apud Chriſtinæum *deciſ. ſeqq. 112. num. 2.* an ob peſtem & ſpectra nocturna migrare quis poſſit, ad propoſitum autem *deciſ. 119. num. 9.* iudicatum dicit, & communem DD. ſententiam quod re emphyteutica ab hoſtibus occupata, emphyteuta non teneatur ad penſionem, minus habebit locum caducitas, quando emphyteuta non percepit fructus, nec percipere potuit Caualc. *part. 3. deciſ. 8. num. 15.* alias apparet controuerſa opinio in præcedentibus, an emphyteutæ fiat remiſſio, qui magnam ſoluit penſionem, idem *late de caſ. fortuitis & improuiſis* tractat Stamm. *tract. de ſeruit. perſon. lib. 2. c. 16.* imò & timor belli idem operatur quod bellum Boër. *deciſ. 249.* vbi & an ſuperueniente bello fiat remiſſio conductionis prædiorum, & qui hoſpitium conduxit ante bellum, quo non potuit vti propter ſuperueniens bellum, vide cætera *inf. de temp.* interim hic Tepatum *in compendio deciſionum tit. 94.* de caſu fortuito, & inſolito, & quis talis, an & quando cenſeatur ſuſceptus, & quid ſi temporis belli mentio facta fuerit in litteris emphyteuticis, vidi quandoque prægnantiſſimas renunciationum clauſulas, tu ijs perſpectis & bene ponderatis pro re nata iudices.

CAPVT XVI.

De ſucceſſione in bonis Militum & remiſſiue ibi.

BIs haud pridem conſului in cauſa ſucceſſionis ab inteſtato, male fundata 1.
per ſuperſtitem coniugem militis defuncti, qui in ciuitatibus Imperialibus magnam pecuniæ ſummam aliaquè mobilia depoſuerat, quæ dicta coniunx ex ſtatuto loci petebat, quam reſolui ex Wameſio *cent. 1. conſ. 9* ibi & de foro & iuriſdictione cui ſubiaceant milites illegitimi, item militis defuncti bona cuius ſint, & quando duplex patrimonium, item vbi domicilium habere cenſeatur, vide ad eum, quia notabilia ſunt, cæterum quoad bona mobilia & immobilia, quis locus attendi debeat, vide *p. 2. de ſtil. & ſtat.* diſtinctè autem & plene tractatur *inf. de dub. cap. 16.* de militis diu abſentis ſucceſſione, item de fœmina quæ maritum ſuum militem viuere vel mortuum eſſe certo non ſcit, an iterum nubere poſſit, *dict. loc.* qualiter autem probetur militem quem eſſe, vide Marcellum Calam *de modo artic. & probandi gloſſ. vn. num. 1362. & ſeqq.* & ibi allegatum Maſcar. *de probat. concl. 1054.*

CAPVT XVII.

De Depradatione militum, & quomodo delinquentes inſolidum obligentur, & quomodo auxiliantes, mandantes & conſentientes teneantur.

1. FVit inſignis quæſtio nuper determinata, dum aliquot militibus, prædam alijs ablatam diuidentibus, vnus eorum inſolidum conuentus fuit, quandoquidem plures deliquentes tenentur inſolidum Meiſnerus *lib.3. deciſ. Cam. Imp. 16. in exceptione contra petitam reuiſionem,* §. Nichts deſtoweniger *& ſeq.* ex Ronche Gallus *in l. eam, ff. de duob. reis,* cũ plures delinquunt, quemlibet ad pœnam in ſolidum obligari, vniuſcuiuſque proprium eſſe maleficium, atque vnius ſolutionem non liberare alium, quo minus ab illo inſolidum peti poſſit, idem ibi aſſeritur procedere in pœna arbitraria, debita *ex edicto ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. ibi & in verſ.* Alſo iſt es auch/ *&c. & ſeq.* varia allegantur Cameralia præiudicia, & reſpondetur ad præiudicium ex aduerſo allegatũ in grauaminibus reuiſionis, §. Zum achtzehenden/ quod ſi mandata pœnalia contra plures conſortes decernantur, quod tum in caſu contrauentionis non inſolidum ab vno tota pœna, ſed inter partes ſcindi & exigi debeat, quia dicit ex ſpeciali vel ex certa Imperatoris remiſſione, vel propter paupertatem & minorennitatem vel ſimili cauſa condemnatis hoc contigiſſe, & ita declaratur *l. Paulus reſpondit, 43. ff. de re iud.* quia loquitur de condemnatis in cauſa ciuili, ſiquidem tunc quilibet tantum pro parte condemnatus cenſetur, latè Marc. Anton. de Amatis *deciſ. florent. 52.* Caualc. *p 2. deciſ. 91. num. 23. & ſeq.* Zaſ. *in l. euidenter, num. 8. ff. de except. rei iud.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 33. num. 51. & ſeq.* vbi ampliat, quod ſententia condemnans plures obligatos inſolidum intelligatur, vt vnuſquiſque pro rata teneatur, licet obligatio originalis ſit inſolidum, modo iudex non habuerit reſpectum ad libellum, quo petitum eſſet omnes inſolidum condemnari, *& cap. 70.* de legato quantitatis præſtando, an intelligatur, vt quilibet inſolidum vel pro rata debeat, vide quia docta & notabilia ſunt, diſtinctè Papon. *de Areſtis lib. 7. tit. de conſortib. eiuſdem art. 3.* & Paulus Montan. *tract. de iure tutelæ & curat. cap. 93. & plurimis ſeqq.* agit de tutoribus inſolidum obligatis, & an tutor habeat beneficium diuiſionis ſi vel ex proprio vel communi dolo conueniatur, aliàs quando plures cenſeantur conſtituti inſolidum, agit Gratian. *tom. 1. diſcept. forenſ. c. 194.* ibi loquitur de tutoribus, procuratorib. & adminiſtratoribus, an ſufficiat vnum ex tutoribus citari, item an ſaluaguardiam habens à pluribus violatam, vtrum actionem contra omnes ſimul, vel ſingulos inſtituere debeat Mager. *de Aduoc. armata cap. 17. num. 258. & ſeqq. & num. 260. & plurimis ſeq.* quid ſi iuſſu Domini ſaluaguardia violetur, vel alia delicta perpetrentur, an & quomodo vterque teneatur & conueniri poſſit ex continentia cauſæ apud ſuperiorem, *& num. 279. & ſeq.* quid ſi fortè milites ſponte ſua fecerint, tene autẽ menti, quòd iuſſus ſuperioris in grauibus non excuſet Tiraquell. *de pœnis temp. quæſt. 97. nu. 9. & ſeq.* alias tradunt DD. notabilem cautelam, & inprimis Caſtrenſis *in l. vbi quæritur, ff. commodati, & in conſ. 242. videndum eſt an fratres & DD. in deciſ.* Rotæ Genuenſis *176. nu. 8.* quid, ex duobus reis, conuento conſulendum ſit, nempe quod exci-

Digitized by Google

excipiat, vt ipſius periculo contra alios ſocios agat actor, facto etiam depoſito, pro expenſis iudicij, & rurſus Rotæ Genuenſis *deciſ.90.ſub num.5.* quod regula ſit communiter recepta, ſi duo pariter ſint obligati, & alter conuentus docet pecuniam & vtilitatem rei ad alterum perueniſſe, & offert ſe paratum vt ille prius excutiatur proprijs ſumptibus, quod ſit audiendus & interea ab obſeruatione iudicij abſoluendus, pro quo dicit eſſe textum *in d. l. vnde quæritur*, vbi Bart. Bald. Caſtrenſ. *& l. cum in plures*, §. *veſtimenta*, ibi quoque Bald. *ff. locati.*

2. De duobus autem reis in ſolidum obligatis, ratione indiuiduæ obligationis Mindanus *de continentia cauſa c. 11.* & Chriſtinæus *vol.5.deciſ.81.n.26.& ſeq.* vbi vides ad refuſionẽ omnium bonorum & damnorum condemnatos, ſed dicit hoc male hodie ſeruari. Ad propoſitum vero, an plures delinquentes teneantur inſolidnm, vide Bart. *in l.fin.ff.ad L. Cornel.de ſicar.* qui tamen *in l. 1. Cod.de tranſact.* tradit, quòd plures tutores doloſè adminiſtrantes, habeant beneficium diuiſionis, quod Curt. Senior, Salicet. Caſtrenſ. & alij meritò reprobant, vti ipſemet Bart. hoc fatetur, vbi ſinguli ex proprio dolo & culpa conuenirentur, vide doctè diſcurrentem Griuellum *deciſ. 25.* an omnes delinquentes teneantur inſolidum, & an pluribus ex delicto, in certam ſummam condemnatis, teneantur diuites ſoluere pro ijs, qui ſoluendo non ſunt, Boër. *deciſ. 310.* Ronchegall. *in l.3.§.1 num.123.ff. de duob. reis, & de clauſula inſolidum & quid operetur.* Barboſ. *de clauſulis vſufreq.clauſ.72.* intellige igitur verum, quòd delictum diuidi non poteſt, omnes enim videntur peccaſſe inſolidum Meiſner. *tom.4. deciſ. Cam.Imp. 46. nu.37.* quoad actionem autem rei perſecutoriam, ſi vnus ſoluat deprædata, reliqui ab iſta rei perſecutoria liberantur *l. ſi plures, ff. de dolo malo.* Et alias de auxilio & ope vide Tuſchum *lit.A.concl.569.& ſeqq.* Arnold. Reiger *in Theſauro Iur. lit. A. verb. Auxilium.* aliqua notabilia in Gail. *de pace publ.lib.1.c.1.n.47.& ſeq.* & Couar. *in cap. peccatũ,p.2.§.12.de reg.iur.in 6.* de conſilij, auxilij, fauoris ad perpetrandum delictum obligatione; & rurſus in Clem. *ſi furioſus, p.2.§. 1.* de homicidio & mandato ad illud eiuſdemq; ratihabitione latiſsimè Farinac. *p.5.tract.crim 4.tit. 15.* de conſultoribus & auxiliatoribus, quot modis dicatur dari cõſilium & auxilium, quomodo puniantur de auxilio præſtito, quos in facti contingentia legiſſe non pœnitebit, cum Menoch. *de arbit.caſ.355.* de iuſſu & mandato Superioris, & Tepat. *Compendio deciſionum tit.333.* de defenſionibus in delictis, quæ fiunt ordine & mandato alterius, *& notata ad l.127.ff. de reg.iur.* & Grot. *de iure belli lib.2.cap.17.* de damno per iniuriam dato, & quæ obligatio inde oriatur, de prædictis vide & Felin. *in C. quia quæſitum, num.8. & ſeqq.* de conſilium & opem præſtante in delictis, *&* in *l. ſi quando*, ibi quando iudici reſiſti poſſit, vt iuſſus non excuſet, *x. de offic. iud. deleg.* & Menoch. *de arbitr. caſu 349.* ibi & de opem ferentibus vel ſe aſſociantibus poſt delictum, *& caſu 350.* de armato aſſiſtente *& inſeq.* de conſilio & mandato delicti. Bis peccas, dicit Mimus, cum peccanti obſequium accommodas, adde Marcellum Calam. *de modo articulandi & probandi gloſſ.vn. num.825.& multis ſeqq.* qualiter probetur, quem maleficio opem & auxilium præſtitiſſe vel non, & quid probandum, ne maleficium conſulens teneatur, *& num.1287.* ne mandans teneatur de delicto

cõmiſſo per mandatarium Barboſ. *in cap. Quia quæſitum, num. 9. & 10. x. de officio & poteſt. ind. ordin.* declarat illam doctrinam, quòd agentes & conſentientes pari pœna puniantur, procedere, quando conſentientes cum agentibus operantur, poſitiuè præbendo cauſam efficacem & propinquam principali actori delinquenti, vnde ancilla inquit, non peccat, nõ meliorem inueniens occaſionẽ, inſeruiendo publicis meretricibus, etiamſi oſtia aperiat, litteras ad amaſios deferat, eos vocet, ipſasque meretrices ad amaſios pergentes comitetur, quia dicit quando opus ex ſe malum non eſt, vt prædicto modo inſeruire, ſed ex ſola alterius intentione malum eſt, tunc ad illud, ne lucrum amittat, quis concurrere poteſt, vide ibi declaratum, hæc ab illis dicta retuli, exactius examẽ Theologis deferens, hoc ſaltem hactenus, dum ſine permixtione aliarum nationum Germani viuerent, in praxi raro in Germania occurrebat, ſupradictis adde Farinacium & latè Scacciam *Tract. de ſentent. & re iud. gloſſ. 14. quæſt. 22. per tot.* quod inſolidum obligati & conuenti, ſed condemnati ſimpliciter, intelligantur condemnati in partes æquales, ibi inter cæteras limitationes tradit, quod fallat in criminalibus, vide ibi & de obligatione ſolidi, & quot modis contingat, modo habeo in facti contingentia, vbi quidam, nomine Vniuerſitatis hic arreſtati, conuenti & condemnati, poſt ſententiam coram eodem iudice objiciebant, ſe ratione Vniuerſitatis partem ſiue quotam ſuam ſoluere velle, an benè ita condemnati fuerint, alterius eſt diſquiſitionis, & non potuiſſe ita condemnari videtur dicendum ex Anton. Fabro *in Cod. de executione rei iud. defin. 15. num. 4. & 5.* in terminis Vniuerſitatis pro qua ſinguli executionem pati non debent, vide tamen infra *de Opinionibus cap. 4.* notabiliter quoque docet Chriſtinæus *vol. 5. deciſ. 214. num. 3. & 4.* quod ſi fratres ſiue vniuerſi condemnati fuerint, vel vnus eorum inſolidum, tempore executionis poſſint opponere exceptionem diuiſiônis, licet eam antea non oppoſuerint, quia ſemper cenſentur condemnati in viriles, etiamſi concluſum fuerit inſolidum, ſed tamen in cauſa nunc in executione pendente dictum fuit, condemnatos totum ſoluere debere, quia vt tales erant conuenti & condemnati, quod pro vniuerſitate ſoluerent, quæ ſententia in rem iudicatam tranſierat, quos tamen vniuerſitas indemnes reddere tenetur Chriſtinæus *volum. 5. deciſ. 227. in fin.* quid autem iuris ſit vide præter Zaſium *in l. Paulus reſpondit, ff. de re iudic. in d. caſu, DD. in l. ciuitas, ff. ſi certum petatur,* & Grotium *de iure belli lib. 3. cap. 2.* vbi tradit, quomodo bona ſubditorum pro debito imperantium de iure gentium obligentur, & diſtinctè Karpzouium *p. 1. conſtit. Saxon. 30. defin. 12. & 13.* vbi inprimis negatiuè reſoluit, quòd ciues, vel eorum bona, pro debito Ciuitatis arreſtari nõ poſſint, cum ampliationibus & limitationibus, Colerum *de proceſſ. execut. p. 2. cap. 3. nu. 376. & ſeqq.* vbi quatenus ciuitas ex contractu Magiſtratus teneatur, & diſtinctè an Ciuitas, ciues, & eorum bona ſub pœna repreſſaliarum & arreſtorum obligare poſſit Gail *de Arreſtis Imperij cap. 9. per tot.* docet quoque Gilmannus *in præiudiciis Cameralibus lit. M. Mandata de ſoluendo in fin.* quòd ſubditi non poſſint pro debitis Principum conueniri, niſi ſe ad illa obligauerint, & quæ requirantur; quamuis teſtetur Meiſner. *tom. 2 lib. 2. deciſ. Cam. Imp. 4. n. 182. & ſeq.* quod

ex ge-

Digitized by Google

ex generali conſuetudine, omne ius ciuitatis à populo in Conſules & Senatum tranſlatum cenſeatur, hoc ipſum tamen declara ex Wehnero *pract. obſeru. lit. G. verb.* Giltenmeiſter / adde aliquot deciſiones quando ex facto vel etiã ex delicto Vniuerſitatis teneantur ciues, item quæ requirantur vt Vniuerſitas ex delicto priuilegia amittat, vel ſimilia in Magero *de aduoc. armata cap. 16. n. 753. & plurimis ſeq.* in varijs caſibus, quæ ſingulariter nota quia aliquoties iſta habui in praxi, alias & quod dux belli ſiue Princeps iniuſtum bellum gerens, teneatur de ablatis & damnis illatis per milites, docet Nicol. Eueth. iun. *vol. 2. conſil. 1. ſub num. 92. quæſt. 9. & num. ſeqq.* vbi & de probatione raptorum & ablatorum facienda, de quo vide *l. ſi quando* ibi DD. *Cod. vnde vi, cap. fin. quod metus cauſa, cap. olim, x. de iniur.* & Marcellum Cala *de modo articulandi & probandi gloſſ. vnic. num. 1593.* ibi quod ſi res ſubtractæ non poſſint per teſtes probari, poterunt per præuium iuramentum probari, limitatur vno modo apud Roman. *ſing. 466.* & bis apud Socin. *reg. 190.* ad prædicta confer quæ de bello ſcribit Damhaud. *in praxi crim. cap. 82. & cap. 135.* de coadiutoribus criminum, & an ciuitates, caſtra, collegia deſtructa amittant ſua priuilegia, & quid de reſtauratis Gail. *2. obſeru. 61.* iunctis traditis per Zaſium *in l. inter ſtipulantem. §. ſacra, ff. de verbor. oblig.* Concluſiuè dico cum Iuriſconſultis, æquitati naturali eſſe contrarium, aliquem odio vel facto alterius prægrauari, & tamen bellis, alienæ ambitionis & ſuperbiæ pœnas inſontes luere, prô dolor! nimis notorium eſt.

Fœlix improbitas, dicit Mimus, optimorum eſt calamitas.

CAPVT XVIII.

De Emptione & Venditione Bonorum hodierno tempore pro paruo pretio celebrata.

FQuidem fateor me hactenus hãc principalem quæſtionem non habuiſſe in facti contingentia, quia hodie bona immobilia non amplius beant, ſed potius ob ingentes contributiones, quæ inde ſolui debent, ſuis poſſeſſoribus damnum adferunt, tamen cum quodam Conſiliario in diſcurſu reſpondi, meo iudicio ipſo iure ſubſiſtere contractum emptionis & venditionis illorum bonorum, quæ hodie vbique fere in Imperio Romano Germanicę Nationis, habito reſpectu ad tempus pręteritum, pro minori pretio venduntur, rationem addebam, quia conſtaret ſuis ſubſtantialibus, nempe adeſſent conſenſus, pretium, & merx, & quidem pretium reſpectu præſentis temporis ſiue contractus iuſtum, quemadmodum pretium conſtituitur ex præſenti æſtimatione Gratian. *tom. 3. diſcept. forenſ. c. 145. n. 9.* puta pretium commune, prout dicit Iuriſconſultus *in l. pretia, ff. ad L. Falcid.* pretia rerum non ex affectu nec vtilitate ſingulorum, ſed communiter funguntur, id eſt, vt explicat, quanti omnibus valeret *l. ſi ſeruum ff. d. tit.* facit ad propoſitum Seneca *de beneficijs cap. 15.* pretium cuiusque rei pro tempore eſt, cũ benè iſta laudaueris, tanti ſunt, quanti pluris vænire non poſſunt, accedit quod belli finis incertus ſit, incertum igitur & illud, an non bona diuendita plus damni & incommodi quàm commodi adferant, ager quantũuis quæſtuoſus ſit, inquiunt Auctores de re ruſtica, ſi nõ multum relinquatur, vel paruũ inde lucrũ proueniat, cum minoris eſſe valoris, vnde videtur ſubintrare 1.

Digitized by Google

ratio *l.ſi ea lege*, & quæ ibi tradunt Interpretes *Cod. de vſuris*, *& paſſim alibi*. cum hodierno tempore ob continuarum contributionum ſolutionem, non poſſint taxari pretia rerum ſtabilium ad rationem quinque pro centenario, prout alias communiter fieri ſolet Scacc. *de comerc. & camb. §.1. quæſt.7. part. 2. ampliat. 8. num. 36. vbi &* *§.1. quæſt.1. num. 931.* docet, quod ratione periculi res minoris æſtimetur, quare propter iſtam incertitudinem nihil hodie determinare potero, interim memini me legere, quòd in Belgio quandoque Nobiles fuerint reſtitui in integrum, potius ob bonum publicum, quam ob iniuſtitiam contractus id factum fuiſſe putabam, an vero tempore pacis iuſta cauſa aderit, tunc prius diſquiram, nunc ſi initium contractus inſpicio, nulla eſt læſio, Vaſquius *in l.ſi pater, nu.2. Cod. de inoffic. teſtam.* tamen regulare eſt, quod pax, vim reſtitutionis in integrum habeat Bald. *in tit. de pace Conſtantiæ in gl. ſuper priuilegia.* adde Corſetum *de priuileg. pacis fol. 100. num. 13.* puta non indiſtinctè quoad contractus legitimos: alias quando dubius euentus ſaluet contractum & quos non, vide Surdum *deciſ. 278. vbi paſſim & de vtilitate contractus*, vt vero tales venditiones interim defendere queas, præter notata à Menoch. *de arbit. caſu 814. nu.5. & 6.* vbi iuſtum dicitur pretium, quòd à Lege, à Principe, Conſuetudine ſiue Vſu conſtitutum eſt, vide latè Aluar. Valaſc. *tom.1. conſul. & rerum ind. conſult. 43.* quod dicatur iuſtum pretium, latiſſimè in varijs caſibus varia apud Tepatum *in Compend. deciſionum tit. 173.* de pretio & æſtimatione rerum & quanti plurimi, de valore & pretio rerum magiſtraliter & diſtinctè loquitur Scacc. *de commer. & camb. §.1. quæſt.7. p.2. ampl. 10.* præſertim *nu.56. & ſeq.* quem omninò conſulas, videat & Theoricus Ant. Fab. *in Cod. ſi certum petatur, defin.15.* quid in praxi ſeruetur quando agitur de ineunda rei debita æſtimatione, aliàs per totum illum titulum de æſtimatione rerum & quanti plurimi in plurimis caſibus, & Molinæum *de vſur. nu. 404. quæſt. 58.* vbi videt quod pretium iuſtum ſit, quodqúe nulla res maioris ſit pretij quam vt emptorem inuenit, Alex. *in l.4. §. ſi hæres, num.2. ff. ad trebell.* Coler. *de proceſſ. execut. p.3. cap.9. num.92.* puta ſecundùm priorem declarationem, vt tempus cõtractus inſpiciatur, quantum tunc res communiter valeat Iaſon *in l. vinum, num.14. ff. de reb. creditis*, an autem reſtitutus ad bona, recuperet bona in alium iam translata, tractat Felin. *in cap. inter 4. num.4. & ſeq. x. de maiorit. & obed.*

Rurſus ad propoſitum videant illi, qui merces ſuas tam carè vendunt in obſidione 2.
vel ob alia belli incommoda Zaſium *l. vinũ num.21. ff. ſi certum petatur*, vbi dicit, quod circa æſtimationem conſideranda ſit communis & ciuilis æſtimatio, id eſt, quæ communiter fit in ciuili commercio, non autem attendatur æſtimatio quæ rarò accideret & eſſet in exceſſu inſolito *l. pretia ff. ad L. Falcid.* & exemplificat ibi ad noſtra tempora, quod non debuiſſent iſti fœneratores recepiſſe exceſſiuam æſtimationem, imò S. Bern. *in epiſt. de cura domus & rei familiar.* conſuluit, quòd bladum tempore cariſtiæ, & vicinis & inimicis minori pretio vendendum ſit, quia non ſemper gladio, ſed ſæpe ſeruitio vincitur inimicus, quod probè monet Cato dicens:

Quæ ſuperare potes, interdum vince ferendo
Maxima enim morum ſemper patientia vicit.

Prout ſcio nõ fuiſſe vitio datum, quòd Præfectus

fectus militum cuidam Gubernatori inimico, in vſum ægię vxoris, obſeſſo quædam victualia miſerat, clementia & benignitate inquit Polybius, hoſtem vincere quàm armis præſtat, & tradit Ant. Faber *in Cod. ſi certum petatur, defin. 14.* ſtatuto Sabaudiæ cautum eſſe, vt quoties cenſus emphyteuticus, qui annis præteritis & peti & ſolui debuit, eo tempore petatur, quo frumentum carius venditur, non præſens æſtimatio debeatur, ſed quæ fuit vnoquoque anno communior propter calliditatem Domini, qui conſulto differebat exactionem in id tempus, quo frumentum carius venderetur, addit tamẽ, ſi interpellatio ſuo tempore per creditorem facta, & debitor in mora ſoluendi fuerit, quod tunc ius commune obtineat, & *def. 15.* pulchra de ineundæ rej debitæ æſtimatione, *& tit. Cod. de muner. patr. def. 12.* tributorum onus, non ex emptione bonorum, ſed ex pretio conſtituendum eſſe, vbi *& def. 26.* an Clerici ſint immunes ab onere hoſpitis recipiendj, & quid ſi ſit neceſſitas, quis de ea cognoſcat.

3. Modo ſimilem caſum habeo in facto, vbi maior natu ſiue Frater vigore cuiuſdam prætenſæ ordinationis, Sorori offerebat æſtimationem huius temporis, quo bona, vti dictum, ob continuas contributiones parui æſtimantur. Quemadmodum de Iure receptum eſt in partibus Geldriæ, vbi maior natu tertiam partem ratione feudi Zutphanici alijs ſuis conſortibus præſtat, de quo & quid ſi diſſentiant cohæredes in æſtimatione trientis vide Freder. de Sande *in conſuet. feudali Geldriæ part. 1. tit. de ſucceſſ. deſcendentium.* de iure communi eſt textus *in l. 1. C. com. diuid.* quod licitatio debeat fieri inter cohæredes, ſi vnuſquiſq; contendit rem ſibi adiudicari, quam declara ex Valaſco *in praxi partit. cap. 22. n. 9. & ſeq.* vbi &, quod extraneus licitator non admittatur etiam plus offerens, modo conſors iuſtum, id eſt, commune pretium offerat, vbi allegat Iura & Couar. *lib. 3. var. reſol. cap. 14. n. 6. ad fin.* & reſpondet ad contraria, ſunt tamen diſſentientes DD. apud Valaſcum, adde & Roſenthal. *de feud. cap. 9. concluſ. 86. num. 3. in verb.* nam ſi minus offerret, etiamſi iuſtum pretium & ſufficiens pro rei valore, non audiretur DD. allegat *in addit. lit. B.* diſtinctè in ſimili caſu pacti, quod non alienetur extra familiam, vel quod non vendatur conſorti, & tamen alter plus pretij offerat apud Zaſium *l. qui Romæ, §. Flauius Hermes nu. 2. ff. de verb. oblig.* latiùs Tiraquell. *de retract. conſang. §. 1. gloſſ. 18. num. 1. & ſeq.* an conſors vicinus vel ſimiles, qui ex conſuetudine in venditione rerum alijs præferuntur, iuſtum pretium, an verò ab alijs oblatum præſtare debeant. Ego in caſu propoſito, & præſuppoſito, quod maior natu, vel maſculus pro fœmina poſſet offerre pretium, putabam durum, ſi præſentis temporis æſtimatione, ferè de nihilo, contentari deberet, per notata ſuperius *de adminiſtratione Iuſtitiæ cap. 4.* & infra *de æquitate* præſertim *cap. 7.* hoc enim tempore belli, ob continua onera & contributiones, bona immobilia nullius pene pretij ſunt, ideoque non huius temporis valorem præſtandum, ſed iuxta temporis conditionem rem ita temperandam eſſe exiſtimabam, vt vtérque vel vſque ad meliora tempora manuteneretur, etiã quoad ea, quæ alias per ſectionem corporum diuidi non poſſunt, in commoditate ſaltem ſeparari poſſe videntur, vt *de feudis* tradit Wameſ. *cent. 2. conſ. 40. num. 5. & 10.* imò quòd feuda diuidi poſſint vide Roſenthal. *de feud. cap. 9. quæſt. 53.* Chriſtin. *volum. 1.*

deciſ.

Digitized by Google

deciſ. 388. & ibi quæ non poſſint diuidi, ſicuti ex piſcationibus, pedagijs & iuriſdictionibus, feudum indiuiduum haberi tradit Crauett. *in conſ. 965. num. 3.* quamuis multa indiuidua ſint, quorum & fructus & emolumenta rectè diuidi poſſint, qualis diuiſio, nec ſimultaneam inueſtituram frangit, per notata Wehneri *pract. obſer. lit. M. verb.* Mutſcharung/ *& de emphyteuſi* quod & diuidi poſſit, docet Tuſchus *lit. E. concl. 202.* etiam ſine conſenſu Domini, iuxta Gratianum *lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 36.* vel alias iuxta *d. l. 1.* partes ad licitationem admittendæ, ne inæqualitas inter illas inducatur merito euitanda, per notata à Card. Tuſcho *lit. E. concl. 304. qui eadẽ lit. E. concl. 669.* docet, qualiter æſtimatio emphyteuſis facienda ſit, ſicuti & ante annum habui caſum in facto, quem ex Gail. *tract. de pignorat. obſ. 18.* decidi, vbi notabiliter de æſtiſtimatione rerum mobilium & immobilium, etiam pretioſarum & nobilium (de quo vide Beſold. *in Theſaur. practico lit. A. verb.* Anſchlag) item fructuum agit, & quid ſi teſtes varient in valore pretij, quem conſulas in facti contingentijs, adde ſi placet Wehnerum *lit. A. verb.* Anſchlag/ item de æſtimatione rerum feudalium & allodialium Berlich. *p. 1. practic. concluſ. 83. per tot.* de æſtimatione melioramentorũ, Garſiam *de expenſ. c. 24.* & Maſcard. *de prob. concl. 1040.* de æſtimatione quanti plurimi, præter DD. & Zaſium *l. vinum. ff ſi certum petatur,* Munnoz *tract. de ratiociniis cap. 12.* ibi & tradit modum articulandi & probandi, de æſtimatione frumenti exiſtentis in herba Marcellum Cala *de modo articulandi & probandi gloſſ. vn. num. 1968.* de operarum æſtimatione frumentorum in hortis, Maſtrill. *deciſ. 11. num. 8.* de æſtimatione equi, quo tempore attendi debeat, & quando æſtimationi retro præteritæ locus ſit, Wameſium *cent. 2. conſ. 23. num. 6. in fin. & n. 7.* de æſtimatione cenſus perpetui, & redimibilis Garſiam *de expenſis cap. 9. num. 78. & ſeqq.* de cenſus vitalis & alimentorum ad vitam conſtituendorum æſtimatione, Surd. *de aliment. tit. 9. quæſt. 10.* & legato alimentorum *tit. 9. quæſt. 41.* & quod ſit iuſtum rerum pretium, & quando neceſſaria ſubhaſtatio, præter Damhaud. *de ſubhaſt. cap. 4. num. 20. & ſeqq.* & Kopen *quæſt. 44. n. 18.* vide omninò Colerum *de proceſſibus executiuis p. 3. cap. 9. à num. 10. vſque ad finem.* & aliqua *in cap. 10. num. 44. lib. 1.* de iuſto cuiusque rei pretio indagando latè Pinell. *in l. 2. p. 3. cap. 4. Cod. de reſcind. vend.* ibi & Cagnol. quomodo teſtes ſuper æſtimatione deponere debeant, & late quoque Mantica *de Tacitis & ambiguis cap. 4. tit. 20. per tot.* plenè Maſcard. *vol. 2. concl. 650. & aliquot concl. ſeqq.* Couar. *lib. 2. variar. cap. 3. num. 13.* & apud Aluarum Valaſc. *tom. 1. conſult. 44.* quæritur, quæ ſit concludens probatio circa *l. 2. Cod. de reſcind. vend.* & ſimilia, ſi teſtes dicant, quod res valebat tantã quantitatem & vltra, & ibi de iuſto pretio ex Theologorum ſententia, item de pretio quod eſt ſupremum ſeu ſummum, medium & infimum, & DD. ibi, & latè *conſult. præced. 43.* valor frumenti & aliarum rerum mobilium, quomodo articulando probetur, apud Marant. *in ſpecul. p. 6. de teſt. product. num. 81.* adde Farinac. *p. 2. deciſ. 196.* qui & *in deciſ. crim. 100. & 159.* docet, teſtes deponentes ſuper valore & pretio prędij, vt benè concludant, quid requiratur, adde & Gammam *deciſ. 37. num. 3. & 4.* & enormis læſio quomodo probanda Anton. Faber *in Cod. de reſcind. vend. defin. 19. & 20.* iuſtum pre-

Digitized by Google

pretium dicitur, quanti valet in loco deſtinato Maſtril. *deciſ.17.num.16.&ſeq.* & quomodo dicatur, quod res tanti valet quanti vendi poteſt, intellige communiter & in loco publici fori, non extra apud Riccium *part.4.collect.916.* & agens contra aliquem actione locati, reſpectu vſus, nullo præfinito pretio, probare debet, quod Reus tanti conducturus fuiſſet, vel daturus pro tali habitatione, vel quanti communiter talis res fuiſſet locata & conducta, non vero quod duo vel tres daturi erant Marcellus Cala. *de modo artic.& probandi gloſ.vnic.num.594.&ſeqq.* Alex. *conſ.188.num.1.vol.2.* vide Tepatum ſupra allegatum, quæ omnia in praxi quotidiana ſingulariter nota; adde Munnoz poſt Tractatum ſuum de Ratiocinijs, tractatum de computationibus *paſſim per tot.& ſingulariter comput. 24.* vbi namque traditur, quid ſi teſtes vel æſtimatores ſint varij, quid tunc iudex faciet, & de æſtimatoribus ſeu peritis in arte diſcordantibus Pacian. *de probat. lib.1.c.47.*

CAPVT XIX.

De debitis belli tempore ſoluendis, & ibi remiſſiue.

1. AN verò debitores, hiſce belli temporibus ſoluere debeant, deſuper extant aliorum docti Tractatus, ego quædam *inf. de tempore* tradam, hic admonuero, quod debitor ſæpè ſplendidè, creditor verò miſerè viuat, miſerè non victurus, ſi alter ſplendidè non viueret, hoc caſu impoſſibilitatem & neceſſitatem prętexere, nefas potius, quàm iuſtum exiſtimarem, nō enim æquum eſt, inquit Iuſtinianus *Edicto 7. in forma pragmatica de Argentariorum contractibus cap.3. in fin.* à noſtrorumque temporum iuſtitia alienum eos, qui bene de alijs merentur, rebus ſuis priuari, qui vero debent, ſiue ipſos debitores, ſuperbire de alieno, Tertull. *in exhortat. ad caſtit.* Nulla, inquit, neceſſitas excuſat, quæ poteſt non eſſe neceſſitas, ſi verò eſſet præciſa aliqua neceſſitas, mihi liceret dicere cum Quintil. *declam. 249.* id vobis Iudices facillimè perſuaderi poterit, non tàm iniuſtos neque tam imprudentes exiſtimabitis legumlatores fuiſſe, vt neceſſitate perſtringerent ea, quæ præſtari non poſſent, adde Grotium *de iure belli lib. 3.cap.17.num.1.* qualis debeat eſſe neceſſitas *part. 2. de tempore;* & quid ſi exactus fuerit ab alio, quàm à verò creditore Menoch. *de arbit. caſu 137.per tot.* ſolutio autem rectè fit ei, cui facta fuit promiſſio, licet actio alteri fuiſſet quæſita, vt per plura probat Surdus *conſ.150.num.104.&ſeqq.* ſed an conſequatur liberationē coactus ſoluere, & quid ſi cogatur per eum, qui tyrannicè pręſidebat, & de ſimilibus apud Luc. de Pen. *in l. graue nu.6.&ſeqq. Cod. vt nullus ex vicaneis &c.* & diſtinctè Choppinum *de re ruſtica lib.2.cap.9.num.5.* de eo qui ab hoſtibus conuentus & exactus ſoluit penſionem, Eccleſiæ miniſtris debitam, & tandem ſequitur Afflictum *deciſ.150.* adde Heringium *de fideiſſ. cap. 20. §. 1. num. 16.* ibi DD. pro & contra allegatos, an creditoris expulſi debitor coactus ſoluere liberetur, *&§.17.num.8.* an ipſe debitor compulſus ſoluere liberetur, & quid de colono, qui præcepto iudicis ſoluit, vide & Coraſium *tract.loc.& cond. tit.de eo quod metus cauſ.* item, an ſoluens Abbati vel alij intruſo, rectè ſoluere dicatur, diſtinctè apud Alexandrum *lib. 2. conſil. 103. num. 17.* multa in Magonio *deciſion. Florentin. 94.* & an ad hoc, vt quis à Iudice compulſus dicatur

ſoluere, requiratur, vt præcepto eiuſdem contradicat Vaſquius *lib. 6. controu. cap. 67. num. 10.* iuncta doctrina Gratiani *cap. ſeq. allegati,* & quid de debitore ceſſo, cui non facta fuit denunciatio *tom. 2. diſcept. forenſ. 356. num. 39. & ſeq. & tom. 1. cap. 90. num. 13. & ſeqq.* an habens ſcripturam vel inſtrumentum poſſit exigere debitum, & quid de eo, qui hodie annuos reditus, vel ſimilia certo die & tempore, debita ante diem ſoluere vellet, Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 44. num. 59.*

2. Regula eſt, quod is teneatur ad annonas & tributa, qui poſſidet & fructus percipit, *l. 1. C. de ann. & tribut.* Hering. *de fideiuſſ. cap. 24. num. 270. & ſeqq.* vbi DD. declarat hoc Gratianus *tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 294. num. 20.* vide ibi alias & Garſiam *de expenſis cap. 13. num. 27.* vbi maritus vſufructuarius & feudatarius generaliterque omnis rei poſſeſſor, qui fructus percipit tenetur ad tributa & penſiones, & prçter Cacheran. *deciſ. 83.* Wameſium *tom. 1. conſ. 278. num. 6. & 7.* de vſufructuario & colono, quomodo, & ad quæ tributa teneatur, Cephal. *conſ. 636. num. 53. & ſeqq.* vſufructuarius ad præteritas contributiones non tenetur, Klock *de contribut. theſi 22. lit. B.* diſſentit ibi Rebuff. vide igitur exactè & ad quæ quis onerà teneatur in Pinello *in l. 1. C. de bonis mater. num. 68. & ſeqq.* & Surd. *lib. 2. conſ. 162. num. 25. & ſeqq.* vbi multi referuntur caſus, in quibus hi vel illi obligati exiſtunt, idem *conſ. 146.* vbi & qui teneantur ad collectas & onera, quod tempus attendatur, an nouus poſſeſſor pro præteritis conueniatur, & quoad vſufructuarium, quod ille agnoſcere teneatur ſtipendium, tributum, & quod fiſco fundendum eſt, limitatur, ſi collectæ ad tantam ſummam excreſcant vt æquiualeant perceptioni fructuum, DD. allegat Hering. *de fideiuſſ. cap. 30. num. 50. & ſeqq.* hodie igitur vbi datur plus contributionis, quàm fructus percipitur, non abſolutè & indiſtinctè tenetur, ſicuti & olim exclamauit Bald. *in l. ex hoc iure nu. 28. ff. de iuſt. & iur.* tenuiores incolas, ſua iam ætate indictionibus opprimi, quos olim conſtabat modici æris tributum penſitare Cæſari conſueuiſſe, verum an & quando colonus teneatur ad collectas vel non, diſtinctè tradit Chriſtinæus *vol. 5. deciſ. 99.* qui & *deciſ. 81. num. 10. & ſeq.* docet, quid poſſit petere, habens debitorem minus idoneum, quibus autem ſolutio & reſtitutio fieri poſſit, vide notatum apud Scacciam *de commer. & camb. §. 2. gloſſ. 5. num. 19. & ſeq.* quæ omnia & ſingula vti in praxi, vel maximè hodie quotidiana, notanda ſunt; An maritus, colonus, vſufructuarius, & qui teneantur ad collectas, diſtinctè & plenè tractat Klock *de contibut. cap. 11. vide ad eum & ſupra cap. 13.*

CAPVT XX.

De metu compulſis, ciuitates tradentibus, aliaq́ metu facientibus.

HAud dubium eſt, quin crimen læſæ Maieſtatis dicatur incurrere, qui inimicos Imperatoris permittit in territorium vel ciuitatem ei ſubiectam intrare, *l. ſi quis Barbaris & ibi gloſ. Cod. de re milit. lib. 12.* Meiſnerus *tom. 4 deciſ. cam. Imp. 22. num. 58 vbi paſſim per tot. de confœderatione,* quando Magiſtratus ex facto ſingulorum teneatur, quid ſi portæ, per quas hoſtis intrauit, non ſat diligenter cuſtoditæ fuerint, & plura ibi de cuſtodia & culpa in omittendo, quem in caſibus occurrentibus conſulas; in qua deciſione 1.

Digitized by Google

ciſione multa quoque de metu tractat, & pro militibus & ciuitatibus quæ hodie ob metum ſeſe dedunt, vide notabiles hiſtorias & exempla excuſantia apud Peckium *in cap. in argumentum 78. de regul. iuris in 6.* iunge tradita per Vaſquium *de ſucceſſionum reſolutione lib. 1. §. 2. num. 35. & ſeqq.* & quomodo puniendi, ſi aliqui de vniuerſitate vel tota vniuerſitas delinquat, Beſoldus *tract. de iure vniuerſitatis cap. 7. ibi per tot. de delictis vniuerſitatis*, ad prædicta vide quoque Tepatum *in compend. deciſ. tit. 335. de defenſionibus vniuerſitatis inquiſita pro delicto, & ibi tit. 329. cap. 8.* quæ per iuſtum metum fiunt, excuſantur, Grammat. *deciſ. 5. num. 11.* ſed quando, vide *deciſ. 18.* & Crauet. *conſ. 319. n. 14.* & Felin. *conſil. 50. nu. 17.* & Tepatum *tit. 153. de eo quod metus cauſa geſtum eſt*, adde Raudenſem *de analogis cap. 32. num. 35.* vbi metu coacti Gallum ſecuti, feudo non priuantur, alias metus quãdo excuſet apud Bonacinam *tom. 2. de peccatis diſp. 2 q. 8. punct. 2. prop. 2.* idem de voluntario & inuoluntario, & quando excuſet metus vel non, notabilia apud Scacciam *de com. & camb. §. 1. quæſt. 7. part. 2. ampl. 19. num. 66. & multis ſeq.* vbi pulcherrimè exornat, in quibus metus non excuſet, & Barboſam *in cap. ſacris ſub num. 4 x. de iis quæ vi, &c.* & de metu compulſis facere, Viuium *deciſ. 394.* ſed belliſſimè Barboſa *dicto loco* facit differentiam, inter metum & vim præciſam, propter quam quis excuſatur, quia magis pati quàm agere videtur.

2. Sic autem accipi nequit illud vulgò iactitatum Gezwungen Eydt / thut Gott leydt / quaſi malè iurans coacte, non peccet, qui tamen reuera peccat, cum ſic agat, & coacta voluntas eſt voluntas, vide Barboſ. *in cap. iurauit. & cap. inter cætera 22. quæſt. 4.* item compulſus ſoluere per iudicem an liberetur, Gratian. *lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 227. num. 32. & ſeq.* iuncta doctrina Vaſquij *cap. præced.* allegati, & Farinac. *de pœnis tempor. lib. 3. quæſt. 97. caſ. 1.* quod Superioris iuſſus excuſet à pœna, præſertim ſi minis & metu coactus delinquit, ad hoc ſaltem vt mitigetur pœna Gratianus *d. lib. 2. cap. 202. num. 14.* & Farinac. *in ſeqq. caſibus*, quando Principis, Domini, & parentis mandatum excuſet, vide latè Vigelium *in methodo iuris controuerſi lib. 1. cap. 7. except. 7.* & Riccium *p. 4. collect. 1372. & collect. 2118 DD. in l. iuſtè ibi* præſertim Iaſon *ff. de acq. poſſeſſ. & in l. non videtur 127. §. 1. & in l. is damnum dat. ff. de reg. iur.* quæ etiam contra milites in foro noſtro vidi controuerti, dũ hæc & illa facta fuiſſe ex ſuperioris mandato prætendebant, iuſſum enim Principis & ſuperioris iuſtum metum incutere, tradit Barboſa *in cap. conuenior 23. quæſt. 8.* ſi ſibi non obtemperantes ſoleat malè tractare, vide præter ibidem allegat. Maſcard. *de probat. concl. 1051.* & Menoch. *lib. 3. præſ. 4. & præſ. 176.* cæteras quæſtiones ratione belli in foro noſtro potiſſimum occurrentes, vide *infra de tempore*, & de metu reuerentiali an vitiet contractum, diſtinctè Felin. *in c. cauſam matrimonij x. de offic. & poteſt. iudicis deleg.* & paſſim DD. Menoch. *de arbit. caſ. 135. de iuſto metu, qui geſta irritet, caſ. 136. de metus probatione & reuerentiali, & caſu 137.* debitor exactus per vim, vel ſoluens iuſſu magiſtratus, an liberetur, prædicta nota, quia hodie ſæpè occurrunt, & aliquoties habui in facto. Et quod metus mortis, non tollat malitiam actus, quem quis metu coactus facit, vide Couar. *in c. alma mater p. 1. §. 3. nu. 13.* & omninò Scacciam *d. loc.* vbi varia loca S. Scripturæ illu-

ſtrantur, & de duplici, voluntario & inuoluntario, cui ſi adiungas Bonacinam *tom.2. de pec. diſp.2. q.8.punct.2. propoſ. 2.* pulchravidebis, & plurima determinare poteris.

De cætero vide adhortationem Iuſti Lipſij de pace lib. 5. Polit. cap.19. & cap. ſeq. *vbi aliquot rationes affert, quare & pars victrix pacem amplecti & concordare debeat, pacem reduci velle, inquit Mimus, expedit victori, ſed vtinam ſaperent & intelligerent, & nouiſſima belli, quod verè bellua eſt, & cuncta bella deglubit, prouiderent, pacem magis amarent, exoptarentq́, ac facerent ſerio, quæ Hannibal apud Polyb.* lib.15. *ad Romanorum Ducem in Bello Carthagineuſi profert: Quoniam vero, ait, primum propter Siciliam exorta diſceptatione, deinde rurſus propter Iberiam inter nos geſſimus, ac tandem recuſante fortuna eo deuenimus, vt de patrio ſolo quoque hactenus periclitati ſimus, & partim nunc quoque periclitemur, reliquum eſt, vt ſi quo pacto fieri poſſit, placatis Dijs præſentem contentionem diſſoluamus, itaque ego quidem ad hoc paratus ſum, vt qui re ipſa compererim, quam ſit fortuna inſtabilis, & paulatim in vtramque partem inclinet, perinde ac ſi à ſtolidis pueris regatur, quippe fortuna belli, ſemper ancipiti in loco eſt, neque eodem firma ſtat faſtigio, ſed quem diu tulit, tandem abijcit, atque ima, iuxta Senec.* in Thyeſte, *permutat breuis hora ſummis, quia vitrea eſt, cum ſplendet, frangitur, hinc quamuis fortuna Chriſtianos nec mouere, nec à pace alienos reddere, ſed potius illi, viribus vtcunque adhuc vegeti, inter ſe amicitiam contrahere, ſeu de nouo inire deberent, tamen quia fortuna cœca, quos complexa eſt, cæcos efficit; & plura ſemper appetit, timendum omnibus eſt, ne hoſtibus Chriſtiani nominis, ad inuadendum Regna Chriſtiana, bellis ciuilibus defeſſa & conquaſſata, ianua aperiatur, cũ tamen à Chriſto pax omnibus & ſingulis ſeuerè mandata & concredita fuerit, ea propter omnes quidem eam inſinuant, dicentes: pax, pax, ſed non eſt pax impijs* Ezech. c. 13. *quia ſimulatur à non habentibus, imperatur à non tenentibus, inuocatur à propulſantibus; atq́ ſummatim dicendo, verbis tenus, rebus ipſis procul exiſtit, pacem vno ore omnes clamamus & conſultamus, ſed opere ipſo ab eadem deuiamus, & à corde propulſamus, vt vix Chriſtiani ſint, quicunque poſſunt pace frui, at bello volunt contendere; pacis nomen omnibus equidem ſpecioſum eſt, & pulchra opinio vnitatis, ſed quis eam ambit, quæ Chriſti, quæ Eccleſiæ & quæ Chriſtiani nominis eſt, poſtquam igitur pax in orbe Chriſtiano exulat, & in domo exteriori ſeu mundo non inuenitur, rogo te Pacifice* IESV, *vt eam in domo interiori ſeu anima mea reperiam, & repertam cuſtodiam vt voluntatem tuam, vera enim pax eſt, à tua voluntate non diuidi, & in his, quæ ſolius Dei ſunt, vnicè delectari, pax namq́ ſolis bonæ voluntatis hominibus conceditur,* Luc.c.2. *quoniam pax eſt opus iuſtitiæ, & donum Dei electis eius,* Sap.3. *ſed quia & pro alijs orandum eſt, oremus omnes cum Eccleſia dicentes: Hoſtium noſtrorum quæſumus Domine elide ſuperbiam, & eorum contumaciam dextra tua virtute proſterne, &c. Quia*

Nil opus eſt bello, veniam pacemq́ue rogamus.
Nil placitum ſine pace Deo, non munus ad aram.

Et cum Propheta Iſaia cap.33. *precemur Deum: Domine miſerere noſtri, Te enim exſpectauimus, eſto brachium noſtrum in mane, & ſalus noſtra in tempore tribulationis, Vt*

Attis relligio populo pax, fœdera bello,
Iura foro veniant, aduеniatq́ue ſalus.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS TERTIVS.

Juſtitia in Clementia vulnerata.

CAPVT PRIMVM.

Quod magni huius ſæculi dimittantur & honorentur, pauperes vero puniantur & deſpiciantur.

1. IVſtitiam in clementia vulnerari, inter cætera teſtatum reddiderunt ſubſequentes verſus:

Dat veniam coruis vexat cenſura columbas.
Quidquid delirant Reges, plectuntur Achiui.

Et alter:

Impunes corui, pereunt ſine felle columbæ.
Diues honoratur, pauper vbiq; iacet.

Nec non:

Committunt eadem diuerſo crimina facto,
Ille crucem pretium ſceleris tulit hic diadema.

Vnde & hodie vulgò dici ſolet: **Kleine Dieb hängt man/ die groſſe läſt man lauffen/ oder ſtrafft man im Beutel/** hoc eſt, paruos fures ſuſpendi, magnos vero dimitti, vel in crumena puniri, & ita nō quęritur vindicta ſcelerum, ſed vt fiſcus impleatur, peccata diuitum conceduntur, dum peccatorum pretia exiguntur, conſimiliter P. Conz. *tract. Daniel. Aulæ ſpec. c. 1.* §. *2.* Iudices quidem huius mundi, magnis grauiſſima, paruis vix minima delicta condonant, non ita ille, qui nō veretur magnitudinē cuiuſquam; vnde non immeritò Diomedes Pyrata, cum ab Alexandro Magno Macedonum Rege obiurgaretur, quod crebris incurſionibus nauigātes mare turbaret, damnificaretque, reſpondiſſe fertur: Ego qui paruo nauigio, & non ſine vitæ diſcrimine victum mihi quæro, furti inſimulatus ſum, at tu qui ducentarum nauium claſſe à tot virorum millibus, & mari & terra, totum diripis orbem, Imperator appellaris; & ita nimis verè prô dolor de multis hodie dici poteſt; fures priuatorum furtorum iuxta conſtitutionem Carolinam in altum tolli atque è furca ſuſpendi, at fures publicos, qui deuorant plebem ſicut eſcam panis *Pſal. 13.* in auro & purpura vitam agere, ſeruorum occulta furta, dicit S. Ambroſ. *3. Offic.* diuitum, rapinæ publicæ, quibus & ſimilibus exprobrari poterit, quod Chryſippus Spartanus Xenophonti, cum ab eo furandi calliditate taxatus eſſet, ſub hiſce verbis obiecit: Et ego vos Athenienſes audio ad publica pecuniæ furta egregiè eruditos eſſe, cum tamē ea res magnę fraudi furi ſit, & quod eſt magis mirandum, optimi quiquę (nam apud vos qui optimi cenſentur honores ſummos gerunt) hoc furti genere nequaquam abſtinent, vti refert Petrus Foller. *in praxi cenſual.* §. *Nicolaus Epiſcopus nu. 219.* exclamando: Heu me miſerum, furti cladis & peſtis, extorſiones & exactiones adeo noſtris temporibus pullularunt & pullulant, vt non amplius iure diuino prohibita cenſeantur, ſed potius impunita tolerentur! Hinc Poëta:

Conſuetudo & mos vim legis habere videntur,
Improbitas hodie vim quoque legis habet.

Vacat enim hoc tempore, inquit Fulgent. *Mythol. 1.* potentibus opprimere, prioribus 2.

M 3 rape-

rapere, priuatis perdere, & miſeris flere, ſed cum Diabolo cadent dicit S. Auguſtinus *ad Fratres in Eremo 31.* qui nudum non induerunt, vbi putamus arſuros qui viduas & orphanos ſpoliauerunt.

5. Hinc quoque non immeritò Solon interrogatus quid eſſet lex, ad propoſitum reſpondit, araneæ tela, ſi quid in eam inciderit debile, retinetur, graue autem pertranſit tela reſciſſa, vel vt dicit Luc. de Pen. *in l. vniuerſos num. 16. Cod. de liber. ſtudiis*, quod leges aranearum telis comparentur, quia vti illis infirmiora animalia retinentur, & violentiora tranſmittuntur, ſic humiles & pauperes conſtringuntur, diuites verò & præpotentes non alligantur, Valer. Max. *lib. 7. tit. Sapienter dicta & facta.* Quod ſic reddidit Poëta:

Implicat vt muſcas, tranſmittit aranea veſpas,
Sic parcit magnis lex, humileſq; premit.

Et rurſus:

Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores.

Et: *Gaudet in afflictos ſæuire nouerca poteſtas.*

Vnde quidam alius dixit;

Sontibus parent boni,
Ius eſt in armis,
Opprimit leges pudor.

Quis enim eſt, qui eorum cauſas ex æquo dijudicat, ſi credere fas eſt dicenti Politico cuidam:

In Aula Regis, non eſt multum legis,
Si qui ſunt boni, coguntur eſſe oni,
Si qui ſunt mali, ſunt in gratia Regali.
Qui vult eſſe bonus, eſt miſer & oneroſus.

Quemadmodum de paupere ſic loquitur Iuuen. *Satyr. 3.*

Pulſatus rogat, & pugnis concuſſus adorat,
Vt liceat paucis cum dentibus inde reuerti.

4. Vereor igitur ne nimis verè hodie dicere poſſimus cum Innoc. *lib. 1. de vilit. condit. humanæ*, pauperum cauſas cum mora negligitis, diuitum cauſas cū inſtantia promouetis, in illis rigorem oſtenditis, in his ex manſuetudine diſpenſatis, illos cum difficultate reſpicitis, illos negligenter auditis, hos ſubtiliter auſcultatis; & rurſus: Si fortè pauperum cauſas ſuſcipitis, illas remiſſe fouetis, cum autem diuitum cauſas ſuſcipitis, illas pertinaciter adiuuatis, pauperes deſpicitis, diuites honoratis, illis deſpicabiliter communicatis, iſtis reuerenter aſſurgitis, vſque adeo iudicatis iniquitatem & facies peccatorum timetis? Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iuſtificate, eripite pauperem & egenum de manu peccatoris liberate *Pſal. 87.* Adde ad propoſitum pulchrum diſcurſum in Damhaud. *in praxi crim. cap. 158.* & illud Taciti *6. annal.* non decet errorem eundem huic, puta diuiti ſine fraude, illi, ſcilicet pauperi, exitio haberi. Pulchrum quoque textum *Eccleſ. 13.* quem cum alijs allegat Luc. de Pen. *in l. eos, Cod. de his qui numero liberorum*, vbi & multa paupertatis priuilegia recenſet, in fine autem illud *Exod. 24.* Pauperis non miſereberis in iudicio. idem *in l. meminimus, Cod. quando & quibus, quarta pars, num. 16. & ſeq.* & ibi qui ſint pauperes, & de bono paupertatis, ſi quid iſtorum ſibi fieri aduertunt, & re ipſa experiuntur, in hoc pauperes ceteriq; iniuſtitia oppreſſi ſeipſos conſolarj debebunt, quod in altera vita ſtabunt in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorū *Sap. 5.* tum profectò, quod fuit durum pati, meminiſſe dulce, &

——— *dolor hic tibi proderit olim.*

Similiter Poeta:

Sæpe tulit feſſis, ſuccus amarus opem.

Et vti eſt in prouerbio: *Sequitur poſt nubila Phœbus.* vide S. Ambroſ. *lib. 1. Offic. cap. 37. & ſeq. & cap. 15.* in certamine labor eſt,

poſt

poſt certamẽ alijs victoria, alijs ignominia, nam virtus clareſcit in aduerſis, & infirmitate perficitur, S. Paulus *2. Corinth. 11.* Non in principijs perfecta quæruntur, inquit S. Ambroſ. *Luc. 9.* ſed à principijs ad ea, quæ perfecta ſunt, peruenitur, & iuxta Lucan. *lib. 9.*

Latius eſt quoties magno ſibi conſtat honeſtum.

Suauis eſt, dicit Cicero, præteritorum laborum memoria. Conqueri fortunam aduerſam, inquit Mimus, non lamentari decet, ſors ſua eſt cuique ferenda, cuiuſuis doloris remedium eſt patientia, feras non culpes, quod mutari nequit, Pios ſine tribulatione viuere non poſſe, euincit illud Propertij:

Nunquam bella bonis, nunquã diſcrimina deſunt,
Et cum quo certet, mens pia ſemper habet.

Secti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt S. Paulus *ad Heb. c. 11.*

5. Ad hoc ſacramentum adacti ſumus, ait Seneca, ferre mortalia, non perturbari his, quæ vitare noſtræ poteſtatis non eſt, nam ſua cuique crux & afflictio; Ne viator, inquit S. Auguſtinus ſuper *Pſal. 40.* tendens ad patriam, ſtabulum amet pro domo ſua, aduerſitates conducunt. Quia enim acceptus eras Deo, eique placebas, neceſſe erat, vt tentatio probaret te, *Tob. 12.* Vita hæc noſtra, inquit S. Leo *ſerm. 1. de Quadrageſ.* in medio inſidiarum, in medio præliorum eſt, imò & ipſa humanæ fœlicitatis dulcedo multis amaritudinibus reſperſa eſt Boët. *4. conſ. 4.* Ac propterea cum Cicerone dici poteſt, quòd ſumma ſit iniuſtitia, ſummo confici dolore.

6. Porrò huiuſmodi tribulationes, duræque exactiones pro gaudio æſtimandæ ſunt, per notata Viuij *deciſ. 467. num. 69. & ſeqq.* Quippe vt alter dicebat, diuiti palatium, pauperi cœlum, quando enim mala conſiderantur actiuè ex parte eius, qui illa committit, in ſe continent vitium & peccatum, vt committere furtum, immoderatas extorquere exactiones, & ſimilia mala, ſemper reſpectu agentis ſunt mala, tamen mala, quæ conſiderantur paſſiuè in eo, qui illa patitur; vt ſunt paupertas, mœrores, dolores, tormenta & aliæ paſſiones, ſunt mala malis, bonis autem ſunt bona, proinde ſi ille, cui hæc contingunt, bonus ſit, non erunt mala, ſed bona, hæc enim aduerſa ſeu mala tolerare, ſapienti virtutis exercitium, inſipienti præuaricationis eſt occaſio S. Ambroſius *in ſerm. ſuper cap. 7. Iob num. 20.* Et hoc ſenſu applicari quoque poteſt illud, quod vulgò dicitur, quòd Diabolus & ſuos habeat Martyres, puta qui huiuſmodi mala non chriſtianè tolerant, ſed in vitium vertunt, nam vt S. Cyprianus *ſerm. 3.* dicit, quæ patientia ædificat ad gloriam, impatientia deſtruit ad ruinam, vnde non incongruè S. Auguſtinus ait: Tentatio ignis eſt, in quo aurum rutilat, palea conſumitur, iuſtus perficitur, peccator miſerè perit, tempeſtas eſt, ex qua ille emergit, hic miſerè ſuffocatur, primi ſiue virtuoſi in omni ſtatu aduerſitatis ſeu proſperitatis æqualiter ſe habent, ſicut de quadrato dicit Ariſtot. quod æquè firmiter ſtat ſuper aſſe, ſicut ſuper ſenario, exempli cauſa taxillum; ſed vbi hodie tales? in poſteriores verò quadrat illud: *Nemo læditur niſi à ſeipſo*, proinde iubemur in Domino ſemper gaudere, & orare, & cauere mundi dolorem, qui mortem efficit, arripere verò diuinum dolorem, vnde gaudium & ſalus noſtra oritur, iuxta S. Paulum in varijs locis, *ad Philipp. 4. & ad Theſſalon. 5. ad Roman. cap. 8. 12. 14. & 15,* adde P. Drexelium *de quinto Prædeſtinationis ſigno, in Tract. cui titulus, Zodiacus Chriſtianus,* & iuxta ſenten-

Digitized by Google

tentiam eximij P. Rectoris Ray, in quauis mundi plaga; plagæ Crucifixi, plagas diaboli diſſoluunt. Ergo iuxta Poetam:

Fide Deo, perferq́; crucem patienter & ora,
Diſperéam, ſi non, per mala victor eris.

Per anguſta ad auguſta, quod fuit durum pati, meminiſſe dulce eſt, Senec. *in Hercule fur.* facilis patientia, vbi omnia ex ſententia, ſed iuxta Plautum *in Pſeud.* patientia in aduerſis partem mali tollit, nam æquus animus eſt optimum animæ condimentum, & vt dicit Lipſius *cent. 1. epiſt. 61.* Leuamentum miſeriarum eſt, non reniti, multiplex quoque earum vtilitas, *idem 2. ad Belg. ep. 32.* Secunda felices, aduerſa magnos probant, Plin. *Panag. c. 31.* adde ſupra de bello *cap. 4.* hæc igitur vir ſapiens facit eſſe virtutis, vt dicit Boëtius: *Quod nequis mutare, diſce tolerare*, & per pugnam contende ad coronam *Pſal. 65.* Pulchrè S. Bernar. *lib. 4.* Fac tu, quod tuum eſt, nam Deus quod ſuum eſt, abſque tua ſollicitudine curabit, vbi fortè noluerit, tibi nihil deperit.

Multa etenim bene tecta iacent, neſcitaq́; proſunt. ait Proſp. Deus ſcit, inquit Valer. Maxim. *lib. 7. cap. 2.* quod vnicuique ſit vtile, nos plerumque id votis expetimus, quod non impetraſſe melius foret, ſi quid aduerſi nobis accidat, perpendamus illa quoque alijs adeſſe, quod conteſtatur Apuleius *lib. 4. florid.* Verbum vetus eſt, inquit, profecto quod aiunt, nihil quicquam homini tam proſperum diuinitus datum, quin eidem & difficultatis aliquid ſit admixtum, vt etiam in ampliſſima lætitia ſubſit quæpiam vel parua quærimonia coniugatione quadam mellis & fellis, vbi vber ibi tuber, vbi mel ibi fel. Confer Eccleſiaſten *cap. 1.*

CAPVT II.

De malo ſuiipſius, pœna non lenis ſed ſatis rigoroſa & ſeuera.

PОrro oportet vt neque prætextu clementiæ neque diuitiarum contra iuſtitiam peccetur, ſed potius ſontes pœnas ſuis delictis condignas luere, nec illi propterea iraſci debent; qui ſpõte aſciam cruribus ſuis illidit, ait Apulius, neminem niſi ſe poteſt accuſare, qui ius æquum pati non poteſt, dicit Liuius *lib. 28.* in eum vis haud iniuſta eſt, idcirco dicit S. Auguſtin. *Tract. 1. in Ioan.* de pœna tua, accuſa peccatum tuum, non Iudicem, nam vt pulchre Saluian. *lib. 7. de Gubernatione Dei*, homicida inquit, cum à Iudice occiditur, ſuo ſcelere moritur, aut latro, aut ſacrilegus cum flammis exuritur, ſuis criminibus concrematur. Et iuxta ſententiam inſignis Patris Rectoris Ray, fruſtra eum leges abſoluunt, quem propria conſcientia damnat. Impœnitendoq; eſt vltio, & quæ de legibus venit ait Caſſiod. vnde & recte vulgo dicitur, tuo te gladio iugulas, 1.

Heu! pateris telo vulnera facta tuo.

Et IurisConſulti *in l. Imperatores, ff. de iure fiſci*, ad iuſtificandum pœnam, tu te huic pœnæ ſubdidiſti, nam ex quo ſceleratiſſimum conſilium quis cepit, exinde quoq; ſua mente punitus eſt *l. final. C. ad l. Iuliam Maieſt.* Card. Tuſ. *lit. D* delinquens dicitur conſentire in pœnam, *concl. 189.* quod controuerſum eſt apud Valq. *de Teſtatoris potentia lib. 1. §. 10. n. 665. & ſeq.* vbi *DD. pro & contra allegantur*, ſed oſtendit *per d. l. Imperatores*, verum eſſe, quod ex Card. Tuſch. dictum fuit, vnde fortè aliquo modo excuſari poterit vulgatũ illud diuerbium: Was hangen ſoll, erſäufft nicht, nam furari conſuetus ſeipſum pœnæ conſtitutionis Carolinæ 2.

Digitized by Google

linæ ſubijcit, aliter intellectum, verbo diuino repugnaret, pœnaqúe æquo animo toleranda venit. Iuxta Poëtam:

Si quis quæ fecit patitur, iuſtiſſima pœna eſt.

Item:

——————— *nec iuſtior vlla*
Quam necis artifices arte perire ſua.

quia fecit quod non debuit, paſſus eſt quod meruit:

3. Exempla recenſet P. Contzen *lib. 2. Polit. cap. 12.* quibus probat impijs infœliciter ceſſiſſe res & actus ſuos, quia mala redundant in caput auctoris, & ira, in iræ miniſtros, ita vt ipſe Epicurus, licet impiè doceat, nihil iuſtum eſſe naturâ, crimina tamen vitanda inquit, quia vitari metus non poſſit Senec. *ep 98.* adeo cognatum, imò innatum eſt omni impietati impietatis ſupplicium; ita malorum aut bonorum operum merces ex ſeipſo ſoluitur, ſicut probis ipſa probitas ſit præmium, ita improbis nequitia ipſa ſupplicium, quemadmodum ad propoſitum plures verſus refert Scaccia *de iud. lib. 1. cap. 51. num. 12.* vbi & exemplum de Aman, *Eſther cap. 8.* quodqúe pœna talionis omni iure iuſta ſit, ideo iuxta Poëtam:

Non perit indignè quem ſua culpa necat,
Leniter ex merito quidquid patiare ferendum eſt.
Quæ venit indignè, pœna dolenda venit.

Et ſcita:

Iuſtè puniuntur, qui licitis abutuntur.
Iuſtius puniuntur qui aliena rapere conantur.
Sic Sathanas Cœlum.
Protoplaſtus perdidit Paradiſum.

Hugo *2. de Anima.* Nam qui nocentes ſunt, ipſi ſibi ſunt cauſæ & authores cur puniantur & percutiantur à Magiſtratu, ſua enim ſententia facti ſe damnant & feriunt, Dambaud. *in praxi crim. cap. 159. num. 4.* quod latiùs comprobat & exornat *num. 16. & ſeqq.* haud raro conſcientia in leuiſſimis etiam tormentis continuo tormento ſupplicium facti infert, produnt ſeipſos dum ex fuga reuertuntur, omnem ſibi effugiendi & defendendi viam præcluſam exiſtimant, & ſcelus ſceleri addentes in deſperatione pereunt, vel ſibi vim inferunt, nemo enim criminibus oneratus impunè tulit admiſſa, ſed vt Chriſtus ait, iudicium ſuum ſecum portant, mortem ſibi inferunt & ſeueritatem iudiciorum voluntaria pœna præueniunt, quaſi pœna ſit præueniſſe ſententiam inquit S. Cyprianus *lib. 2. epiſt. 8.* alij metu iudicij mori volunt, alij conſcientia turpis alicuius flagitij admiſſi priuſquam prodatur, ſibi mortem inferunt, vnde apparet, ſceleris in ſcelere ſupplicium eſſe, quod & Melitenſes tunc Gentiles in Actis Apoſtol. *cap. 28.* de S. Paulo dixerunt, vtique homicida eſt homo hic, qui cum euaſerit de mari, vltio non ſinit eum viuere, nam vt ille dixit, vltorem vlciſcitur vltor, vel tandem iuſtitia rerum humanarum præſes ait Philo ſcelus ad tempus diſſimulatum inclementer arguit, multo infœliciores ſunt inquit Boët. *de conſolat. lib. 4. proſ. 4.* Improbi iniuſti impunitate donati, quam iuſta vltione puniti, ibi & Additionator oſtendit, impios fœliciores eſſe ſi puniantur, nec vlla dura videtur curatio, cuius ſalutaris effectus eſt: de prædictis verò vide pulchrè diſſerentem doctum Grotium *lib. 2. de iure belli tit. 20. num. 2.* quod delinquens videatur ſe obligare ad pœnam delicto cohærentem; prædicta iura declarat Surd. *deciſ. 158. n. 14.* quod etſi delinquens vel negligens videatur quodammodo in pœnam conſentire, tamen hoc eſt fictè & impropriè, quia nihil magis agit is, quam conſentiat, vbi illata; adde tradita per doctiſſimum Couarr. *in relect. cap. Alma Mater, p. 1. §. 10. num. 5. & ſeqq.*

Digitized by Google

4. Pulchra de iſta materia & Vaſq. *d. loco num. 665. & ſeqq.* diſſolutis contrarijs dicit,& delinquentem conſentire in pœnam, ratio pulchra eſt,quòd delictum eſt antecedens ad pœnam *l.quæſitum, ff. qui & à quibus l.aliud, ff. de verb.ſignif.* atqui verò antecedenti præſtans conſenſum , in conſequens quoque conſentire videtur,*l.etſi non cognati, C.ſi contra ius,* quod ipſum refutat Ceraſius *in l.frater à fratre num.14. & ſeq. ff. de condict. indeb.* ita vt hoc dictu abſurdum putet,ſed tamen concedat delinquentem ad pœnam naturaliter obligari, ſed relictis ſcholaſticis diſputationibus parum curatur , an ſimpliciter vel per accidens, an propriè vel impropriè in pœnam conſentire dicatur. Iſidorus *lib. 2. de ſummo bono, cap.19.*ait,præcedentia peccata ſequentium criminum ſunt cauſa, & illa quæ ſequuntur ſunt præcedentium pœna, at per accidens, vt D. Thomas *1.part.quæſt.87.art.2.* loquitur, quia omnis pœna inuoluntaria eſt, dicente S.Anſelmo *de concept.B.Mariæ Virg. cap. 4.* nihil eſt alicui pœna, niſi quod eſt contra voluntatem, adde tradita inferius *tit.6. cap. 10.* ſufficit ad principalis propoſitionis confirmationem Iuſti Lipſij *de conſtantia lib.2. cap.13. & 14.* aurea ſententia, nec crimen quiſquam in pectore geſtat, qui non idem Nemeſin in tergo.

5. Siquidem vt habet admodum Reuerendi atque Eximij P.Rectoris Ray mihi tranſmiſſum ſcitum , *Talio de cœlis eſt*, item noxæ par pœna eſt,vt ſuo vitio quiſque plectatur. Iuſtiſſima patiendi vice ait Sen.*10. cont. præf.* quod quiſque alieno excogitauit ſupplicio,ſæpè excipit ſuo; eſt enim pœna iniuſtitiæ comes vt dicebat Plato *lib.5.de legib.* & Syneſius *epiſt.32.* ſua enim nequitia ſufficiens pœna eſt,quod ſi ſuſpenſa vel dilata ea quandoque fuerit, meminerimus Braſcati illius apud Valer. Max. *lib. 1. c.2.* lento gradu ad vindictam ſui,diuina procedit ira,tarditatem pœnæ, ſupplicij grauitate compenſat,vnde Senec. *de ira c. 16.* ait, interdum vt pereant, intereſſe pereuntium , quibus tamen melius eſſet, ſi nunquam nati fuiſſent *Marc. c. 14.* pœnæ aliquando maleficijs ſeræ, ait Plinius,nunquam irritæ ſunt, & ſicut nullum eſt maleficium ſine formidine, ita nec ſine conſcientia ſui Tert. aduerſus Marcionem. & vt in prouerbio dicitur: Conſcientia mille teſtes. Quintil. *5. Inſtitut. 11.* nam qui peccat,incurrit pœnam,non ſolum à Deo,ſed etiam à ſeipſo, per conſcientiæ remorſum, reatus pœnæ, effectus eſt peccati, feruntur,ſemper mali ait S. Cyprianus *lib.2.epiſt.8.*ſuo furore dementes,&poſteaquam ſcelera fecerint, conſcientia ipſa ſceleratę mentis agitantur,nam vti probis probitas ipſa ſit præmium, ita improbis nequitia ipſa ſupplicium Boët.*de conſolat.* & Publius, Grauis animi pœna eſt, inquit, quem poſt facti pœnitet,maxima eſt factæ iniuriæ pœna, feciſſe, nec quiſquam grauius afficitur, quam qui ad ſupplicium pœnitentiæ traditur, Senec. *3. de ira cap.76.* nam facinorum conſcientia, ſicut vlcus in carne, in animo pœnitentiam relinquit aſſiduè lancinantem & pungentem, ideo dum iuſtitiæ ſententia ſuſpenditur, pœnitentiæ medicina quæratur S. Leo *ſerm. de Quadrag.*

vide *infra de iuſtitia poli & fori, cap.1. & 13.*

* * *

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT III.

De delictis obuiandis & per Principes puniendis, & qui malo reſiſtere & auertere teneantur: quiq́ non debeant prætextu Clementiæ ab officio deſiſtere.

1. PEruetuſtum dictum eſt: Serum eſt capiendi tempus in medijs malis; quapropter Principibus alijsq́ue mandat Dominus per Moyſen: Auferte malum de medio veſtri; & per Prophetam *Pſal. 57.* Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris, qualis non eſt ſolum qui facit, ſed & qui conſentit reus reperitur, *Cap. Viduas 27. quæſt. 1.* Amici vitia ſi feras, inquit Publius, facis tua. Seneca: Qui non vetat peccare, cum poſſit, iubet. & rurſus pulchrè dicit: Si iuſtus, non ſolum non nocebis, ſed etiam nocentes prohibebis, nam nihil nocere, non eſt iuſtitia, ſed abſtinentia alieni. Et Lactantius *lib. 6. inſt. diu. c. 11.* Qui ſuccurrere perituro poteſt, & non ſuccurrit, occidit; plura alia moralia, item textus Iuris diuini, canonici & ciuilis adducit Magerus *de aduoc. armata cap. 14. num. 150. & ſeq.* vbi tamen ad omnia iura & prædictas authoritates reſpondet, ideo declara *vt infra in fin.* Iudex igitur videns aliquos rixari, & non impediens, tenetur Boër. *deciſ. 53. num. 11.* pulcher textus *in cap. facientis 3. diſt. 87.* item *in cap. error & ſeq. diſt. 85.* Luc. de Pen. *in l. 1. num. 9 & ibi remiſſiuè, & num. 10. in fin. & num. 12. Cod. de commeatu,* Viu. *deciſ. 196.* & exornatur in Grotio *de iure belli lib. 2. c. 21. n. 2.* adde pulchrum textum Iuris Canon. *in cap. Regum officium 23. quæſt. 5.* Hinc Magiſtratus quam primum videt materiam vel occaſionem diſpoſitam ad ſeditiones, rixas, tumultus, aliaq́ue delicta committenda, continuò totis viribus reſiſtere & obuiare debet, Meiſnerus *tom. 4. deciſ. Cam 22. nu. 80. facit l. æquiſſimum ff. de vſufr. l. congruit & l. illicitas §. 2. ff. de offic. præſid. l. non eſt veriſimile ff. quod metus cauſa.* & alia iura quæ allegat Zoanet. *tract. defenſ. tripartitæ p. 1. num. 112.* Occurrendum eſſe, inquit Plinius *lib. 9. epiſt. 37.* augeſcentibus vitijs & medendum, vide rationem apud S. Chryſoſt. *homil. 87. in Matth.* eleganter Seneca *1. de ira cap. 7.* ait, facilius eſt excludere pernicioſa quàm regere, & non admittere, quã admiſſa moderari, nam cum ſe in poſſeſſione poſuerunt, potentiora Rectore ſunt, & recidi ſe minimè patiuntur. Et Caſſiodorus *lib. 5. variar. epiſt. 15.* in ipſis cunabulis ſcelera commiſſa reſecantur, nam iuxta eundem *lib. 3. epiſt. 14.* Malum cum perſeuerat, augetur, & remediabile bonum eſt, in peccatum accelerata correctio, nam quæ nunc virgulta ſunt, erunt, ſi negligantur, & robora, idem *lib. 5. epiſt. 38.* iſta enim quæ modo facili diuulſione dirimuntur, poſtea vix ſecuribus ſuccumbunt, ideo iuxta Senec. *de ira cap. 8.* in primis inquit, finibus hoſtis arcendus eſt, nam cum intrauit, & poſtis ſe intulit, modum à captiuis non accipit; pulchra quædam in Grotio *de iure belli, lib. 2. cap. 21. ſub num. 2.* & Luc. de Pen. *in l. nulli, num. 4. & ſeq. C. de conditis in publicis horreis, & in l. omnes, num. 3. & ſeq. Cod. annon. & tribut.* ibi aliqua valdè notabiliter dicta, & certè etiam futura mala cauere & auertere debent, nam iuxta Ciceronem *Philipp. 5.* omne malum naſcens facilè opprimitur, inueteratum fit plerumque robuſtius, quo ſpectat illud Ouidij:

Principiis obſta. ſero medicina paratur,
Cum mala per longas inualuere moras.

In ipſis initijs Caſſiod. *2. epiſt. 14.* com- 2.

primendus exceſſus, exemplo Medicorum, quibus non modo apparentia vitia curanda ſunt, ſed etiam inuenienda quæ latent Fab. *12. declam. 8.* longe & facilius eſt morbum declinare, quàm emiſſum eijcere, vnde Democles maiorem gratiam Medicis deberi dixit, qui morbum ingruentem arcent, quã qui iam præſentem expellunt, magis quippe optandum eſt, omninò non pati, quàm à paſſionibus liberari, hinc aliquando quibuſdam ſe fœlices prædicantibus, ſi contingeret illos ad purgatorium venire, reſpondi tamen fœliciores eſſe, ſi illuc non peruenirent, & talem hic vitam agerent, vt illuc venire neceſſe non foret, oportet itaque, ait Nicephor. *lib.15.* qui citra periculum viuere volunt, eos occurrere impedentibus malis & anteuertere, nec eſſe cunctandum aut exſpectandum, vt acceptam iniuriam cum periculo vlciſcaris, ſi in præſentia creſcentẽ plantam præcidere poſſis, & aduerſarij male cogitantis conatus opprimere. Quippe properante ruina, ſumma cadunt: Hinc & medicorum adagium, medicus præſeruans, curãte nobilior eſt, & vt dicebat ille Terentianus, licentia omnes deteriores fiunt, ideo malis exemplis præcludendæ feneſtræ, nam vnum male geſtũ, plura mala generat, & vti vulgo dicitur, conceſſo vno abſurdo plura alia ſequuntur, vnde & ſequitur, quòd Princeps, conſuetudines inducentes ad mortale, abrogare teneatur, poteſt tamen minus malũ ad euitandũ maiora permittere Ioan. Bapt. Frag. *de regim. Reip. Chriſt. lib.1. diſp.1. §. 4.* confirmantur priora apud Zaſ. *in l. ait Prætor, n.8. & ſeq. ff. de iureiur.* quod occaſio, viam delinquendi aperiens, ſit tollenda, quodq; reſcripta & ſtatuta, magnis delictis paruam pœnam irrogantia, nõ valeant, quia facile inuitantur populares ad delinquendũ vel ad faciendum prohibita, cum ſciunt ſe mediocriter puniendos, quod in exemplis ſubiectis dicit vidiſſe ſe illa male practicata, vide pleniſſimè diſcurrentem Vaſquium *hoc cap. in fin alleg.* Quæ poſſunt noxiè creſcere inquit Caſſiod. *ep.38.* celeriter amputanda, faciliùs namq; eſt excludere pernitioſa quã regere, & nõ admittere, quam admiſſa moderari Senec. *1. de ira, c.7.* Princeps igitur ſua prouidentia occurat Plin. *6. ep. 19.* quandoquidem laude digniſſimi perhibentur, qui naſcentibus malis occurrunt, Ælian. *lib.14.* quo reſpexit Liuia ad Auguſtum dicens: Principem iniuriam non tam facere nõ debere, ſed & cauere ne videatur feciſſe.

Prędicta de iure Canonico etiam ad priuatos trahunt, quaſi & illi, attenta illius diſ- 5.
poſitione alium à periculo, damno & iniuria defendere debeant, ſi commode & abſque iniuria poſſint Guitierrez *in quaſt. Can. lib.2. cap.6. num.105. & ſeq.* vbi allegat *cap. non inferenda, & cap. vlt. 23. quaſt.3. & cap. delicto de ſent. excom. in 6.* quod limitatur ibi procedere de iure ciuili iuxta communẽ intellectum *in c.1. de offic. deleg.* quod ipſum tamen declarat, vt pœna ordinaria non teneatur id omittens. Couar. *in reg. peccatum p.2. §.3. num.4. de reg. iur. in 6.* & in Clem. *furioſus, p.2. §.2. de homicid.* neque tenetur ad damni reſtitutionem licet peccet, vt ibidẽ exemplificat in vicino, qui videt latrones in domum meam intrantes & non clamat, hoc ipſum tamen limita quoad alios, qui ex officio (officium autẽ propriè dicitur, quod vnuſquiſq; pro ſua conditione facere neceſſum habet Coraſ. *lib.7. miſcel. iur. ciuil. c.21. ſub nu.2.*) tenentur, vel qui in certo officio conſtituti ſunt, vt ſunt Principes, Prætores, famuli & cuſtodes domus, qui non ſolum delictis obuiare, ſed etiam ad reſtitutionem

tenen-

Digitized by Google

tenentur, quod ipſum declarat Ioan. Bapt. Frag. *de regim. Reip. Chriſt. lib. 1. diſp. 2. §. 3. n. 151. & ſeq.* & diſtinguendo dicit, quòd illi, qui non tenentur ex officio obuiare malo, peccent quidem mortaliter, ſi damnum eſt notabile, & quando cōmodè impediri poteſt, ſed non teneantur ad reſtitutionē, quia illi non peccant contra iuſtitiam, ſed contra charitatem, ij verò qui ex officio obuiare tenentur, equidem ad reſarciendum damnū, ſed non aliter quàm ex lata culpa tenentur, vt non ſufficiat leuiſſima vel etiam leuis culpa, imò DD. allegati in Barboſ. *in c. qui cum fure, n. 5. & 6. x. de furt.* indiſtinctè docent, quod quilibet teneatur ſub peccato mortali vitam & bona alterius defendere, ſi cōmodè & ſine notabili damno poteſt, vnde infertur, quod inde mercedem accipere poſſit, itē quod tota Ciuitas teneatur, non puniens improba facta per Ciues vel ſubditos commiſſa Coler. *de proceſſ. execut. p. 1. c. 2. n. 312.* negligens ad obuiandum delicto quomodo puniatur vide Felin. *in c. quia quæſitū, n. 3. & ſeq. x. de offic. iud. ord.* ibi & an negligentia in Prælato ſit mortale peccatum, quomodo enim illi bona ædificare poterunt, niſi prius deſtruxerint mala, tu vide diſtinctè & doctè diſcurrentem Ferdin. à Caſtro *de virtut. & vitiis, tract. 6. de charit. diſp. 3. punct. 1. & ſeq.* an correctio ſit in præcepto, & qui, & quando ad illam teneantur, latè ibi.

4. Nuper in ſimili conſultus ſuper caſu, vbi quis non ſolum ſe obligarat ad cuſtodiam, ſed etiam quod res apud ſe depoſitas ad locum tutiorem deferre vellet, quoties hoſtis aduentaret, qui cum res ſuas ſaluaret, depoſitas verò relinqueret, reſpondi eum teneri, dubium autem eſſe poterat, ſi prius res ſuas ſoluando cæteras ſaluare non potuiſſet, imò contra tutorē docet ex alijs Munnoz *tract. de ratiociniis, c. 19. n. 64.* quod adhuc pupilli bona, præſertim ſi pretioſiora fuerint, ſaluare debuerit, ſed magis diſtinctè Ioan. Bapt. Fragoſ. *de regim. Reip. Chriſt. lib. 7. diſp. 22. num. 32.* vbi inprimis tradit, dolum præſumi, quando depoſitarius aſſerit res depoſitas perijſſe, cum res ſuæ ſint incolumes, niſi probet caſum fortuitum, præſertim ſi res depoſitæ ſint pretioſiores, ideo tenetur Abb. *in cap. 2. num. 2. per illum text. x. de depoſito*, qui tamen hoc limitat, ſi ſuas ſaluauit, & alias pretioſiores ſaluare non potuerit, Fragoſus dicit, in foro conſcientiæ ſtari veritati ac iudicio, an res ipſius culpa perierit Silueſt. *in Summa in verb. commodatum, lib. 5. quæſt. 17.* adde notata in Magero *de Aduocatia armata, cap. 14. num. 246. & ſeq.*

De priori quæſtione vide præter Menoch. *de arbitr. caſu 355. per tot.* vbi pulchrè declaratur, Zoanettum *in tract. defenſ. tripartita p. 1. num. 99. & ſeqq.* qui ex legiſtarum ſententia tradit, quod quis alium extraneum periclitantem defendere non tenetur, nec de Iure Canonico, nec de Iure Ciuili, niſi in parricidio *l. ſciente, ff. de parricidio*, & in crimine læſæ Maieſtatis *l. quiſquis Cod. ad L. Iul. Maieſt.* item exceptis ijs perſonis, quæ noſtræ poteſtati ſunt ſubiectæ, & caſus refert Bart. *in l. vtrum, ff. de parricidio*, quamuis ſi commodè quem ſeruare poſſit & non facit, peccet in conſcientia, enimuerò ibi per iura & DD. diſſentientes defenditur, de iure Canonico contrarium verius eſſe, ſcilicet extraneum periclitantem quoque defendendum & adiuuandum eſſe, vide ad eum, adde Perezium *ad tit. Cod. ad L. Cornel. de ſicar. num. 36. & ſeq.* vbi idem, non ſolum de iure diuino & canonico, ſed etiam de iu-

5.

Digitized by Google

de iure gentium & ciuili comprobare conatur, cum iuſtiſſima declaratione, adde tamen Decium & Cagnolum *in l. culpa caret, 50. ff. de reg. iur.* vbi vterque latè, & Cæuall. *in comm. opin.* contra communes, vbi pro & contra, & quod communiter obſeruetur, quòd in foro exteriori quis alium defendere cogatur, quem allegat Ioan. Bapt. Fragoſ. *de regim. Reipubl. Chriſt. lib. 5. diſp. 12. §. 3. num. 101. & ſeqq.* vbi ipſe tenet contra Cæuallos, quod de iure Canonico, quilibet teneatur delictis alterius obuiare & inſultatum defendere, puta ſi delictum eſt in fieri, ſecus ſi iam ſit commiſſum & occultum, tunc etiam in foro conſcientiæ illud reuelare non cogitur, niſi fortè ſit periculum reincidentiæ, vel ad frenandum illud ne in poſterum fiat, & alias occulta delicta, quæ tendunt in damnum cauſæ vel innocentis, ſi aliter impediri non poſſunt, ſunt reuelanda in inquiſitione generali, ſic tradit prædicta *in §. 5. num. 144. & §. 6. num. 167. & in ſeq.* quæ ſint occulta delicta, quæ nec manifeſta, nec notoria, nec famoſa ſunt, intellige prædicta ſi valdè commodè impediri poſſunt & ſine periculo, Magerus *ſupra alleg. num. 765.* ibi reſpondet ad contraria, adde DD. allegatos à Barboſ. *in c. non inferenda 23. quæſt. 3.* vbi ipſe quoque diſtinctè, & ex communi defendit, quod quilibet etiam in foro externo poſſit extraneum defendere, tam in bonis quam perſona, & ſi opus fuerit interficere iniuſtum eius aggreſſorem, ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, & ita defendi quoſdam in mea patria. An autem & quando quis non poſſit, vel nõ debeat vitam ſuam exponere pro vita proximi tuenda, vide eundem *in cap. non eſt noſtrum, 23. quæſt. 5.*

6. Ex prædictis autem notetur, quomodo hodie bona animæ negligantur, imò mala promoueantur per ęquales potationes, quibus aliorum ebrietas ſtudioſè procuratur, atque alia ſimilia, vnde Poeta:

Vna ſalus nobis, nullam potare ſalutem,
Namq; abit ex potâ grata ſalute ſalus.

Quis itaque non cum Propheta *Ierem. 20.* dicere poterit: Et factus eſt in corde meo quaſi exæſtuans, clauſuſque in oculis meis & defeci, ferre non ſuſtinens, audiui enim contumelias multorum & terrorem in circuitu, & S. Dauid *Pſalm. 118.* Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam; & alibi ſæpius in effectu ſimilia, de peccatis huiuſmodi alijſque quæ in omittendo conſiſtunt, vide Bonacin. *tract. de peccatis, diſp. 2. quæſt. 4. punct. 3.* vbi variæ proponuntur & reſoluuntur quęſtiones, ſed quod ſi Principes hoc tempore ſuis ſumptibus defendere, & loca occupata recuperare nõ poſſint, quorum ſumptibus idipſum fiat, & quando, vide Munnoz *de ratiociniis. cap. 25, num. 21. & ſeq.* de principali & ſuperioribus quæſtionibus plenè & diſtinctè per varios caſus, an, & qui, & pro quibus, an iure Canonico futuro malo obuiare teneantur, & quod ſi ſubſit periculum metus, vide omninò in caſibus occurrentibus Vaſquium *de ſucceſſionum reſolutione lib. 1. §. 2. num. 18 & ſeqq. vſque ad fin. num. 40.* adde ſi placet aliqua exornata in Luc. de Pen. *in l. prohibitum*, præſertim *num. 12. C. de iure fiſci*, latiſſimè prædicta pleraque examinantur & diſcutiuntur apud Flores Diez *lib. 1. practic. quæſt. 18.* vtrum ſciens delictum committendum, teneatur illud reuelare in foro interiori & exteriori, & an non faciens poſſit puniri, hoc vltimum nullo iure ſtatutum reperiri dicit, niſi contra eos, qui tenentur ex officio delicta corrigere, inquirere & punire,

nire, & quid de priori quæſtione vide ibi relatos DD. tam Theologorum & Canoniſtarum quàm Legiſtarum opiniones, & conciliatis multis iuribus per multas concluſiones deducit, An quis teneatur obuiare delicto in foro conſcientiæ, manifeſtare delictum ſecretum & occultum, & quid ſi vergat in damnum Reipublicæ vel tertij, item an accuſatus delictum manifeſtare, & quis denunciare teneatur & quando, & quomodo quis teneatur reſpondere monitorijs, quem omninò in caſibus occurrentibus videas, iuncto Raudenſi *de Analogis cap. 39. ſub num. 39.* ex Nauarra *in Manual. cap. 24. num. 23.* reſoluit, quod præceptum fraternæ correctionis obliget tribus concurrentibus, ſcilicet exiſtente certitudine, peccatum eſſe mortale, item ſpe effectus impeditionis, & opportunitate perſonæ & temporis.

CAPVT IV.

De Clementia eiuſq; effectu.

1. VErum enimuerò, hodie non tam ad excuſandum delicta, quàm vt impunita euadant, clementia eiuſdemqúe laudes in ſcenam producuntur Papon *de arreſt. lib. 1. tit. 2. de hæret. & blaſphem. arreſt. 8. in fin.* tradit, Maieſtati Regiæ nihil adeò conuenire quàm miſericordiam atque humanitatem, eaqúe re neque alia magis ad clementiam diuinam accedere *l. Imperialis, Cod. de nupt. l. fin. Cod. de donat. inter vir. & vx.* & thronum Regis corroborari clementia *Prouerb. 20.* iuxta illud Claudiani:

Sola Deos æquat clementia nobis.

Hinc Poëtæ affingunt Herculi clauam, oleiqúe coronam, vt feriat quidem, ſed vt oleo miſericordiæ ictum leniat, Damhaud. *in praxi crim. cap. 159. num. 6.* vbi monet, vt Principes hanc Herculis formam ſibi in exemplum ſumant, ſiquidem plures notabiles clementiæ effectus refert Luc. de Pen. *in l. his quidem, num. 8. & 9. C. qui milit. poſſ.* vbi & duodecim conditiones recenſet, quas Princeps habere debet, vt ſubditos benè & præcipuè clementer regat, in omnibus rebus magis offendit nimium, quàm parum, tutius eſt chordas remitti quàm protendi, multa notabilia & moralia in P. Ioan. Bapt. Fragoſo *de regim. Reipub. Chriſt. lib. 1. diſp. 1. §. 3* & vt Cicero pro Ligario loquitur, nulla re propius ad Deos accedere Principes, quàm ſalutem hominibus dando. Pulchrè Poëta:

Crede mihi miſeris cœleſtia Numina parcunt,
Nec ſemper læſos & ſine fine premunt.

Siquidem:

Regia crede mihi res eſt ſuccurrere lapſis.

Propè eſt, ait Seneca *de Clem. 14.* vt libenter damnet, qui cito damnat, prope, vt inique puniat, qui nimis, non ita Deus, Nam:

Si quoties peccant homines ſua fulmina mittat
Iupiter, exiguo tempore inermis erit.

Hoc & imitentur Reges ac Principes, vel timendum erit, quod Oweni verſus tradunt:

Si quoties peccant dextri effodiantur ocelli
Mundus in exiguo tempore luſcus erit.

Hoc autem ſub prætextu non eſt peccandum, nam licet Deus incontinenti ſcelera non puniat, puniet tamen tandem inemendata, mihi aut Patroclo vel maximè tarditas & cunctatio Numinis, in pœna malis irroganda res videtur eſſe grauis & atrox. 2.

——— quis enim læſos impunè putaret
Eſſe Deos? ſeruat multos fortuna nocentes,
Et tandem miſeris iraſci Numina poſſunt.

Adde optimum textum *Eccleſ. 5.* & *de Clementia* Luc. de Pen. *in l. placet, Cod. de excuſ. muner. l. ſuus. Cod. de ſuſpect. præſ. l. his quidẽ, Cod. de his qui milit. poſſ. vel non.* Card. Tuſ. *lit. C. verb. clementia commendatur in Principibus*

cipibus,concluſ.373. pulchrè Seneca *lib. 1. de Clement.* aliqua in Viuio *deciſ.467.num.61. & ſeqq.* ſcitum quoque eſt dictum S. Ambroſij: Nouit Dominus mutare ſententiam: ſi tu noueris emendare malitiam; corripiendi tumidi, tolerandi infirmi, nam odio habenda peccata, non homines, ſi quid diſcrepat, non ſtatim diſrumpendum, ſed paulatim ad concentum reducendum eſt, Lipſ. *lib.4.Polit.cap.4.* Imò ipſe Diocletianus, alioquin in Chriſtianos truculentus, iuſtitiam ſine miſericordia crucem eſſe dicebat, ſicuti Romani plus pene parcendo victis, quàm vincendo imperium auxerunt, Liuius *lib.30* Imperatoriæ ſiquidem poteſtatis eſt, duriores caſus, & triſtiorem fortunam humanitate mollire, teſte Symmacho *lib.1.epiſt.49.*

5. Ex quibus & ſimilibus paſſim obuijs inferunt, quòd ſententia quæ miſericordiam negat, minimè ſententia ſit, *cap. pendet in fin. diſtin. 50.* cum vera iuſtitia compaſſionem habeat, vt *in cap. vera iuſtitia, diſt.45. & cap. Omnis,* vtique melius eſt vt quis reprehendatur de miſericordia, quàm de rigore, *cap. allegant, 26. quæſt.7.* & huic conuenit Imperatoris Rudolphi I. eius nominis ſententia, dicentis; ſeuerum & immitem fuiſſe, ſe aliquando pœnituiſſe, lenem & placidum nunquam; vt vere dixerit Seneca, nihil eſſe magnum, quod idem non ſit placidum, & effectus clementiæ vide in Lipſio *in Polit. lib. 2. cap. 12. & ſeqq.* nam Iupiter ipſe, Annio cuidam, per ſomnium imperaſſe fertur, vt Senatui nunciaret, non ſibi placuiſſe Atronij maximi factum, qui ſeruum verberatum patibuloque affixum ante ſpectaculi commiſſionem per circum egerat, quod cum reſciuiſſet Senatus ſupplicium de crudeli Domino ſumi iuſſit, & ad propitiandum Iouem, ludis illis Circenſibus diem addidit Macrob. *lib.5. ſatur. c.11.* quod notent illi Domini, qui ſæpe tam crudeliter famulos ſuos tractant, vt Ethnicos ſuperent, alioquin in ipſos licita quædam emendatoria animaduerſio eſt *iuxta l. vn. C. de emend. ſeruorum,* quibus tamen M. Varro *de re ruſt.1.c.20.* ita cenſet imperandum, vt verbis potius, quàm verberibus coërceantur, magis igitur clemẽter, & comiter Chriſtianis agendum erit, cum famulis vel etiam cum ſeruis (quales adhuc habet Hiſpania Scholtes *p. 1. pract. quæſt.14. nu.2.*) Omnes enim, vt Apoſtolus *ad Galat.3 & Nouell.5. cap.2.* docet, filij Dei ſumus per fidem, quæ eſt in Chriſto IESV; neque eſt Iudæus, neque Græcus, neque ſeruus, neque liber, ſed omnes vnum ſumus in Chriſto, & pœnæ potius ſunt molliendæ quàm exaſperandæ *l. pen. ff. de pœnis,* pulchrè Gramm. *deciſ.56. iuncta deciſ.5.* vbi inter alia dicit, quod Princeps terrenus, Iudicem & Principem debeat imitari Cæleſtem, ſcilicet Deum, atqui vero natura diuinitatis clemens eſt & pia, magis ad clementiam quàm vindictam prona, neq; nimis iuſtus eſſe debet, quia quandoque nimis iuſtus in ſua iuſtitia perit, vt eſt textus iuncta gloſſa *in cap. niſi cum pridem, x. de renunciat. cap. quia plerumque, §. omnis ita 2. quæſt.7.* latè Barboſ. *tract. axiom. iuris vſufreq. ax.181.* quod in pœnis benignior fiat interpretatio, quodq; pœnæ non ſint extendendæ, & quod nemo alterius delicto puniendus ſit, & apud Ezechielem *cap. 18. Exod.23. Deut.13. Iob. 4.* latè Caſtrenſ. *conſ.424.* quia ſcio *num.6. & 7. lib.1.* vbi ad multa infert, latè Tepatus *in Compendio deciſionum, tit.329. de defenſionibus reorum in genere.*

Hoc vltimum tamen pulchrè declarat Barboſ. *d. loc. num.6.* vt verum ſit, accepta pœna, 4.

pœna prout eſt culpæ correlatiua, & pro vt importat rationem pœnæ, per quam iuſtitiæ æqualitas reparatur, nam ſi pœna accipiatur ſub ratione medicinæ, vt quis minori bono priuetur vel in maiori augeatur, vel data iuſta cauſa ad maiorem Reipublicæ vtilitatẽ, vt dum vnus torquetur, vt cæteri cautius & promptius à criminibus abſtineant, non inconueniens eſt, vt vnus pro alio puniatur, non tamen pœna æterna nec ad ſalutem animæ pertinente, vt ex ſententia D. Thomæ, Couarr. aliorumque, ita pulchrè & verè declarat. Et Couar. *lib.2.var.reſol.c.8.* quærit; An ſtatuto induci poſſit, vt vnus pro alio puniatur, de quo vide & Menoch. *de arbit.lib.2.caſ.345.* Caſp. Ant. Theſaur. *lib.2. quæſt.forenſ. 62.* Tepat. *in comp.deciſ.tit.63.* Farinac. *quæſt.crim.24.lib.1.n.48.& ſeq.& lib.2.deciſ.crim.14.* Gail. *de pignor. c.5.* latè quoque Honded. *vol.2.p.6.de delict. conſ.96. & ſeq.* quando Domini teneantur pro delicto famuli, pater ex delicto filij, Dominus ex delicto interioris, & quando præſumatur ex mandato delictum & ex ratihabitione, & an induci poſſit quod ad pœnã pecuniariam teneatur pater ex delicto filij, quæ omnia & ſingula nota, propter caſus in praxi quotidianos, & notabiles limitationes in Hippol. de Marſ. *ſing. 362.* pulchrè quoque Grotius *lib.2.de iure belli, cap.de pœnar.comm.21.& cap.17.præſertim nu.20.* Ex prædictis autem deducitur, quòd iudices ſeueritatis nomen abijcere debeant, nã ſicut miſericordia ſurſum ad Deũ eleuat, ita ſeueritas deorſum ad infernũ deijcit, vt tradit Simanch. *de Cath. Inſt.tit.47.nu.80.* & ipſe Demoſthenes licet Ethnicus, agnoſcens miſericordiæ virtutem, vt ponderauit Gramm. *deciſ.23.nu.16.* dixit ad Alexan. Non habes Rex, vel fortuna maius, quam vt poſſis, vel natura tua melius, quàm vt velis ſeruare plurimos, quippe vt habet ſententia Admod. Reu. P. Rectoris Ray, crudelis eſt liuor, qui vulnerum liuore gaudet, quo tendit & illud Platonis *de legib.* Nemo prudens ideo punit, quia peccatum eſt, ſed ne peccetur, quod latius exornatur in Grotio *lib.2.de iure belli c.20.n.22.36.* & paſſim, omnis pœna, inquit Quintil. *declam. 174.* nõ tam ad delictum pertinet, quam ad exemplum & S. Cyprian. *ſerm.5.de lapſ.* plectuntur quidam quo cęteri corrigantur, exempla ſunt omnium, tormenta paucorum, pulchrè Senec. *lib.1. de clem.* vt fulmina, inquit, paucorum periculo cadunt, omnium metu, ſic animaduerſiones magnarum poteſtatum terrent latiùs quam nocent, reuocari præterita non poſſunt, futura prohibentur ait Seneca *de ira circa fin.*

Cauendum autẽ vel maximè ab ira in puniendo S. Iob *cap.36.* quod exornatur apud Coraſ. *miſcell.iur.ciu.c.41.n.2.* ideo ſemper tene memoriæ, quod & in ſcriptis & verbis (vtroq; modo hodie nimis impunè peccatur) non duriuſcula, ſed mollia & ſuauia verba proferas, quippe non ſolum iiſdem eadẽ proferre poteris, ſed etiam plus effeceris & profeceris iuxta illud *Prouerb.15.* reſponſio mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem vide *Cant.4.* & S. Paulus *ad Galat.6.* ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis: conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Optimus namque & emendatiſſimus is eſt, vt ſcribit Plinius *lib. 8. epiſt. 22.* qui cæteris ita ignoſcit, tanquam ipſe quotidie peccet, maximè cum bonus fieri poſſit, qui malus eſt Laërt. *lib.5. cap. 1.* Vetuſtum eſt illud Regis Menelai apud Euripidẽ: Odit Deus nimis vehementes motus, odere ciues, gratior eſt moderatio, 5.

quippe nimia & aſpera dominatio parit ſeceſſionem *l. 2. §. 24. ff. de orig. iur.* prope eſt ait Seneca, vt inique puniat, qui nimis, & Schaliger acerba, quamuis æqua, verba vellicant, pulchrè Cicero *3. Offic.* habenda inquit ratio & diligentia, vt monitio acerbitate, deinde obiurgatio & contumelia careat, pulcherrimè Bonacin. *tract. de legibus, diſp. 1. quæſt. 1. punct. 8. num. 4. propoſ. 4.* diſtinguit regulam quod pœnæ reſtringendæ, benignæ interpretandæ & leniendæ ſint, & *in præced. propoſ. de reg.* fauores ampliari odia reſtringi oportet, & vnde cognoſcatur, an quid fauorabile & odioſum ſit, vide ibi, & quoad materiam multa capitula deſeruientia, *in cauſa 23. quæſt. 4.*

CAPVT V.

De Seueritate eiuſq; bono & effectu, atque Iure Aſyli.

1. E Conuerſo multa ſunt quæ ſuadent ſeueritatem amplectendam eſſe, ſunt enim Reges & Principes miniſtri Dei, vindices in iram ei, qui male agit, S. Apoſtolus Paulus *ad Rom. 13. l. Imperium, ff. de iuriſd. cap. quadam 23. q. 15.* adeo vt iuxta S. Gregorium *in expoſit. Pſalmi:* Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris, dicatur iudicē eſſe peſtem Reipublicæ, qui reos cum rigore nō corrigit, nihilquè eſt illo Paſtore miſerius, qui luporum laudibus gloriatur, *cap. ſunt plurimi 6. quæſt. 1. & cap. nihil, diſt. 83.* nam ſi noxij nihil timerent, innocentes ſemper pertimeſcerent, S. Ambroſ. *in Pſal. 118.* ideo obrueretur innocētia, inquit Caſſiod. *4. ep. 35.* ſi relaxaretur audacia, ea propter vt idē dicit Caſſiod. *lib. 2. epiſt. 14.* Pietatis genus eſt, in illos diſtringere, qui ſe ſceleratis docentur actionibus miſcuiſſe, acerbitas vlciſcendi maleficij, vt dicebat Sextus Cæcilius apud Gell. *lib. 22. cap. 1.* Bene atque caute viuendi diſciplina eſt, iniquitas quippe mortalium, more putredinis ſine fine vagaretur inquit Caſſiod. *in Pſ. 38.* ſi eam medicinalis increpatio minime deſecaret. Nam vt dicit S. Bernard. Impunitas incuriæ ſoboles, inſolentiæ mater, tranſgreſſionum nutrix, ideo enim ex Martini Laudēſis ſententia *tract. de Princip. quæſt. 98.* gladium portat & exercet, & à Deo miſſus ad vindictam malefactorum, ad laudem vero bonorum, iunctis traditis per Lucam de Pen. *in rubr. Cod. de gladiatorib. penitus tollen.* ſicuti & de iuſtitia dicitur:

Cur gladium tua dextra gerit, cur laua bilancem,
Ponderat hac cauſas, percutit illa reos.

Dura hæc vox, ac multò durior illa, ſalui ſint improbi, ſcelerati, impij, deleantur honeſti, boni, tota reſp. Cicero *Philipp. 8. cap. 5.* nam iuxta venuſtum illud Senecæ dictum, probis nocet, improbis parcens, tantum legibus ſeueritatis addendum inquit Symm. *2. 13.* quantum flagella creuerunt. Igitur

Tu nihil admittes in te formidine pœna.

Quippe malefactor non debet vti Dijs iratis, ſicuti eſt apud Iuuenalem, ſed merito puniendus, creſcit enim multitudo peccantium, cum redimendi peccati ſpes datur, & facile itur ad culpas, vbi eſt venalis ignoſcentium gratia, vt ait Arnob. *aduerſ. Gentil. lib. 7.* Portius *conſ. 20. num. 45.* Kopen *quæſt. 243. num. 1.* Quemadmodum autem omnis pars facta eſt propter totum, ac proinde ſicuti ad hominis ſalutē ſecatur membrum putridum, ne contagione totum pereat corpus, expedit enim tibi *iuxta S. Matt. 5.* vt pereat vnum membrum tuorum, quàm vt totum corpus eat in gehennam, ſic Reipubli- 2.

Digitized by Google

publicæ corporis ſaluti expedit, malefactores ciues, vti putrida membra truncari, ne tota Reſpublica infectetur, quia modicum fermenti totam maſſam corrumpit Apoſt. *1. ad Corinth. c. 5.* vnde rectè Iuuen. *Sat. 1.*

Morbida facta pecus totum corrumpit ouile.
Ne maculet ſocias, eſt remouenda grege.

Et rurſus:

——— grex totus in agris
Vnius ſcabie cadit, & porrigine porci.

ſic pomum integrum à corrupto inficitur, vnde Poëta:

Vuaq; conſecta liuorem ducit ab vna.

& inter corporis membra, corruptum inficit ſanum, quare

——— immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

quod latius exornatur in Fabiano Iuſtiniano *in Tobiam c. 5. verſ. 4. in docum. vn.* vbi oſtendit quod fidelis & pius ſocius magnum emolumentum, è contra malus vel impius maximum ſocio adferat detrimentũ, prius quoque probatur *in cap. ſed illud, diſt. 45.* elegantiſſimè Imperator Fridericus II. reſcripſit Iuſtitiario Regni, his verbis: Dum maleficiorum exceſſus iuſto Præſidis rigore nõ ſtringuntur, vitioſa remiſſio pœnæ, nutritiua eſt criminum, & facinoroſis ex hoc enormis creſcit audacia, & liber quodammodo tranſitus, & ſi nimia ſeruatur humilitas, ipſius Regentis frangitur authoritas, Luc. de Pen. *in l. ſi apparitor, Cod. de cohort.* & aliqua notabilia *in l. omnes, Cod. de annonis & tribut. num. 3. & 4.* vbi & S. Gregorius: Cum in ſubiecto peccatum nõ corrigitur, in hos, qui præſunt, ſententia retorquetur. Et rurſus ex eodem, ſi prauę rei habitus, antequam diu pateſcat, non deciditur, vſu fit latior, & erit conſuetudine licitum, quod ratione conſtat eſſe prohibitum, adde *cap. prodeſt 23. quæſt. 5.* repugnatque iuſtitiæ, quæ eſt conſtans & perpetua, repugnat quoque definitioni iudicis, qui debet eſſe vir bonus, iudicandi peritus, & ad id poteſtatem habens; Vir autem dicitur à virtute, & Iudex quaſi ius dicens, propterea debet ſe monſtrare virum & non fœminam ſeu effœminatum, Theſaur. *in præfat. deciſ. num. 24.* quare & prohibetur, calamitoſorum precibus illachrymari, *l. obſeruandum 19. ff. de offic. præſid.* vt hac ratione qui ſe ſtultum monſtrauit in culpa, ſapiens fiat in pęnis Hering. *de fideiuſſ. cap. 5. ſub num. 11. vbi & nu. ſeq.* quod non poſſit videri odioſum & rigoroſum, quod ob publicam vtilitatem conſtituitur, præſertim aſſiduè peccantibus, quibus non eſt miſerendum Luc. de Penna *in l. quiſquis, num. 1. Cod. de comeatu*, quia non habet veniæ locum, qui delinquit admonitus Caſſiod. *lib. 4. var. epiſt. 29.* nam pertinacia ſtulta & infœlix eſt, vnde cum Eccleſia nunquam intenderit priuilegijs ſuis Clericos fouere proteruos atq; incorrigibiles, ſtatuit Celeſtinus *3. in cap. Cum non ab homine, de iudic.* contra eum, vt ibi, procedi, (quis autem dicatur incorrigibilis, vide clarè Barboſ. *in cap. cum non, num. 7. x. de iud.* & Ignatium Lopez *in pract. crim. canonica, cap. 142*) correctis & emendatis facilè ignoſcit, manifeſtanti delicta Chriſtus non iudex, ſed aduocatus adeſt, Caſſiodor. *ſuper Pſal. Beati quorum, &c.* idem *ſuper Pſal. Ad Dominum, &c.* Dominus neſcit differre, quem compuncto corde ſibi ſenſerit ſupplicare; In quacunq; hora ingemuerit peccator, miſerebitur eius, ſed ſi operam medicantis exſpectas ait Boët. *de conſol. Phil. 1.* oportet vt vulnus detegas.

E contra verò alibi dicitur, quod peccatores non exaudiat, neque proſint lamenta, 3.
ſi replicentur peccata, nihilque valet à malis

Digitized by Google

veniam poſcere, & mala denuo iterare, vnde rectè vulgo ex ſententia Patrum dicitur, humanum eſt peccare, ſed diabolicum perſeuerare, imò & Cicero Ethnicus rationis motu aſtruit, *12. Philipp.* cuiuſuis hominis eſſe errare, nullius niſi inſipientis in errore perſeuerare, pulchrè S. Gregor. *in homilia,* Vſitata inquit, culpa obligat mentem, vt nequaquam ſurgere poſſit ad rectitudinem, conatur & labitur, quia vbi diu ſponte perſiſtit, ibi & cum noluerit, cadit, peccata populi, & inemendati mores diuturno ſæpe egent flagello, Lipſius *de conſtant. lib. 2. c. 13.* quo caſu maximè ſibi locum vendicat illud *Syrach cap. 10.* Magiſtratus prudens ſeuerus eſt, quippe melius eſt, in deſperatæ frugis homines cum ſeueritate animaduertere, quàm cum lenitate Rempublicam corrumpere *cap. omnis 5. quæſt. 5.* facit Reichs-abſcheidt *de Anno 1576.* §. [illegible] ſoll ſich auch. in ſumma bonis parcendum, mali puniendi iuxta Poëtam:

Parce bonis, & perde malos, propone quibusq;
Iuſtitiam, meritis compenſans præmia cunctis.

4\. Quinimò & ipſa pœna delinquentibus permaximè vtilis eſt, cum ſic anſa in futurum peccandi per iuſtitiam tollatur S. Auguſt. *ad Marcellum & contra Fauſt. epiſt. 5.* agenda ſunt ait, multa cum multis benigna aſperitate plectendis, nam cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur, quoniam nihil infelicius NB. fœlicitate peccantium, iterum dico NB. quoniam ſi hic aliqui pœnas euaſerint, tamen vitioſi fœlices fuerint, hæc eſt ſeueritas reſpectu futuri ſæculi, qua nihil ſeuerius, dum alibi eò acerbius perpetuo punientur, & quanto vita longior, tanto culpa numeroſior, inquit S. Bernardus. Hinc Poëta:

Morte mori melius, quàm vitam ducere mortis.

Ita vt Senec. *2. de benef. cap. 14.* dicat, Exorari in pernitiem rogantiũ, ſæua bonitas eſt, quod etiam euincitur ex iſtis ſex rationibus, cur peccantes puniri debeant, relatis à Luca de Penna *in l. per id. Cod. de curioſis & ſtat.* enarratis, vbi & *ex cap. fraternitas, 12. q. 2. in verbis,* nam ei qui corrigitur, hoc præſtatur, ne ignibus gehennæ tradatur, & ideo dicit Ariſtot. *2. Ethic.* quòd pœnæ ſint medicinæ, magis quippe diliguntur qui puniuntur, quã qui impuniti relinquũtur per iura *ibi alleg.* quia impunitorũ mala voluntas velut hoſtis interior roboratur, nam ſi nequitia, inquit Boët. *de cõſol. lib. 4. proſ. 4.* miſeros facit, miſerior ſit neceſſe eſt diuturnior nequam, idẽ *conſol. Philoſophia* ait, in omni aduerſitate fortunæ infœliciſſimũ infortunij genus eſt, fuiſſe fœlicẽ, malis quanto longior vita, tanto plus ſupplicij. Improbitatis medicina pœna eſt, inquit Epictetus, vnde dicitur, multo tempore non ſine peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij eſt indicium, quia vt dicit Plin. *lib. 16. c. 1.* multis fortuna parcere in pœnam ſolet, nam diu viuere, & vitam non emendare, eſt pœnam accumulare Thomas de Kempis *in ſoliloquio animæ cap. 6.* vnde *Iſa. c. 3.* dicitur: Væ impio in malum. Pulchrè S. Gregor. *homil. 26.* mortificat non morientem, qui iuſtum damnat, nititur viuificare non victurum, qui reum ſupplicio eripere conatur, vera eſt abſolutio præſidentis, cum ſequitur arbitrium æterni Iudicis. Sunt Dij immortales, inquit Senec. *lib. 1. contr. in pr.* lenti quidem, ſed certi vindices generis humani; quo diutius differt, eò ſeuerius puniet Deus, inſtar diu & longè trahentis arcum, qui quantò ſerius emittit arcum tractu remoratus, tanto profundius telum infigit & fortius percutit; Dij enim, dixit quidam, laneos

Digitized by Google

lancos habent pedes, aſt ferreas manus; quare rectiſſimè dixit S. Hieronym. Magna ira eſt, Deum peccatoribus non iraſci, quippe in impijs Deus iudicium ſuum deſertione inchoat, cruciatione conſumat: Vnde rectè dicitur, ſicut nec ille qui parcit amicus, ita nec omnis qui verberat inimicus eſt, *cap. Non omnis 5. quæſt. 5.* ſed potius lãguor eſt, vbi mali mores non corriguntur *cap. Non putes 23. quæſt. 5.* imò & minima negligentia, inquit S. Bonauentura *in ſpec. diſcipl. ad Nouit. in prologo*, eò turpius moribus maculam infert, quo vitari facilius cognita potuerunt, & rurſus S. Auguſtinus in *Pſal. 50.* Peruerſa & falſa inquit, innocentia eſt, habenas laxare peccatis, valde inutiliter, valde pernicioſè ſentit filius lenitatem patris, vt poſtea Dei ſentiat ſeueritatem Lucas de Pen. *in l. vnic. nu. 9. & 10. Cod. de reis poſtul.* ibi cum S. Auguſt. exclamat væ defenſoribus iniquorum, quoniam criminoſos, eorum fauore liberatos, poſtea diuino iudicio ſentiunt inimicos, quia ſecundum Senecam lex innocentiæ eſt, vt ſi quem damnandum abſolueris, inimicum habeas, maleficos & malefactores habebis tui obſeruatores ac amatores, ſi in complices eorum in delictis ſeuerè animaduerteris, ſi vero neglectis legibus, eis ignoueris, ſenties tui iugulatores, cuius rei exemplum habes in Cicerone, qui Papilium ob parricidium capitis reum, pœna exemit, à quo tandem abſciſſo capite interijt, ſicuti & Aman alijque laqueis alios irretire volentes, iiſdem ſe irretitos ſenſere, *Eccleſ. c. 10.* Illuſtria exempla in ſacris literis *Eſther cap. 7. Reg. 2. cap. 17. & 1. Machab. 6. & 9.* de quibus rectè quoque Pſalmiſta *Pſalm. 36. verſ. 35.* Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat, & quæſiui, & non eſt inuentus locus eius, tandem iuſtitia rerum humanarum præſes, inquit Phil. *de Ioſeph.* Scelus ad tempus diſſimulatum inclementer arguit.

5. Porro nec Magiſtratus propterea crudelis vocari debet, hos vel illos delinquentes puniendo, nam iuxta admodum Reuerendi atque Eximij Domini & P. Rectoris Ray mihi tranſmiſſam ſententiam, qui legem ſua culpa non animaduertit, æquum eſt vt legifer in eum animaduertat, concordat *cap. Si cuſtos, in verb. poſtquam propria conſideratione non aduertit, emendationis qualitate cognoſcat, 27. quæſt. 1.* conuenit & illud Germanicum: Wer nit will recht thun/ der muß Recht leyden / nec enim teſte S. Hieron. eſt crudelis, qui crudeles iugulat, ſed ideo crudelis vocatur, quod patientibus crudelis vocetur, neque iudex qui condemnat punire dicitur, ſed lex ipſa *cap. de occidend. cap. miles 23. quæſt. 5.* quia eſt criminis perſecutor, vt ſit hominis liberator, *cap. non iniquitatis 23. quæſt. 5.* nam dulcior eſt religioſa caſtigatio, quam blanda remiſſio *cap. non oſculatur 5. quæſt. 5.* Belliſſimè S. Auguſtin. *ſerm. 94. de tempor. cap. 8.* Pater, quando ferit, ait, amat, contemnit voluntatem, conſuluit ad vtilitatem, quare? quia pater eſt, quia hæreditatem parat, quia ſucceſſionem nutrit, ecce feriendo pius eſt pater, feriendo miſericors eſt, quippe melius eſt cũ ſeueritate diligere, quàm cum lenitate decipere, vel vt Sapiens dicit *Prouer. 27.* meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis, qui increpationes odit, inſipiens eſt, *Prouerb. c. 10.* & S. Dionyſius *de diuin. nominib.* dicit, puniri non eſſe malum, ſed fieri pœna dignum, pulchrè Caſſiod. *9. epiſt. 10.* nullum, inquit, lædit obſeruata iuſtitia, vnde & pœnæ debitæ inflictio miſe-

Digitized by Google

miſericordia dicitur, nam qui finem facit peccato miſericors eſt, Lucas de Penna *in l. ſi quis,num. 49. C. de deſertorib. vbi iura, & num. 41. & ſeq.* de materia clementiæ & ſeueritatis, ſanctiſſima & iuſtiſſima eſt ſeueritas, per quam vtilitati publicæ conſulitur *l. 1. §. 1. ff. de incend. ruin.* Mart. Monter à Cueua *deciſ. Regni Arrag. in praef. num. 31.* & inſtar pietatis eſt, in ſceleris correctione fuiſſe crudelem, vt ex alijs refert Hering. *de fideiuſſ. cap. 10. num. 145.* & dicebat Sextus Cecilius: Acerbitas vlciſcendi maleficij, benè & cautè viuendi diſciplina eſt, ſontes igitur puniri oportet, ne iuxta Saluſtium *in Iugurth.* ignoſcendo malis, bonos perditum eas, & iuxta Publium, bonis nocet, quiſquis pepercerit malis. Pythagoras quoque ſcribit, qui de malis pœnas non ſumunt, bonos affici volunt iniurijs, Zoanett. *in tract. tripart. defenſ. p. 2. n. 87. vbi & n. ſeq. refert Hyperid. ſententiam.* qua cauebatur, etiam incipientibus malis eſſe obſtruendas vias, hoc eſt quod Iuriſconſulti ſæpius inculcant, delictis viam nõ eſſe aperiendam, ſed noxium puniendũ, nam iuxta adagium per M. Tullium *pro Flacco* iactitatum, Phrygem plagis fieri meliorem, & alibi, Piſcator ictus ſapit, melius eſt aliquod membrum quàm totum corpus interire, ideo non ſit clementiæ locus, ſed hic vre, hic ſeca, vt in æternum parcas, vide Lipſium *lib. 4. polit. cap. 3.* quod latius explicat *in lib. aduerſ. Dialogiſtam in notis ad d. cap. 3.* & ita qui filium diligit, flagella continuat. *Eccleſ. c. 30.* Equus tenax, inquit Liuius *lib. 39.* frenis aſperioribus caſtigandus eſt.

6. Hinc multa paſſim inferuntur ad propoſitum Tuſchus *lit. F.* Facilitas Principis ad veniam reprobatur, *concl. 9.* & inter mala Reipubl. euertendæ refert, pœnarum dilationem, & non exactionem Beſold. *in tract. de Republ. curanda, cap. 5.* hinc licet theoricè dicatur, melius eſſe impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari, *l. abſentem, ff. de pœnis,* & exornatur ab Annæo Roberto *lib. 1. rer. iudic. c. 4.* quem per te videre poteris, quia pulchri & notabiles ibi reperiuntur caſus, adde & Cardin. Tuſchum *lit. A. concl. 42. & ibi concluſ. praeced.* quando non procedat, attamen iſta theorica aliquando ob vtilitatem publicam non procedit Tuſch. *lit. P. concl. 960.* Ant. Fab. *in Cod. de quaeſt. defin. 19.* vbi dicit, quod incertitudo non ſemper liberet reos de eodem crimine accuſatos, cuius præſumptio par ſit contra omnes, tunc enim poterit de criminibus haberi quæſtio, ſi nihil præter incertitudinem obſtet, vti & alias, vbi pœna pecuniaria punirentur, ad hoc allegat Clarum, deinde declarari poſſet, quod vbi multi reperiuntur, qui aliquẽ occidere voluerunt, omneſq; verberauerunt, ſed neſcitur quis eorũ lethale vulnus inflixit, omnes pœna capitis puniri poſſunt *l. 1. §. Diuus, ff. ad L. Cornel. de ſicar.* Conſtitutio criminalis Caroli V. *art. 148.* Hipp. de Marſil. *ſing. 217.* Ludou. à Peguera *deciſ. 63. num. 2.* vbi vterque *num. 1.* declarat, ſi non conuenerint, vt aliquem occidant, ſed vide DD. *tit. ſeq. de dubiis allegatos, &c.* Notabilia de cruore vel ſanguine ex occiſo cadauere, in præſentia homicidę emiſſo apud Beſoldum *in theſauro pract. lit. B. verb.* Baar Recht. *num. 2.*

Multi quoque ratione prædictorum inferunt, quòd non omnes indiſtinctè ſcelerati confugientes ad Eccleſias, tanquam Ius aſyli, gaudeant immunitate Eccleſiæ, inter quos & reperio Coraſ. *lib. 5. miſcell. iur. ciu. cap. 23.* non approbantem, *cap. inter alia de immunit.* & pro Coraſ. vide quoque hiſtorias 7.

rias in Grotio *de iure belli,lib.2.cap.21.n.5.* & *cap.18.num.8.* quod Legati in domo ſua non habeant Ius aſyli, cuius contrarium ab alijs vſurpatum memini, ſed præter iura Canon. vide & *tit. Cod. de his qui ad Eccleſias.* Riccium *p.5.collect.1792.* Beſold. *in theſau. pract.lit.F.verb:* Freyheit/ *Aſyla, & ibi* Addition. *de eorum origine & libertate vide caſus notabiles, iunctis ijs quæ traduntur inferius de iuſtitia fori & poli.* Et præter vulgata iſta iura, quòd Iudex non debeat clementior eſſe ipſa lege *l.reſpicien.ff. de pœnis l.fin. Cod.de mancip. Chriſt. §.oportet,in authent. de iudic.* concludo cum S. Ambroſio *in Pſal. 118.* ſuper illud: *Miſerationes tuæ multæ nimis, &c.* Bonus Iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, & domeſticæ propoſito voluntatis, ſed iuxta ll. & iura pronūciat, præceptis Iuris obtemperat, non indulget propriæ voluntati, nihil paratum domo defert, ſed ſicut audit, ita iudicat, quem ad propoſitum ſuum refert Couuar. *lib. 1.var.reſolut.cap.2.nu.5.* ſaltem hoc apud omnes in cōfeſſo eſt, quod in militia ſeuerè admodum delicta puniantur, in qua ſeueritas magis ſalutaris eſt, quàm clementia, Petrus Caball. *cent.3. caſu 294. num.294.* nam vt pulchrè dicit Lipſius *lib.5 de milit.Rom.dial.18.* terrent, niſi timent, alijs in rebus nōnunquam errata corrigi poſſunt, in bello autem delicta emendationem non recipiunt, cum pœna ipſa è veſtigio errorem ſequatur, præſto enim eſt ignauiæ aut imperitiæ vltor, qui nunquam delinquenti hoſti indulget Franciſ. Senenſ. *de inſtit.Reipub. lib. 9. tit.3.* vnde vulgò dici ſolet, in bello non licet bis peccare; rationes autem cur delictum militare tam ſeuerè puniatur vide apud Gregor. Obrecht. *in diſp. de diſcipl.mil.theſ.969.&ſeq.* Vom Standtrecht/ Beſold. *in theſaur.pract.lit. S.nu.167.* ſic nec venia reatus ad pœnam æternam dari ſolet, niſi correcto, de quo notabiliter Barboſa *in reg. peccati venia, de reg.iur.in 6.* vbi & de gratia gratis data, & gratum faciente, ſicut grauia peccata in primitiua Eccleſia ſeuerè admodum punita ſunt, de quo Barboſa *in cap.accuſaſti,x.de accuſat. ibi de verb.carena & quadrageſima.* Verum hodie inter homines veritatis impatientes, quis tāto Dei zelo exceſſus liberè arguet? peccantē coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant, quę eſt illa bonitas? quæ miſericordia? vni parcens, & omnes in diſcrimen adducens *cap.ſed illud diſtinct.45.* Sis Deo fidelis, ne tibi Chriſtus ſit ſeuerus, qui monitionem non auſcultat, merito expaueſcat animaduerſionem, nam iuſtè à Deo deſeritur, qui deſerit Deum, Fulgentius *lib. 1. ad Monum.*

CAPVT VI.

De nimio rigore in Inquiſitos & de Magia denunciatos hodie vſitato.

EXceſſum rigoris vidi & ſæpius audiui 1. in proceſſibus eorum, qui Veneficij rei accuſabantur, practicatum, ſeu nimiam ſeueritatem contra eos exercitam fuiſſe, quot enim millia propter denunciationes appreheñſa & torta perierunt! quippe dum rumore iam antea ſpargebatur, hanc vel illam veneficam, & in ſaltu viſam eſſe hoc vel illud peragentem, vix fieri poterat, quin cum mille alijs nō fateretur, de ſe iam antea ſparſa, quis enim tam conſtans, tam fortis reperietur, qui primo tortus, & poſtea per viginti quatuor horas expanſis ligatiſque pedibus & manibus, in noua ſede tormentorum quam vigiliarum vocant (perperam autem eos agere, qui in nouis ſuppliciorum generibus

tibus excogitãdis, ſe ingenioſos monſtrant, vte docent Piccard. *decad.4.hiſtor. polit. obſ. cap.6*. Bullæus *ad conſtit.crim. Caroli V artic.10.*) collocatus,& mirum in modum exagitatus,de ſe ſparſa, ad euitandũ huiuſmodi tormenta,vera non dicat? quare non immerito exclamare licet cum S. Auguſtino *lib.19.de ciuit.Dei,cap.6*. intolerabile plangendum, rigandumqúe ſi fieri poſſet fontibus lachrymarum,quod, cum propterea iudex torqueat accuſatum, ne occidat, neſciens innocentem, idem fiat per ignorantiæ miſeriam, & vt tortum & innocentem occidat, quem torſerat ne innocentem occideret: ſi enim ſecundùm iſtorum ſapientiam delegerit ex hac vita fugere,quàm diutius illa ſuſtinere tormenta,quod non commiſit, ſe commiſiſſe dicit, quo damnato & occiſo, an innocentem, an nocentem iudex occiderit, adhuc neſcit, quem ne innocentẽ neſciens occideret, torſit, ac per hoc innocentem,& vt ſciret, torſit, & dum neſciret,occidit, & profectò propter hæc exquiſita,&nunquam hactenus audita tormenta, à Chriſtianis in Chriſtianos excogitata, facilè eueniet quod ſcribit Caſſiodorus *lib.3. epiſt.46*. Gratius eſt,inquit,ſpem citæ mortis expetere, quàm tormentorum crudelia ſuſtinere, inter ſupremas enim anhelantis anguſtias votum eſt, potius perire quàm viuere, quia deteſtabilis ſenſus pœnarum, excludit dulciſſimæ ſalutis affectum, etiam innocentes, vt ait Mimus, cogit mentiri dolor. Et Senec.*ad Lucill.epiſt.22*. nemo tam timidus,vt malit ſemper pendere quam ſemel cadere, & quemadmodum in tormentorum cruciatu inquit Quintil. *lib.5. inſtit. orat.cap.4*. mentietur, qui tormenta ferre poteſt,mentietur etiam qui non poteſt,quia alijs patientia facilè mendacium facit, alijs infirmitas neceſſarium, vnde teterrimis iudicibus, qui facilè manus ad tormenta admouent, accommodari poterunt verba Ouid.

Te lapis & montes, innataq; rupibus altis
Robora, te ſaua progenuere feræ.

Vaſquius *de ſucceſſ.reſolut.lib.1.§.3.nu.47*. plura contra torturam ſpectantia tradit latè Beſold. *in theſauro practico, lit. P. verb.* Peinliche Frag/Tortur ad quem,& ibi relatos DD. breuitatis cauſa ſit relatio. Pulchrè quoque Quintil. *declam.307*. confeſſa eſt cum torqueretur, vbi tantum robur animi,vbi tam firma ſolidaqúe mens,quæ non ignibus cedat, non verberibus ingemiſcat, & *declam.314*. Ea eſt natura omnis confeſſionis, inquit, vt poſſit videri demens, qui de ſe confitetur, furore impulſus eſt,alius ebrietate, alius errore, alius dolore, quidam quæſtione;nemo contra ſe dicit, niſi aliquo cogente,hinc puto, ſi confeſſio torti aliquibus indicijs remotis accedat, exinde, niſi quoque alia concurrant, denunciatum & taliter confeſſum nondum fore condemnandum, licet enim vulgata ſit Theorica, confeſſum pro iudicato haberi *l.1.ff. de confeſſ.* hoc tamen in extraordinarijs criminum iudicijs locum non habet, ſi nulla alia probatio religionem iudicantis inſtruat *l.1.§. Diuus,ff.de quæſtionibus*. Quandoquidem exiſtimo confeſſionem in caſu propoſito, vbi tantum adſunt aliqua indicia remota, poſſe dici nudam, nulliſqúe probationibus vel indicijs Magiæ crimen arguentibus ſubnixam, ac proinde alia remota ad effectum condemnationis (quicquid etiam alij de crimine ſuſpicentur) in conſiderationem trahenda non ſunt, ſed potius cogitandum venit illud Conſtantini Imperatoris *apud Marcellinum*: Deſinite, inquit, vrgere hominem

Digitized by Google

minem vt exiſtimo ſontem, ſed nondum aperto conuictum Ammian. Marc. *lib.21.* ac ideo in vinculis reſeruandus, donec melioribus probationibus veritas eruatur *l. ſi confeſſus, ff. de cuſtodia & exhib. reor.*

2. Interim dolenter hic refero, quod & ipſi Aduocati pro innocentia denunciatorum patrocinium præſtantes, quaſi ſagas defendant, deteſtandis calumnijs afficiantur, quémadmodum & Paſtoribus, anteactæ vitę bonum teſtimonium perhibentibus, idem cõtigiſſe ſcio, & quod amplius eſt, illos per Commiſſarios à ſacris arceri ſiue libertatem in ijs, reluctante eorum profeſſione, nimium conſtringi; ô execrandum & ſanguineis meritò lachrymis deplorandum facinus! quod laici nonnulli Commiſſarij, aut magiæ Inquiſitores, temerario ac ſacrilego planè auſu, ſuo pro arbitrio, mittentes falcem in alienã meſſem, in intolerabile poteſtatis Eccleſiaſticæ præiudicium, & infinitorum ſacrilegiorum ſcaturiginem, Epiſcopali pedo ſeuerè oppilandam, & Ambroſiano zelo ac exemplo coërcendam, ex ſe ordinarios aut exercitatos Dei miniſtros, à miſerorum reorum confeſſionibus, imò dandis conſolationibus abarceant, ac eorum loco idiotas quandoque, quibus nullum huiuſmodi pœnitentes abſoluendi ius conceſſum eſt, neque à Commiſſarijs concedi vllo modo poteſt, ſurrogent, ſicqúe tam ſuas quàm illorum, imò & abſoluentium animas, præſentiſſimo damnationis periculo exponant, nec in eo ſiſtentes, ſed & iuſtitiæ propugnatores, dum in abſtracto de magia eiusqúe inquirendi modo, ſacris legibus conformiter tractant, rabidorum canum inſtar laceſſant, ac tam horrendi ſceleris reos, non tantum voce, ſed & ſcriptura denunciare audeant, vt manifeſtum fit ex litteris Reuerendi alicuius Patris, ad Admodum Reuerendum P. Prouincialem Societ. IESV, ſub dato 27. Decembris Anno 1631. tranſmiſſis, ac Reuerendiſs. Domino Vicario in ſpiritualibus Gelenio, poſtea mihi per eius fratrem Dn. Ægidium Gelenium SS. Theologiæ Licent. Sereniſſimi Principis Electoris Colonienſis Conſiliarium Eccleſiaſticum, & Canonicum ad S. Andream fideliter communicatis ſequentis tenoris:

Domini Commiſſarij firmiſſimè ſtatuerunt, nullum amplius ex noſtris admittere ad deducendos reos, magos maxime, vt ad benè moriendum eos diſponant, licet rei nos nominatim & vehementiſſimè petant, imò etiam noſtros de magia ſuſpectos habent, auſus quidam ex Commiſſarijs dicere, ſi D. Adamum Tannerum haberet, ſe in eum inquiſiturum de magia, quod tam leuiter de ijs ſcriberet, & non omnia Iudicis arbitrio relinqueret, alius etiam palam aſſeruit, non eſſe improbabile etiam Ieſuitas illi crimini eſſe obnoxios, cum nuper crebris nuncijs fuiſſem poſtulatus à quodam Parocho, ob ſuſpicionem capto, & ideo ab Officiali poteſtatem adeundi poſtulaſſem, abſolutè negauit, cum vero idem reus Paſtor quondam in N. elapſo die Lunæ ſupplicio afficiendus eſſet, negauit ſe vlli niſi Ieſuitæ confeſſurum, & cum vehementer aliquem ex noſtris peteret, abſolutè ei negatum eſt: proteſtatus eſt idem tandem publicè in loco ſupplicij, ſe innocentiſſime quinquies tortum ob magiam, & tamen nihil faſſum, iam ad rogum damnari, tanto denique affectu circumſtantes allocutus eſt, & tam conſtanter mortem ſubijt, vt plurimos ad lachrymas commo- 3.

uerit, noſtri vero ciues ſupplicij ſpectatores hic dixerunt, ſi vir iſte non ſit ſaluatus, paucos ſaluandos, operæ pretium Sereniſſimo hoc conſtare.

4. O ſanguiſugæ, alios reos facere vultis, vt vos ipſi rei non ſitis, maximè rei, qui veſtro arbitrio cuncta relinquenda fore contenditis, & quidem in rebus non ſenſatis, ſeu ſuper arcanis diabolicis, quæ ad errores in officina iuſtitiæ ingerendos vehicula ſunt, ad diffamationes, incarcerationes, torturas, & perpetuam ignominiam. Quis igitur non exacerbeſcat cum videat, ſordidari virtutum ſinceritatem criminatione vitiorum Sidon. *lib. 7. cap. 8.* ſeu homines alioquin probos in tam exitioſas materias præcipitari, cum tamen leges rectè poſitæ debeant omnia determinare, & quam pauciſſima committere iudicantibus Scacc. *de iud. lib. 2. cap. 9. num. 1153. & cap. 11. num. 297.* vbi addit, ſe hoc ipſum ſatis oſtendiſſe, ac proinde vt & tu id oſtendere coneris, rogat, ac latius exornat *num. 379. & ſeq.* conſimiliter & ego rogo, vt impoſterum hæc & ſimilia, vel proceſſum in criminalibus ijsque atrocioribus delictis, non iudicum, præſertim delegatorum ſeu commiſſariornm arbitrio ſubiacere, ſed exactiſſimâ in ijs requiri probationem exiſtimetis, &c. Quis enim dubitat, quin multò melius ſit, vt quàm maximè fieri poſſit, cuncta legibus explicentur, iudicibus autē non niſi minima, & quæ legibus comprehendi nequeunt, relinquantur Vaſq. *lib. 1. contr. cap. 1. num. 12.* quia idcirco paſtores & iudices ſunt conſtituti, vt quid in Canonibus ſiue mundanis cautum eſt legibus, excedere minimè debeant, contra eorum quippe ſaluberrima agunt inſtituta, ſi quod ipſæ diuino ſtatuerunt conſulto, intactum non conſeruant *cap. ideo 25. quæſt. 1.* hinc dicunt DD. quod iudicis arbitrium à iure communi & rectæ rationis dictamine debeat eſſe regulatū Neuiz *lib. 5. Syl. nupt. num. 123.* Viuius *deciſ. 86. num. 5.* Hortenſ. Caualc. *in tr. de brachio Reg. p. 1. num. 21.* vbi & *num. 25. in fin.* dicit, in definitis & diſpoſitis à lege, iudicis arbitrium non operari, legum imperia inquit Liu. *lib. 2. hiſtor. Rom. decad. 1.* potentiora eſſe quàm hominum, & M. Ant. Muret. *orat. 2. vol. 1.* refert, Veteres pauciſſimis verbis iudicis officium concluſiſſe, cū ita dicerent, legem eſſe mutum iudicem, iudicem autem legem loquētem, addens à bono iudice ita prorſus omnia iudicari oportere, vt lex ipſa, ſi loqui poſſet, iudicaret, atque ita legem & iudicem inter ſe conſpirare, vt ſit lex quaſi anima iudicis, iudex quaſi vox legis, neque enim crimina excepta dicuntur, vt cœco vel irregulato veſtro arbitrio ſubiaceant, quocirca impoſterum pro comperto habeatis, veneficos deponentes, ſe hunc vel illum in diabolica illa, quam nocturno tempore inſtituere ſolent, cōuentione vidiſſe, ne quidem indicium ad ſpecialem inquiſitionem, ne dum ad torturam facere, quia venefici ſeu lamiæ, cum reperiuntur in illis choreis, Dæmonum illuſionibus deceptæ, multa eorum ludificatione & arte vident, quæ falſa & ficta ſunt, & ipſæ vera exiſtimant, vt teſtatur idem Scacc. *de iudic. lib. 1. cap. 82. in fin.* vnde dicit, male faciunt nonnulli crabones iudices, qui ad ſolam ſtrigis depoſitionem, torquent, & licet ibi loquatur in perſona vnius, tamen ratio prędicta eſt generalis, plures alias includens, *per not. p. 2. de ratione.* ac ita in terminis probat, Auctor Tractatus qui inſcribitur *Cautio criminalis, cap. 46. & ſeq.* qui tractatus maior eſt, quàm vt mordacium hominum reprehenſionem mereatur, à Vi-

Digitized by Google

à Viro Nobili, docto, & Religioſo, qui ſæpius ſagarum & denunciatorum de magia audiuit confeſſiones, ac vt vno verbo dicam, à Patre Soc. Iesv omni exceptione maiori compoſitus, ſi igitur ſubſiſtat illud peruetuſtum, quod vera ſit tyrannis, vbi arbitria hominum, non leges dominantur, eum qui de ſua vnius ſententia omnia gerit inquit Liuius *lib. 44. cap. 22.* ſuperbum iudico magis quàm ſapientem, ſiquidem vt pulchrè dicit Senec. *lib. 1. de benef. cap. 7.* iudicem forma includit, & certos quos non excedat terminos præfigit, profectò hoc ipſum magis reſpectu Iudicum delegatorum, in hac materia denunciationis veneficiorũ, locum ſibi vindicat, vt ſcilicet non procedant iuxta arbitrium, cum ipſa denunciatio, vt iam dixi, euanida, fluxa, inſtabilis, fallax, & periculi plena ſit, exemplum ſumite in pupillo nunc hic incarcerato, ipſe enim licet vt audiui, octauum tantum vel nonum annum agat, in illa ſathanica conuentione multas perſonas, in locis enunciatis habitantes, ſe vidiſſe aſſerit, cuius dicta licet nihil probare exiſtimem per not. DD. *in l. 2. §. 1. & l. accuſare. ff. de accuſat.* Viuij *lib. 1. com. opin. in verb. pupillus.* imò nec aliorum dicta ad hoc ſufficere in terminis tradit Cothoman. *vol. 3. reſp. 4. nu. 59. & aliquot ſeq. iunctis traditis per DD. paulò ante citatos & adhuc citandos.* tamen quantæ inter ignorantes & vaniloquos homines inſurgant inde detractiones & calumniæ, ſatis hic notum eſt, ita Diabolus mendaciorum & calumniarum parens, hoc aſtu homines, alioquin probos, calumniandi, in ſuis miniſtris innenit occaſionem, quo caſu alijſque ſimilibus memoriæ meæ occurrit ſcelerati illius Medi vnius ex paraſitis Alexandri dictum, is enim alios adhortari ſolebat, ne metuerent quoduis crimen in quemuis intendere aut iniuriam facere, adiecitque ſcelerato præcepto cauſam, vt maximè inquit ſanet vulnus qui delatus eſt, manet tamẽ cicatrix, quod refert Peckius *de iure ſiſtendi cap. 14. num. 3.* vbi putat, nec quemquam Diabolum eſſe tam impium, qui rem magis nefariam poſſet ſuggerere.

Quandoquidem vt S. Auguſtinus *ſerm. 197. de temp.* inquit, Dæmon latrare poteſt, ſolicitare poteſt, mordere omninò non poteſt niſi volentem, nec extorquet à nobis conſenſum, ſed petit, ac ita Diabolum in perditiſſimis calumniatoribus & ſcurris, quibus hic mundus immundus paret, inueniſſe viam & occaſionem bonos & probos homines ſiniſtrè traducendi, diffamandi & calumniandi, nouit enim peruerſis amatoribus terrenorum commodorum malefacta ſuadere, de quorum moribus certus eſt, quod ei talia ſuadenti ſint conſenſuri *cap. ſciendum 26. quæſt. 4.* vbi & additur, quòd Dæmones ſuadeant miris inuiſibilibus modis, per illam ſubtilitatem ſuorum corporum, corpora hominum non ſentientium penetrando, ſeſeque cogitationibus eorum per quædam imaginaria viſa, miſcendo ſiue vigilantium ſiue dormientium, in quo capite deciditur, quomodo dæmones futura prædicere poſſint. Exiſtimo igitur & ego iſtiuſmodi ludificationis ac illuſionis inuento & arte, non tam denunciatos apud indoctos, præſertim maledicentiæ crimini addictos homines, fœda aliqua ignominiæ labe aſpergi, quam ipſoſmet vigore leuis credulitatis & propalationis huiuſmodi aſſertionũ in periculum animæ deturbari, cum nedum probi ſit, ſolum facilè nõ credere S. Ambroſius *lib. 2. de offic.* ſed etiam nimia & temeraria credulitas in vitio habetur, & impru-

dentiæ, leuitatiqúe deputatur *l. 1. §. dolum, ff. de eo per quem fact. &c. l. 2. ff. quod falſo tut. l. nimia credulitate, Cod. de obligat. & act.* Tuſchus *lit. C. concl. 107. num. 1.* Hinc Poëta:

Qui facilis credit, facilis quoque fallitur idem.

è contra veri ſapientis eſt, cauere ne capiatur, ne & fallatur, videre, vt dicit Cicero *in Arcad.*

6. Enimuero vt hoc ipſum capias tu Commiſſarie propono, quòd prætatus pupillus aliјqúe, vnum vel alterum ex vobiſmetipſis, in huiuſmodi nocturnis conuentionibus ſeu choreis diabolicis viſum aſſerat; amabo? hoc ne de teipſo dici, & quaſi probatæ veritatis eſſe velles? Neutiquam aſſeres, nec per vulgatam infamiam, famam tuam apud viros graues arrodi *cap. inquiſitionis in fin. x. de accuſat. cap. penult. x. de expurg. canon.* iuncta doctrina Hier. Gabriel *conſ. 160. vbi num. 5.* notabiliter ait, ſi factum ſit graue & perſona magnæ exiſtimationis, neceſſe eſſe, vt infamia ſit penes maiorem partem ciuitatis, neque ſatis vt quis infamia laboret apud multos & graues viros, niſi infamia duxerit originem ex iuſta cauſa, à viris fide dignis, & rectè quidem iuxta prædicta, hoc in tua perſona fieri non debere aſſeris, ſed quia æquitatis & iniquitatis agnoſcendæ certiſſima formula eſt, ſi ius alterius ex perſona propria metiaris, num velles hoc ius in te exerceri, quod in alium decernis Oldend. *claſſ. 1. act. 1.* & diuinum præceptum eſt, quo alteri id facere iuberis, quod tibi fieri velles, nec alteri facere, quod tibi fieri nolles *Matth. cap. 7. Luc. cap. 6.* Cur igitur denunciationibus contra alios factis fidem adhibere audes aduerſante *tit. ff. quod quiſque iuris in al.* Quotieſcunque inquit S. Hieronymus *epiſt. 11. cap. 4.* talem in alterum habueris animum, qualem in te ab altero ſeruari cuperes, æquitatis viam tenes, quoties vero talis erga alterum fueris; qualem in te velles neminem, iter iuſtitiæ reliquiſti, Iuſtitiæ ſemita in foro noſtro reperitur in allegatis & probatis, non in arbitrio iudicantis, ſententia enim ex actis non iuſtificata nulla eſt, bonus igitur Iudex nihil arbitrio ſuo & domeſticæ propoſito voluntatis, ſed iuxta leges pronunciet, ſtatutis quoque iuris obtemperet, & ita ſe iudicaturum iurare tenetur, iuxta Nouell. *8. tit. 3.* nec obſtant ibi adiecta verba, ſecundùm quod mihi viſum fuerit iuſtum, quia reſpondet *gloſſ. ibid. & gloſſ. in cap. 1. de conſtit.* vt ego *infra de Æquitate*, adeo vt Iudex puniatur, qui Principum conſtitutiones neglexerit, *l. vlt. ff. ad L. Cornel. de falſ.* quemadmodum forma iuramenti præſcripta *in Conſtitut. crimin. Caroli 5. cap. 3.* Iudicem ad hoc, ſiue vt iuxta leges ius dicat, aſtringit, quod multi ampliant procedere, vt nec tale iuramentum de conſuetudine remitti queat, nec permittatur iudici aliquid facere vel fieri ex zelo iuſtitiæ, niſi ſubſit iudicium rationis, vt ſcribit Abb. *poſt Hoſt. in cap. Cum in iuuentute x. de purgat. canon.* nec poſſit in crimine occulto pœnam vſque ad mortem incluſiuè arbitrari, ſic cum præſtantiſſimis per ipſum allegatis DD. probat Caſp. Anton. Theſaur. *lib. 1. ſing. quæſt. 45. num. 7.* & per plures rationes Auguſt. Morla *in Emporio quæſtion. iur. tit. 12. q. 1.* multos quoque DD. refert & ſequitur Zilettus *lib. 1. conſil. crim. 120. num. 1. & 5.* vbi hæc opinio dicitur communior, æquior & verior.

Sed veritatis ſubſtantia ſalua poſito, quod 7.
contraria opinio eſſet vera, tamen loquitur

tur & procedit in indicijs & præſumptionibus ita indubitatis, quæ rem ante oculos ponunt, vt de viſo exire cum gladio ſanguinolento ex domo, vbi quis repertus fuit mortuus, prout Zilett. latius declarat *in ſeq.* vel quando nihil eſſet pro reo, in cuius fauorem licet exceptio dubia non infringat certam probationem Actoris in ciuilibus, tamen ſecus eſt in criminalibus Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 24. num. 39. & ſeqq.* vbi infinitos allegat, & contraria refellit, plurimos quoque allegat Borell. *in Summa deciſionum. lib. 2. tit. 14. num. 70.* quòd teſtes pro reo deponentes præferantur data illorum paritate: Quare non video cur dicti Commiſſarij omnia arbitrio ſuo relinquenda fore velint, niſi quod hinc, vti fieri debere quid æſtimant, ita eſſe oportere contendant, ſed vana contentio, niſi hoc ita demonſtratum ex ipſis probationibus inueniant, ſcire autem debent, quòd certitudo non poſſit haberi de aliquo, niſi poſſit diiudicari per proprium principium, ſic enim habetur certitudo de concluſionibus demonſtratiuis per indemonſtrabilia vniuerſalia principia, nullus autem poteſt ſcire ſe habere ſcientiam alicuius concluſionis, ſi principium ignoretur D. Thom. *1. 2. quæſt. 112. art. 5.* & iure noſtro antequam Iudex procedat ad abſoluendum aut condemnandum tam actorem quàm reum, debet prius eſſe certus & edoctus de ipſo facto, vt ſcil. plenè probatum ſit, quod fit quando iudex per ea, quæ ſibi oſtenſa fuerunt, adducitur ad fidem & credulitatem eius, quod intenditur, ad quam peruenitur per quatuor gradus, & ita demum dicitur perfecta, ſi Iudex adhæreat vni parti abſque dubio alicuius contrarij, & abſque eo quod adſit cauſa dubia, ſed eius de quo quæritur habeat ſcientiam claram & indubitatam, ſcientia autem duobus modis habetur: Primo prout in rebus, quæ ſunt artis ſeu ſcientiæ alicuius rei per rationes & demonſtrationes, quod ſcire dicitur rem per cauſam cognoſcere: altero modo habetur ſcientia in his quæ ſunt facti, & tunc illud ſcire dicitur, ad quod peruenitur per ſenſum, & ad talem ſcientiã deuenitur per quatuor gradus relatos in Sebaſt. Med. *tract. de legib. & ſtat. p. 3. c. 21 in pr.* vbi & tradit officium iudicantis eſſe, iudicare per certam ſcientiam facti, aut per fidem de facto, qualis ſcientia & fides per perſpicuas probationes demonſtrari debet, nec refert, quod dicat prædicta non procedere in notorijs, in quibus nõ opus eſt coniecturis, ac proinde dicti Commiſſarij hic fortè tanquam in notorijs omnia arbitrio ſuo relinqui debere aſſerunt, quis enim dubitat crimen eſſe, quod dicitur magia vel maleficium; & hoc probari poſſe per teſtes ſingulares, ſi agatur de probando in genere hoc crimen? ſed ridiculum eſt, illud nulla ſpecifica præuia probatione ad indiuiduum referre, vel quod in abſtracto crimen conſideratur, in concreto pro conſtanti ponere, antequam actus illius probentur, ad cuius probationem ne quidem teſtes ſingulares ſufficiunt, ita ſingulariter declarat Surdus *conſil. 425. num. 11. & DD. per eum allegati & ibi in ſeqq.* quod quamuis ad probandum crimen in genere admittantur teſtes ſingulares, *de quo vide infra de genere cap. vlt.* tamen ad probandum indicium eius, cõteſtes requiruntur, qui denunciatos in diſcrimẽ capitis deducunt, ideo alia, præter meras denunciationes fallaceſq; repræſentationes, adducãt probentq; neceſſe eſt.

8. Deinde aduertendum eſt, quòd deficiente probatione facti, deficiat & notorietas

eiuſdem, per notata à Scacc. *de indic. lib. 1. cap. 71. ſub num. 3.* de notorietate delicti, & quotuplex ſit notorium, diſtinctè agit idem Scacc. *lib. 1. cap. 76. per tot.* quo me remitto, multa namque dicuntur notoria quæ non ſunt *cap. conſuluit de appell.* exornatur in Bredenrod. *de appell. p. 1. tit. 19. lit. N. §. de facto notorio*, ac proinde prædictũ, quod in notorijs ordo iuris relaxetur, intelligi debet, de notorio facti propriè ita dicti, quale eſt delictum coram populo vel maiore eius parte commiſsũ, & quod inducit indubitatam rei certitudinem, ac ita ſe vulgo oſtendit vt negari non poſſit, quando vero de delicto notoriè ex confeſſione vel inſtrumentis conſtare perhibetur, hoc magis ex iuris præſumptione, quàm ex euidentia facti tale dicitur, quo caſu non relaxatur ordo iuris Farinac. *Crimin. Quæſt. 21. num. 41. & num. 166.* quam materiam exactè tractat idem Scacc. *d. cap. 3. ibi paſſim & lib. 1. c. 76. per tot.* nec hoc caſu ſufficit factum eſſe notorium, ad hoc, vt relaxetur ordo iuris, ſed & neceſſe eſt, vt omnes qualitates facti ſint notoriæ, ita vt expeditum ſit, nullam Reo competere exceptionem Vult. *conſil. Mar. 16. num. 97.* notorium autem fit principaliter per tria, videlicet per publicum inſtrumentum, per rem iudicatam, & per euidentiam rei, & licet alij plures modos allegent, quibus notorium inducatur, tamen ad iſtos tres poſſe referri aſſerit Nicol. Euerh. iun. *vol. 2. conſ. 1. n. 134. & ſeq.* quibus cõſequens eſt, nec confeſſariorum negationem, quos denuntiati petunt, & aliorum admiſſionem quos commiſſarij deputant, nec proceſſum & deciſionem huius criminis, eſſe relicta arbitrio eorum, niſi velint, vt in illos & ſanguinem eorum, redundet iudicium *2. Paral. cap. 19.* ipſis denunciatis & male condemnatis vltima aduerſæ fortunæ ſarcina eſt, quod dum ipſis crimen hoc adfigitur, quæ perferunt, in alijs meruiſſe credant, ita efficitur inquit Vell. *lib. 2.* quod eſt miſerrimum, vt quod accidit, etiam merito accidiſſe videatur.

Ego à fide dignis & omni exceptione maioribus Viris percepi, multos tali arbitrio vt ſontes, & tamen minimè ſontes, detecta innocentia, occubuiſſe, quis enim ignorat quòd Æterni Numinis tribunal recondita multa iudicia habeat, nulla iniuſta, verenda non culpanda, in officina iuſtitiæ probationes requiruntur luce clariores, ita vt ſi Iudices ad probandum maleficia non niſi indicia & præſumptiones habeant, quantumuis illæ vehementes & indubitatę ſint, ad veram & ordinariam pœnam condemnare non debeant, ita præter allegatos ſuperius docet Papon. *de arreſt. lib. 24. tit. 8.* vbi ſimul atteſtatur, quòd inſimulatus homicidij, & illud per torturam confeſſus, vltimo ſupplicio innocens affectus fuerit, hoc euenire neceſſe eſt apud eos, qui ſuo arbitrio omnia relinqui contendunt, diſcernat ergo hoc loco non curſim dijudicet iuſti æquiquè amator & lector, in quanto circumagitentur & voluantur animæ & iniuſtitiæ periculo, qui denunciationum & repræſentationum eam vim eſſe pertinaciter aſſerunt, vt eas veluti baſes proceſſus ſtatuant & vſurpent, eoque modo alijs ſentiendum & procedendum ſuadeant.

Miſereatur talium Deus, & intellectum eorum illuminet Chriſtus, quis enim introiuit arcanum conſilium Dei? quis conſiliarius eius fuit? tu quomodo ſcis, dicit textus *in cap. Niſi, x. de renunciat.* quod talis inſpiratio ſit cœleſtis: Diuina Iudicia, ait S. Gregor. *in moralib.* neſciuntur, non audaci

daci

daci ſermone diſcutienda ſunt, ſed formidoloſo ſilentiō venerãda, quem igitur eō ſingulari donauit priuilegiō, vt quæ miſericorditer iuſteqúe circa plaſmata ſua ſecretò & liberè operatur Diuinus Artifex, Commiſſarius obſcuro ſuo, phantaſmatibus certè ſi non vitioſis affectibus obumbrato lumine intellectus penetret ignorantiæ vulnere ex peccato ſauciati; homini ſerio dixerim, imò præcipit Spiritus ſanctus, ne altiora ſe quærat, ne temerarius repeiiatur ſcrutator Maieſtatis, & mox opprimatur à Gloria, vel prophana mente aut lingua, ſiue manu calamoqúe arcam diuinorum decretorum, ceu Oza infœlix contingat, & ſubito mortuus. NB. Veſanus arbiter corruat, quæ Deus occulta eſſe voluit, inquit Proſper *de vocatione gent.* non ſunt ſcrutanda, quæ autem manifeſta fecit non ſunt negligenda, ne & in illis illicitè curioſi, & in his damnabiliter inueniantur ingrati, vbi inueſtigari nō poteſt quare ita iudicet, & hoc vel illud permittat, ſufficit ſcire quis iudicet & permittat, lauda & venerare quod agitur, quia tutum eſt neſcire quod agitur. Quippe iuxta S. Gegor. *in homil.* rationem de occulto Dei conſilio quærere, nil aliud eſt, quam contra ius ſuperbire; diuina mirabilia per ſtudium conſiderari, & nunquam per intellectum diſcuti debent, vnde Eraſm. *in epiſt. ad Dorp. Theolog.* permulta ſunt, inquit, quæ rectius ſit, omittere quàm inquirere, & ſcientię pars eſt quædam neſcire, permulta ſunt, de quibus ſalubrius eſt ambigere, quàm ſtatuere, alias non excordes ſolùm illos eſſe ſed etiam impios, inquit Lactant. quod in ſecreta cœleſtis illius prouidentiæ, curioſos oculos voluerint immittere vel inconceſſa ſcrutāri, ſeu etiam ſuo ſenſu metiri, quæ percipi non poſſunt, quamobrem belliſſimè S. Auguſt. *lib. 12. de ciuit. Dei, cap. 7.* Nemo ait, ex me ſcire quęrat, quod me neſcire ſcio, niſi fortè vt neſcire diſcat, quod ſcire non poſſe ſciendum eſt; hoc apud me omnino certum exploratumqúe eſt, nulli omnino hactenus ex infallibili principio ſiue fundamento aut euidenti diſcurſu, planè conſtare, an & cur iuſto ſuo iudicio Deus diabolicæ malitiæ, vt huius criminis deteſtabilis innocentem in conuentionibus repræſentare poſſit, permittat, eſt hoc abſconditum in Deo, eſt homini incognitum, ambiguum, incertum, vt nulla veriſimilitudine tanquam iuſti proceſſus fulcrum conſtitui poſſit aut debeat, neque in hoc vſque tempus Iudices & Commiſſarij, huius opinionis patroni, demonſtrarunt vnquam, neque demonſtrabunt imposterum, quocunque ſe inflectant, etiam ſecundùm vltimum potentiæ ſuæ, citra manifeſtam Dei reuelationem, contrarium, nihil autem eſſe turpius, inquit Ariſtarchus, quàm cognitioni & præceptioni aſſertionem approbationemqúe præcurrere.

10. Quamobrem in tam vaſti pelagi & periculoſi proceſſus ſyrtibus & procellis, alibi anchoram ſecuritatis procedendi figant, ſc. normam & libellam ſacrorum Canonum, Legum Imperialium, approbatam & accuratam timoratorum tribunalium praxin ad amuſſim teneant, nil paſſioni aut cupiditati indulgeant, multo minus inſequantur dubiam & exitialem affectui ſui infixam mentis ſuſpicionem, iuſtitiæ feralem inimicam, quinimo nec hic legitima aliqua ſeu vehemens ſuſpicio, ex huiuſmodi denunciationibus & repræſentationibus ſuboriri poteſt, vehemens enim ſuſpicio tunc dicitur, quando iudicantis animus ad contrarium perſuaderi non poteſt, nec eius intellectus, ver-

Digitized by Google

verti in oppoſitam conſcientiam, quod ſanè in terminis meræ denunciationis & repræſentationis perhibere, fas non erit, niſi cauſam ſcientiæ reddant infallibilem, nullatenus cerebrinam, vel merè præſumptam & ſuſpicioſam, argumentis & rationibus inquit Cicero oportet, quare, quidque ita ſit, docere non euentu, præſertim ijs, quibus liceat mihi non credere, virtus ac vitium quidem contraria ſunt, ſæpe tamen falſa nos rerum imago fallit, vt aliquando vitium virtutis ſpecie irrepat, & putemus ſic eſſe, quod in rei veritate ita non eſt, alias veniet, veniet ait Lactant. rabioſis & voracibus lupis merces ſua, qui iuſtas & ſimplices animas, nullis facinoribus admiſſis ſeu commiſſis, ſolo intuitu denunciationũ, & repræſentationum imò & præſumptorum ſtigmatum, excruciauerunt, & horribili tormentorum genere eò coëgerunt, vt denunciata & de ſe ſparſa, in quarum cognitionem innocẽtes, aut ſuggeſtione, aut vulgi fama deuenere, non ſine vulnere conſcientiæ faterentur innoxij, ac proinde quoad vtrumque videtur poſſe occini illud Nazianzeni *carm. 54. de ſilentio ieiunij tempore:*

Lingua quidẽ parua eſt. at viribus omnia vincit.
Illa malum, inſontem reddit, iuſtumq; nocentem.

11. Ex prædictis verò arbitror ſatis conſtare defenſionis patrocinium & legitimum confeſſarium & Aduocatum eſſe & fore admittendos, nullatenus denegandos aut repellendos, nam licet in ſcelere, defenſionis patrocinium præſtare, ipſis legibus & naturæ contrarium ſit *l. per omnes*, *Cod. de defenſ. ciuit.* & in iure Canonico, qui in malo, patrocinium dat malo, ſocius eſt criminis *c. circa 14. quæſt. 6.* Hinc Cicero *3. Offic.* tradit, habendum illum iniuſtum, qui modo non repellit, ſed etiam adiuuat iniuriam, tamen ſciendum eſt, quod non ſtatim reus exiſtimetur, qui vocatur in crimen, id eſt, qui criminis accuſatur, quippe negata, inquit Publius, magnis ſceleribꝰ ſemper fides, atque aliud eſt eſſe talem, & pro tali haberi *l. merces, ibi DD. ff. de verb. ſignif.* ne ſubiectam innocentiam feriamus, potius notandum ait Grotius *de iure belli, lib. 2. cap. 2. num. 6.* interim, dum de cauſa cognoſcitur, defendi ſupplices, quia vt inquit Symm. *2. 28.* facilè accuſatur, dic & condemnatur deſertus auxilio, & Gail *de pace pub. lib. 1. cap. 19. num. 3.* exactè probat, quod nemo dicatur talis, niſi per ſententiam talis declaratus ſit, non enim ſequitur, ait, talis eſt accuſatus vel inquiſitus de tali crimine, ergo verè talis criminis reus eſt, ſed neceſſe eſt vt conuincatur de crimine, nam ſi accuſare ſufficeret, quis innocens foret? vt Iulianus Imperator cuidam calumniatori præclarè reſpondit, quippe cum peculatus reo, qui crimen negabat, pro tribunali ſederet, dicente accuſatore, quis vllius criminis pœnas dabit, ſi reo inficias ire proderit, reſpondit, & quis inſons erit, ſi accuſatori, crimine non probato, fides habeatur, quæ Iuliani Cæſaris ſententia ſingulariter in tanta obtrectatorum & ſpurciſſimorum palpatorum frequentia vt loquitur idem Gail *d. lib. 1. cap. 5. num. 3.* notanda venit, concordat *cap. ſciſcitantibus in fin. 16. quæſt. 8.* ibi priuſquam audias, ne iudicaueris quemquam, atque ante probationem accuſationis illatæ, neminem à tua communione ſuſpendas, quia nõ ſtatim, qui accuſatur, reus eſt, ſed qui conuincitur criminoſus: denunciati enim hoc cum alijs commune habent, quod quilibet accuſatus tres facies habere fingatur, prima eſt dum accuſatur diabolica,

Siquidem in vitium credula turba ſumus.

& vt

& vt Publ. dixit, ad calamitatem quilibet rumor valet; ſed relinquendum inquit Tacit. *Annal. 2.* rumoribus tempus quo ſeneſcant, plerumq; innocentes recenti inuidiæ impares, nec decet dubio rumore trahi, à quo nó debent mutanda conſtitui, inquit Caſſiod. *2 epiſt. 9.* nunquid enim abſurdum imò peccaminoſum eſt, ex rumore & indicijs, non ſolum denunciatum vt talem habere vel iudicare, ſed etiam contra alios inſurgere, qui id ꝙ legitimo iudicio determinari debet, in ſe defendendum ſuſcipiunt, verum antequã de veritate plenè conſtat, graue & mortale peccatum eius criminis eſt intempeſtiuum iudicium, nam licet ſæpe ſuſpiciones vitare non poſſimus, tamen iudicia & definitiuas ſententias continere debemus, vide Gloſſ. *1. Corinth. 4.* Secunda igitur facies dum ſucceſſu temporis auditur & defenditur, humana eſt, & denique tertia Reo defenſo & ita abſoluto, Angelica.

12. Quidni ergo pro innocentia denunciatorum patrocinium impunè ſuſcipere licebit, iudice ipſo ad hoc alias ex officio obligato *l. ſi non defenditur, ff. de pœnis,* defenſionis facultas & innocentiæ probatio, ne quidem lata ſententia excluſa videtur, Decius *in cap. ex parte, num. 7. de offic. deleg.* & ita in terminis docet P. Layman *in Theol. morali lib. 3. de iuſtit. tract. 6. c. 5. §. vn. n. 26.* quod ſententia in criminalibus lata, non tranſeat in iudicatum, ſed iudex in ijs ad iura naturalia attendere debeat, ſecundùm quæ, quotieſcunque poſt ſententiam indicia & præſumptiones notabiles ſe produnt, quibus innocentia Rei, vel antecedentium indiciorum, vel probationum inanitas oſtenditur, ea examinare tenetur, ne cum periculo hominis innocentis occidendi, ſententiam exequatur, & quid ſi denunciatus de ſe confeſſus poſtmodum reuocet, vide ibi, multi namque vt Rei accuſantur, & in iudicio vt tales nomine tenus appellantur, qui tamen protinus ipſius criminis rei non ſunt, *c. forus §. antepen. de verb. ſignif.* Apul. *in veſtibulo apolog.* Quiuis innocens, inquit, inſimulari poteſt, reuinci niſi nocens nó poteſt, iunctis traditis per Mynſ. *5. obſ. 13.*

Honeſtiſſimum igitur Paſtores & Aduocati crediderunt, non premere immerentem Plinius *lib. 3. ep. 9.* ac propterea denunciatos, quouſq; criminis legitimè conuicti non ſunt, defendi Reipublicæ potius intereſſe, quàm ignominioſum, cũ ratio naturalis permittat defenſionem *l. 4. ff. ad L. Aquil.* è contra, ſi denunciare, accuſare & calumniari ſufficiat, quis hodie innocens erit? quis hodie non inuidiæ expoſitus, ſcilicet, qui miſer non eſt? quia hoc crimen inuidiæ maximè commune & peruagatum eſſe dicit Cicero *lib. 2. de Oratore.* Caueant potius Commiſſarij tales, ne propter affectum lucri & vtilitatis (quæ ipſis eſt inueterata, vtinã antiquata lex) ex hiſce proceſſibus obuenientis, de ipſis dicatur illud Senecæ *in Herc. fur. Ea quæ cupimus, quæq; proſunt, facile credimus,* hoc facile credunt, inquit Mimus, quod nimis miſeri volunt, iucundum eſt, id fieri putare, quod optamus Ariſt. *2. Rhet. c. 2.* Multi, inquit Dio *lib. 52.* ſub legitimi iudicij nomine, cupiditatẽ ſuam explent, ſed ſi vnquam verum illud peruetuſtum, multa incredulitas fecit bona, fides mala, plurimum mali dicit Seneca *2. de ira cap. 23.* credulitas fecit, item credulitas deceptionum mater, inquit Fulgent. *Mythol. 3* permaximè in hoc occulto crimine locum ſibi vendicat, & potius ſubintrat *l. fin. Cod. de probat.* vt adſint argumenta apertiſſima vel indicia ad probationem indubitata, 13.

Digitized by Google

& luce clariora; quippe in ore omnium eſt: *De occultis non iudicat Eccleſia*, hæc ideo dixi, vt nimiæ leuitatis eſſe oſtenderem, ſi quis mala grauia credere ſtudeat, quæ probari non poſſunt, vt loquitur Pontifex *in cap. cunctis 11. quæſt. 3. & ibi in cap. non debet is pœnam ſuſtinere canonicam, in cuius condemnatione non eſt prolata canonica, puta legibus conformis, ſententia*, conſiderati Iudicis eſt, ignoſcendi potius quærere cauſas, quàm puniendi occaſiones, Ammian. *lib. 19.* Sic Emanuel Rex Portugalliæ, Conſiliarios ſuos laudare ſolebat, quando vllam poterant inuenire rationem, qua reos ab vltimo ſupplicio liberarent, vt refert Beſold. *lib. 2. polit. cap. 2. concl. 19.* quem ad hoc allegat Bullæus *ad conſtit. crimin. Caroli V. art. 10.*

14. Prædicta eo fine refero, quod ob ſolas denunciationes, ad tale genus tormentorum nullatenus progrediendum eſſe exiſtimem, pro quo faciunt quoque iura & DD. à Cothom. *vol. 3. reſp. 4. num. 57. & ſeqq. & infra allegati.* quemadmodum ante aliquot annos cum celeberrimis Iuriſconſultis ita reſpondi, adde Cautionem criminalem *cap. 44.* & P. Layman *d. loco num. 45.* vbi formalia verba Farinacij *de hæreſi quæſt. 185. in fin. §. 8.* refert, dicentis; quod vera non ſit, nec in ſancto generali vrbis vniuerſaliſqúe Reipublicæ Chriſtianæ inquiſitionis tribunali ſeruetur propoſitio, quam facit Delrio dum concludit, indicium oriri ad torturam, ex depoſitione duarum (ratio ſubiecta concludit etiam contra plurium denunciationem) ſagarum dicentium, vidiſſe inquiſitum in conuentu & congregatione aliarum ſagarum, cum enim multoties non corporaliter, ſed per illuſionem Dæmonis, in hoc conuentu ſe eſſe opinentur, & ſic earum aſſertio de viſu poſſit eſſe falſa, abſurdum eſt dicere quod ſagæ ſeu lamiæ prædictæ indicium faciant ad torturam, cum & ſuo loco dicat, quod indicia ad torturam debeant eſſe non æquiuoca, non dubia, ſed certa, hactenus Farinac. qui ibidem alio loco declaratur, vbi & in ſeqq. aliqua contra proceſſus in hac materia edиſſerit, iniquum eſt, inquit Minut. *587.* de incognitis & inexploratis iudicare.

Quemadmodum prudentioribus innotuit, Diabolum quoque repræſentare poſſe 15. innocentem, quos tamen, ne ſpe lucri prorſus deſtituantur, referentes audiui in ſaltu taliter repræſentatos cum cæteris, qui verè magi ſunt, non tripudiare ſed modeſtè ſe tenere, citiusqúe quàm alios abire; ô nouam Diaboli aſtutiam, ô ſathanicam bonitatis ſpeciem, quaſi innocentes prius abeant, ne cum cæteris, qui verè magi ſunt, in diſceſſu peccent, Dæmoni hoc vel illud offerentes vel promittentes, cum tamen ille, qui ita repræſentatur, non ſit ipſe innocens, ſed quidam Diabolus in eius ſpecie, quid autem cauſæ ſit, cur hic ita modeſtè ſedeat, & cur cum cæteris non tripudiet, vel prius abeat, concludens nulla, nulla quoque iuridica affertur ratio, ex ignoto aſſumpta, euanida eſt & in iure non ſubſiſtens, in huiuſmodi verò actibus & tragœdijs diabolicis maximè locum ſibi vendicat illud Quintil. *declam. 18.* multum me inquit, vel vos fallit opinio Iudices, ſi vllam cauſam ita euidenter in forum deferri putatis, cui nulla mendacij velamenta contingant, permaximè quoad ſagarum dicta, quibus rectè opponitur illud Senecæ *lib. 2. de ira c. 19.* quæ narrata ſunt, ait, non debemus cito credere, multi ementiuntur vt decipiant, multi quia decepti ſunt, alius criminatione gratiam captat & fin-

Digitized by Google

fingit iniuriam, vt videatur diluiſſe factum, iuncta *l.1.§.ſed & quis ff. de Corbiniano edict. & l.fin. Cod. de accuſat.* & Paul. *lib. 1. ſent.* inquit, facile alienam ſalutem in dubium deducit, qui de ſua deſperauit; exornatur in Viuio *deciſ. 467. num. 18. & paſſim per tot. plura huc facientia.* & niſi plures viri doctiſſimi denunciationum fidem euacuaſſent, plura ſcriberem, hoc interim apud omnes in confeſſo eſt, quòd Diabolus phantaſias ſagarum ita mouere poſſit, vt putent ſe in ſaltu hæc & illa vidiſſe, cum ne quidem ibi fuerint, vel vt dicit textus Iuris Canonici, ſe vidiſſe Dianam & ſimilia *cap. Epiſcopi 26. quæſt. 5.* ibi Barboſ. allegat DD. vide exornatam materiam apud Gœhauſen *in proceſſu iudiciario contra ſagas in deciſ. quæſt. 4. & 5.* & notabilis eſt hiſtoria ſacræ Scripturæ, relata *in cap. nec mirum 26. quæſt. 5. verſ. propterea.* nam licet hiſtoria habeat, quod Pythoniſſa in Endor, poſtulante Rege Saüle, genio ſuo, quem familiarem habebat, excitauerit Samuelis animam *1. Reg. cap. 28.* tamen textus ibi expreſſè dicit, quod non fuerit ſancti Prophetæ anima, ſed Dæmonium quoddam, eius ſpecie inductũ, quod ibi pulchrè confirmatur, ita vt appareat etiam innocentes à Diabolo repræſentari, vt autem errorem faceret in quo glorificaretur, habitu viri iuſti & nomine ſe subornauit, vides igitur præſtigias, faſcinationes & fraudes ſathanæ, omnis mendacij patris, qui ſe ſubinde in Angelum lucis commutat, vt homines fallat, ac proinde in hiſce non tam facile credere debemus, vti alias, quando aliquid teſtis percipit quinque ſenſibus corporeis, hoc enim caſu & non aliter dicitur ſcire teſtis, nec ei aliter crederetur, niſi redderet certam & idoneam rationem quæ ſenſibus corporeis colligitur DD. *in l. teſtiũ C. de teſtib.* plures allegat Vaſquius *in præfat. contr. num. 116.* malè igitur poteſtas vim ſuam aliorum contumelijs experitur.

Prudentiores itaque ex ipſiſmet ſagarum Commiſſarijs, pro explorato haberi volunt, quod ex ſolis denunciationibus repræſentationibusqùe, ad torturam perueniri non debeat, niſi illa, quæ denunciatur, & repræſentatur, ſit malæ famæ & vitæ, fateor equidem quòd mala & bona vita anteacta, ſiue illegalitas & legalitas perſonæ, augeat diminuatqùe indicia Tiraquel. *de pœnis tempor. cauſ. 51. num. 130. & ſeq. & per tot.* vide ad eum & Iaſonem *in Auth. Iubemus, Cod. de iudic.* quod propter legalitatem & bonitatem perſonæ, à regulis Iuris communis recedatur, quod pulchrè accommodat Munnoz *de Ratiociniis cap. 19. num. 44. & ſeqq.* adde *cap. 10. num. 63. & ſeq.* memoratam illam hiſtoriam de Gondiſaluo Ferdinando de Cordua, cuius rationibus etiam in maximis ſummis, ob viri excellentiam & fidẽ, creditum fuit, ſed puto ſæpius famam non fuiſſe iuridicè probatam, per notata à Marcello Cala *de modo articulandi & probandi, gloß. vn. num. 592.* ibi namque requiritur, quòd fama traxerit originem à fide dignis, veridicis & honeſtis perſonis, item quòd ante inquiſitionem formatam & litem cæptam, orta fuerit, inferendo quod Officialis non debeat eſſe pronus ad inquirendum propter famam, quæ traxit originem à maleuolis, & ibi, quod ſi mala & bona fama probata fuerit, ſtatur bonæ, Iaſon *volum. 3. conſ. 78. num. 27. & 28.* aliàs etiam multa argumenta innocentiæ videre poteris deducta à Cothom. *vol. 3. reſp. 29. n. 415. & ſeq.* vbi paſſim contra inquiſitiones & torturas multa inueniuntur, quod conſilium reperitur ſubſcriptum per Vniuerſitatem Colonien- 16.

Q 2

Digitized by Google

lonienſem *in qua ſubſcriptione vel reſp. 30. num. 230. & multis ſeq.* declaratur & explicatur illa obiectio, quod denunciatio duorum aut plurium ſociorum criminis, ſufficiens præſtet indicium ad torturã, ſic etiam aliqua ſigna innocentiæ tradit Menoch. *lib. 5. præſum. 48.* & docet quoq; Marcell. Cala. *de modo articul. & proban. gloſſ. vn. n. 1369. & ſeqq.* quod per vitam benè anteactam & conuerſationem cum bonis, probetur morum pietas, & *n. 1244. & ſeq.* quem non deliquiſſe probatur per probationem bonæ famæ & conditionis, adeo vt indicia aliàs ſufficientia ad torturam minuantur & elidantur, vt ex ijs torqueri non poſſit per DD. *ibi alleg.*

57. Præterea puto in eo peccari, quod remota indicia & vitia, contra ea, quæ *inf. de General. cap. 13.* trado, adde Lucam de Pen. *in l. vorax. n. 5. Cod. de numer. auct. &c.* in argumentum trahantur, quaſi ipſimet Commiſſarij nullo vitio infecti forent, cum tamen adeo ſit in publicum miſſa nequitia, inquit Seneca *lib. 2. de ira cap. 8.* & in omnium pectoribus eualuit, vt innocentia non rara ſed nulla ſit, adde tradita inferius *de dubiis cap. 18. & de honorib. cap. 8.* quorum aliqua huc etiam accommodari poterunt; rectè igitur Poeta:

Non mihi ſunt viſi, qui caruere Viſi.

Vel:

Nemo ſine crimine viuit.

adde Gloſſ. *in c. correcta de conform. vtili. & inutili.* emendatiſſimi quippe Viri eſt, pœnitenda non facere, Auſonius *ad Gratian. cap. 20.* nam iuxta textum *in Nou. 5. cap. 2. §. 2.* humana natura quodammodo labitur ad delicta, ad mores natura recurrit damnatos, vt dicit Iuuenalis, quapropter ſi te ipſum iudices, æquior eris in alios, quia verè id ſæpius experientia oſtendit, quod dixit Ariſtoteles *1. Rhetor.* Amor & odium, & proprium commodum, ſæpe faciunt Iudicem non cognoſcere verum, de quo latius infra *de opinionibus.* Quippe tanta eſt in humanis ſenſibus procliuitas ad malum, tam faciles lapſus, vt arte opus ſit, vt quis ſtet nec cadat, referente M. Ant. Natta *lib. 3. de princip. doctrina.* nam & iuxta Horat.

——— *vitiis nemo ſine naſcitur.*

Sed aliena vitia inquit Seneca *lib. 2. de ira,* in oculis habemus, à tergo noſtra ſunt. Quamuis iuxta illud Propertij:

Vnicuique dedit vitium natura creato.

Quiſquis ergo ſe inculpatum dixerit, teſte S. Cyprian. *ſerm. 1.* aut ſuperbus aut ſtultus eſt, quia nuſquam Gentium reperitur ait Trebell. qui poſſit penitus approbari, quod exornatur in Tiraquell. *de pœnis tempor. cauſ. 51. in princ.* quemadmodum & S. Ioannes *cap. 8.* qui ſine peccato veſtrum eſt, ait, primus in illam lapidem mittat, pulchrè Seneca *de ira lib. 11. cap. 31.* Si puniendus, inquit, cuicunque prauum maleficumque ingenium eſt, pœna neminem excipiet, & tamen textus *in cap. Deus omnipotens 2. quæſt. 1.* præcipit, quod mala audita nullum moueant, nec paſſim dicta abſque certa probatione quiſquam credat, & perhibetur ibi, quod nec ipſe Dominus omnium, prius iudicare voluit, quam ipſe ea cum fidelibus teſtibus, diligenter inueſtigans quæ audierat, opere veraciter cognoſceret, multò magis nos humani & peccatores homines, quibus incognita ſunt occulta Dei iudicia, & hæc præcauere & nullum ante veram iuſtamque probationem iudicare aut condemnare debemus, manifeſtè dicente Apoſtolo: Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum, ſuo enim Domino ſtat & cadit,

Digitized by Google

cadit; & rurſus *in cap. ſummopere 11. q. 3.* ibi, ſed cauſis prius ventilatis, cum res quæ ignorabatur pleniter ad notitiam venerit, tunc diuina & humana lex reſoluatur, & tunc quod ibi conſtitutum eſt, remota perſonarum acceptatione definitiua proferatur ſententia, quia iuris ordinē interuertunt, qui ad leuem opinionis auram, priuſquam de crimine conſtat, condemnant, *cap. ſexta actione 15. quæſt. 7.* imò tam Reus, qui aurem criminibus citò præbet, quàm is, qui falſum de alio profert *cap. non ſolum 11. quæſt. 3.* Enimuerò an ex pluribus indicijs ad veram notitiam perueniatur, pulchræ diſquiſitionis eſt.

18. Sed præmittendum quod tradit Surdus *conſ. 132. per tot.* quòd plura indicia non coniungantur, quando vnumquodque non eſt perfectum in ſuo genere, adeo vt dicat, quod ne quidem ad pœnam pecuniariam perueniri poſſit, quodque probationes diuerſæ, licet in ſuo genere perfectæ, non coniungantur in criminalibus, & ita limitatur illa regula: Si non proſint ſingula, multa iuuant, quemadmodum ex pluribus imperfectis, non poteſt reſultare vnum perfectum, vt de pluribus ſingularibus teſtibus ſuper indicijs tractat Gomeſius *variar. reſolut. tom. 3. tit. 13. num. 18.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 91. num. 3. & ſeqq.* Farinac. *in pract. crimin. quæſt. 36. num. 38. & ſeqq. quæſt. 38. num. 33. & ſeqq.* de prædicta regula, & quomodo procedat vide Zaſium *in conſ. 4. num. 33. & ſeqq. lib. 2.* latiſſimè de prædictis Farinac. *lib. 3. de reo & conuicto quæſt. 86.* vbi ex magis communi, quòd in criminalibus non coniungantur probationes, ſic quoque video diſtingui apud DD. in cauſis ciuilibus, quòd duæ ſemiplenæ probationes in ijs non aliter coniungantur, quàm ſi reperiantur in ſpecie ſua perfectæ, Cephal. *concl. 206. num. 19.* & latiùs *conſ. 225.* latè quoque Maſcard. *de probat. concl. 1229.* Honded. *conſ. 98. n. 16. & ſeq. vol. 1.* quam concluſionem etiam in ijs, quæ ſunt difficilis probationis, procedere firmauit Ant. Peregr. *conſ. 73. num. 30. lib. 1.* & prædicto modo diſtinguit Alex. *conſ. 21. col. 1. vol. 4.* pulchrè & ſuccinctè Mynſ. *2. obſ. 110.* vbi & quomodo Domini Camerales diſtinxerint, Beſold. *in theſauro pract. lit. R. verb.* Redliche Anzeigung *n. 22.* magis igitur eſt, vt hoc in criminalibus procedat, per notata à Panorm. *conſil. 42. vol. 1* potiſſimum in ijs flagitijs, quæ quo grauiora & teteriora ſunt, eo magis circumſpectè, & clarioribus argumentis definiri debent, *l. famoſi ff. ad L. Iul. Maieſt.* Coraſ. *annot. 60. in arreſta Tholoſ.* interim pulchrè & notabiliter declarat Peguera *deciſ. 17. num. 4. & ſeq.* an & quando imperfectæ probationes in criminalibus coniungantur vel non, & quid deciſum fuerit, in qua *deciſ.* pulchra quoque tradit de fama & eius probatione; ſed quia hęc materia nimis latè patet, pręter Berlich. *in practicis concl.* & Menoch. *lib. 1. præſ. 39. & ſeq.* Schrad. *de feudis p. 3. in princ. ſect. 13. num. 129.* Crauett. *de antiq. temp. p. 1. viſo de fama num. 30. & ſeq.* vide latiſſimè Scacciam *de indic. lib. 2. cap. 9. num. 362. vſque ad num. 553.* de teſtibus ſingularibus, quando & quomodo probent, & in ſpecie *num. 480.* ad inferendum torturam, quo caſu nota iſtam declarationem, quam tradit *num. 481.* aliàs quoque Menoch. *lib. 1. quæſt. 89.* qualis præſumptio eſſe debeat, vt infligatur tortura, & alibi docet, quod vt inquiſitus per indubitata indicia condemnari poſſit, nunquam Iudex illi veram & meram pœnam delicti imponere

Q 3 poteſt,

Digitized by Google

poteſt, ſed mitiorem. Vincen. de Franchis *deciſ.372. p.2.* Mattheſil. *ſing.27. in addit. num.9.*

19. Itaque nec denunciationibus, nec quod huic vel illi vitio addictus, fortè ebrius, rixoſus, vel ſimilis ſit, prudentiores omnino fidunt, ſed putant ſi ſtigmata Diaboli reperiantur, facilem eſſe coniecturam quod Veneficus ſit, argumenta eorum, qui de ſtigmatum vel ſignorum præſumptiua probatione tradunt Iuriſconſulti noſtri Wameſ. *cent.3. conſ.29. nu.15. & ſeq.* Stracha *de mercatorib. p.2. num.71. & ſeq.* iunctis traditis per Caualll. *in ſpec. comm. opin. quæſt.745. vide infr. lit. F. cap.8. §.2. ferè in fine.* ibi de ſigni appoſitionis effectu, & de ſtigmatibus militaribus Gail *lib.1. de pace publica cap.4. num.23* ſed cum neque Theologus, neque Iuriſconſultus, neque Medicus, neque Phyſicus huiuſmodi ſigna notare vel cognoſcere poſſit, ſed hoc ipſum Carnificis fidei relinquatur, non video quomodo in criminalibus hunc admittant, quem in cauſis ciuilibus ipſimet contra ſe teſtantem repellerent, præſertim nullam ſui dicti neque Theologicam, neque Iuridicam, neque Medicam, neque Phyſicam aut moralem cauſam reddentem, & ſi quam dicat, vtique vanam, dubiam, nullius conſiderationis & mere carnificinam, cum ipſe Carnifex in hoc cæteris non ſit doctior neque excellentior, neque iſtiuſmodi cognitio ad ipſius officium pertineat, cum de hominibus honeſtis inquiris, monet Macrob. *Satrn. 2.* honeſtis mandato, periniurium namque eſt Apul. *apolog. 2.* ei fidem in peioribus habere, cui in melioribus nō haberes, hac in re cū pariter Theologi & Iuriſconſulti ſenſu deficiant, Carnifex cum ſuis ea cōprehendere poteſt! quæ iſta ſtultitia eſt? melior eſt homo, inquit Eccleſiaſticus *cap.19.* qui minuitur ſapientia, & deficiens ſenſu in timore Dei, quàm qui abundat ſenſu, & tranſgreditur legem Altiſſimi, prædeducta contra prætenſam ſtigmatum probationem mirificè confirmari exiſtimo ex ijs, quæ haud pridem à Viris fide dignis referri audiui, qui ſæpiſſimè examini interfuere, nunquam tamen ſtigmata aduertere ſeu cognoſcere potuerunt, niſi quòd hoc vel illud ſtigma eſſe, ab ipſo Carnifice dici audiuerint, qui toties quoties acum in corpora denunciatorū adegit, ſtigmata diabolica illos habuiſſe aſſeruit, & tamen aliquos ex ijs per ſententiam abſolutos & dimiſſos fuiſſe, hinc, & quod præfatus Carnifex de ſingulis, qui ſupplicio afficiuntur, pro iuſtificatione ſex imperiales vel decem daleros Colonienſes accipiat; nec-non acum eiuſdem in corpora reorum adactam ſuſpectā habuerint, aliam inſcio ipſo adferri & corporibus reorum infigi pro cautela ſuggeſſerint, ex quorum dictis iterum notet Lector tanquam iuſti atque æqui arbiter, quod illa, quæ tam obſcuræ altæqúe rationis ſunt, vt nec per ipſos commiſſarios, nec per Theologos, nec Medicos, animaduerti & peruideri poſſint, ea tanquam certa & indubitata ex aſſertione Carnificis reddantur, vel ſaltem magis vera credantur, quamuis iſtiuſmodi in hominum genere plerumq; exiſtat puſillitas ingenij, parua intelligentia, & nulla doctrina, & tamen, quæ à doctis longè remota ſunt, & dijudicari non poſſunt, de ijs ita iudicent Carnifices, vt ea, quæ de ſtigmatibus dicunt, probata & cognita eſſe velint, & dum hæc pro conſtanti aſſerunt, præ ipſis Commiſſarijs alijsqúe doctiſſimis Viris plus ſapere videntur.

At ego illos nunquam magis deſipere 20.
exiſtimo, quàm cū Carnifici in dijudicandis

ea at-

ea attribuunt, quorum diſcretionem Theologi, Iuriſconſulti, & Medici penitus ignorant, vnde igitur iſta ſapientia & notitia Carnifici affulget? vndè, & vbi Carnifici reuelatum eſt, quod alijs arcanum? apud doctos inſipientis eſſe dicitur, in re dubia aliquid affirmare, maioris vtique determinare, quippe prudentes viri nec hominis, vtcunque doctiſſimi, rationem cum fragilitate admittunt, & tamen plerique in hoc proceſſu ita inſipientes ſunt, vt nec dubiam à Carnifice expoſcant, cum nullam reddere poſſit, quæ igitur amentia eſt, in aliorum corpora, talia admittere, quæ in ſe ſuſcipere detrectant, à viliſſimo hominum genere, à Carnifice inquam, facienda, qui quo celerius ſtigmata ibi adeſſe enunciat, eo citius pretium ſui dicti accipit, conſtat autem vti formaliter refert Cothom. *vol.3. reſponſ.29. ſub num.146.* Iure diuino, pariter & humano probatur, nec non ratio ſenſus communis dictitat, denique exempla ſingulis temporibus teſtantur, nihil eſſe à iuſtitia alieniùs, nihil pernicioſius, nihilquè periculoſiùs, quàm aliquem ad Iudicem, qui ſuſpectus vel inimicus ſit, vel cuius intereſſe ſimul vertatur, vocari, pertrahivè, qui & partis & arbitri perſonam gerat, cuiquè nihil gratiùs, nihilquè amabiliùs accidere poſſit, quàm vt eum, à quo læſus ſit, vel læſum ſe putet, quoquo iure conuincat, ſuperet, & debellet per iura & DD. per eum allegatos, quemadmodum in caſu præſenti Carnifex & executoris & arbitri perſonam ſuſtinere videtur, intereſſe auidè (vti hoc hominum genus ad lucrum anhelare ſolet) ex morte & occiſione denunciatorum exſpectans, quippè dum finem ſibi vtilem fore proſpicit, eundem exoptat, hinc & media ad eum ducentia non impedire, ſed in ſui commodum promouere potiùs pro poſſe intendit.

Quemadmodum & alias audiui, dictos 21. decem daleros vel ſex imperiales tanquam ſalarium ex bonis ipſius Rei ad rogum vel mortem condemnati Carnifici perſolui, cū tamen expreſſè tradat Flor. Diez *lib.1. pract. quæſt.8. num.9.* in vtroque foro non poſſe, nec ob magna incommoda debere, ſalarium ex mulctis & pœnis conſtitui, ſed quia ex ijſdem plures alij, plura participant, lictoris putatur officium talia aſſerere, vnde lucrum deriuatur. Recedite ergo hinc quotquot eſtis Viri boni & docti, quia non in vos, ſed in Carnificem quadrat illud Plauti:

Rem acu tetigit.

Cum tamen Iuriſconſulti tradant, quòd vox vnius, vox nullius, etiamſi præclaræ Curiæ honore præfulgeat *l. 9. Cod. de teſtib.* quanto minus Carnificis aſſertioni ſtabitur, qui tam vilis & tam abiectæ conditionis vulgò reputatur, vt honeſti eius conuerſationem ſibi probroſam ducant, mores & vitam plerumque deteſtentur & fugiant, quamobrem nō video cur tantus hac in re habeatur, qui nullam, niſi hactenus inauditam, carnificinam fortè rationem reddere nouit, quę potius ſordida & vituperabilis, quàm releuans cēſeri debet, ab homine ſordidiſſimi & abiectiſſimi officij, orta, ideo dic nullam, nam ſi teſtes alias integri & legales in cauſis criminalibus minimè probent, niſi cauſam ſcientiæ, etiam non interrogati, dicant, Zaſius *lib. 2. conſil. 18. num. 19.* Farinac. *de teſtib. quæſt.70. cap.1. n.14. & ſeq.* vbi infinitos allegat & aliquot ampliationes, dicitq; *nu.10.* quòd teſtis non ſolum debeat, reddere cauſam ſcientiæ & rationem dicti ſui, ſed etiam quòd & illam proferre debeat congruam, concludentem, neceſſariam, generalem, veram & manifeſtam, alias non probat, paria enim ſunt rationem non reddere, vel non

Digitized by Google

non bonam nec ſufficientem, adeo vt ſtatutum in contrarium non valeat per DD. *num. 27.* allegatos, quibus vtique conſequens eſt, quod Carnifici tanto minor fides hac in re adhiberi debeat, quāto craſſior eſt ipſius præ alijs ignorantia, ſaltem in ijs, quæ iudicio intellectus percipiuntur & quæ iuris ſunt, quemadmodum hoc ipſum adeo notum eſt, vt abſque euidenti calumnia negari non poſſit.

22. Pari modo non video; quomodo Carnifex cauſam ſcientiæ, præ alijs meliorem, per ſenſum corporeum reddere queat, ſenſus namque corporei ſunt viſus, auditus, guſtus, tactus & odoratus, & alio modo reddita non eſt bona, & quidem ratio teſtis non ſolum per ſenſum corporeum reddi debet, ſed etiam per ſenſum aptum illi rei, ſuper qua deponit, aliàs non eſt bona, prout prædicta quoque probat idem Farinac. *dicta quæſt. 70. cap. 3. n. 127. & ſeq.* ſed quia in fauorem Carnificis nihil boni ſcio, nec ipſius dictum de iure ſuſtentabile reperio, dicam hic cum Dauide *Pſal. 85.* Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua, lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum, & conuerte me ad illos, qui per te regnant, & in nomine tuo iuſta decernunt, nempe ad Legumlatores, qui rationem dicti per ſenſum corporeum reddendam eſſe ſanxerunt & ſalubriter ſtatuerunt: & inprimis pro cōſtanti pono, ac indubitatum eſſe exiſtimo, quòd Carnifex rationem ſui dicti per guſtū, tactum & odoratum non reddat, nec reddere tentet, reſtat ergo viſus & auditus, & puto quòd neque per hunc, dicti ſui rationem reddere cogitet, cum neminem nominet à quo hoc ipſum audiuerit, minus rationem per ſenſum auditus adducat, reſtat ergo ſenſus ille corporeus, qui appellatur viſus, vellem hic autem libenter audire, quam rationem & cauſam ſcientiæ reddat? cur præ alijs hic ſapiat? quo modo habeat hac in re tam perſpicaces oculos? vnde cognoſcat ſtigma Diabolicum? ex quo fundamento arguat, inferat, & concludat crimen magiæ? cum non viderit denunciatum à Dæmone ſignari, nam ſi vidit, ipſe vel magus eſt, vel de magia ſuſpectiſſimus; ſi autem non viderit, conſequens eſt quòd iudicio intellectus percipiat aliquod ſignum hic adeſſe, ꝙ alijs monſtrat, & poſtea quaſi tactu comprobat, prout protocollis inſertum vidi, quòd in corpore denunciati hic & ibi ſtigma diabolicum repertum, & probatum fuerit, cum autem hoc totum à Carnificis fide & dicto dimanet, fatuum cenſeo eius teſtimonium ſeu aſſertionem propagari ac ampliari, quod tamen vt imperfectum ad aliquod perfectum probationis genus non eſſe releuans, conſtat ex traditis per Pariſium *conſil. 61. num. 28. & ſeq. vol. 4.* Nicol. Euerh. iun. *vol. 2. conſ. 8. num. 24. & ſeqq.* & alios ſuperius *num. 18.* allegatos, præſertim cum & ei, qui non eſt malæ nec bonæ famæ, regulariter minus Cephal. *conſ. 227. num. 59.* & in delictis prorſus non credatur Gratianus *lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 192 num. 13.*

Conſequenter, propter ipſius teſtimonium & probam, ſtigma diabolicū, minus magiæ, inuentum fuiſſe pro conſtanti poni vel ſcribi non debere arbitror, qui etiam cæteris ſepoſitis propter ſpem lucri ſeu maioris ſalarij, vel affectionem ad illud ſuſpectus eſt Farinac. *de teſtib. quæſt. 60. n. 29. & ſeq.* Quare vti ſentio ſic loquor, quamuis ego firmiter credam, magos ſaltem communiter à Dæmone ſignari, tamen inuentionem & cognitionem ſtigmatum carnificinæ 23.

Digitized by Google

cinæ fidei hactenus concreditam nullo iure ſcripto adprobari cenſeo, interim bonis & probis Commiſſarijs, nec hic nec alibi quicquam detractum volo, ſentiant hac de re quicquid velint, ego litem nō fecero meam, de paruula ſumma iudicaturo ait Seneca *de ira lib. 2.* tibi res ſine teſte non probaretur, vtrique parti dares actiones, dares tempus, non ſemel audires, & hominem torquere audes, antequam vel concludentia indicia noſſe liceat, vel tempus ad diluenda indicia accipiat, Clem. Paſtoralis *de ſent. & re iud.* in ambiguis, inquit Iſidorus *lib. 2. ſoliloq. cap. 15.* Deo ſerua ſententiam, teſtis deponere debet per aliquod ſignum, quod ſub aliquem corporis ſenſum cadit, Maſcard. *de probat. in verb. ætas an per aſpectum, concl. 667. num. 29. vbi & num. 23.* quod quis non dicatur habere notitiam de aliquo, niſi & habeat notitiā ſubiectorum & cuiuſcunq; effectus eius, vnde graue ſatis & indecens eſt, vt in re dubia, certa feratur ſententia *c. graue 11. quæſt. 3.* in rebus dubijs non debet eſſe abſolutum iudicium *cap. habuiſſet diſt. 33.* ſuſpicionibuſq; nemo damnari debet.

24. Ius noſtrum, præſertim in criminalibus, concludentem requirit probationem, dubiam reijcit, argumenta diuinatoria nō admittit, diuinatorium autem eſt argumentū, quòd ſigni impreſſio arguat crimen magiæ & non aliud, quinimò non video vnde conijcias hoc, quòd tu dicas eſſe ſignum Diaboli, quòd ſi in dubio ponatur, vel ſi reuera de eo concludenter non conſtet, planè ineptum eſt, inde inferre magiæ crimen, vel eiuſdem probam, quæ non poteſt ſine principali conſiſtere, prius enim debet probari ſubſtantia & quæ ſubſtantiam reſpiciunt, quibus non probatis de alijs cognoſci non poteſt, per notata Seraphini *tract. de priuil. iur. priuil. 31. in addit. nu. 73. & ſeq.* Menoch. *rem. 3. adipiſc. poſſ. nu. 164. & ſeqq.* Surd. *conſ. 150. num. 79. & ſeqq.* ante, morbos, inquit Liuius *lib. 34.* neceſſe eſſe cognitos, quàm remedia, plures DD. allegantur in Tract. *regularium iuris ciuilis & canon. litt. P. v.* probari non poteſt qualitas alicuius rei, niſi prius probetur eius ſubiectum, neque ſatis eſt dicere ſanandum eſſe vulnus, niſi oſtendatur quomodo, vti prouerbialiter dicitur, puta hic non ſufficit dicere hoc vel illud ſtigma eſſe diabolicum, ſed vnde & quomodo hoc cognoſcatur probari ſeu oſtendi debet, permaximè hic, quia & ſigni appoſitio in ciuilibus non probat concludenter, minus igitur in caſu præſenti, vbi agitur de prætenſo ſigno Diaboli, qui in criminibus fallax eſt, ergo & ipſum ſignum, contra quæ plura inconuenientia ſcribit Cautio criminalis *dub. 43.* item an ſtigmata probent vel indicium faciant ad torturam & condemnationem, pleno & docto calamo ſcripſit & negatiuè reſoluit Dominus Iordaneus SS. Theolog. Doctor profundiſſimus & Vir integerrimus, quibus addo quod P. Contzen *tract. Daniel aulæ ſpecul. cap. 9. §. 6.* adfert exemplum de mirifico lapide, quem Phyſici nobis proponunt, in quem acus adacta, ac poſtea infixa corpori, non ſentiatur, quid igitur non poterit mille rerum artifex Diabolus plura huiuſmodi vel ſimilia ſecreta naturæ, nobis ignota, optimè ſciens? quis ſcit quo aſtu & qua arte ipſe Carnifex acum hanc præparet? in præſentiarum ſufficit, quòd defectus ſanguinis, vel quod ſanguis non emittatur, non inferat neceſſario crimen magiæ, vel vnde hoc aſſerat non adfert rationem concludentem, vel nullam eorum, quam vno ex quinque ſenſibus

R per-

Percipimus, niſi quòd ebullientem ſanguinem quandoque non videamus, hinc ſi magiæ crimen inferamus, nil aliud facimus, quàm litem lite reſoluere ſed iuxta Poëtam:

Nil facit Interpres ſi litem lite reſoluit.

Dubium per æque dubium non euacuatur, certa & indubitata argumenta in criminalibus requiruntur, quinimò hoc ipſum agere, eſt iuſtificare vel iudicare, non teſtificari, quod legibus eſt prohibitum, & denique, quis huius rei arbitrum vel iudicem ipſum carnificem conſtituerit in ciuilibus non admiſſibilem, vellem libenter doceri.

25. Eodem modo ſatis indecens eſſe puto, carnifici raſuram crinium in partibus, quas natura velauit, committere, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Authores, cum Barbaræ crudelitatis exempla referunt, quibus olim Chriſtiani cruciabantur, ſimul etiam inter ſupplicia memorant Virgines iuſſu Tyrannorum nudari conſueuiſſe, vt ita earum infamia maior eſſet, Nicephorus *lib.10.cap.9. in prin. & lib.11.cap.28.hiſtor. tripart.lib.6. cap.12.* & rurſus: *lib.7.cap.8.* ſolus namque homo natus eſt, verecundiæ & pudoris particeps, ita vt Mileſias Virgines ſola nuditatis infamia à mortis voluntariæ illatione vindicauerit, ſimile eſt apud Gellium *lib.15. cap.10.* quia ſæpè, vt Quintus Curtius ait: Minus conſtantiæ eſt in rubore, quam in culpa, quod exemplis exornatur in Petro Rovſio *deciſ. Lituan. 1. num. 26. & ſeqq.* quidni igitur pudicæ Virgines, quidni Chriſtianæ fœminæ talem actum cane & angue peius formidabunt? imò potius mori, quã ita tractari in votis erit. An verò corpora Chriſtiana ita tractari poſſint aut debeant, decidant Theologi, Ennius apud Cicer. *lib. 4, Tuſcul. cap. 33.* conteſtatur, flagitij principium eſſe, nudare inter ciues corpora, & teſte Valerio Max. *lib. 2. cap. 1.* Matronam in ius vocanti, corpus eius tangere, non permiſerunt.

Scribunt aliqui Hiſtorici, quòd & ipſa natura in cadaueribus hominum verecundiam agnoſcat, vt ſi quando cadauera necatorum, fluctibus euehuntur, virorum ſupina fluctuent, prona fœminarum, quod ab alijs negatum audiui, interim hoc certum, quòd ingenia liberaliter educata, facilius verecundia, quã metus ſuperet, & quos tormenta non vincunt, interdum vincat pudor S. Hieron. *ad Pamach. de morte Pauli,* plura de pudore & honeſtate trado *ad tit. de honoribus cap. vlt.* Itaque à nobis indumento verecundiæ, inquit Lactant. *de opificio Dei cap.13.* quæ ſunt pudenda velentur, neque tam modicæ fidei eſſe credantur, quæ de exorciſmo in hiſce proceſſibus, apud Catholicos plerumq; præmitti ſolẽt. Interim in Iudicijs & officina iuris & æquitatis, quam Iuriſconſulti profitentur, per viam regiam & iam ante tritam ambulemus, & contenti ſimus modis inueſtigandi crimina notis & receptis, neque nouos modos quæſtionum & carnificinas hominum, ad imaginem Dei creatorum, excogitemus, ne contaminemus fallacibus diſquiſitionum prætextibus ſedẽ Iudicij ſanctiſſimam, neque aliter de alijs iudicemus, quàm de nobis aliquando ſummum Iudicem iudicare cupimus & optamus *l. rem, §. ſic. Cod. de iudic. cap. quicunq, 11. quæſt.3.* neque ſemper iuſtum putemus, vbi affectus & paſſiones dominantur, vt patet *ſupra tit.1.cap.2. & p.2. de opinionibus.* nam & ipſi Dæmones ſuum hominibus venenũ, ſub fallacis boni prætextu propinant, nunquid huius generis eſt, quòd crimen hoc per aquam frigidam explorari iam olim perſuaſit, qualis exploratio & probatio merito 26.

om-

Digitized by Google

omni iure ſecundùm DD. cõmuniter damnata, nullibi ferè amplius in vſu eſt, quamuis vera quædam ſint, dicit Pontifex *in cap. quamuis 11. quæſt.3.* non tamen iudici ſunt credenda, niſi certis indicijs demonſtrentur, cum enim in dubio eſt animus, huc vel illuc impellitur. Res igitur in abdito eſt, quo caſu quis pronior debet eſſe ad abſoluendum, quàm ad condemnandum *l. Arrianus, ff. de oblig. & act. l. fauorabiliores, ff. de reg. iur. cap. Cum ſint. de regul. iuris in 6.* maximè in criminibus publicis & capitalibus, etiamſi argumenta videantur firmiora ijs, quæ pro Reo adducuntur, Panorm. *in cap. ex litteris de prob.* quia extremorum, alterum grauius eſt peccatum, alterum leuius, ideo prudentes minus malum eligendum ſtatuerunt, quippe melius eſt peccare ſecundùm defectum, quàm exceſſum, melius eſt de miſericordia, quàm de ſeueritate culpari, Seneca *lib. 1. de Clem.* ideo quicquid æquo plus futurum eſt, in partem humaniorem præponderet, quia magis ad mediocritatem facit, quod diminutũ eſt, quam quod redundat, ſint Iudices magis inclinati ad lenitatem quàm ſeueritatem, quod etiam in hunc modum allegat Ariſtot. *lib. 2. Ethic.* ad quæ maior eſt acceſſio, ea magis contraria eſſe dicimus, atqui maior & periculoſior eſt acceſſio ad ſeueritatem quàm lenitatem, & conſequenter plus peccant rigoroſi, quàm clementes, nam odia reſtringi, fauores ampliari oportet, quemadmodum & viator, dum iter facit, viam & ſemitam tutiorem ingredi debet, ita & in rebus obſcuris & impeditis, Iudex eam ſententiam amplecti tenetur, in qua eſt minus periculi, *l. vbi enim, ff. de rebus dub.* iunctis ijs, quæ tradit Gail *de pace pub. lib. 1. cap. 15.* iam vero nemini eſt dubium, quin multis partibus tutius ſit, ſontem liberari, quàm innocentem damnari *d. l. abſentem,* quam rationem aliaqúe deducit Coraſ. *in tract. arreſtum ſiue placitum Parlam. Tholoſ. annot. 50.* cui congruit illud vulgatum: Periculum vbi maius, ibi cautius agendum, DD. & Barboſ. *in cap. vbi periculum, num. 3. de elect.* quippe damnati animaduerſio corrigi non poteſt, nec iudicum error vel imperitia.

Hinc ſedulo & ſerio cogitare debet Iudex etiam in cauſis ciuilibus magna animi attentione opus eſſe, maiori ergo in criminalibus, vbi de vita & ſpiritu hominis, & honore poſterorum agitur, & irreuocabile factum eſt, vt Marcellinus *in hiſtoria ſua, lib. 29.* monuit, quia fieri poteſt, vt quandoque aſtu Dæmonum innocentes deſignentur, vt melius ſit interdum etiam nocentes ſagas abſolui, puta ſi iudici plenè non conſtet, quàm innocentes homines mactationi iniuſtiſſimè deſtinari, vel maximè ſi denunciatus ſit bonæ famæ, per quam etiam indicia ad torturam eneruari tradit Viuius *d. deciſ. 467. num. 28. & ſeq. ibi & num. 52.* videbis debile argumentum eſſe, quòd denũciatus in tortura non fleat, ex quo magnum feſtum facere ſolent, cogitent potius illud Scripturæ viri ſanguinarij & doloſi, ne dimidium quidem tempus ætatis ſuæ viuendo complebunt, cuius rei exempla refert Philip. Camer. *cap. vlt. oper. ſucceſſ.* & Dn. Efferen *in manuali polit. de ratione ſtat. ſeu idolo Principum, lib. 5. punct. 3.* vbi anno 1606. in Belgio contigiſſe dicit, quòd quidam miles germanus iuuenis & facetus, dato ſigno ad excubias vocatus dixerit, redeunt ad nos excubiæ, vtinam & pecuniæ nuncius veniret, quod pro voce tumultuantis delatum, miles apprehenſus, tortus & capitis damnatus fuit, qui cum innocentiam non prodeſſe 27.

videret, terribili voce vocat Capitaneum ſuum,eiquе dicit, poſt tres ſeptimanas, hac ipſa hora noctis, qua ſtrangulor, Deo rationem reddes de ſanguine meo, prout & factum, Capitaneus elapſo termino in puncto illius horæ, in viſitatione excubiarum, è ponte nauali labitur, & ſubmergitur, alia exempla habemus quòd plures ita in iudicium Diuinum vocati, & hora condicta extincti fuerint. Recitabo ad refrenandam immoderatam procedendi ſeueritatē, nondum productis limpedis & euincentibus probationibus,vnum aut alterum quod terreat, cohibeat, & cautum faciat, *ex Notis P. Matthæi ad q.29. Guelmi. Papon.* Refert Dion Caſſius,Seuerianum Adriani iuſſu occiſum fuiſſe, qui antequam lictoris laqueo iugularetur, nullius ſceleris conſcius, & ſuo iuri Principem obturaſſe aures cernens, ignem popoſcit,atque incenſo thure: Vos,inquit,ô Dij teſtor,me nihil aduerſus Adrianū molitū eſſe,cui indignè me perſequenti hoc tantum imprecor, vt, cum mori cupiet,non poſſit, quæ imprecatio certiſſimo euentu non caruit, nam ipſe Imperator maximis cruciatibus afflictatus, repetitis vocibus in hæc verba miſer prorupit, quam miſerum mortem oppetere,& mori non poſſe.

28. Ex Fulgoſio retulit Gallicę Academię Auctor,quendāPrincipem,cuius nominis non meminit, alioquin Generoſum, ſed ſcelerū crudeliſſimum vltorem, Nobiles duos, natalium & ſtemmatis ſplendore conſpicuos, perduellionis crimine pertinaciter accuſatos,ex altiſſima turri, in conſpectu multorū præcipites dediſſe,at illi conſtantiſſimis vocibus innocentiam proteſtabātur, falſas accuſationes vitæ integritate repellebant,ſupplices petebant, ne Regis animus clancularijs ſuggillatoribus ſeductus in eos ſæuiret, nihil proficiunt, nec mouetur nec flectitur tātis clamoribus Princeps, inſontes ad diuinū tribunal confugiunt,&hiſce verbis Principē adoriuntur: cū nec iuri noſtro tuendo, nec nobis æquitatis apud te crudeliſſime Princeps relictus ſit locus,nos te ad dies 30. iudicio ſiſtere mandamus ante ſummi & incorrupti Iudicis thronum, ibi ius noſtrum æquiori bilance trutinabitur: Princeps anilē & dementem illā citationem eſſe opinatus, eamq; flocci faciens, trigeſima die, cum ab aulicis ſuis ſomno liberiori indulgere crederetur, mortuus inuentus eſt. Idem ferme ſcribit Nauclerus de Ferdinando IV. nominis filij Xantij IV. Leonis & Caſtellæ Regis. De prouocatione ad iudicium Dei vide Beſold. *tr. de appell. c.2. n.13.* ideo humani ſanguinis conſideretur pretioſitas,quo parciſſime vtendum eſt, Seneca *in epiſt.* Clementia alieno ſanguini tanquam ſuo parcit, & ſcit homini non eſſe homine prodigè vtendum, quod pluribus illuſtrat Lucas de Pen. *in l. his quidem, num.9. Cod. qui milit. poſſ. vel non,* iniuriaquе afficere innoxium,potius belluinum quàm humanum eſt. Beliſarius apud Procopium *lib.3. de bello Vandal.* dicebat, primam eſſe iuſtitiæ curam, iniuſtè interfectos vlciſci, homicidij crimen eſt inquit Caſſiodorus *lib. 6. var. in formula Comitis Archiatri,* in hominis ſalute peccare, ita & Chriſtus ipſe, ſanguinis innocentium non minus fidelis quam ſeuerus vindex eſt, ad hoc habet Iudex gladium vt innocentes tueatur, & noxios puniat, in hac materia ſæpe innocentes gladio & igne iugulat,cum tamen mortale ſit peccatum ſecundum D. Thomam *in Quodlib.* facilem eſſe ad diiudicandum aliquem in dubio: Caueant igitur ſibi, quia ſi humanum ſanguinem ſitiunt, ita vt in condemnatione glorientur, efficiun-

Digitized by Google

efficiuntur homicidæ, quamuis culpabilem condemnent, vt ex Boſſio refert Scaccia *lib.1. de iudiciis cap.86. ſub num.3. verſ. verum, &c.* vbi & pulchris hiſtorijs illuſtrat, quid ipſis inde contingere poſſit, ius noſtrum ordinarium naturæ curſum imitatur, *l. adoptio, ff. de adopt.* vnde confeſſiones Reorum ita demum ratæ eſſe iubentur, ſi id quod in confeſſionem venit, & ius & naturam reſpiciat *l. confeſſion.13. l.14. ff. de interrog. act. l. vlt. ff. de confeſſ. l. vnde Neratius §. vlt. ff. ad L. Aquil.* nec quicquam ſubſidij, ad inueſtigationem criminum, defectus fletus & ſimilia Iuriſconſultis adferunt, quia deſuper cognoſcere non ad ipſos, ſed potius ad Medicos pertinet, & non temere ad reatum magiæ abſque manifeſto alio argumento, ſed in firmitatem & robur naturæ referendus videtur; e contra vero hoc certum apparet ex traditis de dubijs, quod ex ignotis, ambiguis, & dubijs nullum legitimum ducatur argumentum, minus igitur ad condemnationis neceſſitatem traducere debemus defectum lachrymarum & ſimilia, vnde confirmatio criminis magiæ contra denunciatum petitur, re ipſa confirmata debet eſſe euidentius. Anton. Matth. *de exercit. Iuruspr. lib.3. num. 52. & 63.* neque certum indicium capi vel ſequi poteſt neceſſario ex ijs, quæ ex diuerſis accidentibus proueniunt vel prouenire poſſunt, interpretatio ambigui fieri debet ex certo, non vero certi ex ambiguo Anton. Faber *in conſult. de Ducatu Montefer. p.1. pag. 208.* hinc ſi vnquam verum illud Publij Mimi, difficilem oportet aurem habere ad crimina, in hac materia verum eſſe debet, quocirca altiora te ne quæſieris, plurima enim ſuper ſenſum humanum oſtenſa ſunt tibi *Eccleſ. 3.* Et Plinius, *Grauiſſimus Senator & iudiciorum peritiſſimus lib.1. epiſt. 20.* Non minus ait, imperſpicua, incerta, fallaciaque ſunt iudicum ingenia, quam tempeſtatum terrarumque, quod ſi vnquam alias permaximè hic ſibi locum vendicat, quippe ſecretorum cognitor Deus & Iudex eſt, *cap. erubeſcant, diſtinct. 32.* vnde Poëta:

Linquuntur ſecreta Deo ſed ſi quid apertum eſt
Inſpicit, & nullis indiget indicijs.

Quandoquidem falluntur homines, falluntur & ſenſus, fallitur in iride viſus, quæ 29.
licet colorata appareat, nullum tamen habet colorem, quare Tobias audiens hœdi balatum, ſuſpicatus eſt furtiuum fuiſſe, quod erat donatum, falluntur tactus & olfactus, ſic enim Iſaac olfactu & tactu deceptus, credidit Iacob maiorem eſſe filium, & minorem Eſau, fallitur & guſtus, vt multoties in infirmis, qui ſalſum inſulſum, & dulce amarum iudicant. Fabian. Iuſtinianus *in Tobiam cap. 2. verſ. 17. & ſeqq. docum. 1. lit. G.* quare dicit, cum aliquid iudicandum venit, non ſatis ſit, rem vel vidiſſe vel audiuiſſe, aut etiam cæteris ſenſibus cognouiſſe, cum omnes facile decipi poſſint, curandum eſt nobis, ne in re tanti momenti decipiamur, hoc eſt, ne hiſce in caſibus, quos neque per ſenſus noſtros percipimus, neque per teſtes idoneos aſſeruntur, ſed illuſionibus Dæmonum ſubiacent *d. cap. ſciendum, & d. cap. non mirum,* cum alijs ſuperius allegatis, facile ad torturam & executionem procedamus, & ſic ſemitam iuſtitiæ deſeramus.

Quantum poſſumus, inquit Seneca *epiſt. 117.* à lubrico recedamus in ſicco quo- 30.
que parum firmiter ſtamus, in ciuilibus cauſis inquam & moralibus ſæpe cœcutimus & fallimur, quid ni igitur verſipellis fal-

let Diabolus, cum̄ non ſit poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei *Iob cap. 41.* inſtar venatoris, qui viridem colorem induit, ne fugiant feræ, & quaſi piſcator hamum obuoluit eſca, ne illum piſces dignoſcant, ſic nouo modo Diabolus repræſentando innocentes, illudit veneficis, quaſi prior illorum diſceſſus ſit innocentiæ ſtatus, ſic homo, ſacra res, iam per luſum & iocum occiditur Senec. *epiſt. 96.* quia vt loquitur textus *in cap. ſexta actione 15. quæſt. 7.* multi ſunt, qui indiſcuſſos poteſtate tyrannica, non auctoritate canonica damnunt.

32. Interim prædictis nolo vllatenus Veneficos defendere, ſeueriſſimè meritò puniendos, *Exod. cap. 22. Deut. 17.* & ſæpius alibi *l. 3. & vlt. Cod. de malefic.* quod crimen adeo atrox & nefarium viſum fuit, vt præ cæteris hoc delictum in iure noſtro ſpecialiter maleficij nomine deſignetur *d. tit. Cod. de malef.* & crimen eſt eò occultiùs quò ſceleratiùs, & tanto ſceleratiùs, quanto occultiùs, Annæus Robert. *lib. 1. rerum iud. c. 6.* ſed vt oſtendam & moneam ne odio nocentis perdas innocentem, quod ridiculum eſt iuxta Mimum, & ſtultum, ſic odiſſe peccatum, vt ipſe pecces, diligentiſſima fiat inquiſitio ſuper omnibus & ſingulis, adhibeantur periti tam Theologi quàm Iuriſconſulti, qui negotium examinent, & quantum poſſunt, cognoſcant, propter notata à Coraſio *in annot. 60. & 71. in arreſt. Tholoſana,* ego caſu quo proceſſus legitimus foret, & omnia denunciata in arctiſſimo ſilentio tenerentur, denunciatusqúe hoc caſu eadem fateretur, quæ diuerſi denunciantes, diuerſo tempore de ipſo dixerunt vel teſtati fuerunt, non viderem quid obſtaret, cur talis denunciatus pro mago non eſſet habendus & condemnandus, ſed raro fortè tale ſilentium indicitur, atque indictum fortè rariùs ſeruatur, quo caſu ipſis denunciantibus diſcordantibus (quod vt plurimum fieri retulit mihi hoc anno 1645. in Martio Clariſſimus & Conſultiſſimus Dominus Licentiatus Hungerus Senator Colonienſis, qui vt Ammannus ſæpe eorum examini interfuit) imò & concordantibus, per fundamenta ſuperius adducta, multi innocentes interire poſſunt, nec dubito interijſſe metu tormentorum falſos de ſe ſparſa, quemadmodum falſa per metum augeri ex Curtio refert Viuius *d. deciſ. 467. num. 38. in f.* nec dubito, quin Deus ipſe aliquando inſontes affligi & interfici permittat, quo fine ipſe ſcit, qui eſt ſcrutator cordium & renum, vt dicit text. *in cap. ſi per ſortiarias 32. quæſt. 1.* occulto, ſed nunquam iniuſto Dei iudicio permittente, vt ita eorum iuſta ſit paſſio, Iudicum verò condemnantium iniuſta actio, iuxta illud:

Actio diſplicuit, paſſio iuſta fuit.

Neque enim mirum videri debet, ſi pœna ſpirituali alter pro altero puniatur, vti exornatur apud Coraſium *in l. filiam, num. 10. ff. de ſenatorib.* alia quædam vide ſupra *de bello cap. 4.* ſicut quoque prædictum ex Barboſa *d. axiom. 187. num. 61.* & Grotio *de iure belli lib. 2. cap. 21. num. 14.* declarari poteſt, dum hic dicit, quòd Deus in quemlibet habeat vitæ & necis poteſtatem, in ipſos iure Dominij non pœnæ vtatur *Pſal. 23.* iunctis *l. in re mandata, Cod. mandati,* & *Pſ. 27. Eccleſ. cap. 18. Deut. cap. 22. Sap. 16. cum ſimilibus, &c.* vel etiam quis vetat dicere cū Iſaia *cap. 45.* Ego ſum Deus creans malum & faciens bonum, quod Theologi de malo pœnæ, hoc eſt de pœna, cuius author eſt Deus & iuſtus Iudex, intelligunt, Boni & mali Iudices, ſicut & Dæmones habent poteſtatem à Do-

Digitized by Google

à Domino, ſed non ideo ipſi, ſi mali ſint, aut ſi poteſtate abutantur, immunes erunt à iudicio diuino, quod latiùs exornatur à Petro Gregorio Tholoſano *lib.19.de Repub.cap.1. poſt.num.9.&ſeq.* vbi & varia Scripturæ loca, & apud S. Ioan. *cap.9.* dixerunt Rabbi, quis peccauit, hic, an parentes eius, vt cœcus naſceretur? quibus Chriſtus reſpondit: neque hic peccauit, neque parentes eius, ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo, & ita iuſtus iuſtè à Deo ſæpè affligitur, qui apud *Zachar.12.* inquit: Aſſumpſi mihi duas virgas, vnam vocaui decorem, alteram vocaui funiculum, illâ ſuos cædens tanquam aurum in fornace ab omni peccatorum ſcoria purificat, decorem virtutis auget, & ad maiorem gloriam per tribulationes reſeruat, iunctis traditis per Lucam de Pen. *in l. ſiue,num.11.Cod. de exact. & execut.* vbi & illud: Tradidi, inquit Apoſtolus, huiuſmodi hominem Sathanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat, *cap. audi denique 11. quæſt. 3.* vbi Gloſſa dicit, quòd Diabolus habeat poteſtatem in peccatorem, quaſi in pecore ſuo.

30. Quemadmodum tremenda exempla de poteſtate Dæmonis, in peccatores à Deo conceſſa, narrat Alex. ab Alexand *Genial. dierum, lib.4. cap.19.* quem allegat Fabian. Iuſtinianus *in Tobiam c.6.verſ.17.* vbi quoque probat, ob leuiſſimam hominis iram, & minutiora peccata, aliquos traditos à Deo in poteſtatem Dæmonis, vt ea nouo exquiſitoqúe ſupplicio punita dum conſideramus, ab ijs & à maioribus delictis abſtineamus, poteſtas quoque in Iob virum ſanctúm Dæmoni à Deo data omnibus innotuit, ſed vt ipſe Iob *cap.5.* dicit, percutit Deus & manus eius ſanabunt, & Apoſtolus *ad Hebræos cap.12.* Omnis, inquit, diſciplina in præſenti videtur non eſſe gaudij ſed mœroris, poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet iuſtitię, flagellare autem dicitur Deus duabus virgis, quod pulchrè explicat Fabian. Iuſtinianus *cap.2.verſ.16.docum.3. & cap,3. verſ.3.* ex varijs ſacræ Scripturæ locis dilucidè oſtendit, alterum pro altero corporales pœnas ſæpe luere, & quod parentes peccauerunt, vindictam eius in filios à Deo prolatam eſſe, hoc vtique non iniquum, quia occultum inquit S. Ambroſ. *de vocat. Gent.5.* ſed ideo æquum, quia iudicium Dei, eſſe nō dubium eſt, Dei iudicia occulta ſunt multa, iniuſta nulla, S Auguſt. *18. de ciuit. Dei 16.* iunctis *cap. Nabuchodonoſor & ſeq.23.q.4.* vt mirum non ſit, quòd Deus ex cauſis, diuinæ Maieſtati cognitis, permittat, hominem in hoc equidem crimine innocentem, ſed in alijs peccatorem ibi repræſentari, & ita verum eſt illud Gloſſ. *in cap.4. de clerico agroto,* quod quis puniatur ſine culpa, ſed non ſine cauſa, vide ſupra *cap.4. verſ. hoc,* vt adhuc admirer infirmitatem mihi factæ replicæ, Deum non permiſſurum Diabolo innocentum repræſentationem, cum tamen plurima ipſius opera ſint in obſcuro, *Syrach c.8* atque hoc ipſum illis planè ignotum, vel vnde hoc ſciant, rationem concludentem & infallibilem non adferunt, cauſæ ignotæ in conſequentiam non ſunt trahendę nec practicandæ in aliorum exitium, neque ex cauſis ignotis aliquod indicium neceſſario ſumi oportet, nam quid per rem adhuc probandam probabitur? Macrob. *de ſomn.lib. 1.cap.20.* certè quod illuſtrandæ alterius rei cauſa ſumitur, debet eſſe clariùs eo, quod illuminat, Quintil. *lib.8. declamat.* quemadmodum argumentum à dubio deſumptum, nullius eſt ponderis *arg. l. ex quo, §. ſed cum noſtra*

Digitized by Google

noſtra, Cod. de ædif. priuat. per ea quæ latius trado *tit. ſeq. cap. 2.* eapropter contentus debet eſſe Iudex, vt iudicet ſecundùm eam prudentiam, quæ cadit in hominem, cætera diuino iudicio relinquat. Quis enim Conſiliarius Dei fuit? opera iuſtitiæ eius quis enumerabit? incomprehenſibilia enim ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.

33. At verò ciuilis diſciplina imitatur naturā, quatenus eam, ratione certa aſſequi poteſt, vnde ius noſtrum certum & finitum eſſe debet, *l. 2. ff. de iuris & facti ignorantia,* & reſponſio atque argumenta diuinatoria, à Iuriſconſultis vitari debent *l. ſi fideiuſſ. §. ſi cum debitor, ff. mandati, l. ſi putator, ff. ad L. Aquil.* Crauett. *de indemnit. mulier. n. 19* nec fas eſt iuxta doctrinam Apoſtoli altum ſapere, vel plus ſapere, quam oportet, vnicuique dicit Pelagius Papa *in cap. vnicuique 11. quæſt. 3.* prouidendum eſt, ne aliquem iniuſtè perſequatur, iudicet vel puniat, ne IESVM perſequatur, iudicet vel puniat, & ibi *in cap.* Quamuis vera ſint quædam, non tamen iudici ſunt credenda, niſi certis indicijs demonſtrentur, de indicijs paſſim DD. præſertim Farinac. & in hac materia vide Delrio *lib. 5. Magicarum diſquiſit. ſect. 3.* Pariter & notabilia in Beſoldo *in theſauro pract. lit. H. verb.* Hexen / Unholden / Zauberey / ibi & quæ ſint præcipua indicia Veneficij, habentur quoque ibi interrogatoria, item de confiſcatione bonorum, & quatenus ſe extendat & licita ſit, quem præter conſtitutionem criminalem Caroli V. *art. 25. §. item an, &c.* Binsfeldium *de confeſſ. malefic. prælud. 14.* vide Mart. Frider. *ad d. conſtit.* quia ſcio bona confiſcata fuiſſe, & proceſſum ſumptibus inquiſiti factum & hoc prætextu iuſtificatum, quaſi crimen hoc fuerit commiſſum in Deum, per reum læſæ Maieſtatis, nihil in Decemviris grauius viſum eſt, ait Liuius *lib. 3.* quàm quòd bonorum damnatio & confiſcatio Domini ſupplicium ſequebantur, nam vt dicit Iuſtin. *in Nou. 17. §. 12. oportet.* non ipſæ res ſed rerum poſſeſſores delinquunt, hinc apud Perſas, ne quidem in crimine læſæ Maieſtatis, bona filijs adimebantur, Herod. *lib. 3.* ſic & Imperator Aurelianus, cum quendam Maieſtatis reum puniri iuſſiſſet, confiſcationem bonorum non admiſit, ne quis, inquit, me cauſa pecuniæ, locupletem hominem occidi paſſum eſſe, calumnietur Flauius Voſpiſc. *in Aurel.* Sicut inter rapinas Tiberij illud inter cætera ei obiectum fuit, quòd etiam ob leues calumnias ditiſſimorum hominum bona, in fiſcum redigeret Sueton. *in Tiber. cap. 49.* & Auctor *in tractatu Onus Eccleſiæ cap. 25. §. 2. in fin. & ſeq.* Nihil profectò crudeliùs, ait, ac Reipub. inutilius, quàm ex admiſſis ſubditorum, lucrum redire ad Magiſtratum, nam inde nutriuntur malefactores, & offenduntur innocentes, quoniam Auaro Magiſtratui expedit multos eſſe nocentes, ideo non dat operam, vt minimum exiſtat malorum, vnde quanta turbulenta grauamina in curijs, loquantur pro ſe conculcati pupilli, flentes viduæ, egeni proſtrati, optimi quiquè accuſati, & iniuſtè mulctati, & latiùs ibi.

Verum in materia confiſcationis an & 34.
quomodo illa hodie licita ſit, notabilis eſt deciſio Chriſtinæi *vol. 5. deciſ. 220.* & an & quatenus licita, patebit ex traditis à Munnoz *tract. de ratiociniis cap. 25. num. 12. & multis ſeq.* adde *cap. 76.* & an condemnatus expenſas ſoluere teneatur Berlich. *practic. concl. p. 4. concl. 19.* Gratian. *tom. 1. diſcept. forenſ. c. 33.* Tuſch. *lit. P. concl. 515. n. 5. & 6.* vbi malefactor ſoluit, ſed vide diſtinctè & ſingu-

Digitized by Google

ſingularia contra fiſcum, & in eo caſu, vbi indicia per torturā purgata ſunt, apud Caſp. Anton. Theſaurum *lib. 1. q. 45.* & ſi placet Alciatum *reg. 3. præſumpt. 44.* ſed quia varij varia, ideo ad illos breuitatis cauſa fit relatio, interim vide Karpz. *p. 4. conſtit. Saxon. 2. defin. 5.* dum quæritur, an vltimo ſupplicio afficiendi ſint venefici, antequam de corpore delicti conſtet, ibi cum alijs concludit, quòd in delictis occultis, & difficilis probationis, ſufficit de earundem corpore conſtare per coniecturas, adde in iſta materia D. Gœhauſen quondam Præceptorem meum *in proceſſ. iurid. cont. ſagas.* & Berlich. *pract. concluſ. p. 4. concl. 3. & aliquot ſeqq. & DD. ibi allegat.* & Beſold. *in diſſert. politico-iuridica de maieſt. in genere, ſect. 2. c. 1. nu. 5. & ſeq.* vbi aliquot quæſtiones notabiles, & apud Ioan. Bapt. Fragoſum *de regim. Reip. Chriſt. lib. 2. diſp. 4. §. 6. & aliquot ſeq.* de veneficis, eorum maleficijs, an incantatus poſſit petere vel cogere incantantem vt reuocet, de quo & Berlich. *d. loc. concl. 5. nu. 88. & ſeq.* & P. Layman *in Theologia morali lib. 3. de iuſt. tract. 6. cap. 5. §. vn. de indiciis, ibi & multa contra denunciationes, & num. 54. & ſeq.* diſſolutis contrarijs docet, quod cōtra ſagas non ſeueriore, vti aliqui volunt, ſed benigniore & cautiore proceſſu vtendū ſit, intellige vt ſupra in proceſſu informatiuo, dum nondum conſtat denunciatos eſſe veneficos, vide ibi & DD. per ipſum allegatos.

35. Quid igitur dicendum de proceſſibus nimium præcipitatis? & rurſus Layman *lib. 4 tract. 10. cap. 4. nu. 4.* vbi cum alijs docet, à Mago peti poſſe, vt ſigna magica deſtruat ſeu diſſoluat, non vtendo nouo ſigno magico, hoc enim ſi vteretur, non liceret petere, iuxta communem DD. opinionem, & meritò excandeſcit in Iudices fabricantes ſententias, vix formato proceſſu & actis feſtinanter viſis, & Wameſ. *cent. 1. conſ. 39. ſub num. 21.* docet, quòd non poſſit cognoſci de cauſa, niſi proceſſu pro modo cognitionis inſtructo, *ibi & nu. 9. & 10. de peruerſione,* vnde & vulgo dicitur, quòd præcipitantia eſt nouerca iuſtitiæ, ad propoſitum perbellè D. Thom. *2. 2. quæſt. 53. art. 3. ad 2.* docet, quæ fiunt temerè & præcipitanter, non gubernari ratione ſed paſſione, atque affectu imprudenti & inconſiderato, magis igitur vetita pręcipitantia in corpora humana, quorum maior dignitas & pręſtantia eſt, quam fortè mente concipiunt, de qua re luculenter diſcurrit Tertullianus *de reſurrect. carnis, cap. 5. 6. & 7.* & diſertè Scriptura pronunciat, corpora fidelium eſſe membra Chriſti & templa Spiritus ſancti, qui in ijs habitat, hæc ergo vt iuris & iuſtitię ſacerdotes decet, tractemus, perſonas amore, vitia odio proſequamur, nec putemus ſemper tutū eſſe denunciatos ita tortos de ſeipſis conſiteri per not. apud Tepat. *in comp. deciſ. tit. 331. de defenſ. pro excuſ. confitentis delictum* item *tit. de confeſſ. in crimin. & vtrobiq; not.* neq; enim confeſſio quę fit ex neceſſitate, fides eſt, aliàs v. latiſſ. Farinac. *quæſt. crim. 81. & ſeq. p. 3.* quatenus ſola confeſſio rei in criminalib. ſufficiat, ſiue ſit ſpōtanea ſiue extorta, adde Fachin. *lib. 1. contr. c. 2.* in ſumma ita iudica, ne iudiceris, ſæpe autem præcipitantiam proceſſus contra denunciatos miratus fui, cunctator eſſe debet, inquit Caſſiod. *7. ep. 1.* qui iudicat de ſalute, iuxta illud Senecę, verè furentis & ſanguinem humanū anhelantis eſt, præcipitem in ſupplicia ferri, & *lib. 1. de Clem.* prope eſt, ait, vt libenter damnet qui cito, & illud Publij Mimi, ad pœnitendū properat qui cito iudicat, quod pulchris hiſtorijs illuſtratur apud Borellum *in*

ſumma deciſ.lib.2.tit.32.nu.206. & aliquot ſeqq vbi & illud Iuuenalis:

Nulla vnquã de morte hominis cunctatio ſera eſt.

Hinc alter:

Iudicium praeceps inſani Iudicis index.
Omnia ſunt longis diſcutienda moris.

Natumque eſt illud diuerbium: Feſtina lentè, medium namque tenuere beati, deliberare vtilia, mora vtiliſſima eſt, ſat enim cito, ſi ſat benè, non licet hic dicere non putaui, non vidi, nõ cognoui, ſumme autẽ cauendũ eſt, ne de ipſis prædicari poſſit illud Poëtæ:

Stulti ſunt, qui pro certis incerta loquuntur,
Et qui pro dubijs quæ ſunt manifeſta relinquunt.

Nunquid enim ius noſtrũ certum eſt? Nunquid certam procedendi & iudicandi methodum præſcribit? ſuper certis & claris, & non de occultis fert ſententiam: E contra lædendi rationes faciles, præſumptiones in criminalibus periculoſæ, nouus procedendi modus, contra quem hactenus defenſio aliqua nec excogitata nec admiſſa, terribilis, terribile inquam iudicium eis qui non rectè iudicant.

CAPVT VII.

De modificatione & temperatura Clementiæ & Seueritatis, & neceſſitate conſiderationis circumſtantiarum, animaduerſioneſq; in Nobiles facta.

1. ALlegatis de Clementia & Seueritate iuxta ſe poſitis, neceſſario conſequitur, quòd prædicta declaranda & moderanda ſint, in quem finem ſe offert pulcher text. *in l.reſpiciendum, ff. de pœnis.* qua diſponitur cauendum eſſe, ne ſeueritatis affectione, aut inani clementiæ gloria, quid durius vel remiſſius Iudex ſtatuat, iuncto textu *cap. diſciplina, diſtinct. 45.* vbi ex vtraque fit temperamentum, ne nimia aſperitate exulcerentur ſubditi, neque nimia benignitate ſoluantur, vnde Dauid *Pſalm.22.* Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt, virga enim percutimur, & baculo ſuſtentamur, igitur iuxta illud Satyrici:

Regula peccatis. quæ pœnas irroget æquas.
Nec ſcutica dignum, horribili tu cæde flagello.

Cogites potius, nullum eſſe peccatum quod fecit homo, quod nõ poſſit facere alter homo, ſi deſit Rector à quo factus eſt homo, S. Auguſt. *homil. 23.* & quemadmodum in omnibus, puta contractibus, pactis & inducijs, ita etiam & maximè in iure, reſpondendo nimirum, conſtituendo & reddendo, ſpectandam eſſe æquitatem, Iuriſconſultus voluit *in l.omnib. ff. de reg. iur.* quo in loco ius æquitati opponitur vt & Cic. *pro Cecinn.* hoc eſt, rigorem Iuris æquitati, ius ſtrictum & ſummum humanitati, ſubtilitatẽ benignitati opponi, *vt in l.2. §.quanquã, ff. de aq. plu. arcend.* ita tamen vt velit Farinac. *pract. crimin. quæſt.17. num.5. & tit. de delict. & pœnis*, in atrocioribus delictis, Iudicem debere Iuris rigorem ſequi, quo caſu ſubintrat illud Cicer. *ad Brutum*, ſalutaris ſeueritas, vincit inanem ſpeciem clementiæ, quando verò ſeueritas exercenda, docet Card. Tuſ. *lit.S.concl.237.* pulcherrimè ex S. Greg. Simanca *de Cathol. inſtit. tit.34. num.46.* inquit, ſit amor, ſed non emolliens, ſit rigor ſed non exaſperans, ſit zelus ſed non immoderatè ſæuiens, ſit pietas, ſed non plus quam expedit parcens, *& tit.46.nu.85. ex S. Auguſt.* ſic ait: Imple Chriſtiane Iudex pij patris officium, ſic ſuccenſere iniquitati memineris, vt non in peccatorum atrocitatibus exerceas vlciſcendi libidinem, ſed peccatorum vulneribus adhibe medicinam, vide & S. Paulum *2.ad Timoth.4.* Paruis peccatis dicit Tacitus venia, magnis ſeueritas accom-

Digitized by Google

accommodanda, vnde & Bias damnaturus aliquem ad mortem, lachrymatus eſt, & cum quidam diceret, quid eſt quòd fleas, cum penes te ſit condemnare hominem, reſpondit, quia neceſſarium eſt naturæ affectum, & legi ſuffragium reddere, quod etiam non latuit Ariſtotelem, is enim rogatus ſemel à quodam improbo, vt aliquid pecuniæ ei daret, & reprehenſus ab alio quod homini nequam dediſſet, reſpondiſſe fertur; Non homini dedi, ſed humanitati Stob. *ſerm.35*. Laërt. *lib.5.cap.1.de vit.Philoſ.* debebant hoc imitari Chriſtiani, qui, quibuſdam ex hoſtibus ægrotantibus, ſubſidia negabant, vel eleemoſynas dare nolebant, quandoquidem *vt Gloſſ. ſuper illud Eccleſiaſt.cap.12. verſ.* Da miſericordi & ne ſuſcipias peccatorem. & rurſus *cap.35.verſ.* Et noli inſpicere ſactificium iniuſtum. docet, qui indigenti eleemoſynam tribuit, nec pro delicto ſpernit, miſericordiam verè facit, natura enim reſpicienda eſt, non perſona, qui enim dat indigenti peccatori, non dat quia peccator eſt, ſed quia homo eſt, non peccatorem ſed iuſtum nutrit, vide textus *in iur.Canon.diſt.86.* è contra Draco legislator Athenienſium tam aſper & ſeuerus fuit in puniendo, vt atroces ipſius leges, ſanguine magis humano, quàm atramento, ſcriptas Donœdes, Herodotus verò non hominis, ſed Draconis eſſe dicere ſolitus fuerit, vt Ariſtot. *in Rhetor.* meminit, quippe qui etiam rem minimam ſurripientem pœna capitis damnaret, & qui fures huiuſmodi obſeruarent ſeu deferrent, ſycophantæ appellati fuêre, vnde & prouerbiale conuitium, ſycophanta in calumniatores, & de quacunque minima cauſa litem mouentes natum & tractum, Coraſ. *lib.1.de arte iuris cap.3.* ſicuti & Caſſius cum Prætor eſſet, ita in criminibus inexorabilis fuit, vt teſte Cicerone, tribunal eius reorum ſcopulus diceretur, operæ pretium igitur erit, vt quicunque punit vel corrigit, ſit vir prudens & diſcretus, vel maximè rerum & perſonarum circumſtantias exactè ponderet, eaſq; præ oculis habeat, ſic dictas quod eaſdem quaſi circumſtent, ſunt vero præcipuè ſeptem.

Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Differt perſona, factum vel ratio facti.

Circumſtantia autem (Quis) ſignificat accidentia perſonæ agentis, vtrum interficiens Clericus vel ſæcularis, miles an ruſticus, maior vel minor (Quid) ſignificat qualitatem obiecti, circa quod actus verſatur, v. gr. an res furto ſubtracta ſit ſacra vel prophana, an ſit honeſta vel inhoneſta, vtilis vel inutilis, neceſſaria vel non (Vbi) ſignificat accidentia loci, an in loco ſacro vel prophano, in iudicio vel extra iudicium factum ſit (Quibus auxilijs) id eſt, quibus inſtrumentis aut medijs quis vſus fuerit, gladio an fuſte (Cur) ſignificat cauſam faciendi vel decidendi, vel ob quem finem fecerit, an priuati vel publici cauſa ſe obiecerit, (Quomodo) ſignificat actionis modum, dolo an bona fide, clam vel palam quis fecerit. (Quando) ſignificat accidentia temporis, quo tempore factum ſit, ſacro an prophano, adde de circumſtantijs quoque Grotium *de iure belli lib.2.c.20.præſertim 37.* recurras tamen ſemper, *præter cap. ſi quid 33. quæſt.3. ad l. aut facta, §.cauſa, & ſeq. ff. de pœn.* vbi ipſemet Iuriſconſultus, pluribus proſequitur iſtas circumſtantias, magnus autem eſt iſtarum circumſtantiarum vſus & effectus in iure noſtro, vt non ſolum varient dominium & obligationem, ſed etiam omnia quæ in legibus ſunt, vt ſupra *tit. de adminiſt.*

miniſt. iuſtitiæ cap. 1. & inf. de Æquitate paſſim videre eſt, nã vt pulchrimè dicit Iuſtin. *in Nouel. 49. in præfat.* volubile hoc & humanũ, & quod manere idem nunquam valet, ſed ſit quidem ſemper, manet autẽ nunquam, & legiſlationibus introducit aliquẽ tumultum, & ijs quæ videntur ſe habere rectè & firmè poſita iudicantur, ſed & ea, quæ ſubtili obſeruatione cauta ſunt, pleruũq; turbauit emergentium varietas cauſarum, vnde voluntas omnium legum hæc eſt, vt interdũ cedant temporibus, ſecundùm qualitatẽ rerum & perſonarum, ita tamen, vt alia ratio Iuris ſuperior regat actionem, vt latiùs *infr. de Æquitate.* docetur & probatur, *in l. Pomponius 76. ff. de negot. geſt. l. nonnunquam. ff. de iudic. l. iuſiurandum ff. de iureiuran. cum ſimul. tis alijs concord.*

3. Ex quibus apparet, quantum referat illos, qui & in ſcholis & in praxi vel maximè iura tractant, & ſententias ferunt, noſſe circumſtantias, & cum incidunt, earundem rationem habere, ad quorũ confirmationem faciunt tradita per Lucam de Pen. *in l. colonos C. de colon. illir.* vbi plures refert circumſtantias, dicitquè cauſam in puniendis criminibus ſumme attendendam eſſe, cauſam vero in criminibus puniendis circa quinque verſari, & affert quatuor rationes, quare peccata maiorum plus imputantur quàm minorum, cum pulchra ſententia Saluſt. *in Catil.* qui dimiſſi inquit in obſcuro vitam agunt, ſi quid iracundia delinquunt, pauci ſciunt, fama atque fortuna eorum pares ſunt, qui vero magno imperio præditi, in excelſo ætatem agunt, eorum facta cuncti nouere mortales, quem videas notabilia tradentem, pulchrè quoque Saluianus *lib. 4. de gubernatione Dei,* atrocius, inquit, ſub ſancti nominis profeſſione peccatur, vbi ſublimior eſt prærogatiua, maior eſt culpa, vnde rectè Iuuenalis:

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto maior, qui peccat habetur.

Exornatur apud Annæum Robertum *lib. 1. rerum indic. cap. 4. fere in fin.* & Ioan. Bapt. Fragoſum *de regim. Reipublicæ Chriſt. lib. 1. diſp. 1. §. 4.* vbi pulcherrima, quòd Principum peccata grauius punienda, & quæ mala inde oriantur, vide diſtinctè apud Felin. *in cap. Paſtoralis de offic. Iudic. delegat.* quando dignitati deferri debeat vel non, in criminalibus humiliores durius puniri videmus. Et ita quoque iuris eſt, vt per Menoch. *de arbit. caſ. 356. num. 36. & ſeq.* pulchrè declarat Gail *2. obſer. 110. n. 42. & ſeq.* imò quando Nobiles reperiuntur fures, iiſdem in honorem Nobilitatis, eminentius patibulũ fieri vel parari debere dicit Fab. Arias *deciſ. cri. 25.* licet Viuius *deciſ. 146. nu. 10.* putet, Nobiles fures non ſuſpendendos, ſed capite plectendos, in quibus & ſimilibus, ſecundùm locorum, perſonarum & circumſtantiarum varietatem, cauſas ponderandas & decidendas fore exiſtimo, nam vbi maiori exemplo & terrore opus, abſurdum videri non debet, ſi quandoque ab humaniore iure recedatur, & in delinquentes ſeuerè animaduertatur, cuius rei vide pulchrum exemplum in Additionat. ad Beſold. *in Theſau. pract. lit. R. in verb.* Raubſchlöſſer nam ibi, dum Rudolphus Rex diu latronum Caſtella expugnaſſet, ac omnes laqueo ſuſpendi mandaſſet, rogantibus alijs ne Nobiles tali genere mortis condemnaret, reſpondit, eos non Nobiles ſed fures eſſe, atque raptores, vera namque nobilitas fidem ſeruat, virtutes colit, iuſtitiam diligit, neminẽ lædit, contra ius neminem offendit, nulli penitus iniuriam facit, qui Nobilis eſt, vſque

ad

ad mortem defendit iuſtitiam, furtum non committit, nec perpetrat rapinam, ceſſate igitur vos, qui Nobiles eſtis, fundere preces pro furibus, qui etiamſi Comites viderentur aut Duces, mortis non euadent pœnam me Iudice, vbi & alia hiſtoria de Rege Daniæ, quemadmodum & Dn. Carolus, Comes de Mansfelt, quem Monſieur de la Noue *in diſcurſu ſuo 14.* nominat *le Braue conte Charle de Mansfelt*, de ſeipſo dicere ſolebat, ſi officio ſuo debitè nō fungeretur, ſe non habere litteras ſecuritatis, ne non patibulo appenderetur, ſicut de illo refert Nic. Galbman *in Mansfeld. milit. Hung. part. 8.*

4. Quicunque autem vult alios punire vel corrigere, ad prędictas aliasqúe circumſtantias ſummoperè attendere debet, ita vt ſemper præ oculis habeat, ſeqúe regulet iuxta monitum & præceptum Concil. Trident. *Seſſ. 13. cap. 1. de reform.* vbi miro compendio reperitur norma, quæ in hiſce ſeruari debet, ad quod me breuitatis cauſa remitto. Et correctio fiat à Prælatis ſecundùm ſtatuta ordinis & regulæ, ſic intelliguntur *cap. ad noſtram, cap. reprehenſibilis, & cap. cum ſpeciali x. de appellat.* ita vt modum peccati, modus correctionis non excedat. *cap. qui peccat, in fin. 23. quæſt. 4.* vtroque enim caſu foret licita appellatio, aliàs à morum correctione illicita. Borell. *in ſumma deciſionum lib. 2. tit. 33. num. 568. & ſeqq.* nimia correctio eſt offenſio *cap. cum beatus, diſt. 45. & l. præceptoris, ff. ad L. Aquil.* DD. de fraterna correctione tractantes allegat Barboſa *in cap. nouit, nu. 3. x. de iudic.* à correctione futura vel aliàs, qui, & quando appellari poſſit, diſtinctè tradit Bredenrodius *tract. de appellat. p. 1. tit. 20. lit. C.* à correctione futura, &c. prius verò exornatur per Zypæum *in conſultationibus Canonicis ad Concit. Trident. lib. 5. tit. de accuſ. conſult. 3.* de correctione & illius executione, non obſtante appellatione, & quomodo fieri debeat, docet S. Paulus *2. ad Timoth. 4.* dum dicit: Inſta opportunè importunè, argue, obſecra, in omni patientia & doctrina, hoc eſt, argue prius rationibus & optimis argumentis, deinde obſecra verbis manſuetis & lenibus, ſed ſi hæc non ſufficiant, increpa demum verbis quæ acerbitatem aliquam præ ſe ferant, ſed in omni patientia & doctrina, opportuno tempore, & ſi opus fuerit, etiam in tempore non opportuno, quod, cum quīdam, bono vtique zelo, ſed parua diſcretione, vt dicit S. Paulus *ad Roman. 10.* ibi æmulationem quidem DEI habent, ſed non ſecundùm ſcientiam, ad exemplum cuiuſdam Sancti, non ritè ponderatis perſonæ & cauſæ circumſtantijs, rigidius procederet contra quendam Religioſum, ego, quia non ſtatim vni aut alteri experimento tantum fidei nos adhibere oportet, vt à certioribus vel communiter vſitatis recedamus; prædictis motus, per ſupplicam in diſcretum illum proceſſum ſuperioribus indicaui, qui & hoc ipſum protinus emendarunt, atque ita animam periclitantem ſeruarunt, ſcriptum enim eſt, noli eſſe nimis iuſtus *Eccleſ. 7* vbi & S. Hieronymus dicit, ſi quem rigidum & trucem ad omnia peccata fratrum conſpexeris, vt nec in ſermone peccanti, nec propter naturalem interdum pigritiam merenti det veniā, hunc ſcito plus iuſtum eſſe, quàm iuſtū eſt, inhumana iuſtitia eſt fragilitati hominum non ignoſcens, nimia iuſtitia interdum albuginem parit in oculo, ſicut & nimia ſapientia *c. hinc etenim albuginem diſt. 49.* ſcriptum enim eſt, pœnā in pondere, iudicium & iuſtitiam in mēſura,

Digitized by Google

Superabundantia verò & defectus corrumpunt omnia, medium autem ſaluat, vt dicitur *Eth.2.* & ſicuti nimia ſcientia inflat, charitas autem ædificat, ita & nimia iuſtitia ſuperbiam & horrorem parit, pietas autem ædificat ad ſalutem *cap. vera iuſtitia diſt.45.*

5. Sic etiam in quauis honeſta cauſa nimietas arguenda eſt, *cap. origo 32. quæſt.4.* Luc. de Penna *in l. ne cui, Cod. de commeatu,* vbi latius proſequitur *& num.12.* tradit, circa quæ verſari debeat boni Prælati officium, vbi pro & contra arguitur, an monialis languida, quæ medicorum conſilio à languore curari non poteſt, neque mortem euitare, niſi vadat ad balnea, poſſit clauſtrum exire venia à Superiore petita, ſed nõ obtenta, *in l. his quidem, Cod. qui militare poſſunt vel non, num.8.* quòd Princeps, qui ſubditos velit clementer & benè regere, duodecim conditiones habere debeat, *& in ſeq. de clementiæ & crudelitatis effectu.* & rurſus *in l. tribuni, num.7.& 8.* multa contra crudelitatem, & quæ mala efficiat, vbi & contra ignaros Iudices, qui ad ſolam famam alios torquent, & iterum *l. nemo, Cod. d. tit. de re milit.* multa notabilia, quomodo Prælati, alijque alios corrigere debeant, & *in l. ſi quis, Cod. de deſertoribus num.39. & ſeqq.* Proindeque aliquando ex cauſis augeri, aliquando minui debent pœnæ, & ita aliquando Iudex debet eſſe ſeuerus, aliquando clemens magis, vt ipſemet pro re nata expedire arbitrabitur, attenta qualitate facti, offenſæ, loci & perſonæ, nam ſicut equus ducitur & temperatur freno, ita Iudex in ſententia & punitione delictorum, debet ſe continere & temperare, iuridicam & condignam pœnam pro qualitate facti & negotij imponendo, neque ad exemplum vnius aut alterius ſancti inconſueta practicare, nam vt alibi pulchrè ait S. Ambroſius, intueamur virtutis amorem & fidem, & miremur, cætera non rimemur, exempla non derogant iuri manifeſto, non derogant vſitatis moribus, nec derogant ordinariæ pœnæ vel pœnitentiæ ratione huius vel illius delicti imponendæ: Et licet in arbitrarijs pœnis imponendis, ſit æquitas à Iudicibus amplectenda, tamen non à capite vel cerebrina & imaginaria eſſe debet, ſed à iure regulanda, vt præter Baldum docet Roman. *conſ.149.* ad quod etiam conducit textus *in l. bona fides, ff. depoſiti, & tradita inferius de æquitate,* & per Gomeſium *lib.3. var. reſol. cap.6. ſub num.6.* vbi pulchra & varia, ita & Cicer. *pro Rab.* maiores noſtri, inquit, expulſis Regibus, nullum in libero populo veſtigium crudelitatis regiæ retinuerunt, & libertatem non acerbitate ſuppliciorum infeſtam, ſed lenitate legum munitam eſſe voluerunt, nam vt dicit Anton. Ferron *ad conſ. Burdig. lib.2. tit.12. de furib. arbuſt.* ex grauitate pœnæ nunquam delinquendi occaſiones ſublatas fuiſſe, imò ſæpius ea committi, quæ ſæpe vindicantur, vide ibi hiſtorijs exornatam materiam, cum quo cõuenit illud Petri Rau. *in quodam ſerm.* Peruerſum corrigere, inquit, nihil aliud eſt, quàm ſtimulare inſanum, quã oleum adhibere camino, & ventis incendia ſuperare, & ita pro explorato habetur, quòd Iudex vel Regens, multum diſcretus & circumſtantijs omnibus accuratè conſideratis, caſtigare & punire debeat.

Ratione pœnarum omnium, benè ſcriptum eſt à Seneca *de Clement. lib.1. cap.22.* 6.
in vindicandis alienis iniurijs videri legem tria ſecutam eſſe, quæ Princeps ſequi debet, vt aut eum, quem punit, emendet, aut vt pœna cæteros meliores reddat, aut ſublatis ma-

malis, cæteri ſecuriores viuant, pœnarum enim omnium finis eſt, vt ſit emendatio facti hominisqúe delinquentis, Cuiac. *in parat.ff.de pœnis.* omnis enim pœna, non tam ad delictum pertinet, quàm ad exemplum Quintil. *declam.274.* Opus eſt, inquit Senec. *7. de benef.23.* exactore malis, admonitore bonis, pulchra eſt ſententia S. Proſperi *de vita contemplatiua lib.2.c.5.* aſperitate nimia & increpatione offenſus, non increpationem recipit, nec ſalutem, quem refert Barboſa *de offic. & poteſtat. Epiſc. p.1. tit.2. gloſſ.12.* congruit dictum Senecæ: Nobile cor hominis, contra potentiam recalcitrans, potius vult duci, quàm trahi, quem cum alijs pulchris dictis refert Speculat. *tit.de aduoc. p.4.§.5.num.9.& ſeq.* tutius quandoque eſt hominem improbum non accuſari quàm abſolui, quod hiſtorijs exornat Luc.de Pen. *in l.ſplendidioris ſub num.3. Cod.de diuerſis officiis*, adde eundem *in l.nemo, C. de re mil.* vbi quoque notabilia, quomodo alij corripiendi vel corrigendi ſint, ſatius eſt per lenitatem peccatores ab errore abducere, quàm per auſteritatem in exitium propellere, tunc præcipua eſt manſuetudinis laus, ait Plinius *lib.9.epiſt.21.* cum iræ cauſa iuſtiſſima eſt; & dixit S. Auguſtinus, decet reprehenſorem meminiſſe, ſe quoque peccare poſſe. Pulchrum quoque dictum S. Iſidori *lib.3. de ſummo bono cap.92.* Qui delinquentem ſuperbo aut otioſo animo corrigit, non emẽdat ſed percutit, & obiurgantis furor eſt, non dilectio corrigentis, & quicquid irarum dixeris, punientis eſt impietas, nõ charitas corrigentis, alia plura habet Thom.de Mancinis *in ſua laureola D Dn. Prælatorum pag.47.* pulchrè quoque Follerus *in praxi cenſuali §.iuris moderando rigorem num.32. & ſeq.* vbi & illud *Eccleſ.3.* quod tempus eſt vnicuique rei accommodum, hoc eſt, humiliationis, poteſtatis, correptionis, conſolationis, parcendi, audiendi, ſuauitatis, rigoris atque in vniuerſum rei cuiuslibet, tum in poteſtate Iudicis eſt, inquit Arnulphus *in epiſt.ad Papam Alexand.fol.46.* mollire ſententiam, & mitius iudicare quam leges, cum rerum vel perſonarum merita poſtulaut, aut inſtantia neceſſitatis extorquet, prædicta confirmantur & hiſtorijs exornantur in Paciano *de probat.lib.2.cap.44.n.28 & aliquot ſeq.* tempus, locus, & perſona, in re qualibet pondus maximum habent, maximè in curatione animarum, ita viri prudẽtis proprium eſt, cuiusqúe rei tempus ſcire, Laert. *lib.4.* ſic ſecundùm Claudian. *lib.2.in Eurip.*

——— ſuprema pericula ſemper
Dant veniam culpæ, ———

Sic etiam plus æquitatis debent habere Iudices, cum hominibus vnius loci, quam cum hominibus alterius loci, hiſtoria nota eſt in Belgio, vbi pœna ſumpta ab aliquibus, talia vulnera inflixit, vt in hodiernum vſque diem durent, è contra pœna mandato eiuſdem Ducis de Alba inflicta tempore Caroli V. in Hiſpania, medicina fuit & diſſipatio rebellionis, ac ita ab euentu apparuit verum eſſe illud Ouidij: 7.

Curando fieri quædam maiora videmus
Vulnera, quæ melius non tetigiſſe fuit.

Nam vt S. Chryſoſt. *hom.7.* dicit, acerba vulnera nec lenem tactum ferunt, licet enim animaduerſio in delinquentes & punitio criminis theticè conſideratæ, bonæ & iuſtæ ſint, in hypotheſi tamen practicatæ, reſpectu maioris mali inde euenientis, malæ dici poterunt, ad inſtar olei, quod licet natura ſua leniat, tamen in flammas proiectum eas ardentiores facit, quandoquidem iuxta textum *in c.ſi res in fin.14 q.6.* diuer-

ſitas

ſitas perſonarum, diuerſam videtur poſſe recipere medicinã, propterea noſtri docent, quòd Iudex pœnam imponere debeat, ſecundùm qualitatem loci, temporis & perſonæ, & durius aut remiſſius, pro vt magis videtur Reipub. expedire, præter Pacianum *d.loc.* Barboſa *in cap. in pœnis 49. num. 13. de reg. iur. in 6.* vbi *num. 4.* ait, dictam regulam non imponere neceſſitatem, verè aureum eſt Senecæ dictum, adhibenda eſt, inquit, moderatio, qua ſanabilia ingenia à deploratis ſcias, nec promiſcuam habere clementiam oportet, nec abſciſſam, tam omnibus ignoſcere crudelitas eſt, quam nulli, prædicta exornantur hiſce duobus verſibus:

Sed quoniam variant animi, variabimus artes,
Mille mali ſpecies, mille ſalutis erunt.

Vide exornatum apud Magerum *in florileg. loc. commun. in veb. correctio num. 6. & ſeq.* ſumma igitur in hac materia requiritur diſcretio, ſummaquè prudentia, & circumſtantiarum exacta examinatio & aduertentia, ex quibus grauitas delicti cognoſcitur, & quæ iſtæ qualitates ſint & circumſtantiæ. Farinac. *de delict. & pœn. quæſt. 18. num. 63. & ſeq. & de indic. & tort. quæſt. 52. nu. 144. & ſeqq.* de cauſis delicti, quæ dicantur, in quibus conſiſtant, quodquè ille qui habuit cauſam delicti, deliquiſſe præſumatur, vnde nuper dictum, quòd Titius cauſam delicti habens cenſeatur offendens, alter verò, qui alium interfecerat, aggreſſus præſumatur, (qualis preſumptio vel coniectura facilè per aliam tollitur, vel ſaltem debilitatur) neque enim tam factum quàm cauſa facti inquirenda eſt, *l. verum 39. & l. 53. ff. de furt.* & ex circumſtantijs mouetur Iudex vt pœnam delicti, aut planè omittat, aut leniorem faciat *l. reſpiciendum & l. aut facta ff. de pœnis,* iuxta quam dici poteſt, pro iniuſtis orare, aliquando humilitatis eſt, at exorari, à iuſtitia deflectere, de quibus præter alios & Tiraquell. latè agit Ludouic. Car. *in practic. crim. in materia homicidij, §. circa quartum, cum ſeqq.* concluſiuè pro moderatione ſeruit illud monitum Thomæ de Kemp. *tract. val. lilior. c. 24.* porta fratrem tuum in paucis, ſicut te Deus portat in multis, ſic tamen vigilet tolerantia, vt non dormiat diſciplina, S. Auguſt. *ſerm. 23. de verb. Apoſt.* & pro Iudice illud Poëtæ:

——— in cunctis cauſas & tempora rebus
Aſpiciat, qui vera cupit diſcernere Iudex.

CAPVT VIII.

De circumſtantijs augentibus, minuentibus, & in aliam delicta ſpeciem mutantibus, & probatione qualitatum in hoc paſſu requiſita.

VIdi etiam per Theologos doceri, circumſtantias quaſdam inſigniter augere vel minuere bonitatem vel malitiam actionum moralium, quaſdam verò non, imò quandoque addere actui malitiam vel bonitatem ſpecie differentem, vide S. Thomam *1.2. quæſt. 18. art. 10. & 11.* & Bonacin. *de peccatis, diſp. 2. quæſt. 4. punct. 1. propoſ. 2. poſt num. 7. & 8. remiſſiue & paſſim Criminaliſtas,* pulchrè quoque Lucas de Pen. *in l. ſi apparitor, num. 2. & ſeq. C. de cohortal.* de peccato quid & quotuplex, quomodo differat à crimine & delicto, quodquè circumſtantiæ peccata aggrauantes, ſint multiplices, vide ibi in quibus vnus altero grauius puniri poſſit & debeat, & ex quibus pœnæ alleuiandæ veniant, quemadmodum Theologi, delictum diſtinguunt à peccato, peccatum enim committitur faciendo, quod grauius eſt, delictũ vero negligendo, quod eſt le- 1.

Digitized by Google

eſt leuius Zaſius *in l. morte num. 20. & 21. ff. ſolut. matrim.* prout videmus, ſi furtum fiat in Eccleſia, reque Eccleſiaſtica, quòd illud ipſum ſacrilegium appelletur, quemadmodum & qualitas enti aduenienſ, illud qualificat, & in diuerſum reponit, exornatur apud Hipol. de Marſil. *ſing. 520.* & qualitas mutata facit rem diuerſam Zaſ. *in l. cum quæritur n. 5. ff. de except. rei iudic.*

2. Hinc & ex ſimilibus doctrinis deducunt DD. ſi delictum cum aliqua qualitate pœnam aggrauante, in accuſatione vel inquiſitione deducatur, vt puta crimen læſæ Maieſtatis, crimen furti cum qualitate manifeſti, quod qualitate nō probata, reus abſolui debeat, iura & DD. allegat Gail *lib. 1. de p. p. c. 13 n. 18.* addens, quòd in Camera ſæpe rei conuenti ſuper conſtitutione fractæ pacis, qualitatibus non probatis, abſoluti fuerint ab actione intentata, & priora confirmando docet Alex. *lib. 2. conſ. 172 nu. 5.* quòd Prelatus euaſerit pœnam ſtatuti diſponentis, quod qui fecit aſſiſſinare Chriſtianum, non probata qualitate, quod aſſiſſinatus fuerit Chriſtianus, quia vt dicit Rota Genuen. *deciſ. 6. n. 1.* factum deductum cum qualitate, cum qualitate probari debet, nec ſufficit factum ſine qualitate, nec qualitatem ſine facto probare, quia qualificatum factum cenſetur, idem & vnum factum per DD. ibi alleg. ſequitur Pacian. *lib. 2. de probat. cap. 11. ſub num. 22.* quia quæ ſeparatæ ſunt qualitatis diuerſam habent rationem, Wameſ. *cent. 1. conſ. 6. num. 4. & 5.* vnde notabiliter infert Surdus *conſ. 403. num. 57. & ſeq.* quod ibidem vocentur ad hæreditatem, qui habent qualitatem requiſitam, & non habentes eandem, excludantur, & Cephal. *conſ. 520. num. 25.* quòd qualitas pacti debeat capitulari & probari, vbi allegatur pactum qualificatum & *ibi in ſeq.* illuſtratur, & quòd qualitas exiſtens cauſa priuilegij, debet probari, antequam priuilegium competat, & Zaſius *lib. 2. conſ. 11. num. 24.* probat, quòd qualitas in articulis allegata, neceſſariò probanda ſit, quodque ea quæ ſunt de ſubſtantia in articulando, ſint & de ſubſtantia in probando, ideo dicit, qui allegat aliquid cum cauſa, eam probare debet.

Prædicta autem ſingulariter declarantur 3. in Gail. *d. loco num. 21. & ſeq.* & theoricam iſtam, quod factum cum ſua qualitate probandum ſit, ita moderandam & accipiendam eſſe, vt eatenus procedat, ſi qualitas iſta ſit de ſubſtantia actionis vel criminis, vt alteretur per eam factum vel crimen in iudicium deductum, ſecus ſi remota qualitate, nō alteretur factum vel ſpecies criminis, quia tunc, tam in ciuili quàm in criminali iudicio, qualitas adiecta nullius eſt præiudicij, etiamſi nō probetur, vt latiùs ibi per DD. & diſtinctè Mynſ. *4. obſ. 80.* & ibi DD. Schurf. *conſ. 12.* Sichar. *in l. 2. n. 5. & ſeq. C. de probat.* Zaſ. *in l. qua quiſq, ait n. 44. & ſeq. ff. de eden.* vbi quotuplices ſint qualitates, & quæ probandæ clarè explicat, & præter Maſcard. *de probat. concl. 325. n. 10. & ſeq.* pulchrè quoque Lucas de Pen. *in l. qui relictis nu. 7. & 8. C. de deſert.* vbi arguitur ad partem, an accuſatus furti manifeſti, ſi manifeſtum non probetur, ſed furtū ſimpliciter, condemnari debeat, & ipſe dicit, quod ſic, quia duo dixit, & furtum, & furtum manifeſtum, quod autem pluris vtique & tanti eſt, ſed tamen ibi plenius diſtinguit, vide ad eum in caſu occurrenti, magis diſtinctè & clarius Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 51. num. 39. & ſeqq.* vbi DD. pro & contra allegantur, ipſe tamen dicit in practica ſeruari, ſi in ſubſtantia maneat delictum, licet non tale vti allegatum

Digitized by Google

ſiue qualificatum, quod ex eodem proceſſu poſſit fieri condemnatio, maximè ſi clauſula ſalutaris appoſita fuerit, ratio quoque eſt, quod in delictis, ſola facti veritate inſpectâ, proceditur, de qua vide infra *de Veritate cap. vlt.* & Scaccia diſtinguit, an & quomodo dies delicti exprimi debeat, prædicta autem confirmantur ex eodem Scaccia *de ſent & re iud. gloſſ. 14. q. 16. num. 22.* quod ſententia hodie potius ex actis & probatis, quàm ex libello & petitione iuſtificari debeat, & ita ſæpè obſeruatum memini, ſicut & in ſimili Zaſius *ad tit. ff. de orig. iur. ad verb. fere, n. 4.* irridet huiuſmodi verborum aucupia, an ille qui ſuper proprietate experitur, probauerit autem de vtili Dominio, ſuccumbere debeat & ſimilia, in quibus oleum & operam perdi aſſerit, nimis proh dolor, verè, ſicut & anxiè diſputatur, an Iudex citra vitium nullitatis, poſſit pronunciare ſuper parte, vbi totum eſt petitum, vide caſus in Capel. Tholoſ. *deciſ. 179.* latè Coratius *de except. cont. præiud. ſent. except. 130.* latè quoque Felin. *in c. cum inter, num. 5. & ſeq. x. de ſent. & re iud.* indubitatum hoc eſſet in caſu, vbi actionis ius diuiſionem non reciperet, vide Anton. Fab. *in Cod. de fruct. & litis expenſ. defin. 30. num. 5.* vbi, quando recipiat diuiſionem, adde Scacciam *de appell. quæſt. 17. limit. 21. num. 38.*

CAPVT IX.

Delicta, præſertim Capitalia, præcisè punienda.

1. QVod igitur ſuperius in principio dictũ fuit, veniam quandoque dari, vel commutationem pœnæ capitalis fieri in pecuniariam, iuſtitiæ diſtributiuę conuenit, iuxta quam in cauſis rationabilibus, delictum pro re nata condonari vel puniri poterit, quod non ſatis aduertens quidam Prædicans in mea Patria mirabiliter ex ſuggeſtu dicebat, quòd cuidam ſutori Catholico, in rixa alium interficienti, non potuerit fieri gratia, ſed quòd effundens ſanguinem, ipſius quoque ſanguis effundi debeat, *Exod. cap. 21. Deut. 19. Geneſ. 9. Pſal. 107. Matth. cap. 26. Prouer. 20. Apoc. 13.* & peculiariter de homicidio dicitur, terram non poſſe expiari, niſi ſanguine homicidæ fuſo *Num. 35. adde cap. 31. & 33.* & notata per Scacciam *de ſent. & re iud. cap. 1. gloſſ. 4. quæſt. 1. ſub nu. 76. verſ. exemplifica tertio,* ad propoſitum Imperat. *in l. 3. C. de Epiſ. audient.* homicida parricidaque quod fecit ſemper exſpectet: Congruit ſententia P. Rectoris Ray: Talio de Cœlis eſt, & homicidæ, condonandi Principem, non habere poteſtatem vide quoque apud Cuiac. *lib. 20. obſ. 23. & Nouell. 17.* quod pulcherrimè exornatur apud Heigium *part. 2. q. 24. num. 32. & ſeq.* Couarr. *lib. 2. var. cap. vlt. num. 8. & cap. 9. num. 2.* & Ioannem Bapt. Fragoſum *de Regim. Reſpubl. Chriſt. lib. 4. diſp. 11. nu. 252.* vbi tamen declarat, hinc refert Additionator ad Beſold. *in Theſaur. pract. lit. R. verb.* Raubſchöſſer/ quod Stephanus Poloniæ Rex, conſuetudinem illam prauam & legibus diuinis contradicentem, qua Nobilibus hominem occidentibus, certi pecuniâ cadauerâ impoſitâ, pœnam redimere licuit, abrogarit, faciunt notata per Zaſium *ſupra cap. 3.* allegatum, quia lex diuina omnem tranſcendit Magiſtratus poteſtatem Lactant. *lib. 5. de vero cultu,* vnde & ſtatuta, pro homicidio pœnam pecuniariam inducentia, inualida eſſe, dicit Lucas de Pen. *in l. ſi quis, num. 34. Cod. de deſertor.* idem docet Barboſ. *in cap. referentem, & fin. num. 2. & 3. x. de delictis puer.*

Digitized by Google

puer. Marſil. *ſing. 665.* & ita iudicatum reperimus apud Karpz. *par. 4. conſtit. Saxon. 9. defin. 6. & 7.* quod ſtatutum non valeat, huiuſmodi reos à morte eximens, quodqúe Princeps ex plenitudine poteſtatis non poſſit pœnam illam remittere, *& defin. 9.* differentia inter homicidium ex propoſito cõmiſſum & latrocinium, quandoquidem dicitur latrocinium, ſemper rapinam ſpemq; lucri ſibi coniunctam habere, vnde vulgò malè latro appellatur, qui hominem in rixa interfecit, & ratio prioris doctrinæ affertur, quòd Imperator vel alius Princeps, contra Ius diuinum diſpenſare non poſſit, Iaſon *in l. cunctos populos num. 48. verſ. communiter concluditur C. de Summa Trinit.* & ad longum deducitur, exemplisq; Imperatorum & Scribentium illuſtratur apud Zilet. *tom. 2. conſ. crim. 73. per tot.* ibi & ampliatur, quod Imperator non poſſit facere gratiam homicidæ, qui aliquem deliberato animo occidit, etiamſi adeſſet pax occiſi, quod notent duellantes, vbi *& num. 28.* quòd Reſcripta Principis, ſpoliatoribus & occupatoribus non proſint, quod notent qui malitioſè, & cum iactura aliorum, foro cedunt, & ad certa loca tanquam aſylum confugiunt, cõtra datam illis immunitatem, faciunt notata per Grotium *lib. 2. de iure belli, cap. 21. num. 5.* iunctis traditis *infra de inſt. for. & pol.* ad prædicta rurſus Zilett. *tom. 2. conſ. 6.* & Farinac. *de inquiſi. quaeſt. 6. nu. 15. & ſeq.* neque priuilegia hominis proſunt, Couarr. *lib. 2. var. reſolut. cap. 20.* Clarus §. *fin. q. 30. num. 12.* Coraſ. *5. miſcell. 23.* Tiber. Decian. *in praxi crim. lib. 6. cap. 28.* & nouiſſimè Petrus Sarpus *de iure Aſylorum, cap. 5. verſ. is quoq; qui inſidiis,* vide & Clarum *in* §. *homicidium,* quin imò in quadam cauſa homicidij, defenſionis cauſa perpetrati, in patria mea exilio ad annum perpetrantem puniendum D. Cancellarius ex conſtituto dicebat, indignum enim viſum fuit, vt reus, licet à pœna ordinaria immunis, in conſpectu amicorum vel conſanguineorum occiſi, dũ feruet dolor, vel in oculis reliquorum ciuium impunè verſaretur, & ita homicidia inconſulta & caſualia ab omni antiquitate exilio damnata fuiſſe refert Heigius *par. 2. quaeſt 22. num. 51. & 59.* addatur *cap. ſi quis 33. q. 3. diſt. 2. de pœn.* ſicut & lex diuina imprudentem homicidam ad loca perfugij ſe conferre, & vindictam proprij ſanguinis vitare iubet *Ioſue 20.*

Sed cum ego in reſponſo Iuris deducerem moderamen inculpatæ tutelæ, & homicidium ad propriam corporis defenſionem perpetratum ſatis oſtenderem, ab exilio liber fuit, ſed ordinario proceſſu innocentiam defendere, & ita definitiuè innocens declarari vel à fiſci impetitione abſolui debuit; quippe homicidium defenſionis cauſa factum, homicidium non eſt, Couar. *de matrim. p. 11. cap. 6.* §. *9. num. 3. alias ibi per tot. de diſpenſ.* quod non valeat contra legem naturalem & diuinam, imò *num. 15.* quòd diſpenſatio iure humano, ſine iuſta cauſa facta, aliquẽ tutum non reddat quoad Deum, vnde aliquando dicebam, quòd habens plura beneficia (quod & hodie diſtrictè prohibitum reperitur in Conc. Trident. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 17.*) abſq; iuſta cauſa, etiam cum diſpenſatione non ſit tutus in conſcientia, & puto præter notata à Luca de Penna *in l. prædia ante num. 37. Cod. de locat. præd. ciuil.* ad confirmationem conducere tradita *p. 2. de perſonarum accept.* & horribile illud exemplum dum olim Pariſijs Anno 1239. in ſolemni diſputatione contra pluralitatem beneficiorum, per ſanctos 2.

Viros determinatum fuit, neminem ſine periculo peccati mortalis poſſe tenere duo beneficia, quorum alterum ſufficiat ad vitam ſuſtentandam, & contradictores, diuinæ iuſtitiæ flagello horribiliter flagellatos fuiſſe, cuius rei meminerunt Chronica Francorum Iacobus Meir. *lib.8. Annal. Flandriæ* & plures alij, nollem igitur ego plura beneficia, ſi vnum habēs viuere poſſem, pro pluribus enim ſatisfacere me poſſe non præſumo, fortè nec pro vno, alias de homicidio ad defenſionem commiſſo, idem Couarr. *in Clement. ſi furioſus* §. *vnic. de homicidio par.3.* pulchra eſt Pegueri. *deciſ.78.* vbi quot modis homini hominem interficere liceat, de quo & infra *de Honoribus*, idem *deciſ.14. de homicidio in rixa illato*, an ordinaria vel extraordinaria pœna puniri debeat.

CAPVT X.

De delictorum venia & remiſſione, & commutatione pœnarum in aliam pœnam.

1. VErum enimuero, quotidie videmus practicari, quòd delinquentibus detur venia, de quo latè Tepatus *in compend. deciſ. tit.45. & ſeq.* etiam homicidis, & ita Romæ ſeruari teſtatur Farinac. *lib. 1. quæſt. crimin.4. num.34.* adde Anton. de Petra *tract. de poteſſ. Princip. cap.8. num.35. & ſeq.* Recurras autem ad diſtinctionem traditam per Lod. Rudolph. *de plenitud. poteſt. cap.6. num. 49. & ſeqq.* vbi primò facit regulam, quòd Princeps non poſſit facere gratiam homicidis, dolo & deliberatè homicidium committentibus, etiamſi pars læſa fuerit contentata, (ſi de delicto autem, animo deliberato commiſſo, vide Menoch. *de arbitr. lib.2. caſ.36.* & notabilem deciſionem Albani, & Batt. *in l. Pomponius ff. de negot. geſt.* vbi dicit ſemper in mente tenendum eſſe, quòd qui animo vulnerandi aliquem vulnerat, deinde ex ſuperuenientibus verbis occidit, tenetur quidem de vulnerato occiſo, non tamen de homicidio facto ex propoſito) limitat primò de conſuetudine, qua aliqui Principes hanc poteſtatem ſibi vſurpant, quam tamen non valere tradit Crauett. *conſil.314. ſub num.5.* pro quo facit & illud Caſſiod. *9. epiſt.18.* impium eſſe, inquit, nos illis eſſe remiſſos, quos Cæleſtis pietas non patitur impunitos. Secundò limitat in homicidio in rixa, vel calore iracundiæ perpetrato; Tertio limitat, quod de generali conſuetudine non ſoleant Principes facere gratiam, ſine pacē partis offenſæ, & ponit quoque regulam cum nouem ampliationibus, quod homicida capite puniatur, & viginti quinque limitationes Vaſq. *lib.3. controuerſ. cap.97. num.32.* adde *lib.1. cap. 19.*

Oportet autem ſemper attendere, an homicidium fuerit conſultum, & præcogitatum, voluntarium, neceſſarium, fortuitum vel caſuale, de qua differentia DD. *in l. vt vim ff. de iuſt. & iur.* ſed miratus ſæpius fui, quo initio vel potius abuſu hodie à multis, præſertim militibus dicatur, quòd homicida infortunium habuerit, vulgò, Er hat ein Vnglück gehabt/ etiamſi fuerit vel ſit homicida voluntarius, cum tamen homicidium fortuitum, vel caſuale infortunium appellari deberet Clem. Alexand. *lib. 2. ſtromat.* vnde cognoſcatur, an quis animo deliberato vel caſu deliquerit, vide latè in Menoch. *de arbitrar. caſ 361. per tot.* & cui pœna & mulcta applicari debeat Heigius *part. 2. quæſt.22. num.63. & ſeq. vbi num.48. & ſeq.* an ille, cui à Principe facta eſt remiſſio 2.

pœnæ

Digitized by Google

pœnæ corporalis, poſſit adhuc à Magiſtratu oppidano relegari, vide interim quæ requirantur ad hoc, ne gratiæ in materia criminali ſint ſubreptitiæ apud Iohan. Baptiſt. Fragoſ. *de regimine Reſpubl. Chriſtianæ lib. 4. diſp. 11* §. *3. per tot.* & conſuluit Crauett. *conſil. 2. & 729.* quando ſub- & obreptio vitiet gratiam etiam in criminalibus, an ipſo iure *conſil. 68.* pro ſubreptione autem habetur, quando in genere quid narratur, non in ſpecie idem Crauett. *conſil. 79. & conſil. 591.* concluſiuè remitto me ad Card. Tuſch. *lit. G. concl. 51. & ſeq.* item Tepatum *in compend. deciſion. tit. 45.* vbi multa de gratia, & reſtitutione bonorum, *& tit. 329.* de defenſionibus delictorum in genere, & *tit. 330.* de defenſionibus pro excuſatione homicidæ, de indulgentia criminum aliqua præiudicia in Papone *de arreſtis lib. 24. tit. 17.*

CAPVT XI.

Cauſa iniuſta, temeraria, vel etiam dubietas, quomodo à delictis, dolo, & pœna excuſet?

1\. QVia in hac materia, aliјſque delictis excuſandis, ferè ſemper obtenditur ille prætextus, quòd quis hac vel illa cauſa motus, hoc vel illud fecerit, quemadmodum omnibus criminibus commune eſt, ad tollendam vel inducendam criminis ſuſpicionem, ſi cauſa defecerit, vel interuenerit *l. verum, ff. de furtis. cap. occidit 23. quaſt. 8.* exornatur ex Cicerone & Ariſt. apud Ignatium Lopez *in practica Canonica crim. cap. 97. & c. 25. tertiò*, vnde quoque ampliatiuè deduci ſolet, quòd qualiſcunque, etiam beſtialis & irrationalis cauſa, credulitas excuſet à dolo, & conſequenter à pœna, *l. igitur*, §. *3. ff. de liberali cauſa.* Farinac. *lib. 3. de pœnis temp. quaſt. 90. inſpect. 1. per tot.* latè quoque Antonius Gabriel *in communibus, tit. de delict. concluſ. 8.* Minſing. *3. obſeru. 98.* ſæpe Suidus *in conſilijs ſuis & deciſ. 89.* infert, quod non poſſit iniuriarum conueniri, qui aliquali cauſa, etiam iniuſta, motus iniuriam ingeſſit, quia ſubſtantiale iſtius actionis requiſitum eſt, & dolus & animus iniuriandi, & Iaſon. *volum. 2. conſil 152. num. 11. & duobus ſeqq.* quòd cauſa quælibet iniuſta, imò omnis credulitas etiam falſa, excuſet à pœna, dolo, & à mulcta, iunctis traditis inferius *de dub. cap. 18.* & exornatur in multis apud Caualc. *par. 5. deciſ. 15.*

Quemadmodum & Conſtitutiones pœnales intelliguntur, ſi dolo fuerint perpetrata crimina in ijs contenta Bald. *in l. quicunq. Cod. de ſeruis fugit.* Raudenſ. *de Analog. in append. par. 4. num. 43.* addens ignorantes eſſe Iudices, qui non adhibita hac diſtinctione, eas ſequuntur, Caſtrenſ. *in l. 1. ff. de legibus*, & probat Viuius *deciſ. 483.* quòd pœna neutiquam imponenda ſit, niſi dolus fuerit probatus, quodque culpa ſola non ſufficiat, ad pœnam, ſed in contrarium ad eandem euitandam, ſufficiat credulitas, quod quis credat ſe rem licitam facere; prædicta quoque comprobantur apud Meiſner. *tom. 3. deciſ. Cam. Imp. 16. in grauaminibus reuiſionis*, & paſſim DD. & latè Menoch. *de arbit. caſ. 276. per tot.* pœnam non eſſe inducendam, niſi expreſſe iure cautum ſit. 2.

Prædicta vtpotè in praxi quotidiana notabiliter declara. Primò, vt iniuſta cauſa excuſet in extraiudicialibus, ſecus in ijs delictis, quæ in iudicio committuntur Coraſ. *in Senatuſconſ. Curia Tholoſ. cap. 93. in fin.* 3.

addens, licet à dolo quandoque excuſet iniuſta, non tamen lata culpa, Bart. *in l. iuſtè ff. de acquir. poſſ.* imò & in iudicialibus excuſare iniuſtam cauſam à dolo tradit Surd. *d. deciſ. 89. num. 24. & ſeqq.* verum quod iniuſta cauſa non excuſet à pœna, ſed ſolum iuſta, ſcribit Marcus Mantica *ſing. 41.* qui ad hoc allegatur à Tepato *in compend. deciſ. tit. 329. cap. 8.* vbi tamen plurimi allegantur pro hoc, quod iniuſta vel fatua cauſa excuſet à dolo & culpa, & qui facit conſuetum, licet illicitum, à dolo & culpa immunis erit Hyppol. *ſing. 642.* vide & Tepatum *tit. 303. de pœnis & mulctis delictorum in genere.* Secundò declara prędicta, non indiſtinctè vera eſſe, niſi iniuſta cauſa habeat probabilē ſimplicitatem & ignorantiam, ita Schwamman. *obſ. cam. 33.* Tertiò declara ex eodem Farinac. *lib. 2. deciſ. crim. 58. num. 1. & fin.* quod vt excuſet iniuſta cauſa, debet eſſe orta ante actum pœnæ incurſæ, item debet eſſe aliquo modo colorata, alias friuola non attenditur, & Cothom. *vol. 2. reſp. 59. num. 23. & ſeq.* vbi tribus modis declarat, quando iniuſta cauſa nō excuſet à dolo & actione iniuriarum: Quartò declara prædicta rurſus ex eodem Farin. *d. quæſt. 90. vbi paſſim,* & quod taliter delinquens non excuſetur à pecuniaria pœna, hinc qui dicit & probat ſe aliqua cauſa motum Titium interfeciſſe, licet abſolui debeat ab ordinaria pœna, attamen eundem pecuniariter & extraordinariè puniri videmus, ſicut vbicunque minoratur pœna, non venit corporis afflictiua Gram. *deciſ. 23. num. 13.* & præter alias limitationes dicit Farinac. nunquā iniuſtam cauſam vel credulitatem excuſare à dolo vel pœna, niſi talis cauſa probetur per allegantem, & quidem ante delictum fuiſſe oportet, nec ſufficit ſolum præexiſtentiam cauſæ probare, ſed etiam quod ex iſta cauſa motus fuerit, & crediderit ſe non peccare, vel non delinquere, & ſic debet probare veriſimile aliquid, cur ita crediderit, alias dolus potius præſumitur, quàm quod ex iuſta cauſa motus fuerit: ſufficit autem ad probationem huiuſmodi ſemiplena probatio coniecturæ, & quandoque iuramentum, prædicta eodem ferè modo limitat Gratian. *lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 81. num. 14.* niſi ſimus in ea iniuſta cauſa, vt ibi dicitur, quæ fit cum armis, quia non excuſaret ab actione iniuriarum; declarat quoque prædicta Hector Felic. *tract. de Societ. cap. 20. num. 28. & ſeq.* vti & requiritur vt probet ad ita faciendum ſe à dicta cauſa inductum fuiſſe, & ad hoc probandum, ſi iuſtam cauſam allegat, ſufficit qualis qualis probatio, ſi verò coloratam allegat, & non omnino iuſtam, tunc ſecundùm illum & DD. ibi alleg. requiritur exacta probatio. Sed nec iuſta cauſa excuſat à pœna conuentionali Menoch. *lib. 1, praſ. q. 46. num. 40.*

Vide quoque Tract. Reg. Iur. Ciuil. & Pontif. *lit. F. verb. factum vel dictum calore iracundiæ non obligat, cum ſuis ampliat. & limitat.* & caſum hodie controuerſum in Munnoz *tract. de Ratiociniis cap. 27. nu. 19. & 20.* ſi Dominus ex calore iracundiæ vel increpando dicat, vade è domo mea, ex hoc non videtur data ei licentia vt abeat, niſi Dominus euacuata iracundia, in eadem voluntate perſeueret, ad cuius confirmationem faciunt notata per Cic. *1. Offic.* in omni iniuſtitia, inquit, permultum intereſt, vtrum perturbatione aliqua animi, quæ plerumque breuis eſt, & ad tempus, an conſulto & cogitato fiat iniuria, leuiora enim ſunt ea, quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea, quæ meditato & præparato inferun-

4.

Digitized by Google

runtur, iuncta doctrina Bart. *in l. cur facta, ff. de pœnis.* pulchrè Poëta :

Dum furor in curſu eſt, currenti cede furori,
Difficiles aditus, impetus omnis habet.

5. Equidem fateor cum Grotio ſtatim allegando, verum quidem eſſe quod homo Chriſtianus recta ratione, & auxiliante diuina gratia, motus & impetus ſuos refrenare debeat, ſed tamen homines ſumus, & maximè fragiles, vt cum Poëta dicere libeat :

Naturam expellas furca tamen vſque recurret.

Proindeque pudoris, famæ & impetus aras fuiſſe Athenis ſcribit Pauſanias, quippe vt plurimum currimus ad ſcelus præcipites, ſed ſedente impetu, & aurem nobis vellicante pœnitentia, illud ipſum veris mox æſtimamus pretijs, vnde Tacit. *lib. 14. annal.* Perfecto demum ſcelere, inquit, eius magnitudo intelligitur: & Menander aptiſſimè, vt ſcribit Stobæus, ſic nemo peccans criminis ſui modum peccando nouit, re peracta reſpicit, quare rectè monendo S. Gregor. *in moral.* Quoties, inquit, ira animum inuadit, mentem edoma, vince teipſum, differ tempus furoris, cum tranquilla mens fuerit, fac quod placet; rectè ergo laudatur illud Architæ Tarentini, qui villico ſuo iratus, iam te, ait, cæderem niſi iratus eſſem.

6. Rurſus de licitatione, confeſſione, iuramento, voto, electione vel acceptatione, calore iracundiæ facta Tiraquell. *de pœn. temp. cauſ. 1. num. 24. & ſeqq.* latè quoque Farinac. *quæſt. crim. p. 3. q. 91. & ibi de prouocato delinquente, & de varijs & diuerſis quæſtionibus q. 105. inſpect. 3. nu. 151. & ſeq.* an iniuriarum teneatur, qui eas infert calore iracundiæ, an eas impunè poſſit reuocare, ibi DD. pro & contra, Schrad. *de feud. p. 9. cap. 4. nu. 22.* Clarus §. *iniuria,* & quando Prouocatus eas infert Meiſner. *lib. 1. deciſ. Cam. Imp. 29.* adde de calore iracundiæ & primo motu Viuium *deciſ. 368. num. 10. & ſeqq.* enimuero calorem iracundiæ non excuſare hominè Chriſtianum, docet Grotius *de iure belli, lib. 2. cap. 15. num. 5.* in foro fori autem quid requiratur, vt homicidium calore iracundiæ perpetratum excuſet Gail. *2. obſ. 110. num. 35. & ſeq.* S. Chryſoſt. *in cap. 5. Matth.* Iracundia, inquit, quæ cum cauſa eſt, non iracundia, ſed iudicium eſt, iuncto *cap. quorundam, diſtinct. 74.* ad prædicta vide omninò Tepat. *in compend. deciſ. tit. 329* de defenſionibus reorum in genere, *tit. 330.* de defenſionibus pro excuſatione homicidæ, *tit. 331.* pro excuſatione confitentis delictum, *tit. 332.* de defenſionibus reorum ratione ætatis, ruſticitatis, & ſexus fragilitatis, *tit. 333.* de defenſionibus pro mandatarijs, *tit. 334.* ratione ignorantiæ, & de ijs, quæ ex iracundia facta ſunt, quatenus ſubſiſtant & excuſentur, & latè exornatum in Vaſquio *lib. 1. contr. cap. 18.*

CAPVT XII.

Veniam & remiſſiones delictorum non poſſe fieri, niſi parte læſa prius contentata.

PRioribus ita declaratis in praxi pro in- 1.
dubitato habetur, quòd ex cauſis quandoque venia detur, quandoque delicti pœna, in aliam commutetur, ſed tamen gratia homicidio alijſquè delictis non poſſit fieri, niſi prius præcedat pax & remiſſio offenſi, vel hæredis, etiamſi facta eſſet de plenitudine poteſtatis, aliàs peccatur mortaliter ſecundum D. Thom. *2. 2. q. 67. incip. Deinde conſiderandum ſub rubric. de vitijs appoſitis commutatiuæ iuſtitiæ, art. 4. incip. ad quartum,* vbi, ſi pars offendens per viam iuris puniâ-

Digitized by Google

niatur, quòd tunc pars offenſa vel iniuriata recipiat honoris ſui compenſationem, vide tamen DD. pro & contra in Berlichio *pr. concluſ. p.5. concl. 45.* an fur præter mortis pœnam teneatur ad reſtitutionem rerum furto ablatarum, ratio dubij contra negatiuam, quòd ſicut gratia à Principe facta non tollit actionem ciuilem, alijs ex eo delicto competentem Maſtrill. *deciſ. 205.* ita nec pœnalis ſententia Principis, parti læſæ, actionem rei perſecutoriam vel ad damnum & intereſſe, tollit DD. allegati in Heigio *p. 2. q. 23. num. 22. & ſeqq.* puta ſi petatur, licet in præcedentibus ſint DD. qui tunc nihil peti poſſe aſſerunt, & idem ſeruari in Saxonia, quod tamen nullatenus dicendum eſt, quando Princeps facit gratiam, vel remittit delictũ, quia Princeps tollens ius tertij, non dicitur vti plenitudine poteſtatis, ſed poteſtate diabolica, qua ducitur ad infernum, igitur non aliter fit remiſſio, niſi quoque fiat ſatisfactio parti læſæ Lucas de Pen. *in l. prædia, ſub num. 37. Cod. de locat. præd. ciuil.* & ita vidi ſeruari, quod & teſtatur Ant. Theſau. *deciſ. 21. & de generali conſuetud.* Farinac. *de inquiſitione quæſt. 6. num. 21.* licet in præcedentibus videatur inſinuare, quòd Princeps de abſoluta poteſtate poſſit, licet de conſuetudine non faciat remiſſionem, niſi parte concordata, an vero Princeps remittendo iniuriam officiario coram ſe factam, intereſſe remiſiſſe cenſeatur, & an remitti poſſit, ſub diſtinctione reſoluitur in Franciſc. Marc. *part. 1. quæſt. 677.*

2. Si fuerit officiali irrogata iniuria in contumeliam Domini, remitti poterit, aliàs ſecus, confer tradita per Lucam de Penna *in l. nulli ſub num. 5. C de conditis in publ. horr.* & quomodo pars & fiſcus ad pœnam agat Mattheſil. *ſing. 70.* vide tamen quid hac in parte obſeruetur in Camera, Roland. *de cõmiſ. par. 3. de articulis lib. 8. cap. 4. num. 23.* & Mager. *de Aduocatia armata cap. 17. nu. 224. & ſeq.* verum vidi quandoque partem læſam ſatis obſtinatam ſeſe accommodare nolentem, quo caſu vide deciſiones pro & contra apud Riccium *p. 5. collect. 1773.* an Princeps poſſit facere gratiam delinquentibus parte non concordata, & tenet cum affirmantibus, quòd poſſit, ita tamen, vt parti remaneat ius integrum, adde & *collect. 2016* nec dubito quin in propoſito caſu, Principis poteſtas non debeat dependere, neque dependeat à partis læſæ arbitrio & voluntate, quo minus illa cõcordare nolente, Princeps poſſit facere remiſſionem, attamen illo caſu melius fieret, ſi & ipſe Princeps vel Iudex ex officio damnum datum determinaret, partiquè læſæ prius dandum eſſe iuberet, ne poſtea præter damnum ſibi illatum proceſſibus defatigetur, quamuis dici poſſet, imputet ſibi quod noluerit accordare, ſed cum in caſu, quem habui de facto, pars læſa erat vidua interfecti alicuius operarij, vidi delinquentem in carcere detentum, donec & quouſque dictæ viduæ ſatisfieret, vel ipſe Princeps hoc caſu modum ponere poteſt Perezius *ad tit. Cod. de ſent. paſſ. num. 3.* vti & *num. ſeq. & preced.* quòd non poſſit remittere pœnas in præiudicium partis, nec ſine eius conſenſu Seſſe *deciſ. 178.* declara vt ſupra, niſi pars ipſa nolit, & ſit planè obſtinata, quo caſu ratio dictitat, quòd Princeps hoc ipſum arbitrari, & modum ponere poſſit Ant. Faber *in Cod. lib. 9. tit. 34. defin. 1.*

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XIII.

Inferiores Principes, Comites, Barones & liberas Ciuitates Imperij, habere Ius remittendi delicta, & quid in ſuo territorio poſſint.

1. AN autem ius remittendi pœnas, in iure Ciuili, & Conſtitutionibus Imperij delinquentibus impoſitas, Inferiores à ſummo Principe, puta Duces, Comites, Barones & liberæ Ciuitates habeant, dubitari poſſet, quia hoc ius inter Regalia numeratur DD. alleg. per Beſold. *in Theſaur. pract. lit. B. verb.* Begnadigung/ *num. 21.* & *lit. G. nu. 71.* & Ioan. Bapt. Fragoſ. *de Regim. Reip. Chriſt. lib. 4. diſp. 11. §. 2. n. 263.* vbi expreſsè tradit, quod facultas gratiandi & indulgendi delicta, ſit de regalib⁹ & reſeruetur Principi non recognoſcenti Superiorem, vnde dicit, Principes inferiores non poſſe pœnas remittere, nec gratias delictis concedere, quod ipſum limitat procedere, quoad pœnas & bona eorum ærario applicanda, & in *ſeqq.* an reſtitutus cenſeatur ad bona, priuilegia, honores, fructus, & ad bona alteri cōceſſa; ratio verò deciſionis eſt, quòd præfatæ perſonæ Imperatorem immediatè recognoſcentes, tantū poſſunt in ſuo territorio, quantum Imperator in imperio, Dan. Mol. *ad Conſt. Sax. 2. p. 2. nu. 8.* & ibi Additionat. Gail *lib. 1. de p. p. cap. 6. num 10.* Ant. Sol. *ad Conſtit. Sabaud. antiq. in proœm. gl. 3. num. 8.* Schrad. *de feud. lib. 2. p. 9. part. princip. ſect. 10. n. 36. & p. 10. ſect. 1. nu. 33.* vbi plures allegat, & teſtatur quoque Gail *2. obſ. 57. nu. 7.* quòd Ciuitates Imperiales iura Principis habeant, tantumq́ue poſſint in ſuo populo, quantum Imperator in imperio.

2. Vnde Imperator Carolus V. dicere ſolebat, ſe in alijs Regnis, mancipijs & ſeruis, in Germania vero Regibus imperitare, vt refert Zieglerus *in commun. concluſ. ad auream praxin Nicol. Caluoli* §. Landtſaß/ *nu. 108.* atque ita Principes Imperij ſibi hanc poteſtatem remittendi delicta vſurpaſſe, & vſurpare, teſtatur quoque Andr. Knichen *in comm. de Saxon. non pronoc. iure, §. Ius veniæ, gratiæq́ dandæ num. 523. & ſeq.* vbi & *in cap. 4.* latè tradit, quòd feuda Principibus illuſtriori & Regio dominij iure concedantur, & de Principum, Marchionum, Comitum feudis immediatis, & mediatis agit *cap. 6.* At verò Reinkingh *de Regimin. ſecular. & Eccleſiaſt. lib. 1. claſſ. 5. cap. 6.* exactè tractat, quatenus ſit vera illa Theorica, poſſe quemlibet Principem, Comitem, Baronem, liberam Ciuitatem in ſuo territorio, quod poteſt Imperator in Imperio, vbi *nu. 24. & ſeq.* in terminis ſextæ illationis dicit, quòd Principes & Status Imperij habeant ius indulgēdi delicta & pœnas capitales remittendi, modo diuino Iuri non refragetur authoritas, atq; de hoc hodie in Imperio Germanico dubium nullum ſupereſt.

Porro quāuis plures poſſent adduci DD. 3.
tradentes ſimpliciter, ꝙ Principes Imperij tantū poſſint in ſuo territorio, quantum Imperator in imperio, attamē Ziegler. *d. loc. n. 108.* iſtā theoricā declarat procedere in habilibus terminis, ne ſc. ad ſuprema iura Maieſtatis & ſumma Regalia tranſeatur, quare eandē non ſimpliciter verā eſſe ait Roſenth. *de feud. c. 5. concl. 13.* vbi & præiudicia, quòd nequeant noua vectigalia inſtituere, *& concluſ. 2. nu. 4.* refert, maiora Regalia, quæ alij Principes non habent, & poſſunt dici reſeruata Beſold. *in Theſaur. pract. lit. R. verb. Regalia*. Reinkingh *d. loco num. 73. & ſeqq.* quod iſta reſeruata & ſuprema Iuriſdictio &

V Pote-

Digitized by Google

Poteſtas Regia eſt ipſa forma ſubſtantialis, & ſubſtantialis eſſentia maieſtatis, quæ abdicata & in alios tranſlata non cenſetur, quam Pharao, Ioſepho concedendo omnem poteſtatem, ſibi reſeruauit, *Geneſ. c. 41. ibi num. 101. & ſeq.* enarrat iura ſoli Imperatori reſeruata, quo me breuitatis cauſa remitto; interim quæ poſſint, in multis caſibus refert Ziegler. *d. loc.* inter alia, quod poſſint indulgere criminoſis & delicta capitalia remittere, de quibus latius Ant. Colerus *de iure Imper. concl. 40.* Knichen & Beſold. *in d. locis verſ.* ſciendum, quod hodie dicatur Imperium diuiſum, cum quilibet ſtatus in ſua terra ſit Imperator, vide infra *de iuriſdict. cap. 6.*

4. Vnde dubia redditur cautela nuper ſuggeſta, dum in quodam caſu inferiores Iudices vel Principes difficiles ſeſe præbebant in faciendo gratiam delinquenti, vt ſcilicet hoc caſu abolitio criminis peteretur ab ipſomet Imperatore, vide Perezium *ad tit. Cod. de ſent. paſſ. num. fin. & ibi allegat.* Henricum Kinichot. *tract. 3. de remiſſ. homicid.* nam quamuis de iure communi dici poſſit, quod in conceſſionibus Iuriſdictionũ, ſemper authoritas Superioris præſeruetur illæſa, quodqúe in eo ſemper reſideat ſuprema poteſtas Imperialis, ita vt etiam aliorum Iuriſdictiones poſſit ſupprimere Beſol. *in Theſaur. pract. lit. G. verb.* Gerechtigkeit / *clauſula* mit den Gerichten / *verſ. Rex, Princeps,* adeoque ſaltem cumulatiuè, & non priuatiuè videatur eandem conceſſiſſe, prout prædicta latiùs comprobat Heigius *p. 1. quaſt. 9. num. 18. & multis ſeq.* vti & Pacianus *lib. 2. de probat. cap. 43. num. 77.* docet, quando concurrunt duæ Iuriſdictiones, quarum vna eſt generalis, altera vniuerſalis, apud quẽlibet eſſe ſolidam iuriſdictionem, & locum præuentioni *gloſſ. in cap. paſtoralis x. de offic. ord.* vide tamen præter allegata in Beſold. *infra de iuriſdictione,* quòd iuriſdictio Principibus inferioribus priuatiuè videatur conceſſa, vnde non videtur Imperatorem delinquenti gratiam facere poſſe, in præiudicium Principis territorij, ſiue loci delicti commiſſi, nec iuuat, quod ſæpius ad petitiones partium ab Imperatore dentur mãdata protectiua, nam protectioni Imperatoris ſe ſubijcere, non derogat Iuriſdictioni Magiſtratus ordinarij Wehneri *in pract. obſeru. lit. S. verb.* Schirmbrieff / neque enim Imperator hodie cum ſubditis, vel Principibus, Comitibus, &c. in iuriſdictione concurrit, nec iuriſdictionem in illorum territorijs exercet, neque ſubditos ad ſe euocare poteſt Ordinatio Cameræ *de Anno 1495. rubric.* die Underthanen / ꝛc. *Ordin. Cam. p. 2. tit. 1. in pr. & tit. 5. in* §. Und ſoll ſonſt / ꝛc. *& tit. 8.* §. Vor ſich aber / ꝛc. nam cum hodiernis moribus, Principes Imperij ſint iure hæreditario perpetui, & vt hæredes inueſtiti, Iuriſdictionem, nõ adminiſtrationis titulo, ſed iure patrimonij in vim vtilis dominij poſſideant, ideo in ea non minus, quam in fructuum perceptione ab Imperatore turbari debent Reinkingh *d. claſſ. 5. cap. 2. num. 16. & ſeqq.*

Et conſequenter Imperator non poterit 5.
in territorio alicuius Principis Imperij delinquenti facere gratiam, vt in illo territorio maneat impunè, cum priuatiuè in conceſſis, non cumulatiuè ſint inueſtiti, nec in exercitio iuriſdictionis impediri queant, Bocerus *de iuriſdict. cap. 8. num. 80.* nam licet Imperator habeat Maieſtatẽ, & veniam dare ſit Maieſtatis, attamen conuenit Imperatorem ita hoc ius vſurpare, ne impediat, aut auferat ius inferioris, cui id per

contra-

Digitized by Google

contractum conceſſum fuit. Sed & aliàs ſecundùm Heigium *d.loc.num.30.&35.* præuentioni locus eſt,per quam præuenti poteſtas excluſa cenſetur; interim vide Theſau. *deciſ.132. num. 2. & DD. ibi allegat.* quòd Princeps inueſtiens de mero & mixto imperio cum regalibus, priuet ſe iuriſdictione & emolumentis,licet extra territorium iſtius Principis, in alijs imperij locis liber foret, gratiam Imperatoris, & abſolutionem criminis pro ſe habens, vnde quoad Principes Imperij non ſubintrat quæſtio, quam accuratè tractat Anton.Theſaur. *poſt deciſ. 270.in conſilio ſubiuncto*,an cognitio & pœna edictorum generalium Principis, ad ipſum Principem vel Vaſallum pertineant; & quam diſputat Cacher. *deciſ.101.* & Anton. Faber *in Cod.tit. Ne ſine iuſſu Principis cert. iud, in ſubiunctis definitionibus.* vel etiam quod tradit Farinac.*d. quæſt.6.num.2.*quòd Barones alijque Principes ſuperiorem recognoſcentes, hanc gratiam facere non poſſunt,limitat tamen ibi, & dicit contrarium ſeruari, quanto magis procedit hoc quoad Principes Imperij, quibus priuatiuè Iuriſdictio & Regalia conceduntur, ſolis reſeruatis Imperatoris ſaluis, Reinkingh *d. cap. 7.nu.20.& ſeq.* vide latè Baiardum ad Clarum §.*fin.quæſt.19.* de remiſſione, & gratia criminum, & quid reſtituti recuperent.

CAPVT XIV.

An inferiores ab his Iudices & Magiſtratus ex cauſis poſſint delicta remittere, & veniam dare? cum rationibus dubitandi,decidendi & diſtinguendi.

1. CONſimiliter contingit dubitari, an inferioribus Iudicibus,puta à Principibus, Comitibus,Baronibus & liberis Ciuitatibus(illos hodie minores magiſtratus voco,qui alioquin de iure,vide Gregor. Tholoſ. *in ſyntagm. iuris,lib.47.p.3.cap. 12.nu. 9.& cap.13.* & DD.*ad tit. Cod. de pedan. Iudic.* vel qui adminiſtrationis iuriſdictionalia exercent) ex cauſa, venia & poteſtas remittendi & indulgendi pœnas criminum capitalium competat,ratio dubij deſumitur ex doctrina Ziletti *tom. 2. concl.crimin.100. nu. 12.* quòd Iudex remittens pœnam à ſtatuto taxatam, & aliam ſequens, puniri poſſit,ac teneatur in ſyndicatu, ideo pœnam à lege,vel ſtatuto conſtitutam non licet Iudici mutare *ex l.1.§. 1.ff. ad SC. Turpill. cap. de cauſis de offic. deleg.* & S. Auguſt. *lib. 12. de ciuit. Dei,cap.4. & lib.13. de Trinit.* dicit, Iudices non habere poteſtatem extra limites iuſtitiæ legalis, & S. Hieron.*ſuper epiſtola S. Pauli ad Philemonem* tradit,quòd Iudices æquè violent leges abſoluēdo reos, ſicut condemnando innocentes,&D.Thomas *in 2.2.quæſt.67.art.4.* docet, quòd Iudex non habeat poteſtatem abſoluendi reum à pœna contra leges àSuperiore ipſi impoſitas, cum non deceat inferiorem legem ſuperioris immutare, *l.ſi quando,Cod.de inoff. teſtam. cap. inferior diſt.21.* nec ipſa lege eſſe clementiorem §. *oportet in authent. de Iudic.* ſed illam obſeruare quantumcunque duram.*l. proſpexit.ff.qui & à quib. manum.* durum enim dixit, non iniquum, neque enim ſubitò legem iniquitatis perſtringere fas eſt Bodin. *de repub. cap.6. & ult.* ſcribit Simmach. *lib. 10. epiſt. 63.* quòd corruptæ videantur eſſe ſententiæ, ſi ſint legibus mitiores,alioquin ipſe Iudex incurrit pœnam, qua reus plecti merebatur *l. nulli,* vbi Faber *Cod.ne ſacra Baptiſm.reiter.* quod ipſum latè & pulchrè proſequitur Damhaud. *in praxi crim.cap.153.num.52. & aliquot ſeq.* vbi

ad confirmationem prędictorum multa iura & DD. allegat, & occurrit obiectioni, quaſi prædicta intelligenda forent, quod Iudex non poſſit temerè vel ſine cauſa minuere ſeu augere pœnas à lege, ſtatuto, vel conſuetudine introductas, quia dicit, quòd illa, quæ ſub certis Iuſſionum & Sactionum formulis ſunt concepta, ſtrictiſſimè, præciſè, & ſub ipſis nudis terminis ſint obſeruanda, fruſtraqúe diſputetur à Iudicibus ordinarijs vel ſubalternis de eo, quòd ex Regio ſiue principali mandato, & in Concilio ſummo, certis & indubitatis ſententijs, deciſum & concluſum eſt, id pro edicto perpetuo obſeruandum venit.

2. Quippe poteſtas indulgendi, & remittendi pœnas criminum capitalium, ipſum ius ſuperioritatis & territoriale concernit, Sixt. *de Regalib. lib. 1. cap. 5. num. 17.* Clarus §. *fin. quæſt. 59, num. 2.* Heig. *lib. 2. quæſt. 22. num. 6.* ac proinde Magiſtratibus inferioribus illa poteſtas non competit Peregrin. *de iure Fiſci lib. 4. tit. 8. num. 21.* Aruiſ. *lib. 1. polit. cap. 15.* quare nec fuſtigationem in pœnam pecuniariam vertere poſſunt, Heigius *d. loco num. 23.* & ita ordinatum reperitur in ordinatione pecuniaria Ducis Saxon. *Rubr.* Daß peinlich̄e Sachen nicht bürglich gemacht werden ſollen/ꝛc. facti quæſtio, inquit Iuriſconſultus, in arbitrio iudicantis eſt, pœne vero perſecutio non eius voluntati mandatur, *d. l. 1. §. ad Turpil.* Coraſius *lib. 4. miſcel. iur. ciuil. cap. 12. num. 5. & 6.* ait, arbitrarium illud propriè dici, quod non à lege ipſa definitum, ſed Iudicis arbitrio relictum eſt, vbi & pœna arbitraria dicitur, quæ non legis conſtitutione præſcripta, ſed Iudicis poteſtati & arbitrio commiſſa eſt, & Scaccia *de ſent. & re iudicata, quæſt. 23. num. 2. gloſſ. 14.* quod in iure non definita, cenſeantur arbitrio Iudicis relicta; ſed ſi ſit determinatum in iure, aut per conſuetudinem vel ſtatutum, tunc ceſſet arbitrium, & ſic conſuetum tollat pœnam arbitrariam, quando per illud eſt limitata, quodqúe conſuetum fieri, non dicatur arbitrarium, ſed neceſſarium, & Iudex in imponendis pœnis debeat ſequi conſuetudinem, ac imponere pœnas vſitatas atque receptas vide ibi in *ſeqq.* ſi pœna legis & conſuetudinis ſit diuerſa, ſed Garcias *de beneficijs p. 11. cap. 5. §. 4. ibi num. 339. DD.* allegat, quòd Epiſcopi poſſint diſpenſare contra Ius Canonicum, etiam Concilij, ex magna cauſa neceſſitatis & vtilitatis, tamen in *ſeqq.* ſunt DD. qui illud declarant, quando Superior conſuli non poteſt, quod ipſe dicit verum, de magna cauſa neceſſitatis, non particularis ſeu priuatę, ſed publicæ & communis, quo caſu, & non alias, dicit licitum eſſe inferioribus vti Epicheia.

Ratio verò decidendi deſumitur ex ipſa 3.
cauſa, vt Iudex intelligatur id ipſum non poſſe ſine cauſa, ex cauſa autem illud facere permittatur, præter ampliationes à DD. allegatas in Tepato *in compend. deciſ. tit. 303. de pœnis & mulctis delictorum in genere c. 7.* quando minui vel mutari poſſint, videatur Gail *de pace publ. lib 2. cap. 9. nu. 25. & ſeq.* addens, pro Iudice præſumi, quod ex iuſta cauſa mutauerit pœnam iuris communis, Tiraquell. *in tract. de pœn. temp. in præfat. & gloſſ. in l. hodie, ff. de pœnis, l. etſi ſeverior, & ibi quoque gloſſ. & DD. ff. de iis qui not. infam.* Afflict. *deciſ. 287.* Capic. *deciſ. 142.* Natta *conſ. 458.* Delrio *lib. 5. diſput. magic. ſect. 1. ibi,* ex ſufficienti cauſa poſſe Iudices pœnas à legibus indictas non ſolum minuere, ſed etiam pro ſuo arbitrio augere, & hoc ſenſu

Digitized by Google

ſenſu omnes pœnas delictorum hodie iuxta facti & perſonarum qualitatem, ab arbitrio Iudicis pendere, etiam quoad pœnas conſuetudine & ſtatuto introductas, etiamſi Iudices iurarint obſeruare ſtatuta, adde quoque Marſil. *ſing. 182. & DD. ibi copiosè alleg.* & tradit, quòd Epiſcopus ex cauſis poſſit diſpenſare, contra decretum Concilij, quippe

Iudicis officium eſt, vt res, ita tempora rebus. Quærere ———

hoc eſt, non debet Iudex nimia ſubtilitate vti, ſed æquitatē ſemper ob oculos habens, controuerſorum negotiorum circumſtantias & qualitates penſiculatè appendere, nec ex ſummo iure, vt in veteri prouerbio eſt, ſummam crucem facere & iniuriam Coraſ. *lib. 7. miſcell. iur. cap. 9. in fin.*

4. Adeo, vt licet furti pœna in Conſtitutione Carolina *tit. 1. art. 158. & ſeq.* præfinita & declarata reperiatur, ſi quinque aureos excedat, attamen non voluit Carolus V. ordinationes iuris communis per hoc penitus tollere, quaſi non liceret ob rationabiles cauſas & circumſtantias à pœna recedere, ſed potius iſta ſua criminali conſtitutione præſcribit ſolum terminos & limites, quouſque in pœnarum irrogatione procedi debeat, quare in proœmio dictæ conſtitutionis expreſſis verbis monet, quòd ſubditi, eandem exequendo debeant ſe conformare iuri communi, æquitati, & laudabilibus receptis conſuetudinibus, quæ verba ſunt deſumpta ex receſſu Imperij de Anno 1552. *tit. Halßgericht betreffendt &c. concord. Ordin. Cam. Imper. lib. 2. tit. 10.* quia ratio legis, eſt anima legis, & magis attendenda quàm verba, ideo ex cauſa Iudici authoritas data intelligitur, vt poſſit augere, vel minuere pœnam legis, conſiderata varietate, & conditione temporum & perſonarum, *cap. Deus, de pœnit. & remiſſ.* Bart. *in l. quod ergo, §. pœna, ff. de his qui not. infam.* quippe præſumitur, quòd Princeps ſi nunc ferret legem, quando eſt variata cauſa ipſius, in illo ſpeciali caſu non eſſet reſcripturus, ſed variaret quoque eius pœnam, *cap. neceſſe, diſtinct. 29. iunctis ijs quæ infra de Æquitate & Ratione traduntur,* ſaltem hoc indubitatum, quòd vbi pœnæ certæ non reperiuntur conſtitutæ vel impoſitæ Capitales, quòd tunc ex cauſis pœnam arbitrari & conſtituere poſſint, Hyppolitus de Marſil. *ſingul. 244.* & Roman. *ſingul. 666.* adde Gailium *d. cap. 9. num. 22.*

Ratio diſtinguendi adſit hic neceſſe eſt, 5. quandoquidem non memini practicatum, quòd crimina capitalia remiſerint præfati inferiores vel minores Magiſtratus, vel quibus merum imperium non competit, ſed illud fortè iure aliorum habent, (quomodo hoc, vide Zaſium *in l. imperium, num. 27. & 28. ff. de iuriſdict.* vbi occurrit obiectioni, quòd merum imperium non delegetur, nec imperium Comitum nec Baronum, quando alios ſuo nomine iudicare faciunt, iuriſdictio per hoc non mandatur, ſed ordinario iure Iudices maleficiorum dantur, eliguntur & deputātur, atq; iſti, ita à lege viua, puta Dominis, dati & deputati, iure ſuo in ſanguinis cauſa iudicant; Imperium tamē ipſum, datis & deputatis Iudicibus, attribuere non audemus, cum & ipſa accuſatio, ordinatio, proceſſus & executio ſententiæ ipſius Principis, Comitis, Baronis, vel merum imperium habentis ductu inſtituatur. Beſold. *in Theſau. pract. lit. B. n. 93. §. alij, verſ. imperium tamen merum, &c.* quemadmodum & olim

Digitized by Google

olim Iuriſdictionem ordinariam dicebantur habere, non quaſi plenam dominij, vel alterius iuris realis eam poſtulabant, ſed quibus tanquam Magiſtratibus, vel non conſueto, vel extra ordinem à Principe vel populo fuit tributa, vt prætoribus, proconſulibus, præſulibus, *l.1. §. qui mandatam, ff. de officio eius, &c.* plenius ad vſum hodiernum, adde Colerum *de proceſſ. execut. p.2. cap.1. num.126. & ſeq.* ſicuti Iudices ita dati & deputati, abſenti rectè terminum ad comparendum conſtituunt, & ſecuritatem veniendi & redeundi ſimul concedunt; & ſaluum conductum pro expeditione largitionis ſuæ largiri poſſunt; ex quo tamen nō ſequitur, quòd omnimodam ſecuritatem ipſi reo poſſint dare, Heig. *p. 2. quæſt. 22. num.36. & 41.* ſeu ex quacunque iuſta cauſa remittere, vel indulgere pœnas capitales, vel eaſdem in pœnam pecuniariam commutare.

6. Verum ſcio, quod deſuper ipſum Principem vel Superiorem conſuluerint, vt ita Principes vel Superiores cognitionem cauſarum criminalium, & in publica crimina animaduerſionem ſibi reſeruaſſe, ciuilium verò cauſarum cognitionem Iudicibus ſuis abſolutè & pleniùs mandaſſe intelligantur, quia igitur dicimus, vbi de aliquo eſt quæſtio, alia omnia ſupponuntur habilia Surdus *conſil. 257. num. 17.* & Cardin. Tuſchus *lit. C. concluſ. 732.* oportet vt diſtinguamus inter minores & maiores Magiſtratus, ſiue illos, qui abſolutè iure ſuo habent & exercent merum imperium, vel omnimodam iuriſdictionem, vt tradit Coler. *d. loc. num.128.* & ita diſtinguit Clarus *§. fin. q.85. verſ. Vlterius,* cenſens Magiſtratus minores, neque ex cauſa pœnam à lege vel ſtatuto conſtitutam mutare poſſe, ſecundùm Bald. Caſt. Iaſon. *in auth. hodie iurant. Cod. de iudic.* quam opinionem Deci. *in d. cap. de cauſis, num. 95.* communem dicit, niſi fortè ex cauſa delicto cohærente, ex qua minores magiſtratus poſſunt temperare pœnam Clarus *d. quæſt. 58. num. 10.* ex cauſa verò extrinſeca deberet Principem conſulere, Menoch. *de arbitr. iud. quæſt. 96. num. 18. & ſeq.* de cauſa intrinſeca, & extrinſeca liberandi aliquem à pœna, & quæ talis ſit tradit Grotius *lib.2. de iur. belli cap.20. num. 25. & ſeqq.*) Princeps enim, cum omnis ei pœna ſit arbitraria, poteſt eam augere vel minuere, aut remittere Boſſ. *tit. de pœna, & in ſua praxi crim. num.9.* & hoc caſu intelligi poteſt, quod docet Freher. *tract. de fama, lib.3. de infam. cap.7. & DD. ibi.* quòd Iudex tam in delictis ordinarijs, quàm extraordinarijs pœnam pro ſuo arbitrio conſtituere poſſit, cùm omnia crimina ferè hodie ſint extraordinaria, Perezius *ad tit. Cod. de pœn. num.17.* vbi quod hodie pœnæ, quatenus ſint arbitrariæ, remittantur ex circumſtantijs cauſæ concurrentibus, ita vt dici poſſit, quòd pœnæ non abſolutè pendeant ex arbitrio Iudicis, vt poſſit eas minuere, mitigare vel augere, ſed demum vrgente legitima cauſa, quia omnes pœnæ hodie iuxta facti & perſonarum circumſtantias & qualitates ſunt in arbitrio iudicantis *l. & ſi ſeuerior ibi gloſſ. & DD. Cod. ex quib. cauſ. infam. irrogetur;* quia leges non poſſunt circumſcribere omnes circumſtantias, ideo & arbitrio iudicantis permiſſa eſt facultas, vt ſecundùm facti contingentiam, pro arbitrio ſuo mutet, minuat, & augeat pœnas *l. reſpiciendum. ff. de pœnis, l.1. ff. de cuſtod. reor.* facit Ariſtot. *lib.5. Ethic.* vbi tradit, Iudicem debere eſſe clementiorem lege ſcripta, quãdo ratio & ſenſus legis & iuſtitia id poſtulat,

lat, neque ex hoc Iudex dicitur clementior ipſa lege, neque etiam violare eam, neque ab illius diſpoſitione deuiare, ſed potius legem cuſtodire, quæ diſponit pœnas eſſe commenſurandas delictis *l. ſancimus Cod. de pœn.* adde Gail infra alleg. Daniel Moller. *lib. 3. ſemeſtr. cap. 2.*

7. Pulchra ſunt, quæ ad prioris doctrinæ confirmationem adducit Vaſquius *de ſucceſſionum reſolut. lib. 1. §. 9. num. 26. & ſeqq.* vbi dicit veram & communem eſſe, quod legibus obedire debeant, tamen Iudicibus liberum ſit, per modum declarationis leges alterare, earum pœnas commutantes, addentes & minuentes, iuxta ſubiectam materiam, habita ſpecierum & perſonarum, locorum, temporum & cauſarum, de quibus agitur, diligenti ratione & conſideratione, per rationes & iura ibi allegata, vbi in ſequentibus tradit, quod per modum declarationis Inferiores plura poſſint, puto tamẽ quòd Iudex vel magiſtratus minor hoc ipſum ne quidem ex cauſa poſſit in delictis & pœnis à lege vel ſtatuto determinatis, niſi fortè ſtatuta reperiantur in cauſis ciuilibus, & non capitalibus, quippe rigor pœnarum legalium, communi totius Chriſtianitatis vſu, eſt antiquatus, Couarr. *lib. 3. var. reſolut. cap. 16. num. 7.* DD. *in cap. 1. de dolo & contumacia*, Socin. *in Regal. fallent. verſ. pœna 292.* Ant. Gabriel *in comm. concluſ. tit. de acq. & amittenda poſſ. concl. 1.* Sarmient. *ſelect. interpret. cap. 13. nu. 7.* hinc rectè Wameſ. *cent. 1. conſ. 20. num. 13.* quod Iudex faciens exorbitantia præcepta (vti proh dolor nimis ſæpe hodie) in ſyndicatu teneatur, quemadmodum pœnam priuationis, extra iuris diſpoſitionem, per Iudicem apponi nõ debere, tradit idem Wameſ. *tom. 1. conſil. 236. num. 3.* ſicut & Eccleſia non proſequitur pœnam *cap. fraternitatis 12. q. 2. cap. dilecti de arbitr.* imò vbi certa pœna à ſtatuto vel conſuetudine introducta eſſet, vix eſt, vt Iudex inferior aliquo caſu eam minuere, vel remittere poſſit, per notata à Damhaud. *cap. 173. num. 57. & ſeq.* atque *nu. 59.* quòd Iudices, qui nimium curioſè de Principum poteſtate & edictorum vi & obſeruantia diſputant, eaquè in dubium vocant, videantur inobedientiæ notam ſubire, atque in ſuſpicionem malæ affectæ conſcientiæ deuenire, quia, vt ad propoſitum Bald. alleg. ab Afflict. *deciſ. 321. num. 2.* dicit, conſcientiam legis vincere conſcientiam hominis, & Godefrid. *in l. 1. §. quorum, num. 4. Cod. ad SC. Turpill.* ait, Iudicis non eſſe ſtatuere, ſed ſtatutam legibus pœnam, facto accommodare.

Hinc magis conſultum videtur, vt in caſu 8.
occurrenti, vbi certa pœna in aliqua noua Principis ordinatione ſtatuta reperitur, ipſe Princeps ſuper eiuſdem remiſſione adeatur, licet hodie ex cauſis ipſo inconſulto ſæpius minuatur & temperetur, de quibus plenè Farinac. *de delict. & pœn. quæſt. 17. per tot.* idq; per fundamenta ſuperius adducta, vel per modum Epicheiæ, vel quando non datur facilis recurſus ad Superiorem, Felin. *in cap. 1. num. 49. x. de conſtit.* & ita video obſeruari, quòd Iudices inferiores ex cauſis temperent, & minuant pœnas, pono exemplum: Ordinatione Principis cautum eſt, vt qui alium in iudicio iniurijs afficiat, ſoluat 100. ducatos, & Iudex vidit aliqua interuenire, ob quæ tanta mulcta irrogari non debeat, hoc caſu non video, quare ex cauſis iuſtis, pœnam hanc vel mulctam temperare & minuere non poſſit, & reuera ita in ciuilibus fieri, & obſeruari ſcio, ſed non ita in criminalibus Wehneri *pract. obſeru. litt. Z. verb.*

Digitized by Google

verb. 𝔍𝔫𝔫𝔦𝔱𝔢𝔦𝔱. *verſ. in Franconia, in verb. quare nec abſque*, ibi DD. vide tradita per Delrium *d. ſect. 1.* nempè quòd Iudex ex cauſa poſſit pœnam mortis commutare in minorem, non tamen iuxta communem in aliam corporis afflictiuam, intelligerem de iſtis Iudicibus, de quibus capite præcedenti dictum fuit, de quibus & intelligo illam communem DD. opinionem contra communem, quòd in pœnis arbitrarijs Iudex poſſit infligere pœnam mortis, iuxta Menoch. *de arbit. lib. 1. quaſt. 86.* communem dicit Maranta *diſp. 3.* & pro ea pronunciatum apud Papon. *de arreſt. lib. 24. tit. 10. artic. 2.*

9. Quam, ſi vera eſt (vti negatiuam magis veram dicit Ignatius Lopez *in Pract. Canon. cap. 149.* cum Claro §. *fin. quaſt. 83. verſ. Sed*, Afflict. *deciſ. 276. num. 6. cum alijs per eundem allegatis*) declarandam cenſet Delrio, modo qualitas delicti & circumſtantiarum talis ſit, quod de iure communi, vel de conſuetudine eſſet pœna mortis imponenda, alias ſecus eſſe dicit, & ita docet Ant. Faber *in C. de pœn. defin. 6. n. 1. & 2.* quòd in pœna extraordinaria iudicis arbitrio imponenda, nunquam poſſit eſſe arbitrium tale, vt pœnam mortis irroget, ſed ſemper mitior debeat eſſe extraordinaria, quàm ordinaria pœna; vide alias diſtincte Bonacinam *ad 8. Decal. preceptum diſp. 10. quaſt. 2. punct. 7* vtrum Iudex pœnam à lege taxatam remittere poſſit, & Ferdin. de Caſtr. *de virtut. & vitiis tract. de diſpenſat. legis diſp. 6. punct. 6. per tot.* qui habeant poteſtatem diſpenſandi à pœnis in lege ſtatutis, vel ab homine latis, & *punct. 8. §. 2.* quæ cauſa requiratur pro diſpenſatione legis Superioris, item *punct 9 & 13.* ex quibus cauſis Iudex à pœna legis recedere poſſit, vide Peregr. *de iure fiſci, lib. 4. tit. de mulct. nu. 24. & precedenti remiſſiuè* multæ paſſim referuntur cauſæ, ob quas pœna ordinaria & extraordinaria mutari poſſit, de quibus Gail. *lib. 2. de p. p. cap. 9. nu. 24. Idem 2. obſer. 110. num. 40. & ſeq.* Minſing. *20. obſeru. 30.* Hyppol. de Marſil. *ſing. 182.* Farinac. *de delict. & pœnis quaſt. 17. abunde per tot.* & latiſſimè Tiraquell. *de pœnis temp.* adde Clar. *quaſt. 65.* latè Vigel. *in methodo iur. controu. lib. 1. cap. 7.* vbi plurimi recenſentur caſus & limitationes, vide ad eum, quia rèfert caſus quotidianos; inter cæteras declarationes quoque notabilis eſt illa, quam ego quandoq; multum extollebam, ſi moderatio foret mali exempli, Andr. Knich. *de iure territorij cap. 3. nu. 436.* & prædicta Farinac. *d. loco de inquiſit. quaſt. 6. per tot. & de delict. & pœn. 417. per tot.* & Tiraquel. *de pœn. temp. cauſ. 54.* latiſſimè quodue Tepatus *in compend. deciſ. tit. 329. de defenſion. reorum in genere, vbi per aliquot cap. & tit. ſeqq.* ad quem in factorum contingentijs confugiſſe te non pœnitebit. & DD. allegat Roman. *ſing. 78.* vbi & Additionat. an Iudex poſſit minuere vel augere pœnam.

Concludo cum Symmacho 10. perbellè dicente, alia eſt conditio Magiſtratuum, quorum corruptæ videntur eſſe ſententiæ, ſi ſint legibus mitiores, alia Dominorum Principum poteſtas, quos decet acrimoniam ſeueri iuris inflectere, quo ſenſu accipi poteſt quod S. Auguſt. *epiſt. 158.* ſoleo audire, inquit, in poteſtate eſſe Iudicis mollire ſententiam, & mitius vindicare, quam iubent leges, vt intelligatur loqui de iudice ſublimiori, vel in cauſis ciuilibus, vbi variant circumſtantiæ, nam inferiores ad obſeruantiam legum, ſtrictè obligatos eſſe, alibi probaui.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XV.

De pœnitentia in delictis, quomodo excuſet, & veniam mereatur.

1. QVamuis regulariter dicatur, quòd pœnitentia delicta non excuſe t, *l. qui ea mente, ff. de furt. & l. 3. in fin. Cod. de Apoſt.* & Chriſtinæus *vol. 5. deciſ. 98. num. 3. & deciſ. 100.* vbi, an in furto conſummato ſit locus pœnitentiæ, & quid regulariter ſeruetur, nam vt ait Comicus, qui poſt iniuriam ſe excuſat, parum mihi prodeſt. Terent. *in Heigia act. 5. ſcen. 1.* vidi tamen pro cauſa condonationis ipſius delinquentis pœnitentiam allegari, pro quo pulcher eſt textus *in cap. ferrum, diſt. 50.* non debet in eo deſpici quod fuit, quia incipit eſſe quod non fuit, qui inducitur pro filia, quæ caſtè non vixit, quod emendata non poſſit à patre exhæredari, Cæuall. *in Spec. commun. opin. quæſt. 537. num. 3.* an autem poſt delictum conſummatum, pœnitentia habeat locum, vel rei mitius puniendi ſint, vide diſtinctè Zaſium *lib. 1. conſ. 23.* Berlich. *p. 4. concl. 23. & p. 5. concl. 44. num. 6. & ſeqq.* Tiraquell. *de pœn. temp. cauſ. 28.* Hering. *de fideiuſſ. cap. 20. §. 33.* Farinac. *q. crim. 124. num. 168.* Gratian. *diſcept. Forenſ. lib. 2. c. 202. num. 29. & ſeqq.* in caſu iniuriarum Weſemb. *in parat. de iniur. n. 4.* quod nuper habui in facto ex Ant. Fabro *in Cod. de iniuriis, def. 9.* & Papon. *de arreſt. lib. 8. tit. 3. de iniur.* Berlich. *p. 3. concl. 60. num. 16.* Vidi poſtremo Karpzou. *p. 4. Conſt. Saxon. 2. def. 10.* vbi & pœna maleficis mitiganda eſt, qui nondum accuſati, vel nondum incarcerati, veram pœnitentiam agunt, & *Conſt. 32. def. 17.* quod Iudex etiam furi prius pœnitenti, & parti læſæ ſatisfacienti, indulgere poſſit, non tamen vt omnino à pœna eximatur, ſed quod extraordinaria vel relegatione, vel carcere, vel fuſtigatione puniendus ſit, vt docet *defin. præced. 16.* ibi declarat textum *iur. ciuilis*, quod fur, quantumuis pœnitens, non mereatur veniam, quia id verum dicit de iure Ciuili, quo pœna non erat capitalis, & rurſus *p. 4. conſt. 17. def. 10.* quòd pœnitentia liberet reum à pœna incendij, & reſpondet ad obiectionem, quòd delicto perfecto locus non detur pœnitentiæ, quia dicit id non aliter accipiendum, quàm quoad totalem pœnæ remiſſionem, non vero, vt non liberet, à pœna ordinaria.

Declara prædicta procedere ante incarcerationem, quis enim carceri iam mancipatus non pœniteret? ſi non implicitè, ſaltem explicitè, an autem præſumptio malitiæ per pœnitentiam tollatur, vide diſtinctè apud Lucam de Pen. *in l. quemadmodum, n. 25. & ſeq. Cod. de agric. & cenſit.* pœnitentiæ, an & quando locus ſit, exornatur in Heringio *de fideiuſſ. cap. 27. n. 224.* qui fatetur ſe reum, placat Deum, vbi vera pœnitentia, ibi Dei clementia; pœnitentia apud Deum nunquam ſera eſt, Fulgent. *epiſt. 2.* neque enim rectæ voluntati ſerum eſt tempus vllũ, præſtat ſerò quam nunquam officium facere, nec vult peccatoribus inferre vindictam, inquit S. Chryſoſt. qui dare quærit pœnitentibus veniam, ſed vnum [illegible] nemque Deus de ſuo fine, non de vita præ[illegible] a iudicat, in quacunque enim hora in[illegible] nuerit peccator, Deus miſerebitur ei [illegible] ita & peccata præterita non nocent, qu[illegible] do non placent vide Pacian. *lib. 1. de pr[illegible]. cap. 51. num. 62.* iunctis traditis *tit. [illegible] dubiis cap. 10. in fin.* & per Thomam Hybernicum *in floribus Doctorum, verb. Confeſſio.* 2.

CAPVT XVI.

An poſt Sententiam venia dari, & delicti pœna in aliam commutari poſſit?

1. PRo conſtanti ponitur, quod Maiores Magiſtratus ex cauſis habeant poteſtatem pœnas capitales, parte læſa contentata, remittendi, & ordinariam in aliam commutandi, adeo vt non exiſtimem hoc caſu applicari iſtã DD. doctrinam, quòd Iudex pœnalem ſententiam mutare nõ poſſit, quã tradit Freher. *dict. tract. de infam. cap. 7. num. 24.* Lucas de Pen. *in l. ſi quis, num. 42. Cod. de deſert.* Farinac. *de delict. & pœnis, quæſt. 17. num. 61.* vbi plurimos idem tenentes citat, quia hoc intelligo de Iudicibus vel Magiſtratibus minoribus, vel etiam de maioribus tunc, quando pars læſa haberet ius ex ſententia quæſitum, ſecus vbi foret ei ſatisfactum, nam quoad pœnam legalem, pars offenſa nullum habet intereſſe, ſicut & pœnæ legales fiſco debentur, Roſenthal. *de feud. cap. 5. concluſ. 50. ibi & concluſ. præced.* quod à pœna legibus definita appellari non poſſit, ſed benè ab arbitraria & mulcta (niſi tamen ex vera contumacia proceſſerit) appelletur. Mynſing. *3. obſer. 43.* quod declara ex eodem Mynſing. *4. obſer. 41.* atque ita tenet Knichen *d. cap. 5. num. 534.* quod Superiori competat facultas commutandi pœnam poſt ſententiam. At alia eſt inferiorum Magiſtratuum conditio, qui ſemel iudicata mutare nequeunt, *ll. 15. 55. & 62. ff. de re iudic.* ne quidem ipſe Senatus vel Concilium, ſed benè eiuſdem Superior ſeu Princeps, Anton. Faber *in Cod. de pœn. defin. 8. ibi & defin. 1.* quod etiam parte contradicente poſſit Princeps facere gratiam criminis & pœnæ capitalis, quæ irrogata fuit in vicem & locum pœnæ pecuniariæ: de remiſſione criminum, & qualia remitti poſſint vel non, vide Damhaud. *in praxi crim. cap. 149.* & ſatis diſtinctè Zaſium *in l. acta §. de amplianda ff. de re iudic.* quo me breuitatis cauſa remitto.

Aſt an id poſſint ratione innocentiæ poſtea repertæ, vide Couarr. *2. var. reſolut. c. 98.* de remiſſione pœnæ & infamiæ Tenninum *de Cautel. caut. 208.* & de principali quæſtione Tepatum *in Compend. deciſ. tit. 303.* de pœnis & mulctis delictorum in genere, *cap. 7. & 8.* quando mulctæ remitti poſſint; alias an Iudex poſſit pœnam relaxare Bonacin. *ad 8. Decalogi præceptum, diſp. 10. quæſt. 2. punct. 7.* certum autem eſt, quòd peccatori non ſufficiat mores in melius commutare, ſed debet etiam de præteritis ſatisfacere, quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, adde Baiard. ad Clarum *§. fin. quæſt. 59.* & Paponem *de arreſtis lib. 24. tit. 17.* de indulgentia criminum, quod poſt rem iudicatam Princeps pœnas delictorum remittere poſſit, docet Peguera *deciſ. 18.* 2.

CAPVT XVII.

Reſolutiones Obiectionum ex S. Litteris, aliiſq; locis deſumptarum, an, & quando contra Ius naturale & diuinum diſpenſare licitum ſit?

NEque obſtant, quæ hoc *tit. cap. 8.* ex S. Litteris adducta fuere, præterquam enim ex ſupradictis reſponderi poteſt iuxta doctrinam Grotij *lib. 2. de iur. belli cap. 20. num. 22.* vbi, an quis puniri poſſit & debeat, dependet ex connexione finium, ob quos pœna inſtituta eſt, quare ſi fines iſti per ſe, morali exiſtimatione neceſſarij non ſint, 1.

aut

Digitized by Google

aut fines ex oppoſito occurrant, non minus vtiles aut neceſſarij, aut fines pœnæ propoſiti alia ratione obtineri poſſint, iam apparet nihil eſſe, quod ad pœnam exigendam præcisè obliget, & ibi quoque ob quam cauſam mutari poſſit, vno modo reſpondetur ex Follero *d. loc. num. 40.* licet contra Ius diuinum & naturale diſpenſari non poſſit, attamen quandoque relaxatur rigor eiuſdem; vt ita ex cauſa aliqua, pœna homicidij minui, & criminoſis venia dari poſſit, Zaſius *in paratit. de iuſtit. & iur. num. 21.* quod ipſum pulcherrimè inducitur à Vaſq. *de ſucceſſionum reſolut. lib. 1. §. 9. n. 33. & ſeq.* quomodo per modum declarationis ius diuinum moderari, & limitari poſſit, vti & Epiſcopus, licet contra ius Canonicum diſpenſare nequeat, hoc tamen poſſit ex cauſa vide ibi, & ita cum DD. allegatis docet Barboſa *in cap. ſunt quidam 25. quæſt. 1.* quòd Papæ diſpenſatio non admittatur in diuinis, ſed quod poſſit ex cauſa iuſta ius diuinum, & præcepta diuina interpretari, & declarare, quodque illa cauſa debeat eſſe iuſta, aliàs diſpenſatus non foret tutus in conſcientia, vbi & *num. 6.* declaratur, §. *Sed & naturalia, Inſtitut. de Iure natural. & num. 8.* quamuis prima & communia præcepta naturalia deficere nō poſſint, quia perpetuam habent iuſtitiam, tamen concluſiones ab illis deductæ aliquando deficiunt. vide ibi & eundem *in cap. Occidit 23. q. 8.* vbi traditur an Præcepta Decalogi ſint diſpenſabilia, & ibi DD.

2. Altero modo & pulchrè Zaſius *in l. cum quis, num. 5. ff. de verb. oblig.* quomodo ius naturale & perpetuum per Principem alteretur, Minſing. *decad. 3. reſp. 2. nu. 66.* latius Couar. *de matr. p. 2. cap. 6. & 9. per tot.* latè quoque de diſpenſatione Papæ, Pariſ. *vol. 4 conſil. 68.* & Scaccia *lib. 2. de iudic. cap. 9. num. 382. & ſeq.* quod Papa iuxta DD. poſſit interpretari, & ex cauſa limitare ius diuinum, & arguitur pro & contra, an Papa facere poſſit vt vnico teſti credatur, & ex multis docet Vaſq. *lib. 1. contr. cap. 25. num. 18. & ſeq.* quòd diſpenſatio in his, quæ ſunt iuris diuini vel naturalis, ex cauſa licita ſit, & ad plura notabilia infert, & *cap. ſeq.* an à Deo diſpenſari poſſit cum Præceptis Decalogi, vide Ferdin. de Caſtro *de diſpen. diſp. 6 punct. 2.* & de diſpenſationis materia per multas concluſiones Bonacin. *de ll. diſp. 1. q. 2.* & per quos diſtingui & limitari poſſit ius diuinum, pulchrè declarat Barboſa *in d. cap. Occidit,* an & quæ Præcepta Decalogi ſint diſpenſabilia, vel non.

Tertio modo ſubtiliter reſponderi poteſt ex Grotio *de iure belli, lib. 1. cap. 1. ſub num. 10.* nam licet concedat ius diuinum & naturale eſſe immutabile, fit tamen interdum vt in his actibus, de quibus ius naturæ aliquid conſtituit, imago mutationis fallat incautos, cum reuera ipſum ius naturæ non mutetur ſed ipſa res, de qua ius naturæ aliquid conſtituit, quæque mutationem recipit, vti ibi exemplificatur & clarius in Scac. *de commerciis & cambio §. 5. q. 7. p. 1. ampl. 19. num. 19.* nam inquit ſicut ſpeculum, licet in eo diuerſæ figurę reſpiciantur, ac ad modum obiectorum repræſentet, ſemper tamen idem manet, & nunquam mutatur, ſed quia variantur obiecta, variantur quoque ſpeculi repræſentationes, ita quoque ius diuinum & naturale eſt immutabile quidem, ſed quia variantur cauſæ, variatur & legis diſpoſitio, non tamen ipſa lex vnquam mutatur, ſed mutantur circumſtantiæ rerum aut res quæ lege indigent, vti latius ibi; & congruit quod alij adducunt, ex Quintil. 3.

Digitized by Google

lib.7.c.7. nunquam eſſe legem legi contrariàm ipſo iure, ſed eas caſu collidi & euentu, dum variatio illorum, quæ de iure naturali ſunt, nō fit propter mutationem, quę in iure naturali contingit, ſed propter aduentū circumſtantiæ, quæ extrahit obiectū è numero eorū, quæ lex comprehendit, Molin. *de iuſt. & iure lib.1.diſp.4.* Couar. *in cap. peccatum, §.11.n.2.& ſeq. de reg. iur. in 6.* vel denique memini me legere, quod ſic declaretur Ius diuinum & naturale, prout ex cauſa poteſt Summus Pontifex non tam contra illud Ius diſpenſare, quā id limitando declarare, vti inter alios caſus reperitur & caſus homicidij Farinac. *de inquiſit.q.6.n.23.* ſiue tunc Epicheia vti licebit, quam Ferd. de Caſtro *tr. de conſcientia errante*, vocat emendationē vel interpretationem, quando aliquis interpretatur legislatorem, vel non potuiſſe, vel noluiſſe ad aliquē actum, etiam ſub verbis legis comprehenſum, obligare ob occurrētes circumſtantias, vide ibi, & quādo illa licita ſit, hoc ſenſu ab aliquibus DD. Epicheia dicitur vel vocatur æquitas, interim notandū, quòd Garcia *de benef.p.11.c.5.§.4.n.351.* dicit, Epicheiam nō habere locum in iure naturali, quale eſt illud, quod Inferior in lege Superioris diſpenſat, quia in ea nō cadit emendatio, ſicut in lege humana, niſi ex cauſa magnæ & publicæ vtilitatis, nō priuatę vide ibi.

Ego abſoluendo hanc materiam de Clementia, vt cum de propitiato peccato non debeam eſſe ſine metu Eccleſiaſt. cap.5. *ac proinde non expediat habere inexorabilia peccatis atq; erroribus Numina Senec.* lib.1. de Clement. cap.7. *Sit mihi clemens, qui reuera eſſentialiter eſt clementiſſimus, benigniſſimus & miſericordiſſimus. Ea propter obſecro te piiſſime & mitiſſime* Ieſu, *vt veram pro peccatis meis infundas contritionem, cor meum lapideum emollias ad compunctionem, accendas ad filialem tui amorem, nec retribuas mihi ſecundum peccata & demerita mea, ſed ſecundum infinitam ac æternam Clementiā & miſericodiam tuā, vberior enim eſt tua clementia quā mea precatio, maior tua miſericordia quam mea peccata, quandoquidem vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit & gratia, non eſt ergo quo fugiam, niſi à Deo irato ad Deum placatum, pius enim & clemens eſt Dominus noſter. & non auertet faciem ſuam à nobis, ſi reuerſi fuerimus ad eum* 2. Paralip. 30. *benigni quippe Principis eſt, inquit Caſſiod. ad clementiæ commodum tranſilire terminos Æquitatum, quando ſola eſt miſericordia, cui omnes virtutes honorabiliter cedere non recuſant, Domini enim noſtri miſerationes ſuper omnia opera eius, qui nos in miſerationibus præuenit, ſuſtentat & præſeruat, hinc S. Auguſtinus, vide quid tibi debeatur, & quid dederit, qui gratis dedit, data eſt venia peccatori, datus eſt ſpiritus & ſpes Iuſtificationis, data eſt charitas & dilectio, in qua omnia bona facias, ſuper hæc & dabit vitam æternam, & ſocietatem Angelorum, totum de miſericordia, merita tua non iactes, quia & ipſa tua merita Dei dona ſunt. Hoc igitur magnum turbati animi ſolatium eſt, ait S. Gregor.* in Moral. *vt homo pulſatus vitiis, cum ſe quaſi nudari virtutibus conſpicit, ad ſolam diuinæ miſericordiæ ſpem accurrat, Miſericordia namq; eſt ſalutis præſidium, Fidei ornamentum, propitiatio peccatorum, hæc eſt quæ Iuſtos probat, Sanctos roborat, Dei Cultores oſtentat S. Chriſoſt.* ſuper Matth. *Ergo,*

——————— tandem miſerere, precesque
Supplicis exaudi, tibi enim peccauimus omnes.

TITV-

TITVLVS QVARTVS.

Iuſtitia in Dubijs vulnerata.

CAPVT PRIMVM.

Rebus in humanis nihil certum eſſe, ideoque de omnibus dubitare licere, & quomodo?

1. CVm in rebus humanis nihil ſit vſque adeo ſemotum ab omni controuerſia (tametſi maximã cum Iuſtitia cognationem habeat) quod dubitationẽ & controuerſiam non recipiat, ſi ſubtiliter animi curas intendas, Simanc. *lib. 2. de Repub. c. 12.* quippe quæſtiones ſæpe occurrunt inexplicabiles, facta dubia & obnoxia, teſtimonia varia & pugnantia, ita vt nulla iuris ſanctio, quantumcunque propenſo digeſta conſilio, ad humanæ naturæ varietatem, & machinationes eius inopinabiles ſufficiat, nihilq́; tam certum ſit, & ſtatuatur, quin ex cauſis emergentibus in dubium reuocetur, vt loquitur Pontifex *in Præfat. Clement. & ſupra de adminiſt. Iuſt. latius allegatus,* ſimiliterq́; Imperat. *in Nouell. de Tabell. cap. 1. § 3.* nihil inter homines ſic indubitatum eſt, inquit, vt non poſſit (licet aliquid ſit valde iuſtiſſimum) tamen ſuſcipere quandam ſolicitam dubitationem, cuius dictum reaſſumit Caches *deciſ. 29. in prin.* & hoc vitio affecta eſt humana fragilitas, vt homines etiam in rebus clariſſimis & emendatiſſimis, aliquando inter ſe diſſentiant, *l. item ſi vnus, §. principaliter ff. de arbit.* ita vt cum Poëta dicat IConſultus *in l. qui poterat ff. ad Trebel.*

Velle ſuum cuiq; eſt, nec voto viuitur vno.

& textus *in c. vtinam, diſtinct. 74.* inquit, quælibet prouincia ſuo ſenſu abundat, cuncta mortalium incerta, dicit Tacitus *in Annal.* quantoq; plus adeptus, tanto magis in lubrico es, ideo ſapientis eſſe dicitur etiam tuta metuere, quippe Protoplaſtorum lapſu impedimur, quo minus in humanis, pleno naturæ lumine fruamur, vnde Socrat. nil ſe ſcire profeſſus eſt, Pyrrho de omnibus dubitauit, & Democritus in puteo veritatem ſubmerſam eſſe dicebat.

Vnde non immerito Menoch *conſil. 260.* 2.
in prin. reſpondit, pro more prudentiſſimorum Iudicum, quibus vt contendentibus ſtudeant ſatiſfacere, non eſſe inutile, teſte Philoſopho, de ſingulis dubitare, & Anton. Mar. Corat. *in comm. opin. in præf. num. 18. & tit. 1. num. 16.* dubitare etiam de re clara ſapientis eſſe; dubitatio namque principium inueſtigationis & fidei dicitur, per eos quos allegat Farinac. *de indic. & tortur. lib. 1. tit. 5. quæſt. 36. num. 197.* notando ſiquidem & diſputando benè ac optima ratione, quod agendum eſt, fieri præſumitur Gallin. *de verbor. ſignif. lib. 5. cap. 18. num. 470.* atque inde, vti ex duorum lapidum conflictu elicitur ignis, ita ex duorum collatione, veritas abſcondita in lucem emergit, & quemadmodum marceſſit ſine aduerſario virtus Reuſner. *claſſ. 1. ſymb. Imp. 61.* ſic fatua eſt quæſtio, quæ non habet rationem dubitan-

di, *arg. l. Domitius 27. ff. qui teſtam. facere poſſ.* vt nec de ſingulis dubitare ſit inutile, Scipio *deciſ. Rota Spir. 8. lib. 3.* iunctis traditis *infra de Veritate, c. 3.* Quod ipſum ni ſanè intelligas, videtur eſſe contra vulgatas doctrinas, quod nimirum in re clara non ſit dubitandum, nec diſputandum *l. ille aut ille, §. fin. & l. non aliter, ff. de legat. 3. cap. ad audientiam ibi Abbas x. de decimis,* nec interpretandum Iaſon. *in l. quicquid aſtringendæ col. 5. de verb. oblig.* nam vbi verba clara ſunt & perſpicua, calumnioſam eſſe quamcunq; aliam interpretationem dicit Bald. *in Auth. niſi Rogati, columna 2. Cod. ad Trebell.* & reſpondit idem Bald. *conſil. 174. in fin. vol. 2.* quod vbi verba clara ſunt, cauillationes Aduocatorum non debent habere locum, etiamſi lex dura eſſet, ſiquidem, adeo hominum malitia creuit, vt actus humani tam clarè explicari non poſſint, quin ſophiſmatibus obſcurari, ac in alienum ſenſum aſtuta aliqua & ſubtili interpretatione detorqueri queant, prout poſt Hoſtienſ. conqueritur Decian. *conſil. 11. num. 65. volum. 1.* & ſecundùm Nattam *conſ. 60. col. 5.* nihil tam clarè, tamque aperte verbis proferri poteſt, quod non maligna ac ſophiſtica interpretatione euelli poſſit, leges enim ſæpè calumniantur *l. non dubium, C. de legib.* & cauillantur *l. 2. §. tractari, ff. ad Tertull. l. ea eſt natura, ff. de regul. iur. l. pen. ad exhib.* ceſſat omnis diſputatio, vbi eſt caſus legis vel ſtatuti Barboſ. *tract. Axiomatum iuris vſufreq. axi. 136. num. 10.* prædicta exornantur in Card. Tuſcho *lit. L. concl. 262. nu. 5. & ſeqq.* quippe ex Ariſtot. *1. Ethicor.* infert Bald. *in l. precibus, col. 6. num. 23. Cod. de impub. & aliis ſubſtit.* ignorantes, ſicut longè diſtantes ſpeculari, & in claris non eſſe laborandum circa argumenta à coniecturis, *l. continuus ff. de verb. obl.* Surdus *deciſ. 205. num. 35.* & tunc ſubtiliſare eſt errorem quærere Barboſ. *tr. Axi. Iur. vſufreq. axi. 214. & 222. num. 32.* quod verba clara non admittant interpretationem, neque voluntatis coniecturam, quocirca bene præcipiunt ait Cic. *1. Offic.* qui vetant quicquam agere, quod dubites æquum ſit an iniquum, æquitas enim lucet ipſa per ſe, dubitatio autem cognationem ſignificat iniuriæ, vnde Prouerbium: Quæ dubitas ne feceris. Sic & Vlpianus diligẽter inculcat Iudici, vt ex certa animi atque indubitata ratione dirimat litem, *l. ſi irruptione ff. fin. regund. cap. poſtulatus 3. quæſt. 7. cap. litteras de reſtit. ſpoliat.* in rebus perſpicuis & nullam deſiderantibus defenſionem, ſtoliditatis eſſe diutius immorari dicit Arnob. *lib. 1.*

3. Licentia igitur quadam Academica, de omnibus & ſingulis dubitare & diſputare licebit, vt diſputando & dubitando ſublimius aliquid affectetur, vel veritas magis diſquiratur, adeoque extra iudicium, id eſt, extra fortunæ, famæ, & vitæ periculum, ſit iſta ſapientiæ affectatio liberior, in iudicio vix, in ſententiæ pronunciatione vix ac ne vix quidem ferenda, ſed potius, quantum humanitus fieri poteſt, vt damnoſa, vt noxia profliganda eſt, ne iniqui iudicij reus obſerueris, inter quos

——— clariſſima virgo
Iuſtitia eſt, veneranda Dijs, habitantibus Aſtra,
Et Ioue nata, ipſam ſi quiſquam lædat iniquis
Iudicijs, queribunda Ioui mox illa parenti
Aſſidet, atq; hominum mentes accuſat iniquas.

Quia

Eſt modus in rebus, nimium, nimiumq; mouendo
In dubium trahitur Iuſtitia atque Fides.

4. Sicuti igitur temperamentum Philoſophorum eſt, ſub dubitatione reſpondere, & quandoque per verba forſan ita, è contra

Iudex

Digitized by Google

Iudex controuerſiam non debet dimittere indeciſam, ſed apertè & clarè eam determinare Scaccia *de ſent. & re ind. gloſſ. 14. q. 23. num. 1.* quare à prudentioribus factum memini, quos ſæpius ſecutus ſum, antequam ad definitiuam ſententiam progrederentur in factis ambiguis, obſcuris, & dubijs (potius enim de facti quàm iuris quæſtione Iuriſconſultis dubitare licebit) dubia communicata, atque eorundem reſolutionem, præambulo quodam decreto iniunctam fuiſſe, quippe ſæpe in actis contingit aliqua pro vero allegari, quæ tamen à parte rei vera nō ſunt, nec enim quid verum dicatur, ſed quid verum ſit inſpicimus, quodqúe probatum reperitur in calculo ferendæ ſententiæ attendimus, nam omnis ferè iuſtitia controuerſi fori, pendet à probationibus Pacianus *lib. 1. de probationibus cap. 5. num. 3.* poterit igitur & Iudex liberius & prudentius in pręambulis dubitare, quandoque etiam de re alias clara, quam tamen ipſe non ſatis benè perſpicit, vel etiam ignorat Coraſ. *d. tit. n. 15. in fin.* ſeu etiam quando quæſtio iuris (in quo omnia alias dicuntur clara) eſt probabiliter dubia, puta dum agitur de intellectu alicuius legis, quæ varijs interpretationibus exponitur, vel quando de ea extant variæ DD. opiniones, vti prædicta probat Scaccia *de Iudic. lib. 2. cap. 2. num. 62. & ſeq.* & ita ſapientis eſt de ſingulis dubitare.

CAPVT II.

Argumentum ex doctrinis ambiguis & Brocardicis deſumptum, non eſt legitimum.

1. QVemadmodum ex ambiguis, & multiplici ſignificatione nihil rectè concluditur, neque deciditur Hering. *de fideiuſſor. cap. 24. num. 90. & ſeq.* ſic & vbi verba clara non ſunt, non poteſt poni certum fundamentum Farinac. *lib. 2. deciſ. Crim. 27. n. 16.* nam quod multiplex eſt, & ad varia trahi poteſt, non ſolum ex vulgata Boëtij ſententia, ſed etiam ipſo ſenſu ambiguum eſſe cognoſcitur pulchrè Mindan. *de continentia cauſ. cap. 1. num. 1. ex Philoſopho,* incertus ſit animus, & infinitè feratur neceſſe eſt, ſi quis eo, quod multis modis dicitur, proinde ac ſi non eſſet ambiguum, vtatur, ſic enim incertum eſt, qua in ſignificatione id, quod dictum eſt, intelligatur, Ariſtoteles *lib. 1. de Cœlo cap. 11.* ideo periculoſum eſt, ſimpliciter aliquid inde inferri Cothom. *vol. 5. Reſponſ. 34. nu. 38.* neque enim in rebus ambiguis debet eſſe abſolutum iudicium Barboſa *Tract. Axiomat. iur. vſufreq. ax. 23. n. 10.* hinc eſt quod ex doctrinis brocardicis generaliter allegatis nihil legitimi probetur Zaſius *lib. 2. conſ. 13. n. 36.* cuius rationem quoque allegat *num. 67.* Pacian. *lib. 2. de probat. cap. 25. n. 78.* Card. Tuſchus *lit. P. verb. perplexitas qua dicatur concl. 314.* doctrina autem brocardica eſt, quæ dubia, anceps & anfracta eſt, Zaſius *in l. cum ſeruus, n. 7. ff. de verb. obligat.* Tuſchus *lit. B. concl. 132.* ibi & quod non poſſit allegari ad deciſionem cauſarum, an autem ex actibus dubijs adita cenſeatur hæreditas, & qui actus verè ſint dubij, vide Franciſc. de Barri *de ſucceſ. teſtat. & inteſt. lib. 11. tit. 3.* ibi & allegat Manticam *de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 12. & alios,* & quod ex ambiguis nulla certa ſequatur determinatio, Zaſius *lib. 2. conſ. 10. num. 38. & ſeq.* vbi exornatur de dubia ſubſcriptione, quæ plures ſenſus complectitur, quod non inferatur abſoluta inde renunciatio, nunquā liquidum ſincerumq; inquit Senec. *de Clementia 2. cap. 5.* ex turbido

bido venit, & rurſus Zaſius *in l.quidem exiſtimauerunt n.20.ff.ſi certum petatur* quod æquiuocatio impediat argumentum de vno ad aliud.

CAPVT III.

Quot modis Res dicatur ambigua & dubia? Et differentia inter dubietatem & ignorantiam, titubationem, neſcientiam, & de bona & mala fide, eiuſq; effectu.

1. RES vero ambigua dicitur quinque modis Zaſius *in l.quoties n.3.ff. de verbo. obligation.* vide ad eum, & quid in cauſis ordinarijs dubijs ſequendum & iudicandum ſit, quid in extraordinarijs ſpeciali lege non deciſis, quid in arbitrarijs, quid in præſumptionum conflictu, & contrarietate? pluribus tradit Vigelius *in Methodo Iuris controuerſi, reg. 1. vſque ad fin.* latè de ea materia Tepatus *in compen. deciſ. tit. 342.* vbi imprimis de rebus dubijs in genere, & earum interpretatione, reſtrictione, repetitione, effectu dubiorum, & declarationibus, *& tit. 343.* de rebus dubijs circa contractus, *tit. 344.* circa vltimas voluntates, *& tit. 345.* circa legata, quibus ſi iungas Manticam *tr. de tacit. & ambig.* item *de coniect. vlt. volunt.* & Simon de Prætis *de interpret. vlt. volunt.* præter multa notatu digna, videbis plurimas nebulas, & pelagum dubiorum, & conſequenter nauigationem in foro noſtro ſæpe incertam & Iuſtitiam vulneratam, quicquid enim fluctuante animo fit, ad iniquitatem vergit, in ſemita verò Iuſtitiæ, vita; at iter deuium, ducit ad mortem, *Prouerb. 12.* ſic etiam ponunt differentiam inter caſum dubium, & cauſam ſeu quæſtionem dubiam, & quæ talis vide in annotat. ad Matheſil. *ſing. 71. num. 9. & 12.*

Ambiguitas quoque dicitur, alia iuris, alia facti, & alia perſonæ, & quod illa diuerſo modo dicatur, vide Mantic. *de tacitis & ambig. lib. 1. tit. 15.* & Lucam de Penna *in l. generali, num. 9. & 10. Cod. de Tabell. & Scribis,* vbi differentiam tradit inter ignorantiam, neſcientiam, errorem & titubationem; quodq́ue ſcire, neſcire, dubitare, & ignorare diuerſa ſint, in qua lege notabilia tradit de ignorantia, & quotuplex ſit, alias quod dubius ab ignorante non diſtet, imò ei comparetur docet Barboſ. *tr. Axiom. Iur. vſufr. ax. 78. n. 4.* limitatq́; ex Surdo in actu, vbi dubitans tenetur inquirere, & de facili potuit certificari, pulchra quoque Couar. *in cap. poſſeſſor, p. 2. §. 7. de reg. iur. in 6.* de errante & dubitante, & aliqua ſubtilia apud Sarmient. *lib. 2. ſelect. interpr. cap. 10. num. 5. & ſeq.* vbi & definit bonam fidem, quod ſit cognitio rei propriæ, & ignorantia alienæ, mala fides vero eſt ſcientia rei alienę, quodque inter hęc ſint gradus, quibus peruenitur de vno ad aliud, ex quibus gradimur & regradimur, ex ignorantia enim venimus in dubietatem, ex dubietate in ſuſpicionem, ex ſuſpicione in opinionem, ex opinione in credulitatem, ex credulitate in ſcientiam, de quo remittit ſe ad Bart. *in l. admonendi, ff. de iureiuran.* monendo vt eum omnino videas, de quo vide & infra *de Veritate.* Et ita admittit cum alijs, quod & dubitans præſcribat, de quo ſubtiliter Couar. *d. loco,* ſicut & quotidie in foro dicitur, quod per negationem res alioquin clara reddatur dubia, *l. poſt rem ff. de tranſact. l. 4. in prin. Cod. quibus ad libert. proclam.* quod tamen non procedit in negatione iuris, neque in negatione facti apparentis, nec quando negatio eſt improbabilis, nec quando res eſt liquidata, idem dicendum ſi negatio fuerit calum-

calumnioſa, item quando probatio eſt in promptu, prædicta ita declarat Paul. Montanus *tract. de iure tutelæ & curat. cap. 33. num. 307. & ſeq.* vbi & quando cauſa dubia & intricata dicatur.

CAPVT IV.

De effectu bonæ fidei, vnius coniugis matrimonium cum Apoſtata vel profeſſo Monacho contrahente, deq; putatiuo matrimonio eiuſq; effectu.

1. OB bonam fidem, quandoque cauſam cuiuſdam mulieris cum Apoſtata Monacho matrimonium bona fide (ignorabat enim conditionem ipſius perſonæ) contrahentis, defendi, affirmando iuxta Gloſſ. *in l. 3. & DD. ibi relatos. Cod. de inceſt. & inutilib. nupt.* quod ob bonam fidem vnius coniugis, liberi ex tali matrimonio putatiuo nati, legitimi habeantur, vnde teſtatur Annæus Robert. *lib. 2. rerum iudicat. cap. 18.* quod liberis Præsbyteri adiudicata fuerit poſſeſſio in prouiſorio iudicio ob bonam fidem vxoris, ac proinde ſuccedant alias non ſucceſſuri, nam Chriſtinæus *volum. 2. deciſ. 40.* ſatis oſtendit, matrimonium tale non valere, ſi mulier ſciuit conditionem illius perſonæ, & prolem eſſe illegitimam & non ſuccedere, cuius contrarium memini in Patria mea, & alibi per Acatholicos iudicatum, de quo vide *infr. cap. 8. verſ. ego vero.* & de varijs Apoſtatis Borellum *in ſumma deciſionum, lib. 2. tit. 15. num. 130. & ſeq.*

2. Ad confirmationem verò prioris doctrinæ, quòd vnius Parentis bona fides, ſufficiat, vt liberi ſuccedant & legitimi ſint, vide quoque Farinac. *lib. 2. deciſ. crimin. 354. num. 3.* idem teſtatur Hieron. à Laurentijs *deciſ. 70. num. 10.* & Decius *conſ. 153. n. 11.* & quod dicatur putatiuum matrimonium Hieron. à Laurent. *d. loco.* Wameſ. *tom. 2. conſ. 533. num. 19.* vbi an legitimationi prolis ex Religioſo, proſit alterius coniugis bona fides, & quomodo filij ex putatiuo matrimonio ſuccedant Franciſcus de Barri *tr. de ſucceſ. teſtat. & inteſtat. lib. 18. tit. 1. num. 16.* latè Anton. Gabriel. *in commun. concl. de legitimat. concl. 4. & de filijs ex putatiuo matrimonio natis.* Chriſtinæus *vol. 1. deciſ. 337.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 1. num. 99.* Couar. *de matrim. cap. 6. §. 8. num. 37.* vbi & intellectus ad *dict. l. 3.* Ratio autem dubitandi non videtur eſſe leuis deſumpta ab æquiparatis, ſeruus enim & Monachus æquiquiparantur Nicol. Euerhard. *in loco à ſeruo ad Monachum* atqui ſeruus fugitiuus Domino acquirit, *l. 1. Cod. de ſeruis fugit.* ergo & Monachus Apoſtata ſuo monaſterio, & conſequenter quoad ipſius bona non liberos ſed monaſterium ſuccedere dicendum videtur, ſicut bona Apoſtotatę, ad monaſterium pertinent *cap. Abb. 18. q. 2.* vel iure nouo ex conſtitutione Gregorij XIII. debentur ipſius bona Cameræ Apoſtolicæ, Bonacin. *de clauſura & pœnis ipſius violatoribus impoſitis quæſt. 2. punct. 11. in 3. propoſit. num. 5.* ibi in illo puncto & ſubnexis propoſitionibus & §§. varia de Apoſtatis & fugitiuis & qui tales, de quo vide & Menoch. *de arb. caſ. 546.*

Sed prꝗterquam, etiam ipſis ſpurijs æquitate Canonica attenta alimenta debentur iuxta Gloſſ. Cardin. Abbat. & alios, *in cap. cum haberet, per illum tex. x. de eo qui duxit in matrimonium,* & hoc Ius obſeruatur etiam in foro Cæſareo Ant. Gabriel *in com. concl. tit. 6. de aliment. concl. 1. num. 2. & ibi DD.* aduertendum eſt, quòd præfatum Ius 3.

Canonicum, ſtatuit ob bonam fidem vnius coniugis, filios ex putatiuo matrimonio natos, eſſe legitimos *cap.2.& cap.ex tenore ibi DD.x.qui filij ſint legitimi*, conſequenter ratione bonæ fidei ſuccedere debent, *d.cap. ex tenore & ibi DD.& alij allegati.* in Chriſtinæo *d.deciſ.40.*confer Dombſpergetum *de except.adult.p.1.ſect.5.cap.16.paſſim notab.* ratio vero eſt, ne parentis alterutrius factum ipſis liberis noceat, *l.fin.Cod.de natur. liber.* declara prædicta, quoad ſtatutum; vt vir & vxor ſibi inuicem ſuccedant, illud nõ habere locum in putatiuo matrimonio, *l. vnic.ff. vnde vir & vx.* Peckius *de teſtam. coniug.lib.1.cap.25.* ſed conſuetudo vel ſtatutum excludens Religioſum à ſucceſſione etiam ſi apoſtiſando matrimonium contraheret, excluditur, Borellus *in ſumma deciſ. lib.1.tit.14.num.94.* quòd, prout ſupra dictum, apud Acatholicos non obſeruatur, idem ad lucra matrimonij, quodqúe vxor putatiua non habeat illa priuilegia, extendit Wameſius *tom.2.conſ.540.num.15.& ſeq.* ibi & de priori materia.

4. Demum apud Wameſ. *tom.2.conſ.542. n.6.&7.* an inter illos coniuges putatiuos ſit communio bonorũ, vt inter veros & legitimos iure conſuetudinario militans, de quo vide & Gam.*deciſ.176.*& Additionatores *ad deciſ.89.* item Ant.Ferron.*in conſuet.Burdegal.tit.de dote,§.6.limit.8.* ruſus Gam.*deciſ. 207.* diſtinctè Tiraq. *de leg.connub.gloſſ.8. n.234.& ſeq.* Sanch.*de matr.lib.3.diſp.42.* latè Coraſius *in l.qui liberos,nu.31.& ſeq.ff. de ritu nupt.* Rolan.de Valle *tr.de dote,q.97* quę omnia & ſingula nota, quia ſępe occurrunt hodie in praxi, & aliquoties deſuper conſului, quare in facti contingentia recurre ad citatos DD.& ruſus ab iiſdem allegatos, quibus adde Cæuall. *in ſpec.comm.opin. quæſt.697.* & DD.allegatos in Barboſa *in c. cum multæ 14.quæſt.8.* an natus ex ſoluta & patre Clerico ſuccedat matri, vbi diſtinctè.

CAPVT V.

De Dubio ſpeculatiuo & practico.

DE Dubio ſpeculatiuo & practico, & de ſcientia ſpeculatiua & practica vide P. Sanchez *de matrim.p.2.diſp.41.& in ſubiectis quæſtionib.* ibi imprimis tradit differentiam inter ſcientiam, fidem, opinionem, dubium & ſcrupulum, & quod ſcientia ſpeculatiua ſit, quæ in communi dictat certè & euidenter aliquid eſſe faciendum, & eſſe peccatum vel non, opinio vero ſpeculatiua eſt, quæ idem dictat in communi, non certo ſed ſub formidine, dubium ſpeculatiuum, quando in communi dubitatur. 1.

Scientia autem practica eſt, quæ in ſingulari perpenſis omnibus circumſtantijs rei dictat aliquid hic vel nunc eſſe licitum vel non, opinio vero quando quis opinatur, dubium quando dubitatur, an hic & nunc licitum ſit, & appellatur hæc ſcientia, hæc opinio, hæc dubitatio practica, ita vt prior dicatur ſpeculatiua quoad modum vniuerſitatis, altera vero practica reſpectu particularis, vel quod idem, quod eſt dubium ſpeculatiuum, ſit dubium in generali, practicum vero in particulari, & dicuntur differre inter ſe vt theſis & hypotheſis. 2.

Nihilominus ex ſcientia, dubitatione, & opinione ſpeculatiua, debemus formare iudicium practicum, niſi ratio in particulari quoad te aliud ſuadeat, ita vt dubitans ſpeculatiuè, an hæc res ſit tua, poteſt ex cauſa practicè non dubitare, ſed putare licere tibi retinere eò quod poſſideas, vnde ſcientia, opinio, & dubitatio non excludunt bonam fidem, quando iuſta cauſa ſuadet oppoſitum 3.

tum

Digitized by Google

tum; quia actus humani circa ſingularia verſantur, & quod in communi illicitum eſt, poteſt ex aliqua circumſtantia reſpectu huius licitum fieri, vbi & *num. 9.* diſtinctè docet, quando quis teneatur vel non, illud eligere quod tutius eſt, & in quo nullum peccati periculum verſatur, inquiens id verum eſſe, in dubio practico, dum dubium non deponitur, tunc id, ſuper quo dubito, agendo pecco, vnde Apoſt. *ad Roman. 14.* quicquid non fit ex fide, peccatum eſt; vbi fides ſignificat animi iudicium de re, iuxta Grotium *lib. 2. de iure bell. cap. 23. num. 3.* & ita videtur quoque accipi *in cap. litteras* ibi, quoniam omne quod non eſt ex fide, peccatum, & quicquid fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam, *x. de reſtit. ſpol.* & Couarr. *de matr. p. 2. cap. 7. §. 2. num. 12.* dubiũ ſpeculationis à dubio practico quomodo differat, & *num. 9.* qualiter quis poſſit eſſe dubius, vtrum ſibi aliquid agere liceat, & §. *3. num. 6.* quod probabile dubium excuſet à delicto.

4. Vides igitur dubium ſpeculatiuum & practicum ita declarari, vt infra *de Veritate* de theoria & praxi tractatur, vel vt ſatis clarè & diſtinctè quoque Ferdinan. de Caſtro *tract. de virt. & vitiis, diſp. 1. punct. 1.* tradit definitionem conſcientiæ, prout hic ſumitur, quod ſit dictamẽ rationis, quia eſt actus intellectus, non quicunque, ſed iudicatiuus, quo intellectus iudicat, quid debeat voluntas fugere, quid amplecti, & ſumitur in genere vel in ſpecie, ſiue vt ſuperius dictum eſt, theticè vel hypotheticè, & vocatur illo caſu conſcientia ſpeculatiua, hoc caſu verò conſcientia practica, v. gr. priori caſu iudicium vel conſcientia ſpeculatiua in communi dictat, diebus dominicis & feſtis eſſe audiendam Miſſam, vel non laborandum eſſe, attamen practicè poteſt iudicare ex circumſtantijs, hoc & illo die te non obligari, & dicit quod hæc conſcientia ſit multiplex, certa, errans, opinatiua, dubia, ſcrupuloſa, & de ſingulis per multas quæſtiones, ibi & *diſp. 2. & 3.*

CAPVT VI.

Aduocati pro ſaluandis conſcientijs poſſunt in dubijs quæſtionibus ſibi apparente probabiliori ratione ſeu opinione relicta, probabilem ſequi, vel defendere, cum pulchra Declaratione & Reſolutione.

NOtent Aduocati pro ſaluanda conſcientia ſua, quod docet Ferd. de Caſtro priori cap. alleg. *diſp. 2. punct. 2.* cum cæteris Theologis, quod liceat opinionem probabilẽ & minus tutam ſequi, relicta ſua probabiliori, propria & tutiori; & reſoluunt contraria in ſpecie de Aduocato, *diſp. 2. punct. 11.* quod ipſum videtur limitandum præſuppoſita DD. opinione, quòd Iudex debeat iuxta commuẽ vel magis communem opinionem iudicare per tradita *p. 2. de opinionibus*, quo præſuppoſito licet non pecces docendo in ſcholis, quòd hos vel illos DD. poſſis ſequi relicta probabiliori opinione, attamen in foro contra communem, non poteris obtinere ſententiam, & conſequenter non videtur excuſabile, quod aliquos DD. ſiue minus probabilem & non communem DD. ſententiam ſequaris, quia priori ſuppoſito non poteris aſſequi finem, qui debet eſſe primus in intentione, & tamen aliquos DD. ſequendo, non videris media ad finem perducentia adhibere, ſed potius partes inutilibus ſumptibus grauare, dum dicto præſuppoſito ſtante, vix eſt vt exiſtimare valeas te obtinere ſiue in cauſa triumphare poſſe, vetuſtum eſt illud Sene- 1.

cæ quem allegat Gloſſ. *diſt. 38.* infirmus non quærit Medicum eloquentem, ſed curare ſcientem, adde *cap. 8. & 22.* à Layman adducta.

2. Verum ad hanc obiectionem facilis eſſet reſponſio, ſi eundem de Caſtro in fine allegatum ſequi velimus, quod & Iudex poſſit ſecundum probabilem, relicta probabiliori & cõmuniori iudicare, nam hoc caſu Aduocatus inſeruiendo partibus, poſſet victoriã ſperare, ſed ratio dubitandi manet in eo, an tutus ſit Aduocatus præſuppoſito, quòd Iudex præcisè iuxta magis communem teneatur iudicare, quam tamen Aduocatus videt & ſcit, vel ſcire debet, non militare pro Clientulis ſuis, nihilominus quia Iudices hoc ipſum non ita precisè ſeruant, imò hodiè in diuerbiũ abijt, ius habere cereum naſum, in vtramq; partem diſtortum, flexibilem & reflexibilẽ, deinde circumſtantiæ variæ interuenire ſolẽt, poſſet Aduocatus meo iudicio, niſi iuxta conſcientiam errantẽ (quæ proponit ſequendum vel fugiendum, quod reuera ſequendum vel fugiendum non eſt) operari velit, intendere & ſperare cauſæ victoriam, quemadmodum litigans non tenetur diffidere de iure ſuo, nec de victoria vſq; ad finem litis vt dicit Bald. *in l. fin. in 4. col. Cod. de Edict. D. Adriani tollẽdo*, quia in re dubia non tenetur quis credere, ſed poteſt exſpectare ſententiam per quã res fiat clara Gomeſius *ad reg. Cancel. de annali poſſ. q. 14. & DD. per ipſum alleg.* quinimò plus docuit Cœual. *in ſpecul. com. opin. q. 736. n. 9. & ſeq.* quod Aduocatorum conſcientiæ non ſint illaqueandę, ne quidẽ in hoc, quod inſeruiãt in cauſa poſſeſſorij in qua obtineri poteſt, licet clientulus nullum ius habeat in petitorio, per rationem *l. naturaliter § nihil commune ff. de acquir. poſſ.* iuncto textu *in l. Iuſta ff. vti poſſidetis*, ſed puto in prædicto caſu, Aduocatum reuera in conſcientia peccare, dum non poſſit obtinere in petitorio ob defectum iuris quem ille ſcit, vti præſupponitur, ac proinde ad damna & expenſas obligatus exiſtit, Sarmienta *lib. 2. ſelect. interpret. cap. 13. num. 5. vbi iura & DD.* & ſuadetur ex prædictis, quia habet conſcientiam rei alienæ, facit & illud Fabij *6. 5.* nocet diu pugnare in ijs, quæ obtinere non poſſis.

Interim Ferdin. de Caſtro *dict. punct. 11.* 3. præfatam opinionem dicit communem, quod Aduocatus poſſit cauſæ probabili relicta probabiliori patrocinari, tam de iure naturæ quam Canonico, ſequitur cum allegatis DD. Barboſa *in cap. Capellanus num. 6. x. de feriis* adde & Hectorem Felicium *tr. de ſocietate cap. 18. num. 52.* docetque Tepatus *in Compendio deciſ. part. 1. tit. 42. de communi opinione ex Caſſiodoro*, quando eſt opinionum varietas, quòd non peccet ſequens opinionem non veram aut poſtea reprobatam, quia ſufficit ad excuſationem etiam ambiguitas iuris, & tanta poſſet eſſe ambiguitas, quod excuſaret prudentiſſimos Iuriſconſultos, vide tamen declarationem inferius *cap. 22.* & apud Scacciam *de commerc. & cambio §. 1. quæſt. 7. p. 2. ampl. 19. num. 59.* dubius in conſcientia tantiſper nõ intelligitur facere contra conſcientiam, donec poſtea monſtrata ſit veritas, iuxta Minſing. *reſp. 41. num. 8* conſcientia dubia non ligat ad peccatum mortale, quia intellectus non habet vbi figat pedem, & in ambiguo poſſeſſor debet ſibi magis fauere, quàm diſſuadere, nec debet ſibi quis facere conſcientiam de eo, quod non poteſt explicare ſecundùm rationem veri perfecti, & conſtantis iudicij, Calcialupus *in tract. de pen-*

Digitized by Google

de penſionib. num. 73. neque enim conſcientiæ puritati debet deeſſe iudicium rationis *cap. Non ſolum, de Regul. in 6.* & vide Clement. *quamuis de foro compet. præter not. infra cap. 8. & 22.* vide ad prædicta Patrem Layman *in Theologia morali lib. 1. tract. 1. cap. 5. & ſubiectis* §§. vbi ſatis dilucide omnia explicat & declarat, quid ſit dubium ſpeculatiuum & practicum, & dubium facti & iuris, vbi omnibus prædictis non ſimpliciter aſſentitur, ſed potius in quibuſdam contradicit: de Aduocato autem tenet hoc verum, ſed præſcribit modum & requiſita, quæ in dubijs cauſis patrocinari volens obſeruare teneatur, *in* §. *3. de Aduocato num. 18.* requirit primò, vt Aduocatus ante omnia diligenter inſpiciat cauſæ ſibi propoſitæ æquitatem vel probabilitatem; ſecundò, vt poſt diligentem cauſę conſiderationem ſincerè aperiat Clienti, quantam probabilitatem vel ſpem victoriæ obtinendæ habeat; tertiò, vt Aduocatus, qui cauſæ dubiæ patrocinium ſuſcepit, paratus ſit quamprimum abſiſtere & Clienti ſignificare, ſi in progreſſu litis, eius iniquitatem manifeſtè deprehenderit, quod ſi hoc ipſi grauè futurum ſit, ideo à principio cauere debet, ne cauſas dubias facilè ſuſcipiat, quibus parua ſpes victoriæ ſubeſt, præſertim ſi Iudices eo loco in contrariam partem hactenus iudicare ſoliti fuerint.

CAPVT VII.

De Dubio conſuetudinis & inde illata deciſio in cauſa Decimarum.

1. QVia Petrus Rauennas *Tract. de conſuetudine ſect. 2. num. 20.* præter cætera illata docet, quòd & conſuetudo habeat conſtituere probabile dubium iuris, etiam in hiſce, quæ in illa clara ſunt & expreſſa, ego ſatis in conſcientia me tutum exiſtimans, aliquando in ardua cauſa aduocando inſeruiui contra diſpoſitionem textus Iuris Canonici *in cap. ex parte x. de Decimis,* & tradita à Petro Moneta *Tractatu de Decimis, cap. 4.* ſtatuentis, quod ſemel perſolutis decimis, ex renatis nouiſquè excreſcentijs, iterum & eodem anno ſolui debeant Decimæ, quippe ſuſtinui raparum & ſimilium de nouo creſcentium Decimas non deberi fructibus eo anno ſemel ſolutis, idquè vigore immemorialis conſuetudinis, qua prætenſæ Decimæ, nec per reos conuentos, nec in vicinia perſolutæ fuerunt, Bonacin. *Tractatu de Præceptis Eccleſiæ, diſput. vlt. quæſt. 5. de Decimis, puncto 5. propoſ. 3.* Anton. Faber *in Cod. Quæ ſit longa conſuetudo defin. 3.* Caſtrenſ. *conſ. 364. num. 3. vol. 1.* quemadmodum &: Ilegaui Decimas, in modo ſoluendi praſcribi poſſe Franc. Marcus *deciſ. 198. num. 5. & ſeqq. p. 2.* non in totum, vt probat in ſuis conſilijs Nicolaus Euerhard. vide Gutier. *lib. 2. Quæſtionum Canon. cap. 21. num. 92. & ſeqq.* vbi & alia notabilia & Wehrnerum *practic. obſeruat. lit. N.* Nouahl Zehenden/ꝛc.

De Præſcriptione autem diſputatur apud 2.
Vaſq. *lib. 2. Controuerſ. cap. 89.* Couar. *lib. 1. variar. reſol. cap. 17.* ſed iudicatum memini, ſi nihil natum, atque ideo nihil præſtitum fuerit, quod tamen ex natis poſtea Decimæ debeantur Wameſius *tom. 2. conſ. 439. in fin.* ex communi tradit, quod ex ſola non pręſtatione non inducatur Decimarum immunitas vel præſcriptio, vſque adeo vt ſemper debeatur, licet ager ad nouam culturam redactus fuerit Gutierr. *dicto loco,* & ſæ-

& ſæpius in Rota deciſum fuit, quod mutatio ſeminis non poſſit mutare obligationem præſtandi decimas maiores vel alias eorum loco ſubrogatas Farinac. *par. 1. deciſ. 442. & deciſ. 667. num. 3.* de quo vide omninò conſil. Nicol. Euerh. iun. *volum. 1. conſ. 46. & eſt ſedes in cap. commiſſum, x. de decimis,* quæ habui ſæpius in facto, ideo & hic adſcribere volui.

CAPVT VIII.

Quid Aduocati & alij in dubijs quæſtionibus ratione officij agere? ſeq. an de ſtatu cauſæ informare teneantur: item an ignorantia excuſet eos, qui ex officio obligati exiſtunt, ſi quid omiſerint?

1. AD propoſitum de Aduocato vide ampliationem apud Gutier. *in quæſt. Canon. lib. 2. cap. 29. num. 18.* quod Aduocatus licitè poſſit defendere quem noxium ſcit, ſi tamen conſtet ex proceſſu eſſe innoxium, quod videtur eſſe contra illud Apoſtoli, quod non eſt ex fide, peccatum eſt, niſi forte quis conuentus præſupponatur à Iudice incompetente, vide *infra de Veritate*, quodque Aduocatus prima facie iniuſtam cauſam ſuſcipere poſſit in terminis Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 64. num. 5.* quod rurſus ſane intelligi debet, nam Aduocatus ille dicitur, qui iuſtam cauſam defendit, alter impropriè, Treuiſ. *lib. 2. deciſ. 27.* & iniuſtam cauſam defendens tenetur in foro animæ ad emendationem damni Vaſq. *lib. 1. contr. cap. 10. num. 49.* an igitur videns ex ſcriptis quod clientulus nõ foueat bonum ius, poſſit alteri inſeruire ſine præuaricatione, vide Farinac *de inquiſit. quæſt. 4. num. 14. & ſeqq.* vbi & an qui pro vno conſuluit, poſſit poſtea pro altero conſulere, vide quia ſæpe ſimilia fiunt, & quoad hanc vltimam quæſtionem diſtinguit Ant. Maria Coratius *lib. 1. commun. opin. tit. 6. num. 34. & ſeq.* ex quibus colligitur nulla reprehenſione digna Zaſius *in litteris ad Amorbachium Friburgi 3. Cal. Septemb. Anno 1527. datis,* expreſſa ſententia, in verbis Aduocatione te rectè abſtinebis, nec enim vlla profeſſio eſt periculoſior, (pro cuius confirmatione vide tradita *part. 2. tit. de Negligentia cap. 5.*) ſi mihi dimidium, imò quadrans tuarum diuitiarum, ne me Princeps promoueret vt patrocinarer, hactenus ille, quid non diceret de Procuratoribus? quid non de Iudicum ſtatu qui aliter quàm leges ſtatuunt? cum hęc opinio adiuuetur ex traditis per P. Layman *in. Theologia morali, lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 1. num. 4.* vbi dicit veriorem eſſe ſententiam quod ad rectè ſeu honeſte operandum, requiratur iudicium moraliter certum, quo excludatur omnis formido oppoſiti, ita vt contra alios ibi relatos non ſufficiat aſſenſus probabilis, dictans, licet non ſine formidine oppoſiti, hoc & illud honeſtè agi, nam dicit quod prima regula humanarum actionum debeat eſſe firma & conſtans, videlicet conſcientia recta, quæ eſt actus prudentiæ vnius ex intellectualibus virtutibus, quæ ſemper ad verum, & nunquam ad falſum inclinant, quid igitur dicendum de ijs, qui alios iuſtam cauſam fouentes, ſed contra ſe vel ſuos defendentes, odio proſequuntur, vel vt iſtius defenſionem luant, ſedulo promouent, ? verum viderint illi, hæc allegaſſe quàm explicaſſe ſatius putatur, & certe ſemper periculoſus Aduocatorum ſtatus, ſi non liceat ipſis probabiliore relicta probabilem ſuſcipere & defendere opinionem, quod fieri poſſe Bonacin. *tom. 2. de peccatis diſp. 2 quæſt. 4. punct. 6. & 7.* docet, & multis defen-

Digitized by Google

ſendit Henrichman *conſil.8.num.87.vſq; ad n.104.* ſemper autem & indiſtinctè eorum ſtatus periculoſus, qui honeſta & iuſta, ſpe lucri inuertunt, lites protrahunt, differunt & augent, in quos iure inuehitur Zaſius *ad tit.ff.de origine Iuris ad verb.tubero num.4. & ſeq.* vbi iuſtos cauſarum patronos, omni honore dignos prędicat, & hanc ſententiam ſequitur & ipſe Layman *d.cap.5.§.5.n.17.& ſeq.* cum requiſitis quæ Aduocatus, ſuſcipiens dubias cauſas, obſeruare teneatur.

2. Ego in primis annis aduocatiæ meæ patrocinium cuiuſdam virginis nobilis maritatæ Capitaneo Acatholico ſuſcepi, ne autem quidquam contra conſcientiam facere viderer, de ſtatu vel conditione ipſius perſonæ non inquiſiui, ſed præſuppoſui ipſam Canoniſſam potius quàm profeſſam fuiſſe, & ita actum in dubio validum & delicti excluſiuum, quippe conſtat & quotidiana praxis atteſtatur, virgines Canoniſſas nō eſſe religioſas, ſed liberè & impunè matrimonium contrahere, & conſequenter dotem petere poſſe, ſed ignoſcat Deus, quod de meritis cauſæ & ſtatu ipſius perſonæ ſerius inquiſiuerim ad hoc obligatus, vti quilibet alius argumento *l. qui cum alio, ff. de reg. iur.* tunc enim paria ſunt, ſcire vel ſcire debere, vel de facili ſcire potuiſſe, quemadmodum enim voluntas eſt vice facti, cum facere volentes non poſſumus quod tenemur, ita ignorantia eſt vice ſcientiæ, cum ſcire poſſumus quod tenemur, vnde & Theologi docent, rerum illarum ignorantiam, quas poſſumus ac tenemur ſcire, actionem, cui cauſam dedit, haud ſecus in culpam imputari faciat, ac ſi eaſdem re ipſa ſciuiſſemus, nec ignorantiam facti alieni præſumi, vbi quis inueſtigare tenetur iura & DD. allegat Meiſner. *tom.3.deciſ.14.n.157.* & ibi inter alia *cap.innotuit, de elect. ibi Abb. & cap. quamuis de reg.iur. antiquis, l.regul. §.ſed facti, ff. de iuris & facti ignor. l.quod te,* ibi Iaſon *ff.ſi cert. petatur.* licet & in caſu ibi propoſito illa iura non obſtare aſſerat, vtpote loquentia quādo quis allegat ſe ignorare, quod publicè conſtabat, item quando quis ratione officij aliquid inueſtigare tenetur, tunc non præſumimus ignorantiam, dicit tamen quod illa iuramento probari poſſit.

Prius quoque quod nec ignorantia in facto alieno excuſet eum, qui tenetur inueſti- 3.
gare docet Gratian.*lib.1.diſcep.forenſ.c.194* ſed toties neceſſaria eſt inueſtigatio, quoties ea omiſſa, ius tertij lædi poſſet Crauett. *conſ.959.num.12.& ſeq.* cognita igitur eiuſdem profeſſione, deſtiti aduocare in cauſa dictæ virginis, cui tamen dos per ſententiam aſſignata fuit, ex quo vota monaſtica cōtra ius diuinum eſſe, Acatholici aſſerunt, quibuſcum ſi de iure cōtendas, replicabunt vtique, ius Diuinum præualere, & derogare iuri Cæſareo & Canonico, ſed quia per ipſa iura eorum aſſertio dubia redditur, meritò ſecundùm præſcriptam legem iudicandum fore exiſtimo, cum noſtri Theologi, vota monaſtica iuri Diuino non contraria, ſed potius conformia eſſe clarè ſatis demōſtrent, ideo ad illorum deſuper conſcriptos Tractatus breuitatis cauſa fit relatio, adeo vt anathema ſit, qui dicit matrimonium illorum valere, iuxta Concil. Trident. *ſeſſ.24 de matrim.can.9.* imò Ethnicorum lex fuit, ſanctè vota reddunto, quod & probatur *Deut.1. Pſal.75. Eccleſ.5.* Gregor. Tholoſ. *de Repub.lib.13.cap.5.* vbi & tradit, quæ vota non ſint reddenda, pulchrè S. Auguſtinus inquit, nunquam peiores vidi ijs, qui in monaſterijs defecerunt, ſic nec meliores ijs, qui profe-

Digitized by Google

fecerunt, ſi enim inter homines inquit textus *in cap. viduas, 27. quaſt. 1.* ſolent bonæ fidei cõtractus nulla ratione diſſolui, quanto magis pollicitatio, quam cum Deo pepegerunt, ſolui ſine vindicta non poterit, quocirca priori caſu te prius informes de cauſæ meritis, ne malè agas, & in te quadret illud *Pſal. 35.* Noluit intelligere vt benè ageret, cum in hiſce & ſimilibus caſibus plerumque paria ſint, ſcire aut neſcire Damhaud. in Enchir. Parium *in lit. S. in verb. ſcire debere in fin.* cum ignorantia excuſare dicitur, eá debet eſſe non perditi & minimè ſecuri hominis ait Iuriſconſultus *in l. plurimum. §. 1. ff. de iuris & facti ignorant.* ſed potius error affectatus in eo eſſe intelligitur, qui cum ſcire potuit, ſcire noluit *gloſſ. 2. ad l. qui contra, Cod. de inceſt. nupt.* ignorantia inquit Vlpianus *in l. liberorum, §. fin. ff. de his qui not. infam.* non iuris ſiue præcepti, ſed facti excuſatur.

4. Quilibet præſumitur ſcire illud, quod tenetur inquirere, & ſi ignorantiam alleget & probet, nihil prodeſt ei, niſi etiam probet diligentiã ſe adhibuiſſe vt ſciret, apud quos certificari potuiſſet, Iura & DD. alleg. Seraphin. *de priuil. iuram. par. 4. n. 167.* de ignorantia an & quando excuſet vel non? adde tradita *in ſeqq.* & de ignorantiæ probatione Menoch. *de arbitr. caſ. 186.* atque ita ignorãtia facti, quod quis ratione officij vel alio vinculo inquirere tenetur, non excuſat, tradunt DD. *per cap. innotuit* ibi Anton, de Butri. Abb. & alij *x. de elect. l. regula §. & facti, verſ. diligenter inquirendo, ff. de iur. & facti ignor.* plures allegat Coratius *lib. 3. commun. opin. tit. 13. num. 4.* vbi quæritur, an ignorantia cõmunis opinionis excuſet, & prædicta limitat *num. 9. 10. & 19.* quòd difficultas maxima, & quæ remoueri non poteſt, excuſet, aliàs non, & quando ignorantia præſumpta ſufficiat ad incurrendam pœnam exornatur apud Surd. *deciſ. 221.* adde hic Seacc. *lib. 2. de iudic. cap. 8. art. 5. ſpec. 1. & 2. num. 475. & multis ſeq.* falſitas quando punibilis & nocibilis, & quando non, & de iuſta & iniuſta ignorantia, ibi de ignorantia Iuris naturalis, Diuini, Iuris Gentium & ciuilis, ac varia quoque & notabilia de ignorantia iuris & facti apud Barboſ. *in cap. ignorantia 13. de regul. iur. in 6.* quos ſi in caſibus occurrentibus conſulueris, multa decidere poteris, & Maſcard. *de probat. concl. 879. & ſeq.*

CAPVT IX.

An practicè dubitare liceat in ijs, quorum ſpeculatiua ſcientia certa & indubitata eſt, quid in rebus Fidei, vnde cognoſcatur veræ Religionis certitudo? & aliqua de Ebrietate.

EOdem modo video nimis ſæpè proh dolor, malitioſe peccari aut practicè dubitari, etiam in ijs, quorum ſpeculatiua ſcientia certa & indubitata eſt, vt in exemplo *ſupra de Bello* adducto, Cæſari & Superiori obediendum, aut nunc v.g. in Quadrageſima iuxta Eccleſiæ præceptum ieiunandum eſſe, tu autem vides denſiſſimas eſſe nebulas, vel malam auram, incipis practicè dubitare, licere tibi ob malam auram, aut propter valeditudinem tuam manè aliquid ſumere & comedere, in hiſce & ſimilibus hodierno tempore laxantur habenæ & peſſimo errore ſæpe vel ab alijs perſuadentur, vel id ipſum licere nimia audacia & temeritate tibi ipſi perſuades, imo vt tuam opinionem defendas & ne peccare videaris addu- 1.

Digitized by Google

adducis Theologos docentes, quod ad regulandas actiones non tam attendi debeat quid opinio in ſe habeat, ſed qualis tibi appareat, Ferdin. de Caſtro *de virt. & vitiis tract. de conſcientia opinante diſp. 2. punct. 1. num. 9.* vbi DD. item Bonacin. *de peccat. diſp. 2. q. 3. punct. 3. propoſ. 1.* docet, quod ad mortale peccatum requiratur plena & perfecta cogitatio ſeu expreſſa aduertentia malitiæ vel periculi malitiæ, vel ſaltem expreſſa dubitatio aut ſcrupulus peccati, nam dicit, quia homo propter mortale peccatum, vt in caſu propoſito propter inobedientiam aduerſus Superiorem, vel inobſeruantiam præcepti Eccleſiæ, fit reus æternæ pœnæ, nō eſt credibile Deum velle vt homo tantæ pœnæ reus conſtituatur, niſi expreſſe aduertat ad peccati malitiam vel dubitauerit, ita vt non ſufficiat ſola ipſius actus, ſed etiam malitiæ aduertentia, vnde iuxta Apoſt. *ad Rom. 14.* Beatus eſt qui non iudicat ſemetipſum in eo quod probat, id eſt qui non facit damnabilem ſemetipſum, aliter faciendo quam probet eſſe faciendum, *cap. omnes §. hinc etiam 28. q. 2.* conuenire videtur illud vulgatum:

Quicquid agunt homines intentio iudicat omnes.

2. Haud eſt nocens inquit Mimus, qui ſpōte non eſt nocens, docetq; Lucas de Pen. *in l. colonos ſub nu. 6. C. de colonis Illyr.* quod intentionis propoſitū culpas diſcernit & merita, ſicut peccatū non eſt in intellectu ſed in voluntate, in qua etiam eſt meritum Couar. *in cap. poſſeſſor p. 2. §. 7. ſub n. 10.* mala non ſunt dicit Gail. *2. obſ. 110. ſub n. 40.* niſi quæ crimine mentem implicant, & conſcientiam ligant *cap. cautela 15. quaſt. 1. & illata vlterius verſ. Interim.* voluntas vel bona vel noxia inquit Fulgent. *epiſt. 5.* non ex officio ſed ex fine rei cuiuſque eſt penſanda.

Ex quibus & ſimilibus tu dicis te nolle peccare, ſed tantū ex cauſa prædicta aliquid pro mala aura vel pro conſeruanda tua valetudine ſumere, exiſtimando hoc ipſum ex iuſta cauſa eſſe licitum, qua opinione ſtante, fruſtranea foret, iudicio meo materia diſpenſationis, ſed ad quodlibet ferè audendū aperta licentia, vſq; adeo vt & politici repeſriantur ſuſtinentes, quemlibet in ſua fide vel opinione de fide cōcepta & perſuaſa ſaluari poſſe, cum tamen non niſi vnus Deus, vna Fides, vnus Baptiſmus, vnde in quodam diſcurſu quæſiui à profundo Theologo, quid ſibi videretur, an non & illi qui fortè in citeriori Hollandia, vel alijs lōginquis partibus degunt, ſimpliciter credentes & bene ſuo modo & more viuentes, ſaluentur, etiamſi non Catholicè ſiue ſecundùm doctrinas catholicas viuant, qui reſpōdit, illos ſimplices homines non viuere, vel ſaltem rarius ſine peccato mortali, & quia non habent Sacramenta catholica, neque eorundem gratiam reſurgendi, putabat illos in peccato mortali conſtitutos manere, & cōſequenter damnari, & licet huic aſſertioni obſtare videatur *cap. conuertimini 34. de pœnit. diſt. 1.* & quę ibi Gratian. adducit, tamen ijſdem reſolutis docet ibidem Barboſ. cum Concil. Trident. *Seſſ. 14. Can. 2. 9.* nec non cum Theologis communiter, Sacerdotes proprie peccata remittere, non verò ſolum declarare remiſſa, puta Sacerdotes remittere peccata, non vt cauſam principalem, *cap. euidenter 1. quaſt. 1.* ibi Spiritus dimittit non vos, ſed inſtrumentaliter & tanquam miniſtros Dei, nihilominus tamen videtur ibi concedere aliquos ſaltem conſequi remiſſionem peccatorum, antequam ſacramentaliter abſoluantur, ego igitur (licet me fateri oporteat, alind eſſe aliquem condem-

nare, & aliud illum, vt talem, ſcilicet hæreticum, adulterum & ſimiles in ſacris literis relatos, pro iam condemnatis declarare, ſicuti à pœna legis nō datur appellatio *l. ſi qua pœna, ff. de verb. ſignif.* ita à declaratoria ſententia Iudicis, declarantis aliquem in delictum vel pœnam incidiſſe, appellari poteſt, Gloſſ. ord. *in cap. cupientes §. ſi per, de elect. in 6.* iuncta doctrina Felin. *in cap. cum non ab homine x. de iudic.* Marant. *in ſpeculo de appellat. num. 180.* atqui verò in non habentes veram fidem, ſententia iam prolata eſt, cuius meminit S. Ioannes *cap. 3.* ibi, qui autem non credit, iam iudicatus eſt, quæ fides per ſubſequentia bona opera, ex mandatorum Dei cuſtodia probatur, ita vt neque fides opera, neque opera fidem excludant, ſed ſimul iuſtificent hominem, fides initiatiuè, opera verò completiuè & conſummatiuè, vt ex Theologorum ſententia reſoluit Borellus *in ſumma deciſion. lib. 1. tit. 1.* vbi & accipit illud S. Pauli *ad Rom. 3.* de operibus quæ fidem antecedunt, & quæ legis tantum ſunt, non vero de operibus gratiæ vel fidei, & hoc ſatis probat, & præclara de præſtantia fidei Catholicæ, pulchrè Oroſ. *7. cap. 33.* vnus Deus, inquit, vnam fidem tradidit, vnam Eccleſiam toto orbe diffudit, hanc aſpicit, hanc diligit, hanc defendit, quolibet ſe nomine quiſq; regat, ſi huic non ſociatur, ſi hanc impugnet, inimicus eſt Dei, priorem caſum in medio relinquo, quid autem ſit rem in medio relinquere tradit Zaſius *in l. properandum, §. ſin autem, num. 6. & 7. Cod. de iudic,*

4\. Diuino Elogio edoctus aſſero: Nolite iudicare & non iudicabimini, nec ex corde noſtro, ſed ex præcepto diuino condemnationis & iuſtificationis ſententiam proferamus, *cap. ſummopere in fin. 11. quæſt. 3.* ſed hæc replica apud omnes in confeſſo eſt, quod extra veram Eccleſiam Dei non reperiatur ſalus, nec duæ Eccleſiæ eſſe poſſint *cap. loquitur, & cap. ſchiſma 24. quæſt. 1.* ibi vnam, quæ Chriſti corpus eſt, conſtat eſſe Eccleſiam, quæ in duo vel plura diuidi non poteſt, neque enim bigamus fuit Chriſtus vt eidem duas ſponſas affingere poſſimus contra *l. cum qui, Cod. ad l. Iul. de adult.* ſed vnus Deus, vna Fides, vnum Baptiſma, S. Paulus *ad Epheſ. 4.* quæ Fides cum Religione ita connexa eſt, vt alterum ſine altero conſiſtere nequeat, & vbi eſt vera fides, ibi & vera Religio, quia Religionis principium fides eſt, vera autem non eſt religio, quæ non habet fidem in Chriſto & Eccleſia, hoc eſt, ea religio quam S. Petrus tradidit Romanis & cæteri Pontifices, *l. 1. & 5. Cod. de ſumma Trinit.* vel eſt illa religio in qua Epiſcopos, Monachos, alioſque ſanctos Viros vixiſſe, & eadem quæ ego hodie credo, tradidiſſe & credidiſſe, ſancta & venerabilis docuit Vetuſtas, vel eſt illa Religio, cui opera illius Antiquitatis noſtris correſpondent, ab altera vero diſcrepant, impoſſibile autem eſt vt diſcrepantia ſint ſimul vera, ſed debemus eſſe perfecti in vno ſenſu & eadem ſcientia S. Paul. *1. Cor. 1.* Senſus autem primus explicatus ad nos propagatus eſt & ſemper manebit *Matth. 28. cum concord.*

Quapropter & mihi præter alia innumera beneficia à Deo accepta, vnum hoc ſufficiat, quòd ſolo bono religionis & fidei diuinitus infuſæ, innumeras Deo meo præſtē gratias & laudes, ſed ei dignas, nec mens noſtra poteſt cōcipere, nec lingua proferre, Imperat. *in l. 1. in princ. C. de offic. Præf. prætor. Afric.* nam vt habet P. Rectoris Ray mihi tranſmiſſa ſententia, vt fides liræ conuiuium recreant, ſic fides iuſti, illum conſolatur, 5.

Digitized by Google

latur, & ſummum hominis bonũ, inquit Lactant. *3.c.7.10.* in ſola religione eſt, quoniam habeo antiquitatem pro me, cuius effectus illa ſit, norunt omnes, ita vt S. Paulus monuerit Thimotheum inquiens, ô Thimothe depoſitum cuſtodi deuitans profanas vocum nouitates, ad quæ verba vide pulchra apud Vincent. Lyrinenſ. *lib.1.contra profanas nouitates cap.27.& cap.6.* ſic loquitur, bene fundata Antiquitas, ſcelesta nouitate obruitur, habeo quoque pro me non ſolum vnitatem atque vniuerſalitatem, ſed etiam continuam Vicariorum Chriſti ſucceſſionem, Religionem inquam, quæ infinitorum Martyrum ſanguine illuſtrata, tot miraculis imò continuis confirmata exiſtit, ex quibus quodammodo ab effectu vel indubitatis ſignis veræ & Catholicæ Religionis ſumitur meo iudicio argumentum efficaciſſimum, quod ego cum cæteris Catholicis, vt tu dicis Papiſtis, teneam & profitear veram & orthodoxam Religionem, eſto inquit S. Hieron. *lib.3.Epiſt.aduerſus Vigilant.* ſigna ſint infidelium, qui quoniam ſermoni & doctrinæ credere nolunt, ſignis adducuntur ad fidem, quia nulla ſecta eſt, in cuius confirmationem tot miracula ſunt perpetrata, vel apud quam reperitur ſummorum Pontificum eiuſdem in Primatu poteſtatis ſucceſſio, reperiuntur & euidentia rei atteſtante continua, eaq́ue vera miracula in Eccleſia Catholica Romana Apoſtolica, ſiue perinde mihi eſt, vt tu dicis, Papiſtica (vitioſum namque eſt intendere controuerſiam propter nominum mutationem, Cic. *4. Retor.* quorum diſceptatio pertinacibus relinquenda eſt, ſufficit enim effectum nos habere, *vide inf. de veritate cap.1.*) hodie adhuc reperies, neq; enim credibile eſt, Deum ter Opt. max. in confirmationem falſitatis tot miracula per ſuos Miniſtros in Eccleſia Catholica patraturum, & denique alijs omiſſis fides & religio ista, quæ in ſtabilitate conſiſtit, quæq́ue tot SS. Patrum teſtimonijs & doctrinis clara eſt, & in qua tot ſancti Viri hodie adhuc viuunt, ſanctèque obierunt, & qui vt tales tot Hæreſiarchas iam de mortuos & vulgi obliuione ſepelitos, ſiue horum contra Catholicos prætenſam doctrinam condemnarunt, qui modo ſentiunt quod tunc non crediderunt, vera ſit oportet; hanc religionem profitendo & bene operando ſecurior eris in illa, quàm in vlla alia, neque enim ibi poteſt eſſe iuſtitia vbi non eſt ſana fides *cap. vbi ſana 24.q.7.* ſpartam igitur quam nacti ſumus, vt prouerbialiter dicitur, hanc adornemus, & iuxta præceptum Domini ne tranſgrediamur terminos antiquos quos poſuerunt Patres noſtri *cap. nullus 9.q.2.* adde Gregor. Tholoſ. *de Republ. lib.12. cap.9.* mos namque retinendus fideliſſimæ Vetuſtatis vt loquitur Imp. *in l. teſtamenta 18. C. de teſtam. & Nouel. 6. in fine princ.* Antiqui enim vt inquit Bald. non fuerunt fatui neque dementes, ſimulq́ue exoptat nos tales eſſe, quales illi fuerunt, quorum veſtigia ſequenda eſſe monet Imp. *in l. maximum vitium Cod. de liber. prat.* quippè & in moralibus notum, quo quid antiquius eſt, eo haberi admirabilius & venerabilius, vnde ſi quem eximiè commendare & laudare volumus, dicimus eum eſſe antiqua virtute & fide, venerandaq; dicitur vetuſtatis authoritas *Nouel. 23. cap.3.* habens iuſtitiam permanentem, Bald. *in cap. 1. §. cum autem de cent. inueſt.* hoc ſi ſedulo perpendas, & tamen dubites de rebus fidei tibi ſufficienter propoſitis, iuxta communem DD. Theologorum ſententiam, hæreticus diceris, *cap. 1. de hereticis*, Bonacin. *de cenſur.*

Digitized by Google

ſuris q.5. punct.1. num.3. Farinac. *de Hæreſi quæſt.178.§.4.num.90.* vbi innumeros allegat,quos cum alijs refert & ſequitur Ferdin. de Caſtro *tract.4.de hereſi & Apoſtaſia à fide n.9.* vbi & reſoluit contraria, cui & addo illud S.Chryſoſt.*ſuper Matt.*quod non poſſit eis eſſe excuſatio condemnationis, ignorantia veritatis, quibus inueniendi fuit facultas, ſi fuiſſet quærendi voluntas, & *cap. Non omnis, diſtinct.37.* differunt namque iuxta Philoſophum, quod quis peccet ignarus, & quod peccetur propter ignorantiam, excuſabile eſt vbi ſola ignorantia errati cauſa eſt, at vbi non ignorantia, ſed noſtra ignauia aut cupiditas errati cauſa eſt, ibi ignorantia non releuat,belliſſimè Senec. Magna miſeria eſt inquit, neſcire & nolle diſcere,maior ſcire &nolle docere,maxima docere & nolle operari, adde notata per Barboſ. *in c. ignorantia 13. de reg. Iur. in 6.* vbi latè qualis ignorantia excuſet vel non, ſanctorum igitur Patrum & Catholicorum Doctorum ſacris inhæreamus ſenſibus, diſcamus quæ ſcripſerunt, credamus quæ docuerunt, & ad Redemptorem noſtrum Iesvm concordi fidei & veritatis profeſſione curramus.

6. Quamuis autem fatear, quòd in actibus &rebus humanis,propter variantes circumſtantias, & imbecillitatem intellectus humani,talem aſſenſum præſtare non cogaris, qualem ob cauſas prædictas in rebus fidei preſtare teneris, attamen meo iudicio non excuſaberis,ſi vt ſupra dictum, nõ obedias, ſuperiori vel ſine diſpenſatione multum ac ſæpè niſi modicum quod medicinalis præſeruationis, aut infectæ auræ vitandæ cauſa comedas,& ſimilia contra præcepta diuina & Eccleſiæ peragas, verſaris enim hoc caſu in prohibitis atque in illicitis,& quia ſpeculatiuè non dubitas, quin agere contra præceptum diuinum vel Eccleſiæ ſit peccatum, nõ debes etiam dubitare,an idem tibi nunc & hic liceat, niſi fortè rationabilem cauſam habeas, qua mouearis ad credendum tibi licere, ita Bonacin. *de peccatis diſp.2. quæſt. 4. punct. 7. num. 2.* qui omnino ad prædictorum confirmationem videndus *punct.6. & ibi in ſubnexis propoſ. & punct.7.8. & 9. & vtrobique in propoſit. adiunctis*, varia de dubio practico & ſpeculatiuo, & de multiplici conſcientia, cauſa autem rationabilis vt præceptum violes comedendo ſiue frangendo ieiunium, non eſt mala aura vel aſſerta damnoſa nebula,quia eas euitare potes manendo domi, vel ſi exeundum tibi ſit, non protinus nocebunt ieiuno, porro eo caſu, quo moraliter certum eſſet, quod nocerent ſi non comedas vel aliquid ſumas, putarem & ego ſumptionem eſſe licitam,& caſum per Epicheiam (de qua ſupra *de Clement.cap.vlt.*) exceptum videri, vt in ſimili docet idem Bonacin. *dict.tract. de clauſura punct.3.* vbi tradit, qualis debeat eſſe licentia ingrediendi clauſtrum monialium, & quando ſine licentia aliquando ingreſſus licitus ſit,& quibus, *& punct.4.vbi & num.3.* requirit ad hoc, vt rationabilis & manifeſta cauſa exiſtat, ſecus ſi ſit dubia, operans enim cum conſcientia dubia, peccat pro ratione peccati, cuius periculo ſe exponit, & ibi remiſſiuè & Ferd.de Caſtro *de conſcientia dubia diſp.3.punct.8.ſub num.12.& 5.& punct.13.*

Interim ex prædictis Theologorum do- 7.
ctrinis quandoq; in diſcurſu defendi, quod ſi quis fortè in conuiuio, moderatè tamen hilariter biberet, ignorans vini generoſitatem, virium ſuarum quantitatem excedens, nihil minus cogitando vel intendendo quã ine-

Digitized by Google

inebriari, & tamen poſtea domum reuerſus ſentiat ſe aliquo modo turbatioris cerebri & nimio vino prægrauatum (vt hodie in Germania nimis frequenter, imò quotidie contingit) non peccaſſe eum mortaliter, ex quo bibere vinum eo modo videatur actus per ſe licitus, ſunt enim quidam ſuapte natura mali, aliqui verò boni & aliqui indifferentes Couarr. *in clement. ſi furioſus part. 2. in princ. ſub num. 3.* nam licet potatio fuerit intenta, tamen voluntas in eandem directè, & non in ebrietatem fertur, nec enim peccata mortalia accipiunt ſpecies ab his, quæ per accidens veniunt præter intentionem, ſed ab eo quod eſt per ſe intentum *cap. vnum. §. criminis diſt. 25.* Gail. *2. obſeru. 110. num. 29.* vbi & an ebrietas ab homicidio excuſet, & facit ad prædictorum confirmationem *cap. de occidendis 23. q. 5. in verbis, abſit vt ea* quæ propter bonum finem facicimus, ſi quid per hæc præter noſtram voluntatem cuiquam mali acciderit, quod nobis non imputetur, vnde refert Surd. *conſil. 73. ſub n. 38.* Bald. ſæpius dixiſſe, animum, adeo eſſe de eſſentia peccati, vt ſi voluntas tollatur de medio, omnis actus ſit indifferens, neque enim opus ex ſe, ſed ex cauſa fit crimen, atque ideo non ex natura rerum, quibus vtimur, ſed ex cauſa vtendi & modo appetendi, probandum vel improbandum eſt id quod facimus, adde Scacciam *de com. & camb. §. 1. q. 7. p. 2. ampliat. 19. ſub n. 67.* vbi & ex S. Auguſt. quod nullo modo peccatum ſit, niſi voluntarium, & quotuplex illud & inuoluntarium ſit, omnis actus, inquit Caſſiod. *lib. 9. epiſt. 6.* in qualitate propoſiti eſt, ita & diuina iudicia meritum iuſti ex mentis habitu, non ex aliquo factorum exitu metiuntur S. Ambroſ. *in Luc. proœm.* ſed quia fortè ad prædicta regeri poſſet illud *Eccleſ. 3.* Qui amat periculum peribit in eo, quemadmodum in multo potu eſt periculum inebriationis, non remotum ſed proximum & immediatum, nolo neq; poſſum in hoc caſu aliquid definire, niſi quod putem ſolitum bibere tantum, vnde iam antea ſenſit ſe inebriatũ, verè peccare, alioquin habemus pulchrum & notabile *cap. ſed penſandum per tot. diſt. 6.* quæ requirantur ad peccatum mortale & DD. ſatis multi allegantur in Barboſa *in cap. 1. de pollutione,* præter intentionem ex neceſſaria & præuiſa cauſa facta, an ſit peccatũ, ibi & de crapula & ebrietate, item *cap. inebriauerunt Loth 15. quæſt. 1.* & de delictis per ebrietatem commiſſis, quomodo puniantur vide Beſoldum *in Theſauro pract. lit. T. verb.* Trunckenheit/ꝛc. item Couarr. *in cap. alma mater part. 1. §. 7.* ibi declaratio, latiſſimè Gutier. *in quæſt. Canon. lib. 2. cap. 4.* de malo Ebrietatis, quando ſit mortale peccatum quid poſſit ebrius, an & quomodo puniendus, ibi & de crapula, vnde crapula & ebrietas dicatur, & quædam notabilia de contractu, iniurijs, & vulneribus per ipſum illatis, & Wehrner. *pract. obſ. lit. Z. verb.* zutrincken. & Couarr. *in Clement. ſi furioſus par. 3. ſub n. 4.* quod actus ſint ſpectandi in delicto ab ebrio commiſſo, vide quia docta ſunt. Ex ebrietate autem tria hæc incommoda oriri dicebat quidam 1. Daß einer ſich arm/ 2. Kranck/ 3. vnd in die Höll ſauffe/ quemadmodum Diogenes videns quondã ex inſcriptione ædium hominis vino dedititiſſimi, ꝙ venales eſſent, minimè dubitabam, inquit, quòd vini crapula excuſſa, facile domum euomeret, verum quia materia peccati ad Theologos propriè ſpectat, ideo ad illos me remitto, inter quos Ioannes Sancti *in ſcholaſticis & practic. diſputationib. diſp. 43. per tot.*

Digitized by Google

plura notabilia adducit & multos caſus in quibus homo dubius de aliquo præcepto (quod tamen in dubio iuſtum & ex cauſa factum præſumitur Menoch. *lib.6.præſ.96.*) poſſit vti ſua libertate,&pro hodierno tempore Ferd. de Caſtro *dict. loc. p. 6. & 7.* tradit,an Rex in bello inferendo poſſit moueri opinione probabili, dicente illud Regnũ ad ſe pertinere, ad quos breuitatis cauſa me remitto,& ad ea quæ inferius de opinionibus trado.

CAPVT X.

In dubio tutiorem viam eligendam, & alia timenda eſſe.

1. SEmper admonuero illud, qui amat periculum peribit in eo Syrach *cap. 3.* vnde ibi ſemper plus timeas, vbi tibi plus arridet ſecuritas,ac ibi minus ſperes, vbi ſpes in rei ſpecie plus apparet, quod pulchra parabola de aranea & muſca illuſtratur à Cyrill. *lib.1. cap. 6.* notandum autem, cum omnes bonum naturaliter appetant, quis dicatur amare periculum, ego quandoque de eo dici audiui, qui exponit ſe periculo peccandi proximo & non remoto, cuius optimam rurſus legi declarationem in Barboſa, vidi & Scacciam *de commerc. & camb. §. 1. quæſt. 7. part. 1. num. 65.* qui intelligit eum peccare, qui ſe exponit peccato in aliquo actu particulari, ſecus ſi ſe exponat in genere, ſiue in aliquo vniuerſo, vt fieri Epiſcopum, Iudicem, Aduocatum, Mercatorem, &c. quę ſunt officia gerenti periculoſa,niſi bene ſibi caueat, & tamen ſi quis talis fiat, non peccat, deinde dicit periculum eſſe duplex, alterum quo vires humanas humanamq́ue prudentiam & conſtantiam ſuperat, quale eſt periculum fornicationis, cum iuuenis manet ſolus cum pulchra, huic & ſimilibus periculis ſe exponere,eſt peccatum, & dicitur periculũ obruens,quando non eſt in poteſtate eius, qui ſe ita exponit, illud euitare, aut ſaltem non ſine magna difficultate iuxta Medinam *tom. 2. tit. de reb. reſtit. quæſt. 30. verſ. ad illud.* vbi exemplificat,ſecus eſſe dicit,quando periculum eſt eueniens, ſeu accidens, vt ſunt mendacia, quæ mercatores vendendo committunt facilè, quæ tamen ſine notabili difficultate euadere & ſuperare poſſunt, & exemplificat Scaccia *in ludo,* iunctis ijs quæ pro declaratione aliquorum tradit P. Layman *in Theologia morali lib. 1. tract. 3. cap. 7.* de peccatis ex ignorantia, infirmitate, & ex certa malitia,quodq́ue contemptus materialis ſiue ipſius operis, puta ſi quis regulam aut præceptum tranſgreditur, quia parui momenti æſtimat, ſit tantum venialis culpa, & Layman *lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 2. ſub n. 8.* dicit reg. in dubio viam tutiorem eſſe eligendam, eſſe conſilij vel procedere in dubio practico, non in ſpeculatiuo vel abſtracto vide ibi.

Sed tamen citius dicitur venire in periculum quod contemnitur,& rurſus *Eccl. 5.* 2.
de propitiato peccato noli eſſe ſine metu, neque adijcias peccatum ſuper peccatum, & ne dicas, miſeratio Domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur, nam licet peccata præterierint actu, manent tamen reatu,niſi & dimittatur,quapropter bonarum mentium eſt timere culpam vbi non eſt,*cap. fin. diſt. 5. cap. conſilium x. de obſeruat. ieiunij,* & Lucas de Penna *in l. quicunque, num. 16. Cod. de Tabular.* tutior pars tenenda in ijs,quæ concernunt ſalutem animæ,ad vitandum graues conſcientiæ remorſus Barboſa *in Clement. Exiui, num. 5. de verb. ſignif.* & ita dicit Textus *ibi in cap. 1.*

cum

Digitized by Google

cum in via Dei omnia deuia expaueſcere debeamus, omnibus bonis timor conſcientiæ, quo ad Dominum, & odor famæ quo ad proximum, neceſſaria ſunt, vnde ſcripſit Socin. iun. *conſ. 29. num. 31. vol. 2.* quòd vbi culpa non eſt, attamen fauore animæ metuenda ſit, quodqúe dubius & ignorans non comparentur, quando quis dubius, tenetur inquirere, & de facile potuit certificari, idem docuit Barboſ. *tract. Axiom. iur. vſufreq. ax. 78. num. 4. vbi & num. 12.* quòd in dubijs tutior pars eligenda ſit, maximè quando agitur de ſalute animæ, quodqúe non cadat electio, ſed pars tutior eligi debeat, quando agitur de re magni momenti, docet & exēplificat Grotius *de iure belli lib. 2. cap. 23. n. 5.* & ſemper memineris apud priſcos decantati dicti, Noſce teipſum, tecum habita, vt ſepoſitis affectibus & paſſionibus eligas & facias quod tua conſcientia faciendum præſcribit, quod lex æterna mandat, quodqúe lex Euangelica iubet, & quod mater Eccleſia tradit, neque legum ac præceptorum timorem ac reuerentiam deponamus, ſed potius ſemper ſit in ore & opere illud Decretalium, ſacrorum Canonum ſtatuta & legalis non permittit Authoritas. Nam cū in moralibus nemo ſanæ mentis velit ſecundas fortunas amittere, & in aduerſis ſine vllo remedio permanere, maximè hoc penſandū erit in rebus ſalutem animæ concernentibus, periculum namque animæ ante omnia vitandum *cap. Romana de ſent. excommun. in 6.* quod autem vitandum illud & metuendum eſt, metus dicente Seruio pro religione capitur, quia ex timore natus eſt, magiſqúe conſulendum his, quibus maius intenditur periculum *l. 61. §. ſed etſi, ff. de Carboniano edicto.*

3. Erudire igitur Ieruſalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponam te deſertam, terrram inhabitabilem dicit Dominus per Ieremiam *cap. 6.* quis autem putas, ſtabit in molendino, puta in mundo, & farina non aſpergetur? ſed vix dubito quin regeras, quæ facienda propoſuiſti, & quæ tu facis, illa clara, liquida, & optimis rationibus fundata eſſe, ac proinde cum Lucretio:

Quid dubitas? quãdo omnis ſit hæc rationis poteſtas
Omnis cum in tenebris præſertim vita laboret?
Nam veluti pueri trepidant, atq; omnia cæcis
In tenebris metuunt, ſic nos in luce timemus,
Interdum nihilo quæ ſunt metuenda pauemus.

Sed vt inquit Prudentius, inepta nunc omnes ſua vultu colorant ſeriò, verum vt alibi dixi *Prouerb. 14.* Sapiens timet & declinat à malo, ſtultus audacter tranſilit & confidit, melius eſt, inquit Cyprianus *de ſingul. Cler.* benè timere quàm malè fidere, audacia parit impudentiam, Eraſm. *Chiliad. 1. cent. 2.* vbi timor, ibi & pudor, S. Ambroſ. *de morte Cain & Abel.* erubeſcere debemus & condemnare peccatum non defendere, quoniam pudore culpa minuitur, defenſione cumulatur, ſicut remiſſa ſecuritas, inquit Caſſiodor. *ſuper Pſal. Seruite Dom.* culpas admittit, ita timor deſiderabilis, delicta ſemper excludit, Varro apud S. Auguſt. *lib. 4. de ciuit. Dei,* dicebat, Deos à religioſo vereri, à ſuperſtitioſo timeri, hinc ille apud Petronium dixit, primus in orbe Deos fecit timor, neque enim celerius quiſquam opprimitur, quàm qui nihil timet, frequentiſſimum calamitatis initium ſecuritas, hinc Poëta:

Quæ ſæpius ſero clypeum poſt vulnera ſumit.

Melius eſſe dicunt Iuriſconſulti, in tempore occurrere, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere, quippe ſolet ijs, quibus initium ſine prudentia, finis eſſe cum pœni- 4.

pœnitentia, S. Auguſt. *Epiſt. 82.* quare recte Publius Mimus dixit, animũ, vereri qui ſcit tuto aggredi, qui intelligit periculum, is quoque nouit cauere periculum, rectè ergo hic Poëta:

Qui metuenda cauet non metuenda timet.

Prouerb. 28. Beatus homo qui ſemper eſt pauidus, neſcit enim homo, vtrum amore an odio dignus ſit *Eccleſ. c. 9.* vnde S. Bernardus *ſerm. 23. in Cantica:* Terribilis, inquit, eſt locus iſte & totius expers quietis, inhorrui ſi quando in eum raptus ſum, illam apud me replicans cum timore ſententiam, quis ſcit ſi eſt dignus amore an odio, non mirum igitur, ſi bonæ mentes timeant, vbi non eſt culpa (licet reſpondeat Layman *d. tr. 1. cap. 6. num. 2. in fin.* eſſe quidem hoc ſignum animi ad bonitatem propenſi, per ſe tamen bonum non eſſe, ſed ſcientię atque iudicij defectum, vbi & aliter reſpondet, ad amouendum ſcrupulos & nimis anxias mẽtes) quanto magis tu qui facis contra leges & præcepta, putans tibi illa licere, cum tamen & ipſi pij ſecuri ſint cum formidine, mali verò cum præſumptione, & quia nihil ſecurius quàm hic nunquam eſſe ſecurum Thomas de Kemp. *de imitatione Chriſti lib. 1. cap. 20.* oportet & minima timere, nam non cauere parua vitia, gradus eſt ad maiora, & nuſquam quis tutus, niſi Chriſto vnitus, memor ergo miſeriæ tuæ ſemper eſto pauidus, ſed tempore anguſtiæ non puſillanimis; in ſecundis, inquit Senec. *3. natural. quæſt. præf.* nemo confidat, in aduerſis nemo deficiat.

5. Quis igitur ſcit an hæc cauſa & hæc opinio tua, amore an odio digna ſit, an à Deo accepta, qui ſcrutatur Ieruſalem in lucernis, intellige iuxta S. Bernard. *in Cantic. 55. circa medium*, nomine Ieruſalem de bonis & non de malis, igitur verendum dicit, aſpectum exploratoris, ne ſub ſubtili examine noſtræ iuſtitiæ, vt putantur, peccata appareant, quocirca iuxta Senec. *Epiſt. 51.* id agere debemus, vt irritamenta vitiorum quam longiſſimè profugiamus, nemo ait S. Cyprianus, diu tutus eſt periculo proximus, & S. Hieronymus *aduerſus Vigilant.* nulla ſecuritas eſt vicino ſerpente dormire, poteſt fieri vt non mordeat, tamen fieri vt aliquando mordeat, ſæpe incautos, ſæpius deſides, ſæpiſſimè vero ſibi nimium confidentes ac temerarios hoſtes proſternit; ſancti viri etiam à licitis ſolent abſtinere, aliquando vt merita ſibi apud Deum augeant, aliquando vt anteactæ vitæ culpas detergant *cap. ſunt, qui 27. quæſt. 2.* vel vt facilius impetrare poſſint quæ poſtulant *cap. Chriſtianus 33. quæſt. 4.*

In propoſito quoque cogitandum, quòd 6.
homo ſit pronior ad malum, quàm ad bonum, hac ratione, quia malum per ſe facere poteſt, bonum verò non poteſt niſi per gratiam, & maiori abiectione & ſubtiliori iudicio indiget in bono, quàm in malo *cap. ille Rex, §. quod peccauit de pœnitent. diſt. 3.* vbi habetur, quòd incidere in peccatum, naturæ eſt, ſed diluere peccatum virtutis, *iuncto ibi cap. ſepties, & cap. inter hæc hircũ,* ob id Ariſtoteles dixit, quòd omnis prauus ignoret quæ facere oporteat, & à quibus ſit abſtinendum, quod dictum quomodo debeat intelligi optimè declarat Bolog. *in cap. 4. de lege, iure & æquitate*, quare ſuperius allegatus Cicer. *1. Offic.* hic rectè contra te applicatur, vbi ait, quocirca bene præcipiunt, qui vetant quidquam agere quod dubites æquum an iniquum ſit, præſertim quando agitur de vtilitate animę, tum enim melius eſt præſumere delictum Marſil. *ſing. 151.* Maſcard. *de probat. concl. 878. num. 9.*

Felin.

Felin. *in c.fin.num.14.verſ.fallit 3.x.de præſumpt.* & potius eſt vt cum Dauide *Pſal.140* dicamus, non declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis, cum etiam de iure mutatio proprij conſilij vitio non vertatur, ſi fiat ex cauſa ſuperueniente, quippe dementia eſt in errore perſiſtere, prudentia, in melius mutare, iuxta *cap.3. x. de iureiur. l. nonnunquam de collat.bonor.* Card.Tuſch. *lit.M. concl.435.* & aliqua pulchra in Cothom. *vol.3.reſp.33. in ſecunda ſubſcriptione incip. mutatio conſilij in melius.*

7\. Hæc & ſimilia hodierno tempore, quo nimium ab auita fide & probitate receditur, quilibet Chriſtianus ſedulo perpendere debet, quod in Chriſtianis iuxta S. Hieron. nō principium ſed finis attendatur, Vinc. Caroc. *deciſ.88.n.2.* multi ſiquidem bene inceperunt at male finierunt, *cap. multi 42. de pœnit. diſtinct. 2.* melius autem eſt, ſecundùm Auguſtinum, non cœpiſſe, quàm male finijſſe, idem S. Auguſtinus *in Pſalm.129.* dicit, ſi quis non vſque in finem ſperauerit, deletur totum quod ſperauerat; Nihil prodeſt, inquit Lactantius 6. 24. male viuentibus anteactæ vitæ probitas, quia ſuperueniens nequitia iuſtitiæ opera deleuit, vnde Poëta:

Sæpe boni peccant, vitio perit obruta virtus,
Partaq; tranſacta decedunt præmia laudis.

Melior eſt, inquit Eccleſiaſt. *cap.7.* finis orationis quàm principium, quare rectè S. Hieronymus *epiſt. ad Celant.* non inchoaſſe ſufficiat, ſed perfeciſſe iuſtitiæ ſit, nam iuxta Ariſtotelem *2. Ethic. cap. 4.* ad virtutem requiritur firmiter & immobiliter operari, ita vt iuxta S. Bernard. non progredi, ſit regredi, quo propoſito S. Hieronymus *ad Furium de viduitate ſeruanda,* inquit, in Chriſtianis non quæruntur initia, ſed fines, Paulus male cœpit at bene finiuit, Iudæ laudantur exordia, ſed finis proditione damnatur, vnde belliſſimè vulgò dicitur, finis coronat opus, item:

Exitus acta probat, finis, non pugna coronat.

omnes quidem virtutes ad brauium currunt, ſed vna perſeuerantia coronatur, qui enim ab itinere recto deſiſtit, perdit meritum totius itineris, quod cucurrit, Fulgen. *epiſt. 2.* vnde minus eſſe, inquit *8. epiſt. 22.* laudanda incipere, quàm bonum propoſitum cuſtodire, quia ſalus incipientibus promittitur & præmium perſeuerantibus datur, Iſidor. *diſc.281.* & Pet. Bleſeus *ep. 72.* qualem enim te inuenerit Dominus cum vocat, talem & pariter iudicabit, *c.nunquid 2.diſt. 1.de pœnit.* concordat *Eccl.c.11.* & illud Iuriſconſultorum, quod ſecundum ſtatum præſentem iudicandum ſit, *l. moneor,* ibi Bald. & Salicet. *Cod.ſi ſeruus export. veneat,* facit illud vulgatum, in quo ſtatu te inuenero, in eo te tenebo, donec contrarium videbo, Pacian. *de probat.lib.2.cap.19.n.37.* ibi alia infert.

Quare cordibus noſtris infigamus ſententiam P. Rectoris Ray: Semper Deum 8.
præſentem cernas, vt in iudicio à reprobis te cernat, & illud S. Auguſtini *Pſal. 44.* conuerte te ad punienda peccata tua, quia impunita peccata eſſe non poſſunt, puniendum erit à te, aut ab ipſo, tu agnoſce, vt ille ignoſcat, hæc ille, bonus animus in re mala, dimidium eſt mali, ſoli homines lapſi relabuntur indies in eadem vitia, cætera animalia vbi ſemel offenderint, ſibi maximè cauent, non vulpes ad laqueum, lupus ad foueam, canis ad fuſtem temere redibunt, ſolus homo ab æuo in æuum peccat, ferè in iiſdem Lipſius *libro quinto de*

milite Rom. dial. 20. non immeritò S. Franciſcus corpus ſuum caſtigans & in ſeruitutem redigens (ſeruando Apoſtoli doctrinam) illud ipſum, frater aſine, appellauit, aſinus enim hoc proprium habet, quòd non bis ad eundem lapidem allidat, contrario modo caro hominis, aſino ignobilior, in peccatorum lapides allidit, quibus miſera peccatoris anima obruitur & ſuffocatur; è contra iuxta Senec. *ad Lucil.* initium eſt ſalutis notitia peccati, nam qui neſcit ſe peccare, corrigi non vult; In omni motu actionis inquit S. Auguſt. *1. de ciuitat. Dei cap. 1.* qui non reſpicit initium, non proſpicit finẽ; ideo quantum potes teipſum coargue, inquire in te, accuſatoris primũ partibus fungere, deinde Iudicis, nouiſſimè deprecatoris. Idem Sen. *de morib.* inquit: vbi eſt confeſſio, ibi remiſſio; *& in Agamem.* quem pœnituit peccaſſe, penè eſt innocens; hoc primum inquit Saluianus *in ipſo limine libri 2. contra auaritiam*, inquirendæ ſalutis ſuffragium, vt peccatorem pœniteat erroris, præſtat ſero quam nunquam officium facere, neq; enim rectę voluntati ſerum eſt tempus vllum teſte Quintil. conuenit illud Senecæ *in Agamem.* ſera nunquam ad bonos mores via, ſed vt alter dixit, pœnitentia ſera raro vera, ſi tamen vera, nunquam ſera; melior eſt, ait textus *in cap. iniuſtum 11. quæſt. 3.* in malefactis humilis confeſſio, quàm in bonis ſuperba gloriatio, vide S. Auguſtinum *de vera & falſa pœnitentia & de temp. 144.* Omnis homo, inquit, cum ſuo caſu ambulat, latet autem vltimus dies, vt obſeruentur omnes dies; idem de *diſcipl. Chriſt.* ideo iuxta S. Bernardum: Semper cogita vnde veneris, & erubeſce vbi ſis, & ingemiſce quo properes, & pertimeſce. Concludo cum Poëta:

——— facilis deſcenſus auerni
Lata via eſt, & trita via eſt, qua ducit ad orcum,
Inuenit hoc etiam ſe duce cæcus iter

quare inquit Hug. *lib. 3. de Anim.* Si amor Dei te tenere non poteſt, ſaltem teneat & terreat timor Iudicis, metus gehennæ, laquei mortis, dolores inferni, ignis vrens, vermis corrodens, ſulphur, fœtor, flamma tartarea, & omnia mala.

CAPVT XI.

De effectu Dubij Iuris.

1\. DVbium Iuris quoque reperies apud DD. nam licet vulgata ſit Theorica, quòd ius ſemper dicatur certum, & probatio probata & non probanda, Cagnol. *in l. quatenus cuiuſq; interſit 24. num. 9. & ſeqq. ff. de reg. iur.* vbi hoc declarat, niſi habeat mixturam facti, vt in iure ſtatutario & conſuetudinario, ſuper quo reſponderi debet, etiamſi poſitioni iuris neceſſum non ſit reſpondere, quemadmodum quotidie Aduocati & Procuratores, ad articulos libelli ex iure deductos, vel ſuper iure fundatos, non aliter reſpondere ſolent, quàm quod ſit iuris ideoque irreſponſalis articulus, aut quod ſit prætenſi & malè applicati iuris, ſicut & ibi tradit, quid ſit quæſtio Iuris & facti, de quo infra de quæſtio: nihilominus appellant DD. dubium Iuris, quod eſt perplexum, intricatum, vel etiam vbi aliqua ſententia habet difficultatem ac dubitationem Coraſ. *in l. ſcire debemus, §. ſi autem, n. 2. ff. de verb. obl.* & ex alijs docet Borellus *in ſumma deciſionum, lib. 2. tit. 14. num. 17. & ſeqq.* quod dubia ſint de ijs, de quibus Auctores priores diuerſas habuere ſententias, cum dubitatio ſit interminatus motus rationis, ſuper vtrãque partem contradictionis, & ambiguum eſſe, quod ambit vtramque partem per rationes

tiones æquipollentes, ita vt dubium Iuris æquiparetur quæſtioni facti Raudenſ. *de Analog. cap. 36. n. 121. & ſeq.* Ant. Maria, Corrarius *comm. opin. lib. 3. tit. 13. num. 8.* quòd ignorantia iuris dubij excuſet, *& in præfat. num. 18. & ſeq.* quòd diuerſitas opinionum reddat ius obſcurum & dubium, licet ſecundúm Ioann. Fab. ibi non modo leges fuerit interpretata, ſed potius deſtruxerit, & ius totum perturbauerit, ſequitur priorem doctrinam Barboſa *tr. axiom. Iur. vſufreq. ax. 82. num. 6.* quòd error iuris, in articulo iuris dubio, excuſet, ac proinde poſſit bonam fidem producere, per Couar. Donel. alioſq; ibidem allegatos.

2. Vnde meo iudicio belliſſimè deducitur, quòd & huiuſmodi quæſtiones in poſſeſſorio occurrentes, reſeruandæ veniant ad petitorium, vtpotè altiorem indaginem requirentes, Surd. *conſ. 252. n. 11.* Meiſner. *tom. 3. deciſ. Cam. Imp. 17. num. 105.* & dicit de hoc extare pulchrum conſilium Reuſneri *inter conſil. Cantunicula 23. num. 60. & ſeq.* quemadmodum exceptiones altiorem indaginẽ requirentes non impediunt miſſionem *ex l. fin. Cod. de Edict. D. Adriani tollend.* idem docet Gratian. *tom. 4. diſcept. forenſ. cap. 702 num. 42.* Sichard. *in d. l. fin. ſub n. 17.* Ioan. de Caſtil. *p. 3. quotid. contr. c. 24. num. 123.* confer tradita inferius *de Litibus*, quod videtur reddi ſuſpectum, ex traditis per Maſtril. *deciſ. 8. num. 8. & ſeq.* vbi, quòd exceptio de iure, licet reſpiciat merita, ſed non habeat mixturam facti, ſtatim decidenda ſit, etiamſi ſit iuris dubij, & difficilis Menoch. *conſ. 367. num. 5.* Surd. *conſ. 214. n. 10. & conſ. 252. paſſim per tot.* vt ita videatur arbitrarium, quæ exceptiones reſeruentur Gratianus *lib. 1. diſceptat. forenſ. cap. 170.* quod rurſus videtur reddi dubium, ex quo non ſit in poteſtate Iudicis commutare ordinem iuris, ideo quid practicatum fuerit vide apud Zaſ. *in l. ait Prætor n. 10. & ſeq. ff. de Iureiurand.* vbi dicit, ſibi probanti non competere actionem, fuiſſe iniunctum, vt exceptionibus ſaluis, litem conteſtaretur, ſi tamen replicare velis, videtur dicendum, quod loquatur in exceptione habente mixturam facti, ſiue vbi ipſum factum erat ambiguum an iuratũ eſſet, adde igitur Dauth *de Teſtam. num. 30. & ſeq.* & Borel. *in ſumma deciſ. lib. 1. tit. 48. num. 107. & ſeq. & DD. in cap. 1. de lit. conteſt. in 6.* quo me breuitatis cauſa refero, iunctis traditis inferius *de Litibus*.

CAPVT XII.

De materia Incertitudinis.

INcertitudinis Materia ſæpiſſimè quoque in praxi occurrit, quomodo autem vitiet diſpoſitionem præter Menoch. *lib. 2. de arbitr. caſ. 288.* vide Surdum *conſ. 449.* Vaſquium *lib. 1. de ſucceſ. progreſ. §. 3. & ſeqq.* & de materia incertitudinis latè Tiraquell. *in tr. de iure primogenit. q. 17.* & caſus enumeratos in Zaſio *in l. dotis cauſa nu. 34. ff. ſolut. matrimon.* in quibus incertitudo non vitiat, aliquoties quoque habui in praxi illud deciſum per Mindan. *de proceſ. Camer. lib. 1. cap. 8. num. 5.* ſi lata ſit ſententia ſed verbis dubijs & obſcuris, eiuſqúe propterea declaratio petatur, (petitio pro declaratione ſententiæ fuit reiecta in Camera apud Gail. *1. obſer. 96. in fin.*) quod tunc tempus appellationis non currat à die latæ ſed declaratæ ſententiæ, vidi tamen ſæpius vna cũ exhibita ſcedula petitæ declarationis euentualiter, ſi ſententia hoc vel illo modo intelligatur, ſeu petito modo non declaretur, 1.

ex tunc prout ex nunc & nunc prout ex tunc appellari (de qua clauſula Barboſa *de Clauſulis vſufreq. clauſ. 61. & ibi DD.* at vero iuxta Alex. *conſ.167.vol.2.* nõ valet appellatio incerta, niſi intra tempus appellandi declaretur, quod rurſus declara *vt infra de Genere,* ſicut & reus nõ comparens, quia incertus coram quo iudice comparere debeat, non efficitur contumax Marr. Monter à Cueua, *deciſ. Regni Arrag.6. n.12. & 24.* de libello obſcuro & generali, quod non valeat Gail. *1. obſer.62. & obſeru. 68. & ibi* Greuæus, in priori tamen caſu vidi conſultum eſſe exhibendas exceptiones fori declinatorias.

2. De incertitudine Card. Tuſch. *lit. I. concl. 65.* & ibi remiſſiuè Barboſa *tract. Axiom. iuris vſufreq. ax. 119.* (vbi regula cum ampliationibus & limitationibus) inter cætera dicit, quod incertitudo vitiet actum vel diſpoſitionem, vt procedat in fauorabilibus, & limitat regulam non procedere de iure Canonico, quia vbicunque poteſt mens haberi, etiamſi non ſit expreſſa, valet diſpoſitio incerta, & poteſt agi vt declaretur arbitrio boni viri, iuxta qualitatem perſonæ & patrimonij, & plures limitationes apud illum & DD. ibi allegatos, ſic etiam teſtamentum ad pias cauſas ratione incertitudinis non vitiatur Barboſa *in cap. cum tibi, n. 5. x. de teſtam.* & regulam, quod incertitudo vitiet omnes actus, tam inter viuos quam etiam in vltima voluntate, aliquot modis limitat & declarat Paulus Montanus, *Tractatu de iure tutelar. & curat. cap. 10. num. 23. & ſeqq.* ibi & allegatus Zaſius *lib. 1. conſ. 2. num. 8. & 9.* qui *in l. certum num. 5. ff. de confeſſis,* triplicem ponit incertitudinem, vbi & *num. 6.* quartam ponit, & aliqua pulchra & notabilia de incertitudine & imperſonalitate, an & quando vitient diſpoſitiones apud eundem Zaſium *in l. Si ego, §. Labeo, per tot. ff. ſi certum petatur.*

CAPVT XIII.

De incertitudine quota & identitatis rei, an rerum & perſonarum pluralitas præſumatur?

DE quotæ incertitudine, & quid ſit quota, & qualis certitudo attendatur, multa ſubtilia in Pariſio *lib. 1. conſ. 61.* adde text. ibi & DD. pulchrè quoque Zaſius *in l. poſſideri, §. incertam partem, ff. de acquirend. poſſ.* Surdus *conſ. 168. num. 48. & ſeqq.* incertæ rei, nec dominium nec poſſeſſio acquiritur Pariſ. *d. loc.* & Cephal. *conſil. 159.* vnde in praxi quotidie vides, vindicanti rem aliquam, obijci defectum probationis reſpectu identitatis rei, de qua Gratianus *tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 293.* & quomodo probanda Magonius *deciſ. Florent. 93.* & Rota Lucenſ. *deciſ. 96. num. 2.* & Anton. Faber *in Cod. de rei vind. defin. final.* Riccius *p. 4. collect. 1344.* Tepatus *in Compendio deciſ. tit. 209.* de identitatis & pluralitatis probatione & præſumptione Zaſius *lib. 1. conſ. 3. num. 35.* quod in dubio potius identitas quàm pluralitas, & res potius eadem quam multiplicata præſumatur, *& in l. ſi pluribus, §. ſi eadem res ff. de legat. 1.* an & quando quantitas ſæpe repetita, multiplicata vel eadem cenſeatur, *& in l. triticum, ff. de verb. oblig.* Menoch. *de arbitr. caſ. 213.* Anton. Faber *in Cod. de probat. defin. 70.* & de legato, an pluries factum Tuſchus *lit. L. concl 75. & ſeq.* ad prædicta quoque Crauet. *conſ. 198.* vbi & quod actuum & factorum pluralitas non præſumatur, quod 1.

quod tamen limita procedere propter diuerſitatem temporis, quia ex factorum diuerſitate pluralitas præſumi poteſt, vt notat Socin. *conſil. 24. num. 8. volum. 1.* an autem & quando præſumatur pluralitas rerum vel non, vide Pacianum *de probat. vol. 2. cap. 15. num. 34. & multis ſeqq.* & latè Viuium *deciſ. 203.* Barboſ. *tract. axiom. iuris, ax. 179.* & ſingulariter ibi *num. 10.* quod pluralitas actuum, rerum & perſonarum non præſumatur, quando agitur ad pœnam & criminaliter, item an & quomodo pluralitas rerum ſeu factorum præſumatur, ad effectum teſtes concordandi in Farinac. *de teſt. q. 65. num. 38. & ſeq.*

2. Regula eſt, quod in rebus pluralitas non præſumatur, niſi probetur identitas Crauett. *conſ. 112. num. 4.* hinc mirabilis & notabilis eſt deciſio Ioann. Andr. *in cap. auditis, per illum text. x. de præſcript.* vbi dicit ſe practicaſſe & obtinuiſſe contra quendam, qui cõduxerat equum pro itinere conficiendo, & probarat per comitem itineris quòd equus, quem equitarat, erat mortuus naturaliter, quod tamen non releuauerit, ex quo non probata erat identitas equi, quam deciſionem ibi adprobat Antonius de Butrio, vide tamen Ioannem Andr. declaratum in Wameſio *centur. 3. conſ. 29. num. 27. & ſeq. de probatione identitatis* & an bona eadem præſumantur, & dicit Ioannis Andreæ doctrinam procedere, ſi locator expreſſe neget eum eſſe ſuum equum, qui traditus fuit, alias vbi tantum de culpa quæſtio eſt, nulla facta mentione diuerſitatis, identitas potius præſumitur, de cuius probatione Caualcanus *p. 2. deciſ. 41.* Alexand. *lib. 6. conſil. 183. num. 17.* vbi per varia iura probat, quod res quæ petitur, debeat certè & clarè demonſtrari, vt autem res dicatur certo demonſtrari, requiruntur ad minus duæ veræ demonſtrationes, & ſimiliter quod debeat demonſtrari per duos confines, quia igitur in caſu ibi propoſito venditor dicit, quod vendiderit boues pili nigri, & ſic non ponit niſi vnam demonſtrationem, per conſequens res non dicitur certè declarata, & ſpecificata, nec teſtes & probationes ad idem tendentes dicuntur certæ ſed ambiguæ, vnde actorem non releuant, & licet aliquo caſu petitio incerta procedat, tamen ſemper debet in probationibus certificari, vt poſſit ſequi certa ſententia inferens inde, quod actore non probante, vel non clarè probante reus abſolui debeat.

An vero & quando propter conturbationem finium, rei identitatem præſumptiuè probare ſufficiat Wameſius *ad Ius Canon. tit. de cenſibus conſil. 485. num. 5.* & 3. de identitate prædij eiuſq́ue probatione Farinacius *parte 2. deciſ. 371. per tot.* in materia deuolutionis bonorum, & quomodo dominium tunc probandum Gratianus *cap. 912. & cap. 188.* Surdus *conſil. 135. & conſil. 186.* quibus ſi de dominij & identitatis probatione adiunxeris Maſcardum *de probationib.* & Marcell. Calam. *de modo articulandi & probandi*, infinitos caſus in praxi occurrentes decidere poteris, prout & hodiernis temporibus, vbi ob continua bella ipſa bona immobilia in confuſo iacent, & propter depulſos, ſæpe mutatos poſſeſſores, longinquitate temporis non apparent termini vel etiam conditio originis, vt dicit textus *in cap. longinquitate 12. quæſt. 2.* in talibus caſibus leuiores probationes imò & præſumptiones ſufficere, teſtatur in caſu à ſe propoſito Zaſius *libro primo,*

Digitized by Google

conſil.5. num.2. & 3. & lib.2. conſ.16. n.41. ait, fines temporarios facilè variari, diminui, augeri, aut præſcriptione aut potentia, aut occupatione per fas & nefas, vt dicunt DD. *in cap. fin. de officio Arch. & cap. ſuper eo de parochiis,* tunc autem obſeruantia ſubſecuta multum proderit, ita vt inſtrumentis ſæpe hodie deperditis, qualis apparet ſolutio, talis præſumatur præcisè contractus Iaſon *in l. ſi certis in fin. Cod. de pact.* ſicut & per qualitatẽ rei demonſtramus ipſam rem Zaſius *in l. prætor ait, §. deinde num.2. ff. de noui operis nunciat.* & Surd. *conſ.179. n.59.* quod accidentia conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt, vt è contra à quo remouetur qualitas & ipſa res remoueri dicitur teſte Zaſio *lib.2. conſ.7. num. 9.* quæ quandoque adduxi contra negantem ſe talem, qui tamen præſtabat quæ talis facere obligatus erat.

4. Quippe multi ſe Vaſallos, Amanuatos & ſimiles negant, non obſtante quod fecerint & præſtiterint quæ alij intuitu ſimilium bonorum faciunt & præſtant, talis autem præſumitur conceſſio, qualis eſt ſolutio Mantica *de tacitis & ambiguis lib. 22. tit.8. num. 36. per tot.* ex quibus verbis & argumentis Emphiteuſis contracta intelligatur, adde tamen quæ de recognitione & tacita confeſſione ex ſolutione reſultante ſcribit Gratianus *diſcept. forenſ. cap.188.* Roſenthal *in ſuo Tractatu de feudis cap.2. concl.63.* vbi quod & obſeruantia ſubſecuta obſcuram conceſſionem declaret, vt ſi inueſtitura petatur, fidelitas probetur, &c. feudum præſumatur, licet cenſus ſoluatur, adde hic, *tradita infr. de Genere cap.3. in fin. & cap.4.* prædicta tamen, ob variantes circumſtantias, difficilis ſæpe ſunt determinationis, habeo modo in facto, vbi propter actos cuniculos & foſſas, in expugnatione Ciuitatis, quod cuiusq́ue erat apparere non poterat, hinc editis inſtrumentis ex oculari inſpectione, adhibita agrimenſoris delineatione, cauſa determinata fuit, in ſimilibus caſibus dicunt Reo ſufficere, ſi offuſcetur intentio Actoris, licet non deſtruatur, quia ſi res eſt dubia, Actor debet Iudicem certificare quæ ipſius ſint bona, vel ſuccumbere Surd. *conſ. 234. n.24. & ſeq. ibi & conſ.235.* eſt notabile ad propoſitum in materia incertitudinis, identitatis rei, & quando duæ demõſtrationes ad eiuſdem probationem ſufficiant, vel non, vide quia ſæpiſſimè in praxi occurrunt & Caualc. *p.2 deciſ.41.* vbi quoq; notabilia pro caſu qui eſt modo in cauſa cuiuſdam Prælati in facto, & dicit ſufficere de corpore conſtare, & conceſſionem potius temporalem quàm perpetuam cenſeri, de quo quędam tradam *tit. ſequenti de Æquitate.*

CAPVT XIV.

De duobus ſimul metam attingentibus & ſimilibus; & de inſtrumenti dubietate & contrarietate.

DE præmio propoſito Caſtrum ingredientibus, ſi duo intrent, & de duobus ad brauium currentibus, de duobus qui ſimul naſcuntur, moriuntur, & de pluribus ſimul vulnerantibus & ſimilibus vide Felin. *in cap. Capitulum, num.17. & ſeqq. x. de reſcript.* & Forſterum *de ſucceſſ. ab inteſtat. lib. 4. cap.8. num.11. & ſeq.* vbi de muliere quæ ſtatim marito defuncto ad ſecunda vota tranſit, & nono menſe parit, cuius mariti ſit filius, de duobus ad arma peruenientibus, metam attingentibus, de duobus in diuerſis teſtamentis inſtitutis; prout pendet grauiſſima cauſa, in qua duo fuerunt facta inſtrumenta, 1.

menta, vno & eodem tempore, vnum alteri contrarium, de quo vide Surdum *conſ. 141.* An vero in vno falſum inſtrumentum, in totum tale ſit Mindanum *de continentia cauſ. cap. 18. num. 29. & ſeq.* Regulam cum limitationibus in Felino *in cap. fraternitatis num. 16. & ſeqq. x. de hæret.* latè Seraphinus *de priuilegio iuram. priu. 168* vbi & Additionatur, latè quoque Maſcard. *concl. 742. & 743. de dicto teſtis*, an in vno falſum, in toto præſumatur falſum, de quo & Tiraq. *de pœnis temp. cauſ. 44. num. 42.* de prædictis quoque Gabriel *in comm. concluſionib. lib. 7. concl 3. & 4.* infinitos allegat Barboſa *in cap. pura, 3. quæſt. 9.* an teſtimonium falſum in vna parte, in reliquis vitietur & in totum corruat, declara autem priorem doctrinam, etiamſi Inſtrumentum ſit falſum, non tamen protinus contractus in eo deſcriptus falſus dici poterit, cum contractus aliunde probari poſſit Bocatius ad *Conſtit. Picenaſ. gloſſ 7. num. 6.* aliud enim eſt contractus & aliud inſtrumentum contractus, & de duobus ad metam currentibus vel ſimul victoribus Vaſq. *lib. 2. Contr. cap. 91.*

CAPVT XV.

De legato & Contractibus ſpei, & incertis & ſorte factis.

1. DE legato incerto Menoch. *lib. 4. præſ. 107.* Tuſchus *lit L. concl. 43. & aliquot ſequentibus*, de legato duobus præſtando Grat. *lib. 1. diſcept. forenſ. c. 70. ibi* an cuilibet in ſolidum vel pro æquis partibus præſtari debeat, vide *l. ſi pluribus, ff. de legat. 1.* an in legato dotis præſumatur minus vel maius legatum, Surdus *deciſ. 298.* & de virtute incertitudinis Menoch. *de arbit. caſ. 188.* & quod æquitas annexa ſaluet ſtipulationem incertam, *infra de Æquitate cap. 3.*

Sicut & contractus qui periculo fortunæ ſubyciuntur permiſſi ſunt Tuſc. *lit L. concl. 456. n. 10.* & de iactu retis *l. ſi iactum ff. de action. empt.* in huiuſmodi incertis, habet locum reſtitutio in integrum Papon *de arreſt. lib. 16. tit. 3. de reſtit. in integr. arreſt. 18. & ibi appendix*, & multa de ſpe omnium rerum incertiſſima Tiraq. *de ll. connub. gloſſ. 2. num. 26. & ſeq.* & quando ſit conſiderabilis Knichen *de Saxon. non prouoc. iure. c. 2 num. 18. & ſeq.* Ant. de Petra *de poteſt. Prin. cap. 50. num. 31. & ſeq.* Tuſch. *lit. I. concl. 629 & lit. S. concl. 365.* pulchrè Poëta: 2.

Spes animos hominum fallit dubiosq; relinquit.
In Christum fortis ſpes ſine fine manet.

Vnde haud pridem in diuiſione ſorte facta non dari reſtitutionem in integrum conſului ex Deckero *lib. 2. diſſert. 7. n. 6. & ſeq.* vbi hoc ſatis probat & latius *p. 2. de litibus & de quæſtionib.* latiſſimè tractat Reinking *de retractu, q. 2. n. 87. & ſeq.* an & quando ſortilegia licita ſint, & quæ iudicio ſortis cõmitti poſſint vel non, & quid in dubijs facti & iuris quæſtionibus obſeruandum, ait, ſi munera publica, præmia, dignitates, &c. ſorti committantur id aliter fieri iuſtè non poſſe, niſi conſiderata exactè perſonarum qualitate, ſtatu & conditione, vt earum par ſit & æqualis virtus, conditio & induſtria.

CAPVT XVI.

De ſucceſſione in bonis militum peregre vel ad bellum profectorum, de quorum vita & morte nihil certi conſtat, cum rationibus dubitandi, decidendi & declarandi, & de mortis probatione ad effectum lucrandi dotem, alteri rurſus nubendi, &c.

PVlcher eſt caſus, in quo bis conſului, aliqui peregre vel in militiam profecti lõgo 1.

go

Digitized by Google

go tempore non fuere viſi, nec de iis per nuncios in eum finem miſſos, quidquam certi haberi potuit, an viuant, an mortui ſint, & tamen hæredes proximiores, hæreditatem illam diuidere volebant, excluſis ijs qui tempore profectionis illorum, cum cæteris in vno eodemq; reperiebantur gradu, & vtriusq; parti videtur obſtare, quod curator bonis dandus veniat Decius *conſ. 575.* imò nec hoc procedit, quando abſens habuit tutores & curatores Menoch. *de arbit. caſ. 150. num. 16.* item adiens hæreditatem, certo ſcire debet, eum, de cuius hæreditate petitionem inſtituit, diem obijſſe, adeo vt ignorans, vel de eo dubitans, fruſtra experiatur *l. is qui heres, §. ſi quis, l. heres, l. qui ſuperſtitis, l. qui hæred. ff. de acquiren. hæredit.* Zuchardus *in l. fin. num. 248. C. de edict. D Adr. tollen.* & ita quoque iudicatum refert Antonius Faber *in Cod. de his qui ante apertas tabulas, definit. 1. in addit. num. 8. & 9.* in cauſa matris filio ſuccedere volentis, adde & Alex. *conſil. 121. num. 1.* deinde vt aditio valida ſit, requiritur quod iam delata ſit hæreditas, alias ipſo iure nulla eſt & Anchor. *conſ. 390.* requiſita in Maranta *in l. is poteſt, n. 104. de acquir. hær.* vnde & in alio caſu illatum, quod cum non conſtaret de matris aditione iuxta formam ſtatuti (requiſita de iure cõmuni donando vel teſtando de hæreditate vti factum erat, cenſetur eandem adite Surdus *deciſ. 138.*) conſequenter nec illa filio ſuo in hæreditate alios ſubſtituere potuit, hæreditas enim non adita, non tranſmittitur Gail. *2. obſer. 128. num. 18.* pulchrè Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſtato lib. 2. cap. 5. diuiſ. 1.* in materia tranſmittentis hæreditatem non aditam (prout noſtrum edictum ſummarijſſimi poſſeſſorij continuat poſſeſſionem in hæredem, cum adiectis clauſulis, de quo vide Iaſon. *volum. 3. conſ. 85.* & in eadem materia Tiraquellum *tract. le mort ſaiſit le vif*) idem quoque docetur per Surdum *conſ. 463. in materia donationis & deciſ. 206.* quod ante ratificationem & acceptationem donatarij, acquiratur eidẽ, ita vt poſſit quandocunq; ſubſequi declaratio, quod ſit eius voluntas, quodque ex ſola ſcientia cenſeatur in fauorem ſui, factam donationem acceptare, ex quo illi adferat vtilitatem, atque taliter defenditur citato loco, quod ante acceptationem non poſſit reuocari donatio, contra diſſentientes DD. ibi allegatos plurimos Doctores pro & contra citat Barboſa *de Clauſulis vſufreq. clauſ. 105.* & dicitur magis communis opinio; & rurſus Surdus *deciſ. 138.* de iure, ex lege vel ex ſtatuto delato, quomodo tranſmittatur, & plura de iure tranſmiſſionis ibi, iuncta *deciſ. 140.* vbi principaliter agitur, an ius adeundi, tranſeat ad creditores filij,

Præterea videbatur obſtare Hector Fe- 2.
licius *tract. de ſocietat. cap. 25. num. 39.* vbi in ſpecie tradit, quod mors militis non probetur, licet conſtet multos milites mortuos fuiſſe in exercitu, cum & probari debeat, quod & dictus miles ibi erat, & plura de morte animalium, ita quoque docet Surdus *conſ. 109. num. 1.* mortem non probari ex eo, quòd multi mortui fuerint in pugna, niſi & is, qui dicitur mortuus, probetur fuiſſe in pugna, quia mors alicuius non præſumitur, ſed probanda venit, *l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadmodum Teſtamenta aperiant. l. ſi quidem, ibi gloſſ. Cod. ſolut. matrimon.* requirunturqúe plenæ probationes Alex. *conſ. 259. num. 3. & 4. lib. 4.* etiamſi conſanguinei eum habuerint pro mortuo Alex. *conſil, 117. num. 7. lib.*

Digitized by Google

lib 4. *& conſ*187.*lib.6.*& tradit Pacianus *de prob.lib.2 cap.7. nu.* 2. in terminis probationis vitæ & mortis, quod melior ſit conditio poſſidentis; ita vt is, qui non poſſidet, debeat probare aliquem ſuperuixiſſe, idem docet Bart.*in l ſi inter in f.ff de reb. dub.* vide omnino Cacher.*decis.* 108. *& in conſ. ibidem ſubiuncto* de matre & filio, de quorum ſucceſſione agitur, defunctis, cui incumbat onus probandi, matrem filio, & filium matri ſuperuixiſſe,& ibi intellectus *ad l.qui duos* §. *cum bello ff. de reb.dub.* & Pacian. *d. loc.* & Menoch.*remed.4.adipiſcend.poſſeſ nu.*661.*& ſeqq. & lib. 6. præſ.*50. Alias de probatione mortis præter Maſcard. & Menoch. Karpzouius *p.*1. *Conſtit.Saxon.*16. *def.* 37. *& ſeq.* diſtinctio quoque notabilis apud Ant. Fabrum *in Cod.de probat.defin.* 2.& Chriſtinæus *ad conſuetud.Mecchlin.tit.*16.*art.* 28 & Tepatus *in compend.deciſ.tit.*210.*&* ſatis late Marcel.Cala. *de modo articul. & probandi gloſ. vn. nu.* 235. *& multis ſeqq. & in præced. de morte equi conducti.* & Maranta *in d. l. is poteſt*, *nu.* 156.*& ſeq.* latiſſimè Tractatus Regularum Iuris Ciuilis & Can. *lib.*11. *lit. M. verb. mors omnia ſoluit.verſ. ſexto præmitto* vbi & de marito & vxore ad effectum Lucrandi, & de alijs quis præſumatur prius mortuus, & hæc notentur Contra mulieres, quarum mariti ad bellum vel alio profecti ſunt, quia alteri hodie nubere non debent nec poſſunt, antequam legitime probetur mors mariti *cap in præſentia de ſponſal. & matr.cap. dominus x. de ſecundis nupt.* & in Inſtitutis Iuris Cano.*tit.de diuort.*& refert notabilem caſum & declarationem ad dicta ſuperius de legitimatione filiorum, qui ex putatiuo matrimonio nati ſunt Ant. Fabr. *in Cod. de dignit.def.*28. quod matrimonium contractum quaſi Cum vidua, ante acceptum de prioris mariti mortui certum nuncium, non valeat, nec libri ex eo ſuſcepti pro legitimis habeantur, ſi tamen teſtimonia (ſiue vera ſiue falſa vti quandoque fit) pro ſe haberet, & nihil de falſitate conſtaret, atque ita bona fide cum altero matrimonium contraheret, non dubito quin hoc caſu proles legitima ſit, licet reuerſo priori marito, ſecundum relinquere & ad priorem reuerti debeat.

Rationes decidendi potiſſimum deduxi 3.
ex Berlichio *p.* 2. *concl.* 21. *in f. & concl* 75. Crauet.*conſ.*127.*nu.*17.*& fin.* Munnoz *tr. de ratiociniis cap.* 6.*nu.* 47. *& ſeqq.* vbi de iure Hiſpaniæ & ampliatione Bartoli tenentis, quod in prædicto caſu, vbi quis viſus fuit ingredi bellum & non exire, quod tunc mors ſufficienter dicatur probata, ſicuti ſi per orbem vagatus fuerit, & elapſum ſit quinquennium,ex quo incepit dubitari de eius vita,item ex Ludouico *deciſ. Peruſ.* 30. *& late deciſ.*12.vbi & quomodo conſtare debeat de morte, vt alteruter coniunx poſſit iterum nubere,de quo & Sanches *de matr. lib.*2.*diſp.*46. *in quæſt. & ibi* de belligerantibus contra Turcam, de quibus & loquitur Ludouicus *d.loc.*illorumque bonis diuidendis, Viuius *deciſ.* 243. vbi & de morte nauigantis, quod per famam publicam probetur,de quo & deciſ:Rotæ genuenſis 36. *nu.* 6.diſtincte Farinac.*de indic.& tortura q.*47. *n.* 97. *& in ſeqq* quoq; declaratur,docet etiam Gratian *lib.*1 *diſcep forenſ.ca.*78.*nu.*1. *& ſeq* quod vita probanda ſit per eum, qui ſe fundat in ea,quia præſumitur mortuus qui non reperitur,neq; verum eſſe dicit, quod homo præſumatur viuere centum annis, licet tam diu viuere poſſit, miſſo igitur & reuerſo nuncio, qui in locis, ad quæ profectus erat is, de cuius hæreditate agebatur,

Digitized by Google

nihil de abſente & peregre profecto ſciri teſtabatur, & probabat, bona ipſius, erga cautionem de reſtituendo, caſu quo reuerteretur, diuiſa fuiſſe, vide omnino Chriſtinęum *ad conſuet. Mechlin. tit.* 16. *art.* 28. & de venditis bonis eius qui, creditur mortuus, Valaſcum *in praxi partitionum cap.* 7 *num.* 12. *&* 21. & Iaſon. *ad tit. Cod. de iure Emph. num* 97. quærit quid iuris ſit, ſi emphiteuta reliquerit procuratorem, & obijt in longinquis partibus, & dominus dubitans non vult amplius recipere penſionem à dicto procuratore. hic autem vult ſtare in poſſeſſione, vide ibi.

4. Pro diuidentibus fuit quoque dictum quod hæreditas abſentis, vltra viginti annos adiri poſſit, vt colligitur ex Baldo *vol.* 2. *conſ.* 90. *num.* 20. Bart. *in l. fin. ff. de hu qui not. infam.* Surd. *conſil.* 510. *num.* 27. Ludou. *d deciſ.* 20. *num* 3. *& ſeqq.* Hercul. *de negat. prob. nu.* 209. Cothom. *vol.* 3. *reſp.* 13. *num* 58. & adiri poteſt alicuius hæreditas ſub illa conditione, quatenus adiri poſſit per notata Cagnol. *in l. actus legitimi num.* 25. *& ſeqq ff de reg. iur.* & illuſtratur à Zaſio *in l. cum ad præſens. ſub num.* 6. *& ſeqq. ff. ſi certum petat.* imò dictum fuit, quod ſufficiat vehemens opinio eius, qui hæreditatem adit, alterum mortuum eſſe *l. cum quidam* § *quod dicitur ff. de acq. hæred.* Gilken *de præſcrip. p.* 2. *memb.* 2. *cap.* 2. *num.* 134. vide Maſcard *de probation in prin. quæſt.* 10. *num.* 40 *& ſeqq* ſic ſcio aditam fuiſſe hæreditatem coram Notario & teſtibus.

5. Verum cum ad petitionem Nobilium & Clariſſimorum Dominorum Doctorum Born & Krufft, ita reſpondiſſem, Alma viuerſitate Colonienſi reſponſum contra Hambloch approbante, non venit in mentem notabilis deciſio, quæ dicto Hambloch ſeruire videbatur, tradita à Karpzouio *p.* 3. *conſt. Saxo.* 24. *defin.* 24. vbi ſi defunctus ignorauit ſibi delatam fuiſſe hæreditatem, eamque propterea non adijt, eius hæres reſtituitur in integrum, & ita dictus Hambloch, licet eius parens ignorans non adierit, reſtitutionem in integrum petere poſſe videbatur, tamen in caſu propoſito, vix ac ne vix quidem probari poterat, in vita patris petentis hæreditatem, fuiſſe delatam, vel defunctum tunc obijſſe, vti in dicto caſu requiritur apud Karpzouium, imo hæreditas, ne quidem ante aditionem, dicitur in bonis noſtris, nec etiam ius adeundi, & conſequenter non tranſmittitur vt probat Gail *lib.* 2. *de pace publ. cap.* 19. *nu.* 14. *&* 15.

CAPVT XXVII.

De vulgata Theorica quæ in dubio pro actus validitate militat, cum ampliationibus & limitationibus ac de materia contrarietatis.

IN hac materia habemus aliquot vulgatas Theoricas, quas magis frequenter in reſponſis meis adduxi, quod in dubio, actum ita interpretari debeamus, vt potius valeat quam pereat, *l. quoties ff. de reb. dub. l. quoties in ſtipulat.* 80. *ff. de verb. oblig.* quæ eſt regina aliarum interpretationum vti late exornatur in Tuſcho *lit. A. concl.* 156. Menoch. *lib* 6. *præſ.* 4. *& lib.* 4. *præſ.* 106. adeo vt & maligna dicatur interpretatio, qua contractus irritaretur, cum ex alio ſenſu valere poſſit, Zaſius *in l. ſi ita ſtipulatus fuero* §. *Chryſog. num.* 17 *ff. de verb. oblig.* quid enim virtuti dignum vnquam retribuit calumnioſa interpretatio? imo 1.

vt

Digitized by Google

vt actus ſubſiſtat verba improprianda ſunt, latè Crauet. *in repetit. rubr. de leg. 1. nu. 8. in f & num.* 44 & 58. *& ſeq.* cum iuris præſumptio aptetur ad confirmandum, non vero ad actum infirmandum, & electa cenſetur ea via, quæ eſt facienti vtilior Surdus *deciſ.* 233. *num.* 15. & validior Barboſa *tr. ax. iur. vſufreq. ax.* 11. *num.* 2. & 3. quatenus autem nullitati, quatenus item validitati actus fauendum, pulcherrimis exemplis declarat Vantius *de nullit. rubr. quid ſit nullitas, num.* 25. *& ſeqq. & rubr. vlt. num.* 127. *& ſeq.* Alciat. 3. *præſ.* 34. adde & Surdum *conſ.* 3. *num.* 36. vbi infertur ad plura, qui aliquid tenetur facere, debet hoc ita facere vt valeat de iure, *& deciſ.* 233. *num.* 31. quod diſpoſitio non trahatur ad illicita, neque diſponens cenſeatur elegiſſe viam, per quam eius iudicium ſubuertatur, quodque diſpoſitio vniuerſalis & geminata non trahatur ad actum qui eſt inualidus, ſed paria ſint actum non celebrare vel eum minus rite celebrare. Barboſa *tract. axiomatum iuris vſu freq. ax.* 111. *n.* 7. *& ax.* 12. *n.* 16. *& ſeq.* vbi & quod actus debeat validus ſuſtineri ſecundum propoſitum agentis, non autem ſecūdum oppoſitum, vt minus damnoſus ſit gerenti, vt ſit magis prouiſum cauſæ neceſſariæ & DD. ibi copioſè allegati, & Scaccia *de ſent. & re iud. gloſſ.* 14. *q.* 23 *num.* 40. vbi DD. quod gerens actum, cenſeatur illum gerere, prout licite & magis licite eum gerere poteſt, prout ſibi magis vtilis eſt, cenſeaturq; illum feciſſe, prout de iure fieri debebat, & cenſetur factus non ex cauſa, volūtaria, ſed neceſſaria per DD. ibi allegatos, & rurſus Barboſa *in Reg. beneficium n.* 8. *&* 9. *de regul. iuris in* 6. quod illud dicamur poſſe, quod licite poſſumus, & poſſe non dicitur quod quis inhoneſte poteſt, iunctis traditis per Zaſium *lib.* 2. *conſ.* 2. vbi tradit, quod quilibet ſe honeſte gerere & verſari præſumitur.

2. Prædicta regula duobus modis limitatur apud Manticam *de tacit. & ambig. lib.* 14 *tit.* 19. *num.* 17. *& ſeqq.* niſi interpretatio ſit valde extranea, item quando interpretatio validitatis, nimis grauis ſeu oneroſa eſſet promiſſori Iaſon. *in d. l. quoties in ſtipul.* Meiſner. *lib.* 1. *deciſ. Cam. Imp.* 21. *num.* 41. Francil. de Barri *tract. de ſucceſſ. teſtati & inteſtati lib.* 10. *tit.* 11 *num.* 41. ex Mantica *de coniec. vlt. volun. lib.* 12. *tit. vlt. num:* 17. *& ſeqq.* vbi limitatur, quando mens teſtatoris eſt certa, nam tunc debet mens teſtatoris attendi, licet actus annulletur 2. ſi actus forma non fuerit ſeruata, 3. quia dicitur fauorabilis illa interpretatio quæ odium excludit, licet inutilis reddatur diſpoſitio, latius vide ad eos, & Meiſnerum *tom.* 3. *deciſ. Cam. Imp* 18. *num.* 44. *& ſeqq.* vbi licet inſtrumenti tenor ſit interpretandus, vt remoueatur vitium & contrarietas *cap. inter dilectos x. de fide inſtr. DD. in l. vbi pugnantia ff. de reg. iur.* tamen hoc fallit, quando non poteſt commoda interpretatione ſaluari, quin inſtrumentum incurrat in contrarietatem & obſcuritatem, tunc ipſi fidem derogat, licet foret fauorabile *DD in d. l. vbi pugnantia & l. ſcripturæ Cod. de fide inſtru.* & Meiſner *d. loco* & ibi in præced. de illa vulgata Theorica, quod contraria in iudicio allegans, non ſit audiendus, ſed à limine iudicij repellendus, an & quando hoc procedat vide Card. Tuſch. *lit. C. concl.* 1005. *& concl.* 1007. vbi & ex quibus inducatur contrarietas, de contrarietate ſcripturę Codicillorū vide omnino pulchrè diſtinguētem Deckerū *li.* 2. *differt.* 1. *n* 36. docetq; Crau. *concl.* 164. *n.* 36. *q.* vbi diſtinguēdo vel diuidēdo cōtradictio dirimi poteſt,

 exclu-

excludenda veniat ; & ibi remiſſiue & aliquot limitationes contra præſumptionem validitatis actus apud Barboſam *tr.ax. Iur.vſufreq.ax.12.*& Alciatum *reg. 3. præſ. 34. per tot.*

CAPVT XVIII.

De Theorica quæ dictitat Capiendam eſſe interpretationem quæ eſt delicti excluſiua , an & quando delictum, dolus & fraus, item an quis bonus vel malus præſumatur & ibi illata contra eum, qui non contrahit adhibitis debitis iuris ſolennitatibus, cum prædictorum ampliationibus, limitationibus & declarationibus in praxi vtilibus, & quomodo quis fructus ſuos faciat, item de iis quæ palam & clam ſiunt.

1. ALtera Theorica quoque quotidiana eſt, quod delictum non præſumatur, quodq; nemo præſumatur delinquere, ſed ea capienda ſit præſumptio, quæ eſt delicti excluſiua, quodq; verba interpretanda ſint potius in nō delictum quam delictum, etiamſi aliquo modo impropriarentur Barboſa *in cap. ne quis arbitretur 22. q. 2. nu. 4. & ibi DD.* hinc recte dixit Mimus, difficilem oportet fidem habere ad crimina , & Iuris Conſulti quotidie in Scholis & foro tradūt, quando concurrunt duæ præſumptiones, quarum vna eſt excluſiua, altera incluſiua delicti, ſemper attendi debere. quæ eſt excluſiua delicti Grammat.*deciſ 18 nu* 5.adde hic tradita per Tepatum *in compendio deciſ. tit. 59. de defenſionibus Reorū paſſim per tot.* & Maſcardum *de probat. concl.* 234. bonitas & bona qualitas alicuius quomodo probetur & amplietur *vbi & concl.* 234.*nu* 9. ex Bald. dicit, quod bonitas propagata eſt ex origine & procliuitate naturę, non autem ſcelus, vnde etiamſi adſint duæ nequitiæ, magis tamen, pro bonitate præſumendum eſt (vide DD. pro & contra allegatos per Wilhelmum Antonij *de Moratorijs reſcriptis tit. 5. concl. 8. nu. 12. & ſeq.* ſi duæ cauſæ vel qualitates cōcurrunt in materia indiuidua, quarum vna prodeſt altera nocet, qualis attendi debeat, vbi aliqui tenent, quod attendi debeat quæ prodeſt , alij quod attendi debeat quæ nocet, & rurſus Maſc. *concl.* 1005. quod nemo malus pręſumatur *cum ampliat. & limit.* prædictam theoricam adprobant DD. *in l. merito ff. pro ſocio* & exornatur apud Anton. Gabriel *in comm. concl. lib. 7 concl.* 2. Menoch. *lib. 5. præſ. 2. &* 3. Pacian. *li. 2. cap. 16.* Alciat. *reg 3. præſ.* 1. Crauet. *conſ.*151 *n.* 18. vbi, quod culpa & delictum non , ſed potius quid legitime quam illegitime factum præſumatur, maxime ad excluſionem delicti, Farinac. *p. 1. deciſ.* 434.*n.* 5. vbi & quod actus fieri cenſeatur, vti fieri ſolet, & ampliat vt actum palam faciens, videatur feciſſe bona fide, etiam in faciente actum prohibitum publice & palam, *l. fin. vbi* Bart. *ff. de ritu nupt.* Seraphin. *de priuileg. iuram. pr.* 4 *num.* 187. *& ſeqq.* vbi & exemplificat, in tutore palam ſibi appropriante res pupilli, quod dicatur in bona fide, nec propterea ſuſpectus reddatur, quodque facienti actum, quem alij paſſim faciunt, dolus aut culpa imputari non debeat, vide ibi latius, quia & declaratur illa Theorica quod non liceat allegare ignorantiam, de quo erat publica vox & fama, vnde & delinquere non dicitur, qui habet aliquam rationem credendi ſibi licere id facere Bartazol. *conſ. crim. 62 inf. lib.* 1. neque puniendus, faciens quod ſibi licere credit *l. quamuis ff. de condit: & demonſtr.* Crauet. *conſ. 8. nu.* 31. imo etiam in his , quæ ſunt de genere prohibitorum rumor & fama præſtant iuſtam cauſam & excuſant à dolo & à

pœna

Digitized by Google

pœna Farinac. *in praxi crim. tom. 1. p. 2 quæſt.* 90. *nu.* 46. nec ſufficit dolum in genere proponi aut probari, ſed certam, ſpecialem limitatamue doli probationem eſſe oportet, quomodocunque dolus vel culpa opponatur agendo ſiue excipiendo Crauet. *conſ.* 994. *nu.* 9. Surd. *conſ.* 12 *nu.* 19. adde ad præd. Tepatum *in compend. deciſ. tit.* 329. *de defenſionibus reorum in genere cap.* 8. & notabilem declarationem apud Zaſ. *in l. ait. Prætor* § *iurari nu.* 10. *ff. de iureiur.* vbi licet ignorantia præſumatur, hoc tamen non procedit, vbi validæ ſunt præſumptiones contra allegatam ignorantiam, nec tunc creditur ei, niſi ignorantiam probet ſaltem per iuramentum, quo tamen ſuper ignorantia præſtito per alteram partem cõtrarium adhuc probari poterit, ſicuti reuera in prohibitis & quæ mali ſpeciem habent, prauus animus in facieute iudicatur *l.* 1. *C. de ſicar.* Bart. *in l. ſi quis ex argentariis* § *an vero ff. de edendo* prout ſi vrgent aut coniecturę malę apparent, nõ immerito delictum præſumitur *cap. afferte & cap. in litteris x. de præſ.* Boërius *deciſ.* 164. Menoch. *de arb caſu* 416. *nu.* 14. quod magis obtinet ſi delictum natura ſua ſit difficilis probationis & occulto ſoleat fieri *l. dolum C. de dolo cap. veniens de teſt.* Decius *com.* 342. *n.* 3.

2. Eodem modo potius bona quam mala fides regulariter præſumitur, cum ampliat. & limitationibus Ant. Gabriel *in com. concl. lib.* 7 *tit. de maleficiis concl.* 2. *num.* 27. *& ſeqq.* Card. Tuſchus *lit. B concl.* 100. *& ſeqq.* Maſcard *concl.* 224. *& ſeqq. vbi aliquot notabilia*, licet autem bona fides & titulus præſumatur, debet tamen allegari, alias quis ſuccumberet Afflictus *deciſ.* 40. *nu.* 5. Gail. 2. *obſ.* 46. *nu* 12. prout & ante quinque vel ſex annos, quædam petens dotem, vim allegando, ſimul quod ſtuprata fuerit virgo, nihil obtinuit, prout reuera nihil obtinere debebat, ſtuprum ſæpius ab aliis paſſa, nam licet virginitas præſumatur ſecus tamen eſt, quando mulier non allegat virginitatem, quia non militat iuris præſumptio niſi allegetur, ita declaratur notabiliter in Crauet. *conſ.* 166. *nu.* 5. Menoch. *lib.* 1. *præſ.* 4. 8. *nu.* 36 *& late q* 40 *& ſeqq.* vbi diſtinguendo declarat, in qua præſumptione hoc verum ſit, vt Iudex ex officio in ea fundamentum facere non debeat niſi allegetur, vide ad eum, & pulchre exornatur in Zaſio *in l cum quid mutuum nu.* 44. *& ſeqq. ff. ſi cert. pet.* vbi admonet Aduocatos, ne vnquam nitantur rebus præſumptis, niſi allegentur, nam licet ex longa poſſeſſione bona fides præſumatur & per ipſum articulatum fuerit, quod pars fuiſſet in longa poſſeſſione, tamen dicit ſe ſuccubuiſſe, quia non addiderat bona fide eam poſſediſſe, quin imo licet dicatur quod quilibet bonæ fidei poſſeſſor præſumatur, hoc tamen receptũ non eſt, quando non habet titulum Mantica *de tacitis, & ambig. lib.* 4. *tit.* 22. *nu.* 18. *& ſeqq.* vbi addit, quod non ſolum præſumatur bonæ fidei poſſeſſor, qui habet titulum verum, ſed etiam qui habuit putatiuum, ſi nempè credulitas ex iuſto errore oriatur, imo etiam ſine titulo præſumitur bonæ fidei poſſeſſor, ſi diuturno tempore & ſine cõtrouerſia poſſedit, ſic & emptor præſumitur bonæ fidei poſſeſſor.

Ex quibus autem coniecturis mala fides 3. emptoris conijci poſſit poſt gloſ. tradit Bart. & Iaſon. *in l.* 2. *de repud. hæred.* tu in caſibus occurrentibus conſulas Maſcard. *de probat. concl.* 224. quando bona vel mala fides præſumatur *vbi nu.* 3 *&* 4. *& nu* 14. *& ſeqq. contra Innoc. & ibi relatos* ſic etiam contra Mant. eſſe communem DD. opinionẽ,

Digitized by Google

quod quis cenſeatur habere bonam fidem etiamſi titulum non habeat, & reſpondet *ad l. fin. Cod. vnde vi, adde concl.* 225. bona fides quomodo præſumatur ex diuturnitate temporis, 30. annorum *& aliquot concl. ſeqq.* quomodo bona fides probetur, ſed tamen quilibet poſſidendi color ſufficit ad hoc, vt quis faciat fructus ſuos Surd. *conſ.* 492. *num.* 6. *conſ.* 115. *num* 4. *& ſeqq.* & præter Zaſium *lib.* 2. *conſ* 21. *num.* 23. ſequitur imo iudicatum refert Chriſtinæus *vol.* 2. *deciſ.* 68. *in fin.* quod errans in iure, quoad acquiſitionem fructuum, non eſt malæ fidei poſſeſſor, & quando contractus eſt nullus, lucratur quis fructus propter bonam fidem Alex. *conſ.* 154. *lib.* 6. Farin. *p.* 2. *deciſ.* 66. vbi docetur quod ad hoc, vt fructus non reſtituantur, ſufficiat bona fides & color detinendi, quodque ſimpliciter condemnatus ad fructuum reſtitutionem, intelligatur, ad quos de iure condemnari potuit, deinde effectum bonæ fidei ſiue probabilis ignorantiæ vide *in l. bona fides* 136. *ff. de reg iur. & cum ſuis ampliat. & limitat.* docet Felin. *in cap. cum in iure de offic. deleg.* quod quilibet bonus præſumatur. Et late de prædicta materia Farinacius *lib.* 3. *de reo confeſſo, & conuicto, quæſt.* 85. *per tot.* an in dubio præſumatur delictum, & quando omnis interpretatio pro excluſione delicti fieri debeat, & *li.* 3. *de pœn. temp. quæſt.* 89. *inſpect.* 4. *num.* 130. *& ſeqq.* & late exornatur apud eundem Farinacium *de indiciis & tortura, quæſt.* 47. *num.* 277. *& multis ſeqq.* an & quomodo quis bonus præſumatur, ibi & late de forma & eiuſdem probatione.

4. Rurſus ad regulam, quod quilibet bonus præſumatur cum ampliat. & limitationibus aliquod Maſcardus *de probat. conc.* 222. & Barboſa *in reg. ſemel malus, de reg. iur. in* 6. & quatenus natura humana prona ſit ad malum, an iſta inclinatio ſit peccatū, cōmuniter tenetur quod nō ſit peccatum, tamen ob iſtam inclinationem memineris illius, quod mala naturæ nunquam Doctore indigeant vt inquit Publius, & Pacianus *lib.* 1. *de probat. cap.* 35. *per tot.* cui incumbat onus probandi negatiuam qualitatis naturalis & qualitatis accidentalis intrinſecæ, vbi & quod quilibet talis præſumitur, qualis naturaliter eſſe debet, quodque caſtitas & ſobrietas ſint intrinſecæ qualitates, quæ præſumuntur hominibus ineſſe, quod bonus & dignus quilibet pręſumatur, bonæ fidei, bonus Religioſus, ibi & an virtutes ſint à natura, an ex habitu vide ad eum plura in praxi quotidiana inferentem, neque enim omnia in homine ſic euerſa ſunt, vt nihil virtutis ſuperſit, nunquid enim diſcrimina virtutum & vitiorum in mente humana vltro agnoſcere debemus? quæ faciunt vt inter homines piè, iuſtè, & temperanter viuamus, vt legibus & magiſtratibus parendo, iuſtitiam adminiſtremus, humanitatem & virtutes cæteras colamus, atque motus animi noſtri in gyrum rationis ducamus, omniaque illa vitemus, quibus pax & tranquillitas publica, Charitas priuata, & proximo cuique debita officia tribuantur, poſſe peccare inquit S. Bernhardus *de libero arbitrio* datum eſt primo homini, non vt proinde peccaret, ſed vt glorioſior appareret, ſi non peccaret, cum peccare poſſet, vitetque peccatum virtutis amore, vir bonus eſt qui ad legem bonus eſt, iuſtus non timore pœnæ reuocatur à culpa, ſed regula honeſtatis ait S. Amb. *lib. offic.* & iuxta illud Poëtæ,

Od-

Digitized by Google

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœna.

quod & probatur *in cap. vt clericorum de vita & honeſt. cler. in verb. vt quos diuinus*, hos enim cum timor à malo non reuocet, temporalis ſaltem cohibeat à peccato, iuſtus tamen non dedignatur habere legem inſtitutricem Theoph. 1. *Thimo.* 1. priorem Theoricam pro defenſionibus Rei vide quoque exornatam in Gilhauß *in arb. iud Crim. tit. de praeuaricat. cap.* 2. *titul.* 31. *in except.*

5. Præfata Theorica aliquot modis limitatur, & imprimis multa loca S. Scripturæ adducit Borellus *in ſumma deciſ. lib.* 2. *titul.* 16. *numer.* 6. *& ſeqq.* per quæ dicit ſe affirmare non poſſe, quemlibet bonum & optimum præſumi, ſed potius malum de quo *Geneſ.* 6. cuncta cogitatio cordis, intenta eſt ad malum omni tempore, *& cap.* 8. ſenſus & cogitatio humani cordis ad malum prona ſunt ab adoleſcentia, fœcundius, inquit Minut. 360. nequiora proueniunt, quippe hominum imbecillitati natura quodammodo nouercatur Sidon. 7. *Epiſt.* 14. & non ſatis æſtimare inquit Plin. 7. *hiſtor. nat.* parens melior homini natura, an triſtior nouerca fuerit. vnde populi peccatum apud Moyſen excuſabat Aaron. *Exod. cap.* 32. & probatur *Pſalm.* 13. *&* 52. Apoſt. *ad Epheſ.* 2. intellige ſecundum naturam corruptam & deprauatam peccato primi Parentis Adami, nam vt & Gail. 2. *obſ.* 110. *num.* 6. docet, quod natura bona ſit à ſuis principijs, qualia autem ſunt principia talia & præſumuntur principiata, igitur tam diu quis bonus præſumitur donec probetur contrarium, nam licet homo vt homo, quaſi ſuo pondere, in imperfectiones & vitia relabatur, tamen per Dei gratiam ſubſiſtere poterimus, prout de hiſce loquitur S. Paul. 1. *Corinth.* 4. propter quod non deficimus, ſed licet is, qui foris eſt noſter homo corrumpatur, tamen is qui intus eſt, renouatur de die in diem. nemo natura malus, inquit S. Aug. 14. *de ciuit. Dei* 6 ſed quiſquis malus eſt, vitio malus eſt, ſi quidem omnia vitia contra naturam pugnant Senec. *Epiſt.* 122. & pulchre Oros. 6. ait mens ratione duce illuſtrata in medio virtutum, quibus gemino fauore, quamuis vitijs inclinetur, adſurgit. ſcientiam Dei quaſi arcem proſpicit, belliſſime quoque ad propoſitum S. Bern. *lib.* 2 *conſid. ad Eugen. prope finem*, non natura virtutes inquit, ſed vſus facit, non ex ſe indifferentes eſſe noſcuntur, tuum eſt abutendo & confundendo facere vitia aut benè ardenterque viuendo virtutes, & ita apparet quod ipſa natura indifferens ſit. vnde & teſtibus deponentibus contra delictum magis creditur quam includentibus illud Farinac. *de teſt. quaeſt.* 65. *num.* 153. *& ſeqq* ſicuti ſcriptum reperitur, Deus fecit hominem rectum, *Eccleſ.* 7. priora etiam adducit Borellus *in caſu*, vbi teſtes omni exceptione maiores requiruntur, vel idonei (an idoneitas in fideiuſſore præſumatur vide Hering. *de fideiuſſ cap.* 8. *num.* 27. *&* 28.) quod iſtæ qualitates debeant articulari & probari, & hanc ſententiam contra aliquos diſſentientes ibi relatos, dicit eſſe veriorem & communiorem per infinitos ibi allegatos, ſed benè inſpicias iſtos D D. quandoquidem illos ex maiori parte loqui exiſtimo, in caſu vbi requiruntur teſtes omni exceptione maiores, vt tunc hæc qualitas probari debeat, quia non

Digitized by Google

non præſumitur, ſed tamen præſumitur idoneitas, quod rurſus declara vt procedat reſpectu morum & non facultatum, & inde illata apud Surd. *deciſ.* 320. vnde quoque infert Pacianus *d. cap.* 53. *nu.* 7. *&* 8. quod clauſula reſcripto inſerta recipiendi Titium in clericum, ſi eſt idoneus, non imponat Titio neceſſitatem probandi ſe eſſe idoneum, ſed potius ſonare in monitionem quam conditionem *cap. dudum, x. de præſumpt.* quod tamen DD. allegati in Maſcardo *de prob. concl.* 222. *num.* 11. non videntur admittere, exiſtimantes quod bonitas & idoneitas non præſumatur, quando agitur de promouendo aliquem ad beneficium Eccleſiaſticum, ideo per Alciat. ibi allegatum declaratur & diſtinguitur, quod quidem & tunc bonitas & idoneitas præſumatur, ſed lex hac ſola præſumptione non eſt contenta, ſed requiritur vt de vitæ integritate inquiratur & aliquo modo doceatur, hoc vltimum quoad Clericos videmus ita in praxi ſeruari, prius tamen indubitatum eſt in teſte, vti colligitur ex Paciano *nu.* 60. *& ſeqq.* vbi qualitas bonitatis requiſita, in ſuperlatiuo, quoad teſtem, probari debet, ſecus in poſitiuo, vide tamen ad eum *nu.* 63. *& ſeqq.* in caſu ſtatuti requirentis teſtes probatæ ac integræ opinionis & Surd. *deciſ.* 326. Caualc. *p.* 2. *deciſ.* 4. *nu.* 49. Gratianum *tom.* 2. *diſcep. forenſ. cap.* 391 *num.* 28. *& ſeqq.* vbi probationem iſtius qualitatis in caſu ſtatuti, *& l ſcripturas C. qui pot. in pign.* admittit vt probetur anterioritas.

6. De cætero reſpondet Pacianus *nu.* 25. *& ſeqq.* ad obiecta, quòd homo à principio fuit creatus bonus & virtutibus plenus *cap. Princeps. diſt.* 2. *de pœnit.* ideo conueniens eſſe videtur, vt bonus & virtuoſus in dubio præſumatur *cap. fin. x. de præſ. & cap. vnico x. de Scrutinio* & docet Menoch. *lib.* 2. *præſ.* 86. officialem electum vel effectum præſumi dignum, aptum, atque idoneum, ita tamen vt admittat probationem in contrarium, vt minus idoneus repertus remoueatur, alias quoque cum non omnia negotia atq; omnes perſonæ ſint eiuſdem conditionis, iuxta leuem vel magnam qualitatem actus, de quo agitur, illud idoneum cenſebitur quod religioni iudicantis melius viſum fuerit Menoch. *de arb. caſ.* 142. *nu.* 2. *&* 4. Gratian. *tom.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 289. *nu.* 22. rurſus de probitate & integritate hominis eiuſque effectu vide plura in Tiraquel. *de pœn. temp. Cauſa* 51. ſic vidi ſæpe in praxi contra Teſtes excipi quod Titius teſtis, vel falſarius, vel forte aliter improbus factus, non ſit teſtis legalis, ſed prout ſunt hodierni mores, ſæpè fit, quod tempore diſpoſitionis legalis fuerit, qui poſtmodum factus fuit illegalis, ego hoc caſu ſuſtinui, quod habilitas in teſte requiratur tempore depoſitionis, licet ex poſt facto bonus eſſe deſierit, de quo vide diſtinctè Farinac. *de teſt. q.* 62. *nu.* 298. *& ſeqq.* ſed quando præſumptio bonitatis ceſſet in Felin. *in cap. cum in iure x. de officio Iudic. delegat.* iuncto Barboſa *tr. ax. Iur vſu freq. ax.* 142 *num.* 2. vbi dicit, quod licet per primum peccatum natura humana prona ſit ad malum, tamen inclinatio ex ſe peccatum non eſt, ſi autem peccatum non eſt, non tollit quo minus homo, qui bonus à Deo creatus eſt, & qui potentiam & aptitudinē ad bonum habet in dubio, apud alios ſit in bona opinione, & ibi de regula: ſemel malus ſemper præſumitur malus, quomodo procedat, de quo & Lucas *de Penna in l. quemadmodum nu.* 21. *& ſeqq. C. de agrico. & cenſit.*

Hinc

7. Hinc deducitur, quòd & bono viro credi poſſit, vti præter Zaſium *lib.2.conſ.2.* docet Magonius *deciſ.Florent.144.* vbi paſſim, & an dubius ſit in bona fide. Retuli ego in grauiſſima cauſa quod ex plurium DD. aſſertionibus bona fides cauſetur, de quo Peckius *in cap. eum qui certus, de reg. iur. in 6.* & fidem habuiſſe probatis non eſt in culpa Zaſius *in paratit. ff. de rei vind. num.37* verum Lucas de Pen. *in l.magiſtros, ſub num. 9. Cod. de profeſſ. & med.* tradit illud Senec. Prudentis proprie eſt examinare, & non cito facili credulitate ad falſa prolabi, tamen à viro bono bona fides cauſatur Zaſ. *in lib.2 cuſ.2.num.43.* & quod notabilis viri dictum credulitatem inducat, quodque certificatus à viro digno, dicatur certo ſcire, tradit cum alijs allegatis, Borellus *in ſumma deciſionum lib.2. tit. 39. num.121. & 122.* adde tradita ſuperius *de Clement. cap. 11.* alias etiam ex iniuſtis & temerarijs cauſis, bona fides cauſari poteſt Iaſon *vol.2.conſ.153. num. 12.* & per Bald. *in l.1.in fin. per gloſ.ibi C. vbi cauſa ſtatus terminari, &c.* quem adhoc allegat, Nic. Euerh. *conſ.10. n. 7.* de quo latius Zaſ. *lib. 1. conſ.12. num. 101. & ſeq.* vbi etiam ex titulo inualido: verum quomodo & quando alijs credere nobis liceat, vide Bald. *in repet.l.Celſus, num.45. ff. de praeſ.* ibi inſignis caſus, adde Ant. Gabriel *in com.concl. tit. de maleficiis concl. 8.* interim nota, quod per vnum teſtem mala & bona fides, & dubietas inducatur iuxta Surdum *deciſ. 246.n.26* alios citat Boër. *deciſ.211.n.20. vide ibi,* ſed quod mala fides non conſideretur in his quæ poſſidentur vel conceduntur authoritate legis Caualc. *p.2.deciſ.16. num.18.*

8. Sunt & alij modi, per quos mala fides inducatur ſcil. per denunciationem, quando vero fallat vide Zaſium *in l.ait prætor.la2.§. quod ait prat. n. 3. ff. de his quæ in fraudem cred.* item per litis conteſtationem, de quo paſſim DD. & non præſumitur bona fides vbi quis non eſt citatus Bald. *in l.1. col.4. C. de ſeru.* quod declarat Zaſ. *lib. 2. conſ. 6. n. 23.* procedere, reſpectu præſcriptionis longiſſimi temporis, alias in omni præſcriptione regulariter præſumitur bona fides, Barboſ. *in reg. poſſeſſor malæ fidei, 2. de reg. iuris in 6. ibi & in reg. eum qui certus n.31.* quando notificatio & inſinuatio neceſſaria eſt vel non.

Quãuis igitur omnis virtus & omnis claritas animæ amiſſa ſit *cap. princeps, de pœnit. diſt.2. & c.ſapiens, de pœn. diſt.3.* attamẽ quia per ſacramentũ Baptiſmi, in quo gratia confertur, amiſſæ virtutis reparatio facta fuit, conſequens eſt, vt qui ſemel reparatus fuit adhuc talis præſumatur, niſi denuo probetur deſtructus, & licet natura ſit procliuis ad malum, poteſt tamen ſe retrahere ex libero arbitrio, vti Pacianus, & aliter diſtinguit & refert quaſdam limitationes, inter cæteras quod quis bonus non præſumatur, quando agitur de præiudicio tertij, hinc inferens, quod nec in articulo mortis conſtituto credi debeat in alterius præiudicium, & pulcherrimè exornatur in eodem Paciano *lib.1 cap.7. num. 9. & ſeqq.* vbi decidit reſolutis contrarijs, quod actor licet ſit exculpatiſſimæ vitæ, nobilis & optimus, è contra reus ſordidus, mendax, & perfidiarum plenus, adhuc tamen ſuam probare debeat intentionem, nam licet legalitas perſonæ plurima ſpecialia inducat, tamen propterea non eſt recedendum à regulis, vide ad eum *dict. cap. 53.* vbi ponit nouem limitationes ad præfatam Theoricam, inter cæteras, quod ex actibus præcedentibus oriatur coniectura doli, interdum quoque ex ſubſequenti- 9.

Cc bus

bus interdum ex ipſius actus qualitate, vti ibi exemplificat *num. 56. & ſeq.* quando effectus rei malus eſt, & in ſe habet fraudem, tunc & intētio eius præſumitur mala, quodque ex perſonarum qualitate præſumatur bona aut mala fides, Meiſner. *tom. 2. lib. 1. deciſ. Cam. Imp. 3. num. 14. & lib. 1. deciſ. 24.* vbi ex Minſing. *decad. 2. conſ. 11. num. 26.* quod potens contra maius potentem vtens aliquo iure, quod in illo clandeſtinitas, & violentia præſumatur & ibi Minſ. quando bonæ fidei præſumptio ceſſet, & Maſcard. *de prob. concl. 1002. per tot.* multos caſus refert, in quibus bona vel mala fides pręſumatur ibi *& concl. 1001. n. 3.* & Bald. quod malæ fidei poſſeſſor ſit triplex, ſicut & duplicē eſſe malam fidem docet Scacc. *de comm. & camb. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 19. ſub nu. 135. verſ. quoniam reſpondeo*, & multos caſus refert Wameſ. *cent. 2. conſ. 28. n. 19. & ſeq.* quod ſit malæ fidei poſſeſſor, qui ſcit rem in totū vel ad partem ad alium pertinere, item qui ſcit vendentem ius vendendi non habere, item qui clam & vi poſſidet, item qui dolo ad vendendum alium induxit, item qui ex illato metu rei alienæ poſſeſſionem adipiſcitur, item hoc ſolo quoque inducitur mala fides, quando quis ſcit contractum, licet ſubtilitate iuris validū, reſcindi poſſe etiam tunc, cum initium vitioſum improbatum non eſt, vide ibi, & addidi in quodam caſu Crauettam *conſ. 685. vbi num. 2. & 23.* docet, poſſeſſionem non ſolum vitioſam eſſe, quæ ex titulo infirmo continuatur, vel etiam eum non ſolum in mala fide dici, qui ex titulo finito aut reſciſſo pōſſidet, ſed etiam qui rem tenet ex titulo quem reſcindi aut reſcindendum eſſe cognoſcit, iuncto Surdo *conſ. 28. num. 27. & ſeq. lib. 1.* quod dicatur malæ fidei, qui contrahit non ſeruatis ſolēnitatibus, & dicitur præſumptio iuris & de iure, vbi omnino nota, quomodo Eccleſia, Vniuerſitas, minor, adiuuentur remedio *c. can. reintegrāda*, cōtra huiuſmodi alienata, vbi cōtractus eſt nullus & fructus reſtituuntur Gratian. *lib. 1. diſcept. forenſ. c. 45. n. 30. & paſſim*, atq; in ſpecie ſine ſolennitatibus cōtrahens, & rem minoris tenēs vel poſſidens, non ſit tutus in conſcientia, docet priora confirmando Simoncel. *tr. de decret. lib. 3. tit. 9. n. 42.* & regulare eſt, quod dolo facere præſumatur qui fecit quod facere nō debuit, idem in eo, qui facit actum prohibitū iura & DD. Barboſ. *tr. Axiom. iuris, ax. 76 n. 1. & 2. ax. 92. n. 6.* quod doloſus præſumatur qui non facit quod facere debet, Luc. de Pen. *in l. quemadmodū Cod. de agric. & cenſitis refert 223. caſus, in quibus dolus præſumitur & n. 22.* diſtinguit, quando dolus pręſumatur, & quemadmodū in ijs quæ palam fiunt, ceſſat ſuſpicio fraudis Farinac. *2. dec. 206. n. 10.* & Zaſius *lib. 1. conſ. 1. n. 34.* inquit quòd in rebus quæ fraudem ſapiunt difficilis eſt probatio *l. dolum, C. de dolo*, quæ enim ſemotis arbitris fiunt difficulter probantur, facilius tamē in ijs quę occulto fiunt fraus præſumitur Tiraq. *de pœn. tem. cauſ. 57* & Farinac. *lib. 3. de pœn. temp. q. 89. inſpect. 4. num. 130. & ſeq.* vbi & alij allegantur.

10. Oportet igitur vt ſcias, quid ſit palam, clam & publicè fieri, de quo vide Chaſſanæum *in conſ. Burgund. rubr. 4. tit. de droits & appartenances de gens mar. in verb. publique & DD. in l. clam. ff. de acq. poſſ.* & quæ dicantur euidenter conſtare, Zaſ. *in l. ſoluto matrim. §. volunt: ff. ſolut. mat. & lib. 1. conſ. 18.* vbi & quid dicatur clam factum, & ibi caſus in quibus dolus pręſumitur, & Tiraq. *de retract. conuent. in præf. n. 13. & ſeq.* exornat, quod ex actu clandeſtine facto dolus præſuma-

ſuma-

Digitized by Google

ſumatur, tamen Farinacius hoc ſublimitat, 1. Quando aliquid clam fit ad excludendũ aduerſarij dolũ, 2. Quando docetur aliqua cauſa, ob quam dicitur iuſtè factum, & ibi quando quid dicatur clam factum, nam ſi actus clã & in occultò celebretur, tunc præſumitur dolus, vt ex Rom. docet Nicol. Euerh. iun. *vol. 2. conſ. 24. n. 28. & ſeq.* de aliquibus doli coniecturis, de clam geſtis & quomodo reſcindãtur Chriſtin. *vol. 2. deciſ. 18.* & Tuſch. *lit. C. clandeſtinitas ſapit dolum concl. 285.* vnde & liberationes, clandeſtina repromiſſione factas, non valere, docet idẽ Chriſtin. *vol. 1. deciſ. 364.* Griuellus *deciſ. 48* Papon. *de Arreſtis lib. 11. tit. 1. arreſt. 15 in append.* vide exemplum *in l. cum à ſocero, C. de iure dotium, l. cum dos, ff. de pactis dotal.* ratio autem, cur eiuſmodi repromiſſio nullius ſit momenti, non tantum ea eſt, quòd rès inter alios acta non obſit alijs, ſed quia bonis moribus contraria ſit, non permittentibus aliud palam, aliud ſecreto agere, regulariter malum eſt quodcunque occultatur, & vt quis clam agat facit fraudis conſcientia *l. non exiſtimo, ff. de auct. tuto.* iunctis traditis per Zaſium *lib. 2. conſil. 18.* vbi quid requiratur, vt quid clam factum dicatur, & quid efficiat, & quod doli & inſidiæ tenebras amant, patet iuxta illud Horatij:

Noctem peccatis & fraudibus obijce nubem.

11. Noctis tempore geſta ſuſpecta eſſe vide in Menochio *de arbitr. caſ. 525. cent. 6.* & Meiſnero *tom. 3. deciſ. Cameræ Imper. 33. num. 144. & ſeqq.* vbi & ad hoc, vt aliquid de nocte dicatur factum, ait ſufficere, ſi fuerit factum hora inſolita & inconſueta, ſummo diluculo & in aurora, ſed vide diſtinctè Scacciam *de iudic. lib. 2. cap. 3. num. 347. & ſeqq.* & ita homicidium nocte commiſſum doloſè commiſſum cenſetur, Ioan. Rudinger *obſ. 81. cent. 3. num. 3.* puta magis quam de die, licet enim omne homicidium dolo commiſſum præſumatur, aggreſſus tamen defenſionis cauſſa feciſſe cenſetur, de quo vide Marcellum Cala *de modo articulan. & proban. gloſſ. vnica, num. 1376. & ſeq.* Grotium *de iure belli, lib. 2. cap. 1. num. 10. & ſeqq.* Maſcard. *de probat. concl. 1128.* & ibi allegatos. Ex quibus tamen varia argumenta elicere poteris, elidentia pœnam homicidij & ipſum homicidium, quod in dubio doloſum cenſetur, ita intelligo illud vulgatum, der Todtſlag, magis inquam ſi homicidium de nocte factum fuerit, ac proinde interficiens magis grauatur onere probandi, ſe ad defenſionem feciſſe, & tradit Beſoldus *in Theſauro pract. lit. T. verb.* Todt-ſchlag. *num. 30.* ſi remotis arbitris quis occidatur, & perſona ſit ſuſpecta, quæ defenſionem allegat, ad torturam perueniri, ibi & diſtinctè de homicidijs caſualibus: quid tamen ſi Titius vir probus eſt, cui nullæ cum occiſo inimicitiæ eſſent, è contrario interfectus homo rixoſus fuerit, & ſæpe ebrius, & iniurius, vide Sarmientam *lib. 1. ſelect. interpr. cap. 1. n. 11.* prioris vero ratio eſt, quòd ex actu clãdeſtino dolus & malus animus agentis præſumitur *l. non exiſtimo, ff. de ritu nupt.* ſcriptum enim eſt: qui malè agit odit lucem *cap. Anaſtaſius diſt. 19. cum concord.* relatum à Barboſ. *tract. Axiom. iuris, ax. 141. num. 1.* conſtat ergo palam geſta occultis machinationibus ſemper potiora eſſe *l. non intelligitur, §. ſi quis palam, & §. tanta, ff. de iure fiſci,* & hac ratione plures clandeſtinas repromiſſiones reſciſſas eſſe refert Annæus Robertus *libro 1. rerum iudicat. cap. 7.* vnde & contra occultantem res & probationes, & ſubterfugientẽ, malè præſumitur Menoch. *lib. 2. præſ. 91.* declara

tamen prædicta ex Surd. *deciſ. 30. num. 39.* quod dolo non dicatur facere, qui clam facit, quod apertè ei facere licuiſſet, & quando actus clandeſtinus licitus, vide & Zaſium *in l. clam, ff. de acq. poſſ. ibi & notab.* Prædictis autem videtur obſtare, quod grauius ſit manifeſtè peccare quàm occultè *cap. ex tenore, de tempor. ord.* & tolerabilior eſt culpa ſi lateat, quàm ſi leuis vſurpetur auctoritas *in cap. nemo, 32. q. 4.* vti gloſſ. ibi interpretatur, vt maius ſit peccatum manifeſtè peccare, quàm occultè; materiam igitur hanc eſſe brocardicam, an ſcil. grauius puniendus ſit, qui palam delinquit, quàm qui clam vel contra, dicit Farinac. *de delict. & pœn. q. 18. num. 67. & ſeqq.* vbi exornatur & declaratur & iura concordantur.

12. Magis firmum eſt, quod dolus ex enormi læſione præſumatur Gail. *2. obſ. 77. num. 12.* dolus autē an interueniat re ipſa, an ex propoſito, paria ſunt, Idem *2. obſ. 147. num. 11.* & fraus præſumitur ex coniecturis, indicijs & præſumptionibus, Surdus *deciſ. 299. n. 6. vide num. præced. & ſeqq.* & rurſus idem *deciſ. 326. n. 86. & ſeq.* quod ex præcedenti tractatu & vicinitate actuum, breuitate temporis, & ex perſonarum qualitate fraus præſumatur, vide ibi inducta & DD. allegatos, ſic etiam de facili præſumitur fraus inter perſonas prohibitas Domſperger. *de except. adulterij cap. 16. nu. 213.* vnde & aſſertioni prohibiti facere actum non ſtatur Farinac. *p. 1. deciſ. 526. num. 10. & deciſ. 523. num. 10.* docet, quod confeſſio in ijs, quæ iuris ſunt, & non pendent à poteſtate confitentis, nec confitenti præiudicent nec probent contra confitentem, ſed tamen donec de veritate appareat, nocet confeſſio, non autem præiudicat veritati, quin poſſit contrarium probari Menoch. *lib. 3. præſum. 133. n. 17. & ſeq.* vbi exemplificat, Pariſius *vol. 1. conſ. 62. n. 6.* vbi donatio facta inter perſonas prohibitas præſumitur ſimulata, ideo probanda Gail. *2. obſeru. num. 5. & 6.* imò docet Barboſa *tract. clauſ. vſufreq. clauſ. 152. in fin.* quod nec Papæ aſſertioni, quod alienatio ſit vtilis Eccleſiæ, credendum ſit, niſi aliunde probetur, & quibus coniecturis dolus detegatur Menoch *5. præſumpt. 3. num. 42. & ſeq.* Maſcard. *de probat. concl. 130.* & rurſus Menoch. *conſ. 221. num. 7. lib. 3.* vtilius non eligens quatenus præſumptionem doli contra ſe habeat, de remediorum electione nociua vel non, tractat Colerus *de proceſſibus execut. parte 1. cap. 8. num. 31. & ſeqq.*

Ex ſuperiori doctrina volui quendam ruſticum, nocturno tempore fructus ſuos auehentem defendere, ſed quia fiſcus ſæpe nimis rapax eſt, nihil obtinui, nam licet in ijs, quæ nocturno tempore & clandeſtine fiunt, fraus vel dolus præſumatur Crauett. *conſ. 53.* vbi & addit quod dolus præſumatur contra eum, qui aliquid facit, quod ſibi non prodeſt, & alteri nocet, tamen illius doctrina non videbatur ſubintrare per ea quæ *ſupra de Clementia cap. 10.* ad excluſionem doli adducta fuere; permaxime quia dictam præſumptionem adiuuabat, quod auehens frumenta ſupponere poterat periculum, quod belli tempore ſubeſt, amiſſionis fructuum, verum quia præceptum erat ne quis de nocte ſimilia faceret, nihil vt dictum, obtinere potui, ſtante namq; præcepto, ſumus in genere prohibitorum, ſicut in dolo præſumitur, dans operam rei illicitæ Gail. *2. obſeru. 110. num. 8.* neque ex actu illicito honeſtas præſumi poteſt, quia præſumptio debet ſumi à natura rerum Zaſius *in l. Princeps, num. 26. de legib.* 13.

Digitized by Google

legibus. ibi ne quidem quoad Principem, ſicuti & in ijs quæ ſuapte natura mala ſunt, delictum & prauum agentis animum præſumimus *cap. 1. de præſumpt.* Couarr. *in Clement. ſi furioſus part. 2. de delict. & conat. ſub num. 2.* vbi & de actibus, qui mali, boni, & indifferentes ſunt, & pulchre exornatur apud Pacianum *lib. 1. de probationibus cap. 54. num. 1. & ſeqq.* omnium quæ ſunt, alia eſſe bona, alia mala, alia neutra ſiue indifferentia, & quæ talia ſint vide ibi, ſed tamen an prædictus ruſticus puniri potuerit, ſubdubito per notata Iaſonis *volum. 2. conſ. 153. num. 11. & duobus ſeqq. iunctis ijs quæ ſupra de Clement. cap. 10. probata extant.*

14. Rurſus exornatur in Surdo *lib. 1. conſ. 28. num. 72. & ſeqq.* quod ſit malæ fidei poſſeſſor, qui contrahit abſque ſolemnitatibus, vel cum eo, qui vendere non poteſt, vel qui non habet mandatum, & quando reſoluitur contractus, tunc & fructus reſtituuntur, Scaccia *de commerc. & cambio §. 1. quæſt. 1. num. 482. & ſeqq.* puta ab illo die, quo titulus ad non titulum redactus eſt, ita declaratur in Farinacio *parte 1. deciſ. 693.* & Wameſius *cent. 4. conſ. 63. num. 10.* docet, quando lex vel ſtatutum alienationem prohibet, quod tunc quis in effectu pro malæ fidei poſſeſſore habeatur quiſquis contra illam accipit vel acquirit, etiamſi alioquin bona fide id faciat *l. quemadmodum in fin. Cod. de agric. & cenſit.* hoc enim caſu magis inſpiciendum eſt, quod eſt in re, quam quod eſt in opinione, an autem teneatur ad reſtitutionem fructuum diſtinctè Raudenſis *de Analog. cap. 37. num. 167.* accuratè diſtinguit, ita vt referat communẽ quod bonę fidei poſſeſſor, etiam vbi ius reſiſtit, lucretur fructus, niſi ita reſiſtat vt prohibeat rei alienationem, ſicut in alienatione rerum Eccleſiæ contingit, ſecus vbi ius, etſi reſiſtat, permittit tamen rerum alienationem certis adhibitis ſolemnitatibus, ſicut in alienatione rerum minoris, in donatione inter virum & vxorem, ſed vide ibi, quia exactiſſimè tractat, adde & Surdum *conſ. 115* & latè Cacheran. *deciſ. 160.* an minori vel alijs repetentibus bona non legitime alienata, fructus reſtitui vel illi pretium ſoluere debeant, vide & Gamm. *deciſ. Luſit. 128.* vbi Diaz *in addit.* quod ſi res Eccleſiæ alienata ſit, an emptor recuperet pretium, vide & Chriſtin. *vol. 1. deciſ. 75.* Hypol. *ſing. 286.* ex quorum diſtinctionibus intelliges ſuperius relata, quod iuris error bonam fidem producat quoad fructuum acquiſitionem, & ita tenet Couar. *lib. 1. var. reſol. cap. 3. n. 8.* plenius *in c. poſſeſſor. §. 7. de reg. iur. in 6.* quæ omnia ſingulariter nota, quia ſæpiſſimè in praxi occurrunt, præter cæteros vide Raudenſ. *d. loco,* & aliqua in Caualc. *p. 1. deciſ. 27. n. 29. & ſeq.* vbi & quis dicatur malæ fidei poſſeſſor, quodque mala fides defuncti noceat hæredi, & quid ſit mala fides præſumpta, an excuſet à fructuum reſtitutione, ſi lex ab initio reſiſtat & *deciſ. ſeq. 28.* aliqua de titulo putatiuo à mala fide, *ibi latè in addit.*

CAPVT XIX.

De dubia, obſcura, imperfecta, plenaq́; & concludenti probatione & eius effectu cum ampliationibus, limitationibus, declarationibus.

FRequenter etiam in praxi occurrunt dubiæ & obſcuræ, quandoque etiam contrariæ probationes, regula autem eſt, quod 1.
probatio debeat de neceſſitate concludere,

Digitized by Google

l.neq; natales, Cod. de prob.c.in præſentia,ibi & gloſſ.x.de probat. alias vti obſcura & dubia, contra producentem eſt interpretanda *per d.gloſſ.* plura iura & DD.allegat Barboſ. *in tr. Axiomat.iur.vſufreq.ax.191.* & quod dubia probatio irreleuans ſit, quodq; teſtes aut ſcripturæ aliquid imperfectè narrantes non probent, docet Meiſner. *tom. 3. deciſ. Cam.Imp.18.n.45.* nam probatio debet de neceſſitate concludere, & non per poſſibile Pariſ.*conſ.29.n.87.* Decius *in d.cap. in præſentia num.58.& ſeq.* quod pulchrè illuſtrat Colerus *in cap. auditus, num. 35.x. de præſumpt.* & Iaſon *in l. non hoc , Cod. vnde cognati.*

2. Ampliatur autem procedere, vt nec plenæ probationi per imperfectas detrahatur Mynſing. *reſponſ.16. num. 43.* Verallus *p. 3. deciſ. Rotæ Rom, 275.alias 12.* vide Bart. *in l. admonendi,* ibi & Iaſon *ff. de iureiur.* ſed in deciſ. Rotæ Genuenſis *28.n.3.* traditur, licet imperfecta probatio non elidat contrariam perfectam, tamen eam dubiam reddit, ego tamen ſemper vidi in vſu practico obſeruari, quod plene probans ſemper obtinuerit, ſiue actor ſiue reus fuerit, Maſcard. *de probat.concl.36.n.61.* quòd reo non ſufficiat ſemiplena probatio, ſi actor plenè probauit, quemadmodum dicit Barboſa *d.loco,*quod licet probatio probationẽ non excludat, tamen fortior tollit debiliorem, & ita puto me legere apud Scacciam, quòd ſi actor plenam,at reus imperfectam, probationem pro ſe habeat, tunc non ipſi reo, ſed potius pro re nata vidi actori deferri iuramentum expurgationis, quod ipſum perpenſis negotij & perſonarum circumſtantijs Iudex arbitrabitur *l.3.§.2.in fin. de teſtib.* de quo textu vide Scacciam *de Iudicijs lib.2.c.11.art.4.n.379.& ſeq.* ibi & remiſſiuè, *& cap.9. num.350. & ſeq.* quomodo probationes, Iudicis arbitrio relinquendæ, & alios caſus ibi & de allegato textu *d.l. 3.§.2. plura in ſubnexis limitationibus.* Maior vero ampliationis ratio eſt in cauſis criminalibus, in quibus debent probationes eſſe luce clariores *l.fin.Cod.de prob.* Farinac. *lib.3.de reo confeſſo & conuicto,q.86.* vbi & an ex indicijs & præſumptionibus quis condemnari poſſit, & an probationes coniungantur, item an tunc locum habeat regula, ſi non proſunt ſingula multa iuuant, de qua & ſupra *de Clementia cap.6.* actum fuit; ſunc ſi ſtarẽt à parte accuſatoris efficaciores probationes tamen non plene conuincentes, tunc pro reo vel accuſato ſententia ferri debet, Maſcard. *de prob.concl. 497. num.1. & concl.490. num.8.* imò probatio dubia purgationis ſic valet, an verò imperfecta probatio tunc euacuet probationem plene cõcludentem Roſenthal. *de feud.cap.10.concl. 12.num. 8.gloſſ.5.* licet alias ne quidem per torturam, plenæ probationi detrahatur iuxta Baiardum ad Clarum *§.fin.q.64.n.116.& ſeq.* Sed torturæ nõ eſt locus iuxta illos DD. qui rectè tradunt Reum non eſſe torquendum, quando iam habetur plena probatio, vel vbi legitimè eſt conuictus.

Principalem regulam aliquot modis limitat Iaſon *in d.l. non hoc Cod.vnde cognati,* adeo vt pulchrè deducat Vaſquius *lib. 5. contr. cap.36. num.8.* quod nulla probationum concludat neceſſario, ſed tantum veriſimiliter, quia credimus ita verum, vti teſtes dicunt, quod tamen falſum eſſe poteſt, igitur declaratur dicta regula, Primò ſi probatio concludat à communiter accidentibus Nicol. Euerh. *in loco à communiter accidentibus.* 2. Quando ſufficit de aliquo ſummariè conſtare, tunc enim deciſoria probatio 3.

non

non requiritur iuxta Vantium *tr. de nullitat. Qui poſſit dicere de nullit. num. 24.* vidi hoc practicari in poſſeſſorio iudicio, & in iudicijs prouiſorijs. 3. Probatio incerta, ſed concluſiua ab omni parte, valet Cardin. Tuſch. *lit. A. concl. 491.* de quo vide Zaſium *in l. interdum, §. qui illud aut illud, num. 7. in fin. ff. de verb. oblig.* vbi dicit verum eſſe, quod probatio dubia non releuet, niſi ſit alternatim concludens in vtroq; extremo in vnum finem, ibi & ſaluat dicta teſtium, idem docet Mart. Monter à Cueua *deciſ. Regni Arrag. 4. num. 11.* quòd probatio dubia, quæ in vtroque intellectu concludere poteſt, producenti quoad victoriam proſit, ſicut & teſtis dictum probat, ſi attulerit concludentem rationem, etiamſi dixerit, mihi videtur vel credo verum Zaſius *d. loco*, quale teſtimonium, vti non concludens, alias non reciperetur, adde & Zaſium *in l. iuri operam daturus, num. 36. ff. de iuſtitia & iure.* Denique alijs omiſſis vide Menoch. *lib. 4. de præſumpt. quæſt. 42.* an & quando præſumptio poſſit adiuuare præſumptionem dubiam, in ciuilibus ſufficit quod præſumptio concludat præſumptiuè Maſcardus *de prob. concl. 656. num. 43.* imo de iure, vbicunque Actor habet præſumptionem pro ſe, probata eſt eius intentio donec contrarium probetur Hyppol. de Marſil. *in rubr. Cod. de prob. nu. 327.* quem allegat Meiſner. *tom. 3. deciſ. 18. in Germanicis fol. 742. in fin.* intellige hoc vbi eſt præſumptio iuris, vt quādo tu fortè prætendis ſeruitutem in fundo meo contra iuris præſumptionem, qui præſumitur liber, ſicut pulchrè declarat Surdus *lib. 1. conſ. 135. num. 97. & ſeqq.* quod aliud ſit facere præſumptionem, & aliud ſit facere præſumptionem tranſlatiuam oneris probandi, quia non omnis præſumptio hoc facit, ſed illa ſola quæ habetur pro plena probatione, & quæ eſt præſumptio legis; quæ præſumptio transferat onus probandi in aduerſarium Pacianus *de probat. lib. 1. cap. 9. num. 7. & ſeqq.* & de præſumptione hominis *cap. 12.* vbi & *num. 27.* eſt pulchra declaratio *ad cap. afferte, de præſump.* & ita loquitur Minſing. *5. obſeru. 8.* quod præſumptio iuris pro aliquo militans, transferat onus probandi in aduerſarium, adeo vt contrarium probare volens, duriore grauetur probatione, nec poſſit in eo caſu deferri iuramentum in ſupplementum probationis, & Menoch. *de arbitrarijs caſ. 526.* probat, multis concurrentibus quæ melior, efficacior & validior dicatur, & quando admittantur probationes per coniecturas & præſumptiones, Gail. *2. obſ. 149. num. 9.*

CAPVT XX.

Probationes quatenus ſint arbitrariæ.

QVamuis ſuperius dictum ſit, quòd probationes ſint Iudici arbitrariæ, quodq; aliquando probationes minus concludentes admittere poſſit Menoch. *de arbit. q. 25. & 11. n. 7.* & ibi remiſſiuè *ad quæſt. 44. & de arbitrarijs caſ. 95.* & ibi declarationes, veruntamen *l. 3. §. 2. ff. de teſtib.* alij intelligunt, non de quauis credulitate & inconſulta, ſed de legali ex certis & indubitatis rerū argumentis & iure comprobatis indicijs, quia arbitrium iudicis debet regulari ſecundùm terminos & tramites iuris & æquitatis *ord. Camera Imp. p. 3. tit. 33. in verb.* Nicht auß/ꝛc. Cacher. *deciſ. 79. n. 53. & ſeq.* latè Farinac. *Quæſt. crim. 37. n. 193.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſ. 90. & ad d. l. 3. §. 2.* reſpondet Coraſ. *in l. admonendi n. 35. & ſeqq. ff. de iureiurando.* Scaccia *cap. præced.* alleg. ſicut 1.

arbi-

arbitrium boni viri, puta Iudicis, intelligitur ſecundùm æquitatem & rationē, *L. quod Epheſi ff. de eo quod certo loco*, nihil enim aliud eſt arbitrium Iudicis, quàm æquitas quædam iuri naturali,gentium & ciuili ſubnixa & communita, atque ideo Iudicis arbitrium debet eſſe ſuſtultum probabilibus rationibus, Iura & DD. allegat Mantica *de tacitis & ambig.lib.12.tit.21.num.2. & 24.* & vt faciat quod vellet fieri in rebus ſuis,Barboſ. *de clauſ. vſufreq. clauſ.11. n.2.* & Scaccia ſuperius cap.19.alleg.

Si tamen in re incerta veritatem attingere nequeat, ſymbolum veritatis ſaltem ſequatur & attendat ad ea, quæ magis veriſimilia ſunt, exornatur apud Borell. *in ſumma deciſionum lib.2.cap.14.num.10. & ſeq.* quod in negotijs obſcuris & dubijs in teſtium conflictu, ad id, quod aptius & veriſimilius eſt,reſpiciendum ſit.

CAPVT XXI.

De probationibus & teſtium dictis contrarijs.

1. DE contrarijs autem probationibus, & Iudicis in hoc caſu officio vide Crauett. *de antiq.temp.p.4. §.materia,num.21.* Meiſner. *lib.1. deciſ.Camer.Imp.7.ibi in fin.* quæ probatio præualeat, & de Iudicis officio circa diuerſa,vel etiam contraria teſtium dicta Mynſing. *decad.4.reſp.42.num.4.* & ibi qui teſtes præualeant, an teſtibus & probationibus rei an actoris plus credatur, relinquitur arbitrio Iudicis Maſcard. *de prob. quæſt.17. & ſeqq. declarat in concluſione 36. num. 26. & ſeq.* adde & Menoch. *de arbit. lib.2.caſ.98. per tot.* & de teſtibus contrarijs & varijs Vaſq. *lib.5. controu. cap.30. & 32.* pro reo in criminalibus Viuius *deciſ. 467. num.26. & ſeqq.* an priori an poſteriori ſtetur Couar. *lib.2. var. reſol.cap.13.* latè Farinac. *de teſt. quæſt.66.* Vigelius habet caſus diſtinctos *in Methodo Iuris contr. tit. de teſtib.lib.2. cap.13.* Surdus *deciſ.326. num.96. & ſeq.* necnon Borellus *in ſumma deciſ.tom. 2.tit.12.* iunctis traditis cap. ſeq. quomodo in dubio pronunciandum, & in paritate probationis, rurſus Surdus *deciſ.298. l.inter pares ff. de re iud.* vide omnino Zaſium ibi.

CAPVT XXII.

In cauſis dubiis quomodo Iudex iudicare & quid facere debeat.

IN cauſis dubijs (quæ autem talis dicatur vide Gloſſ. *in l. admonendi, ff. de iureiur.* & Pereg. *de iur. fiſci lib.6.tit.6.de pign.n.23* & per tradita ſuperius dicitur cauſa dubia, vbi diuerſæ DD. opiniones & communis contra communem) quid faciendū & quomodo Iudex in ijs iudicare poſſit, vide Munnoz *tr. de ratiociniis cap.32.n.25.comput.9.* vbi allegat Menoch. *lib. 1. de arbitr. caſ.13. num.15.* & rurſus *comput.24.* quando in æſtimatione rerum diſcordia eſt, ibi & de promiſſione ſalarij facta,quod vicini præſtant inæqualiter,& de Prælato,an in re dubia tranſigere poſſit Crauett. *conſ. 322.* ad priora adde Menoch. *Remed.3.retinen.poſſ. num.739. & multis ſeq.* vbi plures caſus diſtinguit & Theſaur. *deciſ. 89.n.3.* Hieron. à Monte *tr.fin.regund. cap.101. per tot.* Boër. *deciſ.239.num.9.* Gratian. *lib.1.deciſ.forenſ. cap.72. num. 46. & ſeqq.* Vigel. *in method. iuris contr. in præfat.* Gail. *de pignorat. cap. 22.num.4. & ſeqq.* diuidi vult Decius *conſ. 445. num.1. & 2.* & aliquid in Heigio *p.2. quæſt. 40. num. 90. & ſeqq.* vbi dicit, quod in re dubia ad ius primæuum recurrendum, 1.

& id

& id quod melius, vtilius & æquius eligendum ſit, priora poſterioribus, publica priuatis, & communia proprijs anteponenda, ſuccinctè tradit Zaſ. *lib.* 1. *conſil.* 14. *numer.* 13. in oratione ambigua eum eſſe ſenſum ſeu intellectum amplectendum, qui iuri communi conſonet, qui materiæ ſubiectæ ſit aptior, qui ſit humanior, qui vitio careat, qui rem faciat tutiore loco conſiſtere, qui ſit veriſimilior, qui rationabilior, & qui perfectius, & plenius prouideat, ſic quoque iura d loco per eum citata tradunt. Ioan Baptiſta Fragoſus *de Regimine Reipubl. Chriſtianæ lib.* 4 *diſp.* 10. *in Epitome vbi paßim*, quomodo Iudex, in opinionibus iuris & facti probabilibus, iudicare debeat, *& num.* 204. quid in dubio in materia Iuſtitiæ facere debeat, pro poſſidente iudicabit, *vide ibi in ſeqq. exornatum, & dicit* quod regula, quod in dubio melior eſt conditio poſſidentis, procedat ex æquo, nō ſolum in materia iuſtitiæ, ſed etiam in materia aliarum virtutum & ibi illata, item de iudicibus alijſque diſcordantibus, quid tunc faciendum Pacianus *de prob lib.* 1. *cap.* 47. *nu.* 99. *& ſeqq.* de arbitratoribus diuerſas ſententias ferentibus Corſetus *ſing.* 348. de via media eligenda in dubijs Viuius *deciſ.* 492. plurimi ſunt caſus apud Cœuallos, *in ſpeculo. com. opin. q.* 248. *& ibi*, an & in quibus caſibus locus ſit gratificationi, ſicuti in *præfat. nu.* 101. *& ſeqq.* fortiter ſuſtinet, quod ſint in iure quæſtiones pro amico, & in ijs gratificationi locus ſit, quod nimium proh dolor hodie practicatur, licet ibi allegatus Nauarrus tradat, iudices peccare, in varietate opinionum pro amico iudicantes, ipſe tamen eandem declarat procedere in caſu, quando partium iura ſunt obſcura ex probationibus & teſtium depoſitionibus, & ſic quando obſcuritas eſt in facto, quo caſu & Cœuallos admittit Nauarri ſententiam, ſecus quando duæ ſunt opiniones vna pro reo, altera pro actore, & ſic quando difficultas eſt in iure, hoc caſu docet, eſſe caſus pro amico & gratificationi locum.

Attamen vt verum fatear, non video qua ratione iuris dici queat, quod Iudex ita dictus, quaſi ius dicens *cap. forus de verb. ſignif.* poſſit vt amicus iudicare contra *cap. quatuor & cap. quicunque aut conſanguinitate.* 11. *quæſt.* 3. ſaluando igitur DD. opiniones, quantum fieri poteſt, videtur dici poſſe, quod etiamſi concedatur dari in iure caſus pro amico (quod tamen multi non concedunt, imo expreſſe dicit Scaccia caſum pro amico eſſe caſum pro diabolo) nihilominus iudex in ijs non poſſit iudicare vt amicus, quia ſubtiliter & accurate ponderando prædicta, videtur eſſe compatibile quod dentur caſus pro amico, & tamen quod iudex vt amicus non poſſit iudicare, ſed potius implicet iudicem eſſe & vt amicum iudicare, quia iudicando, iudex eſt, non amicus, nec è contra, pro quo facit illud Cic. exuit perſonam iudicis, quiſquis amicum induit, nec nouum eſt in iure noſtro, quod aliquis vicem duarum perſonarum, diuerſo reſpectu ſuſtineat, Card. Tuſchus *lit. P. concl.* 313. *& lit L. concl.* 54. *&* Surd. *deciſ.* 153 *nu.* 16. vnde quod fecit vt iudex, non poteſt haberi pro eo, ac ſi feciſſet vt amicus, tu cogita & confer *l. nemo in f. Cod. de Aſſeſſoribus* vbi vides affectionem in iudice improbari, in verbo, ne affectionis ſuæ memor incorrupti iudicis non poſſit nomen perferre, quemadmodum ſupra de adminiſtratione iuſtitiæ videre eſt, quod talis nomen iudicis non mereatur, ita vt iudex moueri non debeat vel amicitia vel 2.

alio animi motu, ſed Deum ſolum ſpectare,& in eam partem inclinare,in quam eum recta ratio trahit, quod ſi autem iudex putet rectam & certam rationem non eſſe pro vno vel altero,ſed propter DD.auctoritatem vtramque probabilem. per eadem principia diuerſo modo intellecta aut accepta eſſe probabilem, & intellectus ipſius neutram affirmet, adeo eſſe probabilem, quin vtraque probabiliter ſuſtineri poſſit, vel exiſtimet quod vtraque ſit æque probabilis,vel vna magis probabilis.hoc caſu ipſimet diſſentientes, DD. facile concedunt, quod ſecundum eam, quam ipſe intelligit magis eſſe probabilem. iudicare debeat.illo vero caſu putant Iudicem poſſe pro vno vel altero pronunciare, quod & Theologi admittunt, & conſequenter videtur controuerſia eo redacta, vt ſit nuda verbalis vel nominalis, dum vtrimq; conceditur quod iudex poſſit iuxta probabilē & vnam æque communem opinionem iudicare, non tamen hoc poſſit vt amicus, & ita in effectu vidi poſtea tenere DD.allegatos apud Barboſam *in cap venerabilem* 34. *n.* 24.*x.de elect. in verb.*dūmodo cautè & rectè,depoſito affectu amicitiæ, iudicet opiniones illas eſſe æque probabiles, nec ſe ex eodem affectu exponat periculo prauè iudicandi. nam ad pœnitentiam properat,qui feſtinanter,aut vt amicus iudicat.

3. Verum Cœuallos & alij forte replicabūt, quando eſt quæſtio,an dentur caſus pro amico, in effectu quæri. an iudex pro amico iudicare poſſit,ſed reſpondeo per prædicta, ipſum vt Iudicem, non vt amicum iudicare debere, quoad priora verò vide præcitatos DD. ad quos breuitatis cauſa ſit relatio, quos legiſſe nō pigebit, quoties caſus valde dubij & intricati, vt ſæpe accidit,occurrūt, quibus iunge Ant-Mariam Coratium *lib.* 2. *com opin. tit.* 9. *caſ.* 32. vbi dantur aliqua remedia quid iudex tunc facere debeat, Scaccia *de ſent. & re iudic.gloſ.* 14.*q.*23.*per tot.vbi &* *n.*10. dicit illud vulgatum, gratificationi locum eſſe & dari caſum pro amico periculoſum eſſe, & potius dici debere caſum ex affectione deciſū.vel pro amico, NB. eſſe caſū pro diabolo, qui ex eo lucraretur animā iudicis illius, quia in iudicio non debet eſſe acceptio perſonarum, vbi pro hoc allegat D.Thomam & remiſſiue, & rurſus *d.gloſ.* 14.*q.*22.*n.*30.*&* 31.tradit,quando non conſtat de quota cuiusque, in dubio iudicatur æqualis,& res dubia diuidenda eſt more ruſticorum,per rationē & DD.ibi allegatos, & Beſoldus in *Theſauro practico lit. B. verb.* Bawrenſcheidt, *n.*18.& Scaccia *de commerciis & cambio* §.1.*q.*7.*p.*2.*ampl.* 19.*n.*59. vbi aliquot rationibus conatur probare non eſſe tutam DD.opinionem, quod ſalua conſcientia, vtramq; opinionem probabilē quis ſequi poſſit, ſed loquitur ibi,quando conſcientia eſt erronea, quid tunc fieri debeat vide ibi,interim quoq; notetur, quod prædicta rarius in quæſtione facti vſu veniant, quia in illis obtinet regula. Actore nō probante reus abſoluitur, etſi nihil præſtiterit, *l.qui accuſare C.de edendo* ſępè tamen in iudicijs duplicibus,præſertim finium regundorum, in quibus vterq; & actor & reus eſt, hæc euenire poſſunt, quemadmodū ſæpius vidi ratione confinium & terminorū magnas ortas controuerſias,& tales difficultates,vt per iudices cognoſci non potuerit,ad quē petia terræ inter partes cōtrouerſa ſpectauerit,in quib⁹ caſibus vidi aſsūptos peritos in arte,quorū relationi,cæteris paribus, ſtatur, de quo agitur infrà de opinionibus.

Prædictis adde Ferd. de Caſtro *de virtut.* 4.
& vi-

Digitized by Google

& vitijs tr. de conſcientia opinante diſp. 2. punc. 10. vbi diſtinctè, & allegat DD. tenentes, ſtantibus æqualibus facti probationibus, rē controuerſam fore diuidendam, ſecus ſi alter poſſidet, quia in dubio pro poſſeſſore iudicari debet, quod rurſus ſublimitat, niſi ſit cōtra matrimonium, dotem, libertatem, pupillum, Peregrinum, aliamque cauſam piam, pro quibus ceteris paribus iudicandū eſt, etiamſi actores ſint *cap. fin. de ſent. & re iud.* & eſt textus in materia dotis in *ca. in ambiguis ibi DD. x. de reg. iur.* & illata in Surd. *deciſ.* 298. quod rurſus declarat, niſi opinio verior & magis probata eſſet in contrariū, tunc enim non deberet iudicari pro matrimonio & alijs fauorabilibus cauſis, *l. ſi pars. ff. de in off. teſtam.* nam vt dicit Maſcardus *de probationibus contl.* 1143. *num.* 14 fauorabilibus cauſis debitores ſumus, vt alijs iniuſtitia non fiat *cap. ex tenore, de foro competenti, & cap vlt. de donat inter vir. & vxor.* quam rationem puto quoque ſufficientem ad confellendum prædicta, niſi caſus ponantur magis in ſpecie, vel magis ad particularia deſcendatur, nam nō video, ſi agatur contra poſſeſſorem, & per actorem non probetur fundamentum intentionis vel actionis inſtitutæ, quomodo pro cauſa pia iudicari poſſit? poſſeſſor ſiquidē eo ipſo quod poſſidet, plus iuris habere cenſetur quam ipſe actor, *l. iuſta ff. vti poßidetis* nec actor vincit per ius non rei, ſiue propter defectum iuris rei conuenti, ſed proprio iure vincere vel obtinere debet Ant. Faber *in C. de fruct & litis expenſis deſin.* 56. *in f* pulchre idem *de errore pragmaticorum decad.* 3. *errore* 7. adde Rotam *in antiq de ſent. & re iud. deciſ.* 6. *alias* 70. Farniac. *p.* 1. *deciſ.* 709 *numer.* 10. & facit *l. fin ff de acq. poſſ.* itaq; declararem Ferdinādi de caſtro doctrinā procedere, ſi conuentus non poſſideat, vel alius aptetur caſus in indiuiduo, nam propter aliarum perſonarum fauorem, nō debemus poſſeſſoribus facere iniuriā, nā ipſis actoribus in omnibus ſiue prophanis ſiue ſpiritualibus, & beneficialibus, onus probandi incūbit, quod pulchre exornat diſſolutis contrarijs Paccianus *lib.* 1. *de probat. c.* 7. *n.* 8. *& ſeq.* intellige igitur DD. prout loquūtur, vt in cauſis dubijs pro cauſis fauorabilibus iudicandum ſit, ſic & docet Karpzouius *p.* 1. *conſtit. Saxon.* 28. *def.* 12. quod paribus Senatorū votis exiſtentibus, ea pars vincat, quæ cauſam tuetur magis fauorabilem & rationabilem.

Quæ autem cauſæ ſint & dicantur fauorabiles, & mirè exornatam regulam, quod in dubijs probationibus, & DD. opinionibus pronunciandū ſit pro cauſis fauorabilibus cum ampliationibus & limit. in praxi & foro quotidianis vide apud Zaſium *in l. inter pares ff. de re iud* quo me breuitatis cauſa remitto, alioquin apud eundem Zaſium *lib.* 2. *conſ* 3. an & quando pro matrimonio pronunciandum ſit, *& in f.* item Barboſa *tr. Axiomatum iuris vſufreq. ax* 204. vbi intellectus *ad cap. in ambiguis, de reg. iur. n* 6 *& l. ſi quis intentione ff. de re iud. & d cap. ex litteris cum concord.* ſi forte vtriuſque iura ſint obſcura & omnia ſint paria, tunc pro reo pronunciatur, ſecus vero vbi actor tuetur cauſam fauorabilem, tunc quia ex parte rei & actoris omnia non ſunt paria, præponderat fauor piæ cauſæ, & ſententia pro actore fertur, & Barboſa *in reg. cum ſunt* 11. *numer* 4 *de reg. iuris in* 6. *vbi* & ex Tiraq. extenditur ad quamcunque piam cauſam. 5.

Enimuero etſi cauſa fiſci fauorabilis videatur, tamen in dubio contra illū pronunciandum erit Matheſilanus *ſing.* 171. *vbi de* 6.

Digitized by Google

intellectu l. non puto ff. de iure fiſci & in annotatione notabilia reperies & nu. 9. & 11. quæ dicatur cauſa dubia, & quæ ſit differentia inter cauſam vel quæſtionem dubiam & caſum dubium, prædicta declarantur procedere in caſibus, in quibus fiſcus ſpecialiter reperitur priuilegiatus, quod in dubio non præſumitur. *d l. non puto, de iure fiſci* Peregrinus *l b.6.tit.1.* de prædictis Couar. *lib.1. var.reſol.cap. 6.* & rurſus Barboſa *ax 10. nu. 6* inter cætera ampliat reg. actore non probante reus abſoluitur, etiam præcedere in cauſa matrimonij. aliquando vero in modicis, propter legalitatem perſonæ, ſtari iuramento honeſtæ perſonæ contra aliam minus honeſtam, Tiraq. *in tract. de rebus exiguis* cuius doctrina tamen ex alibi tradit is dubia redditur, interim in quibus caſibus ſtetur iuramento partis apud Chaſſan. *in conſ Burg rubr.1.§ 5. in verbis s'il n'a grace, nu. 176. & ſeq. vbi 36. caſus enumerat,* in expenſis modicis ſtari iuramento perſonæ honeſtæ, ſic ſeruari teſtatur Guido Papa *deciſ. 614.* & ita ſemel ſuper minutis expenſis, iuramento nobilis tutoris ſtari debere magis conueniens, quam ita iuris eſſe putabam, licet accedente amicitia in ijs, quæ ſunt modici præiudicij, non tam exacta requiratur probatio Card. Tuſchus *lit. M. concl. 239. nu.22.* vide tamen an viri boni iuramento ſtetur, & quis talis & quid in practica ſeruetur, omnino Corat. *de except. contra præiudiciales ſententias excep. 49 nu. 162. & ſeqq.*

7\. Rurſus docet Fer. de Caſtro *d. puncto 6. num. 6 & 7.* cum alijs, quod ſtantibus diuerſis opinionibus de iure partium, iudex poſſit relicta ſibi apparente probabiliori ſecundum aliam probabilem iudicare, quod niſi ad litteram intelligatur, ſed enunciata probabilis pro non communi vel minus communi DD. opinione accipiatur, non videtur ſatis tuta apud nos opinio, quandoquidem iudicis arbitrium debet legibus & ratione eſſe regulatum, maior autem ratio eſt pro probabiliori, quæ apud nos habetur vel dicitur communis, vel magis communis opinio, quia paſſim DD. noſtri tradunt, quod electio opinionum iudicis arbitrio non ſimpliciter relinquatur, ſed potius ipſe iudicare debeat iuxta communem vel magis communem opinionem, Guido papa *ſing. 291.* Tepatus *in compendio deciſ. tit. 42.* quod multis modis extollit & ampliat Coratius *in commun. opin. in præfat. & paſſim* & Cœuallos *in ſpeculo com. opin. in præfat. nu. 30. & ſeqq.* dicit, quod deficiente, nempe lege, communis opinio dicatur lex, vnde & ignarum eſſe iudicem, qui ab illa recedit, niſi vrgente ad id textu vel ratione, quæ qualis eſſe debeat traditur *p.2 de opin.* ſi illa vt ibi dicitur ſit præcogitata & examinata à DD. communem affirmantibus, nam tunc illorum rationes cenſentur validiores pro illa opinione *arg. in cap. in canonicis diſt. 19.* quoties vero vna opinio habet conuincentem pro ſe, tunc altera non dicitur probabilis, illa enim probabilis dicitur opinio quæ firma ratione fulcitur, & non habet rationem conuincentem, ſi enim illam haberet, iam non opinio ſed error eſſet, Ferd. *de Caſtro d. diſp. 2. punct. 1. nu. 2.* ſuccincte Pater Layman *in Theologia morali lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 3. de iudice in cauſa dubia num. 16. dicitur,* quod illa cauſa probabilior cenſeri debeat 1. cui lex aſſiſtit. 2. quam loci conſuetudo tuetur, 3. quam DD. communiter ſequuntur, 4. quam firmiores rationes ſtabiliunt, 5. ſi reliqua paria ſint, præfertur opinio benignior, vbi & in §. *præced. 2. n. 2.* probabilis, inquit, ſententia, vti communi-

Digitized by Google

muniter accipitur, ita definiri poteſt, quæ certitudinem non habens, tamen vel graui auctoritate, ſeu non modici momenti ratione nititur, & in §.3.*ſub.num.* 8.de Aduocato, in effectu tenet, idem, quod ſupra dictum fuit, cauendum eſſe eidem, ne cauſas dubias facile ſuſcipiat, quibus parti ſpes victoriæ non ſubeſt, præſertim ſi iudices hactenus in contrarium iudicare ſoliti fuerint, ſententia autem iudicis ex cauſa probabili ſe excuſantis, nulla non eſt, etiamſi contra ius prolata eſſet, ita docet Zaſius *in l. cum prolatis nu.*10 *per illum textum ff.de re iud. quæ eſt limitatoria ad l.præſes ff d.tit.* & ita declaratur illa opinio, quod ſcil. communis opinio habet vim legis vel conſuetudinis, vt locum habeat quando per rationes non detegitur falſitas, alias ſecus, non enim quid æquius vel iuſtius ſit, ex authorum opinione iudicandum eſt, *l.1.§.ſed neque C. de iure veteri enucl. Coratius lib. 2.com. opin. tit.9.caſ.*17.*num.*86.*& ſeqq.* vbi rurſus ſublimitatur, vide ad eum.

8. Poſſet igitur declarari aſſerta opinio, vt procedat in foro poli ſiue conſcientiæ, vel quando illa probabilis opinio ſimul eſt communis, vt apud Cœual *in præf.num.*101. *& ſeqq.* vel vt vbi pro poſſeſſore, vel in dubio in cauſis ſupra relatis iudicatur, niſi dici poſſit, cauſam in dubio non verſari, quæ habet communem vel magis communem DD.opinionem pro, & reſpectiue contra ſe. neque tunc vrgentes rationes ſtare pro altera opinione, *vide p.2.de opinionibus* quis autem deſuper cognoſcat, an rationes pro altera parte adeo ſint vrgentes, & viuæ, vt per eas à cōmuni opinione recedere liceat, vide Coratium *lib.2.com. opin tit.*9. quæ ſit magis communis relinquitur arbitrio iudicis *tit.*4.*nu.* 6. *cum declarationibus & num.*18. ſed vtinam hodie non reperiretur Iudex, qui contra ipſa iura, nedum probabilem, relicta probabiliori, iudicaret, ſatis dubij hactenus, & plura ad nauſeam in allegatis DD. videbis, ad alia igitur, ne minimū excreſcat tractatus, progrediendum, interim nota caſum modo controuerſum vbi plures in rixa & duo vulnerati mortui ſunt, neſcitur autem quis in ſpecie vulnerauerit, quid iudex facere & quomodo condemnare debeat, de quo præter Seſſe *deciſ.*103. vide Pariſium *vol* 4.*conſil.*148. & quæ pœna infligenda ſit pluribus vulnerantibus vnum, ex vno vel pluribus mortuum, inter cæteros, Barboſam *in cap. ſi quatuor* 23. *q.* 8. *num.* 1. Menoch. *de arbitr.caſu* 362.*v.Clarum § homicidium num.*37. Tiraq. *de pœnis temp. cauſa* 63 Gail 2 *obſ.* 107. adde omnino Pegueram *deciſ.*14. *in addit*; vbi & quid ſi vnus ex vulnerantibus inimicus fuerit, & quid ſi ſint crimina notoria, & quæ talia, & quid iudex tunc facere debeat Borellus *in ſumma deciſ. lib.* 2.*tit.* 28. *num.* 27. *& ſeqq.* Verum concludo materiam dubiorum cum ſalutari monito Thomæ à Kempis *tract. vallis liliorum ca.*24.*verſ.* diſce dubioſa ad meliora trahere, ignota non iudicare, aperta mala cauere, proprium ſcandalum tegere, mores & defectus infirmorum ſupportare, & quæ non potes emendare, Deo committere, & quotidie perpendere illud Senecæ *epiſt.*26. incertum eſt, quo te loco mors exſpectat, itaque tu illam omni loco exſpecta, *idem ad Marciam* 10. in promptu habeamus, quæ in incertum diem data ſunt, & appellati ſine querela reddamus, *&* 6. *de beneſ.c.*34. dubia, inquit, prudenter tractes, aduerſa fortiter, læta moderatè.

):(

Digitized by Google

CAPVT XXIII.

Dubia obſcura, ambigua & incerta qua ratione ad certitudinem reducantur.

Euidentialia.

Quid ſit & dicatur certum.

1. IMprimis hic aduerti debet, quid certum quidue expreſſum dicatur, de priori vide DD. *in l. certum ff. ſi certum pet.* vbi Zaſius tradit, quod res tunc dicatur certa, cum cognoſcitur, quid ſit & qualis ſit, & quanta, item ibi, an & quando qualitas generis faciat certitudinem, quodq; certitudo ſpecierum in genere non ſufficiat, niſi ſpeciatim exprimantur, quia genus non habet apertam certitudinem, ſed tectam & inuolutam, quapropter promiſſio in genere, ſiue ſit res, ſiue qualitas, non facit certã promiſſionem, niſi ad vnguem, ad indiuiduum exprimantur, & hoc eſt quod alio fine tradunt DD. non ſufficere certũ niſi addatur expreſſum, quod verum eſſe dicit Zaſius in qualitate vel re generis, quemadmodum & illud certũ dicitur, quod refertur ad aliud, & de quo eſt vehemens opinio, & quando qualitas rebus adiecta certum faciat vel non vide ibi, & DD. *in l. ſi quis in fundi vocabulo. & ibi* quoq; Zaſius *ff. de vulga: & pupillari ſubſt: & rurſus in l. poßideri. §. incertam ff. de acq poſſ.* & ibi, quomodo locus & fundus demonſtretur, & quomodo ex ratione quid certũ & præſumptum concludatur, & inferatur, Zaſius *in l. non omnium, num. 8. & ſeqq ff de legibus,* quibus iunge quæ ſupra, *cap.* 3. de quota incertitudine, & probatione identitatis rei adducta fuere, & iſta notanda ſunt ad regulam, quod incertitudo vitiet diſpoſitionem, quia inter alias limitationes dicit Barboſa tract. *Axiomita iuris vſufreq. ax.* 119. quod non procedat, quando incertitudo poteſt reduci ad certitudinem, ſiue per circumſtantias, ſiue per coniecturas, ſiue aliquo modo certitudo colligi poteſt.

§. I.

De expreſſo & quid tale dicatur.

De expreſſo & tacito vide DD. *in l. cum quid ff. ſi cert. petatur* & tale Barboſa *tr. Axiomata, iuris vſufreq. ax.* 89. *per tot & aliqua ax.* 39. *num.* 3. declarat, quod tacitum pro expreſſo habeatur, quando hoc agitur ab vtraque parte, ſecus ſi ab vna parte tantum, late quoque vtrobique Card. Tuſchus *lit. E. concl* 65. *& ſeqq. & lit. T. concl.* 7. *& ſeqq.* item quæ ſit expreſſa vel tacita conuentio Mantica *de tacitu & ambig. lib.* 1. *tit.* 5. tribus modis quid dicitur expreſſum apud Caſtrenſ. *conſ.* 442. *ſub num.* 6. *lib.* 1. quot modis dicatur expreſſum apud Tiraq. *de legibus connub. ad l.* 16. *gloſ.* 7. *verb. expreſſe nu.* 84. *& ſeqq.* vbi multa notabilia & Barboſa *d. loco*, item an dicatur expreſſum quod ex præſumptionibus colligitur apud Menoch. *lib.* 1. *præſ quæſt.* 45. multa quoque notabilia in Paciano *de probat lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 65. *& ſeqq.* de expreſſo & tacito, quando quid pro expreſſo habeatur, & quando incertitudo ad certitudinem reducatur Dauth. *de teſtam. num.* 326. *& ſeqq* quemadmodum & illa, quæ tacitè acta intelligantur, colligitur ex qualitate rei, vti pulcre illuſtrat Cagnol. *in l. ſemper in ſtipulationibus num.* 4. *&* 5 *ff. de regul. iuris.* ſic etiam expreſſum dicitur pro quo militat eadem ratio Surd. *conſ* 391. *n.* 41. *vbi & nu. præcedenti* quod omiſſum non dicatur, quod ſequitur ab expreſſo, & ſatis expreſſum dicitur. quod velut in neceſſariũ ante-

anteced ens expreſſi, & virtualiter ineſt orationi expreſſæ Gratianus *diſcept. for. ca.* 855. *num* 14. *& cap.* 323. *num.* 9. *&* 10. vbi ampliat ſufficere, quid virtualiter eſſe comprehenſum, quod habetur pro expreſſo, licet materia eſſet ficta, & expreſſio requiratur pro forma, quodque præſumptio ex inſtrumento elicita dicatur eius tenor, limitatur tamen duobus modis apud Felin. *in cap. translato, nu.* 5. *x. de conſt.* quod illud, quod reſultat virtualiter, non habetur pro expreſſo, ſicuti & quando ſtatutum vel partes diſponunt, quod conſenſus requiratur in aliquo actu, debet intelligi de expreſſo & apparente, non de tacito & præſumpto, Caual. *p.* 2. *deciſ.* 37. *n* 26. *& ibi remiſſiue* vide tamen Bart. & Bald. *in l.* 1. *ff de his quæ in teſtā. delentur* & Gratianum *diſcept. forenſium cap.* 37. qui per iura allegata docent, quod & expreſsū dicatur, quod ex verbis inſtrumēti, ſententiæ, vel ſtatuti reſultat, quodq; ex inſtrumēto tacitè colligitur, & dicitur eſſe illius tenor, & pro expreſſo habetur, etiā in ipsâ executione, latè Paliodorus *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 1. *part.* §. 11. *ampliat.* 4. vbi dicit hanc communem & in iudicijs receptam opinionem, quam multis auctoritatibus comprobat, ſicuti & hodiè controuertitur grauiſſima quæſtio ex verbis ſententiæ orta, quæ dicebatur ſtricti iuris, ac proindè omnia excludi, quæ non ſunt expreſſa, ſed vide Cach. *deciſ.* 64.

§. 2.

An habeantur pro vero expreſſo quæ referuntur ad alia & de teſtamento relatiuè ad ſcedulam vel ſcripturam facto.

Fuit aliquado controuerſum in grauiſſima cauſa ex verbis ſtatuti diſponentis, quod nomē hæredis audiri, & ex iure, quod hæredes palam & expreſſe inſtitui debeant *l hæredes palam, ff. de teſtam.* quam declarare volebant, *per l. quotiens* §. *ſi quis nomen. & l. aſſe toto ff. de hæredibus inſtit.* ſed ſecundum Zalium *in l. interdum*, §. *fundi certi num.* 9. *& ſeqq. ff. de verb. oblg.* non valet teſtamentum, ſi teſtator dicat coram 7. teſtibus, inſtituo hæredem quem ſcripſi in ſcedula apud Titium extante, & declarat dictam *l. aſſe toto*, de qua quæſtione vide Manticam *de coniecturis vlt. volunt. lib.* 4. *tit.* 3. & ſunt DD. pro & contra apud Wameſium *ad ius cano. de teſtam. conſ.* 389 *num.* 44. *& ſeqq. & conſ.* 384. an valeat teſtamentum, ſi teſtator dicat coram 7. teſtibus, ſe teſtari prout in iſta ſcedula continetur, multi ſunt DD. tenentes qood valeat inſtitutio per relationem & per ſigna indubitata, & pro hoc vidi allegari, §. 1. *Inſtit. de inſtitutione & exhæred. liberorum, l. nominatim ff. de leg.* 3. *& l. ſi nominatim ff. de condit. & demonſt.* DD. *in l. aſſe toto & in l. ſi ita ſcripſero ff. de condit. & demonſt. d. l. quotiens.* Simon de Prætis *lib.* 3. *interpret.* 1. *dub.* 3. *ſol.* 1. *& lib.* 2. *dub.* 2. *p.* 1. *ſol.* 2. reſpondebant ad obiectionem ex Gratiano deſumptam, *cap.* 973. diſtincte Franciſ. de Barri *tr. de ſucceſſ. teſtati & inteſtati lib.* 1. *titul.* 1. *numer.* 48. *vbi* allegatur Clarus § *teſtament quæſt.* 4. Menoch *lib.* 4 *præſ.* 2. Graſſus *quæſt.* 10. Maſcard *concl.* 1358. *n* 37. & extenditur apud Franciſ. de Barri. adde & Berlich. *p.* 3. *concl.* 4. *ſub numer* 26. *verſ nihil mouent.*

In hac Controuerſiſſima Cæſarea deciſione indigēte quæſtione, præter DD. pro & contra allegatos in Chriſtinæo *vol.* 1. *deciſ.* 305. vide & quæ tradit *vol.* 6. *de feud. deciſ.* 39. ego adduxi Weſenb. *conſ.* 29, *n.* 18. *& ſeq.* vbi dicit *d. l. hæredes palā*, procedere in teſtamēto

mere

mere nuncupatiuo, ſecus in eo quod redigitur in ſcripturam (quæ etiam nuncupatiua dicuntur, cum hodie vix & ne vix quidem teſtamenta in ſcriptis fiant, Menoch. *Remid.4.adipiſ. poſſ. num.* 95. de quorum teſtamentorum in ſcriptis forma Schurff. *cent.2. conſ.* 15.) quia tunc ſufficit implicite voluntatem teſtibus ſignificari ſcripturæ incluſam, nec opus eſt explicite nominari hæredem, & omnia teſtibus patefieri, vbi remouet obiecta,& eſt declaratio *ad l iubemus Cod. teſtamentis.* & ita declarat Conſt. Imp.Maximil.*de anno* 1512 *Coloniæ* Erneſtus Cothom.*vol.5. reſp.* 21.*num.*111. *& ſeqq.* adde Surdum *conſ.*414 *num.*73. Wamel. *tom.2. conſ.*381.*num.3. & conſ.*389 *num.* 44. *&* 46. & hanc ſententiam puto rationi naturali conuenire, contrariam vero nimium ſubtilizari in verbis legis, ſubtilizaſito autem nimia, voluntates contrahentium ſubuertit, & in foro eccleſiaſtico, vbi de mente conſtat, non eſt curanda Barboſa *tr. Axiomata iuris ax.*214. tu vide Encyclopædiam Hunnianam *vniuerſi iuris p.4. tit.* 1. *de teſtamentis in genere ibi & DD. & num.*41.*& ſeqq.* an teſtamentum, quod dictante teſtatore ſcriptum, iterum coram teſtatore & teſtibus religi debeat, & de teſtamenti nuncupatiui publicatione per plures concluſiones diſtinctè agit Florez *Diez. var.quæſt.li.*1. *quæſt.*1.*nu.*33.*& ſeqq.* de cætero, quid ſit nominatim exprimere vide Bart.*in l.Titius*,25. *ff.de liber.& poſth.*& ibi remiſſiue, Alex.*in l.*1. *ff.d titul.*& Pariſium *vol.3. conſ.2. num.* 57 *& ſeqq.* vbi & dicitur nominatim fieri, quod fit per relationem, de quo Tiraq *de legibus connub.ad l.* 18.*ad verb.expreſſe*, & de verbo explicite Dauth. *in l. qui teſtamento §. fin. num.*10. *ff. de Teſtamentis.*& ibi alleg. Tiraq. quid expreſſum & quot modis dicatur,nominatim Card.Tuſchus *lit. E. concl.* 651. & de vſitata clauſula teſtamētis inſerta, quod illud, quod poſtea in ſcedula, manu teſtatoris reperietur ſcriptum, valebit ac ſi teſtamento de verbo ad verbum foret inſertum, an valeat, diuerſæ ſunt opiniones. vti videre licet apud Beſoldum *in theſauro practico lit.T.verb teſtament.in f.*

§. 3

De expreßis, ſubintellectis, tacitis & omißis, & quæ talia, & de regula, quæ tacite inſunt habentur pro expreßis, & aliquid de omißis.

Præter caſus & DD. allegatos apud Tepatum *in compendio deciſ tit.* 339. *de conuentionibus tacitis* & de his, quæ tacitè aguntur & qui ſint effectus taciti, & expreſſi, quod expreſſum & ſubintellectum à lege æquiparentur, pluribus deducitur apud Caſtello *de vſufr.cap.*1.*num.*49.*& ſeqq.& de* expreſſo & tacito notabilia apud Schrad.*de feud p.*10. *ſect.*4. *num.* 96. *& ſeqq.* Gutierrez *in quæſt. canon lib.2.cap.*11.expreſſum quoque cenſetur, quod ex narratis inferri poteſt Crauet. *in conſ.pro genero.num.*308.ea autem contractibus ineſſe ſolent,quæ lex ex conſuetudine interpretatur vel iudicat ineſſe, non tamen ea, quæ ſæpius fiunt, ſemper inſunt Kelleb. *tr.de renunciat.ſucceſ.q* 7.*num.*16.& ita pulchre declarari poſſet Theorica, quod quæ tacite inſunt expreſſa nihil operantur, quod tamen naturaliter ineſt, pro expreſſo haberi debet, quaſi natura ipſa loquente Nicol. Euerh. *præſes conſ.*228 *num.3.vbi* pulchre infert, & quotidie exponitur de contractibus naturalibus, ſicut quoque indies dicitur, omiſſum habetur pro omiſſo, tam in contractibus, quam in ſtatutis alijſque diſpoſitionibus, quod fallit in ijs, quæ ſunt de-

Digitized by Google

de natura contractus, de quo latè DD. *in l. commodiſſime ff. de lib. & poſthumis.* Barboſ. *tract. Axiom. iuris vſufreq. ax. 39.* & Surdus *conſ. 298.* de expreſſis & omiſſis, quodque expreſſum circa vnum non excludit tacitum circa aliud, & quando caſus omiſſus habeatur pro expreſſo Nicol. Euerh. *praeſes conſ. 95. n. 3 & 7.* vbi declarat *d. l. commodiſſime,* de quo vide optimè Fuſarium *de vlt. vol. conſ. 155. num. 19. & ſeqq.* quando caſus omiſſus non dicatur, & contraria reſoluit, & ita obtinui haud pridem in quadam grauiſſima cauſa, vbi ab exaduerſo ſuſtinuerunt, quod caſus in pactis dotalibus fuerit omiſſus, ac propterea relinquendus diſpoſitioni iuris communis, præter reſponſiones Caſtrenſis *lib. 2. conſ. 442. ſub n. 6.* & Schurff. *cent. 3. conſ. 70. num. 10. & 14. & ibi citatos,* vide Pacianum *de prob. lib. 1. cap. 34. num. 6.* quod caſus omiſſus maneat in diſpoſitione iuris communis, quando caſus omiſſus non fuit propoſitus nec nominatus, ſecus ſi vterque nominatus ſit, quod tamen in caſu propoſito non erat, nam non ſolum caſus qui prætendebatur omiſſus, & conſequenter ſtricta facta interpretatione relinquendus diſpoſitioni iuris communis, non ſolum propoſitus fuit, ſed etiam maior ratio, eaq; pro conſeruatione familiæ non leuis ſuberat: Notabilem quoque doctrinam, qua ſæpe in conſilijs vſus fui, tradit Zaſius *in l. tale pactum, §. Pater, ff. de pactis,* quòd ea quæ in deciſionibus, diſpoſitionibus & ſtatutis ſunt omiſſa, habeantur pro expreſſis, quando veriſimile eſt prouiſa talia fuiſſe, ſi de ijs diſponens vel ſtatuens interrogatus, ita diſpoſuiſſet vel ſtatuiſſet, quod tamen fallax dicitur argumentum in Cothom. *lib. 5. reſp. 10. num. 243. & ſeqq.* declaratur in Cacher. *conſ. 74. num. 48. & ſeqq.* hinc & emptori euictio debetur, licet in inſtrumẽto de illa nihil dictum fuerit, ſic & conſueta, ſi ſint omiſſa, cenſentur appoſita, & habentur pro expreſſis, licet nihil de illis actum ſit *Deciſ. Rotæ Genuenſ. 16.* & quod clauſula apponi conſueta, habeatur pro appoſita Iaſon *in l. certi condictio, §. ſi nummos & ibi DD. ſi cert. pet.* Nicol. Euerh. *in locis legal. lib. à ſolutis.*

Pro maiori intelligentia præſupponi debet, quòd tacitum tripliciter conſideretur; Primò, quod à lege prouenit, 2. quod ab homine, 3. quod à natura rei; effectus autẽ illius taciti ſunt diuerſi, exempla pete à Bart. *in l. conditiones extrinſecus, 97. ff. de condict. & demonſt.* & ſæpe accommodari poteſt in materia & interpretatione ſtatutorum, quæ licet ſtrictè interpretari debeant, attamen tacitum quod in iure vel ratione fundatur, non cenſetur excluſum, vide omnino Zaſium *in l. cum quod mutuum, num. 11. & ſeq. ff. ſi cert. petat.* ibi clarè explicat materiam taciti & expreſſi, in contractibus & vltimis voluntatibus, & de iſta regula, quæ tacitè inſunt, pro expreſſis habentur, ibi quot modis aliqua tacitè inſint, ſicuti de prædeductis, quod clauſula apponi conſueta habeatur pro appoſita, latè & de eius veritate agit Aluarus Valaſcus *tom. 2. conſult. & rer. iud. conſult. 146. per tot. ibi & num. 15. & ſeqq.* dicit, potius contrariam regulam conſtituendam, cum iura pro alia regula loquantur de ijs, quæ neceſſaria ſunt, & quæ ex natura actus veniunt, vide ibi & apud Wameſ. *cent. 2. conſil. 27. num. 6. & ſeqq.* fragilis dicitur collectio, quæ ab expreſſo ad tacitũ excluſionem ſumitur, nam expreſſio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur, intellige quæ tacitè inſunt, nihil operantur expreſſa, niſi in expreſſis exprimatur aliter quàm ta-

citè inſit, de iſta regula vide Cardin. Tuſch. *lit. E. concl. 658. & ibi remiſſiuè,* de clauſulis quæ inſunt tacitè, doctrinaliter Zaſius *d.loco,* rurſus in caſu propoſito Wameſius, quod nil interſit,neutrum an alterutrum exprimatur, in pluribus enim,identitatem rationis habentibus,licet alterum exprimatur, non tamen exprimitur ad aliorum excluſionem,ſed magis, vt ait Bald.ad eorum incluſionem,& non reſtrictiuè,ita vt caſus ibi non excluſus ſed omiſſus, cenſeatur relinquendus diſpoſitioni iuris communis, imò abſque hoc dicit, propter maioritatem rationis, quæ eſt in caſu omiſſo, extendi debet pacti, in vno articulo expreſſi, poteſtas ad alium, in caſu minimè odioſo, nec à terminis iuris communis exorbitante, & ibi, quomodo ab vno caſu ad alium fiat extenſio, quæ materia nimis latè patet, & abundè tractatur in Fuſario *in tractat. de vlt. voluntat. & alij paſſim.* & dicit Zaſius *in l. ſi quis arbitratu. §. ſi quis ita, num. 3. ff. de verbor. obligat.* quod propter caſum expreſſum, non excludatur caſus non expreſſus, quoties deciditur aliquid ex communiter accidentibus, & ſic nec taxatiua excludit omiſſa, quod dicit in practica & conſilijs notandum, atque infra in materia Statutorum *parte 2. de Stylo & Statuto* adduco,an ſtatutū (verbi gratia Colonienſe) de inſinuatione vel inſcrineatione, excludat tacitas hypothecas, & quod ſtatutum quantumcunque ſtricte & præciſe loquens, recipiat interpretationem à ratione naturali, pulchrè exornatur apud Mart. Monter à Cueua *deciſ. Regni Arragon. 39, num. 58. & ſeqq.* de prædictis vide diſtinctè Pacianum *lib. 1. de probation. cap. 26. num. 75. & ſeqq.* an & quando lex vel ſtatutum ſimpliciter loquens, extendatur, ad ſenſum intellectualem & interpretatiuum, & quando, quæ tacitè inſunt habeantur pro expreſſis, rurſus idem Monter *deciſ.32.num. 14.* ex alijs refert,cum extat ſtatutum, quod verba ad litteram intelligantur, quod tunc communis vſus loquendi quid ſit extrinſecum, contra allegatos DD. *num. 2.* & de regula, quòd maior ſit virtus expreſſi quam taciti, cum ampliationibus & limitationibus Cagnol. *in l. cum quid, ff. de regul. iur.* & quando tacitum plus operetur quàm expreſſum in Surdo *conſ.198.* & Berlichio *practic. concluſ. part. 1. concl. 65. num. 23.* & apud Barboſam *tract. Axiom. iuris vſufreq. ax. 118. aliqua axiomata de tacito.* & Card. Tuſch. *lit. T. concluſ. 7. & ſeqq. & lit. E. concl. 65. & aliquot ſeqq.* vbi multa de tacito, item de expreſſo latè tractat Iaſon *in l. Prætor ait, ff. de noui operis nunc.* quòd ea quæ neceſſario conſequuntur, pro expreſſis habeantur, neque opus ſit ea verbis exprimere, de tacito & expreſſo pulchrum extat Surdi *conſil. 198. per tot.* & ibi quando quid omiſſum non dicatur.

§. 4.

Dubia à Rubrica confirmanda & declaranda.

Item certitudo intellectus legum, deſumitur à Rubrica, de quo vide Nicol. Euerhard. *in locis legalib. à rubro,* & latè Iaſon. *in rubric. Inſtit. de action.* & quòd dubia & obſcura ſtatuti verba, ſecundùm rubricam intelligi debeant, docet quoque Mart. Monter à Cueua *deciſ. Regni Arragon. 33. num. 13.* & Cephal. *conſ. 521. num. 7. & 8.* vbi tradit, quòd quemadmodum ſtatutum ambiguum, debet declarari à ſua rubrica, ita rubrica ambigua, ex nigro declaratur, adde Caualcanum *parte 3. deciſ. 12. num.*

Digitized by Google

num. 23. & ſeqq. qui DD. ſatis latè hanc materiam tractant.

§. 5.

Dubia ex præfationibus, natura rei & ſubiecta materia, determinanda & certificanda.

Quemadmodum & frequenter occurrit in praxi, quod ex præfationibus colligamus ea, quæ in Tractatu dicta ſunt, ut in contractu repetita cenſeantur, de quo eſt materia, *in l. Titia 134. §. idem reſpondi, ff. de verbor. oblig. & ibi DD.* cuius rei extat pulchra deciſio apud Caſp. Anton. *Theſaurum practic. quæſtion. lib. 1. quæſt. 1.* quodque præfationes præcedentes vel ſequentes, contractum certificent, docet Zaſius *in l. cum quid certum, num. 40. ff. ſi certum petatur,* vide eundem latius *in l. triticum, ff. de verbor. oblig.* vbi & dicit, ſtipulationem incertam valere, ſi certificari poteſt, quemadmodum & inducit Zaſius, quod ſubiecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant, prout proponit Barboſa *tract. Axiom iuris ax. 212.* ſubiecta talia ſunt qualia prædicata demonſtrant, vbi DD. copioſe allegat; & è contra, ſicuti eſt materia præcedentium, ita reſtringitur materia ſubſequentium, id eſt prædicati, quod perinde eſt ac ſi diceremus, præcedentia coërcentur per ſubſequentia, ſequentia coërcentur ex præcedentibus, quod pulchrè explicando latius proſequitur Zaſius *in l. ſtipulatio, iſta ff. de verbor. oblig.* vbi & notabiliter infert, quòd verba relata ad perſonam, debeant intelligi ſecundùm qualitatem perſonæ ad quam referuntur, & ita quotidie in praxi audimus, quòd verba ſecundùm ſubiectam materiam intelligi & accipi debeant, prout & dicitur, quod verba ſecundùm naturam rei intelligenda ſint; & quod magis debeat attendi natura contractus, & ſic potius materia ſubiecta, quàm verborum ſonus, & ſic ſecundùm formam & effectum Iaſon *in l. non codicillorum, num. 3. Cod. de codicill.* hinc defendunt DD. quòd licet verba ſonant in contractum emptionis & venditionis, quod tamen natura contractus magis attendi debeat, quod clarè tradit Crauett. *conſ. 245. num. 6.* & ſimilia alia, Tiraquell. *de retractu conſ. 32. gloſſ. 1. num. 34.* Surdus *de aliment. tit. 1. quæſt. 24. num. 24. & ſeqq.* vnde decidit Afflictus *deciſ. 73. in fin.* quod licet contrahentes appellent contractum emphyteuſis, attamen ſi adeſt pretium ex natura emptionis, quod emptio ab ipſa materia ſubiecta iudicari debeat, & pulchrè Crauett. *in rubric. de legat. 1. num. 46.* quando actus nominatur vno modo, & effectus repugnat tali denominationi, & apparet, quòd diſponens voluit actum valere, tunc quia diſpoſitio iuris immutari non poteſt, nec diſponens facere, quòd vnus actus ſit alius, ſit denominatio ab effectu, non à ſono verborum, Iura & DD. allegat Barboſa *in tract. Axiomat. iuris vſufreq. axiom. 12. num. 36.* quod actus ſumant ſuam denominationem ab obiecto, & regulariter ſecundùm naturam ſui ſubiecti, quodque actus agentium ſunt in patiente bene diſpoſito, prout quotidie quoque in praxi audimus, quòd contractus potius ab effectu, quam à verbis cognoſcatur, de quo vide tamen Menoch. *lib. 3. præſumpt. 104. num. 28. & ſeq. & præſumpt. ſeqq. lit. N. in verb. Natura cuiuſq; rei primordium,* latè de hac materia diſcurrentem, & aliqua de ſubiecta materia *infra de Genere.*

Digitized by Google

§. 6.

Ex obſeruantia ſubſecuta certitudo colligitur.

Non minus frequens eſt Theorica iſta, quod obſeruantia ſubſecuta declaret rem dubiam, & quid inter partes actum & conuentum ſit; Deciſ. Rotæ Genuenſis *14. nu. 159.* adde Iura & DD. allegatos in Barboſ. *tract. Axiomat. iuris vſufreq. ax. 12.* quòd actus, qui ſequitur, declaret intentionem præcedentem, quodqúe actus ſecundus recipiat interpretationem à primo, & docet Menoch. *lib. 3. præſumpt. 1. num. 32.* quòd factum ſubſequens, declarat voluntatem dubiam præcedentem, vti DD. probant, *per §. panonum Inſtit. de rerum diuiſione* & Surd. *deciſ. 134. num. 9.* probat, quòd ſecuta obſeruantia, declaret qualis fuerit intentio partium ab initio *& deciſ. 226. n. 9.* quod obſeruantia ſubſecuta remoueat dubitationem præcedentem, de qua materia cum ampliationibus & declarationibus latè paſſim DD. vnum hic addidero, quod ad hoc, vt obſeruantia ſubſecuta releuet, debet eſſe proxima Farinac. *p. 2. deciſ. 170. n. 4.* vbi ita iudicatum refert & aliqua *infra de Opinionibus.*

§. 7.

Dubia ex Iure, Conſuetudine, more Regionis & vſu determinanda & certificanda.

Præter tradita à Surdo *de aliment. tit. 4. quæſt. 19.* recurrere ſolebam in præſenti materia *ad l. 34. ff. de reg. iur.* dum dicit; quod ſemper in ſtipulationibus & in cæteris contractibus id ſequimur, quod actum eſt, aut ſi non appareat quid actum ſit, erit conſequens vt id ſequamur, quod in Regione in qua id actum eſt, frequentatur, quid ergo, ſi neque Regionis mos appareat, quia varius fuit, ad id quod minimum eſt, redigenda ſumma eſt, ſuccinctè quoque Zaſius *lib. 1. conſ. 7. num. 17.* vbi quoties Ordinator vel Diſponens in ſua diſpoſitione aliquid loquitur, ex quo intellectus ambiguus oriri poteſt, quod ea locutio intelligi debeat, iuxta communem vſum & conſuetudinem loci vel Regionis, in qua Diſponens habitat, nam intellectus, qui per vſum & conſuetudines Regionis vel Ciuitatis probatur, omnem dubitationem tollit, per iura ibi adducta, vide ad exornationem Roſenthal *de feud. cap. 1. concl. 14. & ſeq.* Anton. Gabriel *de conſuetud. concl. 1. & 2.* Chaſſan. *in conſ. Burgund. Rubric. 4. §. 2. in text. ſecundùm generalem conſuet.* ibi, quod ſecundùm generalem conſuetudinem loci, contractum cenſetur, & quod contrahens cenſetur ſe ſubijcere ſtatutis, quodqúe non eſt conſuetum, actum non præſumitur, Surdus *de alimentis tit. 9. quæſt. 40. num. 41. & ſeqq. & ibi DD.* quod primo conſuetudo patris-familias (intellige iuxta Cagnolum *in d. l. ſemper, in ſtipulat. num. 7.* in teſtamentis non in contractibus, à duorum voluntate dependentibus, quia ſic potius & primò conſuetudo loci attenditur, *& num. 4. & 5.* actum tacitè quomodo intelligatur & pulchra illata) deinde Regionis attendatur, quippe ex cuiuſque loci vſu deciſio petenda Zaſius *in l. cum quid certum, num. 5. ff. ſi certum petatur,* vnde præſumitur communem vſum ſuæ Ciuitatis obſeruare Cephal. *conſ. 598. num. 58.* & ſecundùm ſtatutum videtur regulare ſuam voluntatem, deinde ſecundùm ius commune Benintend. *deciſ. 88. num. 1. 2. & 4.* & potius ſecundùm conſuetudinem quam ſtatutum, iuxta Manticam *de tacitis*

& am-

& ambig. ſic alibi defendo, quando partes faciunt pacta dotalia (quæ prius inſpici, & ſecundùm ea diſpoſitiones regulari debent Roſenthal. *d.concl. 14.* cui conuenit vulgata regula Willkühr/ bricht Landts Recht/ vel prouiſio hominis tollit prouiſionem legis, de quo Barboſa *tract. Axiom.iuris vſufreq. ax. 195.* quæ regula ibi pulchrè declaratur) poſtea autem diſponunt, quod in illis omiſſa, relinquantur iuris communis & municipalis diſpoſitioni, reſpondi quod hoc caſu non attento ordine litterę, prius attendi debeat quid de iure municipali, conſuetudinario & ſtatuario obſeruetur, pulchra ratione apud Zaſium *in l.certi condictio,§.ſi nummos,num.12.ff.ſi cert. pet.* vbi & *num. 13. & ſeq.* illuſtrat, quòd omnis diſpoſitio ciuilis in contractibus & vltimis voluntatibus, interpretationem recipiat à quotidiano vſu, quodqúe ambiguitas, obſcuritas, & generalitas in verbis, per quotidianum vſum reſoluantur, & admittit Valaſc. *ſupra* §.3. allegatus *nu.29.* quòd quando diſpoſitio eſt ambigua, interpretanda ſit iuxta id, quod conſuetum eſt, *& num.7.* quod contractus recipiant interpretationem à conſuetudine; ſic etiam locus contractus attenditur quoad interpretationem verborum. Item de conſuetudine Notarij Surdus *deciſ. 227.* de vſu tamen Patrisfamilias Caſtil. *tr. de vſufruct. cap.22.* Card. Tuſch. *lit.V.concl.364.* dum autem iuxta *d. l.* ſemper in ſtipulationibus dicimus, quod ad id, quod minimum eſt, redigenda ſit ſumma, hoc declaratur apud Wameſ. *vol.1.conſ.145.* vbi pulchra, & licet fiat pro promiſſore regulariter vt minus, tamen etiam fit interpretatio vt efficacius obligetur Mantica *de tacit. & ambig. lib. 2. tit.4.num.99.* vbi de pacto ambiguo, & eſt materia *l. in veteribus ff.de pactis,* vide DD. ibi allegatos in Barboſ. *in cap.contra eum de reg.iur.in 6.* in qua fundatur illa quotidiana Theorica, quod ſibi quis imputare debeat, quod apertius locutus non fuerit, & ſic quod obſcuritatem loquendi ſibi debeat imputare, docet Mart. Monter à Cueua *deciſ.35.num.76.* vbi tamen declarat illam regulam non procedere in caſu ibi, propter naturam verborum vniuerſalium ſubdens, quòd verba vniuerſalia, generalia & geminata, habeant vim ſpecialis expreſſionis, deinde contra quē facienda ſit interpretatio, vide Barboſ. *tract. Axiomat. iuris vſufreq. ax. 130.* & de interpretatione aliqua docta in Grotio *tractat.de iure belli & pacis lib. 2. cap. 16.* & de communi vſu loquendi Maſcard. *de probat. concl. 329.* ibi & latè de effectu & probatione communis vſus, iunctis ijs quæ traduntur *part.2.tit.5.c.9.* de communi vſu loquendi, qui talis & quomodo probetur, latè Alderamus Maſcard. *de generali ſtatut.interpret.concl.3.*

§. 8.

Dubia ex ſono verborum determinanda & certificanda eſſe.

Præterea Theorica eſt, quod certitudo verborum, ſuppeditat certitudinem intellectus Knichen *de pactis veſt. p.1. cap.3 n.94.* non maius inquit Caſſiod. *5. epiſt. 22.* poteſt eſſe mentis teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum, ſed dicit Vaſquius *lib.2. cap.58. num.7. & 8.* quod verba ſint tantum ſignum, & non certitudo animi, vbi & illud Terentij, erras, tui animi ſi me eſſe ignarum putas, quod de ſuſpicione & coniecturis, non de certa ſententia intelligendum eſt, ita & bona & mala fides, dolus, mutatio voluntatis, inditijs probantur, quia nihil ferè tam efficax & aptum eſt ad demon-

Digitized by Google

§. 6.

Ex obſeruantia ſubſecuta certitudo colligitur.

Non minus frequens eſt Theorica iſta, quod obſeruantia ſubſecuta declaret rem dubiam, & quid inter partes actum & conuentum ſit; Deciſ. Rotæ Genuenſis *14. nu. 159.* adde Iura & DD. allegatos in Barboſ. *tract. Axiomat. iuris vſufreq. ax. 12.* quòd actus, qui ſequitur, declaret intentionem præcedentem, quodqúe actus ſecundus recipiat interpretationem à primo, & docet Menoch. *lib. 3. præſumpt. 1. num. 32.* quòd factum ſubſequens, declarat voluntatem dubiam præcedentem, vti DD. probant, per §. *pauonum Inſtit. de rerum diuiſione* & Surd. *deciſ. 134. num. 9.* probat, quòd ſecuta obſeruantia, declaret qualis fuerit intentio partium ab initio *& deciſ. 226. n. 9.* quod obſeruantia ſubſecuta remoueat dubitationem præcedentem, de qua materia cum ampliationibus & declarationibus latè paſſim DD. vnum hic addidero, quod ad hoc, vt obſeruantia ſubſecuta releuet, debet eſſe proxima Farinac. *p. 2. deciſ. 170. n. 4.* vbi ita iudicatum refert & aliqua *infra de Opinionibus.*

§. 7.

Dubia ex Iure, Conſuetudine, more Regionis & vſu determinanda & certificanda.

Præter tradita à Surdo *de aliment. tit. 4. quæſt. 19.* recurrere ſolebam in præſenti materia *ad l. 34. ff. de reg. iur.* dum dicit; quod ſemper in ſtipulationibus & in cæteris contractibus id ſequimur, quod actum eſt, aut ſi non appareat quid actum ſit, erit conſequens vt id ſequamur, quod in Regione in qua id actum eſt, frequentatur, quid ergo, ſi neque Regionis mos appareat, quia varius fuit, ad id quod minimum eſt, redigenda ſumma eſt, ſuccinctè quoque Zaſius *lib. 1. conſ. 7. num. 17.* vbi quoties Ordinator vel Diſponens in ſua diſpoſitione aliquid loquitur, ex quo intellectus ambiguus oriri poteſt, quod ea locutio intelligi debeat, iuxta communem vſum & conſuetudinem loci vel Regionis, in qua Diſponens habitat, nam intellectus, qui per vſum & conſuetudines Regionis vel Ciuitatis probatur, omnem dubitationem tollit, per iura ibi adducta, vide ad exornationem Roſenthal *de feud. cap. 1. concl. 14. & ſeq.* Anton. Gabriel *de conſuetud. concl. 1. & 2.* Chaſſan. *in conſ. Burgund. Rubric. 4. §. 2. in text. ſecundùm generalem conſuet.* ibi, quod ſecundùm generalem conſuetudinem loci, contractum cenſetur, & quod contrahens cenſetur ſe ſubijcere ſtatutis, quodqúe non eſt conſuetum, actum non præſumitur, Surdus *de alimentis tit. 9. quæſt. 40. num. 41. & ſeqq. & ibi DD.* quod primo conſuetudo patris-familias (intellige iuxta Cagnolum *in d. l. ſemper, in ſtipulat. num. 7.* in teſtamentis non in contractibus, à duorum voluntate dependentibus, quia ſic potius & primò conſuetudo loci attenditur, *& num. 4. & 5.* actum tacitè quomodo intelligatur & pulchra illata) deinde Regionis attendatur, quippe ex cuiuſque loci vſu deciſio petenda Zaſius *in l. cum quid certum, num. 5. ff. ſi certum petatur,* vnde præſumitur communem vſum ſuæ Ciuitatis obſeruare Cephal. *conſ. 598. num. 58.* & ſecundùm ſtatutum videtur regulare ſuam voluntatem, deinde ſecundùm ius commune Benintend. *deciſ. 88. num. 1. 2. & 4.* & potius ſecundùm conſuetudinem quam ſtatutum, iuxta Manticam *de tacitis & am-*

Digitized by Google

& ambig. ſic alibi defendo, quando partes faciunt pacta dotalia (quæ prius inſpici, & ſecundùm ea diſpoſitiones regulari debent Roſenthal. *d.concl. 14.* cui conuenit vulgata regula Willkühr/ bricht Landts Recht/ vel prouiſio hominis tollit prouiſionem legis, de quo Barboſa *tract. Axiom.iuris vſufreq. ax. 195.* quæ regula ibi pulchrè declaratur) poſtea autem diſponunt, quod in illis omiſſa, relinquantur iuris communis & municipalis diſpoſitioni, reſpondi quod hoc caſu non attento ordine litteræ, prius attendi debeat quid de iure municipali, conſuetudinario & ſtatuario obſeruetur, pulchra ratione apud Zaſium *in l.certi condictio,§.ſi nummos,num.12.ff.ſi cert.pet.* vbi & *num. 13. & ſeq.* illuſtrat, quòd omnis diſpoſitio ciuilis in contractibus & vltimis voluntatibus, interpretationem recipiat à quotidiano vſu, quodque ambiguitas, obſcuritas, & generalitas in verbis, per quotidianum vſum reſoluantur, & admittit Valaſc. *ſupra* §.3. allegatus *nu.29.* quòd quando diſpoſitio eſt ambigua, interpretanda ſit iuxta id, quod conſuetum eſt, *& num.7.* quod contractus recipiant interpretationem à conſuetudine; ſic etiam locus contractus attenditur quoad interpretationem verborum. Item de conſuetudine Notarij Surdus *deciſ. 227.* de vſu tamen Patrisfamilias Caſtil. *tr. de vſufruct. cap.22.* Card. Tuſch. *lit.V.concl.364.* dum autem iuxta *d. l.* ſemper in ſtipulationibus dicimus, quod ad id, quod minimum eſt, redigenda ſit ſumma, hoc declaratur apud Wamel. *vol.1.conſ.145.* vbi pulchra, & licet fiat pro promiſſore regulariter vt minus, tamen etiam fit interpretatio vt efficacius obligetur Mantica *de tacit. & ambig. lib. 2. tit.4.num.99.* vbi de pacto ambiguo, & eſt materia *l. in veteribus ff.de pactis,* vide DD. ibi allegatos in Barboſ. *in cap.contra eum de reg.iur.in 6.* in qua fundatur illa quotidiana Theorica, quod ſibi quis imputare debeat, quod apertius locutus non fuerit, & ſic quod obſcuritatem loquendi ſibi debeat imputare, docet Mart. Monter à Cueua *deciſ.55.num.76.* vbi tamen declarat illam regulam non procedere in caſu ibi, propter naturam verborum vniuerſalium ſubdens, quòd verba vniuerſalia, generalia & geminata, habeant vim ſpecialis expreſſionis, deinde contra quē facienda ſit interpretatio, vide Barboſ. *tract. Axiomat. iuris vſufreq. ax. 130.* & de interpretatione aliqua docta in Grotio *tractat.de iure belli & pacis lib. 2. cap. 16.* & de communi vſu loquendi Maſcard. *de probat. concl. 329.* ibi & latè de effectu & probatione communis vſus, iunctis ijs quæ traduntur *part.2.tit.5.c.9.* de communi vſu loquendi, qui talis & quomodo probetur, latè Alderamus Maſcard. *de generali ſtatut.interpret.concl.3.*

§. 8.

Dubia ex ſono verborum determinanda & certificanda eſſe.

Præterea Theorica eſt, quod certitudo verborum, ſuppeditat certitudinem intellectus Knichen *de pactis veſt. p.1. cap.3.n.94.* non maius inquit Caſſiod. *5. epiſt. 22.* poteſt eſſe mentis teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum, ſed dicit Vaſquius *lib.2. cap.58. num. 7. & 8.* quod verba ſint tantum ſignum, & non certitudo animi, vbi & illud Terentij, erras, tui animi ſi me eſſe ignarum putas, quod de ſuſpicione & coniecturis, non de certa ſententia intelligendum eſt, ita & bona & mala fides, dolus, mutatio voluntatis, indicijs probantur, quia nihil ferè tam efficax & aptum eſt ad demon-

Digitized by Google

§. 6.

Ex obſeruantia ſubſecuta certitudo colligitur.

Non minus frequens eſt Theorica iſta, quod obſeruantia ſubſecuta declaret rem dubiam, & quid inter partes actum & conuentum ſit; Deciſ. Rotæ Genuenſis *14. nu. 159.* adde Iura & DD. allegatos in Barboſ. *tract. Axiomat. iuris vſufreq. ax. 12.* quòd actus, qui ſequitur, declaret intentionem præcedentem, quodqúe actus ſecundus recipiat interpretationem à primo, & docet Menoch. *lib. 3. præſumpt. 1. num. 32.* quòd factum ſubſequens, declarat voluntatem dubiam præcedentem, vti DD. probant, *per §. panonum Inſtit. de rerum diuiſione* & Surd. *deciſ. 134. num. 9.* probat, quòd ſecuta obſeruantia, declaret qualis fuerit intentio partium ab initio *& deciſ. 226. n. 9.* quod obſeruantia ſubſecuta remoueat dubitationem præcedentem, de qua materia cum ampliationibus & declarationibus latè paſſim DD. vnum hic addidero, quod ad hoc, vt obſeruantia ſubſecuta releuet, debet eſſe proxima Farinac. *p. 2. deciſ. 170. n. 4.* vbi ita iudicatum refert & aliqua *infra de Opinionibus.*

§. 7.

Dubia ex Iure, Conſuetudine, more Regionis & vſu determinanda & certificanda.

Præter tradita à Surdo *de aliment. tit. 4. quæſt. 19.* recurrere ſolebam in præſenti materia *ad l. 34. ff. de reg. iur.* dum dicit; quod ſemper in ſtipulationibus & in cæteris contractibus id ſequimur, quod actum eſt, aut ſi non appareat quid actum ſit, erit conſequens vt id ſequamur, quod in Regione in qua id actum eſt, frequentatur, quid ergo, ſi neque Regionis mos appareat, quia varius fuit, ad id quod minimum eſt, redigenda ſumma eſt, ſuccinctè quoque Zaſius *lib. 1. conſ. 7. num. 17.* vbi quoties Ordinator vel Diſponens in ſua diſpoſitione aliquid loquitur, ex quo intellectus ambiguus oriri poteſt, quod ea locutio intelligi debeat, iuxta communem vſum & conſuetudinem loci vel Regionis, in qua Diſponens habitat, nam intellectus, qui per vſum & conſuetudines Regionis vel Ciuitatis probatur, omnem dubitationem tollit, per iura ibi adducta, vide ad exornationem Roſenthal *de feud. cap. 1. concl. 14. & ſeq.* Anton. Gabriel *de conſuetud. concl. 1. & 2.* Chaſſan. *in conſ. Burgund. Rubric. 4. §. 2. in text. ſecundùm generalem conſuet.* ibi, quod ſecundùm generalem conſuetudinem loci, contractum cenſetur, & quod contrahens cenſetur ſe ſubijcere ſtatutis, quodqúe non eſt conſuetum, actum non præſumitur, Surdus *de alimentis tit. 9. quæſt. 40. num. 41. & ſeqq. & ibi DD.* quod primo conſuetudo patris-familias (intellige iuxta Cagnolum *in d. l. ſemper, in ſtipulat. num. 7.* in teſtamentis non in contractibus, à duorum voluntate dependentibus, quia ſic potius & primò conſuetudo loci attenditur, *& num. 4. & 5.* actum tacitè quomodo intelligatur & pulchra illata) deinde Regionis attendatur, quippe ex cuiuſque loci vſu deciſio petenda Zaſius *in l. cum quid certum, num. 5. ff. ſi certum petatur,* vnde præſumitur communem vſum ſuæ Ciuitatis obſeruare Cephal. *conſ. 598. num. 58.* & ſecundùm ſtatutum videtur regulare ſuam voluntatem, deinde ſecundùm ius commune Benintend. *deciſ. 88. num. 1. 2. & 4.* & potius ſecundùm conſuetudinem quam ſtatutum, iuxta Manticam *de tacitis & am-*

& ambig. ſic alibi defendo, quando partes faciunt pacta dotalia (quæ prius inſpici, & ſecundùm ea diſpoſitiones regulari debent Roſenthal. *d.concl.14.* cui conuenit vulgata regula Willkühr/ bricht Landts Recht/ vel prouiſio hominis tollit prouiſionem legis, de quo Barboſa *tract. Axiom.iuris vſufreq. ax.195.* quæ regula ibi pulchrè declaratur) poſtea autem diſponunt, quod in illis omiſſa, relinquantur iuris communis & municipalis diſpoſitioni, reſpondi quod hoc caſu non attento ordine litteræ, prius attendi debeat quid de iure municipali, conſuetudinario & ſtatuario obſeruetur, pulchra ratione apud Zaſium *in l.certi condictio,§.ſi nummos,num.12.ff.ſi cert.pet.* vbi & *num.13. & ſeq.* illuſtrat, quòd omnis diſpoſitio ciuilis in contractibus & vltimis voluntatibus, interpretationem recipiat à quotidiano vſu, quodqúe ambiguitas, obſcuritas, & generalitas in verbis, per quotidianum vſum reſoluantur, & admittit Valaſc. *ſupra* §.3. allegatus *nu.29.* quòd quando diſpoſitio eſt ambigua, interpretanda ſit iuxta id, quod conſuetum eſt, *& num.7.* quod contractus recipiant interpretationem à conſuetudine; ſic etiam locus contractus attenditur quoad interpretationem verborum. Item de conſuetudine Notarij Surdus *deciſ. 227.* de vſu tamen Patrisfamilias Caſtil. *tr. de vſufruct. cap.22.* Card. Tuſch. *lit.V.concl.364.* dum autem iuxta *d. l.* ſemper in ſtipulationibus dicimus, quod ad id, quod minimum eſt, redigenda ſit ſumma, hoc declaratur apud Wamel. *vol.1.conſ.145.* vbi pulchra, & licet fiat pro promiſſore regulariter vt minus, tamen etiam fit interpretatio vt efficacius obligetur Mantica *de tacit. & ambig. lib. 2. tit.4.num.99.* vbi de pacto ambiguo, & eſt materia *l. in veteribus ff.de pactis,* vide DD. ibi allegatos in Barboſ. *in cap.contra eum de reg.iur.in 6.* in qua fundatur illa quotidiana Theorica, quod ſibi quis imputare debeat, quod apertius locutus non fuerit, & ſic quod obſcuritatem loquendi ſibi debeat imputare, docet Mart. Monter à Cueua *deciſ.35.num.76.* vbi tamen declarat illam regulam non procedere in caſu ibi, propter naturam verborum vniuerſalium ſubdens, quòd verba vniuerſalia, generalia & geminata, habeant vim ſpecialis expreſſionis, deinde contra quē facienda ſit interpretatio, vide Barboſ. *tract. Axiomat. iuris vſufreq. ax.130.* & de interpretatione aliqua docta in Grotio *tractat.de iure belli & pacis lib. 2. cap.16.* & de communi vſu loquendi Maſcard. *de probat. concl. 329.* ibi & latè de effectu & probatione communis vſus, iunctis ijs quæ traduntur *part.2.tit.5.c.9.* de communi vſu loquendi, qui talis & quomodo probetur, latè Alderamus Maſcard. *de generali ſtatut.interpret.concl.3.*

§. 8.

Dubia ex ſono verborum determinanda & certificanda eſſe.

Præterea Theorica eſt, quod certitudo verborum, ſuppeditat certitudinem intellectus Knichen *de pactis veſt.p.1. cap.3 n.94.* non maius inquit Caſſiod. *5. epiſt. 22.* poteſt eſſe mentis teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum, ſed dicit Vaſquius *lib.2. cap.58. num. 7. & 8.* quod verba ſint tantum ſignum, & non certitudo animi, vbi & illud Terentij, erras, tui animi ſi me eſſe ignarum putas, quod de ſuſpicione & coniecturis, non de certa ſententia intelligendum eſt, ita & bona & mala fides, dolus, mutatio voluntatis, inditijs probantur, quia nihil ferè tam efficax & aptum eſt ad demon-

§. 6.

Ex obſeruantia ſubſecuta certitudo colligitur.

Non minus frequens eſt Theorica iſta, quod obſeruantia ſubſecuta declaret rem dubiam, & quid inter partes actum & conuentum ſit; Deciſ. Rotæ Genuenſis *14. nu. 159.* adde Iura & DD. allegatos in Barboſ. *tract. Axiomat. iuris vſufreq. ax. 12.* quòd actus, qui ſequitur, declaret intentionem præcedentem, quodque actus ſecundus recipiat interpretationem à primo, & docet Menoch. *lib. 3. præſumpt. 1. num. 32.* quòd factum ſubſequens, declarat voluntatem dubiam præcedentem, vti DD. probant, *per §. panonum Inſtit. de rerum diuiſione* & Surd. *deciſ. 134. num. 9.* probat, quòd ſecuta obſeruantia, declaret qualis fuerit intentio partium ab initio *& deciſ. 226. n. 9.* quod obſeruantia ſubſecuta remoueat dubitationem præcedentem, de qua materia cum ampliationibus & declarationibus latè paſſim DD. vnum hic addidero, quod ad hoc, vt obſeruantia ſubſecuta releuet, debet eſſe proxima Farinac. *p. 2. deciſ. 170. n. 4.* vbi ita iudicatum refert & aliqua *infra de Opinionibus.*

§. 7.

Dubia ex Iure, Conſuetudine, more Regionis & vſu determinanda & certificanda.

Præter tradita à Surdo *de aliment. tit. 4. quæſt. 19.* recurrere ſolebam in præſenti materia *ad l. 34. ff. de reg. iur.* dum dicit; quod ſemper in ſtipulationibus & in cæteris contractibus id ſequimur, quod actum eſt, aut ſi non appareat quid actum ſit, erit conſequens vt id ſequamur, quod in Regione in qua id actum eſt, frequentatur, quid ergo, ſi neque Regionis mos appareat, quia varius fuit, ad id quod minimum eſt, redigenda ſumma eſt, ſuccinctè quoque Zaſius *lib. 1. conſ. 7. num. 17.* vbi quoties Ordinator vel Diſponens in ſua diſpoſitione aliquid loquitur, ex quo intellectus ambiguus oriri poteſt, quod ea locutio intelligi debeat, iuxta communem vſum & conſuetudinem loci vel Regionis, in qua Diſponens habitat, nam intellectus, qui per vſum & conſuetudines Regionis vel Ciuitatis probatur, omnem dubitationem tollit, per iura ibi adducta, vide ad exornationem Roſenthal *de feud. cap. 1. concl. 14. & ſeq.* Anton. Gabriel *de conſuetud. concl. 1. & 2.* Chaſſan. *in conſ. Burgund. Rubric. 4. §. 2. in text. ſecundùm generalem conſuet.* ibi, quod ſecundùm generalem conſuetudinem loci, contractum cenſetur, & quod contrahens cenſetur ſe ſubijcere ſtatutis, quodque non eſt conſuetum, actum non præſumitur, Surdus *de alimentis tit. 9. quæſt. 40. num. 41. & ſeqq. & ibi DD.* quod primo conſuetudo patris-familias (intellige iuxta Cagnolum *in d. l. ſemper, in ſtipulat. num. 7.* in teſtamentis non in contractibus, à duorum voluntate dependentibus, quia ſic potius & primò conſuetudo loci attenditur, *& num. 4. & 5.* actum tacitè quomodo intelligatur & pulchra illata) deinde Regionis attendatur, quippe ex cuiuſque loci vſu deciſio petenda Zaſius *in l. cum quid certum, num. 5. ff. ſi certum petatur,* vnde præſumitur communem vſum ſuæ Ciuitatis obſeruare Cephal. *conſ. 598. num. 58.* & ſecundùm ſtatutum videtur regulare ſuam voluntatem, deinde ſecundùm ius commune Benintend. *deciſ. 88. num. 1. 2. & 4.* & potius ſecundùm conſuetudinem quam ſtatutum, iuxta Manticam *de tacitis & am-*

Digitized by Google

& ambig. ſic alibi defendo, quando partes faciunt pacta dotalia (quæ prius inſpici, & ſecundùm ea diſpoſitiones regulari debent Roſenthal. *d. concl. 14.* cui conuenit vulgata regula Willkühr/ bricht Landts Recht/ vel prouiſio hominis tollit prouiſionem legis, de quo Barboſa *tract. Axiom. iuris vſufreq. ax. 195.* quæ regula ibi pulchrè declaratur) poſtea autem diſponunt, quod in illis omiſſa, relinquantur iuris communis & municipalis diſpoſitioni, reſpondi quod hoc caſu non attento ordine litteræ, prius attendi debeat quid de iure municipali, conſuetudinario & ſtatuario obſeruetur, pulchra ratione apud Zaſium *in l. certi condictio, §. ſi nummos, num. 12. ff. ſi cert. pet.* vbi & *num. 13. & ſeq.* illuſtrat, quòd omnis diſpoſitio ciuilis in contractibus & vltimis voluntatibus, interpretationem recipiat à quotidiano vſu, quodque ambiguitas, obſcuritas, & generalitas in verbis, per quotidianum vſum reſoluantur, & admittit Valaſc. *ſupra* §. 3. allegatus *nu. 29.* quòd quando diſpoſitio eſt ambigua, interpretanda ſit iuxta id, quod conſuetum eſt, *& num. 7.* quod contractus recipiant interpretationem à conſuetudine; ſic etiam locus contractus attenditur quoad interpretationem verborum. Item de conſuetudine Notarij Surdus *deciſ. 227.* de vſu tamen Patrisfamilias Caſtil. *tr. de vſufruct. cap. 22.* Card. Tuſch. *lit. V. concl. 364.* dum autem iuxta *d. l.* ſemper in ſtipulationibus dicimus, quod ad id, quod minimum eſt, redigenda ſit ſumma, hoc declaratur apud Wamel. *vol. 1. conſ. 145.* vbi pulchra, & licet fiat pro promiſſore regulariter vt minus, tamen etiam fit interpretatio vt efficacius obligetur Mantica *de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 4. num. 99.* vbi de pacto ambiguo, & eſt materia *l. in veteribus ff. de pactis,* vide DD. ibi allegatos in Barboſ. *in cap. contra eum de reg. iur. in 6.* in qua fundatur illa quotidiana Theorica, quod ſibi quis imputare debeat, quod apertius locutus non fuerit, & ſic quod obſcuritatem loquendi ſibi debeat imputare, docet Mart. Monter à Cueua *deciſ. 35. num. 76.* vbi tamen declarat illam regulam non procedere in caſu ibi, propter naturam verborum vniuerſalium ſubdens, quòd verba vniuerſalia, generalia & geminata, habeant vim ſpecialis expreſſionis, deinde contra quē facienda ſit interpretatio, vide Barboſ. *tract. Axiomat. iuris vſufreq. ax. 130.* & de interpretatione aliqua docta in Grotio *tractat. de iure belli & pacis lib. 2. cap. 16.* & de communi vſu loquendi Maſcard. *de probat. concl. 329.* ibi & latè de effectu & probatione communis vſus, iunctis ijs quæ traduntur *part. 2. tit. 5. c. 9.* de communi vſu loquendi, qui talis & quomodo probetur, latè Alderamus Maſcard. *de generali ſtatut. interpret. concl. 3.*

§. 8.

Dubia ex ſono verborum determinanda & certificanda eſſe.

Præterea Theorica eſt, quod certitudo verborum, ſuppeditat certitudinem intellectus Knichen *de pactis veſt. p. 1. cap. 3. n. 94.* non maius inquit Caſſiod. *5. epiſt. 22.* poteſt eſſe mentis teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum, ſed dicit Vaſquius *lib. 2. cap. 58. num. 7. & 8.* quod verba ſint tantum ſignum, & non certitudo animi, vbi & illud Terentij, erras, tui animi ſi me eſſe ignarum putas, quod de ſuſpicione & coniecturis, non de certa ſententia intelligendum eſt, ita & bona & mala fides, dolus, mutatio voluntatis, inditijs probantur, quia nihil ferè tam efficax & aptum eſt ad demon-

Digitized by Google

& ambig. ſic alibi defendo, quando partes faciunt pacta dotalia (quæ prius inſpici, & ſecundùm ea diſpoſitiones regulari debent Roſenthal. *d.concl.14.* cui conuenit vulgata regula Willkühr/ bricht Landts Recht/ vel prouiſio hominis tollit prouiſionem legis, de quo Barboſa *tract. Axiom.iuris vſufreq. ax.195.* quæ regula ibi pulchrè declaratur) poſtea autem diſponunt, quod in illis omiſſa, relinquantur iuris communis & municipalis diſpoſitioni, reſpondi quod hoc caſu non attento ordine litterę, prius attendi debeat quid de iure municipali, conſuetudinario & ſtatuario obſeruetur, pulchra ratione apud Zaſium *in l.certi condictio,§.ſi nummos,num.12.ff.ſi cert.pet.* vbi & *num.13. & ſeq.* illuſtrat, quòd omnis diſpoſitio ciuilis in contractibus & vltimis voluntatibus, interpretationem recipiat à quotidiano vſu, quodqúe ambiguitas, obſcuritas, & generalitas in verbis, per quotidianum vſum reſoluantur, & admittit Valaſc. *ſupra* §.3. allegatus *nu.29.* quòd quando diſpoſitio eſt ambigua, interpretanda ſit iuxta id, quod conſuetum eſt, *& num.7.* quod contractus recipiant interpretationem à conſuetudine; ſic etiam locus contractus attenditur quoad interpretationem verborum. Item de conſuetudine Notarij Surdus *deciſ. 227.* de vſu tamen Patrisfamilias Caſtil. *tr. de vſufruct. cap.22.* Card. Tuſch. *lit.V.concl.364.* dum autem iuxta *d.l.* ſemper in ſtipulationibus dicimus, quod ad id, quod minimum eſt, redigenda ſit ſumma, hoc declaratur apud Wameſ. *vol.1.conſ.145.* vbi pulchra, & licet fiat pro promiſſore regulariter vt minus, tamen etiam fit interpretatio vt efficacius obligetur Mantica *de tacit. & ambig. lib. 2. tit.4.num.99.* vbi de pacto ambiguo, & eſt materia *l. in veteribus ff.de pactis,* vide DD. ibi allegatos in Barboſ. *in cap.contra eum de reg.iur.in 6.* in qua fundatur illa quotidiana Theorica, quod ſibi quis imputare debeat, quod apertius locutus non fuerit, & ſic quod obſcuritatem loquendi ſibi debeat imputare, docet Mart. Monter à Cueua *deciſ.35.num.76.* vbi tamen declarat illam regulam non procedere in caſu ibi, propter naturam verborum vniuerſalium ſubdens, quòd verba vniuerſalia, generalia & geminata, habeant vim ſpecialis expreſſionis, deinde contra quē facienda ſit interpretatio, vide Barboſ. *tract. Axiomat. iuris vſufreq. ax.130.* & de interpretatione aliqua docta in Grotio *tractat.de iure belli & pacis lib. 2. cap. 16.* & de communi vſu loquendi Maſcard. *de probat. concl. 329.* ibi & latè de effectu & probatione communis vſus, iunctis ijs quæ traduntur *part.2.tit.5.c.9.* de communi vſu loquendi, qui talis & quomodo probetur, latè Alderamus Maſcard. *de generali ſtatut.interpret.concl.3.*

§. 8.

Dubia ex ſono verborum determinanda & certificanda eſſe.

Præterea Theorica eſt, quod certitudo verborum, ſuppeditat certitudinem intellectus Knichen *de pactis veſt.p.1.cap.3.n.94.* non maius inquit Caſſiod. *5. epiſt. 22.* poteſt eſſe mentis teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum, ſed dicit Vaſquius *lib.2. cap.58.num.7. & 8.* quod verba ſint tantum ſignum, & non certitudo animi, vbi & illud Terentij, erras, tui animi ſi me eſſe ignarum putas, quod de ſuſpicione & coniecturis, non de certa ſententia intelligendum eſt, ita & bona & mala fides, dolus, mutatio voluntatis, inditijs probantur, quia nihil ferè tam efficax & aptum eſt ad demon-

Digitized by Google

ſtrandum, quàm ſermo, *l. non aliter ibi DD. ff. de legat. 3. & l. Labeo, ibi quoq; DD. ff. de ſuppellect. legat.* & Deckerus *lib. 2. diſſert. 1. n. 31.* vbi illud tribus regulis complectitur, hinc natum eſt, quòd vbi verba legis clara & perſpicua ſunt, calumnioſa ſit quæcunq; alia interpretatio Bald. *in Auth. niſi rogati, Cod. ad Trebell.* & Zaſius quando verbis inhærendum *lib. 1. conſ. 12. & 14.* docetque Barboſa *tract. Axiom. Iuris vſufreq. ax. 222 n. 25. & ſeq.* quòd verba dubia, in potiori ſignificatu ſint accipienda, & ſecundùm ſenſum grammaticalem, in eo ſignificatu, qui eſt aptior, & quod naturaliter, propriè & verè, non autem accidentaliter, ciuiliter & fictè interpretanda ſint, & ſecundùm naturā rei, cui adijciuntur per prius, & non per poſterius intelligi debeant, fontes verò vnde ducantur coniecturæ vltimæ voluntatis vide in Mantica *de coniectur. vlt. volunt. lib. 6. tit. 5. & aliquot ſeq.* & Card. Tuſch. dubia diſpoſitio ex quibus declaratur *concl. 801.* qualis eſt homo in mente inquit S. Auguſtinus *ſermone 3. ad fratres in Eremo,* talem verboſitas depingit in ore, interim autem ſi verè de mente conſtet, eam ſequendam, paſſim DD. vnanimiter omnes tradunt, & tunc ſubintrat illud Quintil. *declamat. 317.* in omnibus legibus inquit, ſolam ſpectari oportet ſcribentis voluntatem, verba enim ambigua, & in plures intellectus ducta ſunt, ſcribendarum legum cauſa voluntas fuit.

§. 9.

Dubia ex declaratione partium certificanda.

Sæpe quoque vidi in praxi, quod vnus ex contrahentibus vel eorundem hæredes voluerint contractum, eiuſdemque verba certo modo, vel ſecundum ſingularem intellectum ſeu eorum captum declarare, ſed vide quæ docent DD. *in l. veteribus, per text. ibi, ff. de pactis, & l. 172. de reg. iur.* & latè Vigel. *in methodo iuris controuerſi, lib. 2. cap. 16. de ord. cognit. & offic. iudic. reg. 14. & ſeqq.* vbi plenè, quomodo interpretatio facienda ſit, quid ſequendum, quid præſumendum & ſimilia, Maſcard. *de probat. concl. 1124.* Meiſn, *lib. 1. deciſ. Cam. Im. p. 12.* plenius *tom. 1. lib. 1, deciſ. 2.* Mantica *de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 4. n. 99. & ſeq.* ibi & de intellectu *d. l. veteribus,* quo caſu facias tibi regulam, quod animi motum, vbi de præiudicio alterius agitur, quis ex poſt facto declarare non poteſt Mart. Monter à Cueua *deciſ. Regn. Arrag. 20. n. 16.* declara 1. vt nō procedat quoad vtrumque contrahentem, quia contrahentes verba obſcura & dubia contractus declarare poſſunt DD. *in l. qui ex plurib. & l. ſi ſtipulatio iſta, §. in ſtipulationibus, & l. inter ſtipulantem, §. ſi, ff. de verb. oblig.* adeo vt ſi non valeat actus vt de nouo factus, valeat tamen vt declaratus Felin. *in c. inter dilectas, n. 24. & ſeq. x. de fide inſtrum.* Monter. *deciſ. 35. n. 74. & ſeq.* ſed modo habeo in facto, vbi actus in ſolennibus non valuit, an poſtea approbatus valeat, negat Surdus *deciſ. 245.* DD. pro & contra allegat Scaccia *de com. & camb. §. 6. gloſſ. 1. n. 28. & ſeqq.* ſed nota ibi diſtinctionem, & quæ trado *infra de ſtylo & ſtatuto,* vbi plenè agetur de forma, deinde declaratio fieri poteſt, quando quis actum ſolus facere valet Barboſa *tract. Axiom. iuris vſufreq. ax. 130.* cuius ſit interpretari actum, & quomodo interpretari poſſit, & denique, quando pendet à ſolo animo, quod extendit Surd. *deciſ. 29.* ad Dominum directum, quod pendente iudicio ſuper caducitate, poſſit eandem declarare, imò & poſt ſententiam Iudicum

dicum Pacianus *de probat. lib. 2. cap. 15 nu. 57.* iunčto *num. 59.* item an Iudex ſententiam, & Notarius contractum, declarare poſſit Scaccia *de ſent. & re iudic. gloſſ. 14. quaeſt. 17.* & nota quòd ius declarandi non egrediatur perſonam proferentis ſeu declarare debentis DD. *in l. ſi quis intentione, ff. de iudic.* allegat Minſing. *decad. 5. reſponſ. 45. num. 15.* & Theoricam illam, quòd quilibet eſt interpres ſuorum verborũ, & limitationem non procedere quoad hæredem, Ant. Gabriel *in comm. concluſ. tit. de regul. iur. concl. 3. num. 71. & ſeqq.* multis in locis Card. Tuſch. *lit. D.* declaratio contractus & mentis dubiæ ad quem ſpectet *concl. 92.* itẽ interpretatio rei dubiæ à quo ſit adhibẽda *concl. 329. & ſeq. lit. E.* verba dubia contra proferentem ſunt intelligenda, & quando ſecus *concl. 106.* & vtrobique remiſſiuè.

Verum enimuero in hac nimis late patente materia finiendo, dico, quamuis dubium iuris & facti ſecundùm naturalẽ æquitatem & rationem interpretari poſſimus & debeamus Maſcard. *de probat. concl. 635. n. 6* atq; in interpretatione iuris illa ratio. 1. Præferri debeat, quæ eſt ſecundùm ius naturale. 2. quæ eſt ſecundùm Ius Diuinum. 3. quæ eſt ſecundùm æquitatem potius quàm quæ eſt ſecundùm rigorem. 4. quæ eſt ſecundùm regulas iuris, quàm ea quæ tenet, quòd hoc vel illud ſit ſpeciale. 5. quæ eſt ſecundùm mentem præfertur illi, quæ eſt ſecundùm verba. 6. quæ eſt ſecundùm verba, præualet ei, quæ eſt per ſimilitudinem vel per incertam rationem, denique argumentum à ſubiecta materia, præualet alijs argumentis, ita Vorburg *in Encyclopedia Iuris Publ. lit. I. verb. in interpretatione Iuris.*

Atq; ita de dubijs expeditus, tamen, quod valde timeo & totus contremiſco, de propria mea ſalute ſum dubius, dum meipſum meamq; infirmitatem, & indiſpoſitionem reſpicio, ac ideo de gratia Diuina formidare & timere poſſum, cum nullus ſcire queat certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſe gratiam Dei eſſe conſecutum Concil. Trid. ſeſſ. 6. de iuſtificat. c. 9. *cur ergo & ego non dubius? qui toties peccaui & indies pecco, Dominumq; ac Redemptorem meum offendi, & adhuc quotidie offendo, nihilominus me erigit ſpes, me conſolantur merita amariſſimæ Paſſionis tuæ Domine, vbinam igitur ſunt peccata mea tam enormia, quæ feruens & pretioſus tuus ò Ieſu ſanguis non diluat? quæ tam flagitioſa mea ſcelera, quibus amariſſima tua mors, ò Chriſte, non præponderet? grauia certe & enormia nimus ſunt mea delicta, ſed adhuc maiora ſunt tua, ò Domine, merita, multa mea miſeria, ſed plures tuæ miſericordiæ & gratiæ, ad has dubius accurro, quas ſi conſecutus fuero, non amplius incertus ero. Ergo Domine, qui facis de tenebris ſplendeſcere lumen, gratia tuæ beneficio candeſcere facias veritatem, cuius iure adiuti, æquitatem ſequentes, certum à prauo, verum à veriſimili, piũ ab impiò, clara à dubijs, iudicij ſanitate diſcernamus, & quando tenebroſa anima mea apparere incipis, fac Domine vt mox coruſcos lucis tuæ radios, quibus dubia depellantur, in me ſuſcipere queam, atq; ita, iuxta obſcurũ veſpere meum, cum lucido mane tuo ſimul fiat dies vna, quiq; te cum Petro per vitioſa opera mea ſæpenumero in nocte negaui, in die te confitear tibiq; cum illuminatis decantem laudes in ſæcula ſæculorum, quoniam in ſæcula miſericordia tua ſuper timentes te.* Pſal. 117. & 135.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS QVINTVS.

Juſtitia in Æquitate vulnerata.

CAPVT PRIMVM.

De vulgari Æquitatis abuſu.

1. QVod vulgus Æquitate abutatur teſtatur Oldendorp. *tract. de Act. in pr. de litis conteſtat.* inquiens, quod omnes vltrò iactitant, faciam id, quod æquum eſt & bonum, Was billig vnd recht iſt/ꝛc. at vero quid ſit, paucos rectè percipere, hinc conqueritur Ant. Faber *de errore pragm. in epiſt. dedicat.* nihil ad errores inducendos eſſe accommndatius, quam ſi in reddendo iure propriam cuiuſqúe animi ſententiam pro ratione ſequi, & neſcio, quo æquitatis commentitiæ obtentu, legibus illudere paſſim concedatur, mos enim ſolennis iſte eſt iſtiuſmodi hominum, vt ſiue delirent, ſiue recta ſentiant (quod nonnunquam ſed caſu euenire neceſſum eſt nam vt pulchrè dicit Curtius, eorum conſilium non ratione prudentius, quàm euentu fœlicius fuit) omnia referunt ad æquitatem, quam pro arbitrio ſibi fingunt, vt magni, nō iuris tantum, ſed etiam quod in iure præcipuum eſt, æquitatis arbitri exiſtimentur, quod ſi ad eorum ineptias profligandas, Papiniani authoritas, & quod eſt conſequens, non mera ſolum, ſed vera etiam probaqúe iuris æquiſſimi ratio aliqua obijciatur, tum iſti nudis, quod aiunt ridere dentibus, & ſubtilitates iſtas, aucupia & apices dicere, vt quia nihil habent, quod commodè reſpondere poſſint, honeſtè ſaltem conticeſcant, quorum inſcitiam, ſicuti detegere facilè, ita negligere expeditum eſſet, ſi non eo maximè hominum genere, toto terrarum orbe tribunalium ferè omnium ſubſellia redundarent, hactenus ille. conformiter Deckerus *lib. 2. diſſert. 8. in fin.* quod iuris & æquitatis deprauatio à iuris ignorantia & ſimplicitate ſua duxerit exordia, & quo longius latiuſque in quoslibet dilabitur caſus, eo improbior error, quandoquidem teſte Matt. Monter à Cueua *in præfat. deciſ. num. 11.* hominis intellectus ſine ſcientia, poteſt dici materia inutilis ſine forma, vbi præclara de effectu vſus praxeos & experientiæ, quare belliſſimè dixit Caſtrenſ. *in rubr. ff. de iuſt. & iure, num. 9.* contra idiotas mercatores, quod ſe faciant magiſtros æquitatis contemnantqúe legiſtas, quod legiſtæ vadant per cauillationes, ipſi autem per æquitatem, cum tamen legiſtæ melius cognoſcant quid ſit æquitas quàm mercatores, & ita verum apparet, quod dicit Symm. *10. 52.* facit plerumque ratio aut fortuna cauſarum, vt in controuerſijs alter æquitate, alter iure nitatur.

2. Sed caue, inquit Deckerus *lib. 2. diſſert. 1. ſub num. 30.* quamlibet hominis opinionem pro æquitate recipias, ſed eam tantum, quæ ex certa rationis formula procedit, ea

autem

Digitized by Google

autem duplex eſt, altera communis ſeu naturalis, cui omnes homines velint nolint, cogente conſcientia aſſentiuntur propter apertam veritatem, quam Deus cuiuſque animo inſculpſit, altera ciuilis eſt, quæ ex recepta DD. authoritate proficiſcitur, vel ex diuturnis moribus conſenſu vtentium approbatis, vtraque ratio in vnum æquitatis fontem ebullit, alterutra ſubducta iniquum non æquum fluit, ſed ipſa æquitas ius ex facto, ſecundum qualitatem eius colligit, videlicet: ſincero animi iudicio, ex vera ratione petito, de rerum incidentium circumſtantijs diſcernit, quid fieri aut quid non fieri oporteat, nemo autem hominum celerius, nemo ocius, quam legum ignarus reſponderit, in ore imperitorum ſemper parata reſponſio, ſemper præſens atque inconſulta, nonne ſæpe audire ſolemus ſpecioſa illa oracula, cum de iure, cuius ne iota quidem vnum tenent, interrogati, ſibi ita videri, inquientium illud æquum hoc bonum eſſe, & hæc ſua oracula ſarta, tecta, ſeruare volentes, dicunt, quod lex nihil aliud ſit, quam ratio quædam naturalis, quales refutat & ſatis irridet Petrus Koyſ. *in Epiſt. dedicat. deciſ. Lituan.* adde pauca ex Luca de Penna *in rubr. C. de Irenarch. ſub num.* 6. vnde ſatis apparet quam vere dixerit Plin. *lib.* 5. *ep.* 17. *magis* in ſtudijs homines timor, quam fiducia decet.

3. Ego, vt verum fatear, eiuſmodi homines ſibi nimium ſapientes, quandoque dicentes audiui, quaſi illi, non æque ratione & intellectu præditi ac Iuriſconſulti, inter æquum & iniquum diſcernere poſſent, recte quidem, ſi iuris iniqui & æqui, deciſio, indigeſto eorum motui relinquenda foret, vel ſi æquitas cerebrina in iure noſtro attenderetur, ſi non vera ratione ſed inclinatione & affectu cauſa tractanda & decidenda foret, cum tamen ficta æquitas dicatur duplex iniquitas Bald. *conſ.* 9. *num.* 3. *lib.* 1. adeoque legibus non ſuffulta peſtilentiſſimum virus Garſias *de expenſis cap.* 1. *num.* 28. *&* quantum receditur à iure ſcripto, tantum receditur ab æquitate Cuiacius *conſil.* 38.

Hinc iſtiuſmodi homines comparare ſolebam idiotis Acatholicis, qui ſemper Biblia legunt, atque ex ijſdem cum alijs, quandoque doctiſſimis, de fide diſceptare contendunt, exiſtimantes ſe biblia in ſcrinеo ſui pectoris geſtare, eaque tam ſane intelligere, quam illi, qui totum vitæ tempus ſtudijs impenderunt, quotus quiſque eorũ, vel ætati alterius, vel authoritati, vt minor cedit? ſtatim ſapiunt, ſtatim ſciunt omnia Plin. *lib.* 8. *cap.* 23. plus hauriunt, quam digerunt, quorum inſcitia hoc ipſo innoteſcit, quod hoc modo ſuis prædicantibus, qui & ipſi ſtudium neceſſarium re ipſa conteſtantur, in doctrina ſeſe pares efforment, contra illud Apoſtol *ad Rom.* 12. ſcripturæ bonæ, inquit S. Auguſt. intelliguntur non benè, & S. Hilarius intelligentia hæreſis eſt & ſenſus, non ſermo fit crimen, non pudeat igitur Chriſtianum, vbi hæſitat, quærere, & vbi neſcit, diſcere, quia melius eſt diſcipulum eſſe veritatis, quam Doctorem exiſtere falſitatis, ille enim ad altiora ſępe prouehitur, hic ad inferiora ſemper dilabitur, & inde magiſter efficitur erroris, vnde contempſit auditor eſſe veritatis, nõ oportet hic plus ſapere, quã oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatẽ S. Paulus *ad Rom.* 12. plura Ant. Fab. *in C. de ſumma trinitat.* dicit, hæreticos noſtri temporis agi ſpiritu diſſentionis, ſed ſicuti periculoſa cerebrina æquitas Caſtr. *in l. placuit C. de iudic.* ita periculoſa 4.

 magis

magis vulgaris Bibliorum explicatio, vbi cortex & folia ſpectantur, at radix & medulla, negligitur, & tamen magis ſenſum è ſenſu, quam verbum è verbo trahendum eſſe docet S Hierony. *in lib Iudith.* nunquid igitur valde temerarium & audacia plenum eſt, à ſemita antiquitatis ſanctorumque Patrum, tot ſæculis calcata, deflectere, & contrarium ijſdem ſenſum depromere? nam licet præſtet ex limpidiſſimis ſacrarum litterarum fontibus bibere hianti ore, quam cœnoſis traditionum lacunis, vt dicit ipſemet S. Hiero. *in cap. fin. distinct 63.* cum enim puras licet haurire aquas, lutum quis mallet Leo *in Nouel.* 91. & iuxta Poëtam.

Nam quamquam ſapor eſt oblata dulcis in vnda
Gratius ex ipſo fonte bibuntur aqua.

5. Hæc & alia hiſce ſimilia proſequuntur, tamen quia ijſdem falſo præſupponitur quaſi traditiones & SS. Patrum ſcripta ac explicationes ſacris litteris non conformes, è contra propriȩ vel celebrinæ veræ, (quæ tamen falſæ vel imaginariæ ſunt) & priores genuinæ, veræ, legitimæ, & à ſpiritu ſancto inſpiratæ, *cap. ſi quis diaconus diſt.* 50. *& c. illud diſt.* 80 præferendæ erunt, *diſt.* 20. *in pr.* non quod ſint non ſubiectæ ſacris literis (quia & ipſum Pontificem maximum, ijſdem ſubiectum eſſe facile agnoſco, *cap. ſatagendum* 25 *q.* 1.) ſed quia ex inſpiratione Dei locuti ſancti Patres aliorum explicationibus præcellunt, neque enim omni ſpiritui, ſed in re dubia authoritati Eccleſiæ Catholicæ credi debet *cap palam eſt diſtin.* 11. ibi quoque hoc ipſum ex ratione colligitur, ne ſemel à recto Euangelicæ doctrinæ tramite, & vera intelligentiæ ſemita abrepti, præcipites feramur, neue ſenſus deinceps noſter more Prothei, in hanc vel illam formam fidei transferatur; hucque atque illuc diuagetur, quod fieri neceſſe eſt, qui à doctrinis SS. Patrum, Conciliorum, traditionibus & antiquitate ſecedit, iunctis traditis infra *de veritate c.* 1. quibus, conſequens eſt, quod intellectus à traditione, & authoritate Eccleſiæ, conciliorum & SS. Patrum ſumendus ſit, iniuriam quippe facit iudicio Reuerendiſſimæ ſynodi inquit Imperator *in l. nemo Cod. de Summa Trinitate,* ſi quis ſemel iudicata ac recte diſpoſita reuoluere, ac publice diſputare contenderit, ratio additur *in c. maiores* 24. *quæſt.* 1. *& cap. præter diſt.* 32. ibi & dicitur, quaſi peccatum ariolandi ſit repugnare, & quaſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere, 1. *Reg.* 15. adde aliqua *cauſa* 25. *quæſt.* 1. faciunt notata per Ant. Fabrum *d. tit. cap. de interpret. ſcriptur.* neque enim huius vel illius motu & affectu, iuris & iuſtitiæ ordo negligēdus eſt, Bart. Bald. & DD. *in l.* 1. *C. de legib. l. placuit Cod. de iudic. in qua l.* 1. *docet* quoque Baldus, quod homo debeat ſequi æquitatem legis, non autem proprij capitis, ita etiam error in intellectu eſt hæreſeos principium, & hæreſis obſtinatioris animi, puta nolentis credere & recipere, quod Eccleſia Catholica docet, dementiam appellat Imperator *in l.* 2. *C. de ſumma trinitat. cap. hæreſ.* 24. *q.* 3. quæ enim eſt peior mors animæ, quam libertas erroris S. Aug. Epiſt. 166.

Rurſus Barboſa *tract. Axiomatum iuris vſufreq. axiomate* 83. *nu.* 2. *&* 3. cum alijs docet, 6. quod æquitatem & diſtinctiones producere, non eſt licitum ex proprio capite, ſed procedendum eſt per viam ſilicatam ſcilicet, per textus, & leges, imo rationem naturalem tantum allegare ſufficit, quando loquimur ſine lege, ſtatuto & conſuetudine, nam hoc caſu ratio naturalis vel æquitas eſt pro deciſione cauſarum, prout hoc ipſum quoque ex Zaſio *in d. l. placuit nu.* 20. colli-

Digitized by Google

colligitur, ibi ſi nec lex neque æquitas ſcripta eſt, prout ſæpe contingit in tractatibus negotiorum, tunc namque æquitas rigori præfertur, hæc enim eſt vera prudentia viri ad omnem virtutem compoſiti, in dubijs non eſſe ſeuerum, rigidum, inexorabilem, durum, aſperum, agreſtem, ſed comitem, miſericordem & æquum, deſinant igitur æquitatem vendicare, qui veram æquitatem non intelligunt, in labyrinthum erroris incidit vt ex Decio refert, Zaſius *lib* 1. *conſ.* 3. *num.* 13. qui prius iudicat quam intelligit, idem Zaſ. *conſ.* 10. *num.* 35. verum didici, inquit, æquitatē quę non eſt iure ſcripta, ſed ex motu & affectione animi apparet, contra ius ſcriptum non eſſe ſequendam, alioquin nihil eſſet vel certum vel perpetuum in iure, quibuslibet cauſarum ſtatum, ad quam neſcio æquitatem detorquentibus & æquum dicētibus id, quod fortaſſe eſſet iniquiſſimum, vnde cum dicitur quod æquitas naturalis in iure multum attendatur præponderetq; omni alij rationi, intelligitur hoc verum eſſe in æquitate Iuriſconſulti, quę eſt æquitas frænata & perita, quod de æquitate cuiuſcunque laici, niſi ratio fortaſſe concurreret cum ęquitate, dici nequit, Zaſius *in l dedi tibi* § *ſi liber num.* 6. *ff. de condict. cauſa data* puta rationem communem ſeu naturalem de qua inferius *cap.* 3. dicetur; iudicare non eſt cuiuslibet officium, cum Deus ipſe per Reges & Principes certas leges hominibus conſtituat, ne naturali inclinatione nimium ad mala dilaberentur atque exorbitrarent.

CAPVT II.

De vera Iuriſconſultorum æquitate.

1. IVriſconſulti æquitatem vniuerſi iuris Reginam libenter agnoſcunt, cum ſit iuſti, æqui atque iniuſti dijudicatio, legi adminiculatur non derogat, æquitas vagari neſcit, dubia eſſe nequit Deckerus *lib.* 2. *diſſert.* 1. *num.* 30. naturalis namque æquitas, idem eſt, quod iuſtitia Mart. Monter à Cueua *deciſ. Regni Arrag.* 8 *num.* 8. & Zaſius *in l. iuri operam daturum ff. de iuſt. & iure nu.* 32. iuſtitiam colere, eſt æquum & bonum profiteri *& nu.* 21. quod ius ciuile, ob ſummam æquitatem, toto orbe receptum fuerit, vnde non mirum, quod paſſim apud DD. inueniatur, ſtatuta quam ſtrictiſſime interpretanda & accipienda eſſe, vt quam minime fieri poſſit, recedatur à iure communi, ad quod regreſſus fauorabilis eſt, imo & correctio reducens ad Ius commune vel priſtinum, dicitur fauorabilis Cephal. *conſ.* 48. *num.* 36. & ſententia, qua ius commune ſaluum eſt, fortior dicenda eſt *l. vnus* §. *pactus ne peteret, ibi DD. ff de pactis* adeo vt & in materia fauorabili, fiat ſtricta interpretatio, quoties ius commune læditur Alexand. *in conſ* 208. *ſub. num.* 6. *& cap. ea quæ ibi DD. de regulis iuris in* 6. imo docet Cephal. *conſ.* 408. *num.* 56. *& ſeq.* quod ſtatutum, iuris communis correctorium non debet per coniecturas extendi, & vbicunque caſus de iure deciſus eſt, nunquam videtur eſſe de mente, quod ab illo iure recedatur, niſi exprimatur, etiamſi in caſu omiſſo & non expreſſo, maior ratio militet, alias vbi mens & omnimoda ratio ſtatuti concurrit, non dicitur fieri extenſio Decius *conſ.* 217. *num.* 7. *&* 8. latè Alex. *conſ.* 175. *lib.* 5. ſed iuxta Mart. Monter à Cueua *deciſ* 11. *num.* 15. naturalis ſenſus à ratione ſcripta benè deſumitur, alias æquitas vbi non reperitur ſcripta, non attenditur contra ſcriptum rigorem, *gloſ. in ra. fin.* vbi Abbas *plene de tranſact.* quem ad hoc allegat Pacianus *de probat. li.* 2. *c.* 21. *n.* 39.

Digitized by Google

hinc dicit Salomonius *tr. de æquo & bono verſ. & præterea* ſe vereri ne vera ſit illa DD. diſtinctio, de æquitate ſcripta & nõ ſcripta.

2. Quod ipſum in ſcholis diſputari per me licebit, apud pragmaticos indubitatum, imo mediocriter in praxi verſato notiſſimum, quotidie nouos varioſque caſus in controuerſiã trahi, qui in ipſis legibus non inueniuntur ſpecialiter deciſi, ac proinde non ſubintrare in illis caſibus, quod Theorici docent, quod æquitas non ſcripta non præferatur rigori ſcripto Fulgoſ. *conſ.* 158. quia inquam ſæpe incidunt caſus, qui iure ſcripto deciſi non reperiuntur, quos propterea ſecundum æquitatem naturalem decidere debemus. quod in tantum abeſt, vt iuris diſpoſitioni aduerſetur, vt vel eidẽ maxime conueniat, & hoc modo & ſenſu dici poterit, æquitatem in ſcriptum redigi non poſſe, quamuis ius aliquod de caſu ſpeciali, ad æquitatem redactum ſcripto comprehendi queat. ęquitatis enim ratio ex ſola animi & iudicij deliberatione, ſecundũ negotiorum qualitates & circumſtantias, dependet, quandoquidem rerum humanarũ viciſſitudo non ceſſat, ſed incerta manet. & propterea vſus ęquitatis certo fine deſcribi, & limitibus ſuis conſtringi non poteſt, propter circũſtantias in occurrẽtibus negotijs variantes, quorum minima ius mutare dicitur, vt ſuperius de adminiſtratione iuſtitiæ *cap.* 1. doctum fuit, proindeq; cum æquitatẽ actu & ſpecialiter perpendimus, dici poterit nullã eſſe ſcriptam, ex quo de caſibus quotidiè incidentibus & variantibus, nulla potuerit ſcribi definitio ſpecialis, antequam eueniſſent, adde tradita inferius *cap.* 7. fateri tamen oportet legem ex æquitate conſtare, licet ipſa lex non ſit æquitas ſed bene æqua, fatendũ igitur quod vbi rigor in ſpecie ſcriptus inuenitur, quod tunc ęquitati pręferatur, de quo cũ notabilibus declarationibus remitto me ad Cagnol. *in l. in omnibus ff. de reg iur. & ibidem* DD. docetq; Barboſa *tr. Axiomatum iuris vſufr. ax.* 15. *ſub n.* 4. quod æquitas deſumpta argumentatiue, ab alia materia vel ſimili, tanquam generalis, non pręferatur rigori in caſu ſpeciali, & quod rigor ſcriptus in ſpecie præferatur æquitati in genere ſcriptæ. iuncta doctrina Bart. *in l. nam hoc naturale ff. de condict. indeb.*

Veruntamen quandoq; rigor ſcriptus reperitur, quem ex cauſis emergentibus ſequi vel amplecti non cõuenit, ſed vti licet Epicheia, *de qua ſupra de Clement. & infra de interpretatione docetur*, & latius infra *de ratione c* 8 *in fin ex Peguer. deciſ.* 51 qui magiſtraliter & diſtincte ea de re loquitur, ſpectãda igitur erit æquitas, non vt huius ſpecie ius tollatur, ſed vt, dum ius manebit, hinc vel exinde interpretationẽ accipiat, ne ipſum ius, propter verba in ijs caſibus, in quibus iniquum foret, perfricte retineatur. & hoc eſt quod vulgo dici ſolet, littera occidit ſpiritus autẽ viuificat, litteræ inhærere eſt dolus interpretatus, vnde de dolo cõtra eum replicari poteſt, qui inhæret verbis & mentem relinquit Zaſius *in d. l. placet n.* 2. *&* 8. *C. de iudic.* & ideo Iuriſconſultus *in l. benignius ff. de legibus* ait, leges benignius interpretandas (id eſt æquitate iuris naturalis, quod ſemper æquum & bonũ eſt) moderandas & tẽperandas, *l. non ſine C. de bonis quæ liber.* ibi, vt hac æquitate ſeu iuris naturalis moderamine tẽperare, vnde & placuit in omnibus rebus præcipuam, id eſt potiorem (vt interpretatur Ant. Auguſt. *lib.* 4. *emend. ca.* 8.) eſſe iuſtitię æquitatiſq; quam ſtricti iuris rationem *l. placuit Cod. de iudicijs* intellige, vt ſi ius verbis generalibus ſcriptum, in quibuſdam cau-

3.

cauſis æquum non ſit, non ſeruetur, vtpote quod à iuſtitia & æquitate diſſideat (multa ſiquidem in Theſi æqua ſunt quæ in hypotheſi iniqua exiſtunt, *vt infra probabitur*) & ſequamur potius quod æquũ quodq; iuſtum, quã quod ſtrictum eſt, ac propterea iniquum, quia illud ſtrictũ ius, quod nihil habet authoris præter verba, efficit, vt ſit maxime contra eius ſententiã & voluntatẽ, cum tamen ſententia & mens non verbis aſtringenda, ſed verba ſententiæ & menti, ideoq; æquitati potius ſeruire debeant, quã rigide ſeruari, etiã ex ipſa mẽte legis Donell. *lib.7. Comment. conclu. Iuris Ciuil. cap 31. v.g.* lex Romuli eſt, ſi quis muros tranſcenderit capite puniatur, vt Rhemus *l. finali ff. de rerum diuiſ.* attamen ſi hoſtes murum ſcandẽtes quis depellat, iniquum foret, ſi quis legẽ ſequi & hoſtes depellentem capite punire vellet, quo caſu ſubintrat illud Cicer. *pro Cecinno* ſcriptũ ſequi calumniatoris eſt, boni autem Iudicis voluntatem ſcriptoris authoritatemq; defendere, cuius verba latius refert Vaſquius *lib. 1. contr. cap.* 30. *n.9. vbi in ſeqq.* duæ notabiles hiſtoriæ Hannibalis & Romanorum, item Ottonis & Alberti Ducis Franconiæ, &, vides quod complexus verborũ mente fraudata, nõ minuat ſed augeat legis violationem, neq; hunc caſũ ſub lege comprehenſum recte dixeris, quandoquidem vt pulchre inquit Plato *lib.16. de regno*, lex nõ poteſt quod optimum eſt, & iuſtiſſimum ſyncere cõprehendendo ſemper ita vt operæ pretium, præcipere, quãdo hominum actionumq; diſſimilitudo inſtabiliſq; rerum humanarũ conditio facit, vt ars nulla ſimplex quicquã & in vniuerſum de omnibus perque omne valens, conſtituere poſſit, & paulo inferius inquit, arbitrantur illi quidẽ fieri non poſſe, vt quod ſigillatim ac vnicuiq; ſeorſim conuenit, præcipiatur vtiq; quod communius eſt, quod & pluribus & plurimum conducere putant, inſtituendum cenſent, neq; poſſit lex ad ſingulorum commoditatem iuſte proſpicere, dum cunctis in vnum conſulit, quod igitur legiſlator facere non poteſt, iudex, legum cuſtos ac miniſter, ſecundum Platonis ſententiam, iuxta occurrentiam caſuum, ita ius dicere tenetur, vt cuncta, ſemper æquitate moderetur, quem ad hoc allegat Follerus *in praxi cenſual. tit. iuris moderando rigorem n.12.* nã lex omnibus caſibus adaptari nõ poteſt.

Poſtquam autem leges ſingulos caſus complecti nequeunt, ideo in caſibus emergentibus ſeruatur Ius, quod in ſimilibus reperitur, hæc autem extenſio Iuriſperitorum interpretatione fieri debet, vt probat Ant. Maria Corat. *in præf. comm. opin. n.14. & ſeq.* & Chriſtinæus *vol.1. deciſ.3. n.16. & ſeq.* ſummum ius, dicitur quædam legum ſeueritas, æquitas vero, legis moderatio eſt, ex probabili & honeſta aliqua circumſtantiæ ratione ducta, ſicut enim lex nonnulla ſeuere, ſtrictoque & ſummo iure præcipit, ita æquitas, quæ duriora videntur, humaniore ſententia interpretatur & mitigat, efficitq; vt omnia perſonis, locis & temporibus videantur conuenire, ac proinde cẽſuerunt DD. quod æquitas debeat conſuli, & tanquam Leſbia regula accommodari, quoties vel perſonæ, vel rerum, vel facti circũſtantiæ ſcriptam legem, vel caſum mutant, ac proinde ad præſcindendas protelationes, quæ ex apicibus iuris naſcũtur, aliquãdo in Senatu iudicatũ fuiſſe aſſerit, nullitates nõ eſſe attẽdendas, prout & in Camera Imperiali illas nõ attẽdi teſtatur Gail. 1. *obſ.47. & obſ. 75. n.6.* intellige vt ibi, de nullitatibus iuris poſitiui, ſecus in alijs, ſi forte cõtra accuſatũ 4

Digitized by Google

abſentem, non legitime citatum vel inauditum, vel ſi à iudice incompetente, vel ſi contra rationem naturalem & æquitatem, vel legitimo proceſſu non obſeruato, iudicatū fuerit, Roding. *ad praiud. Cameral. lib.* 1. *tit.* 31. *num.* 7. & poſteriori caſu, vel etiam in omnibus recenſitis, recipitur appellatio in criminalibus, de ſtylo alias non recipienda in Camera Imperiali Mynſ. 4. *obſ.* 42. inſumma hæc æquitas dicitur Thiriaca contra venenum à Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 13. *num.* 17. latius infra de definitione æquitatis.

CAPVT III.

De vera Canoniſtarum æquitate.

1. CAnonicam æquitatem hic nomino, non quod diſſidiat ab illa, quam & Iuriſconſulti profitentur, (licet multa canonica ſaluentur, quæ de iure ciuili nō ſubſiſtunt, vti incerta ſtipulatio, quæ iure ciuili attento, non valet & tamen canonica æquitas eam ſaluat Zaſius *in l. triticum nu.* 11. *ff de verb. oblig.* ſic & nudum pactum & alias differentias inuenies) ſed quod magis communiter illi agunt de æquitate quæ ad forum conſcientiæ ſpectat, puta communi vel naturali, de qua ſupra *cap.* 1. *ex Deckero* dictum fuit, quod ſcil. eidem omnes homines nolentes volentes, dictante conſcientia aſſentiantur, pulchre Chryſoſt. *hom.* 5. *in c. geneſis*, hominum generi ait, conceſſit diuina miſericordia, vt vnicuique noſtrum inſitum ſit, indeprauabile iudicium conſcientiæ, habentis iuſtum inter bonum & malum diſcrimen, & quod potiſſimum omnem nobis defenſionem tollit, quod non per ignorantiam in peccata incidamus ſed per animæ deſidiam & virtutis negligentiam, quippe natura ipſa duce cognoſcitur iuſtitia S. Amb. *ad Rom.* 11. & probat S. Paulus *ad Rom. cap.* 2. dum inquit, quicunq; ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt, & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur, non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur, cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt faciunt, eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem accuſantium, aut etiam defendentium in die, cum iudicabit Dominus occulta hominum, hæc Apoſt. quædam iura non ſcripta inquit Sen. 1. *contr.* ſed omnibus ſcriptis certiora ſunt, plura Borellus *in ſumma deciſionum lib.* 2. *tit.* 33. *num.* 535. *& ſeq.* vbi & dicit, ſicuti decem præcepta ſcripta in tabulis, tabulæ in Arca, Arca vero in tabernaculo Apoſt. *ad Hebræos cap.* 9. ita naturalis lex in conſcientia, conſcientia vero in anima, anima vero in corpore eſt, aliqua etiam de ſyntereſi, quæ eſt habitus ſiue cōſeruatio principiorum relatorum apud Patrem Layman *in Theologia Morali tract.* 1. *cap.* 1. vbi & vocatur ſcintilla conſcientiæ, quæ in Cain quoque pectore, poſtquam eiectus eſt de paradiſo, extincta non fuit ibi & differentia inter principium ſpeculabilium & agibilium, huc refero & illud, contra bonos mores fieri, quod fit contra naturalem æquitatem & merum ius gentium Iaſon *vol.* 4. *conſ.* 169. *num.* 8. vbi & quod contra bonos mores fieri iudicantur, quæ inducunt hominem ad peccandum, item quę reprobantur à iure ciuili, & tamen de iure canonico valent, item quando tractatur de bono Eccleſiæ, & ſic de maiori bono, prout ſcita eſt illa loquendi formula, aliquid cōtra

bonos

bonos mores fieri, ſumi pro eo, quod eſt non rectè, neque ordine more maiorum fit teſte Budæo, ſic palam eſt, virtutes nomine morum quoque cenſeri, & cum malos & bonos mores dicimus, vitia & virtutes diſtingui Lucas de penna *in l. magiſtros ſub num.* 3. *C. de profeſſ. & Medic.* item, ad materiam huius capitis refero illud Quintil. quædam ait, Quintilianus Pater, etiamſi nulla ſignificatione legis cõprehenſa ſunt, natura tamen excipiuntur, vt obligatus reddere depoſitum, quod non reddet homini furenti vel furioſo, & ſic de ſimilibus, & hanc æquitatem videbis etiam referri ad forum conſcientiæ, ita vt æquitas naturalis per ius poli intelligatur Zaſius *lib.* 2. *conſ.* 1. *ſub. num.* 61. vbi dicit, ius Poli accipi pro æquitate naturali *in cap fin.* 17. *q.* 4. huc ſpectat gloſ. *in cap. dilecti, de maior. & obedientia*, hiſce verſibus comprehenſa.

Quod tibi vis fieri, mihi fac, quod non, mibi noli,
Sic poteris terris, viuere iure poli.

2. Siquidem nulla eſt certior formula cognoſcendi, vtrum æquum an iniquum ſit, quod petiturus vel pronunciaturus es, quam ſi ex perſona tua primum metiaris, num velles in te hoc ius exerceri, quod in alium decernis, aut decerni procuras Oldendorp, *de action. claſ.* 1. *act.* 1. *in pr.* ibi traditur, contra quos illud Edictum quod quiſque iuris in alium ſtatuit, practicetur, illud enim non ſolum iniquitatis corrigendæ, ſed inæqualitatis, etiam ad parilitatem reducendæ gratia inductum eſt, etenim dicere vt ſeruetur edictum, quod quiſque iuris, &c. nihil aliud eſt dicere, vt ſeruetur æqualitas, vt ex Afflict. docet & latius declarat Thoming. *deciſ.* 26. *num* 15. *& ſeq.* & Hieroclis præceptum eſt apud Stobeum. *Serm.* 84. cum vnoquoque ſic agas, tanquam tu illius indueris perſonam, ille tuam & quamuis præfatum edictum procedat ſolum inter ſimiles, & eadem ratione ſubſiſtente, Iohan. del. Caſtil. *p.* 1. *con. rou. quotid ca* 6 *nu.* 64. & in iure iniquo DD. *in l.* 1. *& dict. tit.* & Weſenbc. *in paratit.* ibi, illud tamen rectè induxeris ad eos, quibus ius eſt & potentia in alios, vt ſedulo cogitent, quid ſub iiſdem, ſi præeſſent, aut vellẽt aut nollent, ſic quoad omnes recte dixit Liuius *lib.* 37. nemo fidelibus auxilium dat, quam qui id alteri ſuadet, quod ipſe, ſi in eodem loco eſſet, faceret; nunquid enim facillimum cognitu eſt illud Claudiani *paneg.* iniuſtum, quodcunque negatur iuſtitię? nunquid omnium conſenſus, naturæ vox dicitur? vide *p.* 2. *de opinionibus*, at verò omnes nolentes volentes, dictante ita conſcientia, vltro concedunt, illud velle alijs, quod ſibimet volunt, iuſtitiæ conſonum eſſe, quippe nemo ſibi malum vult, nam hoc ita dictat ius naturæ, à cuius obſeruatione nemo hominum eſt exemptus, ſed ignorans ius naturæ, ignorabitur à Deo, vti dicitur prouerbialiter, ignorans ignorabitur, vnde & Cic. *in orat. pro Milone.* non ſcripta ait, ſed nata lex eſt, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus, ad quam non docti ſed facti, nõ inſtituti ſed imbuti ſumus &c. vt neceſſum ſit peccare eum, qui aliquid facit contra dictam æquitatem, vnde & Boſius *de iure naturali & diuino Eccleſiaſtica libertatis & poteſtatis lib.* 5. *cap.* 9. *verſ.* 4. recte docet, quod iure diuino in conſcientia cuncti obligemur ad ea, quæ naturalem æquitatem ſecum habent, S Paulus *ad Rom. cap.* 1. *&* 1. *Corinth cap.* 11. quare & ipſi gentiles in vniuerſum ſeruari volebant, quæ naturali æquitate comprobantur, *l.* 1. *ff. de his qui*

Digitized by Google

qui in teſt. l. in ſumma §. *item Varus ff. de aqua plur. arcenda* vbi & dicit, maius eſſe habere naturalem æquitatem, quam conſequens vel conſonum eſſe æquitati naturali, pro cuius æquitatis maiori elucidatione vide Barbolam *in cap. ius naturale diſt.* 1. vbi dicit, quod ius naturale ſit lex naturalis à natura (intellige non naturam creatam ſed naturantem, id eſt Deum) ſingulorum mentibus indita, ad quam legem naturalem pertinet illud *ad Rom.* 2. vti ſupra.

3. Dum igitur dicimus, quod & Ethnici vel gentes naturaliter faciant, quæ legis ſunt, (miſera namque innocentia eſt, inquit Seneca, ad legem puta ciuilem bonum eſſe) oportet conſiderare naturam, non in corruptis, ſed in his, quæ ſe habent magis ſecundum naturam, cum enim & nos natura doceat, vt non manca & deformia, ſed perfecta imitemur & optemus, inſitumque ſit omnibus impetu naturaliſſimo perfectionem dignitatemque maximam capeſcere & retinere, perfectio autem naturam conſeruat, & maxima eam maximè tueatur Boſius *d. tract. lib.* 1. *cap.* 1. ſecundum naturam vtique recte agere & operari poſſumus, iunctis ijs quæ ſuperiori Titulo *de dub. cap.* 18. ex Paciano & Barboſa adducta & probata fuêre, ita lex, quæ ad virtutem pædagogus eſt, non intelligitur poſita iuſto, hoc eſt ei qui ſatis per ſe & ſuapte natura recta facit & ad ea fertur tametſi lex non eſſet S. Paulus 1. *ad Timoth.* 1. *cap. duæ ſunt* 19. *q.* 2. *& ibi illata & cap. niſi x. de Renunciat.* iuſtus enim & ſapiens vir, ſicuti philoſophus ait *lib.* 4. *polit.* ſibi ipſi lex eſt, Coraſ. *in l. nam & Demoſt. num.* 27. *ff. de legibus* vbi quærit, an lex iuſto ſit poſita, quippe, vt Plautus perbelle ſcribit, facile eſt imperium in bonis, commodiſſimum eſt, apud Heſiodum in Ergis Exemplum, cum tria illa hominum genera enumerat, quorum alij ſingulari natura præditi, rerum omnium abſque Doctore notitiam tenent, ſequens genus eſt, nihil per ſe quidem magnum præſtantium, ſed qui vltro optimis quibuſque ſapientum præceptis ſeſe accommodant, dictoque audientes ſunt, Tertium genus eſt ignauiſſimum, atque adeo improbiſſimorum, qui neque ſuopte ingenio quicquam valent, nec meliorum dicto audientes eſſe volunt, primis legem dari, quia ſibi ipſi lex ſunt, nimis eſt, alijs vero, quia aliena prudentia egent, ſatis eſt, tertijs parum, vtpote Magiſtratus ſeueritate indigentibus, & niſi metu pœnæ leges obſeruaturis, prout Poëta.

Oderunt peccare boni virtutis amore
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

quæ ita refert Petrus Royſius *deciſ.* 4. *num.* 138. ad illud, quod parum ſit ius in Ciuitate eſſe, niſi & ſint qui reddant, *l.* 2. §. *poſt originem ff. de origine iuris.*

Rurſus Barboſa *in dicto cap. ius naturale*, hæc lex, inquit, hominum mentibus indita, illa conſcientia eſt, quæ ab iniuria arcet improbos, & quæ homines inſtigat ad bonum faciendum & malum vitandum, ad hoc enim vnum præceptum reliqua omnia legis naturalis reducuntur, vt 4.
ita dici poſſit, quod ius naturale nihil aliud ſit, quam collectio quædam plurium præceptorum naturalium, *l.* 1. §. *huius ſtudij ff. de iuſti. & iure*, hæc autem in duplici notantur differentia, vel enim dicuntur prima principia, quæ ſunt quædam propoſitiones de ſe notæ, & quibus aſſentimur abſque aliquo rationis diſcurſu, vel ſunt cõcluſiones quæ ex illis primis principijs deducuntur, & dicuntur ſecunda præcepta, quemadmodum enim in ſpeculatiuis primũ principiũ per

Digitized by Google

per ſe notum & indemonſtrabile eſt, v. gr. quod nec ſit nec ſtet ſimul, & negare & affirmare, quodqúe hoc ſit & non ſit, ſic quoque in practicis principium quoddam primum & per ſe notum eſt, ſcil. bonum eſſe faciendum, quia quidquid homo appetit, id ſub ratione veri boni vel apparentis appetere certum eſt, ita etiam, vt & ipſa crimina ferè omnia, ob aliquam cauſam apparenter bonam perpetrentur Menoch. *de arbitr. caſ. 322. num. 15.* ex quo primo & communi principio ſequitur, ergo Deus colendus, Patriæ & Parentibus obediendum, ex illo autem principio, malum eſſe fugiendum, ſequitur, ergo nihil illicitum admittendum, ergo nulla iniuria inferenda, atque illud quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, pulchrè S. Hieronymus *epiſt. 11. cap. 4.* quotieſcunque talem in alterum habueris animum, qualem in te ab altero ſeruari cupis, æquitatis viam tenes, quoties verò talis erga alterum fueris, qualem in te vis neminem, iter iuſtitiæ reliquiſti, hæc lex & Propheta, ita Chriſtus *Matth. 7.* & S. Chriſoſtomus *homil. 13. ad Pop. circa med.* Quod odiſti, inquit, alteri ne facias; odiſti contumeliam pati, neque tu alteri inferas; odio habes falli, neque tu fallas alium; & in omnibus alijs generaliter: ſi hæc verba retineamus, alterius diſciplina non indigebimus, item primum hoc eſt legis naturalis principium in omni pectore inſitum, quod tibi vis fieri alteri facito, quod tibi non vis, alteri non facito, vnde & qui alteri legem dedit, & ipſe eandem ſibi dixiſſe videtur, iuxta illud Catonis: Patere legem quam ipſe tuliſti *cap. cum omnes, x. de conſt.* at verò qui in alios dolum ſtruit, ſibi inſcius malum fabricat, plerumque ipſam ſe fraudem, etiamſi initio cautior fuerit, detegere, ait Senatus Romanus apud Liuium *libro 44. cap. 15.* pulchrè Ouid.

Et caret auxilio qui non tulit, vtq; reliquit,
Sic linquendus erit, legem ſibi dixerat ipſe.

5. Vulgò dici ſolet, ab altero expectes, alteri quod feceris, exornatur apud Damhaud. *in praxi crimin. cap. 157. num. 2. & 3.* vbi & *ſub num. 13.* dicit, quòd ſerpens, ſi quando hominem necarit, aut lethaliter vulnerauerit, ab ipſa terra non amplius recipiatur, nimirum natura ipſa vindicante factum, ita ipſa natura homicidas, maleficos & iniquos rurſus æquiſſimè punit, ſicut Cain, qui Abel fratrem ſuum interfecit, rurſus à Lamech occiſus fuit, qui gladio ferit, gladio perit, per quæ quis peccat, inquit S. Auguſtinus, per eadem punitur, Germani dicunt Gleiche Widergeltung, retaliare dicitur, cum par pari refertur, talionis pœna ex duodecim Tabulis ſumpta eſt, vbi hæc ſunt verba: Si membrum rupit, ni cum eo pacit, id eſt paciſcitur, talio eſto, etiam iure diuino notum *Exodi 21. Deut. 19. Leuit. 24.* adde quæ de talionis iure & pœna quæ hodie ab aula receſſit iuxta Bartol. *in l. ſi cui, ff. de accuſat.* talio ius eſt, quo delinquenti par pœna infligitur) ſcribit Scaccia *lib. 1. de iudic. cap. 51. num. 12.* quo exemplo edocemur, quod non ſolum expreſſe, ſed etiam ſi tacite tantum legem diximus alteri, eandem quoque nobis impoſuiſſe videmur, hinc DD. apud Vaſq. *lib. 1. contr. cap. 45. num. 3.* docent, quòd & Princeps legibus ſubſit iure naturali, diuino & poſitiuo, de quo vide pulchrè diſcurrentem dict. Vaſq. *per totum ibi,* & licet Princeps lege poſitiua haud obligatus dicatur *l. Princeps, ff. de legib.* tamen omnes facilè concedunt, quòd à dictamine rationis naturalis minime eximatur DD. *in cap. 1. de conſt.* & tamen

Digitized by Google

dicit Vaſq. quòd ex contractibus ſuis ciuiliter quoque obligetur, & pulchrè exornatur in Chriſtinæo *vol. 1. deciſ. 9. num. 10. & ſeqq.* Principes ſuis legibus ligari, ſed non ad pœnam, ſaltem ad culpam, & teſtatur in cauſis Principis etiam ſecundùm leges iudicari.

6. Præterea Barboſa *in d. cap. ius*, notandum dicit, quòd prima principia vbique eadem ſint, non ſolùm quoad rectitudinis veritatem (Coratius *tract. comm. opin. lib 2. cap. 8. num. 8.* & ibi DD. tradunt, quod veritas ſemper ſecundùm naturam eadem ſit, ſecus verò eſſe de iure, quia ius indies mutatur ſecundùm tempora & perſonas, *l. 2. §. ſed quia diuina, Cod. de iure veteri enucl.* ad elucidationem vide ſuperius de Clementia, in materia diſpenſationis & mutationis iuris diuini & naturalis, an & quomodo dicatur illud mutari, *& tit. ſeq.*) ſed etiam quoad cognitionem, nullus enim rationis capax adeo ſtupidus eſt, qui non approbet omnia illa præcepta, bonum eſſe faciendum & ſimilia, hæc verò ſecunda præcepta, ab his vel illis populis non agnoſcuntur, vel ob prauam conſuetudinem non ſeruantur, at prima præcepta immutabilia, ſecunda verò, quæ ex illis primis proximè deducuntur, & ſæpe vocantur ratio naturalis, mutabilia ſunt frequenter propter particulares cauſas, de quo latius ibi, & an legitima vel ſucceſſio in bonis parentum ſit iure naturæ debita, latè exornatur, de quo idem quoque Barboſa *in cap. Raynutius, num. 4. & ſeqq. x. de teſtam.* vbi oſtenditur, an ſucceſſionis filiorum in bonis parentum origo & neceſſitas ex iure naturali proueniat, &c. ad propoſitum rurſus vide eundem Barboſam *in c. Ius Gentium, diſtin. 1.* ibi quoque de duplici iure gentium, & tradit ius gentium, quod ratio naturalis conſtituit, ex primis principijs iuris naturalis proximè & immediatè deduci, alterum verò non ita proximè & immediatè, ſed lõgius à dictis principijs diſtare, magis igitur ab ijſdem ius ciuile diſtare dicemus, ab vtroque non in totum recedens, nec vtrique per omnia ſeruiens, *l. ius ciuile, ff. de inſtit. & iure*, quam legem pulchrè declarat Vaſquius *lib. 4. contr. cap. 51. num. 52. & ſeqq.* vt ius noſtrum vel ciuile vel commune efficiatur quoad illam particulam additam, non verò quo ad id, quod iam antea erat, ita vt ea præcepta quæ antea fuerunt iuris diuini vel naturalis, licet poſtea quoque ea in iure ciuili cauta & præcepta videamus, maneant adhuc talia, aut quod ius ciuile videatur adiuuaſſe & non transformaſſe præcepta diuina & naturalia, verum diſtinguit Zaſius *in l. ius ciuile, num. 21. & ſeqq. ff. de inſtit. & iure*, quod in principijs productiuis non recedatur in totum à iure naturali, nullum enim eſt ius, quod non reſpiciat aliquo modo ad rationem naturalem, ſed in eſſe producto, in re creata in totum receditur, quia vt alibi dicitur, propter differentias receditur à nomine iuris naturalis, differentia enim adiecta generi, facit ſpeciem, & pulcherrimè exornatur ibi, quod addens quid rei vel eam diminuens, rem non nouam facere dicatur, & quomodo vide.

Contra id mihi quandoque obiectum fuit, quaſi domus eſſet reficientis, ſed hoc 7.
ipſum contra ſenſum communem & rationem naturalem eſſe ſimpliciter allegaui, & doctè explicat Sebaſtian. Medices *de ſtatutis & legib. p. 4. quæſt. 29.* quid ſit refectio & mutatio rei, *& quæſt. 28. per tot.* de augmento, quando rem faciat eſſe diuerſam in legibus, contractibus, teſtamentis, & diſtinguit Gratianus *lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 84.*

num.

Digitized by Google

num.9. & ſeqq. quando res refecta dicatur eadem vel diuerſa, adde Surdum *conſ. 121.* Bart. *in l. inter ſtipulantem 83. §. ſed etiam, num.9. & ſeq. ff. de verbor. oblig.* in domo & Eccleſia reſtaurata an ſit eadem, mutatio in naturalibus & accidentalibus non nouat obligationem Cothom. *volum. 3. conſ. 6. nu. 36.* vide quædam notabilia in Chaſſan. *in conſ. Burgund. Rubr. 7. §. 8. in textu ex quo prætendunt*; & ad prædicta Scacciam *de ſenten. & re iudic. cap. 1. gloſſ. 1. quæſt. 1. ſub num. 203.* de domo euerſa, quæ non eſt funditus euerſa, vbi pulchra & varia illata, item ibi, an Iudæi veteres Synagogas reædificare poſſint? vide ad eum diſtinctè iura conciliantem, & rurſus ad propoſitum à Vaſquio *d. cap. 51. num. 20.* quæritur, an vbi ſecundùm veritatem & æquitatem pronunciatur, poſſit repelli exceptio præſcriptionis? ibi DD. pro & contra allegat reſoluendo negatiuè, quæ communis dicitur in Barboſ. *d. axiom. 15. num. 5. 6. & 21.* quod ipſa æquitas dicatur mater exceptionis, ita vt exceptio dicatur eſſe ex æquitate, dum autem ita accipimus æquitatem illam communem ex Deckero *ſupra cap. 1.* videbis & illam æquitatem apud DD. pro ratione naturali, & rationem naturalem pro æquitate accipi vel promiſcuè vſurpari, & conſequenter quæ huius æquitatis ſunt, omnes promiſcuè obligant & nemini eſt deneganda, vti eſt defenſio & ſimilia, ſufficitque ratio naturalis, etiamſi nulla lex ſit, & ab ea optima ſumuntur argumenta Zaſius *lib. 1. conſ. 4. num. 33. & ſeqq.* Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua *Pſalmo 118.* confer *Pſalm. 10.* ibi quoniam iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius.

CAPVT IV.

Veræ ac legitimæ Æquitatis abuſus, ex vulgata generalium principiorum illatione & argumentatione remonſtratus.

DE adminiſtratione Iuſtitiæ ex Gratiano probatum extat, generalia viris ſubtilibus non, ſed tantum groſſis concludere, ac propterea generalia & minus ſtringentia omittenda eſſe, tanquam non concludentia docet Coratius *in commun. opin. lib. 1. tit. 3. num. 8.* prout non ita ſtringunt & concludunt hæc vulgata; In ore duorum vel trium ſtat omne verbum: Benefacienti benefaciendum eſt; quod tibi non vis fieri alteri ne feceris, & ſimilia à lege naturæ inducta, & licet valeant ad legem conſtituendam, non tamen valent ad legem extendendam Sarmient. *lib. 2. ſelect. interpret. cap. 14. num. 9.* ſicut & axiomata moralia, non omninò aſtringunt ad cauſas iudicandas Aluarus Valaſc. *tom. 2. conſult. & rerum iudic. conſult. 174. num. 13.* vnde rectè dici potuit, regulas generales facere quidem bonos diſcurrentes, ſed malos practicos, nam licet cæteræ artes, quæ via & ratione traduntur, perceptis cognitisque generibus & membris, quibus illæ fere continentur, ſatis magnam diſcentibus adferant vtilitatem, attamen in hac diſciplina iuris, iuſtitiæ & æquitatis, intellectis generibus ſummis & partibus, quæ cuique generi, à quo emanant, ſunt ſubiectæ, nihil effeceris, niſi in ſingularibus præceptis mirificè ſis verſatus, neq; enim vt ipſe Ariſtot. *in Ethicis* fatetur, multum affert, qui rem generibus & notionibus poſuerit, niſi res ſingulares perſequatur, nam aliquid præſcribere generatim, communius quidem eſt, ſed tamen 1.

Digitized by Google

(vt ipſe ait) particularia veriora, vnde qui ex rebus generatim compoſitis, aliquid in iure ciuili, hominum expectatione & foro dignum, putat ſe eſſe conſecutum, errore labitur, omnia enim vt doctiſſimè Craſſus *apud Cicer.* diſputat, ſunt poſita ante oculos, collocata in vſu quotidiano, in congreſſione hominum atque in foro, ita vt in iuris ciuilis ſcientia, perfecta ſingularium rerum notitia contineatur, prout latius exornat prædicta Caſtol. *in præfat. aduerſariorum ad ius ciuile*, prædictis accedit, quòd ius noſtrum finitum, & certis cancellis conſcriptum eſſe debeat *l. 2. ff. de iur. ignor.* quod non eſſet, ſi ex argumentis topicis, generalibus principijs, & generaliſſimis ſententijs ius conſtituere liceret, ſiquidem ſic nulla erit regula quæ non excipiendo, nulla exceptio, quæ non replicando, & ſic deinceps limitari aut diſtingui poſſet, inuenta vel excogitata probabili aliqua limitationis vel diſtinctionis ratione, in quo diſſertationis genere illi, qui recenter ex ſcholis promoti domum redeunt, ſibi multum ſapere videntur, cum adhuc particulares deciſiones non ſapiant in foro addiſcendas, nam iuxta Poëtam:

——— vſus facit eſſe magiſtros
Vſum quiſquis habet, grande iuuamen habet

Nec non:

Per varios vſus artem experientia fecit.

Item:

Solus & artifices qui facit, vſus adeſt.

2. Conſimile eſt illud peruetuſtum, praxis artificem reddit promptum, ars facilem, natura potentem, Gloſſ. *in cap. quæ ſit de elect.* vnde meo iudicio cœcutiunt nimium, qui ex generalibus pręceptis & rationibus, caſus contingentes æquè ac illi, qui dies & noctes in ſtudijs inſomnes traduxerunt, ingeniumqúe excoluerunt, ſe determinare poſſe, vltro iactitant, fertur namque rudis & indoctus effreni ſuo ſenſu vt equus indomitus Coraſ. *miſcell. iur. ciuil. lib. 5. cap. 19. num. 2.* vani geſtiunt docere vt inquit Proſper *3. de vita contemp. c. 10.* quæ neſciunt, non cuiuſuis autem eſt dogmatiſten agere, quandoquidem nec omnium purpuram geſtare Iſiodorus, vnde in prouerbio, ne ſutor vltra crepidam; Item: indoctior Philonide Melitenſi, à Gratiano *tom. 1. diſcept. forenſ. cap. 186. n. 38. vbi & in ſeqq.* plura contra imperitos DD. & de illo vulgato Adagio: *Doctor* neceſſitatis, id eſt, ſine lege, cum neceſſitas non habeat legem, neque ſubijciatur legi; Item de Adagio: *Doctor* moneta tonſa, id eſt, ſine litteris, homine vero imperito nihil quidquam iniuſtius, qui ſi niſi quod ipſe facit, nihil rectum putat, Terent. *Adelph.* generalia namque præcepta non ſatisfaciunt intellectui practico, qui de rebus ſingularibus eſſe debet, niſi de ſingulis dubium ſupereſſe velimus, quoniam veritas, ad quam ſpeculatio tendit, primo modo minus perfectè, poſtea autem per vſum perfectius regulatur, vt patet *Ioſue 3.* quippe omnia apertius quotidiano rerum vſu, in ipſis rerum documentis apparere, inquit Imperator *in §. penult. Inſt. de ſatiſdat.* quem textum cum multis alijs allegat Pinellus *p. 2. in l. 2. num. 2. Cod. de reſcind. vendit.* nam quamuis ius naturale & diuinum, ſit cuiuslibet etiam ruſtici ſeu idiotæ cordi impreſſum, proindeqúe omnibus notum, vt ad illud alia ſcientia neceſſaria non videatur, tamen illa notitia, quę omnibus communis, generica & implicita eſt, quæ in arduis & diſtantibus à primis principijs, non ſufficit, ideo requiritur notitia & ſcientia explicata, Scacc. *de commer. & camb. §. 1. quæſt. 1. n. 36.* hinc fit, quòd etſi bonæ leges ferri debeant, tamen nulla lex ab initio ſatis promulgata cen-

Digitized by Google

cenſeatur, vt in Auth. *quibus modis natur. effic. in pr.* cuius textus meminit Speculator *in prooemio ſui operis num. 17.* ibi Additionatores plura addunt, & idem *n. 31. & ſeq.* quod iura humana mutentur ſecundùm varietatem temporum, quodqúe ſæpe pro neceſſitate & vtilitate mutilentur & laxentur Canonica præcepta, & nihil fere in ſeipſo maneat, ſed currat natura multas euoluens mutationes, quas neque prouidere facilè eſt neque prædicere, ſed per eruditionem ad melius accedunt.

3. Perbellè ad propoſitum in prouerbijs dixit Eraſm. optimum non naſci, nam licet omnis ars à natura habeat originem, tamen ab vſu & ratione habet proceſſum Lucas de Pen *in l. deſcriptionis ſub num. 21. Cod. imponend. Lucrat. deſcript.* vnde Practica ipſas leges ad caſus occurrentes aptat, in quo vim legum conſiſtere aiunt DD. allegati apud Martin. Monter à Cueua *in deciſ. Regn. Aragon. in præfat. num. 12. & ſeqq.* addentes quod per Theoriam videmus, per practicam guſtamus, quodqúe veritas magis operando, quàm audiendo intelligatur, nam in omnibus ferè minus valent præcepta quàm experimenta, iuxta Quintilianum ibi adductum, quod ipſum hodie teſtatiſſimum reddiderunt, veterani & exercitati milites, quidnam illi præ nouiter collectis & inexpertis militibus poſſint ac de facto preſtent, nam vt dicebat Vigetius *de re militari lib. 1.* non tam multitudo & virtus indocta, quàm ars & exercitium ſolent præſtare victoriam, exercitata namque paucitas ad victoriam prona eſt, rudis autem multitudo expoſita eſt ſemper ad necem, quare Alexander Magnus teſte Iuſtin. *lib. 11.* à nullis ordines duci volebat, niſi ſexagenatijs experientiæ laude celebratis, ſic & legalis ſcientia non eſt propter ſcire, ſed propter operari, vt ex Bald. refert Gratianus *tom. 1. diſcept. forenſ. cap. 186.* vbi quoque quod rem ad praxim deducere, nihil aliud ſit, quàm de arbore fructum colligere.

Vnde factum quandoque audiui, ſummos Theoricos, generalia iuris principia, occurrentibus caſibus, non conſiderando variatas eſſe circumſtantias, applicantes, è Iudicijs abijſſe confuſos, quanta enim ſit præſtantia practicæ ſeu praxeos vide latius *infra de Veritate,* & quàm fragile argumentum ex generalibus principijs, & vulgo iactitata ratione naturali deſumpta argumentatio *infra de Ratione, & hic de Æquitatis definitione, & de eiuſdem interpretatione,* neque exiſtimes aduerſari vulgatum illud iuris & praxeos principium, legem quærere, vbi eſt ratio naturalis, eſt infirmitas intellectus Philoſoph. *lib. 8. Phyſ. cap. 3.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 28. num. 9. & quæſt. 44. num. 12. & quæſt. 45. num. 58.* quippe naturalis ratio vim & robur legis habet *l. cum ratio, ff. de bon. damn. l. ſcire oportet, §. ſufficit. ff. de excuſatione tutor.* ideo pro lege allegari poteſt, Surdus *d. quæſt. 28. num. 7.* vnde eleganter dicit Bald. *in l. vn. §. 1. Cod. de cad. tollend.* rationem naturalem eſſe clypeum, ſub quo tegatur ius noſtrum, quia & alia eſt Theorica, quod lege non cauetur, in practica non attenditur, ſiue non habetur Bald. *in cap. nihil circa fin. de elect.* Lud. Rudolphin. *var. quæſtion. lib. 2. quæſt. 42. n. 39.* Quapropter ſuperiora axiomata cum mica ſalis intelligi debent, ſcil. quod ſit imbecillitas vel defectus intellectus legem quærere, vbi ratio naturalis militat, vt procedat in caſu vbi lex, conſuetudo, vel ſtatutum non ſubintrant aut deficiunt, quia tunc ex ratione naturali congrue arguere & caſus deci-

dere licitum eſt, è contra vero ſublata lege ciuili, etiam ex ratione illius legis arguere non licet iuxta Zaſium *in l. de quib. num. 75. ff. de legib.* qui tamen *in l. poſſideri, §. Neratius num. 9. ff. de acquirend. poſſeſſione* tradit, quod rationem legis allegare poſſimus, etiamſi dictum reprobetur, & dicit, quòd hæc doctrina ſit quaſi clauis iuris, quodqúe non incidit in pœnam falſi, qui rationem legis correctæ adducit, & ita declaratur *l. fin. ff. ad L. Cornel. de falſis*, quæ loquitur de obligatione ipſius legis correctæ.

5. Ex quibus euincitur quòd ratio naturalis magis valida ſit, & perpetua in his, quæ ſunt Iuris diuini vel naturalis, ſecus in his, quæ ſunt iuris poſitiui Zaſius *in l. non omnium, ff. de legib. num. 22. & ſeqq.* vbi dat aliquot notabiles fallentias & caſus, in quibus & ratio iuris poſitiui eſt perpetua, nec mirum videri debet, quod loquente lege ex ratione naturali contra legem arguere non liceat, quia nullum ius ciuile eſt, quod non aliquo modo reſpiciat ad rationem naturalem, nam non foret lex, ſi non eſſet ratio legis, vt rectè dici poſſit, quòd ius ciuile ſit determinatio legis naturalis, habet enim totum ius ciuile cauſam in natura poſitam per omnes ſanctiones, pulchrè Zaſius *in l. ius ciuile & l. ius autem, num. 21.* & ibi Additio. *ff. de Iuſtit. & iur.* & Scaccia *de Iudic. lib. 1. cap. 53. ſub num. 35. in verb.* ſiquidem vniuerſum ius ciuile nihil aliud eſt, quàm parergon, ſeu vt melius, Theorema & paraphraſis ad ius naturale & gentium, lex enim quæ in teſtamentis requirit ſeptem teſtes, non eſt contra legem diuinam; in ore duorum vel trium ſtat omne verbum; item lex iſta, quod ex nudo pacto non oriatur actio, non eſt contra ius naturale vel gentium, quibus ſtipulationes aliorumqúe pactorum veſtimenta erant incognita, ſed vt paraphraſis & Theoremata, quæ non ſoluunt ſed adimplent & interpretantur legem naturæ, vt latè tradit Felinus *in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 2. 17. & 19. x. de conſtit.* & quamuis Scaccia *de commercijs & camb. §. 1. quæſt. 7. p. 2. ampliat. 19.* licet *num. 6. & ſeqq.* tradere videatur aliquas differentias inter legem poſitiuam & naturalem, tamen *num. 14. & ſeqq.* docet, quòd lex humana non differat à lege naturæ, niſi prout differunt pars à toto, riuus à fonte, genitum à generante, fundatum à fundamento, quare non ab hominum opinione, ſed à naturæ decreto profluit, vbi hoc ipſum aliquot rationibus confirmat, & contraria reſoluit, vide ad eum quia pulchra ſunt.

Etenim licet lex poſitiua largè dici poſſit lex naturalis, ita vt leges poſitiuæ ſpecificentur & fiant ex materia iuris naturæ, vt pulchrè deducit Vaſq. *lib. 1. controu. cap. 50 num. 6. & ſeqq.* tamen illa, quæ ratio naturalis dictitat, quaſi ex primis principijs legis naturæ deriuata, non habent vim coactiuam per modum præcepti abſolutè, niſi poſtquam lege diuina vel humana ſancita ſunt Menoch. *de arbit. caſ. 430. num. 28.* ex quibus conſequitur ius poſitiuum vel ius ciuile non rectè dici oppoſitum iuris naturalis & diuini, quia in tantum abeſt vt ſint immediatè oppoſita, vt etiam in principijs productiuis non recedatur in totum à iure naturali, ſed lex poſitiua eſt norma & determinatio iuſtitiæ poſitiuæ, quippe iuſtitia informiter cuique dat, quod ſuum eſt; lex autem habitum ad actum ducit, & docet quomodo id cuique ſit diſtribuendum; neceſſe igitur eſt quòd lex rationem 6.

habeat

Digitized by Google

habeat, nam cuique tribuere quod ei debetur, delectum efflagitat, ordinem & diſcretionem, quæ non poſſunt ſine ratione conſiſtere Zaſ. *in l. non omnium n. 11. ff. de legibus, & l. iuri operam daturum, §. huius ſtudij, num. 41, ff. Iuſt. & iure*, vbi quod ius ius naturale quinque modis dicatur intendi, & quinto modo dicitur formaliſſimum ſcil. ius ciuile, quod præcisè & perfectè eſt forma iuſtitiæ *& num. præced.* lex ſcripta quantumcunque ſit ius ciuile, tamen innititur rationi & naturæ, propter differentias verò receditur à nomine iuris naturalis, & oritur nomen iuris ciuilis, differentia enim adiecta generi facit ſpeciem, quia autem ius ciuile ad caſus particulares rectè accommodari, & ratione ac æquitate ad indiuidua accommodatum ſecundùm illud diſcerni & iudicari debet, hoc demum Iuriſconſulti & prudentis viri munus erit, quia ad prudentiam pertinet, non ſolum æquitatis & rationis conſideratio, ſed etiam applicatio ad opus, qui eſt finis practicæ rationis. de quo latiùs *parte 2. de Ratione* agetur.

7. In ſumma igitur puto ineptum eſſe, qui ex generalium principiorum cognitione ſe cuncta determinare poſſe confidunt, quoniam in vſu practico quotidie videmus nouos & inſolitos caſus ſuperuenire, qui ex generalibus principijs decidi non poſſunt, Scaccia *de comm. & camb. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 19. n. 59. & tract. de ſent. & re iudic. gloſſ. 14. quæſt. 23. num. 6.* vbi dicit, licet prima initia bene gubernentur, & regula in generali bene fuerit poſita, tamen ad dirigendum particulare nulla lex eſt ſufficiens *per not. ibi remiſſiue*, quemadmodum æquitas naturæ, quæ ex naturali quadam ratione abſtracta, ab omni lege erumpit, non reſpicit res ſingulares, ſed in vniuerſum hoc vult, quod iubet naturæ ratio, hæc autem naturæ æquitas legem non reſpicit, nec emendat, ſed è diuerſo ipſa lex in ea radicari debet, in quantum fieri poteſt, & ita adiuuat legem, & quando lex ſcripta aliquando videtur derogare æquitati naturali quoad vnum finem, nihilominus æquitatem habet alio fine, vt pulchrè exemplificat Zaſius *in d. l. placuit, num. 7. verſ. cæterum, & num. 11. & 12. Cod. de iudic. ibi & num. 5. & 6.* dicit, quod in vniuerſum diſponitur, in aliquo deficit, vt ſic non omnia ipſa lege æquentur, quia impoſſibile eſt de omnibus legem ferre *l. non poſſunt, l. neque leges, ff. de legibus*, quare non immeritò inuehitur Zaſius *ad titul. ff. de origine iuris, ad verbum Quintus, num. 14. & ſeqq.* in illos, qui iuris ciuilis ſcientiam cuiuis expoſitam eſſe dicunt, ibi & reſpondet ad obiectionem Cicer. *in Oratione pro Murena*, & multa ex prædictis confirmantur ex traditis per Henricum Nebelkra *libro 1. deciſ. 2.* vbi in reſolutione obiectionum dicit, falſum eſſe, quòd ratio naturalis vim legis habeat, *l. 1. ff. de conſtit.* nam vbi, vt ex conſtituto detur actio, Prætor deſideratur, etiamſi æquitati naturali conueniens ſit pacta conuenta ſeruari, & quæ de æquitate, eiuſdemque auctoritate adducta ſunt, docet procedere ſi ſit euidens, & nullam dubitationem admittat, vbi vero per ſe non eſt euidens neque ſcripta, ſed argumentis colligitur, de qua adhuc dubitari poſſet, attendenda non eſt, vt pluribus exponit Vigelius *in Dialect. Iur. lib. 2. de theſi diſputanda, pag. 424. & ſeqq.* & Nebelkra ibi ex profeſſo tractat, an ex generalibus regulis legitimum deciſionis fundamentum deſumi queat, & oſtendit non indiſtincte

Digitized by Google

veram eſſe illam vulgatam Practicorum Theoricam, quod habens regulam pro ſe fundatam dicatur habere intentionem, vt vera non ſit quoad regulas valde generales, nec quoad regulas iuris Romani *l.1.ff.de regul. iur.* vide latius ibi,

CAPVT V.

De Definitione Æquitatis, quid ſit Æquitas?

1. ÆQuitas ius eſt, non illud quidem lege ſcripta comprehenſum, ſed præſtantius meliusqúe, ita vt ſit quædam mitigatio legis ſcriptæ in aliqua circumſtantia propter perſonarum, rerum ac temporum, vel incidentium caſuum varietatem, & ita æquitas Theologis Epikya vocatur allegatis *parte 2. de Ratione*, ac proinde iuris medulla germanaqúe iuſtitia rectè appellari & dici poterit, cuius ratio ex ſola animi & iudicij deliberatione ſecundùm negotiorum formulas dependet, & quemadmodum rerum humanarum viciſſitudo non ceſſat & incerta manet, donec & quouſque in hoc vel illo caſu ſeſe oſtendit, ita nec æquitatis vſus certo fine deſcribi poteſt, ſed iuxta caſus incidentis circumſtantias practicari & decidi debet, quod latius cap. ſeq. dicetur, vnde rectè Barboſ. *tract. Axiom.iur. vſufreq.ax. 15. num.5.* tradit, quòd æquitas ſit quædam factorum conuenientia & rectitudo iudicij, naturalem ſequens rationem, quodq; ſit ipſa iuſtitia naturalis & in effectu differat à iure, quia per diſputationes prudentum eluminatur æquitas, & fit ius ſcriptum, & eſt quædam æqualitas de ſeipſa in alium ſecundùm naturam, vt quod tibi non vis fieri alteri ne feceris, & Apoſtolus · Quod non vultis vt vobis faciant homines, nec vos id facite ipſis. Bald definit æquitatem, quod ſit quædam congruentia in principijs iuris naturalis fundata, Salicet. *in l.1. Cod.de legib.* vide quid ſit æquitas, quotuplex ſit, & vnde dicatur & quid operetur, Mantic. *de tacit. & ambig.lib.1.tit.9.num.15.* æquitas eſt admirabile quoddam temperamentum, quod ex perfecta ratione omnia moderatur, quo tit. plura de bono & æquo Salomon *tract. de æquo & bono verſ.* æquitas eſt perfecta ratio, quæ omnes leges & omne ſcriptum dictumqúe interpretatur & emendat, ex qua ius emanat, quod æquum & bonum dicitur, nullo ſcripto comprehenſum, ſed in ſola vera ratione conſiſtit: Speculat. *lib. 1. p. 1. de diſpenſ. num. 4.* ex S. Cyprian. Æquitas eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata, idē docet Cagnol. *in l.in omnibus,num.3.& 4. ff. de reg.iur.* ibi &, quod ſit benignitas quędam animi, impellens ad aliquid iuſte agendum, vel eſt rectitudo iudicij, naturalem ſequens rationem, item ibi, quod ſit rerum conuenientia, quæ cuncta coæquat, & in paribus cauſis paria iura deſiderat, lex vero eius interpres eſt, intellige prædicta de ſimplici & vera æquitate, quia ſimulata æquitas eſt duplex iniquitas, ibi & quomodo & vnde cognoſcatur æquitas, & ſemper æquum dicitur, cuius contrarium eſt abſurdum.

Hinc apparet quòd æquitas ſæpe diuerſis appelletur nominibus, vt in Follero *in praxi cenſuali, §. iuris moderando rigorem,num.5* Martha *in ff.deciſionum in pr. tit. 5.* æquitatem definit, quòd ſit iudicium animi, ex vera ratione petitum, de circumſtantijs rerum ad honeſtatem vitæ pertinentium, cum incidunt, rectè diſcernens, quid fieri aut non fieri oporteat, ibi & de varijs eiuſdem nominibus, ex quibus colligatur, quomodò differat à ſummo iure, & alia notabilia vide 2.

ad

Digitized by Google

ad eum, & de duplici æquitate ſcripta & non ſcripta, & quomodo vtraque in praxi exerceatur, de quo vide & Mynſi. *6 obſ. 63.* & prædicto ſenſu Ariſtoteles iudicem deſcribendo dicit, eum bonum virum eſſe qui æquitatem lege moderetur, quiq; non ſit in malam partem Iudex durior, ſed de ſuo iure decedit etiam ſi habeat legis præſidium, cui quoque Dynus aſtipulatur, æquitatem definiens, virtutem ſeu motum rationalem eſſe, qui regat miſericordiam & rigorem, hoc eſt, quid ſit illud medium inter ſeueritatem & benignitatem, quod nos æquitatem appellamus, nam inter durius & remiſſius, & inter ſeueritatis & clementię gloriam affectandam, veluti inter extrema nimis dura, debet eſſe, & reperitur æquitas quæ media via incedit quemadmodum vides ſupra de clementia *cap.* 7. quod ipſa æquitas etiam in delictis aliquãdo mitius, aliquando acerbius ex diuerſitate caſuum & varietate circumſtãtiarum agat, procedatque iuxta præſcriptum *l. reſpiciendum ff. de pœnis & concil.* Triden. *ſeſſ.* 13. *c.* 1. *de reformat.* quæ iura in materia occurrenti ſemper cõſulas vti ſummè notabilia, cætera de æquitate vide DD. *in l. iuri operam datarum ff. de iuſt. & iure & in l. in omnibus ff. de reg. iuris & in l.* 1. *Cod. de legib. & in l. placuit C. de iudic.* germanicè appellari poteſt æquitas, das rechte Recht / epitheta æquitatis recenſet Wilhelm. Anto *de moratorijs reſcriptis tit.* 9. *concl.* 206. quod ſit iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata, Regina iuris & optimus legum iuſtitiæque clypeus, theriaca contra venenum, tanquam regula leſbia, rectitudo iudicij naturalem ſequens rationem, murus ſemiramidis, & omnia bene æquiparans.

): (

CAPVT VI.

Æquo dari æquius, imo æquum aliquando iniquum reperiri & è contra, & quomodo altero potius ſit & prapon-deret.

QVemadmodum bono datur melius *l. vbi autem* §. 2. *ff. de verb. oblig.* vnde refert, Zaſius *in parat ff. de offic proconſ. nu.* 18. dum dicitur melius eſſe vt hoc facias, non negari bonum eſſe ſi non facias, item non teneri me iniuriarum ſi dicam, me probiorem eſſe quam tu ſis, quia hoc ipſo præſuppono te quoque probum eſſe, nam vt alibi docet, comparatiuo includitur poſitiuum, vel etiam ſicuti inter bonum & malum datur adhuc medium, non bonum atque non malum Lucas de Penna *in l. ſi quis num.* 14. *C. vt nemo ad ſuum patr*, vti ſuperius *de dubijs & de clementia*, de actibus indifferentibus dictum fuit, ita æquo inuenitur ęquius, Mantica *deciſ.* 10. *num.* 8. ibi illata, & abſurdo datur abſurdius, ad hoc autem euitandum illud permittitur Lucas de Penna *in l. Sancimus num.* 1. *C. de præfect prat.* & prbatur Arg. *l. ita vulneratus in verb. quod ſi quis abſurde à nobis hæc conſtitui putauerit, cogitet longe abſurdius conſtitui, & ibi gloſſ. ff. ad leg Aquil.* ęquitas autem media via incedit, vbi vero æquitas non eſt medium, ibi inter duo mala minus malum ſequi oportet, ſicuti inter duo vtilia præferendum eſt, quod plus vtilitatis habet, inter duo honeſta, quod eſt honeſtius, prout ex Philoſophi ſententia maiori bono maius malum opponitur Tiraq. *de pœnis temp. cauſ* 44. *nu.* 58. vbi in præcedentibus & ſequentibus bene probat, quod delictum in committendo ſit grauius, quam delictũ in omittendo *n.* 19. tamen, quod pręceptorũ contemptus ſit æqualis licet illorũ

alia ſint grauiora, alia leuiora, *cauſ.* 57. diſputatur (de quo vide ſuperius *de dubiis*, an leuius ſit occultum peccatum quam apertum *ibi num.* 5.) ex S. Hieron. *in Eſaiam. cap.* 12. quod in comparatione duorum malorum, leuius eſt apertè peccare quam ſanctitatem ſimulare, nam ſimulata ſanctitas eſt duplex iniquitas, ſuperius autem relata doctrina, quod delinquentes committendo grauius puniantur quam delinquentes omittendo, ſingulariter limitatur ſi cauſa facti eſt ambigua & cauſa omiſſi certa Zaſ. *in l. Sancimus num.* 31. *Cod. de iudic.* quocirca ſi vtrimque ſe offert ſpecies æquitatis, euidentior vel maior arripienda Mudæus *in l. quod ſi ſumptum* § *plane num.* 33. *ff. de petit. hæred.*

2. Æquitas autem iuris gentium, vincitur à ſpeciali ratione iuris ciuilis, hinc quamuis bona fides requirat æquitatem, tamen non eſt ſeruanda vbi contradicunt præcepta ciuilia, per ea quæ docet Additionator ad *Matthesil ſing.* 5. *nu.* 5 quippe multa in genere æqua ſunt, quæ in ſpecie ſunt iniqua, vt multipliciter oſtendit Ant. de Butr. *in cap. vlt. num.* 9. *& ſeqq. verſ. non hoc eſt æquum de conſuetud.* quare licet depoſitum reſtituere ſit æquum, tamen aliquando reſtituere poteſt eſſe iniquum & peccatum Scaccia *de commer. & camb.* §. 1. *q.* 7. *p.* 1. *num.* 62. *in fin.* & rigor ſcriptus licet præferatur æquitati ſcriptæ in genere, tamen ſi æquitas ſcripta ſit per modum regulæ, tunc & præfertur rigori ſcripto in ſpecie Hypolit. de Marſyl *ſing.* 685. alias æquitas naturalis reſtringit verba generalia, quia vincit eorum generalitatem, vt appoſitè docet Raudenſ. *tr. de Analog. cap.* 22. *num.* 65. *qui & cap* 33. *num.* 123. *&* 144. *cum ſeq.* docet, quod argumentũ ab abſurdo, ſeu quod à ratione naturali recedit, valeat vtique, licet verba ſuperflua geminata ſint & actus nullus, prout *cap.* 23. *nu.* 25. tradit, quod argumentum ab abſurdo ſit potentius argumento de ſuperfluitate, quẽadmodum nec dubitandum, quin quædam in genere æqua, quæ in ſpecie & in certis caſibus conſiderata euidenter ſint iniuſta Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 1. *tit.* 17. ſicuti è contra poſſunt quædam in genere eſſe iniqua, quæ tamen in hypotheſi ſint æqua, id eſt, contracta ad rationem Zaſius *in l iuris nulla ratio num.* 5. *ff. de legib.* ſic multa in genere licent quæ in ſpecie prohibentur, vti exornatur in Mantica *ſing.* 238. & ratione adiuncti plura licent & recipiuntur quæ alias non reciperentur.

Hanc doctrinam exornat Felin. *in cap* 1. *x de præſcrip.* hinc colligitur neceſſitas poſitiuæ legis, quæ ſæpe explicat rectitudinem, quam lex naturalis non explicauit Scaccia *de comm. & camb.* §. 1. *q* 7. *p.* 2 *ampliat.* 19. *num.* 44. vbi exemplificat, æquitas autem tendens ad ſpeciem, ſi eſt ſcripta, ſemper iuri ſcripto præponderat, Zaſius *in l placuit n.* 13. *C. de iudic.* ſi autem non eſt ſcripta, tunc & communis opinio dura, & ſapiens rigorem, præferenda eſt contrariæ æquæ, iuxta Ant. Mariam Corat. *in comm. opin. lib.* 2. *tit.* 9. *num.* 100. *& ſeq.* vbi reſpondet ad contraria *& d. l. placuit*, quam ait procedere, quando duæ leges eſſent contrariæ, vna rigorem altera æquitatem continens, tunc enim æquitas ſequenda eſt, ex Quintil. autẽ refert Salom. *d. tractatu* melius atque æquius nihil præcipi, niſi materia propoſita poſſe, ibi & illa ſententia Accurſij *in l. cotem ferro* § *fin de public.* qui ait, eam legem præferendam, quæ ex æquo & bono eſt, adiecitque quæ æquitate vincit, alteram ſemper corrigere, ratio in promptu eſt, quod vt contrariæ pugnantes, 3.

altera

Digitized by Google

altera alteram elidit, ſic accipi poſſunt DD.apud Iaſon. *in §. quæ fidei Inſt.de actionibus.* in Addition. *lit. B.* quod vna opinio procedat de æquitate, alia ſit de rigore iuris, quaſi hoc nihil aliud ſit, quam quod vna opinio ſit vera, altera vero falſa, & hoc caſu recte quoque dicitur, quod legis ſubtilitas reſpuenda ſi, vt æquitati nitamur, ſine qua iuris ſcientia ſæpe perniciosum errorem ingerit, ex prædictis colligitur quemadmodum iniuſti ratio noſcenda eſt, vt melius æqua tueamur, ſic etiam minus æquum ſeponendum eſt, vt magis æquum imitemur & amplectamur, vt quod maxime æquum eſt, id ius commune ſit, *l. bona fides ff. depoſiti* dum ius ſcriptum in caſu ſpeciali & indiuiduo æquitati præferri iam alibi dixerim, ita & exceptio purgans regulam ab omni iniquitate ius æquum & bonum dicatur Mant. *de tacit. & ambig. lib.21. cap.8. num.*20.

CAPVT VII.

De interpretatione æquitatis.

1\. QVod Iudex non debeat interpretari æquitatem ſed Princeps, tradunt DD *in l.1.C. de legibus* nihil enim eſt, vt inquit Mimus, quin male narrando poſſit deprauari, & Terent. malitioſa interpretatio etiam optimè dicta peruertit, adde ad prædicta Coraſ. *in l. benignius ff. de legibus* ſicuti & ſuper dubio iuris, Princeps eſt conſulendus Felin. *in cap. paſtoralis num.*3 *x.de fide inſtrum.* quatruplicem autem interpretationem eſſe dicit Salic. *in d.l.* 1. Caſtr. *in l. neque leges ff. de legib.* Tepatus *in compendio deciſ. tit.*65.& Salom. *in d. tract. de æquo & bono §. adieci,* vbi dicit, duas eſſe partes æquitatis, interpretationem & emendationem, ita vt æquitas ſit fundamentum interpretandi, neque enim alia hæc ars æqui & boni, quam ex æquo & bono interpretari; quod ad veræ iuſtitiæ cultum pertinet, quod tunc efficiemus cum voluntatem potius quam ſcriptum, & quod benignius eſt ſequimur, cum quod omiſſum eſt ſuppletur, & generaliter quidquid recta ratio dictitat, perficitur, vti ibi exemplis exornatur, quandoquidem propter varietatem negotiorum neceſſarium erat, legem in vniuerſum loqui de ijs tantum, quæ frequenter accidunt, nec comprehendi poterant omnes factorum articuli *l. neque leges & l. non poſſunt ff. de legib.* ideo ſuccedit æquitas, per quam conſtanti voluntate, in huiuſmodi caſibus nominatim ac principaliter non comprehenſis, deliberandum erit, quid pronunciandum ſit, vt ita latiſſimum ſit æquitatis officium, ac etiam interpres omnium legum, eo ſaltem fine, vt ſine vitio accipiantur, & cum opus fuerit flectantur ad leuiorem ſententiam *l. nulla ff. eodem* quapropter ſuſtineri vel dici poterit, quod æquitas in corpore iuris nulla inueniatur ſcripta, & tamen omnis lex in genere æqua dici poteſt, æquitas autem inuenitur, quæ ius ſcriptum non eſt, proindeq; ius hoc incertum à prudentũ pendens iudicio, de quo recte cenſere non eſt cuiuſuis, ſed qui habet ſcientiam Iuris id eſt æqui & boni, ideoque ars dicitur, quod non minimum opificij exigatur in æquitate conſtituenda, conſtituitur autem varie ex negotii qualitate, circumſtantijs ponderatis, vt perſonarum, rerum, temporum, & locorum conditione, *l. & ſi quis ff. de relig. & ſumptib. fune.* nam natura ita comparatum eſt, quod pleraque ſunt quæ nulla lege, nullis finibus præſcribi poſſunt, penſanda igitur ex æquo & bono vt res inciderit neceſſe eſt.

Digitized by Google

2. Epicheiam vocant Theologi, quaſi princeps propter cauſã, det iudicibus facultatẽ declarandi & ſtatuendi ſuper negotijs incidentibus, Epicheia autẽ eſt moderatio legis deficientis propter vniuerſale, & temperat illius rigorẽ in caſibus ſpecialibus, & extraordinarijs nominatim vel ſpecialiter in lege non comprehenſis, non vero dat poteſtatẽ aut iuriſdictionem alias nõ habenti, vti docet Garcia *de beneficijs p. 11. c. 5. §. 4. nu. 351. & 355. vide ſupra de clementia cap.* 16. *& d. loco Garciam de diſpenſatione*, in quibus Epiſcopus poſſit diſpenſare vel non, *& num.* 378. DD. an tenens plura beneficia ex diſpenſatione Papæ ſine rationabili cauſa, ſit tutus in conſcientia, hinc eſt quod in arbitrarijs non alio iure decernitur, quam æqui & boni, §. *praterea Inſtit. de actiõ*, in ijs enim actionibus & alijs ſimilibus permittitur iudici ex æquo & bono, ſecundum cuiuſuis rei naturam, de qua actum eſt, æſtimare quemadmodum actori ſatisfieri oporteat, ſimiliter & in bonæ fidei iudicijs agitur, ideo ſic dicta, quia in ijs ex æquo & bono fit iudicatio, id eſt ad id, quod æquum cẽſebitur, vltra ſcripto cautum, in quibus vberior, in ijs autem, quæ ſtricti iuris ſunt, anguſtior fit interpretatio ad id, quod ſcripto cautũ reperitur, & hoc fit in quæſtionibus ſcripti & volũtatis, de quibus *infra de quaſt.* agetur, in his quæſtionibus ſtricti iuris, eſt ſcriptum ſequi, æquitatis vero voluntatem Salomõ. *d. loco* ibi & de emendatione.

3. Notes tamen quod & DD. & Aduocati ſaltem doctrinaliter interpretẽtur leges, vti quotidie fieri videmus, & de iſta conſuetudine teſtatur Ant. Maria Corat. *in tr. com. opin. lib. 2. tit. 8. n. 12. & ſeqq.* & ſic vidi ſæpius ipſos iudices ſecundum leges & Doctorum authoritates interpretatas iudicaſſe, vel interpretatione potiſſimũ vſos, in caſibus cõtingentibus & iure non ſcriptis ſecundũ æquitatem, fuiſſe, non tamen vt contra ſcriptum rigorem iudicarint, nam ſoli Principi reſeruatũ eſt, vt ex magna cauſa iuris rigorem moderetur, Sarmient. *li. 3. ſelect. interpr. ca. 8. ſub nu.* 4. & quando æquitas & quando rigor attendendus, docent DD. in locis ſupra citatis, nihilominus ſi res ita exigat, ſtatuta non ad rigorẽ & acerbitatẽ coarctari, ſed ex æquo & bono exaudiri debere tradit Zaſius *in l. iuris operam datur. nu.* 22 *ff de inſt. & iur.* & Gail. 2. *obſ.* 33. *vbi & n.* 8. *reſpondet, ad l. proſpexit ff. qui & à quibus manum*, ratione eiuſdem legis, tradunt DD. legem ſtatutariam ſiue ſtatuta, quantũuis dura ſeruanda eſſe vide pulchre Gail. & declarat Chriſtinæus *vol* 4 *deciſ. 111. nu. 6. &* 7. quod licet ſolius principis ſit leges ferre & proinde eaſdem interpretari, hoc tamẽ ita accipi debet, vt nemo alius interpretationẽ facere poſſit, quæ legis mentem egrediatur, alioquin admittit quod quilibet Iudex & priuatus Iuriſconſultus poſſit legem interpretari *l. ſcire ff. de legibus & prater notata à Vaſq. allegato ſupra de clementia ca. 13. &* 16. dicendum, quod nulla ſecundum verum ſenſum & iuri conſonũ, interpretatio ſit prohibita, ſed illa tãtum, quæ propter arduam difficultatẽ peculiari ipſiuſmet conſtituentis declaratione eget, DD. apud Barboſam *in cap. cum veniſſent, num. 4. x. de iudic.* vbi & oſtendit, quomodo verum ſit, quod prohibita ſit Concilij Tridentini interpretatio *& in praced.* quomodo procedat theorica, illius eſt interpretari actum, cuius eſt condere, ſeu actum facere, ac proinde iuxta Chriſt. *d loco* errant, qui putant ſolis ſupremorum tribunalium, non autem inferioribus iudicibus fas eſſe, ex æquo & bono iudicare, vti

tra-

Digitized by Google

tradunt Couar. *lib.1. var. reſol. cap.* 11. Coraſ. *de iuris arte, p.1. cap* 15.

4. Tamen licitum non eſt, prætextu æquitatis à lege ſeu mente legis & Legislatoris recedere, quippe qui aliter, atq; certo iure conſtitutū ſt (circumſtantia nihil variante) Iudicat, ſentētia eius nulla erit Inſtit. *de officio iudic. in princ* quia non licet de legibus iudicare, ſed oportet ſecundum eas iudicare, nullusq; ſenſus eſt qui vincat Principalem, quod pluribus probat Vaſquius *de vlt. volunt. & ſucceſſion. lib.1. de Teſtatoru potentia tit.1. §.3. ſub nu.2. ibi & nu.*5. allegat rationem dicendo, quemadmodum Reſpublica non poſſet conſiſtere ſine legibus, ita nec cum illis, ſi paſſim & temere de earum ratione liceret diſputare, nō cenſores ſed obſeruatores legis eſſe debemus, quia propterea ſcriptæ ſunt leges, ne quis ab ijſdem diſcedens arbitrio ſuo figat atque refigat æquitatem, & ne ſi illius terminos trāſponamus, iniuriam faciamus legibus, dū meliores & prudentiores illis videri volumus, vt in ſimili poſt alios ſcribit Andr. ab Exea *in tr. de pactis num.* 496. corruptæ enim videntur ſententiæ inquit Symm. ſi ſint legibus maiores, melius autem eſt omnia lege fieri, quam hominum, quæ non eſt trita regula, voluntate Ariſt. *lib.1. polit.*8. igitur vbi lex figit pedes ſuos, vltra transgredi non licet Neuizan. *lib.5. Sylua nupt. nu.* 72. quis enim credet quempiam hoc ſæculo grauiore deliberatione boni & æqui iudicaturū eſſe, quā olim à Romanis legiſlatoribus iuſtitiæ conſultiſſimis in illis ſpeciebus & caſibus, de quibus nominatim & principaliter ſcripſerunt, factū eſt, itaq; leges habent formā optimā de negotijs nominatim cōprehenſis, nec egēt cenſoribus, minus innouatoribus, lex iubeat nō diſputet, inquit Senec. *Epiſ.*94. perfecta obedientia nō diſputat ſed ſimpliciter obedit, vnde & Thucid. ait, ſatius conſultiusq; cum Republica agi, quę malis moribus & legibus conſtanter vtitur, quam cū ea, quæ bonis ſed inconſtanter, cuius dictū non tranſit ſine difficultate nec ſimpliciter verū eſt, nihilominus ſi recta ratio dictat aliquid circa leges, poteſt iudex vti Epicheia id eſt temperare rigorē iuris vel mutare pęnam ex rationabili cauſa, puta iuxta Scacciā *de ſent. & re iud. gloſſ.*14. *q.*8. *n.*21. quod Iudex poſſit vti Epicheia, quando iuſta & rationabilis cauſa probata in actis, iuridice inclinat eum aliquantulū, plus & minus, ad recedēdū à diſpoſitione & rigore legis, pro modo & qualitate cauſæ, & late explicat Tiraquell. *de pœn. temp. ibi adducit* 64. *cauſas*, & quia iſtarum cauſarum pondus & æſtimatio, nulla iuris ſtatera aut menſura definiri poſſunt, committūtur arbitrio Iudicis, qui concurrentibus duobus ſcilic. quod cauſa ſit probata in actis, & quod ſit recepta in iure, poteſt vti Epicheia, ſecus ſi hæc aut aliquid iſtorum deficiat iuxta tradita per Thuſcum *concl.*262. *conformiter* Zaſius *in l. placuit num.* 7. & 17. *C. de Iud.* quod lex nulla tam rigide ſit ſcripta quin Iudex ex loco & tēpore, cauſis, perſonis, & rebus, quantitate & contractu, & id genus circumſtātijs, temperare poſſit, æquitate quadam rigorem iuris, quæ æquitas eo caſu inter eaſdem perſonas, etiamſi ſcripta non ſit, rigori præfertur.

Philoſophi hanc ipſam legem decretalem dixere, quia inducitur per Decretum, debet enim Decretū boni & æqui ita ſe habere ad res particularius reſpiciendas, ſicut Leſbia norma ad ædificium, quæ eſt plumbea vt aliquando incuruetur, ad naturam latomi, ſic pulchre dicit Zaſius *in d. l. placuit num.* 6. & hoc caſu recte accommodatur illud 5.

Ciceronis, nunquam præſtantibus in Republica gubernanda viris laudata eſt in vna ſententia permanſio, ſicut enim peritus medicus nõ omnibus oculis vno collyrio mederi ſolet, teſte S. Hiero. ita & eruditi Magiſtratus qualitatem rerum, perſonarum & temporum perpendere debent, quid in occurrentibus factorum ſpeciebus ex bono & æquo pronunciandum ſit, & rurſus Cic. pro Fonteio, in rebus iudicandis inquit, non minimam partem ad vnamquamque rem æſtimandam, momentoque ſuo ponderandam ſapientia iudicis tenet, nam cum omnia legibus nominatim comprehendi nequeant, conſequitur multa religioni Iudicis relinquenda eſſe, qui ex æquo & bono probabilique naturalis rationis iudicio expenſis rei, de qua agitur, circumſtantijs ius dicet, ita vt primum intueatur legis ſcriptæ regulam, deinde eam accommodet præſenti negotio, cum certo delectu nempe, vt ſequatur æquiſſimum & rei propoſitæ conuenientiſſimum, & vbi principaliter ius ſcriptum non loquitur, probet conſentaneam ſcriptis legibus rationem potius, quàm alienam quandam ſummi iuris regulam, circa quod proprie verſatur illa ars boni & æqui, ſicuti Cic. *in officijs* duo tantum, vniuerſi iuris ciuilis genera demonſtrans vnum in cognitione, ſcilicet, vt Iudex perſpectam habeat cauſam & eiuſdem circumſtantias, alterum in interpretatione, conſiſtere dicit, hoc genus verſatur circa ius incertum & controuerſum, quod latens æquum & bonum dicitur, latet illud in negotijs quotidiè emergentibus.

6. Similis hodie eſt caſus in facto, dum Titius acceptis multis ſeruitijs à nepte ſua Caia, eidem, dũ viduo deſponſatur, pulcherrimas veſtes emit, magnoſque apparatus in nuptijs curauit, & pretium exſoluit, qua poſt aliquos annos defuncta, omnia expoſita à dicto viduo repoſcit, excipiente prædicta ab ipſo non fuiſſe petita, rem familiarem non eſſe auctam, nec in vtilitatem ipſius quicquam inde verſum, potuiſſe ac voluiſſe, vtpote tunc viduum abſque illis matrimoniũ inire & conſummare, & conſequenter non eſſe æquum nec bonum illa ab ipſo repeti, argumento *l. at ſi quis §. hac actio ff. de Religioſ. & ſumptib. funerum* vbi probatur, quod actio funeraria ex æquo & bono oriatur, æquitas ex dignitate eius qui funeratus eſt, ex cauſa & non ex tempore dijudicatur, bonum ex rebus impenſis. Quippe dicit Petrus Vanderanus *de priuilegio Credit. cap. 3. col. 5.* non plus imputandum eſt ſumptus nomine, quam factum eſt, ſi modicè factum eſt, debet namque haberi ratio facultatum & conditio eius, in quem impenſum eſt, & ipſius rei, quæ vltra modum ſine cauſa cõſumitur, vt latius ibi, iunctis notatis DD. *in l. fin C. de negotiis geſtis* ita vt videatur hæc controuerſa ex æquitate determinanda, quippe multa quæ ſubtili obſeruatione cauta ſunt, turbauit emergentium cauſarum varietas vt pulchre dicit Iuſtin. *in Nouel. 49. in pr.* quia lex ea tantum, quæ ad quæſtionem infinitam pertinent complexa, quæſtiones finitas æquitati congruentes ex locis, temporibus & perſonis ſæpe non attingit, non mirum igitur ſi propter emergentes caſus quandoq; liceat leges transgredi Borell. *in ſumma deciſionum lib. 1. tit. 13 num. 64.* perplurima arbitrio Magiſtratus reſeruat legislator, in quibus vult poſſe à legis ſcripto, vbi ſcilicet ea occurrit ſpecies, quæ æquitate ſua legis ſanctione eſt potentior, abire vel recedere, cum enim omnia, vt eſt rerum varietas, lege

deſcribi

Digitized by Google

deſcribi nequeant, ſed multa occurrant negotia, quæ niſi ad communem illam rationem legum relata, non poſſint definiri ſat commode, id æquitas efficit, vt prætermittatur quandoque illud, quod lege ſcripta eſt conſtitutum & retineatur quod ratio communis præſcribit.

Nam neque decipitur ratio nec decipit vnquam.

Ideo verba ad idquod rationis eſt, reſtringi debent *Raudenſ. de anal. cap.* 4. *nu.* 18. ſicuti & in ijs, quæ ad mores pertinent ſiue ad actus hominum nihil ad punctum redigitur ſed ciuiliter ex æquo & bono intelliguntur, vt exemplificat idem Zaſ. *in l. poſſideri* §. *in amittenda num.* 7. *ff. de acq. poſſ.* vbi de verbis inſtantaneis, quæ ad præſens intelliguntur, ſæpe tamen veniunt cum interuallo temporis, vt ſi Princeps iubeat vt viſis litteris venias, intelligitur vt prius prandeas & te prępares ad iter, vt veſtimenta pares, &c. videas etiam Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 41. *nu.* 43. *& ſeqq.* quod DD. poſſint interpretari leges, & qualis illa ſit & cuius effectus & Ferd. de Caſtro *de virt. & vitiis, tr. de ceſſat. & interpretatione legum diſp.* 5 *punc.* 3. §. 1. *&* 2. *& ſuperius ca.* 2 *& de adminiſtratione iuſtitiæ ti.* 1. aliqua notabilia de interpretatione *in Grotio de iure belli lib.* 2. *cap.* 16. Mantica *de tacitis & ambiguis lib.* 1. *tit.* 16. vbi quid ſit interpretatio, in quot ſpecies diſtinguatur, quæ dicatur declaratiua, extenſiua, reſtrictiua, tacita & expreſſa, *& tit. ſeq.* 17. qualis in ambiguis fieri debeat interpretatio, & aliqua notabilia de æquitate, iunctis traditis per Reinkingh *de regimine ſæculari & Eccleſiaſt. lib.* 2. *claſſe.* 2. quod iuris interpretatio triplex ſit, authentica, vſualis, & doctrinalis Franciſcus Suarez *de legibus lib* 6. *cap.* 1. prima ſit authoritate ipſius legislatoris, altera ex vſu, obſeruantia, & cõſuetudine, vnde quotidie in praxi dicitur, conſuetudo eſt optima legum interpres, *l. ſi de interpretatione ibi DD. ff. de legibus* tertia eſt, quę per ipſos Iuriſconſultos ex ipſa arte & doctrina eſt eruta, hãc licitam eſſe dicit Reinkingh, quatenus ex ipſis legum hauriatur fontibus, in qua interpretatione potiſſimum veniunt attendenda verba legislatoris, mens & ratio finalis, vbi dat quaſdam regulas circa interpretationem, an ab illa argumentum deſumi poſſit, Zaſ. *in l.* 11. §. *appellata ff. ſi cert. petat.* multa docta de legis interpretatione Ferdinand. de Caſtro, *tr. de virt. & vitijs* 3. *de ceſſation. & interpret. legis q.* 5. *punct.* 3. §. 1. *& ſeq.* alias quoque quæ interpretatio ſumenda ſit, docet Wilhel. Anto. *de morator. reſcript. tit.* 9. *concl.* 55. *num.* 7. *& ſeqq.* videlicet quæ plurimum habet æquitatis, & à diſcretione naturali inſinuatur, quæ procul eſt ab abſurdo, quæ à ſapientibus non reprehenditur, quæ eſt fortior, plenior & vberior, quæ pariformiter omnibus conuenit, quæ minus præiudicialis eſt, quæ æqualitatem ſeruat, quæ in veriſimiliorem partem inclinat, & denique quæ vtrique caſui & parti ſatisfacit & conſulit.

CAPVT VIII.

De clauſula ex æquo & bono, arbitrio tuo procedas, ius iuſtitiamq; facias, de facto ſine figura & ſtrepitu iudicij, &c.

DE æquo & bono & quid ſit, ſuperius dictum fuit, & DD. in locis alleg. quibus adde Alciat. *lib.* 1. *parerg. cap.* 30. & nota quod ipſe Princeps non poteſt niſi ex magna cauſa, à Iure ſcripto recedere, prout Zaſ *in l. princeps num.* 12. *ff de legib.* teſtatur ſibi nunquam placuiſſe, quod Princeps poſſit tollere ius ciuile ſiue poſitiuum, quia iura diuinitus per ora Principum ſunt promulgata, 1.

Digitized by Google

mulgata, niſi quod ex cauſis in particulari poſſint tolli vel diſpenſari, quocirca Reſcripta Principum præſumuntur conceſſa, vt iuri & æquitati conueniant Menoch. *lib.* 2.*praſ.*9. & regulare eſt, quod actus ſine incommodo & citra iniuriam alterius interpretemur Riccius *p.*4 *collect.* 1010. *ibi illata*, & quomodo fiat interpretatio, vt non exaudiatur in tertij præiudicium, vide Crauet. *in conſ. pro genero num.* 50. *& ſeq. & conſ.* 963.*num.*23 *& ſeq.* adeo autem debet excludi alterius damnum, vt licet verba conceſſionis videantur importare liberum arbitrium, tamen, vbi de præiudicio tertij agitur, conceſſio iſta reducatur ad arbitrium boni viri, Nicol. Euerh. iun. *vol.* 1. *conſ.* 40. *num.* 53. arbitrium autem boni viri quomodo intelligatur & quod ſit duplex docet Cagnol. *in l. in perſonam §. generaliter num.*3. *&* 4.*ff. de reg. iur.* ibi & de illo quid iudicis officium pariat, & de officio Iudicis DD. & late Zaſius *in l. ius dicentis ff. de iuriſdictione* & de clauſula ius & iuſtitiam facias, vide eundem Menoch. *de arbitr. q.* 52. & Scacc. *inferius* allegatum, vnde cum quidam Iudex vigore Reſcripti Principis iuſſus ad inſtantiã Creditorum indilate facere iuſtitiam, ipſeque publice in abſentia (quomodo autem in abſentia procedendum ſit late Scaccia *de iudicijs lib* 1 *ca.*97.*per tot.* adde ſi placet Clarum *§. fin. q.*44. pulchre Wameſ. *cent.*1.*conſ.* 52.*num.* 7.) venderet viri memorati bona & libros, ego multis deduxi contra eundem, quod propter præcipitatam iniurioſam executionem cõueniri potuerit actione iniuriarum, Ant. Faber *in C. de execut. rei iud. defin.*8. 15. *&* 26. Mynſ. *decad.* 6. *reſponſ.* 52.*num.*3.*&* 5. Guid. Papa *deciſ.* 324. nec obſtat prætextus mandati, quia non excludit viam iuris Card. Tuſchus *lit. F. concl.* 422. Couar. 2. *var. reſol. cap.* 10. *nu.*2. *verſ. in ſumma* adde & Felin. *in cap Canonum ſtatuta num.*51. *& ſeqq. x. de conſtit.* nam verba commiſſionis intelliguntur prolata ſecundum ordinem iuris Wameſ. *cent.*1.*conſ.*30.*num.*1 *inf.* Menoch. *d. lo. adde q.* 8. vbi late de clauſula arbitrio tuo committimus, facias ex æquo & bono & ſimilibus, & Carotium *de except. contra præiud. ſent. excep.*125.*num.*21.*& ſeqq.* vbi docet, quod illæ clauſulæ, ſine vlla ſolemnitate, de facto, ſine ſtrepitu & figura iudicij, non ſeruato iuris ordine, tollant quidem ea, quæ reſpiciunt ordinem proceſſus, non autem ea, quæ reſpiciunt ius gentium vel modum decidendi, nec merita cauſæ, nec negotij veritatem, nec partis defenſionem, ſicuti & illæ clauſulæ, de plenitudine poteſtatis, motu proprio, certa ſcientia, tollunt nullitatis aut alterius vitij defectum adeoque omne obſtaculum, quod in eam rem fieri poſſit, non tamen defenſionem, vide & Mozzium *de contract. tit. de mandato & eius diuiſione num.* 59. & intelligitur ſeruato iuris ordine Wameſ. *ad ius Canon. conſ* 88.*num.*3. clauſula ſi quid exequendum exequaris, intelligitur quatenus executioni de iure locus eſt Riccius *p.* 4. *collect.* 954. adde Card. Tuſch. *lit. C. concl.* 317. *&* 366. *& ſeqq & lit. E. concl.*353. Viuium *deciſ.* 205. quod ampliatur, etiamſi dictum, omni correctione compellas debitores Maſcard. *de probat. conl* 696. *num.* 6. Meiſner. *lib.* 1. *deciſ. Cam. Imp.* 17. *num.* 7. quodque commiſſio in veritute habeat clauſulam prout de iure Barboſa *tract. de clauſ. vſufreq. clauſ.* 115. & Hypol. de Marſil. *ſing.* 328. late Iaſon. *in §. in bonæ fidei Inſtit. de actionib.* quod poteſtas procedendi ſecundum arbitrium, ſecundum tuam fidem, imo cum libera, reſtringatur ad ea, quæ ſunt de bono & æquo, vnde

Digitized by Google

vnde quantumcunque generaliter conceſſum debet reſtringi ad dictionem rationis Scaccia *de iudic.lib 1.cap.53.num.27.* confer ea quæ *num.ſeqq.* tradit, & rurſus Iaſon *num. 40. & ſeqq.* ſi alicui detur arbitrium, vt procedat, ſecundùm æquitatem non attento iuris rigore, vt procedat de facto ſecundùm veritatem vide ibi, nam regulare eſt, quod per arbitrium Iudicis, ad quod recurri ſolet, nihil aliud intelligatur, quam æquitas quædam præceptis iuris naturalis & ciuilis ſubnixa, iura & DD. allegat Mantica *de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 17. num. 24.* nec propter verba ex æquo & bono reiecta cenſetur allegatio iuridica, ſed cauilloſa, Maranta *in ſpecul. diſtinct. 9. num. 150.* quapropter quis audiri debet, aliàs congruit quod Seneca in Medea ait: Qui ſtatuit aliquid parte inaudita, æquum licet ſtatuerit, haud æquus erit, quod recte monuit Nicodemus relatus apud Ioannem *7. in fin.* nunquam lex noſtra iudicat hominem, niſi prius audiuerit ab ipſo, & agnouerit.

2. Vnde rectè Phocides dixit: Iudicium non fer, niſi ſint prius ambo locuti; quippe tum demum iuſtitia fieri dicitur, quando iuris ordine ſeruato proceditur & litigantes cauſæ ſuæ merita explicantes patienter audiuntur *l. Iudices, cum authent. ſeqq. Cod. de iudic. DD. in l. prolatam, Cod. de ſent. & interl.* neque enim cognoſci poteſt, niſi proceſſu pro modo cognitionis inſtructo Wameſius *cent. 1. conſ. 39. ſub num. 2.* (porro non laxamentum & veniam habent leges, inquit Liuius *lib. 3.* ſi modum exceſſeris) & cauſæ cognitione adhibita, de cuius requiſitis & neceſſitate vide Menoch. *de arbit. quæſt. 19.* Maſcard. *de probat. concl. 33. num. 50. & ſeq.* Vantium *de nullit. ex defectu proceſſus, num. 30. & ſeqq.* DD. *in l. Iudices, Cod. de iudic. cap. iudicantem 30. quæſt. 5. & cap. iudicet 3. quæſt. 7.* ad pœnitendum properat qui cito iudicat, in iudicando crimnoſa eſt celeritas Senec. *in Prouerb.* Idem, ſi iudicas, inquit, cognoſce, ſi regnas, iube.

Prædicta ſingulariter nota contra aliquos Iudices ſiue potius Harpyas, præſertim eos qui habent Cancellarias titulo oneroſo anhelantes ad lucrum non quid iuris, ſed quid quæſtus reſpiciunt, Scaccia *de indic. lib. 1. cap. 51. ſub num. 31.* & *lib. 1. de iudic. cap. 53. num. 24. & ſeqq.* vbi ex DD. & Menoch. *de arbitrio Iudic. lib. 1. quæſt. 6. 7. & 13.* arbitrium aliud eſſe regulatum, aliud liberum, Iudex cui datur arbitrium, poteſt ſummarie procedere, non tamen ſummarie definire *& num. 26.* impugnat illam diſtinctionem arbitrij, & dicit non eſſe differentiam in materia, nam Iudex qui habet liberum arbitrium ſequi tenetur ius naturale, gentium & æquitatem, idem autem eſt ſequi ius naturale gentium & æquitatem, & eſſe ſolutum à ſolemnitatibus iuris poſitiui, imo & clauſula extra ius vel de facto in ſe ſuſcepta defenſio, ex iure communi & ex æquo & bono accipit interpretationem Beſoldus *in Theſaur. pract. lit. A. verbo* Auſſerhalb ꝛc. *num. 112.* vbi & quod promiſſio de euictione ſuper eo, quæ fit per iniuſtitiam, promittens non teneatur ob ſententiam iniuſtam à Superiore latam, factum enim Superioris reputatur pro caſu fortuito, quod modo in facto eſt, vbi ad importunam inſtantiam alicuius, equos emptos reſtitui iuſſit, *vide parte 2. de quæſt.* & Beſoldum *lit. N. verbo* Nach ſeiner Verſtändtnuß ꝛc. quod clauſula ſecundum veſtram prudentiam quoad arbitros intelli- 3.

Ii gitur

gitur de prudentia rationi ſubnixa: An autem ab ijs, quæ conſcientiæ relinquuntur, detur appellatio, licet hoc multi negent, apud Tiraq. *de retract. Ling.* §. *4. gloſſ. 1. ad verbum il ſera, num. 11.* tamen ibi Rota in contrarium allegatur, exornatur & limitatur in Carotio *de exceptionibus contra praiudic. ſentent. except. 44. num. 164. & ſeqq.*

4. Et verba, quod exinde viſum fuerit, arbitrium boni viri important, & non liberam voluntatem, Barboſa *in cap. Cum de tua, num. 3. x. de corpore vitiatis,* & de arbitrio boni viri agit Tepatus *in Compendio deciſionum, tit. 78.* & quis dicatur vir bonus tradit Additionator ad Gomeſium *lib. 3. variar. reſolut. cap. 6.* iunctis traditis per Bart. *lib. 1. conſ. 172. incip. Dubia occurrentia.* ſed diuerſas eſſe & non importare boni viri arbitrium haſce clauſulas, vt viſum fuerit, vt libuerit, faciatis ſecundùm voluntatem veſtram, tradit Borellus *in Summa deciſionum lib. 2. tit. 33. num. 516. & ſeqq.* vbi quoque vult non dari appellationem, ſicuti nec à ſententia Iudicis, cuius cõſcientiæ cauſa commiſſa, quod tamen aliquot modis declarat, & inter cætera quoad executores, quorum conſcientiæ, diſtributio inter pauperes facienda, relicta eſt, quod eo nõ obſtante rationem reddere debeant, item quod illi, quibus cauſa ita commiſſa fuit, parte petente debeant iurare ſecundùm ſuam conſcientiam iudicaſſe, & ibi quid ſit conſcientiã, de quo tamen vide *infra tit. ſeq. cap. 12.* & aliqua apud Carotium *d. tract. except. 125. num. 134. & ſeqq.* ſi arbiter debeat iudicare ſecundùm ſuam conſcientiam, non requiritur citatio, pro qua opinione multi ibi allegantur DD. ſed Alex. *conſ. 218. volum. 2.* concordat opiniones, ſi exprimitur id, quod tacitè inerat, tunc non requiritur citatio, aliàs ſecus, vel vt declaratur, procedit negatiua in extraiudicialibus ſecus in iudicialibus, item vt negatiua procedat in ijs, quæ ſunt modici præiudicij, ſecus alias vbi de graui præiudicio agitur, & ita tradit tenere Rotam, & rurſus declaratur per eundem, ſi verbum conſcientia proferatur, tunc ait non requiri citationem, ſecus ſi proferatur cum verbo denotante arbitrium boni viri, & dicitur quod committitur ſub onere conſcientiæ, videatur commiſſum ad veritatem, & ſatis ſit, quòd ſit munita à iure gentium, vnde ſi quid alicui diſtribuendum committitur ſecretò, quòd nulli teneatur rationem reddere, ſuper quo haud pridem fui conſultus in caſu, vbi hæredes defuncti, tali commiſſione non obſtante poſt 20. annos rationes deſuper requirebant. An autem Princeps committens executionem etiam cognitionem cõmittere cenſeatur, vide Salicet. *in l. & ſi non cognita num. 4. Cod. ſi contra ius vel vtilitatem publi.* diſtinctè Felin. *in cap. cum de cætero, x. de ſent. & re iudic.* & ibi de clauſula vocatis vocandis, & latè Andreas ab Exe. *tract. de pact. parte 3. num. 291. & ſeqq. & num. 305. & ſeqq.* vbi ſi Princeps mandauerit, vt ſecundùm æquitatem procedatur, an hæc poteſtas tam deciſionem cauſæ, quàm ordinationem proceſſus reſpiciat, ibi an inter mercatores ex nudo pacto detur actio, quicquid ille diſputet, affirmatiua in foro inter mercatores ſeruatur, vidi tamen accuratè diſputari contra defectum cauſæ obligationis & meritò, de quo alibi, interim vide Caualcanum *parte 2. deciſ. 27. num. 64. & 65.* vbi quando in ſcriptura & contractu dicatur cauſa adeſſe, quem adhoc nota.

Præ-

Digitized by Google

5. Præterea notent illi, qui quandoque cauſas determinare & partes componere volunt ex bono & æquo, cuius ignorantes ipſi ſæpe contra leges, vel quod illi rigorem vocant, cauſas decidunt, qui ex imperitia contra ius ſcriptum, æquitates quaſdam ex capite ſuo confingunt dicentes, eſſe quæſtiones de æquo & bono, in quo genere plerumque ſub authoritate iuris pernicioſe erratur Sarmient. *præced. cap. allegatus.* Ignorantia Iudicis, inquit S. Auguſtinus *de Ciuitate Dei, cap. 7.* plerumque eſt calamitas innocentis, quemadmodum etam memini me audiuiſſe à Dominis Conſiliarijs Cliuenſibus, quòd ſi in cauſis compromiſſis ius dicerent, ſe eaſdem ſecundùm leges, vel veram iuris & æqui rationem determinare, ſane igitur intelligas quod docet Iaſon *in §. quædam, num. 11. inſtit. de actionib.* quod pro bono pacis poſſit de iure vnius partis alteri date, quia intelligerem vbi partium iura obſcura ſunt, vel quandoque in caſibus, in quibus partes ad compoſitionem compelli poſſunt, quod tamen regulariter fieri non poteſt, nec debet, an & qui Iudices & in quibus caſibus partes ad compoſitionem cogere poſſint, vide Carpzo. *p. 1. Conſtit. Saxon. 1. defin. 11.* quando autem Iudex ex officio vel etiam ad inſtantiam partis extraiudicialiter procedit, ex mera æquitate, tunc appellamus illud officium Iudicis nobile, iuxta communem opinionem Zaſius *in l. ius dicentis, num. 8. & ſeq. ff. de iuriſdict.* adde Mindan. *de mandat. lib. 2. cap. 58. num. 5.* cæterum an datum arbitrium in cognoſcendo, datum etiam cenſeatur in diffiniendo, ſubtiliter explicat Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 37.*

CAPVT IX.

De Oppoſitis Æquitati, nempe de ſummo Iuris rigore, ſubtilitate, & apicibus Iuris, & ſtricto Iure.

QVamuis Caſtrenſ. cap. 1. allegatus dicat, rigorem eſſe æquitatis oppoſitum, tamen puto eum intelligendum, vt non de immediatè oppoſitis, ſed de oppoſitis reſpectu effectus loquatur, vt quando Imperator diuidit opponendo quaſdam actiones bonę fidei eſſe, quaſdam ſtricti Iuris, qualis diuiſio ab oppoſitis conſiderato effectu valida eſt Zaſius *in §. actionum, n. 2. & 3. inſt. de act.* quemadmodum enim oppoſitorum oppoſitæ ſunt cauſæ, ita & effectus oppoſiti, neque inuſitatum eſt in iure noſtro diuidere ſubiectum per accidentia, vt quando diuidimus Teſtamentum in ſcriptis & ſine ſcriptis, quod nuncupatiuum vocamus, furtum manifeſtum & non manifeſtum, & ſimilia, hæ ſunt ſpecies diuerſæ, & ita quando dicimus actiones eſſe bonæ fidei & ſtricti Iuris, oportet vt concedamus illud ipſum intelligi de actionibus iam exiſtentibus, & conſequenter diuiſioné illam addere tantum quandam qualitatem vel notam, & non inferre differentiam ſubſtantialem, pulchrè Valaſc. *de Iure Emphyt. quæſt. 5. n. 2. & ſeq.* quod rigor & æquitas quoad iuſtitiam non ſint contraria, ſed altera alterius moderatrix, & ſuaue temperamentum ex ratione ipſius legis deductum, ergo nullatenus è diametro oppoſita, & dicit ita differre contractus bonæ fidei & ſtricti Iuris, quod in illis feratur Iudicium ſecundum iuſtitiam æquitatis, quam æquum & bonum appellamus, in contractibus verò ſtricti Iuris, fertur iudicium ſecundum merũ Iuris rigorem, & verborum conceptionem, 1.

Ii 2 nulla

nulla habita ratione æquitatis aut alterius extrinſecæ rationis Couarr. *in cap. poſſeſſor 2.p. §. 6. num. 2.* & ſic in iſta materia accipi bonam fidem & ſtrictum ius, vide ad eum & Barboſam *in cap. bona fides, x. depoſiti, num. 4.* vbi & bona fides accipitur, non in ea ſignificatione ſolùm, quæ eſt contraria malæ fidei vel dolo, ſed pro conſcientia & bona æquitate, & iuſtitia diſtincta à rigore & ſtricta verborum ſignificatione, quemadmodum vides ius ciuile appellari ſtrictum ius, reſpectu iuris prætorij, cui quandoque opponitur, vt qui mero iure obligabatur, ſuadente æquitate, auxilio & beneficio Prætoris tutus eſſet, Coraſ. *in l. ſeruitutes, num. 26. ff. de ſeruit.* Quid enim aliud eſt reſtituere in integrum, quàm laxare iuris ſcripti rigorem.

2. Verum enimuero ſaluando opiniones aliquorum meo iudicio, non male diceretur ſummum ius & rigorem iuris eſſe oppoſitum æquitati, in ijs caſibus, in quibus ſummum ius locum habet, vt infra ex Linglois, vel ſi DD. accipias de rigore iuris vel ſtricto iure, quatenus illud adhæret verbis à mente legis alienum, quid enim ſi calumniatus alium in iudicio alleget pro ſe titulum Cod. *vt nemo inuitus agere vel accuſare tenetur*, in eum finem, vt pro ſuo libitu ab accuſatione deſiſtere queat, quid ſi quis promiſit tibi nullam vim inferre, & vt promiſſioni ſatisfeciſſe videatur, corpus & bona tua non lædit, certè hæc promiſſio ſi non porrigatur ad Decretum diui Marci *in l. quod extat, ff. quod metus cauſa*, ex ſummo iure ſummam effeceris iniuriam, cùm hoc modo fraus fiat legi, hoc eſt, cùm ſaluis verbis legis ſententia eius circumuenitur, detorquendo eam ad impertinentia, aut ratione Sophiſtica eludendo, vel etiam quando leges ſcriptæ nimis ſeuerè, ac ſine vllo temperamento trahuntur per interpretationem ad caſus ſimiles, in quibus tamen ratione circumſtantiarum eſt aliqua diſſimilitudo, aut in caſu, de quo loquimur, nimis durus ſenſus extorquetur, vnde Cicero *in offic.* exiſtunt etiam, inquit, ſæpe iniuriæ calumnia quadam in nimis callida iuris interpretatione, vide *tradita inferiùs* de ſubtilitate, certè in ijs, quæ ad rigorem iuris introducta ſunt, ne quidem Ruſticitati parcitur, vt exemplificat Choppinus *de re ruſtica lib. 1. cap 5. num. 2.* Tiraquell. *de pœn. temp. cauſ. 11. num. 18.* quamplurimos DD. allegat.

Sæpiſſimè verò audiui alios viuis rationibus & textibus conuictos dicentes, hoc verum eſſe de ſummo iure, illam autem, quam illi ſuſtinebant opinionem, de æquo & bono procedere, hoc eſt, quod Specul. *in proœm. operis ſub num. 24.* refert, quod quidam ſub quadam iuſtitiæ ſpecie fucatis quibuſdam conquiſitis adinuentionibus ipſam æquitatem obruere ſtudent, *cap. ita 11. quæſt. 3.* cùm tamen prouerbium, ſummum ius ſumma iniuria, intelligi debeat de iure nimis ſtricto & ſubtili, alioquin eſſe non poſſet, vt idem eſſet ius & iniuria, niſi dicamus, quod aliud ſit ius & aliud ſummum ius, illa enim qualitas, quæ adijcitur, alterat nomen iuris, ita vt verum ſit dicere, quod ius eſt ius, ſed ſummum ius non eſt ius, & ſic nimis iuſtus non eſt iuſtus, iſta enim qualitas ſummi egreditur limites iuris, & ad extremum declinans in vitium cadit, nam omne extremum vitioſum eſt, vel non poſſunt dici iuſta, inquit Caſſiodorus 3.

9. epiſt. 16. quæ nimia ſunt, vel ſic illud Terentij, ſummum ius ſumma iniuria, dicitur procedere, quando callida iuris interpretatione videtur id eſſe ius, cùm tamen aperta ſit iniuria, vt latiùs Theſaurus *in præfat. deciſ. ad verb. iuſtus*, & ex Eraſmo veræ iuſtitiæ ſymbolum eſt, dimidium plus toto, & vt Mimus dicit, apprimè in vita eſt vtile, vt ne quid nimis, vera quippe virtus, vt ait Lucas de Pen. *l. 2. n. 10. C. de tabula, &c.* non pars virtutis, ſed tota virtus eſt, contraria verò iniuſtitia, non eſt pars iniuſtitiæ, ſed tota malitia, vt dicitur *Eth. 5.* & hoc eſt, ſummum ius ſumma iniuria, hinc in ſacris literis præcipitur, ne quis ſit nimis iuſtus, nam nimis iuſtus perit in iuſtitia ſua, pulchrè S. Aug. *de vera relig.* nimia, inquit, iuſtitia incurrit peccatum, temperata iuſtitia facit perfectos, falſitudinem correctionis amor Chriſti temperet, & dilectionem proximi Sol iuſtitiæ condiat, ita vt Damhaud. *in prax. crim. cap. 159. ſub n. 10.* dicat, quod Dionyſius Areopagita videri poſſit ex Iudicibus Areopagi propter æquitatē à Deo electus, vt ex infideli fidelis, ex Iudice ſæculari Iudex ſpiritualis, ex prophano Magiſtratu ſacer fieret, & Epiſcopus Athenienſium, vbi & *nu. 11.* exornatur, quàm grata & accepta ſit Deo ipſa æquitas, & quàm honoratos reddat Iudices, & *num. 12.* quod minus delinquatur in lenitate, quam in rigore, illi mederi licet, huic nequaquam, rectè igitur S. Hieron. *in Eccleſ.* plus iuſtum eſſe, quam iuſtum eſt, inhumana iuſtitia eſt, & ruſus Lucas de Penna *in l. 1. ſub n. 15. & ſeq. Cod. de Conleat.* ait, ſuperabundantia & defectus corrumpunt, medium autem ſaluat, vti in qualibet honeſta cauſa, nimietas eſt arguenda, *cap. origo 32. q. 4.* & dicit Bartol. *q. 19. ſub num. 4.* quod vni extremorum accedit, ab alio recedit, atque ita, ſi quid recedit à iuſtitia, non poteſt eſſe niſi iniuſtum.

Belliſſimè S. Hieron. *aduerſus Pelagian. lib. 3.* vicina ſunt vitia virtutibus, vt ſi paululum declinaueris, aut errandum tibi ſit, aut in præceps cadendum, hinc rectè vulgò dicitur, zu wenig oder zu viel verſchertzt oder verdirbt alle Spiel. Sic inter Delphica Oracula refertur illud, Ne quid nimis, Platone teſte, nec poſſunt dici iuſta, quæ nimia ſunt, Caſſiod. *lib. 9. var. epiſt. 16.* & peruulgatum, 4.

medium tenuere beati.

Et:

Medio tutiſſimus ibis,

Media via, inquit Liuius *lib. 9.* quæ neque amicos parat, neque inimicos tollit,

Item Poëta:

Dimidium toto, ſummis mediocria præſtant.
Hinc non ſumma mihi, ſed moderata placent.

Nec non:

Infima ſpreta iacent, fortuna obnoxia ſumma,
Quæ medio ſita ſunt, firma manere ſolent.

Et rurſus:

In medio conſiſtit virtus.

Quod apud Gellium dicitur, dimidium plus eſſe toto, pulchrè quoque Seneca *epiſt. 75.* nunquam, ait, immodica durarunt, niſi illa moderatrix ratio compeſcuit, non otioſè ergo à Sopatro apud Stobæum pronunciatum eſt, quæ vltra æquitatis ſepta tranſiliunt, ne quidem beneficia dici debere, ea verò, quæ cum æquitate coniuncta ſunt, neminem reijcere oportere, vnde in re dubia non ſolum iuſtius, ſed etiam tutius eſt declinare à ſummo iure in partem benigniorem, quia pars benignior affinis eſt æquitati, Valer. Max. *lib. 6. cap. 5.* in recondita iuſtitia, inquit, propendendum eſt ad rationem æqui, mediocritatis enim optimum eſt temperamentum, Zaſius *in parat.*

de offic.proconſ. nu.13. quemadmodum mediocritatem, quæ ab Homero demonſtrata fuit, maximopere extulerunt Peripatetici, rectum igitur conſilium Senecæ *in Hercule Oeteo* de mediocritate non deſeréda, quam qui deſerunt, plerumque malos habent exitus, tutiſſima namque per medium via, quia vtriuſq; vltimum vitium eſt, Fab. *lib.11.* moderata autem durant.

5. Terent. verò *in Donato* definit ius, quod omnia recta & inflexibilia exigit, ęquitas vero ſit quę ex iure multũ remittit, vnde leges ſurdæ & inexorabiles à ſapientibus dictæ, hinc quoque æquitas cauta, benigna & circumſpecta ab Ariſtotele aſſimulatur Leſbiæ regulæ, quæ plumbea pro arbitratu flexibilis quæque ad ſtructuras, vti cogit neceſſitas, inflectitur, ſeſeq; accommodat, è contra ius non Leſbijs, non plumbeis regulis comparatur, vel vt putat ſaluari illud Terentianum Linglois *in 50. deciſ. Iuſtin. C. de verb.ſign. deſ.34.q.2.n.63.* poſſe verificari in eo, quod Principi placuit legis habere vigorem, §. *ſed quid & Principi, inſtit. de iur.gent. & ciuil.* quem textum intelligit Crauett. *conſ. 296. in fin.* de plenitudine poteſtatis, vbi & an relicti vel legati commutatio per ſummum Principem fieri poſſit, ſed licet Princeps dicatur legibus ſolutus, non tamen eſt abſolutus à Iuſtitia, immo tanto plus ei Iuſtitia eſt neceſſaria, quanto altior eſt ſuæ Eminentiæ celſitudo, quia ſæua eſt Iniuſtitia quæ habet arma, vt ex alijs refert Zaſius *in l.Princeps, num.16. ff.de legibus*, adde eundem *ad titul. de origine iuris, verb. Magiſtratus, num.13. & ſeqq.* vbi &, quod Princeps teneatur ex ſuis contractibus, immo & ciuiliter obligatur, vt ex alijs tradit, & de quotidiana praxi atteſtatur Ioann. Baptiſta Fragoſus *de regimine Reipubl. Chriſtiana, lib.1. diſp.2. §.1.* hinc fortè decidi poterat illa quæſtio Bruxellis in Brabantia quondam controuerſa, dum nepos cuiuſdam Ciuis cum inuictiſſimo Carolo V. Imperatore & Principe Belgij alijsque ſagittantis & ſignum bina vice attingentis prætendebat ſe & Auum & Patrem nobiles habuiſſe, ex eo quod attingenti metam ſiue poſitum ſignum Carolus V. dixerat, Gy ſolt wael ein Edlen Vaeß ſeyn / hoc eſt, eris nobilis vir, & poſtea ſagittando ipſum ſignum attingentis, humeris percuſſis dixit, Gy ſeyt ein Edlen Vaeß, nam licet quis non videatur obligari ex verbis, quæ honoris cauſa proferuntur propter adducta à Magero *de aduocatia armata, cap.9.num.190. & ſeqq.* Zaſius *in l. dedi tibi, §.ſi liber homo, nu.11.ff.de cond.cauſ.dat.* neque ex iactatorijs, adulatorijs, atque ad complacentiam dictis, Iaſon *in l.1. §.ſi quis ita, num.11. ff.de verb. oblig. & in l.cum quid, ff.ſi cert.petat.* Pariſ. *conſ.89.num.10.lib.2.* ſic & verba perſuſorie & temere prolata non obligare docet Scaccia *de commerc. & cambio, §.7.gl.2. num.81.* accedit, quod verba reuerentialia curialitatis, honoriſq; magis cenſentur adulatoria, quam obligatoria, Beſoldus *in theſauro practico, lit.H. verb.* gnädige Herren/ tamen quia Principis facta ſunt pleniſſime interpretanda, & nemo poteſt dicere, Cur ita facis? *cap. quamuis de pœnit. diſtinct. 3.* neque iactitaria, neque adulatoria, ſed ſeria locutus cenſetur, iuxta illud Poëtæ:

Non decet in labijs verſari lubrica Regum.

Prædicta exornantur per ea, quæ tradit Heringius *de fideiuſſion.cap.27.par.1.n.296 & ſeqq.* vbi & aliud refertur de eodem Imperatore dicente, fidem rerum promiſſarum etſi toto mundo exulet, tamen apud Imperatorem conſiſtere oportere, iuxta cap. 6.

à no-

à nobis de teſtib. prædictus Nepos per ſententiam obtinuit, non obſtante quod Pater & Auus propter defectum mediorum ſe pro nobilibus non geſſerint, adde Ant. Fabrum *in C. de dign. def. 7.* in caſibus occurrentibus, de fide præſertim per Principem ſeruanda, omnino conſulas Peguer. *deciſ. 39. per tot.* vbi hoc ipſum varijs & pulcherrimis hiſtorijs & documentis moralibus exornat & oſtendit quomodo puniti fuerint, qui fidem promiſſam non ſeruarunt, & *num. 14. in fin.* ex dictis S. Aug. *in Soliloq.* exclamat, Heu fides iam perijt, fides ablata eſt, fides nunquã tuta, quia nulla eſt, & aliqua in Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 53. num. 30. & ſeqq. cum illatis,* immo ad propoſitum plus ex alijs refert Beſol. *in theſaur. pract. lit. L. verb.* Lehen. *in conſilio ſubiuncto, verſ. & quoque ſummorum Principum facta pro lege habentur,* ſic cùm Comitem Egmondanum, Philippus Hiſpaniæ Rex ſerentem ſecum de rebus grauibus colloquia, pileo impoſito caput operire iuſſiſſet, propter argumentum illius honoris Principis dignitatem fuit iudicatus ſententia accepiſſe, & rurſus *in verb.* conſtat autem quidquid Imperator vel de plano fuerit interlocutus, illud adeo firmum eſſe, vt etiam pro lege haberi debeat, vbi & de contractibus quam ſtrictè inde obligetur, adeo vt velint DD. quod contractus Principis ſit potentior lege intenſiue, quodque Princeps teneatur ad factum ſui Anteceſſoris, etiamſi hæres eiuſdem non exiſtat, per DD. ibi allegatos, in multis exemplificatur à Cothmann. *volum. 2. reſp. 52. num. 231. & ſeqq.* de quo vide tamen Surdum *deciſ. 326. ibi & num. 8. & ſeqq.* quando ſucceſſor non teneatur, & quomodo teneatur, adde Menoch. *de arbitr. quæſt. 15. lib. 1.* Viuium *deciſ. 141.* an ad debita teneatur, Farinac. *p. 1. deciſ. 705.* de quibus vide Magerum *de aduocatia armata cap. 16. num. 816. & plurimis ſeqq.* & DD. ibi allegatos: Succeſſor autem ex beneficio maioratus, ad quæ debita teneatur Gratianus *lib. 1. diſceptat. forenſ. cap. 94.* adde Cardinal. Tuſch. dignitati vel officio quando quid dicatur remiſſum vel potius perſonæ, *concl. 434.* Sicuti & beneplacitum morte extinguitur, vide caſus deciſos apud Riccium *p. 3. Collect. 510.* limitatos, ſi conceſſum fuerit ſub commemoratione dignitatis, & Maſcardum *de probat. concl. 188.* vbi late de beneplacito & precario.

Sic haud pridem fui conſultus in graui 7. cauſa precarij, an illud quod fuerat conceſſum; ſit precarium, de quo loquitur *tit. ff. de precario,* vel precarium vti contractus, quod non poteſt ſemper reuocari *cap. fin. x. de precario* ibi vide Axel & omnino Aluarum Valaſc. *de Iure Emphyt. q. 34. per tot.* & differentiam inter precarium & precariam apud Andr. ab Exe. *tr. de pact. p. 3. n. 508.* alias & Werner. *in pract. obſer. lit. H. verb.* Herren Gnadt; *verb.* Vergünſtigung, precarium importat, vide Cothman. *vol. 4. reſp. 1. n. 54.* vnde cum nuper eſſet controuerſia ratione verborum, in inueſtitura repertorum, Auß Gnaden außgeben, hoc eſt, ex gratia cõceſſit, Abbatiſſa quædã ſuſtinebat, mortuo illo, cui bona conceſſerat, ad ſe omnimodo eſſe & fuiſſe reuerſa, ego tamen, præter notabilem doctrinam Raudenſ. *de Analog. cap. 15. n. 55. & ſeq.* vbi principaliter de reſcriptis, Priuilegijs, beneficijs & conceſſionibus, quomodo extendantur & ad ſucceſſores, adde tradita à Magero, *de aduocat. armata, cap. 9. num. 373. & ſeq.* vbi pro & contra arguitur, an pacta aduocatiæ temporalia vel perpetua cenſeantur, & rurſus *cap. 16. num. 316.*

Digitized by Google

316.& ſeqq. vbi de aduocatia, conceſſione, officio ad beneplacitum, & allegatur Capicius *deciſ.136.num.4.* ratio quare conceſſio ad beneplacitum Regis, non extinguatur morte Regis *& n.319.* allegat Magerus de beneplacito ſcribentes, & DD. pro & contra allegantur in Klock *de contribut. cap.16. num.123. & ſeq.* an priuilegium conceſſum ad beneplacitum *num. 148.* dicunt priuilegia in contractum tranſire, in quibus aliqua obligatio reciproca ſeu compenſatiua interuenit, qualia reuocari non poſſunt, ad libitum per Principem, & negatiuam defendit, quam ex vſu ſeruari, videtur teſtari Gail. *2. obſer.60. n.15. in fin.* vide tamen ibi apud Klock *& n.75. & ſeq.* an priuilegium cenſeatur reale vel perſonale. Menoch. *3. præſ. 103. & lib.6. præſ. 40.* ipſe aliquot coniecturas allegat, in priori caſu reſpondi eiuſmodi verba ex more vt plurimum adijci, atque etiam in contractibus Principum poni Beſold. *in Theſaur. pract. d. loc. verb.* Vnnd weil ſolche/ quæſtione ſecunda, ibi & verſ. & porro reſeruatio & *ſeq* quod verba intelligantur ſecundum naturam actus, cui adijciuntur & reſtringantur, etiam in actu iurato, hinc meritò iuxta naturam bonorum, de quibus alter reperiebatur inueſtitus, intelligi debuit, deinde concedebantur plures aliæ inueſtituræ, prima autem eſt Cynoſura, & regula aliarum, cui derogari nō poteſt, Beſold. *in d. conſil.* quibus latius deductis in perſona hæredis, nouam inueſtituram obtinui; porro fuiſſet dubium, ſi vna tantum præceſſiſſet conceſſio; quia bona Eccleſiæ niſi dari ſolita in emphyteuſin, concedi non poſſunt, de quo alibi.

8. Ex prædictis quoque colligitur, quanta fuerit olim Principum affabilitas, quę quam neceſſaria ſit, oſtendit Ioan. Baptiſt. Fragoſ. *de Regimine Reipub. Chriſt. lib. 1. diſput. 1. §. 3. num.76. & ſeqq.* vbi & de illa Paupercula quam Philippus Macedonum Rex nolebat audire, dicente: Siquidem me non vis audire, deſine regnare; tu plene de abſoluta Principum poteſtate vide Beſold. *in diſſertatione Politia iuridica de Maieſtate, ſect. 1. cap. 7.* vbi apertè dicit, non aliud eſt mihi quærere, quid poſſit facere Princeps ex ſumma poteſtate, quàm quid faciat Princeps bonus, bonitatem verò, conſcientiam, modeſtiam, verecundiam, decentiam à Principis maieſtate aliena eſſe, nunquam dixerim, ibi contraria reſoluit, *& cap.8. ad verb. Samuelis lib.1. cap.8.* & *Pſal.51. & 9.* conſectaria ex illis deducta quæ Princeps non poſſit, vbi quoque diſcurrit, an ſoli Principi fides adhibeatur, &c. Ratio dubij, quia vnius teſtimonio res eſt peſſimi exempli. Valerius Max. *4. cap. 1.* vnde Parlamentum Pariſienſe, cum Rex Galliæ Henricus II. hominem quendam damnari iuſſiſſet, quod eum in crimine capitali deprehendiſſet, nec nomen & circumſtantias criminis promulgari vellet, reſpondit ſe iuratos eſſe, niſi ſceleris conuictum damnaturos neminem, ſicuti ſequitur contra diſſentientes & Gail. *2. obſer. 142. num.13. & ſeq.* Scaccia *de iudic. lib.1. cap.53. num. 32. & ſeqq.* quod Princeps ne quidem ius, iure ciuili quæſitum, auferre alicui poſſit, & ibi, an Princeps in præiudicium agnatorum poſſit fœminam ad feudum habilitare, vel etiam ſpurium legitimare, & quia lex debet eſſe rationalis & iuſta Chriſtinæus *vol.1. deciſ.9. num.3.* minus rectè extenditur *d.* §. ad abſolutam Principis poteſtatem legibus non ſubiectam, quam tempeſtatem potius dixeris, ideo dicit Linglois verificari illud Terent. *in l. quiſquis. C. ad L. Iuliam Maieſt.* ibi namq; dicitur, quod filij,

Digitized by Google

filij. qui nihil peccauerunt, deberent Paterno perire ſupplicio. cum tamen nemo pro alio corporaliter puniri poſſit, quidquid ſit quoad alia v. Guitierrez, *in quæſt. Can. lib. 2. cap. 30.* quemadmodum & ſatis durum vel etiam ſummum ius dici poſſe videtur illud edictum Coroli V. *de Anno* 1550. *datum Bruxel. 21 Aprilis* contra hæreticos reſipiſcentes & pœnitentes plectendos morte naturali, quod obſeruari debuiſſe dicit Damhaud. *in Enchrid parium aut ſimilium lit. H verb. hoſtes. in med.* cum tamen abiurans hæreſim ante ſententiam, euitet pœnam capitis, vti ex communi tradit Clarus *in comm. opini. in verb. abiurans* adde Zaſ. *lib. 1. conſ. 23. num. 4. & ſeq.* ſicuti & Hiſpani cũ nouis hæreticis, qui ſe Alumbrados appellarunt ſatis moderate egerunt Beſold. *in Theſau. pract. lit. K. verb.* Ketzer / *verſ. viciſsim Hiſpani & ſupra de clementia* dictum eſt, quod pœnitentes mitius puniendi ſint, niſi forte præfatum edictum de ſero pœnitentibus accipiatur vel de hæreticis manifeſtis, non facientibus publicam pœnitentiam, de qua Menoch. *de arbitr. li. 2. Caſ. 372. num. 2. & 13.* nam etiam corrigi paratus veritate comperta, non eſt computandus hæreticus D. Thom. 2. 2. *queſt. 11. artic. 2. & text. in cap. ducit. 24. queſt. 3.* neque pœnitentibus venia deneganda eſt, *cap. 5. in fin. 2. queſt. 3.* quo pertinet quod ſcriptum reliquit, Angel. Peruſ. *in l. 3. ff. quod quiſque iuris*, in delicto inquit, concernente fidem Catholicam, eſt locus pœnitentiæ, eo quod nunquam Eccleſia claudat gremium redeunti *l. fin. §. ſed quia Cod. de ſumm. trinit.* quod & Ethnici infideles fecerunt, vt comprobat Coraſ. *libro 3. Miſcel. iuris ciuilis cap. 8.* ibi & de hæreticorum & Atheorum pœna.

10 Verum Wamel. *tom. 2. conſ. 388. nu. 6. & 7.* quemadmodum Princeps ceſſante neceſſitate, non debet hæreticum facere ſucceſſionis capacem, ita tamen ex neceſſitate Pacis per conuentionem publicam id facere poterit, nulla inquit iuſta eſt dubitatio, ibi & quomodo hæretico fides ſeruanda, ſit, quoad prius autem puto ſeruire illud, quod ſuperius de adminiſtratione Iuſtitiæ dictum eſt & alias hæreticus quando venia dignus Clarus *§. fin. quæſt 60. num. 21. & ſeqq.* Card. Thuſc. *lit H. concl.* 104. Zaſius *lib. 1 conſil.* 23. docet, quod hæreticus propter hæreſim vltimo ſupplicio affici non debeat, dum velit corrigi, niſi relapſus fuerit, inemendati namque ſeuerius puniendi, iuxta tradita *ſupra de Clement. cap. 5. & 7.* ſic & ea, quæ graſſari immodice cœperunt, plus pene, quam ſeuerè excidenda ſunt, vt Aurelius victor ſcripſit Albino, quod & confirmat Symmach. 11. 13. tantum denuò, inquit, legibus ſeueritatis addendum, quantum flagitia creuerunt.

§. 1.

De ſubtilitate.

Eodem modo puto accipi textum *in l. 91. ff. de verbor. obl.* 1. quod ſub Authoritate eiuſmodi ſubtilis iuris, quod nempe æquitati opponitur, ſæpe erretur, atque ideo is, qui nimis ſubtilizat, ſimilis dici poterit Araneæ, ad faciẽdum ſubtiles telas pro capiendis muſcis, ſeſe euiſceranti. quæ telæ tamen facile deſtruũtur, ſic nimium ſubtiliſans mentem euacuat ab omni vigore ſapientiæ & iuſtitiæ, ad inueniendum & cognoſcendum ſubtiles quæſtiones & vias ad decipiendum incautos, qui tamen à ſenſatis facile reprimuntur vel diuino

Digitized by Google

iudicio atteruntur, qui vti pueri in ſcholis dicunt, nodum in ſcirpo quærunt atque ipſam rem exactius, quam ſat eſt, excutiunt, quippe omnis nimietas in vitio eſt, ſic etiam vbi de bona fide agitur, non oportet de apicibus iuris diſputare *l.29.§.4 ff. mandati*, quippe contra rationem diſputandi hoc eſt, rigorem iuris, multa pro vtilitate communi recepta ſunt, *l.51. §. 2.ff. l. Aquil.* ſicuti & iuris ratio pro verborum proprietate & ſubtilitate accipitur Coraſ. *in l. nulla num.1.ff de ll.* docet autem Hering. *tr. de fide iuſſ. in præfat. ad lector.* quod contradicendi vitium ſtupidorum eſt, ſtudiumque vincẽdi, & affectata ſubtilitas errores profert, at ſolo errore caret ſimplex via Prudent. *contra Symmach.lib. 2.* vnde belliſſime exclamat Bald. vt ex eo refert Raudenſis *tr. de Anal. p. 4. in append.nu.*73. ô nimia ſubtilitas quare realitatem vulneras, haud abſimiliter Pontifex *in cap. ita corporis tui.* 11.*q.3.in verb. quia prævaricationem ſuam*, puta quæcunque iniuſta tegere argumentis ſuis. & ſub quadam iuſtitiæ ſpecie, fucatis quibuſdam exquiſitis adinuentionibus æquitatem obruere ſtuduerunt, quo caſu ſatis accommodate meo iudicio applicari & intelligi poteſt, illud vulgatũ ihe gelehrter / ihe verkehrter / hoc eſt, quo doctior eo peruerſior, nuſquam enim plus eſt iniuriæ quam vbi iuris plurimum, quemadmodum hoc vidi, dum aliqui logicam docentem nimium vſurpabant in iuris prudentia, quæ ſecundum Grot. eidem ancillari debet, alias verè dici poteſt, quod ſint Philoſophorum tendicula, quæ non tam vincula ſunt appellanda, quam Phantaſmata, id eſt, vmbræ quædam & imagines, quæ cito pereunt atque ſoluuntur, vt loquitur text. *in cap vino diſt.* 37. Luc. de pen. *in l. vniuerſæ, nu.6.in f & 7.C. de ſtudijs liber.* in quos puto quadrare illud Senec. *Epiſt. 95 ſub num.* 10. *& epiſt.1. lib.15.* dum inquit, docti poſtquam prodierunt boni deſierunt, ſimplex enim illa & aperta virtus in obſcuram & ſolertam ſcientiam verſa eſt, docemurque diſputare & non viuere. ita vt in diuerbium abierit, Juriſt böſer Chriſt/ nam plerumque ſub Authoritate iuris ſcientiæ pernitioſe errari poteſt, quod late explicat Nicol. Reuſner. *in Symbol. 26. claſſe 2.* & iuxta Menand. leges optimæ ſunt, ſed qui eas nimis acute inſpiciunt, fiunt ſycophantę, quemadmodum indies videmus rectiſſime dicta in legibus, Inſtrumentis, pactis & Conuentionibus, fœderibusque & contractibus mirifice deprauari, vti & Thraces pacti aliquot dierum inducias, ne cõtra pacta egiſſe viderẽtur, nocte populabantur Boëtiam, vt narrat Strabo, vide exemplum de Romanis, minime Romanis, vt dicit Liuius *lib.* 2. & apud Gell. *lib. 7. cap.* 18. eodem modo narrat Athenius Sphiculum, cum Rhodij hoc pacto, vt cum certo numero nauium, ipſis abire liceret. deditionem feciſſent, impoſuiſſe eos in nauem ſine remis & velis, ſimilia exempla & hiſtoriæ, & inter Chriſtianos notæ ſunt, vt vere dixerit Cic. 1. offic. exiſtunt etiam ſæpe iniuriæ, calumnia quadam & nimis callida iuris interpretatione, vide latius *in ipſo hoc cap.*

Prædicta itaque mirifice confirmant, & ex eis bene infertur illud axioma verum eſſe, ſummum ius, ſumma iniuria, in legem autem committere dicuntur, qui vigore legis, ſcrupuloſis & excogitatis aſtutijs, ipſi legi illudere geſtiunt, Mantica *de tacit. & ambig. lib 13. tit.37. num* 14. *&* 15. vbi qui in fraudem legis committant, ſed iuxta ſententiã Admodum Reuerendi atque Eximij 2.

P. Recto.

P.Recto. Ray.mihi tranſmiſſam, fruſtra de ſpeculatiuis multum arguit, quem Deus de ſcientia arguit, in alto altum non ſapere inquit S. Bernard. Deo chariſſimum, apud homines rariſſimum, cum ſimplicibus ſermocinatio eius, dicit ſcriptura, prouerb. *cap.3.verſ.32.* & Caſſiod. ſuper illud *Pſal. 13.* beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates inquit, ô ingenioſa ſimplicitas & mille tergiuerſationibus cautior puritas, manifeſtare delictum, illis non iudex ſed Aduocatus eſt Chriſtus, qui ſe propria Confeſſione damnarunt, *& text. iuris cano. in cap. indignum, diſt.* 39. indignum ait exiſtimo, vt verba cœleſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati, recte igitur Poëta.

Si Chriſtum diſcis ſatis eſt ſi cætera neſcis
Si Chriſtum neſcis, nihil eſt ſi cætera diſcis
Item:
Quid iuuat innumeros ſcire atq; reuoluere caſus,
Si fugienda facis, & facienda fugis.

3. Potior nobis ſit humilitas quam ſcientiæ ſublimitas: quippe argumenta ſophiſtica reprobantur, cum per ea, ſæpe viri eccleſiaſtici opprimantur, *cap. transferunt*, 24. *q.3.* exornatur à Specul *.lib.1.p.4.tit de exordiis aduocat.* §.6. *nu.* 21. non quod artes dialecticæ, iuriſtis quoque neceſſariæ, damnentur, Zaſ. *ad ff. tit. de orig. iur. ad verb. effectus, num. 3.* vel Philoſophia in iure noſtro reprobetur, ſed quod verã Philoſophiam, non ſimulatam affectemus, *l.1.§.1.ff. de Iuſt. & iur.* & hoc ipſo Philoſophia hæc diſtat à dialectica ſiue logica, quod dialectica accipiatur quaſi ſophiſtica, & quaſi in nudis verbis conſiſtat, ac quaſi doceat ſolum dicere & non facere, quemadmodum Philoſophia vera docet facere, maximum quippe officium ſapientiæ eſt & inditium, vt verbis opera concordent, Senec. *epiſt.* 20. *ſub num.* 40. & diuina eruditio dialecticam, qua omnis loquendi ratio continetur, non deſiderat, quia non in lingua ſed in corde ſapientia eſt, nec intereſt quali vtaris ſermone, res enim & non verba quærruntur, vnde S. Ambr. *in Pſalm.* 118. ſi verbis facta non congruant inquit, deformant, iniquitatis opera magiſterium diſciplinæ, idem *2.offic.1.* exercitatus in ſermonibus & deſidioſus in operibus, prudentiam ſuam factis refellit, ſic Lactant. multi inquit, ſuas diſputationes moribus, vel mores ſuos diſputationibus arguunt, vnde veriſſime dixit ſcriptor ad Herennium *lib.* 2. vitioſum eſt, controuerſiam intendere propter nominum mutationem, vnde notati Stoici, quorum diſputationum magna pars circa voces, conſumebatur: Quocirca fœlix inquit Thomas de Kemp *de imitatione Chriſti cap.3. & pſal.93.* quem veritas per ſe docet, non per figuras & voces tranſeuntes, ſed ſicuti ſe habet, *idem cap.* 2. multa verba non ſatiant animam, ſed bona vita refrigerat mentem. & pura conſcientia, magnam ad Deum præſtat confidentiam, vide omnino in *d.lo.* quare & Chriſtus ſæpe inculcat, non audiendum eſſe tantum verbum, ſed praxi ipſa exprimendum, 1. *Timoth.1.* & S. Bernard. *in tr. de ordine vitæ*, is inquit, diuinas ſcripturas recte legit, qui verba vertit in opera: & fœlix auditor, qui exinde incipit eſſe operator.

Porro dialectica quando vtilis & laudabilis, & quando non, vide Petr. Greg. Tholoſ. *de republ. lib.17. cap.* 3. vbi & horrendum exemplum de quodam, qui reuerſus dixit, ſe valde premi à continuis flammis, angi pro vana gloria, quam in ſophiſmatibus perceperat, quo exemplo motus Sylo mũdum deſerens, Religionem eſt profeſſus, 4.

compoſitis & euulgatis hiſce verſibus.

Linquo coax ranis, Cras coruis vanaque vanis
Ad logicam pergo quæ mortis non timet ergo.

Regnum enim Dei in ſimplicitate fidei eſt, non in contentione ſermonis S. Paul. 1. *ad Corinth*. 4. hæc tamen eſt hæreticorum gloria, dicit S. Anaſtaſ. *tom. 2. de incarnationis Domini ſacramento*, *cap*. 9. ſi videantur expugnare verbis,& refellere veritatem, contra, definitio fidei eſt, vt veritas non verba pandantur, ſtultum autem eſt valde dicit Cyrill. Archid. Alex. *de directa fide ad Theodoſ.* contendere ſuperflue & ad ineptos ſermones reſpondere, multi hodie in verbis ſubtilitatem, pauci vero in rebus ipſis vtilitatem quęrunt, facere docet Philoſophia non dicere,& hoc exigi, vt ad legem ſuam quiſque viuat, ne orationi vita diſſentiat, Senec. *Epiſt*. 20. qui ſe inquit S. Paul. putat aliquid ſcire, nondum ſcit quomodo oporteat ſcire, iſte eſt modus ſciendi vt ſcias,quo ordine,quo ſtudio,quo fine quæque ſcire oporteat, vt ait S. Bernard. *ſuper cant ſerm*.36. (quo ordine) vt id prius quod maturius ad ſalutem, (quo ſtudio) vt id ardentius quod vehementius ad amorem, (quo fine) vt non inanem gloriam aut curioſitatem vel quid ſimile, ſed tantum ad ſuam & proximi ædificationem.

5. De cætero & ad prædicta de logica, Ethica & Philoſophia vide Scacciam *de ſent. & re iudic. cap*. 1. *gloſ*. 3 *q* 1. *per tot*. quibus adde illud S. Cypria. *ſerm*. 3 *de patientia bono circa pr*. Philoſophi non verbis, ſed factis ſumus, nec veſtitu ſapientiam, ſed veritatem præferimus, qui virtutem & magis conſcientiam, quam iactantiam nouimus, & hanc Philoſophorum practicam ſummopere laudant, quaſi nihil aliud ſit Philoſophari, quam virtutem exprimere factis Themiſt. *orat*. 1. non in verbis Philoſophia inquit Seneca. *Epiſt*. 6. ſed in rebus eſt, ad hanc Philoſophiam omnibus abiectis ſe contulit Socrates Apollonis oraculo ſapientiſſimus iudicatus,de qua Philoſophia agit Cic. 5. *Thuſcul*. contra Cic. *in acad*. qui oſtentationis aut quæſtus cauſa philoſophantur, inquit, ſophiſtæ ſunt appellati, adde Annæ. Robert. *lib* 2. *rerum iudic. cap*. 17. non mirum igitur, quod nec de iure Canonico ſubtilitas,nec in foro mercator. de apicibus iuris curetur, an autē nimia ſubtilitas æque reprobetur atque nimia groſſities, vide Tiraq. *de pœn. temp. cauſ*. 12. *qui cauſ*. 51. *n*. 140. *& ſeq*. ſatis deducit, quod in foro mercatorum apices & ſubtilitates non attendantur, additq; quod vbi agitur de bono & æquo, non poſſit peti vltra id,quod intereſt. notabilis eſt declaratio pro illa opinione DD. tenentium, quod pœnæ conuentionales exigi nō poſſint, niſi quatenus concurrant cū intereſſe, vti docet Riccius *p* 5. *collect*. 1912. Papon *de arreſt. lib*. 12. *tit*. *pœnam Conuentionalē intereſſe excedere non debere* adde Cardin. Tuſch *lit. P. concl*. 246. & quod pœnæ conuentionales apud ſuprema tribunalia, non mandentur executioni tradit Garſias *de expenſis cap*. 9. *n*. 63. *& ſeq*. ibi & pulchra illata in praxi, quid iudicatū vide in Viuio *deciſ*. 350. *n*. 5. *& ſeq*. adde Stracham *de adiecto. p*. 2. *n* 41. *& ſeq*. exactē tractatur apud Gutierrez *in q. cano. lib* 3. *cap*. 20. an pœna conuentionalis, iure & in conſcientia peti poſſit, vide omnino ibi, nam plures caſus diſtinguit, & dicit in foro mercatorum pœnam exigi poſſe licet nihil interſit, etiam & alias in cōſcientia, quemadmodum ſcio modo pœnam ratione contumaciæ inflictam in Camera Imperiali peti, ſic videmus in cōpromiſſis adijci pœnam

pœnam, contrauenienti ſoluendam, cum clauſula rato manente pacto, *l. cum pœna ff. de arbitrio* Gail. *obſ.* 150. *& paſſim* DD.

6. Intellige autem prædicta de ſubtilitate irrationabili & ſuperſtitioſa, non vero de rationabili & neceſſaria pro temperamento iurium, vel inueſtigatiua veritatis, illa namque & non hæc reprobatur Viuius *deciſ.* 140. *per tot. addens in fin.* quemadmodum duplex eſt ſubtilitas, ita etiam duplex eſt ſimplicitas, quædam contraria diſcretioni reprobata, quædam vero contraria doloſitati laudata in Euangelio, eſtote ſimplices vti columbæ, *cap. ſi cupis* 16. *quæſt.* 1. *& ibi gloſ.* adde Luc. de Pen. *in l.* 1. *nu.* 7. *Cod de ponderat.* de hac ſubtilitate accipio *l. ſubtilitatis Cod. de iudic.* & Marant *in ſpec. part.* 4. *diſt.* 9. *num.* 155. & Gerhard. *ſing.* 16. *num.* 2. quod cautelis vti liceat, tranſeundo per ſubtilitates iuris, & de duplici iſta ſubtilitate & differentia vide quoque Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 77. *& ſeqq.* ſed ah! quoties audiui & hanc ſubtilitatem reprobari ſiue illam allegantes, de nimia ſubtilitate redargui, per eos, qui vera atque iuridica argumenta non diſſoluere, ſed potius odioſa illis, ſubtilitatis appellatione, ſolida iuris principia eludere didicerant.

§. 2.

De apicibus Iuris.

1. Apices iuris ſunt, qui veritatem principalis negotij non tangunt, vt eſt exceptio diſcuſſionis & ſimiles, propterea in foro mercatorum non admiſſę, quemadmodum & Canones, de apicibus verborum non curant ſed de effectu rerũ vt ex Bald. Refert Surdus *deciſ.* 158. *nu.* 11. non enim verba aut modum curamus, ſed effectum *l. inſulam ff. de praſcrip. verb. & plura ibi*, quod intellige ex Crauet. *in rubr. de legat.* 1. *n.* 180. vbi de differentia modi in eſſe deducendi, & de modo in effectu, atque ita intellige illud vulgatum, de modo non curamus vbi effectum habemus, multa prohibẽtur propter modũ non propter ſe inquit Luc. de Penna *in l. mulieres, nu.* 37. *C. de incol.* & ſic quatenus eſt in fieri, alia quoq; Theorica eſt, quod multa facta tenent, quæ fieri prohibentur, *l. patre furioſo*, ibi late Iaſon. *ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris* Card. Tuſch. *lit.* F *concl.* 12. *& facit, l. ſi ſeruum §. vlt. ff. de acq. hered.* vbi non tollit factum quod impediret faciendum, Regulam vero Principalem, quod ea quæ non poſſunt fieri, iam facta teneant, declarat pulchre Munnoz. *tr. de ratiocinijs cap.* 6. *num.* 14. quod non procedat, ſi eadem eſt ratio impedimenti eodem tempore, nec obſtat, quod quando cauſa eſt in eſſe perfecto, ea deficiẽte non deficiat effectus, quia & ibi in hoc caſu reſpondet, niſi habeat tractum ſucceſſiuum, tunc quocunque tempore ſuperuenit cauſa remotionis, vitiatur actus, ad hoc ſaltem, vt non poſſit vltra procedere in actu adminiſtrationis, alias illam regulam limitat. idem Munnoz *d. tr. cap.* 23. *num.* 14. *&* 38.

Ex prædicta vero Theorica multa notabilia inferuntur vide Bald. *in d. l. Patre furioſo & in l. verbis ff. ad l. Falcidiam* Card. Tuſch. *lit. H. concl.* 144. *& lit M. concl.* 436. Surd. *conſ.* 106. *num.* 47. *& conſ.* 250. *nu.* 24. *& deciſ.* 163. *&* 278. *num.* 12. idem *conſil.* 18. *num.* 9. *& de Aliment. q* 7. *tit* 1. *& rurſus conſ.* 125. *num.* 56. Nicol. Euerh. *præſ. conſ.* 139. *num.* 8 Forſter. *de ſucceſ. ab inteſta. lib.* 4. *cap* 23. *num.* 2. *q.* 36. Zaſius *in l. exiſtimo de V. oblig.* Reinkingh *de retract quæſt.* 2. *num.* 41. *& ſeq. & num.* 140. *& ſeq.* Schrad. *de feud. p.* 10. *ſect.* 7. *n* 111. *& ſeq.* 2.

Digitized by Google

Farin.*p.* 2.*deciſ.*676. Cauale. *deciſ.* 11. *num.* 111.*& ſeq p.* 3. ſubtiliter Alb. Brunus. *de ſtatuto fœminas exclud.art.* 6 *num.* 297 Dias *ad Gamm.deciſ.*27. Alex.*conſil* 199.*lib.*6. Zaſ.*in l.ex facto, num.* 21. *& ſeqq. ff. de vulg.& Pupill. ſubſtit.* diſtincte Hyeron. Boich. *in cap. conſultationibus de iure Patronatus,* & magis dilucide, Ferd.de Caſtro, *de virt.& vitijs tr.* 3. *diſp* .4.*punc.* 16. & exornatur in Magero. *de aduocat.armata cap.* 16. *num.* 418. *&* 445. *& ſeq.* ex quibus in varijs caſibus ſæpe conſului, ideo vide vti notabilia & in praxi quotidiana & docta ſimul,prout hodie in ſimili eſt quæſtio, vbi Caia ſoror Nobilis renunciando omnibus bonis paternis & maternis, accepit quandam villam ad vitam, ex qua ſingulis annis ſatis commode viuere poterat, hoc vero belli tempore, alimenta inde accipere non poteſt,cui fratres ob initum contractum plus dare nolunt vide Surd.*de aliment. tit.*9.*q.*11.& infra *de veritate*, de effectu clauſulæ rebus ſic ſtantibus Zaſ.*lib.*1.*conſ.*12 *num*.81.*& ſeqq.* Surdum tamen alibi quoque conſule, an alimentis renunciari poſſit, *& tit.* 5.*q.* 1.*num* 53. *& ſeqq.* quod detur officium iudicis, quandocunque ſuggerit æquitas, quodque officium iudicis habeat matrem æquitatem,de transactione alimentorum Fachin. *lib.* 3. *contr. cap.* 21. & refert Chriſtinæus *ad conſuetud. Mechlin.tit.* 16. *artic.* 26. *in addit. verſ. notandum hic*, iudicatum eſſe, filium à petitione legitimæ non arceri, qui minori parte accepta profeſſus erat ſe contentum,ſibique ſatisfactum eſſe de vniuerſo iure,quod in bonis patris haberet, & quia nobiles erant ipſis beneficium competentiæ competit, Karpz *p.*1.*conſtit.ſaxo.*32.*def.*15.*vbi & def.*19. quod eidem renunciare non potuerint,adde DD.ſupra citatos,cœterum ſi quis in ijs, quæ ſunt de apicibus iuris errore labitur,facile ignoſcendum eſt, ſed priorem contractum,validum fuiſſe quis dubitat?quo ipſo tamen nõ efficitur, quod æquitate ſuadente, frater diues exiſtens, huic ſorori ſubuenire non debeat.

§. 3.

De prædictorum diſtinctione & differentia.

Vt autem vnum ab alio diſtinguere valeas, quid ſit rigor, quid apices iuris, quid ſtrictum ius, vide Marantam *in ſpec. diſt.* 9. *num.*150.*& num.*111.*&* 162. ad quem breuitatis cauſa ſit relatio, aliquando etiam promiſciue vſurpantur vt ſubtilitas iuris, rigor iuris & ſtrictum ius idem ſint, quandoque dicitur iuſtitia & quandoq; ſtrictum ius,à quo recedi non oportet, quemadmodum & duras leges ſeruandas eſſe exemplis illuſtrat Vaſq. *de vlt. volunt. lib.*2. §. 20.*p.* 4. *req.*42.*num.*313.& eſt textus *in l. proſpexit, ff. qui & à quibus manumiſ.* ob quem textum tamen quidam,aduocatus in purgatorium detruſus ex alijs refertur apud Ohemum *in diſcurſu iuris politici de magiſtrat. & Conſulibus cap.*9. *num.* 31. quam legem intelligunt DD. alleg. in Barboſa *tr. axio. iur. vſufreq. axio.* 136.*num.* 20. quando eſt certa & ſine dubio, tunc lex quantumcunque dura ſeruanda,vti & quando eſt in ſpecie ſuper certo caſu,addendo *d. l. proſpexit* turbare multos DD. quem textum ad caſum iniquum non admittunt,Card Tuſchus *lit. L. concl.* 262.*per tot.*quemadmodum,etiam ſtrictum ius quandoque dicitur odioſum, ſicuti & odioſum & ſtrictum, quidquid eſt contra ius, eſſe dicitur Tiraq. *de retract. in præfat. num.* 62. *& num.* 56. *& ſeqq.* Plurima autem enumerat, quæ ſunt ſtricti iuris & quæ odioſa & ad praxin accommodat 1.

Rau-

Digitized by Google

Raudenſis *de analog.cap.*29.& in quibus differant contractus bonæ fidei & ſtricti iuris Card.Tuſch.*lit.C.concl.*1000. nec puto verum quod aliqui dicunt.hodie omnes contractus eſſe bonæ fidei & nullos ſtricti Iuris DD. pro & contra apud Seraphin.*de Priuilegiis Iuram.pr.*31. *in addit.num.* 65. quod pulchre refutatur à Deckero *lib.* 2. *diſſert.* 12.*num.*13.*&* 14.*& diſſert.* 7. *num.* 15. vbi & tradit regulam eſſe, quod in iudicijs bonæ fidei veniant, quæ moris & conſuetudinis ſunt,licet expreſſa non ſint, & tantundē in bonæ fidei iudicijs, officium iudicis valeat, quantū in ſtipulationibus eius rei factā eſſe mentionem, *l.quia tantundem ff. de negot.geſtis, l. Lucius ff. depoſiti,* tene tamen menti, quod omnes mundi contractus fallaciam reſpuant, & ad bonam fidem reducantur. Beſold.*de iure fœderi,cap* 5.*ſub num vlt.*

CAPVT X.

De quodam rigore omnium terribiliſſimo.

1\. DIcit Ariſtoteles,*lib.*3. *Ethico. cap.*6. omnium rerum terribiliſſimum eſſe mortem, adde Eccleſ.*cap.* 40. ſed temperatur iuxta Cic.ſententiam *in Paradoxis.* mors tātummodo ijs eſt terribilis, quorum cum vita omnia extinguuntur,ſicut omnia, excepta virtute, perire teſtantur allegati in Lipſio *lib* 1. *Politicorum cap.* 1. vnde poteſt dici mors bona bonis, mala malis, hinc S.Bernard *Epiſt.*105. illorum inquit, mors bona propter requiem, melior propter nouitatem, optima propter ſecuritatem, & *Prouerb.*14.ſicuti autem ſana ratio vitam diligere, ita & mortem non timere præcipit, Valer.Maxi. 9.13. exornatur per Magirum *in Florilegio comm. locorum lit. M. verb. mors,num* 144. *& ſeqq* ſed eſto,ſit naturalis quidam horror contra vim mortis corporalis,at nihilominus vt æternam effugerent, nec hanc diuinam peccatoribus equidem rigoroſam viſam, ſed in ſe iuſtiſſimam audirent ſententiam,diſcedite à me maledicti in ignem æternum,qui præparatus eſt Diabolo & Angelis eius Matth. *cap.* 25. infiniti reperti fuere, qui omnium tormentorum generi & cruciatibus ſeſe vltro obtulerunt & ſubiecerunt, ô vita! miſero inquit longa Mimus, fœlici breuis, neque vero ait Cic. *orat.*4.*in Catalin.* turpis mors forti viro poteſt accidere, nec immatura conſulari, nec mira ſapienti,qui mori didicit inquit Senec. *Epiſt.*26. ſeruire dedidicit, quid ad illū carcer,cuſtodiæ, & Clauſtra? liberum oſtium habet, nam accommodari poteſt illud Poëtæ.

Hic rogo, non furor eſt,ne moriare mori.

Quippe S.Ambroſ. *de bonis mortis,* triplicem mortem tradit, primam peccati iuxta illud Ezechiel.anima quæ peccauerit, morte moriatur,ſecundam miſticam, quando quis moritur mundo vt Deo viuat, Tertiam quæ vitæ curſum abſoluit, vel vt dicit Nicolaus *in prolog.in Mattha.* genus humanum peremptum morte quadrifaria 1.morte culpæ, 2. morte naturæ, 3.morte gehennæ,4.morte ciuilis pœnæ ſcil.exilij cœleſtis patriæ & terreſtris Paradiſi Borellus *in ſumma deciſ.lib.* 2.*tit.* 40 *num.*15.*& ſeqq.* vbi & de morte ciuili & naturali & quomodo ſit ſententia contra hanc ferenda, *& num.*188. *& ſeq.* an iuſſus Regis vel Principis, quod quis ſtatim morti tradatur, obſeruari debeat, vbi & illa hiſtoria de Imperatore Theodoſio,hinc indubitatum redditur illud Poëtæ. 2.

Fœlices obeunt, quorum ſine crimine vita eſt.

Quare vt æternam euitemus mortem, perpendamus ſerio ſymbolum in templo PP.Ca- 3.

Digitized by Google

PP. Capuccinorum Colonienſium exaratum, aut ardendum aut pœnitendum, prudentis namque eſt ex duobus malis minimum eligere, malum corporis eſt pœnitentiam agere, malum vero animæ ſimul & corporis, ardere, eligas igitur vt nō ardeas, quod nocet corpori iuuat ſpiritum *cap. poteſt fieri, diſt.* 1. *de pœnitentia*, nam iuſtus etſi mortem amet, tamen non pauet, quippe cuius mors vt præſentis exitus eſt vitæ, ſic introitus melioris, vt inquit S Bernard. *Epiſt.* 105. vtinam illam horam ſcilicet mortis modo timere, vt non tunc timeatis, illam præcauere nūc, vt tunc ſecuri eſſe poſſitis S. Auguſt. *ad fratres in erem. ſerm.* 57. Germani dicunt. Woll gelebt/ woll geſtorben/ vulgo, corruptè vti vixit ita morixit, vel vt Poëta.

Ergo malus malè obit, mors ſic eſt congrua vitæ.

Vnde eſt quod boni non timeant mortem Dauid *Pſal.* 141. S. Paul. *ad Rom.* 7. & alibi mihi viuere Chriſtus eſt & mori lucrum, contra, mali timent mortem, nam vt ait S. Gregor. eius eſt mortem timere, qui ad Chriſtum nolit ire, qualis eſt peccator qui inſtar equi ſcabioſi pectinem timet, immedicabilis æger cauterium, reditum ad herum ſeruus nequam, aduentum ducis ignauus miles.

4. Ad propoſitum igitur iuxta præſcriptum legum, nullo timore, nulla cupiditate, nullo odio & amore vel affectu, ſed ex vera animi regulata & legibus ſubnixa ratione iudicandum, iuſtitia vltro expetenda, promouenda, ac nullatenus protrahenda ſiue differenda eſt, ſiquidem ipſis Iudicibus magis quam partibus, terribile futurum eſt Iudicium, *l. rem non nouam C. de iudic.* vtinam ergo multis non adſignetur locus, vbi iuxta S. Bern. *in meditat. cap.* 3,

Vermes Crudeles mordebunt intima Cordis
Hic dolor, inde Pauor, gemitus ſtupor ac amor horrens,

Ardebuntque vlterius inquit miſeri in igne æterno, in æternum vltra, in carne cruciabuntur per ignem, in ſpiritu per concupiſcentiæ vermem, ibi erit dolor intolerabilis, timor terribilis, fœtor incomparabilis, mors animæ & corporis, ſine ſpe veniæ & miſericordiæ, ſic tamen morientur vt ſemper viuant, & ſic viuent vt ſemper moriantur, ita anima peccatoris, aut in inferno pro peccatis cruciatur, aut in Paradiſo pro bonis meritis in æternum lætatur, nunc ergo alterum è duobus eligamus, aut ſemper cruciari cum impijs, aut perpetualiter lætari cum Sanctis, bonum ſiquidem & malum vita & mors, ante nos poſita, vt ad quod voluerimus manum extendamus, ſi tormenta non terrent vos, ſaltem inuitent præmia, hactenus S. Bernard. quocirca, S. Auguſt. *in libro de ſalutaribus monitis ad quendam Comitem cap.* 55. ô mi frater inquit, nunquid ferreæ ſunt carnes noſtræ, vt non contremiſcant, vel etiam ſenſus noſter adamantinus, vt non molleſcat, vel etiam minime euigilet ad illa Chriſti in iudicio verba, ite maledicti in ignem æternum, &c. qui præparatus eſt iam inde à Mundi Principio, vſque in ſempiternum, *Matth.* 25. quare non dicimus cum Propheta *Ieremia ca.* 9. quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei, nam vt habet Admodum Reuerendi atque Eximij Patris Rectoris Ray mihi tranſmiſſa ſententia, ſi Angelum, qui primo cecidit, tam ſeuere cæcedit Deus, quis non pauebit, quis ſtabit ad videndum te in iudicio venturo, *Malachiæ* 3. quia ſicut rugitus Leonis,

ſic

Digitized by Google

ſic rugitus tuus, & ſicut ignis vibrans gladius tuus, *Iſaiæ 5.* tunc homo ſuſtinebit iratum, quem non ſtuduit habere placatum, tunc ſoluet pœnas, qui carni laxauit habenas, & tunc dabit rugitum ad cœlum, qui nunc timpanum tenet & chorum, tunc totum vertetur in luctum, quicquid per immoderatum gaudium eſt contractum, latius Thomas de Kempis *in ſoliloq. animæ cap. 2.* tunc enim Dominus effundet quaſi aquam iram ſuam *Oſeæ cap. 5.* Belliſſimè igitur Epitaphio cuiuſdam inſcriptum reperi: *Tria ſunt verè, quæ me faciunt flere. Primum quidem durum, quia ſcio me moriturum; ſecundum verò plango, quia moriar & neſcio quando; tertium autem flebo, quia neſcio vbi manebo.* Aliena autem pericula nos cautos efficere debent, nam:

Tunc tua res agitur paries cum proximus ardet.

cap. citius, diſt. 2. de pœnit. & alterius caſus alterius ſolet eſſe cautela, S. Gregor. *in Regiſtr. lib. 3. cap. vlt.* atque vt alter dixit: Pulchrum eſt fugienda aſpicere alieno in malo. Belliſſimè Iſidorus *in ſymbol. ſoliloquiorum, lib. primo cap. 10.* Reſpice, inquit, in alieno exitio quod paueſcas, & vita foſſam in quam alium videris incidiſſe coram te, pericula aliena in te pertimeſce, & quæ verbis doces exemplis oſtende, nam vt inquit Plautus, fœliciter ſapit, qui alieno periculo ſapit, vnde Poëta:

Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum.

5. Vt autem hæc nunquam è mente & cogitationibus excidant neque excedant, placet adijcere illud S. Bernard. *in Canticis 55. circa medium ad illa verba:* Qui ſcrutatur Ieruſalem in lucernis, vbi nomine Ieruſalem intelligitur de bonis & non malis, verendum dicit aſpectum Exploratoris, ne ſub ſubtili examine multæ noſtræ iuſtitiæ vt putantur, peccata appareant, quia autem aſſiduitas duri victrix, ſemper ad illud:

Mors tua mors Chriſti, fraus mundi, gloria Cæli
Et dolor Inferni, ſunt meditanda tibi.

Nec non illud S. Proſperi *de vita contempl. lib. 3. cap. 12.* Cogitate quale malum ſit ab illo gaudio diuinæ contemplationis excludi, beatiſſima Sanctorum omnium conuerſatione priuari, fieri Patriæ cœleſtis extorrem, mori vitæ beatæ, morti viuere ſempiternæ, in æternum ignem cum Diabolo & angelis eius expelli, vbi ſit mors ſecunda, damnatio exilium, vita ſupplicium, non ſentire in illo igne quod illuminat, ſentire quod cruciat, exundantis incendij horribiles crepitus pati, baratri fumantis cœca caligine oculos obcœcari, profundo gehennę fluctuantis immergi, edaciſſimis in æternum dilaniari vermibus nec finiri, hæc & ſimilia multa cogitare, nihil eſt aliud, quàm vitijs omnibus repudium dare, & omnia blandimenta carnalia refrenare, nam qui ad tam magna tonitrua non expergiſcitur, non dormit ſed mortuus eſt, ait S. Auguſtin. *in Enchirid. cap. 74.* quid enim eſt vita noſtra? vita mea, inquit S. Iacob *in epiſt. cap. 4.* vapor eſt ad modicum parens, nam omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur, quę non reuertuntur *lib. 2. Reg. c. 14.* vita noſtra nihil eſt, ſi mala eſt, imò nihilo ipſo peior, vtpotè iam tunc per ſententiam diuinam (à qua nulla datur appellatio, Borell. *in ſumm. deciſ. lib. 2. tit. 33. num. 1383. & ſeqq.* vbi quædam valde pia tradit) reprobata & damnata, quia ſtipendia peccati mors, gratia autem Dei vita æterna, S. Paulus *ad Rom. 6.* expertus crede & caue, memorare frequenter nouiſſima, & non horrebis quæque duriſſima, dicit Merlo: & nunc age quod actum voles in morte, ſic vtique mortem fidentius exci-

Digitized by Google

excipies, nam bona vita non timet malam mortem; ſocius crucis erit & conſolationis, perfer igitur exigua vt euadas æterna, in hoc ſæculo Chriſtianis fidelibus non vita longa predeſt, ſed bona Fulg. *epiſt. 2.* fructuoſa & deuota, virtutes bonos dies viuenti faciunt, vitia malos S. Hieron. *Eccleſ. 7.* Prædictis ergo & cœleſti beatitudine, pro bonis operibus promiſſa attentis, Bellarm. *de Gemitu columbæ.* non poteſt ſatis mirari, quòd tam parua pro cœlo, maxima & difficillima pro honoribus & bonis conſequendis agamus, ſed iuxta Claudianum, omne futurum deſpicitur, ſuadentque ſui præſentia fructũ, non ita illi qui pœnas vel inferni vel purgatorij momento temporis perpeſſi fuere & adhuc patiuntur, nam tunc ſentiunt quod expertum malum formidare doceat ipſa natura, quod & Liuius atteſtatur *4. belli Punici,* ibi ſeruitudinis indignitatisque homines expertos aduerſus notum malum irritatos fuiſſe aſſerit, quippe prout prouerbialiter dicitur, poſt acerba prudentior, neque profecto iſta inania ſunt, ſed à ſanctis Viris dicta & monita, vt ea ſæpius perpendamus, & recogitando vitijs vale: nullatenus vero dicamus, vti dictum audiui, cœlum non pro anſeribus ſed pro Chriſtianis eſſe, hoc enim verum eſſe concedo, ſed neque pro porcis neque aſinis, quia ſicut reſpici debet Diuina Clementia, ſic reſpici debet & Diuina Cenſura S. Cyprian. *2. epiſt. 7.* nam iuſtè eſt ſubſecuta ſeueritas Iudicis inquit Fulg. ad Monũ, vbi præceſſit iniquitas peccatoris, quippe infinitis exemplis comprobatum habemus, peſſimam vitam non niſi peſſimo fine excipi, vnde rurſus concedatur neceſſe eſt, ex parte Dei & meritorum Chriſti, cœlum erit Chriſtianis bonis, ſed ex parte vitiorum nimis hodie communium, infernus erit malis Chriſtianis, Gloſſ. *in pr. Inſtit. de iuſtit. & iur. ad verb. Iuſtitia,* nam ſicut patet ex traditis *tit. 3. de Clementia,* non implicat iuſtum eſſe & ſimul clementem, Deus clementiſſimus & pariter iuſtiſſimus eſt.

* * *

Ah Domine, terribilia ſunt iſta, magis tamen terribilis eſt peccatorum meorum fœditas, hæc vtique me magis terreret & pertimeſcere faceret, ſi non è contra bonitas tua, omnibus peccatis maior, me traheret, miſericordia infinita alliceret, & mors tua me conſolaretur, tu enim mortuus es pro me, ne morerer ego in æternum, hæc tua mors fructuoſa nimis, triumphalis & vitalis, valeat in cauſa mea, quando horror mortis ſe ingerit, tunc rogo Domine tua mors vitam meam abſorbeat, vt ita in te ſuauiter obdormiam, hoc enim nunc & in hora mortis meæ à te CHRISTE IESV, *vnicè peto, vt qui morte tam amarâ me redemiſti, applices mihi eiuſdem fructum, purifices me in tuo ſanguine, & in manus miſericordiæ tuæ animam meam clementer ſuſcipias; Exurge Domine & adiuua me, nam miſericordia tua ſuper omnia opera tua, & tamen omnia iudicia tua iuſtificata ſunt in ſemetipſis, idem qui clementiam exerces, facis & iuſtitiam, iuſtè ergo fiet, ò Domine! ſi pœnas ſubdatur impius, tunc re ipſa experietur de tantula lætitia, vt inquit S. Bernardus* Medit. 3. *quanta triſtitia; à qua nos præſeruet Deus Pater, Filius & Spiritus ſanctus.*

TITV-

TITVLVS SEXTVS.

Iuſtitia Fori & Poli vulnerata.

CAPVT PRIMVM.

De Iuſtitia Mundi, tam deteſtabilis quam communis.

1. A Condito orbe rerum humanarum ea viciſſitudo fuit, vt optima quæq; corrumperentur paulatim ad prauitatem, Peckius *de iure ſuſtinen. cap. 5 num. 23.* conformiter Tacit. *lib. 3. Annal.* rebus cunctis, inquit, ineſt quidam velut orbis, vt quemadmodum vices, ita & mores vertuntur, & Zaſius *ad tit. ff. de orig. iur. ad verb. magiſtr. num. 5.* mortalitas continuo motu conſiſtit, & continuo variat, Terent. *in Andr.* ait, nunc hæc dies aliam vitam adfert, alios mores poſtulat, porrò hodie tam miſerabiles & fraudes tam frequentes adeoque communes, vt lepidè quidam dixerit, eadem iuris gentium eſſe facta, quibus omnes gentes vtuntur, *l. 2. §. 4. ff. de iuſt. & iur.* vel in legem non ſcriptam abijſſe, de qua textus *in l. quibus. ff. de legibus.* quippe ſecundùm Plautum, trahunt plerumque mores leges in poteſtatem ſuam, ſicut & illud Plauti *in Trin.* ad hoc allegatur, quaſi ipſe videns, quòd per interpretationes Iudicum, leges, quæ ſanctiſſimæ ſunt, exulare cogantur; quemadmodum & S. Cyprianus *lib. 2. epiſt. 2.* conſenſere, inquit, iura peccatis, & cœpit eſſe licitum, quod publicum erat, ita vt Prouerbij loco dicatur, turpe ab honeſto multis in rebus, non tam natura quam moribus & vſu gentium diſtingui, vt refert cum multis vitijs apud multas gentes vſitatis Vaſquius *lib. 1. controu. cap. 27. num. 7. & cap. 89. num. 27. lib. 2.* ait, ius gentium ſecundarium mutatum eſſe, adeoque omnia degenerant ab antiqua frugalitate & probitate vt Poëta dixerit:

Pomaq; degenerant ſuccos oblita priores.

Proinde habent leges & mores ſuum æuum & fatum, vt quod quandoque inhoneſtum viſum eſt, deinde honeſtè fieri putetur Heigius *p. 2. q. 29. num. 81. & 82.* decreſcit innocentia in foro inquit Cyprian. *tract. 1.* Iuſtitia in iudicio, in amicitijs concordia, in artibus peritia, in moribus diſciplina, & Ouid. *Metamor. 1.* 2.

—— fugere pudor, verumq; fideſq;.
In quorum ſubiere locum fraudeſq; doluſq;.

Vnde hodie hiſce exulceratis temporibus multa in Republ. Chriſtiana permitti videmus, alias non permittenda, nam vt rectè ait Senec. deſinit eſſe remedio locus, vbi quæ fuerunt vitia, mores ſunt, ſicut teſtatur Poëta:

—— virtus atque illud viuere rectè
Iam totum perijt, atq; omne æquum atq; bonum omne.

Ita vt etiam communis error ius faciat, de quo vide Maſcar. *de probat. concl. 646.* vbi varijs modis declaratur, & *par. 2. de Veritate*, Imago innocentiæ eſt, dicit Optat. *lib. 1.* inter multos admiſſum nefas, & ita priuatus priuatam ignominiam, inquit Oroſ. *l. 3.* publico ſcelere obtexit; nam ibi vicinorum 3.

illecebræ ſunt, vbi tegmen putabatur eſſe virtutum, S.Hieron.*in Eccleſiaſt.10.* quippe vt inquit Senec. *de beneſ.cap.10.* euerſi mores, regnat nequitia, in deterius res humanæ & in omne nefas labuntur, non maiorum, vt ait S. Auguſtinus *de ciuit.Dei, lib.2. cap. 2.* ſed morum munimenta atque ornamenta ceciderunt, hodierna vero tempora prædixit S. Paulus *2. ad Timoth. 3.* hoc autem ſcito inquiens, quia in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, Parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, cœci & voluptatum amatores magis, quam Dei, habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abrogantes, ibi gloſſa Bibliorum meorum dicit, tales homines tanto plures erunt magiſqúe abundabunt, quanto magis propinquatur ad finem S. Auguſtinus *epiſt. 80.* conformiter Publius Mimus, quotidie eſt deterior, inquit, poſterior dies, ſemper ætas vergit in peius, florem decoris ſinguli carpunt dies, iudicate ipſimet, ſi non eſt ita vt cernimus, conſiderate quæ virtutum lumina emiſerint Maiores noſtri, fœlicia tempora in quibus tam raro malus quam nunc bonus inuenitur, nunc enim luna eſt verſa in ſanguinem, nam manus Magnatum plenæ ſunt ſanguine, exactionibus & vectigalibus, effundentes viſcera miſerorum, iuſtificantes impium pro muneribus & iuſtitiam iuſti auferentes ab eo, hæc pluribus ex alijs refert Barboſa *in cap. Eccleſia S. Mariæ, ante num.29. x.de conſtit.* vnde rectè hodie illud Poëtæ:

Nam velut in medio virtus iacet obruta cœno,
Nequitiæ claſſes candida vela ferunt.

Mundo ſeneſcente inquit Gellius *3. 10.* 4 rerum atque hominum decrementa ſunt, nullus iam delinquendi vel pudor eſt, vt ait S. Cyprianus *Tract. 1.* contra Demetrium & ſic peccatur, quaſi magis pro ipſis peccatis placeatur, quippe vt vulgo ſunt vſitati mores dicit Ferd. Carthag. vaferrima quadam aſtutia didicerunt turpiſſimis licet criminibus pulcherrimam tamen virtutum ſpeciem prætexere, prout latius exornatur apud Greg.Tholoſ. *de Republ.lib.13.c.1. paſſim per tot.* vbi pulchræ & varię reperiuntur hiſtoriæ, & exemplificat Coraſ. *de iure ciuil.in artem redig. c.24.n.9. & 10.* in mercatoribus, qui vt ſubtilius fraudent emptores, deducunt eos in opacas & obſcuras officinas, ſe excuſantes hoc ideo fieri, ne ſolis fulgor noceat coloribus, ita vt verè hodie dici poſſit, quòd nequitia ipſa ſibi ſuſpecta ſit, vt occinit Ennius:

Nec frater à fratre, nec hoſpes à hoſpite tutus.

Et *Pſalm.26.* Mentita eſt iniquitas ſibi cum ſimilibus, nam vt docet Gregor. *lib.1. Reg. epiſt. 24.* vitia ſæpe ita ſe eſſe virtutes mentiuntur, vt Tenacitas Parſimonia, Effuſio Largitas, Crudelitas Zelus Iuſtitiæ, Remiſſio Pietas, Superbia Ornatus velint videri, vnde vitia obſcurare virtutes affinitate quadam, niſi ab acutè videntibus diſtinguantur, docet & exemplis illuſtrat Sidonius Apollinaris *lib. 7. epiſt. 9.* & Fab. Iuſtinianus *in Tobiam cap. 14. verſ. 10. ad verba, Seruite Domino in veritate.* virtus vocatur, inquit Mimus, proſperum ac fœlix ſcelus, quemadmodum Zaſius *ad tit. ff. de orig. iur. ad verb. tubero, num. 7.* de malis Aduocatis dicit, quod peſſimas cauſas facie honeſtatis induant & Gloſſ. *in l. quod ſi nolit, §. culpam, ff. de ædilitio edict.* quod patronus peſſimam cauſam poſſit

facere

Digitized by Google

facere videri bonam, quod tamen multum redarguendum eſſe dicit ex alijs Gratianus *tom. 1. deciſ. forenſ. cap. 186. num. 64. & ſeqq.* cùm non detur in iure iſta peritia, qua Patronus hoc facere poſſit, & *per tot.* de DD. priuilegijs, & quales eſſe debeant, rectè igitur Cicer. in malitioſam ſubtilitatem acriter inuehitur, & quod ſupra dictum fuit, tradit & gentilis Seneca *Epiſt. 120.* Sunt, inquit, virtutibus vitia confinia, & perditis quoque ac turpibus recti ſimilitudo eſt, & rurſus *Epiſt. 45.* vitia nobis ſub virtutum nomine obrepunt, fallit enim vitium ſpecie virtutis, inquit Iuuenal. *Satyr. 14.* quod conteſtantur verſus ab Admodum atque Eximio P. Rectore Ray mihi tranſmiſſi.

Verum hodie laus eſt. non infima fingere vultum,
Et ſimulare probe. nec qui vel fallere neſcit,
Mentirive. feret ſapientis nomen in aula.

Non fugere, ſed illuſtrare nequitiam, ait Boët. *3. conſol. 3.* dignitates ſolent, in Aula per pericula peruenitur ad grandius periculum, hinc belliſſimè Valer. Max. *lib. 8. cap. 1.* magis ſe probare, ait, ſecuritate ridens tugurium, quam triſtem curis & ſollicitudinibus Aulam, ideo rectè Poëta:

Aula malum ſuaue eſt, res deteſtanda futurum
Promittis præſens das nihil, Aula vale.

Hinc Lipſ. *Epiſt. 4. Cent. 1.* inquit, apud me ecce in ruſculo meo viuo, cur angor, quid Cotta aliquis, aut Catus moliantur in aula? Et Ouid.

Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam debet quiſque manere ſuam.

5. Adde Gueuaram de contemptu vitæ aulicæ & laude ruris, non mirum ergo, quod & viri Excellentiſſimi Aulâ relictâ Monaſterijs immo & agriculturæ ſeſe manciparunt, quos refert Borellus *in ſumm. deciſ. lib. 2. tit. 32. num. 374. & multis ſeqq.* vbi & quod executio in rebus ad agriculturam ſpectantibus, fieri non debeat, & de eiuſdem priuilegijs in varijs Regnis conſtitutis, quę indies peruerti, immo omnia tolli & rapi videmus, vt dubitem an hodie dici liceat cum Horatio:

O fortunatos nimium, ſua ſi bona norunt
Agricolæ,

quia hodie quoque ſentimus illud Saluſtij, apud Tyrannos & nobiles factioſos, innocentia pro maleuolentia ducitur, & rurſus *in Iugurtino*, innocentiæ plus periculi quam honoris eſt, Luc. de Penn. *in l. Reos, num. 9. & 10. Cod. de reis poſtul.* vbi plura de ſimulata Innocentia & ſimulata Iuſtitia; cum vitia proſunt, peccat (inquit Mimus) qui rectè facit, & cùm præmium eſt malefactis, tum benefactis pœna eſt, fœlix autem improbitas, ait idem, eſt optimorum calamitas, dum per alios ſub ſpecie boni plus æquo affliguntur, ita

Sæpe ſcelus Cœlum zeli velamine texit.
Cùm zelus Cœlum eſt, non facit ille ſcelus.

Nunquid hodie ſcurrilitas vocatur Curialitas? quia riſum mouet, quod pulchra hiſtoria Poëtica exornat Tiraq. *de pœn. temp. cauſ. 51. nu. 57.* vitium irrepere ſub ſpecie virtutis, vbi illud Æneid.

Tum breuiter Dido vultum demiſſa locuta eſt.

De vitæ puritate & integritate, *ibi per tot.* cuius ſit effectus maximè hodie, quia quæ rara ſunt, cara ſunt; immò ex alijs refert Hering. *de fideiuſſ. c. 1. n. 47.* hodie totum mundum eſſe diffidentiam & perfidiam, & ſi reperiat hominem integrum, ſe inueniſſe coruum album, rectè quis dicere & cum illo Spartiano exclamare poſſit, Perierunt honeſta, & rurſus *c. 19. n. 25. & ſeqq.* de fraude & eius effectu; quod illa hodie tam frequens ſit, vt quemadmodum piſcem ſine ſpina, ſic hominem ſine fraude vix inuenire liceat, vbi mirum in modum inuehitur in Aduocatos,

Digitized by Google

qui clarè diſpoſita in dubium trahere, atque in contrarium ſenſum detorquere audent, & *n.39.&ſeqq.* Exempla eorum, qui fraudulenta interpretatione iuramenta, promiſſiones & obligationes interpretati fuere, adducentes allegat, O munde immunde, inquit S. Aug. *ad Fratres in Erem. ſer. 13.* qui omnes homines illaqueas, rapere omnes appetis, occidere omnes quæris, ſed rurſus Scaccia *num. 161.* aſſerit, quod ex vnico actu non fiat quis mercator, nec vno actu quis dicatur bonus aut malus, Gratian. *lib. 2. diſcept. for. c. 213. n. 55. & ſeqq. & c. 135. n. 7.* ab his quæ denominantur ab actu, vt homicida ab homicidio, ſufficit vnus actus, ſecus ſi ab effectu, vide pulchrè Sanches *de matrimo. lib. 7. diſp. 91. n. 131. & ſeqq.* & ibi illata, doctrinaliterq; Scacciam *li. 2. de Iudic. c. 9. n. 180. & ſeq.* nomina verbalia an & quomodo requirant pluralitatem actuum.

6. Non minus mirabilia quàm verè timenda ſunt, quæ S. Aug. *in ſer. ad Iudices 35.* poſtquã dixerat, quales deberẽt eſſe, addit, Vę vobis, ô Iudices, væ vobis in æternum & vltra, quia in vobis non eſt veritas, non miſericordia, non pietas, non iuſtitia, nec ſcientia Dei in vobis poteſt inueniri, quid enim inter vos regnat? auaritia, mendacium, clamor, apparentia, peruerſio S. legis, dicentes malum bonum & bonum malum eſſe, acceptio perſonarum, non eſt enim veritas in vobis, diminutæ ſunt à vobis veritates, ô Patres pauperum, ô verè non Patres, ſed prædones, quare non patres? quia vbiq; per eos opprimũtur, non eſt qui miſereatur pupillis Dei, ſed ſi diues locutus fuerit, mox tacuiſtis, cauſas ſuas vſq; ad nubes perduxiſtis, ô Iudices ſcientiã & iuſtitiam mundi amantes, attendite quid agatis, nã ſcientia mundi pleni eſtis, & in ipſa moriemini, quę eſt enim ſcientia mundi, niſi theſaurũ congregare, lucrũ terrenum acquirere, decipere proximum, mentiri, iurare, iuſtitiam cautè peruertere, & ſimilia in cunctis agere, iſta enim ſapientia huius mundi eſt, in iſtis ferè tota veſtra vita conſiſtit, & ideo attendite, qui iudicatis terram, quod ſapientia huius mundi eſt ſtultitia apud Deum, ſed dicitis, ô Epiſcope, hanc ſcientiã non amamus, furtum non committimus, proximum non decipimus, nec offendimus, quare, quia nihil aliud recipimus, niſi quantũ nobis dare voluerint, ego aũt dico vobis, quod tantũ feciſtis, quantũ facere potuiſtis, quantũ potuiſtis feciſtis, leues cauſas magnas feciſtis, nã ſi vi nõ rapuiſtis, & proximũ in via deprædati nõ eſtis, latrones tamen eſſe poteſtis, latro enim non timet malũ, & vbi non poteſt, nõ facit, & tamẽ latro eſt, Deus enim cor interrogat, & non manum, nam mẽs hominis totus eſt homo, neq; aliud eſt homo, quam mẽs ſua, vt refert Connan. *in Comment. iur. ciuil. lib. 1 c. 1. n. 9.* habens teſtem Ariſt. *de morib.* vbi dicit, vt quiſq; noſtrũm id, quod eſt, mẽte eſt, *& rurſus,* ſecundum mẽtem homo maximè eſt, quiſq; eſt, eſſeq; dicitur, ita vt ſicuti bene agendo boni, ita malè agendo mali efficiamur; diſce igitur homo, ait S. Greg. *de ſcript. de temp. 507.* non diligere Mundum, vt diligas Deum, auertere vt conuertaris, effunde vt implearis; quia, vt dicit S. Bernardus, periculum huius Mundi probat tranſeuntium raritas & pereuntium pluralitas, in Mundo habitare, & non diligere, dicit S. Auguſtinus, *ad Fratres in Eremo. ſerm. 30.* impoſſibile eſt, ſperare & non timere, vanum; amare & non periclitari, impoſſibile. Exornatur autem apud Fabian. Iuſtin. *in Tob. cap. 1. verſ. 5. in document.* quam difficile ſit bonum inter malos eſſe, & quod mala ſocietas diligentiſſimè ſit euitanda,

tanda, mala enim ſocietas multos perduxit ad nequitiam, quid autem mundanos faciat, Theologus hiſce verbis expreſſit, Quemadmodum, ait, ſpina & tribulus, ex quacunque parte illa conſpexeris, habent aculeos, ſic & homines planè mundani, ſerui diaboli, ex quacunque parte conſideraueris, iniquitatibus pleni ſunt, ſi loquuntur, in dolo loquuntur, ſi tacent, malè cogitant, ſi iraſcuntur, inſani ſunt, ſi patienter agunt, tempus exſpectant nocendi, & opportunitatem conſiderant, quando noceant; ſi malè agunt, non erubeſcunt, & vt Hieremias dicit, filij ſunt inſipientes, & non intelligentes, ſapientes ſunt vt faciant mala, bene autem facere neſciunt. Addit rationem præfatus Theologus: Quomodo enim profert bonum fructum, cuius radix diabolus eſt; qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, S.Ioan.*c.8.* & conſequenter ſeruus diaboli. Peruetuſtũ eſt prouerbium: Mali corui, malum ouum; ipſi etiam pupilli ætate licet ſint minores, malitia tamen pares, non ſecus ac ſerpentum pulli, etſi breuiores quidem ſunt, veneno tamen ęquales, catuli luporum etſi venatione nocere non poſſunt, iam tamen ſanguine gaudent, & morſibus lædunt; quam ſimilitudinem adfert S.Chryſoſt.*ſuper Matth.c.22.* vnde exclamat S.Auguſt.*de ſymbol.ad Cathol.cap.1. libr. 3. & ſermone 39. de verbis Domini.* O Munde immunde, ſi teneri vis periens, quid faceres ſi maneres, quem non deciperes dulcis, ſi amarus alimenta mentiris. Et ruſſus S.Aug. concludendo inquit, Conſiderate ergo, ô Iudices, quid per Oſeam ſeruum ſuum Deus loquatur: Viſitabo populũ meum, Iudices, & vias eorũ, & çogitationes eorum reddam eis; ô quam horrendum eſt incidere in manus Dñi, ô quanta vltio, quãta miſeria malis erit in die nouiſſimo, expellẽtur n. mali mercatores, falſi Iudices de domo Dñi, exulabunt à domo Dei, expellentur à Paradiſo, & ibũt in locum, vbi ſemper erit fletus & ſtridor dentium; nemo autem, vt ait S.Chryſoſt.*hom.9.* læditur niſi à ſemetipſo, &*eod.tom.5.fol.161.& ſeqq.* & videmus quotidie quãplurimos affligi cum omni iniuria, humiles & infimos à potentibus & fortibus, & pauperiores à diuitibus opprimi, & ſicut non eſt poſſibile numerare fluctus & vndas maris, ita nec hi, qui affliguntur, & iniuriam patiũtur, poſſunt numero cõprehendi, quib. neq; vllæ leges ſubueniunt, neq; iudicũ metus, neq; vlla vis, neq; alia morbũ hũc & perniciẽ poſſunt cohibere, quinimo & augetur per dies ſingulos, fletusq; malorum ſemper increſcit, & latiùs *ibi*, qũo boni deprimãtur, & mali exaltẽtur & honorẽtur in hoc Mũdo, & q̃ hęc iniqua & iniuſta inęqualitas nõ ſolũ in terra, ſed & in mari cõmittitur & exercetur, quæ latiùs refert Scac.*de ſent.& re indic. c.1.gl.4.q.1.n.60.& gl.14.q.9.n.30.& ſeqq.* vt ſic in prouerbium abierit, Wer den andern vberwagt / der ſteckt den andern in den Sack / hoc eſt in effectu dictum, qui viribus præualet, iure præualet, malis omnia plena ſunt, inquit Arnob. *lib.6.* innocentiæ penè interijt nomen, & quidem inuenit æmulos infœlix nequitia, dicit Tacit. *hiſtoria 4.* quid ſi floreat vigeatque? nam dum in vitijs iacuerimus, ait Senec. *Epiſt. 85.* euelli difficile eſt, non enim inquinati ſumus, ſed infecti; nonne hoc ipſum, præſertim quoad plurimos milites, ſatis manifeſtum eſt, qui terra marique bona, nihil mali meritorum, inuadunt & diripiunt, quibus ſumma voluptas eſt, ſtipendia facere ſub Bromij olim Senonum Reguli ſimilibus ſignis, hic enim Romanorum Legatis interrogantibus,

tibus, quanam ratione Cluſium Hetruriæ oppidum obſidione premeret, reſpondiſſe fertur, iure naturali, quo is, qui minus fortis eſt, potentiori cedere iubetur, magis ciuiliter ille, cui cum viuis rationibus oſtenderetur, certam quandam prouinciam ad ipſum iure non eſſe, neque fuiſſe deuolutam, pro coloratione ſuæ poſſeſſionis & tituli, reſpondit, aliquid iuris, & aliquid facti: malum virtutis ſpecie tectum citò lædit, & ita hodie practicatur illud Poëtæ·

Vis ius menſurat, nec iura potens homo curat.

Non dicunt hodie, ſed faciunt vim vltro ſuis, cum præfato Regulo criminibus patrocinium quærentes, quod iuri & naturæ aduerſatur, & hoc illis eſt, ius naturale, quia vt perhibet Ariſtot. quod eſt potentius natura, dominatur imbecilliori, quo pertinet illud Thucidid. *in orat. Athen. contra Laced.* nec vero, inquit, id adeo primum ortum eſt à nobis, ſed ita ſemper compertum fuit, vt potentior imbecilliorem coërceat, ſic & ſeruitus minus prudentis ad prudentiorem eſt de iure naturæ, Scaccia *de comm. & camb.* *§.1.q.1.n.68.& ſeqq.& ibi remiſſiuè n.39.& ſeqq.*

Ex quibus prędicta reſoluere poteris, quis enim ignorat in Repub. Tyrannica Iuſtitiam non exhiberi æqua lance, ſed ſæua lancea, quis neſcit, hodie etiam vulgo innotuiſſe das Fauſt-Recht / hoc eſt, manuale ſiue armatum, vulgo etiam ſheden ſiue beſheden de diffidationibus vide Conſtitutiones Imperij & DD. Camerales.

7. Verùm peccant maximè, qui ſub ſpecie boni delinquunt, Lactant. *lib.3. diuin. Inſtit. aduerſ. gent.* Ineptum eſt, inquit, ne dicam iniquum, non in animo, ſed in labijs probitatem oſtendere. Et ICtus *in l. legem, in fin. C. de natural. liber.* minus indignum ait eſſe, item minus impium flagitijs pręſidia quęrere, & D. Greg. *22. Moral.* Peccatum peccato addit, qui culpæ quam fecit, patrocinia quęrit, defenſionis mala vel maximè hodie inuicem concatenata ſunt, nullum vitium, inquit Seneca, *epiſt.116.* eſt ſine patrocinio, & iuxta illud Iſa. *c.3.* Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, & hoc tanto liberius, quo cõſuetudo peccandi eſt antiquior, quia iuxta S. Greg. *lib.15. Moral. c.20.§.13.* tenent illum prauę conſuetudines, quę ſemel cęperunt, & quotidie duriores exiſtunt, & non niſi cũ eius vita finiuntur, & S. Aug. *Soliloq.* Prauus riſus, inquit, vix tollitur, aſſidua conſuetudo vitium in naturam conuertit, animus in ſceleribus cõſtrictus vix euelli poteſt ab eis, rectum Iudicium de culpis dirimit & ſubuertit, ideo peccando ridetur, quaſi res bene acta fuerit, ſed diabolicum eſt facere malum ſub ſpecie boni, cum diabolus bonum dicatur agere ſeductoriè, *gloſſ. in cap. ſi enim, verb. dæmones, de pœnit diſt.2.* & valde perniciosum eſt, ſub ſpecie pietatis impietatem agere, *c. noſſe 30.q.1. cap. non putanda 1. q.1. c. neque enim ſi agis 14. q.15.* quod eſt duplex iniquitas, vna quod faciat malum, & alia quod bono abutatur, virtutibus & vitijs contraria remedia imponere, maximum vitium imò diabolicum eſſe dixit Fred. Furius Ceriolanus *de conſilijs & conſiliarijs Principum in quarta nota boni Conſiliarij, §. 5.* hinc Cic. *lib.1. de offic.* dixit, totius Iniuſtitiæ nullam capitaliorem eſſe, quam eorum, qui cum maximè fallant, id agunt vt boni viri videantur, vis blanda potentior, vnde Plutarch. *in lib. de ſera Numinum vindicta* refert Theſpeſium quendam, qui à morte ſurrexerat, aſſerere apud inferos, eos, qui manifeſtè peccauerant, palamque flagitia perpetrauerant, non tam acerbè plecti,

quàm

Digitized by Google

quam qui iniuſtè vixerant prætextu virtutis, cuius generis hominum noſtra tempeſtate tantam, inquit Farinac. *de delict. & pœn. quæſt.18. num.17.* video copiam, vt periculoſum arbitrer iudicare, probus-ne ſit quiſpiam vel improbus, niſi mores iam antea probati ſint, Tiraquell. *de pœn.temp. cauſ.51.num.158.* ibi & quamdiu probati debeant, vitia virtutem, inquit Lactant. *7.10.* ſemper impugnant, vel ſaltem malus bonum, malum vult eſſe, vt ſui ſit ſimilis, Plaut. *13.Trim.* nam qui non decipiunt, qui non aliud ore, quam corde loquuntur, qui à la mode viuere vel exoticis moribus ſe adaptare & accommodare nolunt, vel non poſſunt, illi ſimplices, alij vero in pretio habentur, qui cautiore vtentes ſermone, occultato ſceleris nomine quiduis ferè impunè audent & faciunt, vel virtutis nomine vtcunque inducto etiam iniuſta impetrant, ita quippe ab appoſitis lucent, ſed ipſa quidem appoſita, inquit Boëtius *de conſol.Phil.lib.2.proſa 5.* laudantur, illud vero his tectum atque velatum, in ſua nihilominus fœditate perdurat, neque etiam ſola vocabula ſaluant conſcientiam, nec mutant rei eſſentiam, vt ex Baldo refert Parlad. *rerum quotid. lib. 2. cap.2. num.10.* ſed falſa nomina rerum effectu redarguuntur, prædictis vero attentis belliſſime Vell. *lib.1.* Non gradu, inquit, ſed præcipiti curſu à virtute deſcitum, ad vitia tranſcurſum, hinc Germani: Vnrecht vnnd Klage mehrt ſich all Tage. Et Poëta:

Improbitas tanti, probitas iam denique parui
Penditur, vt probrum ſit penè te eſſe probum.

8\. Habituati reperiuntur in vitijs, qui ad virtutes, vnde corruerunt, non reuertuntur, iiſdem ſeſe non aſſociare, ſed longè fugere magna eſt ſapientia, Myronides hominum prudentiam non in cauendo duntaxat malum, ſed in eligendo bonum conſiſtere dixit, quia ſub illo nihil boni, ſub hoc vero multū mali diſſimulari ſoleat, libertas ICtis dicitur res inæſtimabilis, *l.libertas.ff.de reg. iur.* inæſtimabile bonum eſt, inquit Seneca, ſuum fieri, item qui notus nimis omnibus, ignotus moritur ſibi, declina ergo turbas, cui cordi eſt puritas, alius terrarū orbis quærendus, ait Pachim.*lib.2.* è quo Sanctos petamus, quia in omnium noſtrûm moribus non amplius habitant priſci animi, ſed quæ apud priſcos odioſa erant, nunc extollūtur, Dio.*lib.78.* ſapientia namque mundi eſt cor machinationibus tegere, ſenſum verbis velare, quæ vera ſunt, falſa oſtendere, quæ falſa ſunt, vera demonſtrare, hæc ſapientia à Iuuenibus vſu ſcitur, pueris pretio addiſcitur, vti ex S.Greg.*lib.12.moral.* exponēs illud *Iob 12.* Deridetur Iuſti ſimplicitas; tradit Luc.de Pē. *in l.1.n.60. C.de ponderatorib.* quippe vti in adagio Belgico dicitur: Couſtume van het Land iſt geen Schand / immo bonos vilipendi & puniri vides apud Zaſ. *ad tit.ff.de orig. iur. ad verb. datumq́, num.5.& ſeqq.* vbi & illud Cic. *in orat.pro Cor.Balb.* ſæculi ſui labem, inquit, & maculam virtuti inuidere, ipſumque florem dignitatis infringere, adeo omnis excellentia multitudini eſt infenſa. Præclara eſt Heſiodi ſententia, *in Ergis lib.1.* Ego porro, ne ipſe inter homines iuſtus eſſe velim, neque filius meus, quando malum eſt iuſtum eſſe, ſiquidem plus iuris habebit iniuſtior. Quippe quidam nimis verè virtutes & Iuſtitiam Mundi, quo iam loco ſint, enumerat his formalibus:

Fides iſt geſchlagen todt/
Iuſtitia ligt in groſſer Noth/

Digitized by Google

Pietas ligt im Strohe/
Humilitas ſchreit Mordio/
Superbia iſt außerkohrn/
Patientia hat den Streit verlohrn/
Veritas iſt zum Himmel geflogen/
Trew vnd Ehr vber Mehr gezogen/
Frommigkeit läßt man betteln gohn/
Tyrannis jetzt beſitzt den Thron/
Inuidia iſt worden loß/
Charitas erkalt vnd bloß/
Tugend iſt deß Lands vertrieben/
Boßheit vnd Vntrew drin geblieben.

quæ Latinus verſus ſic comprehendit,

Iuſtitia atque fides veritas, nunc exulat omnis
Virtus: Ah miſerum! vitia cuncta replent.

Quemadmodum quoque in Germania, ſub ſpecie boni pro ſalute alicuius bibendi ratio ita inualuit, vt non reſpondens, & ingratus & iniurius putetur, ſed videant ſalutis potatores, S. Ambro. *lib. de Eleemoſ. & Ieiun. c. 17* non tamen propterea deſiſtas ſectari virtutes, & veritatem amplecti, & vbique profiteri: nam vti dicebat Mimus, bonum tametſi opprimitur, non extinguitur, quod autem bonum vel virtus patitur, fit hoc non ipſius culpa, ſed vitio improbitatis humanæ, quæ ſplendorem virtutis ferre non poteſt, potentes ſequitur inuidia, humiles abiectosq; contemptus, turpes & nocentes odium, Fab. *14. c. 1.* belliſſimè dixit Ferrand. Carthagen. iſtius Eccleſiæ quondam diaconus *in Paranetico ad duces militia cap. 10.* habet fides vera adhuc hodie ſuos dilectores, quantumlibet extollatur iniquitas, veritas vincit, inſitum etiam malis, inquit Senec. *4. de benefic. cap. 17.* probare meliora, & Publius Mimus bonum vt Palmes, quo plus opprimitur, quo magis attollitur, Iuſtitia etiam à malis propter ſtimulum conſcientiæ prædicatur, nullus quippe tam confeſſi ſceleris eſt, iuxta S. Hieron. vt non ſapientiam & Iuſtitiam ſe amare dicat, vt eum allegat Luc. de Penn. *d. l.* vtcunque ipſimet eam non faciant, cùm enim Deus indiderit mentibus omnium hominum quandam Iuſtitiæ cenſuram & rectè iudicandi rationem, fit, vt nemo poſſit tale tacitum conſcientiæ præiudicium fallere, quidquid externo habitu diſſimilet, Oldendor. *de action. claſſ. 1. act. 1. in prin. verſ. quum Deus*, &c. ita vt virtutem videant, qui eam non ſequuntur, Senec. *14. de benefic.* virtutes ſua præmia habent, ſicut & vitia ſuas pœnas, quas irrogat Deus, iuxta illud:

Ergo etiam ſcelerum pœnas hic exiget vltor,
Virtutumq; dabit præmia grata pijs.

Item:

Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces.

9. Omnia alia falſa, incerta, caduca & mobilia ſunt, virtus eſt vna altiſſimis defixa radicibus, quæ nulla vnquam vi labefactari poteſt, habet autem ſua obſtantia aduerſaq; vitia, vnde Cic. *lib. 4. ad Heren.* inquit, virtutis comes inuidia, plerumque bonos inſectatur, ſed argumẽtum recti eſt, vt Seneca diſplicere malis, infamia intactum inuidia, qua poſſunt, vrgent, Liu. *lib. 38.* ſolet enim bonis liuor obſtrepere, Symm. *992.* immo nemo eſt Principum, quem non grauis fama perſtringat, Capit. *de Marc. Aurel.* quo non liuor adit? inquit Ouid. *Faſtor. 3.* ſumma petit liuor, Idem *de remed. Amor.* quippe improbi pariter & ad ſe tuendos & ad bonos petendos armati, Liu. *lib. 31.* & ad reprehendenda aliena facta aut dicta, ardet omnibus animus, Sal. *de ord. Repub.* verum tamen inquit Cic. *1. Tuſc. c. 38.* virtutem neceſſario gloria, etiamſi tu id non agas, conſequitur: nam, vt ait

Digitized by Google

ait Fab. 12. 10. mala multi probant, nemo improbat bona, & licet quoque dicatur, quod vitia ſemper virtutem impugnent, Lactant.7.10. & S.Cypr. *2.Epiſt.2.* eſſe inter nocentes, inquit, innoxium crimen eſt, nihilominus probitas ſemper eſt ac erit in pretio,&quare,vide Tiraq. *de pœn.temp.cauſ.51 n.156.* è contra conſuetudo in malis præſertim in foro poli non excuſabit, idem Tiraq. *d.tr.cauſ.42.* Conſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt, ait Cyprianus *contra Pompeium ad Epiſ. Stephan.* prout eum allegat Annæus Robert. *lib.2.rer.Iud.cap.1.* pulcher textus *in cap. veritate*, & *cap. ſi conſuetudinem & aliquot ſeqq. diſtinct. 8.* nec obſtat illud vulgatum, quod vſus quotidianus facit licitum, alias illicitum, quandoquidem non procedit ſi nutriat peccatum, ſi illicitum quod introducitur conſuetudine, ſit mali exempli, ſi per hoc corrumpatur diſciplina Ciuilis, & denique ſi id, quod eſt illicitum, in nulla vnquam ſpecie repertum fuerit licitum, ita declarat Zaſius *in l. certi condict. §.qui nummos,n.15 ff.ſi cert.pet.* ex Felin. *in cap.cùm ex officij, x.de præſcr.* de quo latiùs Iaſon *in d.§.qui nummos.*

10. Inter cauſas vero malorum noſtrorum eſt, quod viuimus ad exempla, nec ratione componimur, ſed conſuetudine abducimur, quod ſi pauci facerent, nollemus imitari, cum plures facere cœperunt, quaſi honeſtius ſit, quia frequentius ſequimur, & recti apud nos locum tenet error, vbi publicus factus eſt, Senec. *Epiſt.123.* pudorem tollit multitudo peccantium, & deſinet eſſe probri loco commune maledictum, quod exemplis oſtendit Senec. *3. de benefic. cap.16.* Periculoſum autem eſt, mihi crede, oſtendere ciuitati quanto plures mali ſint, idem Senec. *1. de Clement. cap.22.* nec tibi de multitudine peccantium ſimilium blandiaris, & dicas, non ſolus hoc ego egi, multos habeo ſocios; ſed recogita, quia multitudo ſociorum peccantium non facit impunitatem criminum, S. Ambr. *ad virginem lapſam, cap.9.* non minus enim perit, qui cum multitudine perit, quam qui ſolus, neque enim multitudine peccantium peccatum diminuitur & aboletur, ſed potius augetur, & pernicioſius eſt. Quid ergo prodeſt malis hæc excuſatio, cùm nihil interſit qua ſe quiſpiam dicat peccare cauſa, cum ſit omne peccatum diuinitatis iniuria, Saluian. *4.contra Auarit. pag.149.* peccatorum quidem eſt remedium, defenſio vero non eſt, ſed pœnitentia, ſomnium narrare vigilantis eſt, ait Senec. *Epiſt.53.* & vitia ſua confiteri, ſanctitatis indicium. Expergiſcamur igitur & nos, vt errores noſtros coarguere poſſimus, quippe primus fœlicitatis gradus eſt, non delinquere, ſecundus delicta cognoſcere, illic currit innocentia integra & illibata, quæ ſeruat, hic ſuccedit medela, quæ ſanat, iuxta S. Cyprianum, adde Barboſ. *in reg.poſſ.mala fid.n.9.& 10.de reg.iur.in 6.* vel, vt declarat Couar. *de matrim. p.11.c.7. §.3.n.7.& 8.* quod conſuetudo Regionis rationalis excuſet à pęna; non vero in foro cõſcientię, perbelle ſcriptũ quandoq; legi, vitia nõ noſſe fœlicitatis eſt, noſſe periculi, viciſſe virtutis, nam vt dicit Philon, improbitatis & nequitiæ exitꝰ virtutis efficit introitũ, & cum abominatio abolẽtur, ſanctificatio cõſeruatur, *c.nõ 15.q.1.* proinde nõ debet deſpici in eo ꝙ fuit, qa iã incipit eſſe ꝙ nõ fuit, *c.ferrũ, diſt.50.* Sed ô infęlicitas generis humani, amarꝰ eſt mũdꝰ, & diligitur, putas ſi dulcis eſſet, qualiter amaretur, S. Aug. *de tẽp.111.* cum tñ mũdana oĩa ſint puerilia & contẽnenda, ꝙ exornatur apud Fab. Iuſt. *in Tob.c.1.v.4.* in documento, vbi & illud Senec. *ad Lucill.*

Digitized by Google

Pietas ligt im Strohe/
Humilitas ſchreit Mordio/
Superbia iſt außerkohrn/
Patientia hat den Streit verlohrn/
Veritas iſt zum Himmel geflogen/
Trew vnd Ehr vber Mehr gezogen/
Frommigkeit läßt man betteln gohn/
Tyrannis jetzt beſitzt den Thron/
Inuidia iſt worden loß/
Charitas erkalt vnd bloß/
Tugend iſt deß Lands vertrieben/
Boßheit vnd Vntrew drin geblieben.

quæ Latinus verſus ſic comprehendit,

Iuſtitia atque fides veritas, nunc exulat omnis
Virtus: Ah miſerum! vitia cuncta replent.

Quemadmodum quoque in Germania, ſub ſpecie boni pro ſalute alicuius bibendi ratio ita inualuit, vt non reſpondens, & ingratus & iniurius putetur, ſed videant ſalutis potatores, S. Ambro. *lib. de Eleemoſ. & Ieiun. c. 17* non tamen propterea deſiſtas ſectari virtutes, & veritatem amplecti, & vbique profiteri: nam vti dicebat Mimus, bonum tametſi opprimitur, non extinguitur, quod autem bonum vel virtus patitur, fit hoc non ipſius culpa, ſed vitio improbitatis humanæ, quæ ſplendorem virtutis ferre non poteſt, potentes ſequitur inuidia, humiles abiectosq́; contemptus, turpes & nocentes odium, Fab. *14. c. 1.* belliſſimè dixit Ferrand. Carthagen. iſtius Eccleſiæ quondam diaconus *in Paranetico ad duces militia cap. 10.* habet fides vera adhuc hodie ſuos dilectores, quantumlibet extollatur iniquitas, veritas vincit, inſitum etiam malis, inquit Senec. *4. de benefic. cap. 17.* probare meliora, & Publius Mimus bonum vt Palmes, quo magis opprimitur, quo magis attollitur, Iuſtitia etiam à malis propter ſtimulum conſcientiæ prædicatur, nullus quippe tam confeſſi ſceleris eſt, iuxta S. Hieron. vt non ſapientiam & Iuſtitiam ſe amare dicat, vt eum allegat Luc. de Penn. *d. l.* vtcunque ipſimet eam non faciant, cùm enim Deus indiderit mentibus omnium hominum quandam Iuſtitiæ cenſuram & rectè iudicandi rationem, fit, vt nemo poſſit tale tacitum conſcientiæ præiudicium fallere, quidquid externo habitu diſſimilet, Oldendor. *de action. claſſ. 1. act. 1. in prin. verſ. quum Deus*, &c. ita vt virtutem videant, qui eam non ſequuntur, Senec. *14. de benefic.* virtutes ſua præmia habent, ſicut & vitia ſuas pœnas, quas irrogat Deus, iuxta illud:

Ergo etiam ſcelerum pœnas hic exiget vltor,
Virtutumq́; dabit præmia grata pijs.

Item:

Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces.

Omnia alia falſa, incerta, caduca & mobilia ſunt, virtus eſt vna altiſſimis defixa radicibus, quæ nulla vnquam vi labefactari poteſt, habet autem ſua obſtantia aduerſaq́; vitia, vnde Cic. *lib. 4. ad Heren.* inquit, virtutis comes inuidia, plerumque bonos inſectatur, ſed argumẽtum recti eſt, vt Seneca diſplicere malis, infamia intactum inuidia, qua poſſunt, vrgent, Liu. *lib. 38.* ſolet enim bonis liuor obſtrepere, Symm. 992. immo nemo eſt Principum, quem non grauis fama perſtringat, Capit. *de Marc. Aurel.* quo non liuor adit? inquit Ouid. *Faſtor. 3.* ſumma petit liuor, Idem *de remed. Amor.* quippe improbi pariter & ad ſe tuendos & ad bonos petendos armati, Liu. *lib. 31.* & ad reprehendenda aliena facta aut dicta, ardet omnibus animus, Sal. *de ord. Repub.* verum tamen inquit Cic. *1. Tuſc. c. 38.* virtutem neceſſario gloria, etiamſi tu id non agas, conſequitur: nam, vt ait 9.

Digitized by Google

ait Fab. 12. 10. mala multi probant, nemo improbat bona, & licet quoque dicatur, quod vitia ſemper virtutem impugnent, Lactant. 7. 10. & S. Cypr. *2. Epiſt. 2.* eſſe inter nocentes, inquit, innoxium crimen eſt, nihilominus probitas ſemper eſt ac erit in pretio, & quare, vide Tiraq. *de pœn. temp. cauſ. 51 n. 156.* è contra conſuetudo in malis præſertim in foro poli non excuſabit, idem Tiraq. *d. tr. cauſ. 42.* Conſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt, ait Cyprianus *contra Pompeium ad Epiſ. Stephan.* prout eum allegat Annæus Robert. *lib. 2. rer. Iud. cap. 1.* pulcher textus *in cap. veritate*, & *cap. ſi conſuetudinem & aliquot ſeqq. diſtinct. 8.* nec obſtat illud vulgatum, quod vſus quotidianus facit licitum, alias illicitum, quandoquidem non procedit ſi nutriat peccatum, ſi illicitum quod introducitur conſuetudine, ſit mali exempli, ſi per hoc corrumpatur diſciplina Ciuilis, & denique ſi id, quod eſt illicitum, in nulla vnquam ſpecie repertum fuerit licitum, ita declarat Zaſius *in l. certi condict. §. qui nummos, n. 15 ff. ſi cert. pet.* ex Felin. *in cap. cùm ex officij, x. de præſcr.* de quo latiùs Iaſon *in d. §. qui nummos.*

10. Inter cauſas vero malorum noſtrorum eſt, quod viuimus ad exempla, nec ratione componimur, ſed conſuetudine abducimur, quod ſi pauci facerent, nollemus imitari, cum plures facere cœperunt, quaſi honeſtius ſit, quia frequentius ſequimur, & recti apud nos locum tenet error, vbi publicus factus eſt, Senec. *Epiſt. 123.* pudorem tollit multitudo peccantium, & deſinet eſſe probri loco commune maledictum, quod exemplis oſtendit Senec. *3. de benefic. cap. 16.* Periculoſum autem eſt, mihi crede, oſtendere ciuitati quanto plures mali ſunt, idem Senec. *1. de Clement. cap. 22.* nec tibi de multitudine peccantium ſimilium blandiaris, & dicas, non ſolus hoc ego egi, multos habeo ſocios; ſed recogita, quia multitudo ſociorum peccantium non facit impunitatem criminum, S. Ambr. *ad virginem lapſam, cap. 9.* non minus enim perit, qui cum multitudine perit, quam qui ſolus, neque enim multitudine peccantium peccatum diminuitur & aboletur, ſed potius augetur, & pernicioſius eſt. Quid ergo prodeſt malis hæc excuſatio, cùm nihil interſit qua ſe quiſpiam dicat peccare cauſa, cum ſit omne peccatum diuinitatis iniuria, Saluian. *4. contra Auarit. pag. 149.* peccatorum quidem eſt remedium, defenſio vero non eſt, ſed pœnitentia, ſomnium narrare vigilantis eſt, ait Senec. *Epiſt. 53.* & vitia ſua confiteri, ſanctitatis indicium. Expergiſcamur igitur & nos, vt errores noſtros coarguere poſſimus, quippe primus fœlicitatis gradus eſt, non delinquere, ſecundus delicta cognoſcere, illic currit innocentia integra & illibata, quæ ſeruat, hic ſuccedit medela, quæ ſanat, iuxta S. Cyprianum, adde Barboſ. *in reg. poſſ. mala fid. n. 9. & 10. de reg. iur. in 6.* vel, vt declarat Couar. *de matrim. p. 11. c. 7. §. 3. n. 7. & 8.* quod conſuetudo Regionis rationalis excuſet à pęna; non vero in foro cõſcientię, perbelle ſcriptũ quandoq; legi, vitia nõ noſſe fœlicitatis eſt, noſſe periculi, vitiſſe virtutis, nam vt dicit Philon, improbitatis & nequitiæ exit⁹ virtutis efficit introitũ, & cum abominatio aboletur, ſanctificatio cõſeruatur, *c. nõ 15. q. 1.* proinde nõ debet deſpici in eo ꝙ fuit, qa iã incipit eſſe ꝙ nõ fuit, *c. ferrũ, diſt. 50.* Sed ô infęlicitas generis humani, amar⁹ eſt mũd⁹, & diligitur, putas ſi dulcis eſſet, qualiter amaretur, S. Aug. *de tẽp. 111.* cum tñ mũdana oĩa ſint puerilia & contẽnenda, ꝙ exornatur apud Fab. Iuſt. *in Tob. c. 1. v. 4.* in documento, vbi & illud Senec. *ad Lucill. epiſt.*

epiſt.88.cap.fin. Tota,inquit,rerum natura vmbra eſt,inanis & fallax, ita vt ea de re hiſtorijs eius recenſitis exclamet: O mundanarum rerum conſtantiſſima inconſtantia, ô vmbra vmbrarum omnium fugaciſſima!

11. Quocirca delicta & frequentes hodiernæ nequitię,nunquam in legem abiere,nedum iuris gentium eſſe potuerunt, adeo vt non ſolũ delicta & nequitiæ immediatè non debeant deſcẽdere à iure,ſed neq; occaſio delinquendi, argumentum *l.ſcire,& ibi gl.C.vt in poſſ.leg.cap.conſtitutus,& c.fin.de conceſſ. præb.c.ne captanda,& c.deteſtanda,de conc. præb.in 6.l.meminerint,C.vnde vi,*nec eſt ius aliꝙ gentium,ꝙ irrationabile eſt per notata *in c.ius naturale,diſt.1.*ſed ius vel lex gẽtium illa eſt, q̃ oẽs gentes ratione naturali ducti cõſtituũt,*l.9.ff.de iuſt.& iur.*vnde & ad legẽ condendam plures requirũtur conditiones, Bonacin *de ll.diſp.1.q.1.& 4.*inter alia requiritur,vt ſit ordinatio rationis,Barboſ.*in c.erit autem lex,diſt.4.* vſq; adeo, vt lex iniqua nullo vnq̃ tempore præſcribi poſſit aut iuſtificari, Vaſq.*lib.2.contr.c.89.n.41.& ſeqq.* vbi hoc in terminis;ex quo igitur ratio naturalis debet adeſſe, vt aliquid ſit iuris gentiũ, Vaſq.*d.lo.*& pulchrè *lib.2.c.89.n.28.*ſtultiſſimũ eſſet,dicit Luc.de Pe.*in l.vniuerſos,n.17 C.de ſtud.liber.* exiſtimare omnia iuſta eſſe, quæ ſunt in populorum ſtatutis aut legibus, licet pro temporis varietate & leges variari dicat, *n.præc.* non quia ꝙ ſemel iuſtum fuit, poſtea iniuſtũ fieri poſſit,ſed quia rectitudo & iuſtitia legis cõſideratur quoad cõem vtilitatẽ,cui non ſemper vna eademq; res conuenit,ac propterea talis rectitudo pro temporis varietate vel neceſſitate rectè mutatur Couar. *in relect.c.alma mater,p.2.de mutat. legum*, ſicuti dicitur *Eccleſ.3.* omnia tẽpus habent,& omnia ſuis debent accommodari temporibus,*c.ſi Eccleſ.22.q.4.* nam vti medicus obſeruat tẽpora, ita & Iuriſperitus illa obſeruare debet, ait Cyn.*in l.vnic.* & Bald. *nu.8. C.de caduc.toll.* de duplici autem rectitudine iudiciali, vide pulchra apud Zaſ. *in l.iuſte.ff.de acq.poſſ.* adde Gail. *de arreſt. Imp.c.22.n.12.& ſeqq.* declara tamen prædicta,quæ per ſe vel ſuapte natura mala sũt, & vitium habent, nullo vnq̃ tempore bona & recta fieri poſſunt,quo pertinet illud Cic. *lib.3.offic.* detrahere alteri ſui cõmodi cauſa contra naturam eſſe, & ſimilia per ſe mala ſemper illicita cẽſentur,Grotius *de iur.belli, lib.3.c.1.n.4.& ſeqq.* ibi & quãdo liceat dolo vti,& pulchrè Ferd.de Caſtr.*de virt.& vitijs, tr.de peccat.diſp.1.punc.13.*de actionib.prohibitis in quotuplici ſint differentia, quæq; honeſtari poſſint vel nõ, iunctis traditis per Scac.*de Iudic.lib.2.c.8.art.5.caſu 1.& 2.*falſitas quando ſit punibilis & nocibilis,& quãdo non,in ſumma *Pſ.72.*Cùm accepero tẽpus,iuſtitias iudicabo,dicit Dñs,quia nemo hodie iniurius eſt,nemo iniuſtus,nemo improbus,nemo concuſſor,&c. quę ſub ſpecie boni velãtur,quaſi nomina rebus ſuis hodie cõuenientia eſſe nõ debeant,cõtra *tex.§.eſt & aliud,inſt.de donat.* in quos quadrat illud Saluia.*de guber.lib.4.*non probant ꝙ fatẽtur & impugnant profeſſionẽ morib.ſuis,magis damnabilis eſt malitia, q̃ titulus probitatis accuſat,S.Bern.*in Cant.ſer.66.* bonus nunq̃ niſi boni ſimulatione deceptus, crimina ferè omnia ob cauſam perpetrari ait Menoch. *de arb.caſ.322.n.15.*vix quiſq̃ gratis malꝰ eſt, aut ſi que malitia propter ſeipſam delectat, is vltra modum humanũ proceſſit, Grotius *de iur.belli,lib.2.c.20.n.29.*atq; Senec.*ep.69* teſtatur,nullũ ſine auctoramento malũ eſſe, Auaritia pecuniam ꝓmittit, luxurias multas ac vanas, Voluptas, Ambitio purpuram & plau-

Digitized by Google

plauſum, & ex hoc potentiam, & quidquid potẽtia poteſt, mercede te vitia ſollicitant, ac ideo iuxta *Eccleſ.19.* eſt qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo, malè autem facere qui vult, inquit Mimus, nuſquam non cauſam inuenit, idem omne vitium habet patrocinium ſuum, ô mundus in immundo proditor & fallax, qui nauigant hoc mare enarrant pericula eius *Eccleſiaſt. cap. 43.* in medio nationis prauæ & peruerſæ dicit Apoſtolus *ad Philipp. 2.* olim ſine certa aliqua lege viui potuit, *l. 1. ff. de orig. iur.* & antequam leges conderentur, omnis conuentio firma fuit, quantumcunque ſimplicibus & nudis verbis facta, tanti fuit cuique ſua fides, vnde oritur quod dicit Cicero *3. Offic.* bona fide agier, Zaſius *in §. de conſtituta, num. 3. inſtit. de action.* hodie verò vix eſt, vt quibuſcunque verbis clauſulata & iurata fides ſeruetur Beſold. *in Theſaur. pract. lit. T. verb.* Trew vnd Glauben *num. 36.* adde Gail. *de Arreſtis Imperij, cap. 9. n. 17.* hinc prouerbialiter dicitur: Fide, ſed cui vide. vnde Poëta:

Fide parum, ſed cui vide, nam fidere multum
Et vidiſſe parum, commoda nulla tulit.

Item:

Debita Iuſtitiæ languent reuerentia ſacra,
Nec violare fidem ducitur eſſe nefas.

Hinc rectè Virgilius:

Nuſquam tuta fides.

Vix vnquam, niſi dum expedit, ſimiles illi ſunt Parthis, quibus vtilitas ſemper eſt fide ſanctior Alex. ab Alexan. *lib. 5. cap. 10.* vnde Poëtæ dixerunt, fidem terris relictis cœlum petijſſe, de quo vide verſus apud Vaſq. *in l. ſi quis in ſuo, § legis autem, n. 14. Cod. de inoffic. teſtam.* leuiſſimi animi mos eſt, ait Caſſiod. *5. epiſt. 34.* polliceri facile, quod non diſponit implere, imò nulli iactantius fidem ſuam obligare ſolent, quam qui maximè violant, quemadmodum

Regnatum, Clarorum. Magnorum
Eſt hominum genus, multis promittere multa,
Sed præſtare fidem, ruſticitatis opus.

Sie ſagen nicht anders dann ja, vnd nein: ja in promittendo, nein in non ſeruando, ita promiſſio in vitium excidit. Sed abſit quæſo magnificentia inquit Saluſtius, pauca polliceamur, multa præſtemus, illorum verò inconſtantia maximè reprobatur à Luc. de Pen. *in l. prædia, num. 36. Cod. de locat. præd.* cum tamen pacta omninò ſeruari debeant, vti exornatur apud Surd. *deciſ. 260. num. 12.* & Annæ. Robert. *lib. 2. rer. Iud. cap. 10.* & pulchra apud Hering. *de fideiuſſ. c. 19. num. 79. & ſeqq.* adde Peckium *in cap. fruſtra ſibi fidem, de regul. iur. in 6.* præſertim verò Principem, fidem datam inuiolabilem ſeruare oportere ſatis demonſtrat Oran. *de Principe Chriſtiano, lib. 2. cap. 15. & 16.* & Peguer. *deciſ. 39.* ita vt promiſſio ſub fide Principis, iuramento comparetur Gail *2. obſ. 59.* latiùs Wehner. *in pract. obſ. lit. B. verb.* bey wahren Worten vnd Trewen Magerus *de aduocatia armata, cap. 13. num. 147. & ſeqq.* vbi & de effectu iuratæ fidei, quodque fides in honeſtioribus perſonis exuberare debeat, ſed in Magnos quadrat illud Germanicum: Groſſe Wort vnd nichts dahinden/ vt Plautus dicit, verba ſine penu & pecunia, item illud *Prouerb. cap. 25.* nubes & ventus pluuiæ non ſequentes, vir glorioſus & promiſſa non complens, ſed hodie pro complere & implere promiſſa, ſunt Complements & illud Ouidij:

Promittas facito, quid enim promittere lædit,
Promiſſis diues quilibet eſſe poteſt.

multò ſanius eſt illud Germanicum: Gereden vnd halten Steht wol bey den Alten.

An autem & quando ſola promiſſio obliget ſub peccato Sanchez *de matrim. lib. 1. q. 5. dub. 3.* adde Ioan. Bapt. Fragoſ. *de Re-* 12.

Digitized by Google

gimine Reipub. Chriſtian. lib.1. diſp. 2. §. 1. num.99. & ſeqq. quam graue ſit fidem fallere, maximè proximo, de fide ſeruanda vel non, aliqua in Barboſa *tract. Axiom. Iur. vſufreq. ax. 98.* Mager. *de Aduocat. armata cap.9. num.101. & ſeqq.* teſtatur pacta etiam nuda ſeruari debere, modo ſerio cum idoneis perſonis, de re licita ſine dolo & metu conuentum ſit, ſed nunquid hodierno tempore re ipſa experimur nimis communiter practicari illud:

Nulla fides eſt in pactis,
Mel in ore, verba lactis,
Fel in corde, fraus in factis,

ita vt fides punica, quæ non ſeruatur, hodie fere publica & politica ſit, quod apud veteres Romanos deteſtabile erat, qui & in ſacris Litteris laudantur tanquam datæ fidei acerrimi vindices *Machab.1.cap.8.* & violatores publicæ fidei, ſaluaguardiæ ſiue ſecuritatis, quomodo puniantur, Damhaud. *in praxi crim. cap. 109.* qui *cap. 158.* pulchrum habet diſcurſum de hac mundana iuſtitia, quo me breuitatis cauſa remitto. Concludo hic cum S. Gregor. *5. Moral.* noſtra iuſtitia, ad examen diuinæ, iniuſtitia eſt & ſordet. Finio, iunctis ijs quæ contra fraudes mundi adfert Gueuarra *in Horolog. Princip. lib. 3. cap.43.* cum Poeta:

Viue diu, ſed viue Deo, nam viuere Mundo
Mortis opus, vera eſt viuere Vita Deo,

Et oremus cum Philone *de migrat. Abrah.* vt columna in domo, mens in anima, ſic in humano pectore maneat homo iuſtus, ad calamitatum remedium, migrandum ſaltem mente è mundo immundo, nam ô munde immunde in te habitare & non dolere eſt impoſſibile S. Auguſtinus *ad Fratres in Eremo ſerm. 31.* & rurſus: ô munde proditor, væ qui tibi credit, beatus qui tibi reſiſtit, beatior qui à te illæſus recedit, peſſimus autem, qui receſſit, ad te reuerſus eſt, ſiquidem mundus eſt tabernaculum tenebrarum, locus afflictionis, limus profundi, vmbra mortis Nazianz. Gaudia mundi vana & momentanea inſtar puncti, ait Iob, gaudium hypocritæ, hoc eſt mundi, hypocrita ſplendet foris, intus ſordet, quod in ſpecie pollicetur, in veritate non præſtat, cibus eius eſt cum hamo, granum cum laqueo, ſicut aues ſæpe edunt, ſemel ſi ſunt captæ, rem ſoluunt aucupi, vt inquit Plaut. hinc vulgo dicitur: Mors in olla, & extrema gaudij luctus occupat; propterea ſaluberrime monet S. Auguſt. *in Manual. cap.30.*

Quiſquis amas mundũ, tibi proſpice quo ſit eundũ:
Hac via qua vadis via peſſima plenaq; cladis.

Sic & ille:

Mundus non mundat, ſed mundus polluit. ergo
Qui manet in mundo, quomodo mundus erit?

Ideo;

Viue Deo gratus, toto mundo tumulatus,
Crimine mundatus ſemper tranſire paratus.

CAPVT II.

De Iuſtitia Fori, & eius diuiſione.

IVriſconſulti in foro potiſſimum de particulari Iuſtitia diſceptant, hoc eſt de recta & immutabili voluntate, ius ſuum cuique tribuendi, eamque diuidunt in Iuſtitiam commutatiuam & diſtributatiuam, vtriusq; autẽ Iuſtitiæ medium & finis idem eſt, nempè æqualitatis legitimæ inter ciues cõſeruatio, ita tamen vt in Iuſtitia diſtributiua Analogia & proportio Geometrica, at in Iuſtitia cõmutatiua Arithmetica proportio ſeruetur, qualis ea & quomodo fiat, vide planè diſcurrentem Coraſ. *de iure ciuili in artem redigendo cap. 23.* & DD. omnes *ad tit. ff. de iuſt. & iure*, & alios qui de Iuſtitia ſcribunt, 1.

bunt, quibus cum nihil addere poſſim, ad eos breuitatis cauſa me remitto. Communiter autem traditur, quod Iuſtitiæ diſtributiuæ munus ſit, ac conſiſtat in conferendis præmijs, dignitatibus & officijs, iuxta qualitatem & merita perſonarum, v.g. vt Nobili maiores dignitates & præmia, quàm ciui, & rurſus maiora ciui, quam ruſtico conferantur, viro docto quàm indocto, militi ſtrenuè pugnanti quàm ignauo, & hac Iuſtitia vtimur, in honoribus, præmijs & alijs id genus: munus verò Iuſtitiæ commutatiuæ, eſt reſtituere rem ipſam quâ debetur ad æqualitatem reſpiciendo, non merita perſonæ, ſed æqualitatem rei, quæ debetur, vnde in ſoluendo pretium rei emptæ, aut labores, non ſolet attendi qualitas perſonæ, ſed res ipſa, vt latius exemplificat Bonacin *de reſtit. & contr. q. 1. pun. 1. n. 8. & ibi remiſſiuè.* vide DD. alias de Iuſtitia & eius partibus Martha *in digeſtis nouiſſimis in pr. tit. 4. de Iuſtitia & Iniuſtitia.*

CAPVT III.

De Iuſtitia Fori probatione.

1. OMnis ferè Iuſtitia cõtrouerſi fori pendet à probationibus Pacian. *de probat. lib. 1. c. 5. n. 3.* qua deficiente deficit ſubſtantia cauſæ, quippe Iuriſprudentia ſemper teſtes deſiderat, ne quid videamur ex noſtro cerebro fingere, Borell. *in conſil. 29. in prin.* hinc rectè accommodatur illud Poëtæ:

Non opus eſt verbis, credite rebus ait,

ſic etiam ſententia ex actis iuſtificari debet, imò nec pro contumaciali ſententia præſumitur, niſi quatenùs cõſtet ex actis, ſine quibus habetur, ac ſi nõ eſſet lata, nec extaret in rerum natura, Gratian. *tom. 3. diſcept. forenſ. c. 531. n. 48. & ſeq.* hinc nata eſt theorica, tibi non deficit ius, ſed probatio, Pacian. *d. lib. c. 9. n. 28.* quodq; Iudex ſecundùm allegata & probata iudicare debeat, prout pleraq; tradit Mager. *de aduoc. arm. c. 18. n. 2. & ſeq.* ita vt ex alijs docet Cephal. *conſ. 327. n. 8.* puta in foro, non eſſe verum, quod in ſe quidem verum eſt, ſed quod probatũ eſt verum dicatur, iuxta illud: In ore duorũ aut trium ſtat omne verbum, *c. cum eſſes, x. de teſtam.* quo ipſo tamen nõ efficitur, vt quod duo vel tres affirmauerunt, hoc ipſo ſit rectius vel veri⁹, ſed id eo capite ſignificatur, vt quia quãdiu hominum animi his corporis vinculis & cuſtodia tenentur, quid ſit verum nõ poſſit facile apparere, ea ipſi cum veritate coniuncta exiſtimemus, quæ ex dictis teſtium apparẽt, vel ex plurium opinione ſunt cõflata, oportet enim credere, & ex credito iudicare, ſicut autem conſtat nobis de veritate per fidẽ teſtium, id eſt per credulitatem, quã duobus vel tribus teſtibus adhibemus *c. in omni negotio, x. de teſtib.* ita credere cogimur ex alijs argumentis, præſumptionibus & indicijs, ex quibus mens ipſa inſtruitur ad veritatem, & cogunt ad aliquod credendũ, quo vtiq; ſenſu dixit Vaſq. *lib. 5. contro. c. 36. n. 8.* probationem nullam concludere neceſſario, ſed tantum veriſimiliter, oportet autẽ fateri quod probationes dẽtur perfectę, quę quales ſint vid. Menoch. *de praeſ. lib. 1. q. 36. n. 12. & q. 39 n. 5. & 6.* Gomez. *de annal. q. 4.* probatio cõſtãs dicitur eſſe ipſa veritas, Menoch. *de praeſ. quaeſt. 31. n. 5.* puta quando omnino clara & manifeſta eſt, idem Men. *lib. 2. praeſ. 70. n. 16.*

Priori quoque ſenſu quotidie in foro audimus allegari, non eſſe & eſſe, ſed non appare paria eſſe, Damhaud. *tract. parium aut ſimiliũ, lit. E. verb. eſſe inapparenter,* ibi & quod vulgo dicitur paria cenſeri, rem non eſſe & non apparere, & in præcedenti eſſe ſine ꝓbatione, vbi quoq; paria ſunt, aliquid eſſe 2.

eſſe & non eſſe, ſed non poſſe, probari eſſe, & vtrobique latius exornatur, probatio autem adeo neceſſaria eſt, vt Iudex non ſecundùm priuatam conſcientiam, ſed ſecundùm acta & actitata iudicare teneatur, quæ ſententia licet ſit controuerſa, & ſatis pro & contra diſcuſſa apud Scacc. *de ſentent. & re iudic. gloſſ. 14. quæſt. 8. & ibi copioſe allegati DD.* tamen dicit Scacc. *num. 7.* quòd hæc ſententia ſit communis & in ore omnium, quodqúe illa ſeruetur debeatqúe ſeruari, propter rationes à ſe adductas, & ita ſæpius iudicatum reperitur in Chriſtin. *volum. 2. deciſ. 148. num. 21. & vol. 1. deciſ. 4.* de qua quæſtione vide latiùs *infra de Veritate.* nec mirum eſt, quia Iudex eſt quoddam prædicamentum, quod prædicatur de probationibus & actis Mart. Monter. à Cueua *deciſ. Regn. Arragon. 3. ſub num. 14. ibi illata.* huius doctrinæ decem limitationes adducit Barboſa *tract. Axiom. Iur. vſufreq. ax. 131. num. 3.* ſine qua probatione ſententia Iudicis ſecundùm aliquos iniqua, ſecundùm aliquos verò nulla exiſtit, de quo Anton. Gabriel *in comm. concl. lib. 2. de ſentent. concl. 10.* Surd. *deciſ. 36. num. 6. & ſeqq.* effectus autem diuerſus eſt, nam ſi ſententia illa nulla eſt, non opus erit appellare. Vant. *de nullit. tit. quoties & intra quod tempus, l. 1. Cod. quando prouocare non eſt neceſſe,* quam legem moribus Belgij vel Brabantiæ non ſeruari, ſed etiam quando ſententia nulla eſt, per appellationem ſibi proſpici debere teſtatur Chriſtinæus *volum. 1. deciſ. 16. in fin.* & hoc ipſum tutius eſſe tradit Petrus Greg. Tholoſan. *de appellat. lib. 2. cap. 16.* vbi & quod appellatio à ſententia nulla, tres operetur effectus, de prædictis Scaccia *de appellat. quæſt. 12. num. 67.* adde eundem *de ſentent. & re ind. gloſſ. 14. quæſt. 30.* quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindi poſſint, & eadem *gloſſ. quæſt. 32.* latè diſcutit, an ſententia ſit nulla lata ex falſis probationibus, ad quem breuitatis cauſa me remitto, ad priorem quæſtionem verò, an ſententia ſine probationibus nulla vel iniuſta ſit, cum pluribus declarationibus vide eundem *de ſentent. & re indic. gloſſ. 14. quæſt. 20.* ibi & an lata ſine probationibus ſit manifeſtè iniqua, & in ſequentibus quæſtionibus, ſi probatio non ſit plena ſed ſemiplena, vel ſi alter deficiat in parte, quod ſententia non poſſit ferri in parte probationi proportionata, ſed debeat Reus abſolui iuxta regulam, actore non probante *l. qui accuſare, Cod. de edendo,* quando autem Iudex citra vitium nullitatis poſſit pronunciare ſuper parte quando totum eſt petitum vide Capell. Tholoſan. *deciſ. 179.* latè Corarius *de except. contra præiudic. ſentent. except. 130.* & quod partim definitiuè in probatis, & partim interlocutoriè, vt alia nondum probata plenè probentur, pronunciari poſſit Gail. *1. obſ. 63. num. 6.*

Ad prædictorum autem declarationem 3. ſæpe in praxi allegaui doctrinam Philipp. Franci. *in cap. dilecto fere in pr. x. de appellat.* quod valeat ſententia ex vi confeſſionis, licet proceſſus foret inordinatus vel ex defectu mandati nullus, quia confeſſio eſt excellentior omni probatione & fulgentior inter alia probationum genera, quemadmodum Luna inter ſtellas, ideoque inter eas tanquam Reginam, primum locum obtinere ſcripſit Ludou. *deciſ. 5.* vbi pluribus iſta confirmat, ſed quæ requirantur vt confeſſio ſit legitima valeatqúe ad probationem, vide Arnoldum Reig. *in Theſaur. Iuris lit. P. verb. Probatio per confeſſionem,* cætera de confeſſione vide *inf. de Veritate.*

Aduer-

4 Aduertendum quoque eſt, quod non quæ quis vult, ſed ea tantummodo probanda ſint, quæ ad cauſam faciunt, Maſcard. *de probat. q. 21. in fin.* vnde haud pridem retuli in cauſa cuiuſdam, habentis tres teſtes pro ſe ſed non probantes fundamentum intentionis ipſius, propterea dixi Reum eſſe abſoluendum & actorem in expenſis condemnandum, quemadmodum ſententia ita lata per DD. Syndicos fuit confirmata, & rurſus Scaccia *gloſſ.* 14. *q.* 13. *num.* 66. licet ibi dicatur, quod ea probatio ſit ſufficiens, quę mouet Iudicem ad ita credendũ, quodque iuſtus motus ad credendũ dicatur ille, qui cauſatur à veriſimilitudine, & quid tale ſit, relinquatur arbitrio Iudicis, tamẽ *n. ſeq.* dicit, quod illa veriſimilitudo debeat eſſe regulata à iure, alias *lib. 1. de Iudicijs cap.* 53. *n.* 38. *ibi DD. allegati*, docent, quod Iudex qui poteſt, procedere ſola facti veritate inſpecta, poteſt iudicare ex probationibus perſuaſiuis, vti eſt cõmunis opinio, vide latiſſimè Farinac. *tr. de inditijs & tortur. lib.* 1. *tit.* 5. *q.* 36. *ibi in princip.* de multiplici probatione quæ dicatur perfecta, & ſemiplena quot modis inducatur *& nu.* 171. dicit, non omne quod probabile videtur, eſt, ſed illa tantum probabilia ſunt, quæ ſic videntur omnibus & pluribus aut ſapientibus, & his vel omnibus aut pluribus vel maxime notis, & per tot. quid ſit præſumptio, coniectura, argumentum, ſignum, adminiculum, opinio, dubitatio, fictio in quibus differant, & conueniant, vide quia in praxi quotidiana, adde de neceſſitate & vtilitate probationis, & quid ſit, quotque modis fiat probatio, deque probationum ſpeciebus, ac earum diuiſione, Maſcard. *de probat q.* 1. *& aliquot ſeq.* ibi & de inditijs & coniecturis, fictionibus, quis, quomodo, quando & quid probari debeat, & Menoch. *de præſ. in præfat. & ſubſeq. queſtio.* & Pacian. *de probat. & ſupra de clement. cap.* 7. *de probatione qualitatis, & de dubijs cap.* 19. *&* 20. de dubia & obſcura concludente probatione, & qualiter ſit arbitraria.

Prædictis adde probationem iuris, quia 5 & illud allegatum ſæpe probandum venit, iuxta illud, quod Bald. in hunc finem adducit, legem pone mihi domine, & in caſu inſolitæ exactionis iuramẽti tradit Crauet. *p.* 3. *conſ.* 517. *num.* 1. hoc licitum eſſe de iure, quod allegans probare debeat, & remiſſiue ibi *conſil.* 90. *num.* 2. & pulchre *gloſ. in l.* 29. *§ 2. ff. de euict.* quod lex non determinat, nec ego, & ibi de vulgata Theorica, vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, & quatenus procedat, *DD. in l. quos prohibet, ff. de poſtul. & l. de pretio ff. de publicana*, prædictum autem explicat Bachouius *in notis ad VVeſenbec. in paratit. de probat. num.* 7. vbi dicit quod obiectum probationis ſit quæſtio facti & non iuris, & licet Weſenbec hoc ipſum limitet, niſi ius negetur, tamen dicit Bacho. id ita accipiendum eſſe, quod nemo cogatur ius probare, niſi cum in dubium vocetur & ab aduerſario negetur, vide latius ibi quid iudices facere debeant, & quomodo prædictam doctrinam, ad vſum fori introducat, alias quomodo non procedat, tradit Pacianus *de probat. lib. 1. cap.* 52. & negatiua iuris quæ ſit, & quomodo probetur & an probanda vide eundem, Pacian. *d. lib.* 1. *cap.* 36. *num.* 27. *& ſeqq.* faciunt notata à Scaccia *de iudic. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 337. *& multis ſeq.* de probatione notariæ conſuetudinis.

CAPVT IV.

De Iuſtitia diſtributiua & commutatiua conditione & requiſitis.

1. IN iuſtitia commutatiua tres requiruntur conditiones, prima vt interueniat datio ex vna, & acceptio ex altera parte, quia alias deficeret materia commutationis, quæ eſt primum fundamentum iuſtitiæ commutatiuæ, ſecunda eſt, quod fiat inter partem & partem, id eſt ſingulares perſonas, alias non diſtingueretur à iuſtitia diſtributiua ſeu Iuſtitia generali, tertia conditio eſt, quod in ea commutatione ſeruetur æqualitas Arithmetica, id eſt quantitatiua, vt ſcil. quantum fuit ſeruitium tanta ſit & merces, & quanta eſt læſio, tanta ſit & vindicta, alias in commutationibus & contractibus deficeret Iuſtitia, & hæc iuſtitia poteſt conſiderari inter principem & ſubditum, vel reſpectu ſtipendiorum & protectionis, hinc dicere ſolebam, quod & militibus ſtipendium neceſſario ſolui debeat ab ipſo Principe ſi poteſt, vel à ſubditis moderate & ordinate exigendum per notata Surdi *de aliment. tit.* 1. *q.* 76. defectus autem ſolutionis dicit Buſæus *de ſtatu hominum lit M. verb. de militia ca.* 4. *n.* 10. non eſt iuſta cauſa ſpoliandi Ruſticos, qui non debent luere pœnam Ducis vel Principis, non ſoluentis ſtipendia ſi burſa communis eſt vacua (quæ prius excuti, & quomodo Dominus ſubditos tractare debeat, Gail. *de arreſt. Imp. cap.* 10.) pro eorum ſolutione poteſt princeps ſubditis imponere Collectam, Surd. *d. lo. nu.* 16. *qui & conſil.* 282. *num.* 15. *& ſeqq.* docet, quod iuſtitia contractus deducatur ex vniuerſo contractu, ſic in Barboſ. *in ca. poſſeſſor de reg. iur. in* 6. doceatur, quotupliciter quis peccet contra iuſtitiam commutatiuam, ſicuti & Ferd. de Caſtro, *tr. de virt. & vitiis, tr.* 6. *de charitate diſp.* 6. *p.* 1. *num.* 2. quod tribus modis ruina proximi dicatur intendi, 1. directe intendendo ruinam ipſius, quatenus ruina illius, & hoc modo Dœmones noſtros caſus, vel ruinam intendere, 2. etiam directe intendendo ruinam, non ex affectu vt ruat, ſed quia talis ruina, vel alteri vtilis eſt, hoc modo hodie bella excuſantur 3. intenditur ruina proximi indirecte, hoc eſt, intendendo actionem, ex qua præuides proximum caſurum, cauendum igitur à proceſſibus ne iiſdem alij nimium defatigentur, imo *diſp.* 1. *punc.* 6. *num.* 2. docet, quod ne quidem poſſis peccatori vel inimico velle malum, quà malum ipſius eſt, nec obſtat *Pſal.* 9. & 18. & S. Paul *ad Galat.* 5. *& ſimilia loca*, quia illa mala imprecamur peccatoribus, non quatenus illis mala ſunt; ſed quatenus per illa diuina Iuſtitia oſtenditur, & alij eorum punitione corriguntur ipſique à peccando ceſſant, ſed hodie in bello aliter ſæpe ſit, vide igitur ibi *per. tot.* qua ratione cum peccatoribus & inimicis procedendum ſit ne charitatis præceptum offendas, & an inimicos ſalutare debeamus ab illis ſalutati, vel alias, quod hodie raro ſit pendente lite in cauſa iniuriarum, ſed haud bene vel non ſatis Chriſtiane, interim hic quoque nota ex Scaccia *de Commer. & Cambio* §. 1. *q.* 3. *part.* 3. *limit.* 3. *num.* 7. quod iuſtum & iniuſtum non conſiſtat in bonitate aut prauitate animorum & intentionum, ſed conſiſtat in rerum & operum externorum æqualitate & inæqualitate, quare ſeruata Iuſtitiæ commutatiuæ æqualitate, intentio deprauata contrahentis non tollit Iuſtitiam contractus, ſed pro re nata poterit eſſe cõtra charitatem, & ideo peccaminoſa, mala mens à Deo punitur, non in loco exteriori in quo ſatis

Digitized by Google

ſatis eſt, quod ex geſtis non reſultet iniuſtitia inter contrahentes.

2. In diſtributiua vero iuſtitia tres etiam requiruntur conditiones 1. quod fiat diſtributio, quæ eſt propria materia huius Iuſtitiæ, 2. quod fiat inter totum & partes, ita quod à toto terminetur ad partes, vocamus autem totum, Communitatem aut Principem, partes vero ipſos Ciues, 3. eſt quod in ea ſeruetur æqualitas Geometrica ſeu proportionalis, id eſt, vt talis ſit proportio eius, quod datur de bonis communibus vni perſonæ ad id, quod datur alteri, qualis eſt inter ipſas perſonas, id eſt fiat diſtributio ſecundum meritum perſonarum, & hęc ſciunt & intelligunt omnes, quia valde naturalia ſunt, Scaccia *de ſent. & re iud. cap. 1. gloſ. 4. q. 1. num. 45. & ſeq.* at vero Baccouius *in notis ad VVeſenb. in paratit. num. 11.* declarat, quomodo hoc verum ſit, quod pœnarum & præmiorum irrogatio ad Iuſtitiam diſtributiuam pertineat, dicitque ex mente D. Thomæ, Dominici de Soto, Molinæ & Leſſij, quod & Iuſtitia commutatiua emendet inæqualitatem in delictis, atque eandem fere eſſe rationem præmiorum, quod & pleraque ſecundum rationem commutatiuæ Iuſtitiæ ſint diſtribuenda, & quod circa Iuſtitiam diſtributiuam aliquando ratio concurrat commutatiuæ, vbi aliquid tribuendum eſt Ciuium meritò, & rurſus circa Iuſtitiam commutatiuam aliquando concurrat ratio diſtributiuæ Iuſtitię ac eius proportio, vide ſi placet Soto *de iuſtit. & iure lib. 3. q 5.* Molin *de iuſt. & iure tr. 1. diſp. 12.* Leſſium *lib. 2. cap 1. dubio* 4

3. Ego vero exiſtimo quando DD. communiter ita diuiduunt Iuſtitiam, in commutatiuam & diſtributiuam, referendo præmiorum dationem & pœnarum irrogationem, ad Iuſtitiam diſtributatiuam, illud ita accipi, non quod iuſtitia commutatiua & iuſtitia diſtributiua ſpecie differant, ſed quod iuſtitia diſtributiua, in præmiorum & pœnarum irrogatione exuberet, vtcunque ſæpe cohæreant, & in concurſu fungantur ſuo officio, diuerſitas autem oritur à diuerſa habitudine, quę in Republ. reperitur, vt notat Leſſius, prima eſt partium ad totum, ſecunda Partis ad Partem, tertia totius ad Partes, virtus quæ ſingulas partes diſponit ad bonum totius Reipubl. eſt Iuſtitia vniuerſalis, quæ vero diſponit ad Partem eſt particularis, & quidem ſi partem ad partem, puta ciuem ad ciuem, vt conſtituatur æqualitas inter ciues in actionibus, in quibus inter ſe communicant, dicitur commutatiua, ſi vero dirigat totum ad partes, in diſtribuendis per ciues rebus communibus, officijs, oneribus, iuxta proportionem, vocatur diſtributiua iuſtitia, in ſumma iuxta Cic. *de orat.* finis in iure ciuili eſt, legitimæ atque vſitatæ in rebus cauſisq; ciuium, æqualitatis conſeruatio, & in vtroque hæc maxime conſideranda eſt, vt quēadmodum in iuſtitia diſtributiua non rerum ſed perſonarum habenda eſt ratio, ſic in iuſtitia commutatiua non perſonarum, ſed rerum duntaxat ratio habenda venit, propterea diſtinguitur inter æqualitatem iuſtitiæ diſtributiuæ conuenientem, & æqualitatem iuſtitiæ commutatiuæ, vſque adeo congruam, vt omnia iura inter omnes æqualiter ſine vlla perſonarum conſideratione reddi debeant, Deutr. 16. *ca.* 10. *x. de iudic. & Cic. 2. offic. cum concord* quod ita in iuſtitia diſtributiua fieri non poteſt, cum enim perſonarum dignitates, ingenia, voluntates, ætates, dicta & facta inæqualia ſint, conſequitur quod ijs æqualia tribui

 non

non poſſint, ſed iuſtitiæ diſtributiuæ conueniat, vt ſupra de clement. demonſtratum fuit, pro re nata & attentis circumſtantijs ipſorum criminum veniam per Principes dari, ſicuti & ſæpius abſurdum reputari poterit, ſi Comes, nobilis, aliæque perſonæ in dignitate conſtitutæ taliter puniantur qualiter plebei & abiectæ perſonæ *l. 10. l. capitalium ll. §. fin. ff. de pœnis*, è contra quoque ab hiſce ob idem delictum, tantam pecuniæ ſummam, quam ab illis exigere, ob impotentiam eorundem, abſurdum foret, ſed quia hæc & ſimilia paſſim videri & legi poſſunt, ideo illis omiſſis pauca quædam, & magis frequẽtes caſus contra Iuſtitiam hodie practicabiles enarrabo, adde *cap. 11. an peccans contra Iuſtitiam diſtributiuam teneatur ad reſtitutionem.*

CAPVT V.

Iuſtitia commutatiua hodie ferè impune in foro mercatorum per fallitos & decoctores, violata & imprimis quando illi venia vel pœna digni ſint?

1. CIcero de Inuent. 2. inquit, miſereri oportet qui propter fortunã, non propter malitiam in miſerijs sũt, procliuior ad miſericordiam inquit Caſſiod. *lib. var. Epiſt.* via patet ſemper bonis mentibus, quis enim non compatitur mercatoribus, qui ſæpe ob hoſtium incurſus tam mari quam terra hodie frequentes, vel ob ſimilia infortunia maximis afficiuntur damnis, vel illis quibus bona auferuntur, & per alios defraudantur, aliaque infortunia patiuntur, vnde effecti non ſoluendo, foro cedere coguntur, duo illa fortunam & iniuriam optime diſtinxit Menander.

Iniuria illud diſtat infortunio,
Hoc caſus, illam quam voluntas efficit.

Et Antiphanis, illud quod non ſponte fit, fortunæ eſt, quod ſponte conſilij Grotius *de iure belli, cap. 21. ſub num.* 5. *lib.* 2. permaxime igitur attendi & obſeruari debet, vnde euenerit, vel cauſatũ fuerit fallifamentum ſeu bancoruptura, ſi enim abſque vitio eſt, & abſque dolo, non licebit dubitare, quin illi miſericordia digni ſint, atque ad ceſſionis beneficium, admittendi *DD ad tit. C. qui bonis cedere poſſunt*, Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 90. num. 19.* Straccha *de decocto p. 3. n. 2. verſ. ſi igitur & num. 3. verſ. dic igitur diſtinguendo per text. in l. diuus ff. de officio. præſ.* plures allegat Farinac. *de delictis & pœn. quæſt. 26. num. 30.*

Verum enim vero dum multi hodie ſplẽdide admodum viuunt, & ædificant, magnaſque pecuniæ ſummas ſubleuant, ijsque ſubleuatis, vel non multum poſt, foro cedunt, neſcio ego quomodo illos, in iure & conſcientia defendere queam, neque enim ad debitores pertinet, quod nemo teneatur ſibi arctare victum, vt alijs prouideat. *l. ſi quis in fin. ff de liber. agnoſc.* Bald. *in l. 1. §. officio ff. de tutel. & ratihab.* potius ſubintrat contra tales illud Poëtæ: 2.

Quem ſua culpa premit deceptus omitte tueri,

Nam illis qui ſeipſos in neceſſitate poſuerunt, ſubueniendum non eſſe iura tradunt, *l. 1. §. 1. ibi gloſ. & DD. qui ſatiſd. cogan. arg. l. 31. ff. depoſiti* Surd. *de aliment. tit. 7. nu.* 12. quod exornatur apud Hering. *de fideiuſ. cap. 27. num.* 205 *& ſeqq.* quomodo puniendi, qui magnum æs alienum contrahunt, & ſua bona dilapidant, ſic docet quoque Pater Contzen *tr. Dan. aula ſpec. cap.* 35. § 2. quod non leue Conſcientiæ vulnus infligat, qui æs alienum contrahit, cui non ſit ſoluendo, furti

ſurti enim & impoſturæ genus eſt, quod Romuli lege, morte plectebatur, ſi enim ſoluendo non erant, contra eos ſententia licet ſatis inhumana proferebatur, in partes ſecanto, Gell. *lib.* 20. *cap.* 1. quod tamen intelligit Annæus Robertus *lib.* 2. *rerum iud. cap.* 6. de ſectione bonorum non corporum, vide Gratianum *diſcept forenſ. cap.* 379. *num.* 14 *& ſeq.* quos & furibus & latronibus æquiparauit ſummus Pontifex relatus à Scaccia *de comm. & camb.* §. 7. *gloſ* 5. *ſub num.* 149. *vbi in præcedentibus & ſeq.* quod ad ceſſionis beneficium non admittantur, ſed potius eorum improbitas & nequitia, qui aliorum Patrimonia deuorant, atque exhauriunt quæ alijs deſtinata erant, per tranſlationem notatur per illud de Thaide meretrice.

Sed ipſa egreditur noſtri fundi calamitas,
Nam quod nos capere oportet hoc intercipit.

3. Qui diligit epulas dicit *S. Scriptura prouerb.* 21. in egeſtate erit, qui amat vinum & pinguia non ditatur, item *Prouerb.* 17. qui altam facit domum ſuam quærit ruinam, pulchre S. Bernard. *ad quendam nobilem* ſi vis ædificare domum, inducat te neceſſitas non voluptas, cupiditas ædificandi ædificiando non tollitur, nimia & inordinata ædicandi cupiditas exſpectat ædificiorum venditionem, turris completa & area euacuata faciunt tandem hominem ſapientem, ſed ad iſta alienam accipere pecuniam fraus eſt, inquit Mimus, accipere quod non poſſis reddere, ad confirmationem, prædictorum facit quoque doctrina Bartol. *in l. quiſpiam Cod. de iure fiſci* vbi dicit, quod fraus præſumatur in eo, qui ſcit ſe habere aut habiturum creditorem, & eius bona non ſufficere ad ſolutionem, contrahit debita, vnde & extra ordinem Iudicis arbitrio punitur, qui ſciens ſe non eſſe ſoluendo, facit ſe diuitem & plura contrahit debita Farinac. *d. quæſt.* 26. *num.* 28. *vbi & nu.* 26 *& ſeqq.* quod illi qui ſuo vitio in paupertatem devenerunt, non admittantur ad beneficium ceſſionis bonorum, ibi & quomodo hodie decoctores & falliti puniantur, & quod in futurum mercaturæ officium exercere non poſſint, quæ omnia, & ſingula in tantum abeſt, vt illa hodierno tempore practicari, imo potius proh dolor! negligi videamus: hinc quidam poſt bancæ rupturam ditiores exiſtunt, quam fuerint ante, cum enim bona non dicantur niſi deducto ære alieno, *l. ſubſignatum* §. 1. *ff. de verb. ſignif.* creditoribus ad iniquas conditiones redactis, vel etiam metu proceſſuum cum fallitis vltro paciſcentibus ſæpe tertiam partem, ſæpe quoque medietatem debitorum ſoluunt, ſibi tantum reſeruato, ne dicam defraudato, vnde ſplendide poſtea viuere poſſint, ſed *Prouerb.* 28. qui decipit iuſtos in via mala in interitu ſuo corruit, & ſimplices poſſidebunt bona eius.

Melius vtique illi, qui infortunio ad extrema vel inopiam redacti, exhibent bilanciã Crediti & debiti, petuntq; à magiſtratu loci, curatorẽ conſtitui ad cedendũ bonis, atque eadem inuentarizari, taxari, diſtrahi & reliqua fieri, quæ de iure fieri debent, de quo Hering. *de fideiuſſ. cap.* 5. *nu.* 79. *& ſeq.* ex quo contra fallitos imprimis nota, quod omnibus bonis cedere debeant, ne nummo quidem, at veſte retenta qua cutem tegant, per DD. ibi allegat. iuncto Menochio *de arbitr. caſ.* 183. ibi de materia, forma & praxi ceſſionis, item de ceſſione bonorum Chriſtinæus *vol.* 1. *deciſ.* 228. adde Bruno. *tr de ceſſ. bono. q.* 3. *in princ. num* 9. *& in ſeqq.* 4

Digitized by Google

5. At vero hæc & ſimilia iura Doctorumque traditiones vidi quandoque ita illuſas fuiſſe, quaſi ſecundum Theologos egens non teneatur ad reſtitutionem rei alienæ, ſed eandem retinere poſſit ad ſubleuandam propriam neceſſitatem, niſi creditor foret in ſimili neceſſitate, vt ex communi DD. ſententia reſoluit Gutierrez *in quæſt. cano. lib.1.cap.40.num.4.* vnde putabatur, quod ad ſubleuandam neceſſitatem poſſit retinere ex bonis quantum ſibi ſufficeret, ſed quia hoc intelligitur de præciſa illa neceſſitate, ne forte fame pereat (interim vide hic Surd. *de aliment. tit.1.q.54. num.16.* vbi ſumma neceſſitas dicitur eſſe, quando quis non habet de proprio nec poteſt viuere ex induſtria, nec extat perſona, quę de iure compelli poſſit ad præſtandum alimenta, adeoque ſummam neceſſitatem appellat, quando nemo extat qui teneatur alere, *& quæſt.* 78. vbi mercator non reperitur inter illos qui habent beneficium competentiæ) poteſt bonis alienis frui nec tenetur ad reſtitutionem, Borel. *in ſumma deciſ. lib. 2. tit.* 32. *num.*160. *& ſeq.* de qua neceſſitate vide inferius de tempore *& cap. ſeq.* in Menoch. quo breuitatis cauſa fit relatio, iuncto Barboſa *in cap. nemo qui rapit,* 14. *q.*5. vbi ponit regulam, quod reſtitutio ad tempus minime differenda ſit, cum notabili limitatione, item qui non poteſt reſtituere niſi vendendo inſtrumenta artis, quibus ſibi & familiæ victum quęrit, non teneatur cum tanto damno debitum reſtituere, niſi facienda ſit reſtitutio ei, qui eadem neceſſitate premitur, quia in pari neceſſitate potior eſt conditio creditoris, quod rurſus declarat, niſi ſit extrema neceſſitas, hoc enim caſu conditio poſſidentis melior foret, ibi & an & quando rem inuentam ſibi pauper retinere poſſit, tu vide Karp. *p. 1. conſtit. Saxo.* 22. vbi definitiones de beneficio competentiæ, & quibus illud competat vel non, de quo & DD. *in l. ſunt qui & ſeq. ff. de re iud.* poſtea vero diſcutit Gutierretz, an ſi abſque iſta neceſſitate debitor, habita ratione ſtatus & dignitatis, ex ipſa reſtitutione pateretur grauiſſimam iacturam honoris, è contra verò creditor tantum leue detrimentum, de quo vide eũdem *lib.1. cap.* 38. *num.* 10. ibi & de muliere adultera, an teneatur ſe prodere cum læſione famæ, propter partum adulterinum, & an teneatur ad reſtitutionem.

Ad propoſitum autem nota ſecundo ex 6.
Heringio *d. loco* quod ceſſione bonorum legitime facta (ſi enim vituperosè bonis ceſſiſſet non procederet illatum ſecundum Bruno. *d. loco num.* 6. & ibi cautela) poſtea emolumentum conſecutus non conueniatur in ſolidum, ſed in quantum facere poteſt, puta ſaluo ipſi ſemper competentiæ puncto, prout iſta verba ſententiæ inſerta vidi. Tertiò ibidem nota, quod debitores taliter bonis ſuis cedentes nihil celare aut ſupprimere queant, in quem finem in benè conſtitutis iudicijs quantitatem & qualitatem bonorum ſuorum exſtantium medio Iuramento ſignificare coguntur, prout formulam ſententiæ deſuper conceptæ vides ibi *num.*82. quartò nota, quod & cautionem præſtare debeant, & qualem vide ibi, & formulam ſententiæ Cameralis, at cautio hæc non præſtatur de iudicato, ſed de debito plenè ſoluendo Peckius *de iure ſiſtendi cap.* 51. & Colerus *de proceſſ. exe. p.* 3. *cap.*11. *num.*94. *& ibi DD.* etiamſi debitor ſit ditiſſimus & facultatibus idoneus Carocius *de except. contra praiud ſent. except.*168. *n.* 47. vidi & alias quod pro ſecuritate creditorum, bona annotata & cuſtodita fuerint per

per

Digitized by Google

per Magiſtratum loci, in quo falliti domicilium habuerunt, vel vt tradit Gail. 2. *obſ.* 130. *num.* 12. Curator bonis conſtituitur ex conſenſu maioris partis creditorum, ſi tamen fallitus latitet, tunc bona abſque curatore vendi poſſe dicit, hoc vidi quod creditores in vnum conueniant, & ſuper proceſſu, vel habenda ſolutione ex bonis falliti deliberent & conſulent, quid autem ſi bona in diuerſis territorijs ſita ſint vide Gail. *d. loco num.* 13. & de duplici bonorum deſcriptione Nicol. Euerh. Iun. *vol.* 1. *conſ.* 3. *nu.* 79. *& ſeq.* & de triplici manifeſtatione bonorum, & quomodo facienda Scaccia *de commer. & camb.* § 7. *quæſt* 5. *num.* 102. *& ſeq. vbi & in praced* an mulier teneatur manifeſtare bona, & tradit Pinell. *in l.* 1. *p.* 2. *poſt. num* 22. *C. de bonis maternis*, quod vidua vel hæredes eius pro dote, mariti defuncti vel patris bona retinentes, ad editionem Inuentarij creditoribus ſint obſtricti, ſed quia in grauiſſima cauſa habui in facto, remitto te ad tradita inferius *cap.* 7. *in fin.* interim vide & Aluarum Valaſc. *tom.* 2. *conſult.* 57 *per tot.* & varia præiuditia apud Karpzo *p.* 5. *conſt. Saxon.* 33 *paſſim ibi in Definitionibus*, quæ notanda ſunt pro vxoribus decoctorum, in bonis fallitorum ſuorum maritorum, dotem præcipuam prætendentium, quamuis hoc ipſum non ſine fraude & iniuria aliorum ſæpe practicetur, ſi enim commoda mercaturæ iam ante acceperint vel participauerint, rationis eſt, vt & incommoda patiantur *l. ſecundum naturam ff. de regul. iur.* ita vt non valeat pactum Societatis, quod qui eſt lucri particeps, damnum non ſentiat Surdus *conſ.* 150. *nu.* 4. quam L. Secundum naturam notabiliter declarat *nu.* 84. ſicuti vir non præſumitur pecuniam accipere, niſi in cauſam communionis vbi illa viget, ideoq; & vxorem obligat Molin. *de vſuris quæſt.* 38. *num.* 288. *& ſeq.* quod pro indubitato tenerem, ſi inter coniuges ſit communio omnium bonorum & non lucri duntaxat, quod fieri poſſe patet ex traditis per Munnoz *tract. de ratiocinijs & comput.* 9. *in fin.* vbi ex ſententia Accurſij, pecunia reducta ex mercatura ſeu fructibus communibus, nõ eſt communis, ſed hoc verum eſſe non poteſt in locis, vbi viget & eſt communio omnium bonorum inter coniuges, & quid ſi pactio inter illos ſtante matrimonio inita fuerit, ne quæſitorum à viro vxor partem capiat, nam ita fieri poſſe docet Bœr. *deciſ.* 244. contra ſentit Choppinus *de re Ruſtica lib.* 2. *p.* 2. *cap.* 2 *ſub num.* 2. vbi & vult, quod in ſecundis nuptijs, lege ſemel dicta & conuenta, ab ea recedere non liceat, & quid conſultum quidque iudicatũ fuerit vide ibi, quod tamen in illis terminis non tranſit ſine difficultate vide *tit ſeq. cap.* 6.

7. Ego in cauſa hæredum quorundam exhibitis pactis dotalibus, communionem bonorum excludentibus per binas ſententias contra creditores præferentiam in bonis patris Mercatoris, ratione dotis maternæ obtinui, allegando ſimul, quod maritus accepta dote vxorem ſuam alere teneatur, quodque participatio fructuum non inferat neceſſario communionem in bonis, vide Iaſonem *vol.* 3 *conſ.* 33. & Meiſnerum *lib.* 1. *deciſ. cam. imp.* 36. *n* 10. *& ſeq* alias quoque maritus in dubio præſumitur pecuniam vertiſſe in mercaturam Modeſt. Piſt. *lib.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 3. Straccha *de Mercatur.* 3. *p. vlt. p. princ. tit.* quomodo in cauſis Mercatorum procedendum *num.* 4. Mantica *de tacit & ambig. lib.* 3. *tit.* 10. *num.* 21. qui & ſoluendo præſumitur Menoch. *li.* 6 *præſ.* 25. *& præſ.* 26. diuitias & plura bona extare quis probet, *& præſ.* 28.

Digitized by Google

& præſ. 28. diues fieri præſumitur *& ibi de priuilegio paupertatis* : volunt aliqui, quod Mercatores falliti torqueri poſſint, vt indicent pecunias ad mercādum eis datas, quas nunc ſe non habere, ſeu ſubtractas vel perditas eſſe aſſerunt Boër. *deciſ.215. num.5 & ibi alleg.* prædicta opinio declaratur, vt vera ſit, ſi criminaliter agatur contra fallitos Munnoz *de ratiocinijs cap. 20. in fin.* Vnde alij, qui ceſſionis benificio gaudere volunt, debent ſuis creditoribus exhibere ſtatum ſeu Inuentarium bonorum ſuorum, illudq́; iuramento ſuo affirmare, ac bona ſua realiter abdicare, ita vt nec adminiſtrationem retinere debeant Wameſ. *ad ius Canon. tit. de fid. inſtr. conſ.122 nu.9.* caſus deciſos, qui non poſſint cedere bonis, item de Mercatore fugitiuo & capto, quando liberetur Maranta *in ſpec. p. 4. tit. de iudicio ſummario num. 126. & ſeq.*

CAPVT VI.

An ſecuritas fallitis danda ſit vel non, de quinquennalibus & ceſſione bonorum & aliqua de fugitiuis & quid maior pars creditorum in praiudicium aliorum poſſit.

1. AN ſecuritas ipſis danda ſit, pēdet exinde, an dolo malo decoxerint, vel infortunio ſiue ſine vitio ad inopiam redacti fuerint, nam illi propter dolum non habent beneficium ceſſionis, de quo præter notata & adductas cōſtitutiones imperij ab Heringio *de fideiuſſ. cap.27. num.205. & ſeqq.* vide latè Scacciam *de commerc. & cambio §.7. gloſſ.5. num.122. & ſeq.* quod eſt miſerorum ſubſidium non doloſorum, & plerumque falliti ſunt fraudatores, ita vt valeat conſequentia, fallitus ergò fraudator eſt, quocirca non obſtantibus pactis poſſunt creditores totum exigere, ſi appareat eos eſſe ſoluendo, nec habent beneficium immunitatis Eccleſiaſticæ, quemadmodum prædicta probat Boër. *deciſ.215. num.5. & duobus ſeqq.* vbi dicit, quod prouiſio extrahendi conceſſa fuit mercatori, contra quendam eius factorem, qui ad Eccleſiam confugerat, ac huiuſmodi decoctoribus non dari inducias quinquennales, vel reſcripta moratoria ex iure, atq; ex conſtitutionibus Imperij probat Hering. *de fideiuſſ. cap. 5. num 101. & ſeq.* ibi & reſpondet ad illud, quod de æquitate Canonica ſubueniendum ſit Pauperi, ſiue bono ſiue malo *per cap. quieſcamus diſt. 42.* quia vt & docet Kopen *quaeſt.11. nu. 116.* beneficia paupertati conceſſa non competunt illi, qui ſua culpa factus eſt pauper, eleganter Felin. *in cap. in Eccleſiarum num. 67.* vbi ad plura infert *x. de conſtit.* malè meritus ægeſtate laborare debet, dicit Iuriſconſultus *in l. bona fides ff. depoſiti,* & prædicta exornantur in Menochio *de arbitr. caſ.182. num.51. & ſeq.* vbi plura inferūtur, & multa de neceſſitate, & quotuplex, & quæ releuans ſit vel non, *& per tot.* notabilia de neceſſitate.

Quocirca rectè accommodatur contra ſecuritatem fallitis dādam illud taciti, Principes quidem inſtar Deorum eſſe, ſed neq; à Dijs, niſi iuſtas ſupplicū preces audiri, ſecuritas autem cum alterius iniuria data, vtique iniuſta cēſeri debet, quo caſu nec Princeps abſoluta ſua poteſtate vti debet, nec poteſt, per tradita à Couarr. *li 3. var. reſ. ca. 6.* Ant. Theſauro *deciſ.91 n. 1. & ſeq.* probo inquit Tryphonius, hanc eſſe Iuſtitiam, quæ ſuum cuique ita tribuit, vt non diſtrahatur ab vllius perſonæ iuſtiore repetitione, atque ita priuilegia aliquibus data, vel ius aſyli confugiendi ad certa loca, vt ibi liberi ſint (qualia alibi eſſe audiui ſæpius) ita intelligerem, vt creditoribus experiundi & con- 2.

Digitized by Google

& conueniendi illos ibidem, non cenſeatur adempta poteſtas Beſoldus *in Theſaur. lit. B. num. 7. in additione, & ſupra de Clementia, cap. 7.* neque enim apud Gentiles, neque apud veteres Chriſtianos, immunitas aſylorum & Eccleſiarum, hiſce & ſimilibus perſonis, ad iniuriam aliorum proficiebat, ſed potius vt probi & innoxij, vel etiam ſacra inuiolata ſeruarentur, ne alioquin in aliorum fraudem, patrocinium in ſe ſuſcipere, vel protegere videantur, qui fallitos doloſos priuilegijs, contra iuſtas creditorum petitiones & actiones, adiuuant ac defendunt, qui potius ſeſe reflectere debent ad illud Horatij:

Quem cui commendes etiam atque etiam aſpice, ne quem
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.

Et Cicero *in Piſonem*, neque vero multum intereſt, inquit, præſertim in Conſule, puta Principe vel Magiſtratu, vtrum ipſe perniciosis legibus, improbis cõcionibus Rempubl. vexet, an alios vexare patiatur, ſiue fallitos fraudare creditores ſuos permittat impune, ideo in terminis tradit Damhaud. *in praxi crimin. cap. 108. num. 17.* quod ne quidem per loca ſacra tutentur bancorotei, *vide ibi per tot.* de iure aſyli Eccleſiarum & Boër. *deciſ. 109.*

3. Vnde ſæpius miratus fui, quòd confugientes ad palatium Regum, Principum, Comitum, imò quandoq; Nobilium tanquã ad aſylum defendãtur, vel tanquã immunes ſeruentur, quos tamen ab Eccleſijs extrahẽdos proclamant, ſed quæſo! quæ comparatio Belial ad Chriſtum, vel quæ comparatio diuinæ & ſacræ domus ad profanam? cùm & ipſi Gentiles plus detulerint locis ſacris, imò retulit mihi Prænobilis ac Strenuus Dominus Adrianus von der Düſſen, vir ad magna natus, cum in quadam inſula Indiæ Orientalis ageret Commendatorem, quodam tempore aprum cepiſſe, vulgò ein Wilde Schwein, cuius cum magnam partem canis abſtuliſſet, eamqúe in templo Incolarum illius loci ſectæ Mahumetanę addictorum, deuorare compertus fuiſſet, illi magno numero indignabundi ad ipſum accurrentes ſibi hoc in deſpectum factũ (quippe carnem porcinam nec tangunt nec comedunt) conqueſti fuerunt, ſed poſtmodum re aliter comperta, illud non de induſtria, ſed caſu contigiſſe, templum incenderunt, nouumq; ędificarunt, dum enim illud carne porcinâ violatũ ſuperſtitioſe credebant, id potius deſtruere & redintegrare, quam ita relinquere maluerunt, maior igitur veri Dei, Sanctorumque Palatijs, vel Catholicorum Eccleſijs, reuerentia & honor tribui debebit, interim de Eccleſiarum ſeu templorum aſylis & de abuſu, vide Greg. Tholoſan. *de Repub. lib. 13. cap. 22. & ſeq.*

Hic autem contra illos decoctores vide Beſold. *in theſaur. lit. B. n. 9. in addit.* vbi in relata lege dicunt, non ſolum comprehendi eos mercatores, qui cum ſoluendo ſint, eò conſulto confugiunt & ſe decoxiſſe fingunt, vt ſic creditores ad pactiones iniuſtas trahant, qui propriè nõ ſunt decoctores, quos prædones appellat Ioſeph de Seſſe *deciſion. Arragon. 102. vol. 1.* ſed & illos, qui cum bonis ad huiuſmodi loca confugiunt, cũ intentione fraudandi vel vt non conueniantur, Quales falliti & ſuſpecti dilationibus non gaudent, Peckius *de iur. ſiſten. c. 5.* Bruno *de ceſſion. bonor. q. 26. n. 7.* & DD. allegati apud Munnoz *de ratiocin. c. 3. n. 6. & ſeq.* docent, quod rationes reddere obligentur, etſi ad Eccleſiam confugiant, quod extrahi poſſint, quod ipſum tamẽ ibi declarat, nam propter loci religionem inuiti extrahi non debent, 4.

prout Magerus *de Aduocatia arm.cap.15.n.69.& ſeqq.* varia iura & Regna enarrat in quibus Eccleſiæ referuntur inter aſyla,& ibi de varijs aſylis *ex cap. 8. num.36. & ſeq.* vbi multos quoq; refert, qui iure aſyli non gaudeant,ſicuti nec illi per quos ſub- & obreptitie expracticantur reſcripta iuxta Rebuff. imò punitur falſis precibus reſcripta impetrans Menoch. *de arbitr.caſ.314.* ſecuritas autem pro re nata alicui fallito data, rectè reuocari poteſt, ſi fugam parat, vt pluribus probat Surdus *deciſ.207.* & aliqua de ſecuritate, & quis eam det idem Surd. *conſ.281.* ita & debitor de fuga ſuſpectus, die feriato, etiamſi Clericus ſit, à laico propria authoritate capi poteſt, Menoch. *de arbit.caſ.lib.2.caſ.86.* Gail. *2. obſeru.44. per tot.* de fuga ſuſpecto adde Chriſtinæum *volum.1.deciſ.258.* Mynſig. *2.obſeru.65.* plene Cothman. *volum.1.reſp.18.num 271.& ſeqq.* de fuga & ſuſpicionum, cauſis & purgatione, & Scacc. *de iudic.lib.1.cap.37.* quæ requirantur vt quis ſit de fuga ſuſpectus, quæqúe probanda ſint, & ibi declarat, quod quidem debitorem Clericum de fuga ſuſpectum etiam laicus capere poſſit, ſed tamen eundem debeat ſtatim tradere ad manus Iudicis Eccleſiaſtici,& ita ſcio practicatum fuiſſe,Barboſa *in cap.ſi quis ſuadente 17. quæſt.4.num.69.& ſeq.*& praxin impetrandi mandatum de carcerando fugitiuo docet *deciſ.Peruſ.41.* & quomodo captura, propter ſuſpicionem fugæ, inualidari poſſit Roland. *conſ.65.volum.3.* & quædam exceptiones, quod fugiens è carceribus habeatur pro confeſſo apud Marcellum Cala *de modo artic.& pro ban.gloſſ.vn.num.1316.& ſeqq.* adde Maſcard. *de probat.concl.820.* & alia quædam de fuga ſuſpecto, & omnia dilapidante,& quomodo probetur Berlich. *p.1.concl.73.* Zaſius *lib.1. conſ.19.paſſim per tot.* de fuga, quod illa triplex ſit, quomodo excuſetur quæ nota, & de captura, an & quando licita, adde ſi placet, eundem *in l. Rogaſti,§.ſi fugitiuus ff.ſi cert.pet.* multa de fuga & fugitiuis in Baiardo ad Clarum *q.21 n.63.& multis ſeq.*

Verum quomodo puniatur mercator vel artifex, qui exercendo pecunias vel bona priuatorum, fugit non ſatisfactis creditoribus Farin. *d.quæſt.26.num.29.vbi & num.ſeq.* ille qui partim ex vitio fortunæ, partim ex dolo ſuo in paupertatem deuenit, perinde habetur ac ſi ex ſuo tantum vitio & defectu decoxiſſet,licet aliqua paſſus ſit infortunia, quod notent illi,qui nimis temerariè foro cedunt, dum antea nimis magnificè vixerunt, & aliorum bona abſumpſerunt, quod non ſponte fit,fortunæ eſt,quod ſpõtè, conſilij, Grotius *d. cap.21. ſub num. 5.* vbi & illud, nemini infortunium ſua ſpontè accidit, & tales non euadunt illud vulgatum: qui non habet in ære,luat in corpore, de quo Farinac.*d.quæſt.36.* & Annæus Robert. *lib.2.rer.iud.c.15.* contra debitores obligatos, in ſumma; debitoribus fallitis non dari moratoria reſcripta, docet quoque Beſoldus *in Theſaur.pract. lit. E. verb. Quinquennale*, vnd Auffſtandts Brieff/ꝛc. probatqúe Wehner *Practic. obſeru. lit. A. verb.* Auffſtandts Brieff/ vbi tamen præiudicium,quòd tales debitores impetrantes illla moratoria reſcripta poſſint citari ad ſatiſdandum, vel fideiuſſionem præſtandum, cum impetrantes ad cautionem teneantur modo petatur, ſed poſt inducias impetratas bonorum ceſſio non permittitur, de inducijs & quinquennalibus eorundemq; iuſtitia, vide Theſaurum *deciſ.185.per tot.* Tepatum *in compend.deciſ.tit.53.* 5.

Am

Digitized by Google

6. An vero huiuſmodi induciæ à maiori parte creditorum in præiudicium aliorum dari poſſint, allegantur DD. pro & contra apud Wehnerum *d. loco*, vide & Seraphinum *de priuilegio iuramentorum, pr. 114.* vbi ſimpliciter tenet, quod maior pars creditorum poſſit inducias quinquennales ad ſoluendum concedere alijs recuſantibus, & quod maior pars creditorum dicatur reſpectu maioris quantitatis debiti, non vero reſpectu numeri ipſorum creditorum, & ibi Additionat. limitat, quòd maior pars creditorum chyrographorum, non præiudicet hypothecarijs, item quod nec in debito iurato, ſed quod compoſitio facta cum maiori parte creditorum non præiudicet alijs, qui non conſenſerunt parti debita remittenti, traditur in Deciſione Rotæ Genuenſis *57. num. 1.* ibi dicitur communis, & allegatur *l. 7. §. 19. cum ſeqq. ff. de pactis*, & quod contra fugitiuos & decoctores multum notabile hoc exclament Angel. & Caſtrenſ. *in l. 7. §. 19. ff. de pactis, adde & ibi l. ſeq.* quam in contrarium allegat Farinac. *lib. 1. tit. 2. de accuſato quæſt. 14.* quòd maior pars creditorum poſſit præiudicare minori parti in remittendo partem debiti, vide *ibi in ſeqq.* an pax habita à maiori parte, præiudicet alijs conſanguineis, poſſet itaque dici quòd leges volentes, ſi ſint plures creditores diſſentientes circa partem debiti remittendam, ſequendam eſſe maiorem partem, etiam ad inducias concedendas, vt procedant de æquitate contra ſtrictum iuris rigorem, quaſi in ijs, quæ ſingulorum commodum vel incommodum principaliter reſpiciunt, requiratur omnium conſenſus Barboſa *in cap. in re communi 56. num. 5. & 6. de reg. iur. in 6.* ac proinde dicit non procedere extra caſus in iure expreſſos, adeoque in tribus tantum caſibus ibi relatis iuxta Afflictum *deciſ. 288. num. 4.* deinde allegata iura, quibus probatur quod maior pars creditorũ remittat debitori fallito partem debiti, etiam in præiudicium non conſentientium, declara, vt illud præiudicium ſolum duret interim, quod debitor in paupertate permanſerit, reuiuiſcit tamen actio, debitore ad meliorem fortunam perueniente Munnoz *de Ratiociniis cap. 19. num. 41.* at vero putat Buſius *in d. l. Maiorem*, vt alijs non citatis, non præiudicetur per maiorem partem creditorum debiti partem remittentem, ſecus aliàs, ſed in hac quæſtione & illud obtinet:

——————— *infirma minoris*
Vox cedat numero, paruaq; in parte ſileſcat.

quem verſum ita allegat Decker. *lib. 1. diſſer. 10. & ſeq.* & docet, quod & inauditis & abſentibus alijs illud fieri poſſit, quod vti Buſius dicit Angelum & Coſtalium diſputandi cauſa defendere, fatetur tamen tutius eſſe, vt generatim creditores citentur, ſi tamen hoc non fiat putat Deckerus, ex quo poſſit remiſſio partis debiti fieri inuita minori parte, quod & illud poſſit illis abſentibus & non citatis fieri, & ita ego in puncto Iuris tenerem, quia omnes *DD.* tradunt pro limitatione regulæ, quod quilibet citari debet, de cuius intereſſe agitur, quando quis præſens actui contradicere non poteſt, ſed hic actus eo inuito ſiue abſente celebrari poteſt, & conſequenter iniuſta contradictio aliquorum non debet impedire iuſtam voluntatem aliorum Roman. *conſ. 439. in pr.* iuſta autem perhibetur voluntas maioris partis creditorum reſpectu ſalui conductus, dilationis moratoriæ, & remiſſionis partis debiti, Menoch. *de arbitr. caſ. 245. num. 10. & ſeqq.* Afflict. *deciſ. 288.* Viuius *deciſ. 38. & 268.*

Digitized by Google

& 268. Papon. *de Arreſtis lib. 10. tit. 9. in appendice artic.3.* ibi confirmatur præiudic is, ego poſtea vidi Wilhelm. Anton. *de moratorijs reſcriptis tit. 6. concl. 16. num. 15.* vbi DD. pro & contra allegati, an maior pars creditorum alijs inuitis remiſſionem facere, vel dilationem dare poſſit, & quomodo maior pars computetur, *vbi concl. 15. n. 106. lit. P.* quod nec maior pars creditorum, nec ipſe Princeps vltra 5. annos iſtas inducias dare poſſit, *& tit. 7. concl. 43. ſub num. 25.* quod cambiorum debita à moratorijs eximantur, idem *de ſalariis concl. 44.* docet, vbi quoque de varijs variorum ſalarijs.

7. Aliàs quod DD. dicunt de citatione, putarem non præcisè accipi vel intelligi de citatione à Iudice impetranda, ſed potius pro aliqua legitima intimatione & notificatione quæ ſolet fieri teſte Buſio *d. loc.* quatuor continuis & plerumque feſtis diebus poſt concionem per publicum præconem, quod in hiſce partibus ita obſeruatum nõ memini, nec hoc iure ſtatutum reperitur, quod autem Additionator ad Seraphinum *d. pr. 114. n. 3.* ex Strach. *de decoctoribus p. 6. num. 9.* requirit, vt creditores ad prædictum effectũ in vnum conueniant, nec ſufficiat ſi ſinguli ſeparati conſentiant, ita intelligitur, niſi omnes iam ſeparatim concordarent, Gratianus *tom. 2. deciſ. forenſ. cap. 222. num. 6. vbi & num. 7.* quod iſta congregatio & coadunatio in vnum in Francia non ſeruetur & ſtatuto vel conſuetudine tolli poſſit, vbi & *nu. 30.* dicit ſeruari, quod dilatio iſta dari poſſit contra debitorem cum iuramento obligatum, & *num. 34.* an procedat in debitis ex cauſis penſionis domorum & rerum comeſtibilium, ibi plura notabilia de materia dictæ dilationis & ceſſionis bonorum, & ita quod in debitis priuilegiatis locum non habeant huiuſmodi reſcripta docet Papon. *de Arreſt. lib. 10. tit. 9. arreſt. 15.* vbi iura allegat, Carotius *de except. contra praeiud. ſent. except. 168. n. 33. & ſeq.* quod moratorium non comprehendat cauſam depoſiti, nec extendatur ad ſalaria, penſiones, vecturas equorum, nec ad cauſas alimentorum, dotis, panis & ſimilia, nec ad debitum communitatis *num. 13.* & diſtinguit, an ſe extendat ad debita iurata, an obtenta proſit fideiuſſori, debet autem creditori nunciari alias non valet, vide & Menoch. *de arbit. caſ. 203* & de Iuſtitia eorundem, & an habita honeſtate Iuſtitiæ concedi poſſint & quando nõ, latè Nicol. de Paſſerib. *de priuata ſcriptura lib. 3. q. 5. & ſeq.* videtur tamen notabiliter declarare idem Gratian *tom. 1. deciſ. forenſ. c. 37. n. 40.* pro allegata deciſione Rotæ Genuenſis, quando creditores habent quem conuenire poſſint, quod tunc maior pars creditorum minori non præiudicet DD. *in l. reſcriptum ff. de pact. & in l. fin. Cod. de his qui bonis cedere poſſ.* Afflict. *deciſ. 288. per tot.* vbi latè Vrſil. concluſiuè principalis mea aſſertio probatur ex ſtatutis & concordatis Ciuitatis noſtræ *art. 43. & 44.* quod illi qui ratione debitorum ciuitatem derelinquunt vel aufugiunt quodque illi qui ex propoſito vel doloſe nũmis ab alijs ſubleuatis abeunt, nec priuilegio ciuitatis gaudeant, nec ſaluus conductus illis dari debeat, de ſaluo conductu, ſecuritate, eiusq; effectu, reſtrictione & reuocatione aliqua notabilia in Colero *de proceſſ. exec. parte 4. cap. 1. num. 203.* & plurimis ſequentibus vſque ad finem. quoad reliqua vide *DD.* Tractatus ſpeciales de moratorijs reſcriptis & ſupra citatos.

CAPVT

CAPVT VII.

De alienatione, ceſſione, tranſportatione, & confeſſione immediatè ante vel poſt falliſamentum factis.

1. QVemadmodum domus mercatorum debet eſſe domus veritatis & æquitatis, & inter illos vel maximè bona fides exuperare, ita è contra fallitorum malitia plerumque abundat, quique dolis, fraudibus, mendacijs & periurijs ſunt ante omnes dediti, ac veluti mancipati, (quod non ita ſimpliciter &abſolutè de alijs dicere audeo, cum norim viros mercatores optimos) quemadmodum facit Tiraq. *de pœn. tempor.cauſ.51.num.142.*& *ibi* remiſſiuè *in tractatu de nobilitate,cap.33.num.8. & aliquot ſeqq.* vbi multa congerit ex iure diuino & Canonico, nec non ex SS. Patribus contra mercatores, quæ tamen *ibi* relata fatetur non eſſe vitia artis, ſed hominum: Poſtquam igitur vitia fallitorum innotuere, vel etiam quia banco-rupti bona ſunt vel efficiuntur creditoribus,ſeruatis tamen iuribus prioritatis iuxta deciſ. Rotæ Genuenſ. 107. *num.2.* maxima ratione nititur, quod confeſſio vel apochæ illorum, in præiudicium quidem ſcribentium vel confitentium, ſed non in præiudicium aliorum creditorum probent, ita iudicatum reperies apud Chriſtinæum *volum. 4. deciſ. 160. num.6.* adde omnino Surdum *conſil. 547. num. 7. & ſeqq.* diſtinctè Caualcanum *part.2.deciſ.27.* Hieron.à Laurent. *deciſ.Auino.146.* & rurſus Surd. *de aliment. tit.9.q.42.n.27.* quod confeſſio debitoris ſe rem alijs prius obligaſſe, non nocet creditoribus, & vbi de hypothecæ prioritate contenditur, illa non probatur per apocham ſine teſtibus ſcriptam, Gratian. *tom.2. diſceptat.forenſ. cap.391. num.2. & 7.* *ibi* hoc ipſum ad alios quoque extendit, & *num.8.& 9.* dicit, ſi de veritate ſcripturæ priuatæ conſtaret, quod tunc creditor anterior præferatur,circa quod pluribus inſiſtere, huius loci non eſt; interim quatenus hypothecæ publicæ priuatis præferantur, vide Cothmann. *lib.5. reſp.34. num.44. & ſeqq.* Berlich. *p.2. concluſ.28. num.43. & ſeq.* & vbi vigore ſtatuti vel ordinationis hypotheca conſtitui debet coram Magiſtratu, nihil planè cum ſcriptura tribus vel pluribus teſtibus ſubſcripta & recognita effeceris, quia ſic etiam publica inſtrumenta cenſentur tamquam actiones perſonales, Neoſtad. *deciſ.28.& 29.* de quo *alibi*, quando autem ſcriptura falliti vel decoctoris probet, vide diſtinctè in Gratian. *d.cap. 391.*

Eodem modo conſului contra quamdam filiam, dotem ſibi conſtitutam ex bonis patris falliti petentem, nam prius quæ creditoribus debentur, deducuntur, in remanentibus erit dos, Borellus *in ſumma deciſ. lib.2. tit.de ſenten.execut.32.num.328 & ſeqq.* adde Peregr. *deciſ. 95. num. 5. & paſſim ibi, facit l.ſubſignatum, §.1.ff. de verb.ſign.* Cardin.Tuſch.*lit.E.concl.333. ibi* & notabilia, & quia liberi dicuntur creditores in legitima,iudicatum reperies apud Ant. Theſaur. *deciſ.184.* quod ſtatutum de lucro dotis, non includat legitimam, ſed intelligi debeat prius deducta legitima liberorum, vti & *ibi* vſusfructus hæreditatis intelligitur prius ære alieno deducto, interim vide & Viuium *deciſ. 258. num. 3.* vbi de quarta, quæ debetur mulieri vel ex ſtatuto vel ex pacto, tunc non eſt æs alienum deducendum, quod contractum eſt 2.

poſt quartæ conſtitutionem, & ibi quomodo mulier agat, adde tamen *deciſ. 163.* Quinimo dotis conſtitutio à Patre debitis inuoluto facta non tenet Gratianus, *tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 366. num. 9. & ſeqq.* vbi iura allegat, quod in graui caſu in dubium reuocatum fuiſſe ſcio, dum pater Mercator debitis quidem inuolutus, ſed vtique adhuc fidem habens, filię ſuę magnam conſtituerat, immo & ſoluerat dotem, vide caſus diſtinctos per Zaſium inferius allegatum.

3. Porro allegari poſſunt fundamenta pro affirmatiua controuerſæ iſtius quæſtionis, an ſoluta pecunia poſſit per creditorem hypothecarium reuocari, de qua latiſſimè DD. pro & contra apud Rauchbar. *lib. 2. quæſt. 9. per tot.* Cæuallos *in ſpeculo commun. opin. quæſt. 705. ibi* dicit, hanc quæſtionem pro & contra accuratiſſimè diſputari per allegatum *ibidem* Guttierrez, item pro & contra allegantur D D. in Surdo *conſil. 4. num. 10. & ſeq. & num. 24. & ſeqq. ibi* dicit contra Afflict. de iure eſſe verius, quod reuocetur, varia quoque & notabilia diſtinctè Caſp. Ant. Theſaurus *lib. 2. quæſt. forenſ. 16.* & varias diſtinctiones apud Riccium *p. 4. collect. 1741.*

4. At verò Scaccia *tract. de commerc. & cambio*, §. *2. gloſſ. 5. num. 442.* tradit, Inter Mercatores negatiuam ſiue opinionem Afflicti *deciſ. 190.* ſeruari, vide omnino ad eum, declarationes, limitationes & extenſiones, quemadmodum exactè quoque diſputatur apud Wameſium *cent. 4. conſ. 63 num. 27. & ſeqq.* vbi & Afflictum declarat & deciſiuè dicit, illos Creditores, quibus ſolutum fuit per debitorem fallitum, compelli debere ad reſtitutionem omnium, in finem communicationis & contributionis pro omnibus creditoribus, & tractat *ibi* an ſolutio anticipata per debitorem facta alijs proſit vel obſit, & quærit an debitor non ſoluendo, alicui creditori ſoluendo gratificari poſſit, & qui dicantur negligentes in petendo, adde Nauarr. *in Manuali de reſtit. cap. 17. num. 53. ibi tamen in verſ. 3.* addit, multos damnari, qui volentes gratificari quibuſdam, & videntes bona ſua diuendenda inter creditores non priuilegiatos ob fugam vel aliam cauſam diminuendo aliorum quotam, alijs integrum debitum vel plus portione ſoluunt, velim tamen ſemper diſtinguas, inter actum ipſius debitoris & creditoris, hic enim petere licet; ille gratificari non poſſet: Et quamuis in hac propoſita quæſtione viderim inter Mercatores ſeruari, quod pecunia ſoluta creditori per alios creditores non repetatur; ne, vt dicit Cæuallos *alleg. loco*, mundus litibus deſtruatur, ſi pecunia ſoluta repeti poſſet, tamen non ceſſes videre Caſp. Ant. *Theſ. d. quæſt. 16.* vbi plures caſus diſtinguit, & dicit magis communem eſſe opinionem Afflicti, non competere reuocatoriam in caſu, vbi pecunia iam conſumpta vel erogata fuit, & tunc creditorem in conſcientia tutum eſſe, quia inuigilauit vt ſuum reciperet, intellige quando alij non habent ius prælationis: Sed tamen dicit *num. 13.* magnam eſſe difficultatem, ſi pecunia eſſet malâ fide conſumpta & exacta, ratio difficultatis & dubij eſt, quia mala fides non videtur conſideranda in eo, qui pecuniam ſibi debitam recipit, ſicuti nec ſcientiam debiti vel qualitatis debitoris ac eius conditionem, quod non ſit ſoluendo, nocere creditori recipienti, eſt Text. *in l. qui autem*, §. *ſciendum*, *ff. quæ in frau-*

Digitized by Google

fraudem creditor. verum autem dicit malam fidem tunc ſubeſſe, quando ſecundus creditor exigit à debitore, quem ſcit ſe habere anteriores creditores, & illum non eſſe ſoluendo, vbi iura & DD. allegat, ſicuti & Farinacius *part. 2. deciſ. 48. num. 7. & 8.* tradit, quod debitor non poſſit ſoluere poſteriori, vbi ſcit eſſe anteriores creditores, ſed tamen ſecundum Theſaurum, ipſa exactio ad hoc non ſufficit, vt dicatur eſſe in mala fide, niſi etiam in ipſa conſumptione mala fides acceſſerit, vt ſi forte acceptam pecuniam ſtatim expendat, & ita de præſenti eludat anteriorem creditorem.

5. Ad hæc, etiam tunc diceretur in mala fide, ſi facta ipſi fide de anteriori creditore adhuc exegiſſet creditum ſuum, prout & dicit in caſu Mercatoris, qui multorum pecunia accepta ceſſit foro, vel decoxit, & omnes creditores impetrant ſequeſtrationem bonorum, vnus vero vigilantior in exactione (puta ante decoctionem, quia poſt decoctionem ipſo iure adminiſtratio bonorum decocto eſt interdicta, Scaccia *de commerciis & cambio* §. 2. *gloſſ. 5. num. 446. & num. 403.* vbi etſi fuerint factores aliorum, non poſſit ipſis amplius ſolui, quia ipſa lege reuocati ſunt) præuenit, illum teneri pecuniam repræſentare, vel conſumptam de ſuo tantumdem, ſi tamen non adeſt hypotheca, pecuniam ſolutam manere irreuocabilem, & non habere locum actionem reuocatoriam, ſed gratificationi & vigilantiæ locum eſſe, & hoc vidi ita ſeruari inter mercatores, modo illa pecunia inter pares creditores ſoluta fuerit ante decoctionem, vide Florez Diez allegatum *inferius art. 3.* de hypothecis, & priuilegijs perſonalibus & realibus, & de ordine ſoluendorum creditorum in vtroque foro, vbi latè & diſtinctè per plures concluſiones, quem omnino conſule: Facit notabilis doctrina Zaſij *in l. ait Prætor,* §. *hoc edictum, num. 3. ff. de his quæ in fraudem creditorum:* vbi ponit regulam in hac materia, quod non ſit ſatis ſcire fraudem, niſi & participetur, vnde dicit, Si veniat ad me debitor grauatus multis creditoribus, & vendere mihi cupiat libros Iuris Ciuilis, ego verò ſcio quod fraudare pergat ſuos creditores, & dico quod mea nihil refert cur ipſe vendat, emam autem ab eo tanquam à quolibet alio, certè non tenebor, dicitque hanc doctrinam eſſe notatu dignam, & per illam multis ſubueniri, & rurſus *in l. ait Prætor, la ſecond.* §. *ita demum, ff. d. tit.* vbi actionis reuocatoriæ ſubſtantialia requiſita dicit eſſe, vt alienatio ſit facta in fraudem creditorum: Secundò, quod emptor participauerit de fraude, ſicque in dolo fuerit, & denique quod fraus ſortita ſit ſuum effectum, & Coraſius *in* §. *item ſi quis in fraud. Inſt. de act. num. 4. & 5.* fraudem dicit non ex euentu dumtaxat, ſed ex conſilio quoque conſiderari, quodque fraus conſideretur in eo, qui, cum ſciret facultates ſuas æri ſoluendo non ſufficere, alienauit, in accipiente vero tum demum, ſi poſt denunciationem à creditoribus factam ne emeret, nihilominus emit, *l. ait Prætor,* §. *ſi quis particeps, ff. quæ in fraudem creditorum:* Adde Scacciam *dict. Tract.* §. 2. *gloſſ. 5. quæſt. 16. num. 400. & ſeqq.* vbi exactè diſtinguitur, cuius damno cedat decoctio debitoris, cui mandatarius dedit cambio pecunias mandatoris, & an ſoluens ei,

qui

Digitized by Google

qui malæ conditionis effectus eſt, vel de proximo talis, rectè ſoluat, diſtinctè quoque per plures concluſiones, tam ex mente Iuriſconſultorum, quam Theologorum, tractat Florez Diez *in practicis quæſtionibus lib. 1. quæſt. 6. §. 1. num. 1. & multis ſeqq.* vbi facit regulam, quod ſi perſonæ creditorum ſint pares, ſit potior is, cui prius fuit ſolutum, etiamſi ſciuerit plures eſſe creditores, & debitorem non eſſe ſoluendo, niſi quando per gratificationem vni præ alio ſolueretur, prout per gratificationem dicitur ſoluere, ſiue fieri gratificatio, quando plures inſtant pro ſolutione debitorum, vel aliqui acceperint poſſeſſionem ex primo decreto, alias ſi adſint priuilegiati creditores, poteſt adhuc non priuilegiato ſolui, ſed tamen ſi ipſe non priuilegiatus, ſciuit alios eſſe priuilegiatos, & debitorem non omnibus eſſe ſoluendo, hoc caſu dicit repeti poſſe per actionem reuocatoriam, vide *ibi*, quia plures caſus deducit, & §. 2. ex Zaſio *in l. ſi non expediens, §. ſi pupillus, ff. de bonis auctorit. Iud. poſſid.* quod dupliciter dicatur fieri gratificatio; primo, præfato modo, quando pluribus iudicialiter vel extraiudicialiter pro ſolutione inſtantibus, debita vni ſoluit: deinde, quando creditor ſuum exigens nimis fuerit ſollicitus, feſtinans, & importunus, vide *ibi*.

6. In hac vero materia diſtinguere oportet actum in alienante, & actum in petente & recipiente, hic enim licitus, etiamſi ille illicitus exiſtere poſſit, & cum hoc in caſu controuerſo allegarem, inter cætera replicatum fuit, quod creditor, cui ceſſio facta fuit, non fuerit præſens, ſed alter ipſius nomine acceptauerit, qui de mandato non docuerat, & ſic ſubintrare, §. *alteri, Inſtit. de inutil. ſtipulat. & l. quacunque, ff. de obligat. & action.* quam practicare volebant iunctis conſilijs Nicol. Euerh. Præſ. *conſil. 242. & ſeq.* ſed quia Notarius adfuit, vide Theſaur. *deciſ. 70.* qui alteri ſtipulare poteſt, vt ei acquiratur ſine ratificatione, cum geſta in fauorem cenſeatur approbare, iuxta Farinac. *p. 1. deciſ. 262.* late Tiraquell. *de iure conſtit. limitat. 30.* Vnde licet magna videatur eſſe difficultas, caſu quo immediatè ante bancorupturam debitor ſoluiſſet vni vel alteri ex creditoribus, vti ſcio factum, tamen docet Surdus *conſil. 528. per varia fundamenta, num. 34. & ſeq.* (quod eſt notabile conſilium in cauſa cambij) quod mercator delegans mercatorem, quem ſcit breui decocturum, liberetur, quando ille conſumptor erat debitor delegantis, quia non cenſetur facere animo fallendi, ſed ſui iuris conſeruandi cauſa, pro quo facit quæ ad excluſionem actionis Paulianæ eleganter more ſuo tradit Deckerus *lib. 1. diſſert. 10. num. 19. & ſeqq. ibi*, & de donatione remuneratoria, quod excludat dictam actionem, cum idem de huiuſmodi donatione, quod de ſolutione iudicandum ſit, cum ſcilicet, ſi antequam bona poſſideantur, facta ſit, ad edictum Prætoris minimè pertinere, *l. qui autem, §. ſciendum, ff. quæ in fraudem creditor.* & ita concluſiue in foro fori & poli reſoluit Bonacina *de reſtit. in genere diſp. 1. quæſt. 8. punct. 2. prop. 5. num. 20. & ſeq.* cum DD. *ibidem* allegatis, quando plures ſunt creditores perſonales, non habentes ius prælationis, quod vnus ante alium poſſit petere ſolutionem, ratio eſt, quod diligentia creditoris facit ipſum melioris conditionis, (vulgatum

enim

Digitized by Google

enim eſt, iura vigilantibus & non dormientibus prodeſſe) ſicut alios melioris conditionis facit hypotheca & priuilegium, nec tenetur ad reſtitutionem, cùm vtatur iure ſuo, nec accipit alienum, modo alij creditores non habeant ius prælationis: Et licet Bonacina & D D. *ibi* non loquantur in caſu Mercatoris rupti, quia tamen & ego pro indubitato præſuppono, quod iam ruptus vel fallitus non poſſit ſoluere amplius vni vel alteri petenti ex ſuis creditoribus, dico quod & rationes per Bonacinam allegatæ concludant in caſu, vbi mercator ante ipſum falliſamentum vni vel alteri petenti ſoluit, immo ſi & vltro ſoluat vni vel alteri, erga quem habet maiorem affectionem, adhuc tamen creditor ſibi ſolutum in conſcientia retinere poteſt, modo res accepta non ſit alteri obligata per hypothecam, iuxta Leſſium & Molin. *ibi* allegat. à quibus tamen ipſe diſſentit, inquiens, quando creditor mala fide accepit, ſciens debitorem eſſe impotentem ad ſoluendum omnibus, hoc ipſo præſupponit Bonacina malam fidem alterius, (quando vero debitor ſuſpectus reddatur, vide Menochium *de arbitr. lib. 1. quæſt. 87.* & de ſuſpicione facturæ, Munnoz *de ratiocinijs, cap. 6. num. 76. & ſequent.* & qui dicantur vergere ad inopiam, & quomodo probetur Pacianus *libr. 1. de probation. cap. 54. num. 80. & ſequentib.*) quod tunc teneatur ad reſtitutionem, quia accipiendo, ait, peccauit contra iuſtitiam commutatiuam, & fecit contra ius aliorum creditorum habentium ius æquale, verum cum ipſemet Bonacin. concedat, in foro externo iſtum creditorem non teneri ad reſtitutionem, putarem ego nec in conſciẽtia ipſum ad hoc obligatum eſſe, non enim facit quis contra Iuſtitiam commutatiuam, qui ſibi vigilauit, qui accepit rem alteri non obligatam, ſed vti præſupponitur adhuc in dominio debitoris exiſtentem, neque enim dici poteſt fieri contra iuſtitiam commutatiuam, dum id fit, quod lex Ciuilis ſtatuit, ſic enim non eſſet lex, nec de iure ſubſiſteret, quia cum iura ſint diſpoſitiua, iuſtam vim obtinent in foro conſcientiæ, Canoniſtæ *in cap. 1. de conſtitut.* D. Thomas *1. 2. quæſt. 96. artic. 6.* & ita in terminis docet Syluester *in ſumma, in verb. reſtitutio, quæſt. 5. & ſeqq.* latiſſimè Nauarrus *de reſtitut. tom. 2. lib. 14. cap. fin. in fin.* plures allegat Florez Diez *ſuperiùs* allegatus *§. 2. num. 2.* vbi hoc expreſſe limitat non procedere, quando Creditor ipſemet vltro non peteret, ſed Debitor illi, vel ex amicitia, vel malitia, inquiens ſe plures habere, quibus ſoluere non poſſit, ſolueret; quo caſu ait Creditorem peccare mortaliter, & teneri ad reſtitutionem, quia iura tunc dant Creditori licentiam accipiendi, & Debitori ſoluendi, quando Creditor in exactione alijs eſt diligentior. Videtur tamen, quod etiam Bonacinæ opinio procedat in caſu, vbi non ſolùm iſte mercator iam tunc inſoluendo factus, ſed etiam notorium eſt, quod iam iam foro cedere velit, quodque falliſimentum præcogitauerit, & hoc ipſum ille, qui petit ſolutionem, optimè quoque ſciuerit, quaſi hoc caſu accingendus habeatur pro accincto, & bona deſtinata ad banco-rupturam cenſeantur quaſi iam rupta, Gail. *2. obſeruat. 80. num. 9.* Cardinal. Tuſch. *litt. A. concluſ. 83.* de qua Regula vide Iaſonem *in Authent. ſi qua mulier, à num. 23. Cod. de SS. Eccleſijs:* & latè Roy-

Digitized by Google

ſius *in deciſ. Lituan. 1. num. 212. & multis ſeqq.* Sed quia materia brocardica eſt, & d. reg. procedit tantum impropriè & ficte, imo deſtinatum non habetur pro completo, nec res iudicatur ab eo quod erit, ſed ab eo quod eſt, Barboſ. *in tract. axiom. iur. vſufreq. ax. 6. num. 4.* latè quoque Tiraq. *ad leges connubiales 16. gloſſ. 2. num. 2. & ſeqq.* an habeantur pro factis, quæ proximè futura ſunt, vel quando potentia eſt actui propinqua, vnde per notata *ſuperiùs de dubijs cap. 2.* vix videtur aliquid concludi poſſe ex huiuſmodi brocardicis, præſertim contra illam doctrinam, quam Bonacina dicit de iure eſſe veram, nimirum quod ita ſolui poſſit, quemadmodum & ij mercatores, cum quibus deſuper locutus fui, putant antequam realiter & cum effectu quis foro cedit, quod petenti ſolutionem poſſit ſolui, & petens ſit ſecurus quoad alios perſonales creditores, pro quo & facit doctrina Zaſij *ſuperiùs* relata & aliorum, licet, ſi paulò ante decoctionem facta fuerit ſolutio, videatur diſſentire Scaccia *de commerc. & cambio §. 2. gloſſ. 5. num. 339. & num. 445.* quod verum eſſe poteſt in caſibus *ibi* relatis, ſi fortè alijs creditoribus in diem ſolueret, vel vbi aliàs haberet creditores priuilegiatos, nam expreſſe tenet Zaſius *in l. qui autem, § apud Labeonem, num. 1. ff. de his quæ in fraudem creditor.* quod creditor ſciens Titium non eſſe ſoluendo, petijt & recepit ſuum, antequam bona poſſideantur, quod ceſſet actio reuocatoria, etiamſi res in cardine eſt, quod debitoris bona poſſideantur, ſi modo nondum poſſeſſa fuerint, ſecus vero ſi bonis iam poſſeſſis ſolutio fieret, ex cuius doctrina, iunctis ijs, quæ tradit *in §. item ſi quis in fraud. præſertim num. 18. Inſtit. de act.* quod duo perpetuo ſunt neceſſaria in debitore ad hoc, quod creditores in fraudem factum prætendere poſſint. primò conſilium, id eſt propoſitum fraudandi, deinde euentus, id eſt quod damnificatio euenerit, vel quod creditores ſint fraudati, quorum alterutro deficiente dicit ceſſare reuocatoriam, *l. ait Prætor, §. ita demum, ff. d. tit. & in l. 1. C. quæ in fraud. cred.*

Vnde non ſatis tutum videtur pro limitatione vel exceptione regulę adferre, quod in propoſitis duobus caſibus adduxit Scaccia *d. loc.* niſi proferat expreſſum caſum legis, per quem ſuperior doctrina limitetur: nam creditores priuilegiati habent tantum priuilegium in rebus exiſtentibus, non vero in ritè alienatis, quemadmodum & creditoribus in diem per anticipationem ſolui poteſt; neque in hoc cæterorum creditorum præiudicium conſiderabile videtur, ex quo per iſtam ſolutionem non fit diminutio patrimonij, ſiue non eſt præiudicium in iure quæſito, ſed tantum reſpectu iuris quærendi, & conſequenter, dum non habent hypothecam, videtur quod regulæ ſtandum ſit, niſi pro re nata fraus creditoris apertè detegi poſſit, tu deſuper cogita, & vide *infra cap. 9. verſ. de ſolutione in fraudem, & paſſim,* prout ſcio mercatori iam iam fallituro, pecuniam ſolutam, at non reuocatam fuiſſe, licet de iure reuocari poſſit, ſi extet in bonis iſtiuſmodi falliti, & caſu quo alij creditores iſtâ pecunia ſoluti fuerint, tunc iſte poſterior creditor ſuccedit in locum priorum, quibus iſta pecunia bona fide ſoluta fuit, prout tradit Zaſius *in l. ait Prætor, §. ita demum, num. 1. ff. de his quæ in fraudem creditor.* vide & *num. 4. & 5. ibi* alteratur quoque caſus, & enumerantur requiſita, alias ſi opinio Bonacinæ, quoad conſcien-

7.

Digitized by Google

ſcientiam indiſtinctè vera foret, ſequeretur meo iudicio, quòd creditores poſt ipſum falliſamentum, alios in arreſtis præuenientes, non eſſent tuti in conſcientia, cum tamen ſciam practicatum in ijs locis, in quibus arreſtans per arreſti legitimam proſecutionem conſequitur prælationem, quod arreſtantes & arreſtum proſequentes in bonis falliti fuerint prælati, pro quo facit & ratio & doctrina Zaſij *in l. pupillus, ſub num. 3. ff. de his quæ in fraudem creditorum*: ſicut & Florez Diez *dict. §. 2. num. 22.* tradit, valere ſtatuta municipalia in foro conſcientiæ, quæ ponunt alium ordinem ſoluendi creditoribus, quam qui à iure in aliquibus caſibus traditus eſt, cum autem *ſuperiùs* allata opinio appareat inter DD. controuerſa, operæ pretium erit ſcire, quando quis ſit inſoluendo, & vnde hoc cognoſcatur, de quo vide Pariſium *volum. 1. conſil. 50. num. 52. & ſeqq. & num. 62. & ſeqq.* Decium & Cagnol. *in l. nemo dubitat, ff. de reg. iur.* item quomodo probet hæres non ſufficere bona, Iaſon *in d. §. item ſi quis in fraudem, num. 71. & ſeqq.* Maſcard. *de probationib. 1. concluſ. 205.* quod etiam ſcire intereſt in illa quæſtione, quam tradit Bonacina *dict. loc. num. 34.* quod donatio ſit valida, antequam donator fiat impotens ad ſoluendum, licet videam apud Mercatores hoc obſeruari, quod quis non cenſeatur impotens ad ſoluendum, quando ſibi plenè creditur. Wann der Kauffmann im vollen Credit ſitzet/ quando autem dicatur vergere ad inopiam, vide ſuprà ex Paciano alijsque allegatis, & conſequenter donatio tunc valida reputabitur, nec à donatario, qui eſt in bona fide, reuocari poterit, niſi falliſamento ita vicina ſit, vt vtriuſque fraus legitimè præſumi queat, ſi fortè bona poſſeſſa vel poſſideri iuſſa fuerint, per notat. Zaſij *in §. item ſi quis in fraudem, num. 15. Inſtit. de action.* Vnde & dos filiæ data à Mercatore, cui omnia adhuc credebantur, & in bona erat æſtimatione & bona fide, accepta, actione reuocatoria repeti non poterat, vt enim quid in fraudem aliorum dicatur alienatum, & dolus alienantis ſimul & recipientis oſtendi debet, *l. 6. §. hoc edictum ff. quæ in fraudem creditorum*: deinde Pater officium honeſtum & pium fecit dotando filiam ſuam, & dotem palam ſoluendo & argumenta pro filia dotata adducit Cothmann. *volum. 5. reſp. 26. num. 58. & ſeqq.* Sed quia materia dotis in fraudem datæ variat, vide caſus diſtinctos apud Zaſium *in l. ait Prætor, §. annus, cum ſeqq. num. 13. & ſeqq. ff. de his quæ in fraudem creditor.* & tradita per DD. *in §. ſi quis in fraud. Inſtit. de act.* vbi ex Iaſone *num. 25. & ſeq.* nota, an & quando quis dicatur habere titulo lucratiuo vel oneroſo, eſt materia *l. vn. §. lucrationes, Cod. de imponen. lucrat. deſcript.* & differentiam in Marco Mantica *ſing. 284* item, an capiens hæreditatem dicatur eam habere titulo lucratiuo, vide Albert. Brun. *ſuper ſtatut. exclud. fœm. quæſt. 15. num. 136. & ſeqq.* Et generaliter quidquid per illicita media & ex maleficio quis habet, dicitur habere ex titulo lucratiuo, iuxta doctrinam Zaſij *in §. item ſi quis in fraudem, num. 28. & ſequentib. Inſtitut. de Actionibus.*

8. Præterea notandum, quod DD. in materia ceſſionis tradunt prædictam diſtinctionem, quod exceptio doli non obſtet ſingulari ſucceſſori ſiue ceſſionario, qui habet rem ex cauſa oneroſa, ſecus ſi ha-

Digitized by Google

ſi habeat illam ex cauſa lucratiua, vel in cauſa onerosa dolum participante, Deckerus *lib. 2. diſſert. 1. num. 15.* diſtinctè de exceptione cui & quando obſtet, Marantha *in Specul. part. 6. tit. de except. num. 21. & ſeqq.* & in terminis propoſitæ quæſtionis, Bonacin. *dict. propoſ. 5. num. 27.* reſoluit, quod accipiens aliquid bona fide à debitore ſuo, qui non exiſtit ſoluendo omnibus ſuis creditoribus titulo oneroſo, neſciens alienationem eſſe in fraudem creditorum, non tenetur ad reſtitutionem, poſtquam cognouit alienationem factam eſſe in fraudem aliorum creditorum, quia rem accepit à vero domino alteri non obligatam, & conſequenter eius dominium acquiſiuit, idem docent præſtantes Doctores *ibi* allegati procedere, quoad eum, qui rem titulo lucratiuo accepit, etiamſi ſciuerit tradentem fieri impotentem, modo ipſum non induxerit ad donandum vel tradendum, ſed Bonacin. dicit ſuam opinionem eſſe veriorem, quam declarat procedere, ſi modo creditores hoc, quod titulo gratuito acceptum eſt, intra annum repetant: Priora limitat, ſi accipiens ſciuerit vel dubitauerit contractum eſſe in fraudem creditorum, quia tunc tenetur ad reſtitutionem, quatenus ex eo contractu læſi ſint creditores, nam cooperatus eſt actioni iniuſtæ cum damno creditorum, ex quo efficitur, ſi illa filia ſciuerit parentem non eſſe ſoluendo creditoribus ſuis, & tamen acciperet vel peteret dotem, quod teneatur ad reſtitutionem, immò, vti dicit *num. 31.* quod liberi non poſſint ſuſtentari à Parentibus non exiſtentibus ſoluendo creditoribus ſuis, modo liberi ſe ipſos ſuſtentare poſſint, & *num. 32.* quod vxor tamen iuxta qualitatem perſonæ & dotis ſuſtentata, non teneatur ad reſtitutionem, ſed quod illa habeat ius prælationis ratione allatæ dotis, ſicuti & docet cum alijs declarando *l. qui autem, ff. quæ in fraudem creditorum, & l. non fraudantur 177. ff. de regul. iur.* quod debitor repudiando legatum vel hæreditatem, qua poſſet ſatisfacere creditoribus, peccet contra iuſtitiam, vide *ibi*, quia tradit plura ſingularia in materia reſtitutionis huc ſpectantia, licet aliqua prædictorum non ita practicentur, & ſi placet, vide Annæum Robertum *lib. 3. rerum indic. cap. 12.* an debitor non petens legitimam, dicatur in fraudem creditorum facere, & ſimilia apud Tepatum *in compendio deciſ. tit. 155.* de reuocandis his quæ in fraudem creditorum alienata ſunt, & quæ talia, *ibi* varia capitula. Alias, ſi placet videre quomodo hæres, conficiens inuentarium, vni præ alijs ſoluere poſſit, vide Scacciam *de iudic. lib. 1. cap. 34. num. 25. & ſeqq.* & Franciſcum de Barri *tract. de ſucceſſione teſtati & inteſt. lib. 11. tit. 9. num. 20. & ſeqq.* vbi latè DD. & *in l. ſcimus, § etſi præfatam, Cod. de iure delib.* Ant. Theſaur. *dict. loc.* aliqua in Mindano *de Mandatis, cap. 60. num. 11. lib. 2.* defendi autem haud pridem, cum mulier retineret quædam bona mariti falliti ob dotem, quam prætendebat, quod non patiatur pœnam non confecti inuentarij ex Valaſco *in praxi partit. cap. 8. num. 31.* vide & *num. 29. & ſequent.* an mulier teneatur ad inuentarium, ſi non velit conueniri à creditoribus, & ſimilia apud Papon. *de arreſt. lib. 11. tit. 2. in appendice.* Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 233. nec-non cap. 3. numer. 40.* Wurmbſerum *in pract. obſeru. de matrimonio 36. obſeru. 8.* latè Scacc. *de*

Digitized by Google

de commerc. & camb. §. *7. gloſſ. 5. num. 91. & ſeqq.* & reperitur deciſum apud Riccium *par. 2. collect. 332.* ſi mulier vnam rem celauit in Inuentario, quod non teneatur aliqua pœna ſicut hæres, pulchrè Gamm. *deciſ. 122.* vnde ante tres annos obtinui ſententiam in alto ſæculari iudicio, poſtea per Dominos Commiſſarios confirmatam, in in cauſa hæredum Beuenichs, quorum mater non fecerat Inuentarium, & tamen ratione dotis præferentiam prætendebat, quæ & fuit adiudicata, alias quomodo teneatur indicare & manifeſtare bona, vide in D*D*. allegatis ſupra *cap. 5. fere in fin.* & præter *D*D. ſupra citatos vide ſingulariter in hac materia Flotez Diez *d. quæſt. 6. per tot.* vbi latè, clarè & diſtinctè per plures concluſiones hanc materiam ex mente Theologorum, Canoniſtarum & Legiſtarum diſcutit & reſoluit.

CAPVT VIII.

An venditor in re, fallito ſiue decoctori vendita, alijs Creditoribus præferatur, & aliàs, quis ex iis, alijſq; in rebus potior ſit?

1. AD determinationem propoſitæ quæſtionis notanda ſunt quæ docet Gail. *2. obſeru. 12. & 15.* ex quo haud pridem in duobus caſibus conſului & quidem allegato ibidem præiudicio Camerali confirmando, quod etiam ſi fides habita fuerit de pretio, non transferatur dominium rei venditæ in emptorem doloſum, qui tempore venditionis non erat ſoluendo, & iam antea ceſſionē fori, fugamq; præcogitauerat, & quãuis hoc ipſum plurimis DD. authoritatibus & præiudicijs confirmauerim, etiam ex Michaël Beuth. *in conſultationibus ſiue reſponſis de iure prælat. lib. 5. c. 15.* ita vt hoc caſu res venditæ in dominio vēdentis maneant, & conſequenter alijs creditoribus præferatur, per iura & DD. ibid alleg. ſic iudicatum teſtatur Rauchbar. *lib. 1. quæſt. iur. ciuil. & Saxon. num. 9.* Karpzou. *par. 1. Conſt. Sax. 28. definit. 17. & ſeqq.* tamen in caſu ſuper quo conſului, talis erat: Titius hodie ſua vina vendens Caio, qui eodem die cuidam ciuitati reuendidit, pretium accepit, & duobus diebus poſt dictam venditionem foro ceſſit, pars conſulens vel Titius noluit iure experiri contra ciuitatem potentem, putans fide de pretio habita & vino Caio tunc temporis, quo adhuc habebat bonum nomen, ſiue de falliſamento nihil certi conſtabat diuendito, ſe difficulter in cauſa obtinere poſſe, quaſi in illo caſu à Gailio tradito præſupponatur, quod iam antea ipſe emptor vini ceſſionem & fugam nequiter præcogitauerit, ſimilem caſum habet Mindanus *de continent. cauſ. cap. 15. n. 21.* quod pecuniam quam obæratus à Titio ignorante eum talem, accepit, & poſteriori creditori ſoluit, non poſſit Titius, qui poſtero die illum obæratum comperit, repetere à poſteriori creditore, vide & in præced. quando quis repetere poſſit vel non.

Verum dixi, quod & dolus ex vicinitate 2.
temporis & actus in iure noſtro præſumatur, de quo Menoch. nec non *ſupra de dubijs*, præſertim quod decoctores, qui mendaces & colluſores & fraudatores dicuntur, ex perſonis enim & facta & dicta penſamus, vti prædicta ex Bald. probat Straccha *de decoctoribus par. 4. num. 15. 18. & ſeq.* ſic & Prætor in tempore fraudem fieri intellexit, *l. ait prætor,* §. *ſi cum in diem. l. omnes,* §. *fin. ff. quæ in fraud. cred.* tamen dicit Mindan. *nu. 27.* quod ſi pretium ſolutū in bonis

decoctoris extet, iudex illud reddere iubebit, vide *l. ſi debitor & ſeq. ff. quæ in fraud. cred.* ſed Titius replicádo putabat ſibi quoque obſtare regulam quam tradit Caſtrenſis *lib. 2. conſ. 179.* quod creditores decoctorum ſeu fallitorum debeant omnes eſſe æquales pro rata debiti & bonorum repertorum, & vbi bona inceperunt ex primo decreto poſſideri, quod tunc omnes immiſſi cenſeantur *l. cum vnus, ff. de bonis auct. Iudicis poſſid.* igitur in terminis decoctionis vide Gratianum *tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 391.* vbi fraus præſumitur ex actu immediatè ſubſecuto, & quale tempus requiratur, vt fraus præſumi poſſit, & quando decocti confeſſio pro vno ex creditoribus facta, noceat alijs vide ibi, quia & tradit qualis debeat eſſe breuitas temporis ad hoc vt valeant contractus per eum geſti, pro declaratione eorum quæ præcedenti capite dicta ſunt, iunctis ijs quæ hoc cap. ex Karpzouio dicentur, & Scaccia *de commerc. & camb. §. 2. gloſſ. 5. num. 445. ex ſtatutis Genuæ* dicit, quod ceſſiones, dationes in ſolutum, & aliæ diſpoſitiones bonorum, factæ per debitorem, ad fraudem alicuius ſeu aliquorum intra quindecim dies immediatè antecedentes diem rupturæ, habeantur pro veris factis, & conſequenter iuxta regulam videtur, quod ipſe venditor, nec in ipſo pretio diuenditi vini alijs creditoribus præferri poſſit aut debeat, cum, vti præſupponitur regulariter in ipſa re vendita non præferatur, licet ſecus, & ſpeciale ſit, in caſu à Gailio & Beuther propoſito. De ipſo pretio emptori fraudem participanti ſoluto, vide Zaſium *in l. ſi debitor, ff. de his quæ in fraudem cred.* quod emptori fraudulento pretium non reſtituatur, niſi adhuc in bonis debitoris reperiatur, tunc enim iniquum foret, ſi bonis debitoris per creditores occupatis, vel re ipſi emptori diuendita ab ipſo reuocata, & re & pretio carere deberet, ſi tamen hic emptor rurſus alij vendiderit, ceſſat edictum, Zaſius *in l. qui à debitore, ff. d. tit.* vbi & quando pretium ſuccedat loco rei, de quo vide DD. infra allegatos.

Verum vt ipſe venditor præferatur alijs creditoribus anterioribus in precio ſoluto requirit Cephalus *volum. 1. conſ. 131.* quod emptor ſpecialiter obligauerit rem venditam pro pretio iuxta *l. licet, Cod. qui pot. in pign.* vbi dicit, quod non ſufficiat ſi generaliter obligaret bona ſua pro dicto pretio, adde & Karpzou. *parte 1. Conſtitut. Saxon. 28. definit. 10.* extenditur in Nicol. Euerh. iun. *volum. 1. conſ. 55. num. 8.* ibi & quod ſi mutuans poſſit probare res aliquas ex pecunia mutuo data eſſe comparatas, quod tunc in ijs debeat alijs falliti creditoribus præferri per plures Doctores ibi, ſed dicit hoc eſſe dubium *per l. Procuratores, §. ſi plures, ff. tribut. act.* prout reuera dubium eſt, an requiratur ſpecialis bonorum obligatio, an non ſufficiat generalis per emptorem facta, ſiue quod emptor promiſerit ſoluere ſub hypotheca omnium bonorum ad hoc vt præferatur contra anteriorem creditorem, nam quod venditor præferatur creditori anteriori habenti generalem hypothecam docet Alber. *in d. l.* licet Aſinius *de execut. §. 7. cap. 14. num. 3.* quos allegat Caſp. Anton. Theſaur. *lib. 2. quæſtion. forenſ. 74.* vbi quærit, an venditor præferatur creditori facienti executionem ſuper re vendita, ſi illa ſpecialiter obligata ſit, hoc caſu creditorem præferri concedunt omnes, quod ibi quoque admittitur, ſi omnia bona cum iuramento ſunt obligata, quia iuramentum habet vim ſpecifici, vide tamen ibi & præ- 5.

dedu-

Digitized by Google

deductorum declarationes apud Grę uærum *ad Gail.2.concl.15. & concl.12.* ita qui mutuam dat pecuniam in emptionem prædij impenſam, & quod pro illa obligetur, cæteris præfertur, vti iudicatum refert Chriſtinæus *volum. 4. deciſ. 169. num. 5.* generale verò eſt, quando quis non habuit fidem de pretio, quod non transferatur dominium in emptorem §. *venditor, ff. de rerum diuiſ.* ſed de hac quæſtione poſtea dicetur, à quo prior à Cephalo tractata diuerſa eſt, quam & tractat Caualcanus *par.2.deciſ.27. num.36. & ſeq.* vide ibi DD. copioſe allegatos, vbi firmat, quod non præiudicetur anterioribus creditoribus hypothecarijs, etiamſi venditori in ſpecie facta fuiſſet obligatio vel hypothecatio, limitat primò, niſi fides non ſit habita de pretio; ſecundò limitat ſi quid eſſet ſolutum pro refectione domus & rei, aut pro expenſis factis in funere & in infirmitate, qua quis mortuus eſt, aut pro cuſtodia vel alimentis alicuius rei, vel pro ſemine dato ad ſeminandum, quia dicit in hiſce caſibus iſte creditor præfertur, maximè ſi alij non habent hypothecam per DD. ibi allegatos, quod ſi pecunia in eam rem data ſeu expenſa non fuerit, vide Karpzouium *parte 1. Conſtit.Saxon. 28. defin.16.* de materia Prælationis vide Beuther. *in d. tract.* Berlich. *p.1 concl.60 & aliquot ſeq.* & Karpzou. *d.par.1. Conſt.Sax.28.* ibi infinitæ definitiones & præiudicia ad quos remiſiſſe ſufficiat, quia ordine tractant materiam prioritatis quoad creditores hypothecarios, priuilegiatos, chyrographarios, &c.

4. Ad propoſitum *defin.7.n.7.* de debitore latitante & fugitiuo per edictum publicum citando & cuius effectus ſit illa citatio ipſo emanente, *defin.8.* quod defuncto debitore, cui hæres non eſt, dandus ſit curator bonis, qui creditoribus atque eorum inſtrumentis reſpondeat *defin. 17.* quod venditor in mercibus diuenditis non præfeVatur hypothecarijs alijsque creditoribus priuilegiatis, niſi fides non fuerit habita de precio vel res diuendita non fuerit tradita, ſed adhuc penes venditorem exiſtat, deinde limitat *defin. 18.* niſi emptor doloſe cum venditore contraxerit emendo res cum iam non eſſet ſoluendo, quod inde conſtare dicit, ſi ſtatim vel non diu poſt venditionem fallat, & eo caſu illum & hypothecarijs præferri, licet fides de pretio habita fuerit, ſiue merces venditæ fuerint ſub ſpe pecuniam incontinenti ſiue ad terminum recipiendi, hæc doctrina conuenit cum rationibus Gailij ſupra allegati, quem caſum habeo modo in facto, vbi quidam à principali meo (qui ſcribit ſe fidem de pretio non habuiſſe) merces emit, quas rurſus diuendidit, pretium recepit, & in continenti poſt, vult bonis cedere, propter dolum deductum ſuſtineo, illum debitorem ad tale beneficium non eſſe admittendum, & principalem meum alijs creditoribus præferendum, ſuper quo lis pendet, ſed merces iam ſunt diuenditæ, in qua re ergo prætendam præferentiam? An in pretio rerum diuenditarum ſi extet, vide Zaſium ſupra allegatum, & ſtatim poſt allegandos, & de probatione venditoris in rebus venditis agit Beuther *de iure prælat. lib. 1. cap.18. per tot.* rurſus *defin.19.* quod res ita diuendita à tertio vindicari poſſit, adde Berlich. *d. concl. 64. num. 27. & ſeqq.* pretium rei venditæ quibus priuilegijs gaudeat, & quibus præferatur *& num.46. & ſeqq.* quando venditor præſumatur ſibi in re vendita præſeruaſſe Dominium, & *concl. 66. num. 44. & ſeqq.* vbi & diſtinctè in re vendita, an & quan-

Digitized by Google

quando quis ius Prælationis habeat, neque enim dubium eſt, quin Dominij translatio fieri poſſit ſub conditione ſi pretium ſoluatur, non obſtante traditione facta Magon. *Deciſion. Florent. 92. num. 26.* ſi verò precium intra tempus ſtatutum non ſoluatur vel res pereat, an tertio vendi poſſit,& an periculum ſpectet ad venditorem vel emptorem, Gratianus *diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 354. num. 48. & ſeqq.* & non transfertur Dominium niſi toto precio ſoluto Viui. *deciſ. 155.* vide & Beuth. *d. tract. lib. 2. cap. 3.* an creditor emptoris an venditoris præferatur, & de mercibus & mobilibus diuenditis, an detur reuocatoria Caſpar. Anton. Theſaur. *cap. 16. num. 24. & ſeqq.* adde prædictis ex Scaccia *de commerc. & camb. §. 2. gloſſ. 5. num. 408. & ſeqq.* aliquot caſus, in quibus creditor poſterior præfertur creditoribus anterioribus, vbi inter cætera quid in materia compenſationis, deinde quod in pignore ſibi tradito præferatur, quemadmodum dantur quandoque pignora loco aſſecurationis, ſed in alio caſu ſuper quo conſului ante paucos dies reſpondi, quod poſt decoctionem creditori ipſius decoctoris pecunia ſoluta compenſari non potuerit in præiudicium aliorum creditorum, adde & pulchram declarationem *ex l. 5. §. 5. ff. de tribut. act.* & Dauth. *de teſtam. num. 70. verſ. imò tabernas.* Cardin. Tuſch. *lit. C. concl. 1058.* Straccha *de decoctor. p. vlt. num. 20.* Berlich. *p. 1. concl. 71. num. 6.* Wameſius *cent. 1. conſ. 14. num. 7. & cent. 4. conſ. 64. per tot.* & eſt notab. Surd. *deciſ. 139.* an ſtatutum præferens in re propria, procedat in farina redacta ex frumento vendito.

§. 11.

De pignore prætorio, an ex illo vel etiam ex arreſto & ſententia inducatur Prioritas.

Videns quandoq; ad nudam partium ſupplicationem per Iudicem dari pignus prætorium, vel ex ipſa ſententia, ſeu arreſto prætendi hypothecam vel prioritatem (prout in multis locis de conſuetudine prior arreſtans præfertur cæteris creditoribus actionem perſonalem habentibus Karpzou. *p. 1. Conſtit. Sax. 28. defin. 144.* adeo vt ibi dicat *in defin. ſeqq.* moram Iudicis arreſtum petitum non ſtatim decernentis, parti petenti nõ nocere) dixi ego nihil eorum in iure defendi poſſe: quandoquidem pignus prætorium eſt, quod datur à Iudice ob rem iudicatam, actionis vel rei ſeruandæ cauſa ex primo decreto in poſſeſſionem miſſo, quæ miſſio vtpote in rem, omnibus creditoribus profuit, quemadmodum probat Perez, *ad tit. Cod. de Prætorio pign.* puta ſi habeant eundem contractum, eandem cauſam legati, damni infecti & ſimiles, quibus caſibus omnes admittuntur, nec admittitur temporis præuentio Beuther. *de iure Prælat. lib. 2. cap. 5.* ſecus eſſe dicit in pignore iudiciali, quod exequendæ rei iudicatæ cauſa captum eſt, ſicut & in conuentionali pignore priuilegium & ordo temporis ſpectatur, atque ita poſſet declarari Mynſing. *1. obſeru. 28.* inquiens, quod immiſſus iudiciali decreto in bona conſequatur pignus prætorium & ius hypothecæ, quaſi pignus prætorium accipiatur pro iudiciali, quemadmodum multi ſunt, qui inter pignus prætorium & iudiciale non diſtinguunt, inter quos reperio Balduin. *tract. de pign. & hypoth. c. 8. & 15.* affirmantẽ, non eſſe iudiciale, ſed

Digitized by Google

ſed tantum prætorium pignus, nec hoc cō-ſtitui, niſi vbi in poſſeſſionem ventum fuerit, quomodo autem hoc per miſſionem in bona contrahatur docet *cap.* 16. ſicuti quoque vidi quandoque pignus prætorium & iudiciale à DD. confundi, & vnum pro altero ſumi, de quo conſuli poterunt DD. *ad d.tit.C.de prætorio pignore*, Colerus *de proceſ.execut.p.3.cap.*10. & quando ille, qui eſt prior in prætorio pignore, ſit potior iure *l. ſi & iure*, ibi Bart. *ff. de pignoratit. action.*

Verumtamen Pragmatici communiter inter iudiciale & prætorium pignus hanc ſolent conſtituere differentiam, vt illud eſſe intelligatur, quando miſſio fit à Iudice in executionem ſententiæ à ſe latæ, aut inſtrumenti guarentigiati inter partes confecti, vel etiam conſtitutæ hypothecæ, hoc vero, quando partes remedijs prætorijs, ex cauſa damni infecti, quorum legatorum, cauſa rei ſeruandæ ex primo decreto vel alijs immittuntur, hoc autem caſu, vno immiſſo, cæteri quoque immiſſi cenſentur, non ita in priori caſu, in quo prioritas attenditur Flores Diez *var. quæſt. lib.*1.*q.* 7.*num.*37. conſimiliter Berlichius *pract. concl. p.* 1. *concl.* 68. *per tot.* docet, creditores, qui præcedente ordinario proceſſu, vel etiam vigore inſtrumenti guarentigiati, imo & confeſſionis ipſius debitoris, extra ordinarium proceſſum per reſcriptum in ipſius bona immiſſi ſunt, ius reale conſequi, & quoad prælationem, rationem temporis haberi, idem teſtatur Mindanus *de continentia cauſarum cap.* 15.*num.* 6. *&* 7. vbi ſimul tradit cautelam, quando plures immiſſi nolunt cum cæteris creditoribus habere communionem, fundatam *in l. cum veteres C. de rebus auctor. iud. poſſ.* ſic quoque differentiam prædictorum aliorumque pignorum tradit Zaſius *in l. à diuo pio §. in venditione num.* 10. *ff. de re iud.* & Chriſtinæus *vol.* 4. *deciſ.* 159. *num.* 9. *&* 10. deque iudiciali decreto immiſſis Beuther *d. tract. lib.* 1. *cap.* 24. intellige vt vigore ſententiæ miſſus præponatur alteri in his, quæ ex cauſa iudicati prior occupauit, quibus addatur omnino Karpzouius *p.* 1. *conſtit. Sax.* 28. *defin.* 136. *& aliquot ſeqq.* vbi plenè videbis, quid in praxi obſeruetur, & quid iudicatum fuerit, ſicut & illum caſum, quando iudex dat dilationem, tractat. Hering *de fideiuſſ. cap.* 26. *num.* 115. *& ſeq.* vbi ipſe putat, ſi immiſſio in caſum non factæ ſolutionis comminata fuerit, quod ille creditor talem ſententiam pro ſe obtinens omnibus creditoribus Chyrographarijs præferatur per DD. ibi allegatos tamen ſimul dicitur, ſi miſſio in poſſeſſionem ex edicto non ſubſequatur, veriſimilius eſſe, pignus prætorium & iudicale non conſtitui, vide igitur Karpzouium *d. loco, qui & conſtit. ſeq.* 29. *defin.* 42. docet, quod hypothecam, vel ius prioritatis non tribuat præceptum iudicis, prout quotidie in foro petuntur & impetrantur præcepta de non alienando neque aggrauando neque mutando faciem ſcrinei.

Eodem modo ex ſententia parti victrici non acquiri ius prælationis, nec hypothecam, cōſtat ex traditis per Martinum Monter à Cueua *deciſ. Regni arrag.* 3. *num.* 24. ibi namque probat quod ex ipſa ſententia nō acquiratur ius in re, neque dominium transferatur, ſed demum ius in re per eiuſdem ſententiæ executionem acquiratur Gratianus *tom.* 1. *diſcept. forenſ. cap.* 37. *nu.* 11. *tom.* 3. *cap.* 542. *num.* 37. *& ſeqq.* & ita declaro DD. tenentes, quod ex ſententia acquiratur ius prælationis, vt verum hoc ſit à die captæ poſſeſſionis bonorum, vel factæ executionis ſententiæ Tepatus *in compendio*

Digitized by Google

deciſionem lib. 2. *tit.* 500. *de pignorib. & hypoth. cap* 15. Papon *de arreſtis lib.* 18. *titul.* 6 *& de ſubhaſtatione art.* 36. quibus adde Ant. Fabrum *in Cod lib* 8. *titul.* 8. *defin.* 2. quem cum diſtinctione refert Chriſtinæus *vol.* 4. *deciſ.* 159. *num.* 19. & Zaſium *in l. inter eos ff. de re iud vbi num.* 9. *diſtinguit & conciliat d. l.* cum *l in iudicati, ff. d. tit.*

De arreſtis vero videatur Beuther *d. tract. lib.* 1. *cap.* 88. vbi hoc ipſum intelligit de arreſto legitimè proſecuto, vt tum ab ipſa hora, qua quis arreſtum impetrauit, arreſtans ius prioritatis conſecutus cenſeatur Berlichius *p.* 1. *concl.* 69. *num.* 3. quod ſummopere notandum venit in ijs locis, in quibus arreſta dant præferentiam de quo Beuther *d. cap.* 88. agit & latiſſimè Berlich. & Karpzonius *in dictis locis*, ad quos lectorem remitto, interim ex Chriſtinæo *in d. deciſ.* 159. *num* 16 *& ſeq.* nota, an mulier ratione dotis habens ius tacitæ hypothecæ & prælationis, hoc ipſum obtineat in locis, vbi id non obſeruatur, vt & ibi arreſtare poſſit bona, arreſta autem regulariter ſunt in iure prohibita DD. *in l.* 1. *Cod. de execut. rei. iud.* niſi in inſtrumentis cauta fuerint, hæc enim permiſſa & licita exiſtunt *Receſſus Imperij de Anno* 1594. §. bei den arreſten/ *& ſeq.*

§. 2.

An & quando fides de precio haberi cenſeatur & de eius effectu.

Quandoquidem igitur in ipſo capite videre licet effectum illius, an ſit habita fides de precio, vel vt ego modo in contingentia habeo caſum, cuius deciſionem indies exſpecto, vbi Mercator Venetus tranſmiſerat quaſdam ballas ſericas Mercatori Amſtelrodamenſi huius marca ſignatas, quibus hucuſque ſine Coloniam delatis innotuit quod dictus Mercator foro ceſſerat, proindeq; Venetus prætendens fidem non fuiſſe habitam de pretio, ſed ſuo factori Coloniam miſiſſe, dictas ballas vt ſuas repetebat, ego verò pro Creditore, qui eaſdem arreſtari fecerat dixi, quamuis Controuerſum ſit inter DD. an fides de precio præſumatur habita aliquibus idipſum affirmantibus, alijs negantibus ac propterea dicentibus, quod aſſerenti fidem fuiſſe habitam de precio incumbat onus probandi, vti videre licet DD. pro & contra allegatos apud Greuen. ad Gail. *lib* 2. *concl.* 15. *conſid.* 1. *numer.* 5 *&* 6. tamen dicit affirmatiuam communem, licet ego de hoc valde dubitem, cum videam præſtantiſſimos DD. docere, quod ne quidem re tradita cenſeatur fides de precio habita & reſpondent *ad l. inciuile Cod. de rei vind.* quod ille textus per alios declarari & intelligi debeat de traditione, quæ omnia, quæ neceſſaria erant, concomitantia habebat, & ſic pretij quoque ſolutionem, ita vt ego putem plurimum Iudicis arbitrio in hac quæſtione tribuendum eſſe, qui ex rerum, locorũ, temporum, perſonarum & cauſarum circumſtantijs hoc ipſum dijudicare poterit, quemadmodum quoq; Greuæus aſſertam ſuam affirmatiuam quatuor modis limitat & declarat vt procedat in ijs, qui ſuo iure vendunt & legitimè vendere poſſunt ſecus quoad minores, adminiſtratores, procuratores ad negotia, executores, teſtamentarios, quibus etiam volentibus fidem de precio habere non permittitur, ita ſcio iudicatum, quod quædam mulier publice ad diſtrahendas res

domus

Digitized by Google

res domus mortuariæ conſtituta habens fidem de precio rerum diſtractarum, de ſuo ſoluere debuerit, ita vt nec ipſe Iudex in ſubhaſtationibus poſſit habere fidem de precio Chriſtinæus *in conſuet. Mechlin. tit.* 19. *artic.* 19. *num.* 13. prout & priorem negatiuam tenet Chriſtinæus *vol.* 1. *deciſ.* 195. adde Wameſ. *cent.* 4 *conſ.* 79. *in fin.* vide & Doctores pro & contra apud Suarez. *recept. ſent. lit. V. venditor fidem num.* 33. *&* *lit.* C. *num.* 140. ita vt nec per adiectionem diei venditor fidem de precio habuiſſe cenſeatur, Meiſnerus *lib.* 1. *deciſ. cam Imp.* 16. *num.* 3. & Afflict *deciſ.* 335. *num.* 16. ſicuti & reuera controuerſum exiſtit inter DD. an & quis procurator poſſit habere fidem de precio, ego hodiernis exulceratis ac miſerrimis belli temporibus procuratorem vel mandatarium ad vendendum conſtitutum, poſſe habere fidem de precio non facile affirmauero, factores autem & inſtitores fidem de precio habere ſæpe experimur. Atqui verò video doceri quando res traditur, quod tunc cenſeatur habita fides de precio Menoch. *lib.* 3 *præſ.* 79. ſed ſi vera præſupponatur hæc doctrina, non poterit ſeruire pro limitatione, quia Doctores negatiuam tenentes, hanc doctrinam non admittunt DD. allegati in notis ad Couarr. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 19. *nu.* 6. & quando non procedat vide Marantam *in ſpeculo de iudicio vniuerſali, generali & particulari num.* 46. *& ſeqq.* & pro hac negatiua, quod etiam re tradita non cenſeatur fides habita de pretio, præter Vaſq. inferius alleg. & Coſtal. *in l. quod ſi vendidi ff. de contrah. emp.* videtur eſſe pulcher textus *in l. procuratoris* §. *ſi dedi ff. de tribut. act.* adde Guid. Pap. *deciſ.* 112. ſaltem quoad Iudiciales tranſportus, wann Erb vnnd erbnuß geſchicht / quia tunc rerum Dominia transferuntur, fides de precio habita, cenſetur Chriſtinæus *ad conſuet. Mechlin. tit.* 7. *art.* 1. *in addit.* Item in notis ad Couarr. *lib.* 2 *cap.* 19. *num.* 6. traditur, ſi indultum fuerit tempus, ſi fideiuſſor acceptus, pignus datum &c. quod tunc fides de precio habita cenſeatur, quibus ceſſantibus dicitur ibi quod ne quidem venditor confeſſus ſe recepiſſe precium, quod non recepit, de eo fidem habuiſſe cenſebitur, etiamſi rem tradiderit, cum prædicta confeſſio ſpe futuræ numerationis emiſſa videatur, *gloſſ. ſing. in l. quod vendidi ff. de contrah. empt.* quam cum alijs iuribus allegat Vaſquius *lib.* 2 *contr. cap.* 50. *num.* 2. ſicut & controuertitur, an procurator vel etiam ſocius poſſit habere fidem de precio, apud Aluarum Valaſcum *tom.* 1. *conſult. & rer. iud. conſ.* 21. *& conſult.* 22. an qui cogitur vendere, teneatur habere fidem de precio. Ex quibus apparet, quam variè DD. in hoc, paſſim loquantur, ſicut & variè *an* §. *vendita inſtit. de rerum diuiſ.* locum quoque habeat in alijs contractibus quàm emptione & venditione, de quo Gail. 2. *obſeru.* 15. *num.* 5 vt putem priorem quæſtionem, facti dubiam & merito Iudicis arbitrio relinquendam, qui temporum, locorum, rerum & perſonarum circumſtantijs conſideratis, arbitrari poterit an & quando in dubio, fides de precio habita cēſeatur, quemadmodum in caſu propoſito vir bonus ſiue Iudex, vtrią; arbitrabitur fidem de precio habitā fuiſſe, neq; enim Mercator Venetus, ſuo periculo miſiſſet huiuſmodi ballas per loca remota bellis infeſta, neq; eorfidem periculū ſuſtinere voluiſſe cēſetur, ſi autē fides de precio nō fuerit habita ad quē ſpectet damnū & rei interitus vide Morz. *de cont. tit. de accidental.*

Digitized by Google

deciſionem lib. 2. tit. 500. *de pignorib. & hypoth. cap* 15. Papon *de arreſtis lib.* 18. *titul.* 6 *& de ſubbaſtatione art.* 36. quibus adde Ant. Fabrum *in Cod lib* 8. *titul.* 8. *defin.* 2. quem cum diſtinctione refert Chriſtinæus *vol.* 4. *deciſ.* 159. *num.* 19. & Zaſium *in l. inter eos ff. de re iud vbi num.* 9. *diſtinguit & conciliat d. l.* cum *l in iudicati, ff. d. tit.*

De arreſtis vero videatur Beuther *d. tract. lib.* 1. *cap.* 88. vbi hoc ipſum intelligit de arreſto legitimè proſecuto, vt tum ab ipſa hora, qua quis arreſtum impetrauit, arreſtans ius prioritatis conſecutus cenſeatur Berlichius *p.* 1. *concl.* 69. *num.* 3. quod ſummopere notandum venit in ijs locis, in quibus arreſta dant præferentiam de quo Beuther *d. cap* 88. agit & latiſſimè Berlich. & Karpzonius *in dictis locis.* ad quos lectorem remitto, interim ex Chriſtinæo *in d. deciſ.* 159. *num* 16 *& ſeq.* nota, an mulier ratione dotis habens ius tacitæ hypothecæ & prælationis, hoc ipſum obtineat in locis, vbi id non obſeruatur, vt & ibi arreſtare poſſit bona, arreſta autem regulariter ſunt in iure prohibita DD. *in l.* 1. *Cod. de execut. rei. iud.* niſi in inſtrumentis cauta fuerint, hæc enim permiſſa & licita exiſtunt *Receſſus Imperij de Anno* 1594. §. bei den arreſten/ *& ſeq.*

§. 2.

An & quando fides de precio haberi cenſeatur & de eius effectu.

Quandoquidem igitur in ipſo capite videre licet effectum illius, an ſit habita fides de precio, vel vt ego modo in contingentia habeo caſum, cuius deciſionem indies exſpecto, vbi Mercator Venetus tranſmiſerat quaſdam ballas ſericas Mercatori Amſtelrodamenſi huius marca ſignatas, quibus hucuſque ſine Coloniam delatis innotuit quod dictus Mercator foro ceſſerat, proindeq; Venetus prætendens fidem non fuiſſe habitam de pretio, ſed ſuo factori Coloniam miſiſſe, dictas ballas vt ſuas repetebat, ego verò pro Creditore, qui eaſdem arreſtari fecerat dixi, quamuis Controuerſum ſit inter DD. an fides de precio præſumatur habita aliquibus idipſum affirmantibus, alijs negantibus ac propterea dicentibus, quod aſſerenti fidem fuiſſe habitam de precio incumbat onus probandi, vti videre licet DD. pro & contra allegatos apud Greuen. ad Gail. *lib* 2. *concl.* 15. *conſid.* 1. *numer.* 5 *&* 6. tamen dicit affirmatiuam communem, licet ego de hoc valde dubitem, cum videam præſtantiſſimos DD. docere, quod ne quidem re tradita cenſeatur fides de precio habita & reſpondent *ad l. inciuile Cod. de rei vind.* quod ille textus per alios declarari & intelligi debeat de traditione, quæ omnia, quæ neceſſaria erant, concomitantia habebat, & ſic pretij quoque ſolutionem, ita vt ego putem plurimum Iudicis arbitrio in hac quæſtione tribuendum eſſe, qui ex rerum, locorũ, temporum, perſonarum & cauſarum circumſtantijs hoc ipſum dijudicare poterit, quemadmodum quoq; Greuæus aſſertam ſuam affirmatiuam quatuor modis limitat & declarat vt procedat in ijs, qui ſuo iure vendunt & legitimè vendere poſſunt ſecus quoad minores, adminiſtratores, procuratores ad negotia, executores, teſtamentarios, quibus etiam volentibus fidem de precio habere non permittitur, ita ſcio iudicatum, quod quædam mulier publice ad diſtrahendas res

Digitized by Google

res domus mortuariæ conſtituta habens fidem de pretio rerum diſtractarum, de ſuo ſoluere debuerit, ita vt nec ipſe Iudex in ſubhaſtationibus poſſit habere fidem de precio Chriſtinæus *in conſuet. Mechlin. tit.* 19. *artic.* 19. *num.* 13. prout & priorem negatiuam tenet Chriſtinæus *vol.* 1. *deciſ.* 195. adde Wameſ. *cent.* 4 *conſ.* 79. *in fin.* vide & Doctores pro & contra apud Suarez. *recept. ſent. lit. V. venditor fidem num.* 33. & *lit.* C. *num.* 140. ita vt nec per adiectionem diei venditor fidem de precio habuiſſe cenſeatur, Meiſnerus *lib.* 1. *deciſ. cam Imp.* 16. *num.* 3. & Afflict *deciſ.* 335. *num.* 16. ſicuti & reuera controuerſum exiſtit inter DD. an & quis procurator poſſit habere fidem de precio, ego hodiernis exulceratis ac miſerrimis belli temporibus procuratorem vel mandatarium ad vendendum conſtitutum, poſſe habere fidem de precio non facile affirmauero, factores autem & inſtitores fidem de precio habere ſæpe experimur. Atqui verò video doceri quando res traditur, quod tunc cenſeatur habita fides de precio Menoch. *lib.* 3 *præſ.* 79. ſed ſi vera præſupponatur hæc doctrina, non poterit ſeruire pro limitatione, quia Doctores negatiuam tenentes, hanc doctrinam non admittunt DD. allegati in notis ad Couarr. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 19. *nu.* 6. & quando non procedat vide Marantam *in ſpeculo de iudicio vniuerſali, generali & particulari num.* 46. *& ſeqq.* & pro hac negatiua, quod etiam re tradita non cenſeatur fides habita de pretio, præter Vaſq. inferius alleg. & Coſtal. *in l. quod ſi vendidi ff. de contrah. emp.* videtur eſſe pulcher textus *in l. procuratoris* §. *ſi dedi ff. de tribut. act.* adde Guid. Pap. *deciſ.* 112. ſaltem quoad Iudiciales tranſportus, wann Erb vnnd erbnuß geſchicht / quia tunc rerum Dominia transferuntur, fides de precio habita, cenſetur Chriſtinæus *ad conſuet. Mechlin. tit.* 7. *art.* 1. *in addit.* Item in notis ad Couarr. *lib.* 2 *cap.* 19. *num.* 6. traditur, ſi indultum fuerit tempus, ſi fideiuſſor acceptus, pignus datum &c. quod tunc fides de precio habita cenſeatur, quibus ceſſantibus dicitur ibi quod ne quidem venditor confeſſus ſe recepiſſe precium, quod non recepit, de eo fidem habuiſſe cenſebitur, etiamſi rem tradiderit, cum prædicta confeſſio ſpe futuræ numerationis emiſſa videatur, *gloſſ. ſing. in l. quod vendidi ff. de contrah. empt.* quam cum alijs iuribus allegat Vaſquius *lib.* 2 *contr. cap.* 50. *num.* 2. ſicut & controuertitur, an procurator vel etiam ſocius poſſit habere fidem de precio, apud Aluarum Valaſcum *tom.* 1. *conſult. & rer. iud. conſ.* 21. *& conſult.* 22. an qui cogitur vendere, teneatur habere fidem de precio. Ex quibus apparet, quam variè DD. in hoc, paſſim loquantur, ſicut & variè an §. *vendita inſtit. de rerum diuiſ.* locum quoque habeat in alijs contractibus quàm emptione & venditione, de quo Gail. 2. *obſeru.* 15. *num.* 5. vt putem priorem quæſtionem, facti dubiam & merito Iudicis arbitrio relinquendam, qui temporum, locorum, rerum & perſonarum circumſtantijs conſideratis, arbitrari poterit an & quando in dubio, fides de precio habita cēſeatur, quemadmodum in caſu propoſito vir bonus ſiue Iudex, vtriq; arbitrabitur fidem de precio habitā fuiſſe, neq; enim Mercator Venetus, ſuo periculo miſiſſet huiuſmodi ballas per loca remota bellis infeſta, neq; eorſidem periculū ſuſtinere voluiſſe cēſetur, ſi autē fides de precio nō fuerit habita ad quē ſpectet damnū & rei interitus vide Morz. *de cont. tit. de accidental.*

locat.& conduct. num 138. vide & *l.* 14.§. 1.*ff. de periculo & comm. rei vend.* adde Gratianum *tom.* 2. *diſcept forenſ. cap* 206.*num* 11. *& ſeqq.* an reſeruatio dominij, faciat vt periculum pertineat ad venditorem, deinde Iudex conſiderabit in caſu propoſito prædictas ballas fuiſſe ſignatas marca illius, ad quem mittebantur, quo caſu in terminis docet Marcellus Cala *de modo articul. & probandi gloſſ. vn. num.* 229. *& ſeqq.* quod ſigna vel Marca probent, cuius mercatoris ſint ballæ quodq; appoſitione ſigni dolio vel lignis facta, habeantur pro traditis quibus apponitur, eſt ſedes ordinaria *in l. ſtigmata* ibi Lucas de Penna *C. de fabricens.* adde Boër. *deciſ.* 105 *num.* 9. *&* 10. aliqua in Cœuall. *in ſpeculo comm opin. quæſt.* 745. & Tepato *in comp. deciſ tit.* 581 latè Stracha *de Mercator. p.* 2. *nu.* 71. *& multis ſeqq* ibi & dicta l. declaratur & prędicta tantum procedere præſumptiuè ait Wameſ. *cent.* 3. *conſ.* 29. *num.* 16. *&* 17. & de ſigno impreſſo quando rei dominium denotet Rota Genuens. *deciſ.* 201. *num.* 3. & an ſignum æquipolleat ſubſcriptioni Surd. *deciſ.* 137. ſcribere inexperti communiter ſigna ſcripturę apponere ſolent, tu vide diſtinctè Gratianum *tom.* 3. *diſcep. forenſ. cap* 500. vbi quod tranſmiſſio capſulæ cum nomine & ſigno emptoris, probet merces in illa contentas eſſe emptoris, idem in Ballis, arboribus, animalibus &c. probet dominium & poſſeſſionem, quod intelligit procedere, quando emptio iam eſt perfecta, alias non, item quãdo ipſe emptor vel quis alius eius nomine in præſentia venditoris appoſuiſſet. Cæterum vide pulchrum conſilium in Wameſio *cent.* 4. *conſ* 66. de tranſlatione dominij an per illa verba inſtrumento inſerta, tranſtulit & tradidit, item an ex traditione clauium domus, cellæ, horrei item deſignatione lignorum in ſylua facta, dominium translatum cenſeatur, item quando ex retentione & traditione clauium cenſeatur translata poſſeſſio & dominium pulchre Caluacanus *p.* 5. *deciſ.* 7. *num* 4. *& ſeq.* diſtinctè Gratianus *tom.* 3. *diſcept. for. cap.* 503. quæ etiam nota, quia ſæpe in praxi occurrunt, præſertim reſpectu rerum mobilium, quia vbique ferè immobilia non aliter transportantur quam Iudicialiter, vel coram Iudice & aliquibus Scabinis, hic per ſcrineum & hoc modo fit realiſatio, de quo infra de ſtylo & ſtatutis, plene Karpzouius *p.* 2. *conſtit. Saxonica.* 23. *per plurimas def.*

CAPVT IX.

De fraudibus in genere, permaximè de alienationibus in fraudem factis & quomodo reuocentur alienata.

CVm nemo reprehendi, omnes autem laudari velint, malam fortè gratiam relaturus erit, qui aliorum fraudes & ſcelera detegere præſumpſerit, quotus enim quiſque eſt, qui vitia ſua ſibi objici æquius ferat? quemadmodum & iure cauetur & infra de honoribus remõnſtratur, quod aliorum occulta ſcelera manifeſtare & promalare regulariter vetitum ſit, vt proinde a toto meo tractatu violatæ & vulneratæ iuſtitiæ nihil quicquam in ſpecie de hoc vel illo dictum velim, ſed tantum in genere deſuper diſcurrere propoſui & potui, quandoquidem iuxta S. Hieronymi ſententiam generalis de vitijs diſputatio & diſcurſus nullius perſonæ continet iniuriam, neque carbone quiſquam notatur quaſi malus ſit, ſed omnes admonentur ne mali ſint, belliſſimè Saluianus *de guber. Dei* 4. *num.* 98. inquit, neque ego de vllo dico, niſi de eo tantum, 1.

Digitized by Google

tum, qui in ſe id, quod dico, eſſe cognoſcit, ſi enim extra conſcientiam ſuam ſunt quæ dico, nequaquam ad iniuriam eius ſpectant cuncta quæ dico, ſi autem in ſe nouit quæ loquor, non à mea ſibi hoc lingua dici æſtimet, ſed à conſcientia ſua, *& eodem libero num.* 102. vlterius dicit, ſed cum ego hoc non de omnibus ſed de his qui tales ſunt prædicauerim, nullus iraſci omninò debet qui nequaquam ſe talem eſſe cognoſcit, ne hoc ipſo quod iraſcitur, de coetu eorum eſſe videatur, de quibus pulchre Cic. *pro l. Manl* ego neminem nomino quare iraſci mihi nemo poteſt niſi qui antè de ſe ipſo voluerit confiteri, ego igitur cum S. Ambroſio *Epiſt.* 43. neminem nominabo conſcientia ſua vnumquemque conueniat, quippe conſcientia mille teſtis, vti ipſe Chriſtus & Apoſtoli ſæpius reprehenſione vſi fuerunt nemine nominato, imo cum de Iuda loqueretur neminem nominauit, ſed dixit vnus veſtrum me traditurus eſt, væ illi! quemadmodum prudentes Concionatores in genere & in ſpecie de vitijs nemine nominato dicere ſolent, quia Concionator officium gerit publicum nunciationis verbi Dei, non delatoris, neque legitur cum S. Ioannes argueret Herodem *Matt.* 14. quod id ipſum fecerit publicè, vel prædicando dictum fuiſſe, quare & cum Martiali.

Hunc ſeruare modum noſtri nouere libelli
Parcere perſonis dicere de vitiis.

1. Et ita de iure, vt quis dicatur inferre iniuriam, non ſufficit generale conuitium Alex. *conſ.* 223. *num.* 15. *vol.* 6. ideo vt dicit Mimus cum hominibus pacem, bella cum vitijs habe. Cogites potius illud in Polyanthea *in verb. malitia* nemini fieri iniuriam ſi eam exiſtimet ad ſe non pertinere, imò ſi quis alteri dixerit, tu es impudens, eum non teneri actione iniuriarum pulchre cōſuluit Natta *conſ.* 617. & quidquid de hoc ſit, fideles exiſtima, nō qui omnia dicta tua & facta laudarint, ſed qui etiam errata & delicta reprehenderint *Iſocra ad Nicocl.*

Fraudes autem committuntur in mercimonijs, in ſubſtantia, in quantitate & qualitate, quod pulchrè proſequitur Marantha *in ſpec. p.* 9 *diſt.* 11. *num.* 32. *& ſeq* ibi & contra illos Mercatores, quos quodammodo gloriantes audiui, vinum Rhenanum vendentes Francico mixtum contra notata per Surd. *de alimentis tit* 1. *quæſt.* 77. *num.* 19. & in Marantha tribus modis fraudem fieri videmus *& in præced.* quid ſit fraus & dolus vide omnino quia pulchra ſūnt, quæ ex S. Chryſoſt. *in Ioannem cap.* 10 *in homil.* 59. *lit. R. tradit hiſce formalibus.* Quid dicis latrones & fures carcerem habitare, dic quæſo in Ciuitate omnes iuſti ſunt? nonne multi peiores & impudentius rapientes? illi enim etſi nihil aliud deſerta ſolum & tenebras petunt, & clam deprædantur, hi autem omni abiecta perſona, apertâ fronte violant, rapiunt, vim inferunt, difficile eſt purum hominem inuenire, quod ſi non aurum rapimus, ſi non innumera terræ iugera occupamus, quædam tamen fallacia, furtum in mercibus & quæ poſſumus exercemus, nam cum in commercijs & emendis rebus, debitum non reddere aut aliquid ſubtrahere contendimus, nonne latrocinium, furtum, rapinam facimus? neque excuſaueris quod domum aut ſeruum non auferas, non enim ablatorum copia, ſed rapientium voluntate iniuſtitia metienda eſt, iuſtum namque & iniuſtum in magnis & paruis rebus eandem vim habent, & ita furem appello, qui aurum ſurripit, quam qui in rebus emendis iuſto precio vendentē defraudat, *& rurſus*

de ſacerdotio vlt. col. lit. B. vbi & infinitas enumerat fraudes in bonam partem & è quibus non modica orta fuit vtilitas, plura de fraudibus in pluribus caſibus vide Maranth. *d. loco adde eundem part. 6. de except. num. 21. & ſeqq.* quot modis committatur dolus & contra quem rectè opponatur & de exceptione doli in perſonam & in rem, iunctis traditis per Damhaud, *in praxi crimin. cap. 125. de falſitate per abuſum & cap. 126. de falſitate per ſilentium*, & Meiſn. *tom 2. lib. 1. deciſ. Cam. Imp. 4.* & plurimos caſus in quibus fraus præſumitur apud Lucam de Penna *in l quemadmodum numer. 6. Cod. de agric. & cenſ & in ſeqq.* de dolo & effectu præſumptionis bonitatis & malitiæ, Cagnolus *in l. generaliter cum de fraude & l. ſeq. ff. de reg. iuris* quæ propriè dicatur fraus, quomodò probetur, an differat à dolo & quid ſint fallacia, calliditas, machinatio, impoſtura adde & DD. *in §. item ſi quis in fraud. inſtitut. de act.* De alienatis in fraudem, & multiplici fraude Magon. *deciſ. florent. 26.* vbi & quomodo futuris Creditoribus noceat fiatque fraus *& deciſ. 67.* Iohan. de Platea *in l ſi prius ſub. num. 5. C. de iure fiſci.*

3. Quod futuri creditores duobus caſibus poſſint in fraudem alienata reuocare, ſcil. quando in eorum fraudem facta eſt alienatio, & quando eorum pecunia dimiſſi ſunt priores creditores, exactè tam in materia ciuili, quam criminali tractat & exemplificat Peguera *deciſ. 49. per tot.* vbi principaliter agit, an fiſco, vt futuro creditori, competat ius reuocandi alienata, in eius fraudem per criminoſum ante crimen commiſſum facta, *iuncta deciſ. 50. per tot.* de caſibus & coniecturis, in quibus, in materia reuocandę alienationis in fraudem creditorum factæ, fraus præſumatur, latiſſimè Farinac. *de falſit. & ſimulat.* & multa genera fraudum & quot modis legi fraus fieri dicatur præter DD. vide Zaſium *in l. contra ff de legibus.* & in caſu ſtatuti, quando contractus extra territorium in fraudem factus eſſe præſumatur, vide Lambertin *ſuper ſtatut. Mediol. de ſolennit. in alienat. & obligat. mulier. obſeru. numer 53.* & Maſcard. *concl. 815.* quos ad hoc allegat Caſp. Ant. Theſaur. *liber 2 quæſt. forenſ. 8. numer 15* quo capite tractat illam celebrem quæſtionem, an ſtatutũ de certa Solemnitate, in contractibus vel teſtamentis ſeruanda, extra territorium procedat & quas perſonas liget & comprehendat, de contractu ſimulato & fraudulento & multa de fraude in Maſcard. *de prob. concl. 438.* & ibi Additionator, adde Card. Tuſch. *lit. D. Donatio quando dicatur in fraudem Creditorum & quando reuocetur concl. 658.* item de donatione in fraudem legis, Creditorum & fiſci, & quomodo colligatur eſſe facta Mantica *de ambig. & tacit. lib. 13. titul. 37.* vbi in materia quædam notabilia, iunge Farinac. *de tract. quæſt. 174.* Maſcard. *concl. 557.* Declara quæ de donatione dicta ſunt, quod donatio in fraudem creditorum non dicitur facta, niſi fraudandi animus adſit, ſaltem ex parte donantis Farin. *part. 1. deciſ. 129. num. 5. & 6.* & generaliter dicta ad excluſionem Paulianæ in Dechero *lib. 1 diſſert 10. num. 19. & ſeqq.* ibi & de duplici fraude conſilij, & euentus, quia docta ſunt & per Senatum determinata, quod donatio non poſſit reuocari ante miſſionem in bona facta ab eo, qui tempore donationis adhuc ſoluendo erat, quodque ille ſoluendo præſumatur, nec quicquam in fraudem

Digitized by Google

creditorum feciſſe cenſeatur, qui tempore donationum tantam ſubſtantiam in nominibus habebat quæ exoluendo æri alieno ſufficiebat, alias quando quis ſoluendo non eſt, vt alienata non valeant vide & § *in fraudem & ſeqq. & quæ ibi not. per DD. Inſtit. quibus ex cauſis manumittere*. *& ſupra cap.* 7. adde & deciſionem Rotæ Genuens. 156. vbi, nomen non eſſe bonum, & debitorem non eſſe ſoluendo, æquiparantur, & quod bonum nomen de iure ſit, ſi verum eſt, ſed de facto, ſi eſt ſoluendo, ita deciſio notabilis eſt in praxi, an cedens nomen ſatisfaciat, ſi verum præſtet, quia Bald. docet quod cedens teneatur facere bonum nomen de iure, id eſt, obligatum, & non de facto, id eſt, eum eſſe ſoluendo niſi bonum promiſerit.

4 At verò malo animo alienare præſumitur, qui ſua ſubſtantia abutitur & præſumitur fraus in exceſſu, alendo vel alienando meliora bona Cacheran. *deciſ.* 168. *num.* 14. *&* 15. an verò legitima titulo oneroſo alienari poſſit in fraudem Roman *ſing.* 616. & docet Valaſc. *in prax partitionum cap.* 15. *num.* 85. quod filij abſtinentes ſe ab hæreditate parentum, ex eiſdem bonis donatis ſeu dotatis debeant aliorum legitimas ſupplere *Auth. vnde ſi parens Cod. de inoff. teſtam.* de intellectu illius Auth. vide Cothom. *vol.* 2. *reſp.* 99. *numer* 203. *& ſeqq.* & docet Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 1. *§.* 3. *num.* 26. *& ſeqq.* quod ſi bona dotantis diminuantur, quod poſſit à filia repeti, quod vltra virilem accepiſſet, modo vero caſus talis eſt, vbi ante aliquot annos aliqui ex liberis donationem propter nuptias ſat amplam acceperunt & dotatæ fuere, modo verò eorum parentes foro cedunt, ita vt qui nondum deſponſati vel vxorati ſunt, nihil accipiant ex bonis paternis vel maternis, neque ex donatione neque ex dote prædictis, cum vti præſupponitur tempore conſtitutionis non fuerint exceſſiuæ, neque vt tales poſſent per reliquos fratres reuocari vel infringi, neque enim hic quicquam ſupereſt, in quo cū alij ſuccedere volunt vel poſſunt, alias ſuccedere volentes & conferre nolentes repellerentur *l. ſi ſoror Cod. de collat* ſicuti & alias dote contenta, non cogitur conferre *l fin. ff. de dotis. collat.* ita expreſſe quoque docet Vaſquius *in l. quoniam nouella nu.* 6 *&* 7. *Cod. de inoff teſtam* niſi dos vel donatio propter nuptias inofficioſa fuerit, tunc enim ſubintrat *titul. Cod de inoffic. dot. item Cod. de inoffic. donat.* ſi vero iſti reliqui ex induſtria non poſſent viuere nec haberent vnde ſe alerent, alij fratres & ſorores diuites ad hoc tenentur iuxta Surd. *tract. de alimentis titul* 1. *quæſt.* 25. *per tot.* vix tamen eſt, vt videam illa hodie practicari, vbi alij non ſunt hæredes, adde Surdum *quæſt.* 106. an & quando filij alienata à Parentibus reuocare poſſint & ad quam quantitatem Rauchbarus *libero* 1. *quæſt.* 43. aliqui tenent quod donatio inofficioſa in totum reuocetur, aliqui verò quod tantum ad legitimam vide Arnold. à Reyger *in theſauro Iur. in verb. donatio numer.* 375. diſtinctè Ferrar. *in forma libelli pro donat.* §. *irreuocabiliter numer* 3. Marilianus *deciſ.* 19. *num.* 13. *& ſeqq.* dicit, quod querela inofficioſæ donationis detur contra hæredem quoad legitimam tantum, & quando competiiſſet contra tertium & non extaret probatum prout erat probandum, quod tempore donationis donator non habuerit alia bona (hoc enim dicit præſumi) ait contractum ſuſtineri, vide omninò Valaſcum, *tom.* 2. *conſult.*

& re-

Digitized by Google

& rerum iudic.conſ.188.& ſeq.ibi plenè de inofficioſis donationibus, quæ tales dicantur, quatenus reuocentur & quod tempus, mortis an donationis attendatur, vbi pleniſſimè, adde ſi placet quædam docta in Gratiano *lib 2.diſcept.forenſ. cap.* 247. *num.* 44. *& multis ſeqq* quædam elegantia in Annæo Roberto *lib.1.rer. iud. cap.15. in fin.* latè & diſtinctè Apud Caſp. Ant. Theſaur. *lib. 2. q. forenſ. 93. & præter DD. ad Cod. tit. de inoffic. donat.* & ad Authen. Vnde & ſi parens & ibi Chriſtinæum in ſuis Authent. *C. de inoffic. teſtam.* adde Iulium Clarum § *donatio q* 24. *in addit.* & Card. Thuſc. *lit. D.concl.* 684. & Lingloiſ. *deciſ.50.quæſt.8.& deciſ.28. quæſt.6. num.3* & Tyraq. *de reuocand.donat.* & Manticam *de tacitis & ambiguis lib. 3. tit.* 37. Ex quibus coniecturis donatio in fraudem legis facta intelligatur ibi & *num.*10. quod quis poſſit fraudem ſuam allegare, quando commiſſa eſt contra legem, quia actus eſt nullus & ſic vno modo declaratur vulgata Theorica quod nemo audiatur propriam turpitudinem allegans *& tit.*38. latè. ex quibus coniecturis donatio in fraudem creditorum facta intelligatur *& tit.*39. ex quibus coniecturis in fraudem fiſci facta intelligatur, & notabilis eſt caſus apud Peckium *de iure ſiſtendi cap.4.num.5. verſ. ſecundò arreſtari vel conueniri &c.* vbi mulier bona ſua nepoti ſuo donauerat. poſſeſſione vel vſu eorundem ſibi reſeruato, an iſte donatarius ob fraudis ſuſpicionem teneatur ad ſolutionem æris alieni, alias an donatarius omniū bonorum teneatur ad æs alienum vide Ant. Fabrum *in C. de donat. defin.* 4.5. 9. 10. *&* 11. & de vidua quæ habet omnia mobilia, ad quæ debita teneatur Chriſtinæus *vol.1. deciſ.* 213. de ſolutione in fraudem aliorum Creditorum ante diē facta, quatenus reuocari poſſit præter *l ait prætor*, 10. §. *ſi cum diem §. quæ in fraud. credit.* vide Molin. *de vſur. num.* 487. & an debitor in diem ſit verus debitor, *deciſ. Rot. Genu.* 156. *num.* 5. de tranſlatione Dominij in fraudem Creditorum Wameſ. *cent.4.conſ.66. adde conſil.* 63. idem Wameſ. *cent.1. conſ.* 72. *num.* 7. quod ex contractu donationis tertio quidem actio acquiratur, ſi ea lege res donata ſit, vt mortuo hoc vel illo, res ad alium veniat, non tamen ſi res alienata ſit, datur contra tertium actio, & quid remedij competat vide ibi, quatenus creditor prior & purus, ſolutum ſecundo & conditionali creditori repetat, vide Menoch. *conſ.25 num 2.vol.1.* Boër. *deciſ.212.nu.* 19. Daniel Moller. *in ſemeſt.lib.2.cap.4.de remedijs ad res male alienatas recuperandas*, præter Tepat *in compend.deciſ. tit.*155. de reuocandis his, quæ in fraudem credit, alienata ſunt, vide Sarmient. *de redit. Eccleſ. p.1. cap.*4. vbi tamen contra pragmaticos reſtringit, *cap.* redintegranda vt procedat ſolum in terminis malæ fidei poſſeſſoris, & quando res vitio reali eſſet affecta, Notabile autem eſt conſilium Surdi *lib* 1. *conſ.*28. quomodo minor, Eccleſia, & vniuerſitas ad bona ſine ſolemnitate alienata, agat, & interdicto redintegranda experiatur, nec hoc caſu ſubintrat illud, quod multum extollit Marcellus Cala. *de modo articul. & probandi* § *vn. nu.* 1232. *& ſeq.* quod ſecundus emptor probans ſe ſoluiſſe iuſtum pretium contra primum venditorem agentem, *ex l.2. Cod. de reſcind. vend.* & probantem, quod primus emptor, contra quem alias veniret intentandum remedium *d l.2.* non ſit ſoluendo, item qualiter emptio ſecundo loco facta à priori emptore vendita, laboret eodem vitio, quo prima venditio, puta quod vti primus venditor ſic & ſecundus venditor fuerit læſus, exiſtat

Digitized by Google

exiſtat liber, ſiue non poſſit agi contra dictum emptorem ſecundum, licet primus non foret ſoluendo, quandoquidem ſit ſoluendo, ſiue non, in caſu vbi bona minorum, Eccleſiæ vel vniuerſitatis ſine ſolennitate diuendita ſunt, contractus ipſo iure nullus eſt, & ita ſubintrat doctrina Surdi, quem omninò vide ſi caſus occurrat, & de varijs fraudatoribus Zaſ. *in l. ait prætor 11. §. ſed etſi quis ff. de iureiurand.* & quod alienatione in fraudem facta, detur actio in illos, in quos facta fuit alienatio, vt interim fideiuſſori parcatur docet Hering. *de fideiuſſ. cap. 27. num. 204.* tu non ceſſes videre in hac materia, Florez Diez. *lib. 1. quæſt. 6. paſſim per tot. ibi & in art. 3.* de ordine ſoluendorum creditorum in vtroque foro, quod ipſum pluribus concluſionibus proſequitur.

CAPVT X.

An fraudem fraude repellere liceat, & ibi quædam excuſata ex ijs quæ ſecundario fiunt, quæ principaliter licerent, & de dolo bono.

1. QVod quis non dicatur verſari in dolo, qui quacunque ratione, etiam fraudando fraudem excludit, docet Meiſnerus *lib. 1. deciſ. Cam. Imp. 13. & ibi DD.* declaratur tamen modo abſit mendacium & falſum, Couarr. *lib. 1. variar. reſol. cap. 2. num. 1.* idem docet Alciat. *reg. 3. præſ. 27. num. 1. & 2.* ſicuti vtens iure ſuo fraudem non committit, Magon. *deciſ. Florent. 30. num. 12.* & poteſt quis vti iure ſuo, vel promouere vtilitatem ſuam, etiamſi per indirectum alteri noceatur, Hering. *de fideiuſſ. cap. 1. num. 38.* ratio eſt, quod actus, qui non tendit principaliter in damnum alterius, nō dicitur eſſe & vergere in damnum eiuſdem, Seraphin. *de priuilegio iuramentorum, priuil. 20. num. 8.* vnde non poteſt fraus præſumi in eo, qui facit actum ad ſuam vtilitatē, etiamſi afferat damnum tertio, dummodo non ſit contra legem aliquam prohibitiuā, & principaliter vtatur ad proprium cōmodum, Surd. *conſ. 528. n. 35. & ſeq.* & Barboſ. *tr. Ax. Iur. v. ſufreq. ax. 12. n. 3. & 4.* docet, quod aperiatur via fraudibus non eſſe curandū, ſi hoc principaliter non fiat, ſed tantum ſecundario & occaſionaliter in quandā potentiam conſecutiuam, idem Surd. *conſ. 300. ibi paſſim & præſertim n. 17. & ſeq.* quod fraudem facere non dicatur, qui facit id, quod ſine fraude ſibi facere licebat, nec præſumitur fraus in eo, qui actum facit ad ſuam vtilitatem, & cum DD. ibi dicit, quod debitor & Prælatus in quærendis poſſit creditori præiudicare, ſi ſibi inde commodum reſultet, & ita dicit fuiſſe iudicatum, quod repudiatio legati, in præiudicium creditorū facta valeat, & omnia in contrarium allega- 4.
ta procedere, quando quis in alterius præiudicium ſine proprio commodo velit repudiare, rationem autē diſtinctionis eſſe, quia charitas ordinata incipit à ſe ipſo, vt eſt in prouerbio, & probatur *in cap. ſi non licet 23 quæſt. 5. l. præſes.* vbi Bald. & DD. *C. de ſeruit.* ita vt plus quis ſe amet in vngue, quàm alterum in vertice capitis, vt Baldus ait *in conſ. 312. lib. 4.* vnde pertritum illud, interulam magis ſtringere quàm tunicam, item proximus egomet mihi, facit & illud Apoſt. *2. Cor. 6.* plura adducit Mager. *de aduocat. arm. c. 11. n. 532. & multis ſeq.* vbi & accommodat ad pulchras quæſtiones, præſertim an patronus cum periculo vitæ clientulos ſuos conſeruare teneatur, & an tutor poſſit proprias res, pro rebus pupilli ſaluare, ibi optimè explicat præfatam theoricam, & re-

Digitized by Google

mittit ſe quoque *ad cap. 9. vide & infra c. 11.* facit ad priora confirmanda vulgatus verſ.

Alpibus ille perit, qui ſe plus diligit vllum.

2. Vt meas ſaluem merces, poſſum alienas proijcere in mare *l. qui ſeruand. 15. ff. de præſcript. verb.* imò dicit Surdus *dict. loc.* quod non dicatur in fraudem facere, qui principaliter facit vt noceat, ſi in conſequentiam ſibi proſit ex Bald. & Iaſone, ſed dicit hanc doctrinam temperari per Ripam, de ijs quæ principaliter & ſecundario, vel in conſequentiam directè, indirectè & per accidens fiunt, quia illa ſcitu neceſſaria ſunt tradit Alex *conſ. 119. n. 24. vol. 6.* & Couar. *in Clem. ſi furioſus, p. prin. n. 1. 2. & 3. & p. 2. §. 1. n. 2. de homicid.* & ita directe fieri dicitur, quod voluntas tanquam ſcopum intentionis, vel in ſe conſideratum facit, indirecte vero fieri dicitur, quod in alio tantum ſeu alteri rei coniunctum accidit, quam voluntas directe intuetur, quod latius proſequitur Alex. Patricius *in tract. Mars gallicus, lib. 2. cap. 13. & aliquot ſeq.* & plura in meo Tractatu ad multa in praxi notabiliter illata, vbi & vides quomodo inde iuſtificetur bellum infinita mala ſubditis, vel alijs adferens hac ratione defenſum, quod bellum gerens vtatur iure ſuo, & quod quis ius ſuum principaliter proſequendo non attendatur, quę ſecundario, & in conſequentiam fiunt, vide *d. loco,* hinc tamen non iuſtificabis bellum Principis Chriſtiani fortè bello oppreſſi, qui propterea fœdus cum Turca, vel alio infideli percutit, vt ſatis accuratè defendit Cacher. *in conſ. poſt deciſiones ipſius impreſſo,* item Reinking. *de regim. ſæculari & Eccleſ. lib. 2. claſ. 2. c. 3. n. 33. vſq. ad fin.* vbi etiã contraria, tam ex ſacris Litteris quàm DD. deſumpta argumenta reſoluit, & fortioribus ex ſacris Litteris alijsque negatiuam propugnat, vbi & *num. 69.* quod ne quidem dolus malus, hoc eſt perfidia, aduerſus hoſtes licitus ſit, per ea quæ tradit Hotom. *illuſtr. quæſt. vide ſupra de Bello cap. 8.* & Patricium *d. loc.* vbi dicit ſe non dubitare, quin præter ſcopum Regis Chriſtianiſſimi ſit Eccleſiarum ruina peſſundatio Religionis, & labes ex fœderibus conſecuta, ſed tamen nota dignum dicit, non omnia nos, quæ voluntas auerſatur, indirecte tantum operari, nam & fures crebro in effringendis foribus non alienum damnum, ſed commodum ſuum appetunt, ſic nec latro mortem, ſed ſpolia viatoris directe cupit, ita nec venator iacturam aliorum, quorum ſegetes proterit, ſed feram, & tamen iſti directè Rei dicuntur, ſequentium damnorum, eſt enim tam arcta inter malum, quod fit, & bonum quod intenditur, ſocietas, vt vtrumque & directè fieri & cauſari dicatur, licet vnũ ab altero mentis præciſione, & explicata intentione voluntatis ſeparetur, vide *latius ibi & tradita ſuperius tit. 3. cap. 2.* hic verò adde Tepatum *in compend. deciſion. tit. 154. de dolo malo, eius exceptione & fraude,* & ſæpe videbis in praxi allegari, quando quis cum aliquo contrahens facit aliqua, quæ ſi expreſſiſſet, alius veriſimiliter non fuiſſet contracturus, dolus præſumitur, Maſcardus *de probat. concl. 531. num. 37.* in quibus ſolebam ego allegare notab. deciſ. Farinac. *par. 2. deciſ. 676. per tot.* de defectu cauſæ finalis, implementi, vide ibi, quia quotidie occurrit in praxi, & de exceptione doli, an obſtet ſucceſſori ſingulari, Maranth. *in ſpec. par. 6. memb. 9. num. 21. & ſeq.* ſuper quibus modo conſulo, adde Gratian. *tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 356.* an exceptio compenſationis, ſolutiotionis, ſimulationis & ſimiles poſſint opponi ceſſionario, & vſus ſui conſilio & declaratio-

Digitized by Google

tatione Ant. Theſaur. *deciſ. 221.* & diſtinctè Wameſ. *cent. 1. conſ. 40. num. 27.* adde Card. Tuſch. *lit. C. concl. 49. & 213.* de cætero argumenta dolum arguentia, eandemque ruriſus elidentia, præter alios vide latè Menoch. *lib. 5. praſ. 3.* latiſſimè Farin. *de pœn. temp. lib. 3. tit. 10. q. 78. & multis ſeq.* & caſus varios deciſos apud Tepat. *in compen. deciſ. tit. 154.* hic autẽ de prædicta doctrina, quòd quis poſſit præiudicare in quærendis & non quæſitis, & quod dicatur ius quęſitum & acquirendum latiſſimè Scacc. *de iudic. lib. 2. c. 2. num. 291. & ſeq.* adde Vaſq. *de ſucceſſionum progreſſ. lib. 3. §. 27. n. 27.* an Abbas vel Prælatus poſſit repudiare legatum Eccleſiæ relictum ſine cõſenſu Capituli, vbi DD. pro & contra, pulchrè & doctè de materia Gratian. *tom. 1. diſcept. forenſ. c. 118.* ibi & an bona ingredientium poſſint repudiari *& cap. 132. de debitore repud. & cap. 130. de tutore, cap. 91. de iure futuro in praiudicium creditorum renunciato cap. 970. num. 22. & 30.* & eſt ſedes *in l. qui autem,* & ibi DD. *ff. qua in fraud. cred.*

3. Quemadmodum autem inter IConſultos inuenitur dolus bonus *l. 1. §. 3. ff. de dolo malo,* & Tiraq. *de retract. conſang. in praſat. n. 72. & in d. l. 1.* quærit Bartol. an Deus aliquem decipere poſſit, ita & apud S. Paul. 2. *ad Corinth.* 12. *in verbis: ſed cum eſſem aſtutus, dolo vos cepi.* Eſt enim dolus bonus, cum quis aſtutè alium à malo reuocat, & ita eius intentionem fruſtratur, ſicuti de bono dolo accipitur illud vulgatum: Dolus an virtus quis in hoſte requirat? quem verſum refert Coraſ. *de iur. ciuil. in art. redig. c. 22.* & Myſander dicere ſolitus fuit, in rebus bellicis quo leonis pellis nõ attingeret, induendam eſſe vulpinam. ibi & de fide hoſti ſeruanda, ſic & ſimulationem licitam eſſe tradunt Doctores qua vſus eſt Dauid 1. *Reg. cap. 21.* cum ſe inſanum finxit, & ſimulatio fugæ *Ioſue cap. 9.* plura apud Barboſam *in cap. vtilem ſimulationem 22. quaſt. 2.* vbi *num.* 11. dicit, ita intelligendam *l. 1. §. non fuit, ibi, maximè ſi aduerſus hoſtem, ff. de dolo, & infra de Veritate, de Diſſimulatione & ſimilibus.* exemplum refert Archid. *in dict. cap. vtilem 22. quaſt. 2.* vbi refert Alexandrum Papam III. qui cum non poſſet condemnare Epiſcopum ſimoniacum ob defectum probationis, induxit illum ſub promiſſione impunitatis, vt crimen fateretur coram Cardinalibus, quo facto priuauit eum ex tali confeſſione, & dicit Archid. quòd fuerit laudatus, & dolum bonum commiſerit. Fallere inſidiantes, inquit Caſſiod. 7. *epiſt. 7.* fas eſt, & decipere gloria, improbas ſpes hominum decipere, ait Plin. 8. *epiſt.* 18. pro moribus temporum prudentia eſt, vide tamen *infra de Veritate,* & Delrio *lib. 5. Magicarum diſquiſit. ſect.* 10. cum ne quidem dolus bonus in bello licitus reputetur in caſu vbi rumpitur fides Mager. *de aduoc. armat. cap. 7. num. 155. & ſeqq.* quippe dolus malus eſt frangere fidem, quæ etiam eſt hoſti ſeruanda vt ibi probatur; idem Alciat. Gœddeus *in l. natura cauillationis, ff. de verb. ſignif.* negant, nos in bona cauſa poſſe malitia aduerſarium vincere; adde hic Lipſium *in politicis lib. 4. cap. 14.* & Zaſium *in l. ſi mora n. 8. ff. ſolut. matrim.* vbi paucis exornatur, & Chriſtin. *vol. 2. deciſ.* 116. *vbi & num. 5.* differentia inter dolum & fraudem, dolus enim bonus à iure eſt toleratus per quem occurritur, ne ſibi fiat fraus vel aliqualiter imponatur, & hoc modo videtur magis excludi quã cõmitti fraus, vide iura & DD. apud Surd. *cõſ. 582 n. 34.* ibi in iſto caſu mercantiæ & cambij, dum alter vigilauit &

ſuum creditum præ alijs creditoribus recepit, aſſeruntDD. non eſſe dolum, ſed ſolertiam & induſtriam, addit Surdus quod bonus dolus etiã toleretur, quando cedit damno tertij, dummodo quis eo vtatur principaliter ad proprium commodũ, & ideo poteſt quis recuperare per dolum quod ſuum eſt, nam qui ſua recuperat, iniurioſe nõ aufert, *cap. non 14. q. 5.* tritiſſimum eſt & illud, quod licitè fit, iure fit, & quod iure fit nullã meretur pœnam, vulgata, *l. Gracchus. C. ad L. Iul. de adult. c. deinde, diſt. 26.* nã vnicuiq; licitum eſt inſudare & inuigilare pro ſuo cõſequendo, nec eſt in dolo qui ſe ſuaq; defendere paratus eſt, *l. 2. §. penult. ff. quod vi aut clam, l. prætor, § ſi quis, ff. de noui op. nunciat.* quin imò dicit *l. in cauſæ cognitione, §. idem Pompon. ff. de minorib.* naturaliter licere cõtrahentibus ſe decipere, hoc tamen lege diuinæ nõ permittitur, de quo vide *D.* Thom. *2. 2. q. 77. art. 1. ad 1. arg.* Sotũ *lib. 6. de iuſt. & iur. q. 3. art. 1. ad 1. arg.* S. Paul. *1. ad Theſſ. 4.* quam legem accipit Fred. Mart. *tr. de cenſib. c. 6. n. 165. & ſeq.* de dolo, qui in re ipſa committitur, nam ſi decipiens fuerit ignarus talis deceptionis, quæ eſt in re ipſa, magis eſt vt ne quidẽ iure Pontificio ſatis in rem claro ſuccurratur decepto *c. cum dilecti, & cap. cum cauſa x. de empt. & vend.* niſi ſupra duplum deceptus fuerit, ſed quatenus infra dimidium læſo ſuccurratur iure Põtificio, doctè explicat Couar. *lib. 2. var. reſol. c. 4.* quã Martini interpretationem, DD. relati apud Cœual. *in ſpec. com. opin. contra omnes, q. 511 n. 5. & ſeq.* varij variè interpretantur *d. §. idem Pompon.* vide ad eum.

4. Eodem modo etiam cauillatio licita eſt, ad ſe defendẽdum ab iniuſta petitione, quia cauilloſus non dicitur qui vtitur cauillationibus (quid autem ſit cauillatio; vide Nicol. Euerh. *in loc. leg. in proœm. n. 22. & ſeq.*) ad excludendum dolũ; quod & procedit ad inuoluendum teſtẽ, qui vult deponere falſum Card. Tuſch. *lit. C. concl. 133. n. 10. & 11.* & ius admittit latam interpretationem vt occurratur fraudibus, Barboſ. *d. axiom. 102. n. 4.* & plures limitationes addit Decius *in l. ea eſt natura, ff. de reg. iur.* & rurſus Tuſch. *lit. D. concl. 132.* vbi, quæ defenſionis cauſa licita ſit, latè autem & accuratè diſputat Couar. *lib. 1. var. reſol. c. 2.* an dolis & fallacijs in iudicijs vti liceat, adde & Cœuall. *in ſpec. com. opin. contra omnes, q. 36.* latè & Scacc. *de Iudic. lib. 2. c. 9. n. 848. & ſeq. & de commer. & camb. §. 7. gl. 3. n. 116.* an Aduocato vti liceat cauillationibus & fraudem fraude repellere, idem *de Iudic. c. 86. n. 35. & multis ſeq.* an vti liceat cautelis, & de diſtinctione cautelarum vide: tu Aduocate, ſi placet, ſemper tene mẽti, vt iſta liceant, quod illis caſib⁹ requiratur iuſtitia cauſæ, nam fouens iniuſtam cauſam, & in ea obtinẽs, parti aduerſæ habenti iuſtã cauſam ad intereſſe tenetur, Hypol. de Marſil. *ſing. 181. n. 5.* è quorum numero ſunt, de quibus Quintil. *decla. 268.* multum ſe in Iudicijs valere putant, rapiunt malas aliquando cauſas & S. Bernard. *ad Eug.* miror quẽadmodũ religioſæ aures ſuſtinent huiuſmodi diſputationes Aduocatorũ & pugnas verborum, quæ magis ad ſubuerſionem, quàm inuentionem proficiunt veritatis, corrige prauum morem, & præcide linguas vaniloquas, & labia doloſa claude, hi ſunt qui docuerunt loqui linguas ſuas mendacium, diſerti aduerſus Iuſtitiam, eruditi pro falſitate, ſapientes ſunt vt faciant malum, eloquentes vt impugnent verum S. Bernardus *lib. 1. de conſiderat. ad Eugen. cap. 10.* Carneades olim malè audiebat, quod ſæpè vt Cicero teſtatur optimas cauſas ingenij calum-

Digitized by Google

calumnia ludificari ſoleret, & Seneca *lib. 2. de ira, cap. 7.* hæc tot millia, inquit, ad forum prima luce properantia, quam turpes lites, quanto turpiores Aduocatos habent, quod autem habens iuſtam cauſam, poſſit aduerſarium decipere, cum D D. allegatis tradit Coratius *in commun. opin. lib. 1. tit. 6. num. 53.* & adhuc talibus conuenit illud Caſſiod. *lib. 1. epiſt. 12.* nihil eſt aduocationis officio, ſi purè impendatur, ornatius, non vt dolo quatenus eſt dolus malus & fallacia, vincas, Karpzouius *p. 1. conſt. Saxon. 1. defin. 8.* item non minus rectè tractat Grotius *de iure belli, lib. 3. cap. 1.* de dolis & mendacijs quando illis vti liceat, ad quos breuitatis cauſa fit relatio, licet ea quæ de mendacio *ibi* tradit, non per omnia approbem, *infrà* de veritate, & alia de dolo & fraude, *ſuprà de dubijs, cap. 18. & ſuprà de clemen. cap. 10.* de cauſis à dolo & pœna excuſantibus, cætera vide apud Maſcard. & in Polyanth. *in verb. dolus & verb. malitia,* Tuſch. *litt. F. de fraude, & litt. D. de dolo,* Menoch. *lib. 1. q. 88. num. 10. & 20. & ſeqq. & lib. 4. praeſ. 12. num. 3. & ſeqq. item lib. 4. praeſ. 3. num. 44. & ſeqq.* & de fraude ex ſua perſona & diſſimulatione commiſſa, vide Annæum Robert. *lib. 2. cap. 18. in fin.* vbique contra cauſantem, ne illicitum factum ei proſit, quatenus agere intendit, pronunciandum, Vukei. *inter. conſil. Marp. vol. 3. conſil. 33. num. 162.* & exornatur apud Surd. *conſil. 150. num. 53. & ſeqq.* & in præcedentibus de ijs, quæ facto tuo cauſata ſunt, *item de Aliment. tit. 1. q. 45. num. 35. & ſeqq.* quod impedimentum non excuſet eum, qui cauſam dedit, nec metus, qui eum intulit, adde *tit. 4. q. 41. num. 14. & ſeqq.* item renuncians obiectis exceptionibus non videtur renunciare quæ facto aduerſarij fiunt, vel ortum habent, Seraphin. *de priuileg. iur. priuil. 10. num. 9. & 10.* adde iura in Forſtero *de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 9. cap. 13. num. 3. & 4.* adeo & erroris admiſſi correctio ex inductione aduerſarij etiam locum habet poſt ſententiam, Næuius *in l. quæſitum eſt, n. fin. ff. de pecul.* & habui in facto, vbi Reus non fuit conteſtatus litem in actione iniuriarum intra annum, qui propterea actionem extinctam vel finitam dicebat, cum tamen propter ſubterfugia eius pro conteſtata haberi debuerit, Zaſius *in l. ſi inſulam, num. 14 ff. de verb. oblig.* & Gratian. *lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 66. num. 1.* Farinac. *de inquiſ. q. 10. ſub num. 76.*

CAPVT XI.

An contra Iuſtitiam diſtributiuam peccans teneatur ad reſtitutionem & damni ſatisfactionem.

HAnc quæſt. exactè tractat Couarr. *in re'ect. cap. peccatum, p. 2. §. 7. de reg. iur. in 6.* ad quem breuitatis cauſa me remitto, vbi & tradit, quod eligens dignum relicto digniore mortaliter peccet, vnam notabilem limitationem in caſu quotidiano vide apud Borell. *in ſumm. deciſ. lib. 1. tit. 66. de procur. num. 354. & ſeqq. ibi* D D. copioſè allegati contra Caiet. docent, quod in Iure patronatus, cum quis præſentat idoneum, qui potuiſſet præſentare meliorem, tam in foro Conſcientiæ, quàm Iudiciali tutus ſit, & ita ſe reſpondiſſe dicit, quodq; in electionibus ſemper melior qui eſt magis idoneus, præſentari debeat, in præſentatione vero Iuris Patronatus ſufficiat, ſi præſentatus ſit idoneus, per iura *ibi* allegata, cautela tamen eſt allegata in Biedenrodio *de appell. p. 1. tit. 20. §. an ab electione vel con-*

firmatione poſſit appellari; ſi Epiſcopus timet, quod Patronus vel propter affectionem vel preces aliorum non præſentabit magis idoneum, quod poſſit patronos ſub iuramento aſtringere vel adiudicatione, de qua *cap. conſtitutus, de appellat.* vt præſentent magis idoneum & vtilem Eccleſiæ, & reſpondetur *ibi* ad obiectionem gloſſæ valentis, ſufficere vt idoneus præſentetur omiſſo magis idoneo, quaſi idoneum præſentando quis etiam bonum faciat, agens autem bonum nnn peccet, quia hoc ipſum intelligitur in voluntarijs, non vero in neceſſarijs, immo in voluntarijs in ijs, quæ voluntati alterius committuntur, poteſt quis æquè vel iniquè velle, & poteſt præferre indignum digno, vt docent in caſibus per eos propoſitis *in l. ſi ſit, ff. de legat. 1.* Zaſius *in l. ſolut. matrim. §. voluntatem, num. 7. in fin. ff. ſolut. matrimon.* interim tamen iure conſtitutum reperimus, quod Epiſcopus de gremio Eccleſiæ, niſi aliter fiat ex certa cauſa, Viui. *deciſ. 455. num. 10.* dicatur eligendus, etiamſi alibi digniores reperiantur, *cap. nullus, diſt. 61. cap. metrop. diſt. 37. cap. cum inter, ibi gloſſ. de elect.* immo in ſimplicibus Eccleſiaſticis beneficijs, ne exteri ad dignitates Eccleſiaſticas admittantur in Gallia & Hiſpania conſtitutum ex alijs refert Heigius *p. 1. quæſt. 5. num. 14.* quo loco & tradit, quod Imperatoris electio ex gente Germanica fieri debeat, quod & antea doctum fuiſſe per Conrad. Lancellot. reperi, vide & Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 35. num. 5. ibi* & diſſent. DD. allegatos, quemadmodum paſſim video apud DD. quod originarij præferendi ſint, Tepatus *in compen. deciſ. tit. 70. de officialibus, cap. 11. & per tot. & tit. 70. num. 3.* & Franciſ. Marc. *quæſt. 633* adde & Chriſtinæum *vol. 2. deciſ. 85.* quod intranei extraneis præferendi ſint, & *vol. 5. deciſ. 72. in fin.* & Mynſing. *4. obſ. 30.* quod ampliat Felin. *in cap. cum omnes, in 3. fallentia, ff. de conſtit.* licet maior pars concludat, tamen ſi forenſis eligatur, vnius contradictio impediet voluntatem aliorum, alienigenæ tamen in aliquibus præferri poſſunt, vide *in tract. Reg. fallen. litt. D. Duennas reg. 202.* pro & contra arguitur in Polyanthea *litt. M. de Magiſtrat.* vide *infrà de perſonarum acceptione*, illud interim hîc admonuero, Romanos olim habuiſſe duo templa Virtuti & Honori dicata, ſic conſtituta, vt nullus ad hoc, niſi per illud aditus eſſet. Quantum igitur diſtant ab ipſis Gentilibus, qui non virtuoſos & bene meritos, ſed tales quales vos ſcitis, promouent, & ad dignitatis faſtigium euehunt, contra Iura *inferiùs* allegata, ſed ſæpe in hac materia verum apparet illud Senecæ, difficilem eſſe delectum, vbi multitudine certatur, quamuis autem Couarr. *ſuprà* allegatus dicat, quod eligens dignum omiſſo digniori, peccet quidem, ſed non teneatur ad reſtitutionem, & hanc ſententiam magis benignam Cœuall. *in Specul. commun. opinion. quæſt. 659.* docet, vbi & tradit, quis ſit dignus & quis ſit dignior, vide DD. *ibi*, tamen pro re nata ad damni ſatisfactionem obligatus manebit, nam indignum quis eligens, quid-ni ad ſatisfactionem damni tenebitur? Quid ſi eligat quendam, cui verba diſpoſitionis non conueniunt, vel quando qualitas diſpoſitionis, quoad electum deficit, quid-ni ad reſtitutionem obligatus erit? & ita intelligo DD. apud Gratianum *de beneficijs, p. 7. cap. 16.* vbi ſi quis det vel conferat beneficium digno, omiſſo digniori, cui vel lege, vel ſtatuto, vel ex aliqua diſpoſi-

Digitized by Google

poſitione debetur, tunc dans vel conferens, non ſolùm mortaliter peccat, ſed etiam ad reſtitutionem tenetur, alias digno conferens, ad iſta non tenetur, immo nec peccat, ſecundum aliquos DD. ibi, niſi in caſibus ibi relatis, numquid & ille, qui pecunia reſpectiuè data & accepta, huic & illi præbendas conferunt? & reſpondet *ad cap. nobis, de Simon. cum ſimil.* vide tamen eum, ne decipiaris in caſu quotidie occurrenti, quia & defendit ibi ambitum ex facto conſanguineorum, quod *alibi* ex Vaſquio probatur, adde Concilium Tridentinum *ſeſſ.24. de reform. cap.1.* vbi & notandum, quod Concilium loquatur de beneficijs Curatis, nam cum allegatis, contra alios D D. tenet Garcia *d.cap.16.num.11.&ſeqq.* non peccare mortaliter eum, qui in beneficijs ſine cura præſentat vel eligit idoneum, omiſſo digniori, vbi hoc ipſum aliquot rationibus approbat, & niſi ita eſſet, Deus bone! quot hodie mortaliter peccarent in hac materia: vide igitur *ibi* cum declarationibus per eundem relatis.

2. At vero conferentes indigno accepta pecunia, tenebuntur reſpectiuè ad damni ſatisfactionem, & præcisè ad reſtitutionem, ille quidem, quod indignum promouerit, hic, quod vt Simoniacus, fructus perceperit, & adhuc percipiat, & tamen tam impune apud multos hæc practicantur, vt rotundè mihi dixerint, quibus præbenda mille & vltra Imperiales constiterat, cum tamen conferens ne quidem præmium inde poſcere queat, cum ſola moralis æquitas, aut naturalis obligatio, non ſit ſufficiens ad agendum, vti probat Lucas de Penna *in l.centum, num.10. Cod. de annonis ciuilib.* qui omnino ad elucidationem huius capitis videndus eſt, cum tractet præſertim in elargiendis eleemoſynis quis præferendus ſit, vt ei dari poſſit & debeat. Verum hæc tam dextrè practicare ſciunt, vt Præbendam non Simoniacè accipere, ſed pecuniæ dationem, nomine gratiarum actionis cohoneſtent, hoc autem eſt, quod magnum quendam Prælatum in præſentia Domini Ægidij Gelenij SS. Theologiæ Licentiati, Sereniſſimi Principis Electoris Colonienſis Conſiliarij Eccleſiaſtici, Viri varijs Tractatibus ac Libris clari, Amici mei optimi, iocosè dicentem memini, Dæmonem habuiſſe pulchram filiam, ſed peſſimi nominis, ſcilicet Simoniam appellatam, quam cum deſponſare vellet, neminem eandem fuiſſe procatum, ideo Diabolum alio aſtu & nomine excogitato, dictam filiam ſuam pulchriori nomine (quod & Iuriſconſulti imponendum docent, Pacian. *de Probationib. libr.2. cap.15. num.9. & ſeqq. ibi* & quare Papa in Coronatione ſibi mutet nomen) indigitaſſe, nempe Gratiarum actionem, quo facto mille pro vno inueniſſe procos, vanæ namque & ſuperfluæ ſunt hodie illæ Canonum Conſtitutiones, quibus ſub graui pœna interdicitur, ne quis ad Sacerdotia, ſacros Ordines, ac dignitates Eccleſiaſticas, inuitus promoueatur, *cap. vbi iſta, & cap. honorat. diſtinct.74.* nam & alio ægrotante, vel vix ſpiritu emiſſo infinitos vides incredibili celeritate ad Collatores, pro habendis beneficijs aduolare, & hæc quia notoria ſunt, nulla egent probatione. Pro modica Præbendâ, dicit Thomas de Kempis *de Imitatione Chriſti lib.3. cap.13.* longa via curritur, pro æterna vita à multis vix pes ſemel à terra eleuatur,

Item

Digitized by Google

Item, ne Simoniaci videantur, expenſas per ſe antea in beneficium vel ratione beneficij factas repetunt, ſed tales Simoniacos eſſe, magnus quidam Prælatus palam edixit, & reperitur apud Barboſam *in cap. cum pridem num. 3. & 4. de pactis*, rurſus, licet tales ſint, *per notata nu. 4.* iunctis traditis per eundem Barboſam *in cap. ex parte, num. 6. & ſeqq. x. de officio & poteſt. Iud. ord.* vbi reſignatio, ne Simonica ſit, debet omnino eſſe libera & pura, vbi quomodo validè permutari poſſint beneficia de iure nouiſſimo: iterum, ne Simoniaci videantur, liberè præbendam reſignant, ſed reſignatarius pro domo Canonicali tantum dat, quantum ſi præbendam iam haberet, non daturus, *cap. ſi quis obiecerit, 1. quæſt. 3. cum concord.* & innumeræ tales excogitantur fraudes, ita vt cum Plinio *lib. 4. epiſt. 25.* libeat dicere, quo te vertas, quæ remedia conquiras, vbique vitia remedijs fortiora, verum multi improbæ cupiditatis affectu, ſeipſos non Deum decipientes, ea quæ bene conſtituta ſunt, varijs artibus eludere, & plura beneficia obtinere non erubeſcunt, hæc ſunt verba Concilij Trident. *de reformat. ſeſſ. 24. cap. 17.* aliqua contra pluralitatem beneficiorum vide *ſuprà de dubijs c. 8. in fin.* huiuſmodi autem nundinatores, qui notam auaritiæ honeſto nomine prætexentes, ꝙ gratis ſe iactant dare, & ſub charitatis vel liberalitatis nomine pendunt, pro Simoniacis habendos eſſe cenſeo, tales aſſimulari poterũt executori cuidã teſtamentario, cui iniunctum erat bouẽ vendere, & pretiũ eiuſdẽ in exequias impẽdere, hic cum ſingularẽ erga bouem haberet affectũ, & nihilominꝰ volũtatẽ exequi teſtatoris vellet, cum boue ſimul felẽ diuẽdidit, maius in felem quam in bouem ſtipulatus pretium, maiorem partem tamquam felis pretium ſibi retinuit, alteram in refrigerium animæ erogauit, ita vt reuera dubitem, num huiuſmodi hypocriticis illuſionibus, an vero ipſa labe Simoniæ magis peccetur, vnde credo ad ſimilia euitanda penſionum vſum inualuiſſe, prout & eaſdẽ certo modo approbat Curia Rom. vide Bonac. *de Simonia, diſp. 1. q. 4. §. 13. ibi & in propoſitionib. ſubiunctis,* nam vt tradit *d. lo. q. 1. §. 1. prop. vn.* quod ratione promiſſæ penſionis, vel intermiſſionis exactionis decimarum Simonia committatur, vide latiùs *ibi iuncta q. 7. punct. 1. §. 1. & 2. & ſeqq.* ſic etiam licet Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 7.* omnes acceſſus & regreſſus ad quodcunq; beneficium prohibuerit, tamen regreſſus ad beneficia ſub penſione reſignata admittit, quando penſionarius non ſoluit penſionem, Chriſtinæus *vol. 5. C. de proximis ſacrorum ſcriniorum, deciſ. 121. nu. 19. & ſeqq.* quod notandum venit in caſu modo controuerſo, ſicuti & notent conterranei mei, ſi ius habendo, dent Acatholico vel etiam alteri pecuniam pro redimenda vexa, non peccare eos, Barboſa *dict. loc. num. 6.* ex malis moribus bonæ leges natæ ſunt, & vt eſt apud Tacitum *lib. 5. Annal.* ac vſu probatum eſt, leges egregias, exempla honeſta, apud bonos ex delictis aliorum gigni, ſic oratorum licentia, Conciam rogationem, Candidatorum ambitus, Iulias leges, Magiſtratuum auaritia, Calphurnia ſcita pepererunt, nam culpa quam pœna tempore prior, emendari quam peccare poſterius eſt.

3. Numquid etiam in multis Cœnobijs, Religioſarum, contra antiquitatis inſtituta, pactiones ſuper certo pretio, pro ingreſſu puellarum interponi, & quidem ita ſæpe exceſſiuas videmus, vt propter paupertatem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ſi viueret, & lo-

& locum in huiuſmodi Cœnobijs peteret, repulſam timere poſſem, ſed vtique abſit quoad Virginem Mariam, dices, at vero non dicis abſit pecunia, ſi alia inſignis puella, in Monaſterio apud te religioſè & piè viuere velit & poſſit, dum multis partibus aliam pecunioſam excellit, vt autem huius electionem loco alterius defendas, dicis, hodie tam iniqua ſunt tempora, vt noſmetipſæ viuere non poſſimus, ac propterea pro alimentis pecuniam contribuendam eſſe, non enim alter iuuandus eſt, vt ipſemet adiuuans pereat, contra ordinem charitatis dicit Marantha eum peccare, qui alium magis quam ſeipſum diligit, charitas enim ordinata incipit à ſeipſo, & illata, quod nobis & noſtris potius, quam extraneis proſpicere præſumamur, Barboſa *tract. axiom. Iuris vſufreq. axiom. 42.* & Terent. *in Andria*, omnes ſibi melius eſſe volunt, quam alteri, Item heus proximus ſum egomet mihi, & S. Paulus *1. ad Timoth. cap. 5.* ait: Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habeat, fidem negauit, & eſt infideli deterior, Vaſquius *lib. 1. contron. cap. 51. num. 75.* qui enim in ſeipſos ſunt iniurioſi, quomodo in alios poterunt eſſe æqui? Vnde prædicatur adhuc hodie Periandri monitum, Teipſum non negligas, odi Sophiſtam, inquit Eraſm. *in Chiliad.* qui ſibi ipſi non ſapit, ſibi ipſi proſpicere neſciens, quomodo aliena curabit? vt autem ſe quiſque diligat, præcepto non eſt opus, dicit S. Auguſtinus *1. doctr. Chriſtian. 35.* & ideo dicit Cynus *in l. cum acutiſſimi, Cod. de fidei commiſſ.* quod lupus mordet carnes alienas, ſed proprias lambit, vnde promittens aliquid facere, contra ſeipſum non promiſiſſe cenſetur, quod cum ipſa regula per plures caſus docet Menochius *lib. 3. præſumpt. 44.* & Cicero *in epiſt. ad Dolabell.* Tibi potius, inquit, quam cuiuis ſis amicus, noſtræ enim vtilitates nobis omittendæ non ſunt, & alijs tradendæ, immo vetitum, plures recipi quam ſuſtentari queant, *cap. 1. verſ. ſane vt hoc de ſtatu Reg. in 6.* neque enim ſitientibus proprijs, alieni agri irrigandi ſunt, Lucas de Penn. *in l. ſi quis per diuinam, num. 2. Cod. de aquaductu*, quo etiam pertinet Senec. *lib. 2. de benef. c. 1.* Dabo egenti, ſed vt ipſe non egeam. Item, ſuccurram perituro, ſed vt ipſe non peream, nam in neceſſitatibus nemo liberalis eſt, *l. rem legatam, ff. de adimend. legat.* nec liberalitate ſua quis inops fieri debet, *l. ne liberalitate, ff. de re iud.* Propterea, iuxta Catonis Diſtichon,

Dilige ſic alios, vt ſis tibi charus amicus,
Sic bonus eſto bonis, ne te mala damna ſequantur.

Adde tradita *cap. ſeq.* & ad confirmationem priorum dicta à Magero *de aduocat. armata, cap. 11. num. 550. & ſeqq.* vide tamen, an in ſpiritualibus & temporalibus nos ipſos magis quam alios amare debeamus, P. Ferd. de Caſtro *tract. de virt. & vit. 6. de charit. diſp. 1. punct. 7. & ſeqq.* ſed qui ſalutem aliorum propriæ præponere debeant, vide Vaſquium *lib. 1. controu. cap. 11. num. 4. & ſeqq.* adde *num. 26. & ſeqq.* & Mager. *de aduoc. armat. cap. 11. num. 532. & multis ſeqq.* vbi rationes pro & contra, an protector ad defenſionem clientum cum certo ſuo periculo obligetur, *ibi* & de regula charitatis, vide Scacciam *de commerc. & cambio, §. 1. quæſt. 7. num. 73.*

Verum exclamare lubet verbis Saluiani *lib. 6. de gubernat. Dei, p. 210.* vellem mihi hoc loco ad exequendam rerum indignitatem parem negotio eloquentiam dari, ſci- 4.

Digitized by Google

licet vt tantum virtutis eſſet in querimonia, quantum doloris eſſet in cauſa, & *libr. 1. ad Eccleſ. Cathol.* vbi eſt illa nunc eximia formæ tuæ & totius corporis pulchritudo, vbi illud de viuis virtutibus tuis diuinarum apicum teſtimonium, Quærite primum regnum Dei, & omnia adijcientur vobis, quid ſolliciti eſtis in craſtinum, & ſimilia Scripturæ loca, deteſtatus eſt namque Dominus auaritiam, iubens ab ea cauendum Lucæ *cap. 10.* & alibi Adoleſcentem iubet non adire hæreditatem, & omnia vendere quæ habet, ſi velit ſe ſequi, Marc. *cap. 10.* & relinquenda ſæcularibus; nam

Nummus honoratur, ſine nummis nullus amatur,
Nummus vbi loquitur, Tullius ipſe tacet.

Mundus clamat, deficio; at tu, Domine, inquit S. Aug. *in Soliloq. cap. 13.* clamas, reficio: idcirco in Monaſterijs plena debet eſſe confidentia in Deum, quippe Chriſtus porrigit, ſupponit, imponit manum, illud ducentis, iſtud ſuſtentantis, hoc defendentis eſt, non tamen improbo moderatam pro alimentis ac neceſſaria ſuſtentatione (vt habetur *in declaratione Cardinalium ad Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 3.*) exactionem, ſed exceſſum damno, appetitum ad nũmos reprobo, & repulſam virginis piæ & deuotæ vel magis dignæ ob penuriam pecuniæ, vti minus iuſtam (quia & tecum viuere potuiſſet, imo debuiſſet) deploro: illuſtre exemplum habemus *in Exod. cap. 36.* vbi namque oblatis ſuperabundantibus Moyſes pręcepit nihil vltra offerri in opere Sanctuarij, eo ꝙ oblata ſufficerent & ſuperabundarent, & ne forte nihil populo remaneret, Toſtat. *in Exod. d. cap. 36.* diuitiæ ſitim ſui facere ſolent, qui enim pauca poſſidet, pauca cupit, & interdum nulla, qui vero multa poſſidet, incitatur ardentiùs ad maiora cupienda, quinimo diuitias, periculum & impedimentum adferre ad beatæ vitæ conſecutionem, ſacra Scriptura teſtatur, vnde Chriſtus Adoleſcenti dixit, quatenus perfectus eſſe vellet: Vende quæ habes, & da pauperibus, Diſcipulis autem ſuis dixit, Nolite poſſidere aurum & argentum, vide Saluian. *ad Eccleſ. Cathol. c. 2* & *infra vide de munerum acceptione*, vbi prædicta declarantur, & apud Mager. *d. c. 11.* pleraq; contraria diſſoluuntur, quodq; illud dictum, Charitas ordinata incipit à ſeipſo, accipi poſſit tanquam ab exemplo & comparatione noſtri, vt quemadmodum nos egentes volumus nobis ab alijs ſubueniri, ita alijs egentibus vltro ſubueniamus, & prout vultis vt vobis faciant homines, ſic facite illis, *Luc. 6.* imo & alias docuit Leſſius *de Iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 4. dub. 6. num. 43. & 47.* ſuperflua in opera pia impendenda eſſe, *cap. quia tua fraternitas, 12. quæſt. 1.* ſuperfluum autem eſt, quod plus eſt quam victus & amictus, Numquid autem fructum expectas ex bonis operibus magis dignæ puellæ apud Dominum, qui lætificabit vos in domo orationis, *Iſaiæ 56.* Ama, dicit S. Auguſtinus, vnum bonum, in quo ſunt omnia, & ſufficit, & nihil deerit: dum igitur ea admiſſa, ſatis adhuc eſt, vnde viuere poſſis, (præſuppono enim Cœnobium in tali neceſſitate non conſtitutum, vt propter eiuſdem admiſſionem cæteris deficiant neceſſaria., vel oleum in lampade) ego pro nunc eiuſdem repulſam tueri non poſſum, meliora doceri paratus, tu interim videas Bonacinam *de Simonia, diſp. 1. quæſt. 7. punct. 1. §. 4. & in propoſ. ibi ſubiuncta:* traditur namque regula, quod excommunicentur ij, qui dant & recipiunt aliquid pro ingreſſu in religionem, vbi ſunt tenentes quod excommunicatio incurratur

ſi do-

Digitized by Google

ſi detur aliquid pro ſuſtentatione, caſu quo Cœnobium diues eſt, ſed hoc ipſum non ſeruari videmus, & ab illa opinione cum alijs diſſentit Bonacin. tenendo quod poſſit abſque labe Simoniæ, pro ſuſtentatione aliquid dari, modo non excedat onus ſuſtentationis, Item limitat, ſi Monaſterium locuples renuat perſonam pauperem, bonæ indolis & doctrinæ, dùm hoc caſu facilè ſcandalum inde oriri poſſit, vide *ibi* latiùs, quæ quandoque non obſeruantur, interim cenſeo æquum & iuſtum eſſe, vt illis, qui in ſæculo manent, plus relinquatur, de quo vide notabilem Deciſionem apud Farinacium *part.2.deciſ.60.per tot.* quod minor dos detur Monaſterium ingredienti, adeo vt nec ſupplementum congruæ dotis petatur, dicens ita ſeruari, vide & Greg. XIII. Pontif. *in deciſ.63.* ita conſuetudine in Hiſpania obſeruari, non obſtante læſione vltra dimidium, teſtatur Vaſq. *de ſucceſſionum creatione, lib.2.§.18.requiſ.29.limit.1.n.130. & ſeqq.*

5. Nunquid etiam ad reſtitutionem tenentur illi, qui Iudicem & Referentem minus dignum vel alias indoctum eligunt, omiſſis doctiorib. qui cauſas nō rectè decidere, ſed potius inuoluere norunt. Ignorantia Iudicis, inquit S. Aug. *lib.19.de Ciuit.Dei, cap.6.* plerumque eſt calamitas innocentis, vnde non mirum, quod officia publica dignioribus debeantur, alijs conferendo quis grauiter peccat, Guitierrez *in q.Cano. lib.2. cap.11. ibi per tot.* de prouiſione beneficiorum Eccleſiaſticorum & ſæcularium officiorum, & quod in hac materia dignus ſeu idoneus dicatur ille, qui habet qualitates ad beneficium neceſſarias, ſcilicet legitimam ætatem, litterarum ſcientiam, morum honeſtatem, & Ordinem neceſſarium, dignior vero, qui alijs aptior, puta non qui doctior & ſanctior eſt, ſed qui iuxta munus & rem, cui præficitur, aptior eius miniſterio apparet, & ſic ſi ille non reſidet, hic vero reſidet, aptior cenſebitur, vnde infertur, quod multi hodie non ſint aptiores, qui multa beneficia habent, ſed qui vnico contenti in Eccleſia aſſidui reperiuntur, & reſidentes laudes Deo canunt, tamen magis neceſſarij erunt in Iudicijs & Curijs, qui ſcientiam Iuris & rerum experientiam habent, nam qui tales non ſunt, & iudicandi munus affectant, ſibi ignominiam, & populo non leuem læſionem adferunt, quorum temeritatem inſpiciens Epictetus dixit, quod ſicut nauem gubernare volens, omnino prius artem nauigandi perdiſcit, ita valde temerarium eſt, vt Ciuitatem recturus, non prius regendi diſciplinam adipiſcatur, quocirca ſapienter dixit Corſetus, quod Doctor non debet effici Iudex, niſi prius fuerit Aduocatus, & cum habuerit experientiam in officio Aduocationis, & in eo cognitus fuerit pro ſufficienter experto, quod luculentiſſimè demonſtrat Pacianus *de Probationib. lib.2. cap.43. num. 5. & 6.* Sed quis hodie habeatur aptus, dicit Poëta:

Pectoribus mores tot ſunt, quot in orbe figuræ,
Qui ſapit, innumeris moribus aptus erit.

Sic & hodie non attenditur, vtrum is qui iudicandi muneri præficitur, in iure & praxi ad decidendum cauſas verſatus, vel non, ſed modo ſit politicus in moribus, vulgo Fuchsſchwänßer / hic præficitur. 6.
Quemadmodum ridiculum eſt, vt inquit Befold. *in politicis*, bonis & affabile factis inſtrumentis muſicis indoctum præficere artificem, & inde ſuauem exſpectare harmoniam, ita bonis legibus ineptos

 præfi-

præficere Magiſtratus, nam iuxta Ariſtot. *lib. 1. Ethic. cap. 3.* bene quiſque iudicat ea, quæ cognoſcit, & ipſorum bonus eſt Iudex, vnde videmus quam ſæpe iuſto ſub clypeo multi pereant, alij verò qui malam cauſam fouent, ſententiam reportent, quod ne fiat, non ſolum docti & experti, *cap. eſtote 1. quæſt. 1.* ſed etiam boni & virtuoſi ad tale munus eligendi erunt, ad honores mundi, inquit Textus *in cap. miramur, in fin. diſt. 61.* ſine ſuffragio temporis, ſine merito laboris indignum eſt peruenire: Eruditio ſiquidem conſummata requirit temporis complementum, experientia, ætate & exercitatione completur, quo tendit Adagium illud Germanicum: Was komt vor den Jahren nicht / & illud Latinum, Stultitia eſt præpropera ſapientia, vnde ſi priorum electio non fiat, indoctis & inexpertis facile exprobrari poterit, quod Tullius *de Oratore lib. 1.* de Pharmione Peripatetico refert, qui cum aliquot horas de officio Imperatoris & re militari corã Hannibale Pœno diſputaſſet, interrogatus Imperator quid de Pharmionis oratione ſentiret, liberè dixit, ſe multos deliros ſenes vidiſſe, ſed qui magis quam Pharmio deliraret, vidiſſe neminem, quia ea, quæ ipſe non eſſet expertus, vellet cæteros edocere, imprudentiæ eſt, inquit Cic. *pro Cluent.* id profiteri, ꝙ non poſſis implere, ſi vero poſteriores, id eſt, boni non eligantur, eueniet quod conqueritur Ieremias *c. 4. v. 22.* ſapientes tantum ſunt ad faciendũ malum, de quo latiùs apud Fab. Iuſtin. *in explicat. Tob. c. 4. v. 19. & in documẽtis ſubiunctis, ibi* & illud Laërtij, virtus cum ſcientia coniuncta, eſt ſapientia, quemadmodum omnino requiritur, quod Magiſtratus ſit bonæ conſcientiæ, prudens & timẽs Deum, manſuetus, patiens & rectus, Speculat. *tit. de offic. Iudic. delegat §. 8. verſ. item quod eſt*, vbi vult Iudicem non poſſe dici, ſi in eo Iuſtitia non reperiatur, conſentit Bald. *in l. 2. n. 15. Cod. de ſen. ex peric. recit.* dicens, gubernatorem ſine conſcientia eſſe diabolicum, & ſine ſcientia inſipidum, & brutis animalibus adnumerandum, teſte Ariſtotele *1. Politic.* debet ergo vitæ ſanctitate & bonis moribus collucere, *l. generaliter, § ſpurios, ff. de Decur.* adde Text. Iuris Diuini, *Exod. 18.* Sed in hoc malitioſo & litigioſo ſæculo fieri videmus, vti in Comœdijs, exhiberi laruas, nam pro Iuriſconſultis, Leguleios, pro militibus, latrones, pro politicis, nebulones, pro Oratoribus, Pharmiones vel Rabulas, pro Hiſtoricis, pueros, pro Aduocatis ſcribas & artifices, ita Karpzouius *p. 1. Conſtit. Saxon. 1. def. 18. ibi* in Aduocatos ignorantes, liteſq; protelantes mirè inuehitur, *ibi* quoque pulchra alluſio ad illos, ſicuti & in libro, cui titulus eſt, *le Cortoſan François, fol. 134. p. 2.* dicitur, quod homo tria habeat bona, corpus & animam, quodque illa ſint in paſſionibus & quæſtionibus, ſiquidem bona per Aduocatos, corpus per medicum, & animam per Theologos regi & diſponi, praxis teſtatur, vnde Poëta:

Theologis animum ſubiecit lapſus Adami,
Et corpus Medicis & bona Iuridicis.

Et tamen nec Aduocatus petit paſſiuè proceſſus, nec Medicus medicinam, nec Theologus exiſtit ſemper bonus Chriſtianus, ſicuti autem nihil ex medicina proficiſcitur, niſi quę ad corporis vtilitatem ſpectant, ſic à legibus nihil conuenit arbitrari, niſi quod Reipublicæ conducat, vide Cicer. *Rhetor.* horum igitur opera in Republica inprimis neceſſaria ſunt, qui rectè faciunt & rectè docent.

Sæpe

7. Sæpe etiam contingit, quòd eleemoſinæ ſint diſtribuendæ per Executores & Prouiſores, quibus autem illæ dandæ ſint, vide præter Lucam de Penna ſuperius allegatum Ferd. de Caſt. *de virt. & vit. tr. 6. de charit. diſp. 7. punct. 14.* cum alijs docet Mantica *de coniectur. vlt. volunt. lib. 8. tit. 5.* quod non teneatur pauperiores eligere, qui poteſt tribuere pauperibus, quam doctrinam, licet quis ſecurè ſequi poſſit, tamen hodie quandoq; laxantur habenæ contra diſpoſitiones defunctorum in definitione pauperis, de pauperibus eligendis vide Gratian. *lib. 2. diſcept. forenſ. c. 211.* & rurſus Mantic. de quęſtione quam habui ante tres menſes in facto, an teneatur eligere pauperes amicos, adde textum *Iur. Canon. cap. quicunque, 17. q. 4.* vbi & filij præferuntur piæ cauſæ, imò parentes eidem præferri iudicatū refert Annæ. Robert. *lib. 1. rerum iudic. c. 1.* qui textus licet loquatur de filijs, tamen tradit Iaſon *volum. 4. conſ. 141. num. 16.* ex ſentent. D. Thomæ, quòd qui caret liberis, & habet vlteriores amicos egenos, qui non mali nec indigni ſunt, teneatur eis hæreditatem dimittere, ex debito honoris in parentes, quia dum præcipitur honorari patrem & matrē, præcipitur quoque honorare parentelam & cognationem; in his quæ ad parentelam & cognationem pertinent, vnde & Cothman. *vol. 1. reſp. 27. num. 169. & ſeq.* docet, quod præteritio quoad conſanguineos mentis & iudicij defectum arguat, ſed quod etiam in foro conſcientiæ poſſint fratre præterito alium inſtituere, docet Gomeſ. *tom. 2. var. reſol. c. 11. n. 39.* hoc tamen declara per text. *in l. fratris, C. de inoffic. teſtam.* iuncto Gratian. *lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 135.* quapropter prius dictum declararem, quando quis haberet amicos, qui in præciſa & extrema reperiuntur neceſſitate, & ita intelligerem vulgo dictum:

Der wol vnd ruhiglich will ſterben/
Der laß das Gut ſeinen rechten Erben.

vt intelligatur imprimis de deſcendentibus iuxta S. Auguſtinum, vel de aſcendentibus, quia iuxta magis communem DD. ſententiam, & ipſis relinquenda eſt legitima, & denique de collateralibus, qui ſunt in præciſa neceſſitate vel paupertate conſtituti, qui quales ſint vide ſupra *cap. 5.* ex Surd. & alias cui præ alio, quodque pauperi amico præ alio danda ſit eleemoſyna, plenè idem Surdus *de aliment. tit. 1. q. 93. per tot.* vide ibi ſi caſus occurrat.

8. Ego ſanè neque illud ita indiſtinctè intelligo, quid enim ſi pauperi in ſpecie relictum ſit, abſurdum puto alios pauperes amicos in relictis illi præferri, & quod pauperes conſanguinei ſemper præferendi ſint, intelligo in legato generaliter pauperibus relicto, Barboſa *in cap. cum tibi ſub num. 5. de teſtament.* an autem legatum pauperibus relictum, vni pauperi poſſit dari, Viuius *in commun. opin. verb. Teſtator,* de legato inter pauperes diſtribuendo Riccius *part. 3. collect. 522.* an debeatur Pauperibus, qui ſunt in loco domicilij Couarr. *in cap. cum tibi x. de teſtam.* Surdus *dict. loc. & quæſt. præcedenti,* vide ibi ordinem diſtribuendi, *& quis pauper quæſt. 9.* quis probet paupertatem vel diuitias, Alciat. *2. præſumpt. 27.* Couar. *lib. 2. var. reſolut. cap. 6.* Hercul. *de probat. negat. n. 794.* an autem Executores teſtamenti poſſint tranſigere ſuper rebus pauperibus vel Eccleſię relictis, vide Crauet. *conſ. 323. per tot.* An legata pia in alium vſum commutari poſſint, vide in diuerſis locis, imprimis de Papa & quis poſſit Tuſchum *lit. L. concl. 113. cum duabus ſeqq.* adde omni-

Digitized by Google

præficere Magiſtratus, nam iuxta Ariſtot. *lib.1. Ethic. cap.3.* bene quiſque iudicat ea, quæ cognoſcit, & ipſorum bonus eſt Iudex, vnde videmus quam ſæpe iuſto ſub clypeo multi pereant, alij verò qui malam cauſam fouent, ſententiam reportent, quod ne fiat, non ſolum docti & experti, *cap. eſtote 1. quæſt. 1.* ſed etiam boni & virtuoſi ad tale munus eligendi erunt, ad honores mundi, inquit Textus *in cap. miramur, in fin. diſt.61.* ſine ſuffragio temporis, ſine merito laboris indignum eſt peruenire: Eruditio ſiquidèm conſummata requirit temporis complementum, experientia, ætate & exercitatione completur, quo tendit Adagium illud Germanicum: Wiß kompt vor den Jahren nicht / & illud Latinum, Stultitia eſt præpropera ſapientia, vnde ſi priorum electio non fiat, indoctis & inexpertis facile exprobrari poterit, quod Tullius *de Oratore lib. 1.* de Pharmione Peripatetico refert, qui cum aliquot horas de officio Imperatoris & re militari corā Hannibale Pœno diſputaſſet, interrogatus Imperator quid de Pharmionis oratione ſentiret, liberè dixit, ſe multos deliros ſenes vidiſſe, ſed qui magis quam Pharmio deliraret, vidiſſe neminem, quia ea, quæ ipſe non eſſet expertus, vellet cæteros edocere, imprudentiæ eſt, inquit Cic. *pro Cluent.* id profiteri, quod non poſſis implere, ſi vero poſteriores, id eſt, boni non eligantur, eueniet quod conqueritur Ieremias *c.4. v.22.* ſapientes tantum ſunt ad faciendū malum, de quo latiùs apud Fab. Iuſtin. *in explicat. Tob. c 4. v.19. & in documētis ſubiunctis, ibi* & illud Laërtij, virtus cum ſcientia coniuncta, eſt ſapientia, quemadmodum omnino requiritur, quod Magiſtratus ſit bonæ conſcientiæ, prudens & timēs Deum, manſuetus, patiens & rectus, Speculat. *tit. de offic. Iudic. delegat* §.8. *verſ. item quod eſt*, vbi vult Iudicem non poſſe dici, ſi in eo Iuſtitia non reperiatur, conſentit Bald. *in l.2.n.15. Cod. de ſen. ex peric. recit.* dicens, gubernatorem ſine conſcientia eſſe diabolicum, & ſine ſcientia inſipidum, & brutis animalibus adnumerandum, teſte Ariſtotele *1. Politic.* debet ergo vitæ ſanctitate & bonis moribus collucere, *l. generaliter, § ſpurios, ff. de Decur.* adde Text. Iuris Diuini, *Exod.18.* Sed in hoc malitioſo & litigioſo ſæculo fieri videmus, vti in Comœdijs, exhiberi laruas, nam pro Iuriſconſultis, Leguleios, pro militibus, latrones, pro politicis, nebulones, pro Oratoribus, Pharmiones vel Rabulas, pro Hiſtoricis, pueros, pro Aduocatis ſcribas & artifices, ita Karpzouius *p. 1. Conſtit. Saxon. 1. def. 18. ibi* in Aduocatos ignorantes, liteſq; protelantes mirè inuehitur, *ibi* quoque pulchra alluſio ad illos, ſicuti & in libro, cui titulus eſt, *le Cortoſan François, fol. 134. p. 2.* dicitur, quod homo tria habeat bona, corpus & animam, quodque illa ſint in paſſionibus & quæſtionibus, ſiquidem bona per Aduocatos, corpus per medicum, & animam per Theologos regi & diſponi, praxis teſtatur, vnde Poëta:

Theologis animum ſubiecit lapſus Adami,
Et corpus Medicis & bona Iuridicis.

Et tamen nec Aduocatus petit paſſiuè proceſſus, nec Medicus medicinam, nec Theologus exiſtit ſemper bonus Chriſtianus, ſicuti autem nihil ex medicina proficiſcitur, niſi quę ad corporis vtilitatem ſpectant, ſic à legibus nihil conuenit arbitrari, niſi quod Reipublicæ conducat, vide Cicer. *Rhetor.* horum igitur opera in Republica inprimis neceſſaria ſunt, qui rectè faciunt & rectè docent.

Sæpe

Digitized by Google

7. Sæpe etiam contingit, quòd eleemoſinæ ſint diſtribuendæ per Executores & Prouiſores, quibus autem illæ dandæ ſint, vide præter Lucam de Penna ſuperius allegatum Ferd. de Caſt. *de virt. & vit. tr. 6. de charit. diſp. 7. punct. 14.* cum alijs docet Mantica *de coniectur. vlt. volunt. lib. 8. tit. 5.* quod non teneatur pauperiores eligere, qui poteſt tribuere pauperibus, quam doctrinam, licet quis ſecurè ſequi poſſit, tamen hodie quandoq; laxantur habenæ contra diſpoſitiones defunctorum in definitione pauperis, de pauperibus eligendis vide Gratian. *lib. 2. diſcept. forenſ. c. 211.* & rurſus Mantic. de quæſtione quam habui ante tres menſes in facto, an teneatur eligere pauperes amicos, adde textum *Iur. Canon. cap. quicunque, 17. q. 4.* vbi & filij præferuntur piæ cauſæ, imò parentes eidem præferri iudicatũ refert Annæ. Robert. *lib. 1. rerum iudic. c. 1.* qui textus licet loquatur de filijs, tamen tradit Iaſon *volum. 4. conſ. 141. num. 16.* ex ſentent. D. Thomæ, quòd qui caret liberis, & habet vlteriores amicos egenos, qui non mali nec indigni ſunt, teneatur eis hæreditatem dimittere, ex debito honoris in parentes, quia dum præcipitur honorari patrem & matrẽ, præcipitur quoque honorare parentelam & cognationem; in his quæ ad parentelam & cognationem pertinent, vnde & Cothman. *vol. 1. reſp. 27. num. 169. & ſeq.* docet, quod præteritio quoad conſanguineos mentis & iudicij defectum arguat, ſed quod etiam in foro conſcientiæ poſſint fratre præterito alium inſtituere, docet Gomeſ. *tom. 2. var. reſol. c. 11. n. 39.* hoc tamen declara per text. *in l. fratris, C. de inoffic. teſtam.* iuncto Gratian. *lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 135.* quapropter prius dictum declararem, quando quis haberet amicos, qui in præciſa & extrema reperiuntur neceſſitate, & ita intelligerem vulgo dictum:

Der wol vnd ruhiglich will ſterben/
Der laß das Gut ſeinen rechten Erben.

vt intelligatur imprimis de deſcendentibus iuxta S. Auguſtinum, vel de aſcendentibus, quia iuxta magis communem DD. ſententiam, & ipſis relinquenda eſt legitima, & denique de collateralibus, qui ſunt in præciſa neceſſitate vel paupertate conſtituti, qui quales ſint vide ſupra *cap. 5.* ex Surd. & alias cui præ alio, quodque pauperi amico præ alio danda ſit eleemoſyna, plenè idem Surdus *de aliment. tit. 1. q. 93. per tot.* vide ibi ſi caſus occurrat.

Ego ſanè neque illud ita indiſtinctè intelligo, quid enim ſi pauperi in ſpecie relictum ſit, abſurdum puto alios pauperes amicos in relictis illi præferri, & quod pauperes conſanguinei ſemper præferendi ſint, intelligo in legato generaliter pauperibus relicto, Barboſa *in cap. cum tibi ſub num. 5. de teſtament.* an autem legatum pauperibus relictum, vni pauperi poſſit dari, Viuius *in commun. opin. verb. Teſtator,* de legato inter pauperes diſtribuendo Riccius *part. 3. collect. 522.* an debeatur Pauperibus, qui ſunt in loco domicilij Couarr. *in cap. cum tibi x. de teſtam.* Surdus *dict. loc. & quæſt. præcedenti,* vide ibi ordinem diſtribuendi, *& quis pauper quæſt. 9.* quis probet paupertatem vel diuitias, Alciat. *2. præſumpt. 27.* Couar. *lib. 2. var. reſolut. cap. 6.* Hercul. *de probat. negat. n. 794.* an autem Executores teſtamenti poſſint tranſigere ſuper rebus pauperibus vel Eccleſię relictis, vide Crauet. *conſ. 323. per tot.* An legata pia in alium vſum commutari poſſint, vide in diuerſis locis, imprimis de Papa & quis poſſit Tuſchium *lit. L. concl. 113. cum duabus ſeqq.* adde omni- 8.

Digitized by Google

no Crauett. *conſ.296. per tot.*&Nicol.Euer. Præſ.*conſil.16.*& alias de permutatione & collatione facta beneficij patronatus Patrono non vocato, quomodo ſit nulla, idem Nicol.Euerhar. *conſ.39.& conſ. 58. nec non conſ.114.num.3.&5.*de Epiſcopo Tuſch.*lit. E.concl.273.* ſex limitationes tradit Riccius *part.4.collect.1270.*quibus legati commutatio licita, vide Wameſium *ad Ius Canonic. tit.de teſtam.conſil.411.per tot.*rurſus Tuſch. *lit.D.* (imò ſi lex aliquid præſumat, licet aliqua vrgens coniectura ſit in contrarium,nō peccamus, ſi nos conformemus diſpoſitioni iuris, Matteſil.*157.in annot.num.8.*) Dos aſſignata pro certo Collegio conſtruendo quando poſſit commutari *concl. 796.* vide omnino Sarmientam *lib. 1. ſelect. interpret. cap. 8. num. 32. & ſeqq.* quod Princeps vel Epiſcopus nunquam poteſt legatam commutare in piam vel aliam cauſam, quando certæ perſonæ in indiuiduo expreſſæ legatum eſt, ne quidem ex cauſa publicæ vtilitatis, ſi hoc indiſtinctè verum ſit, multi caſus inde decidi poſſunt, adde Seraphin. *de priuileg. iurament. priuil. 98. num.7.* ibi de legato ad pium vſum, ſed pro illo vſu tantum. Item an Miſſa in certa Eccleſia ex præcepto teſtatoris dicenda, poſſit in alia dici, & per alium, vide Gratian. *diſceptat.forenſ. cap.73.& cap.132.num.9. & latius cap.133.* Cœuall. *in comm. opin. quæſt. 686. num.6. & 7.* ibi DD. pro & contra an locus à teſtatore deſignatus, in quo miſſa dicenda, poſſit mutari, & ibi *in quæſt.* an legatum, pauperibus relictum, poſſit ante tempus diſtribui, de cætero in hac materia vide Canoniſtas *ad tit. decretal.8. de electionib.* de qua vide & Pacian. *de probat. lib.2.cap.29.item cap.30. de election.* & quis probet eam fuiſſe Canonicam, vbi multa quoque de ſcrutineo & *cap.31.de elect.Imper.& cap.28.n.53. & ſeqq.* quique primi, an à Papa electi, & de prædeductis *infra de acceptione perſonarum* vbi latius confirmantur, adde & Viuium *deciſ. 455.* quod in creandis Magiſtratibus ſeu perſonis publicis officijs fungentibus, ſemper idoneus eligi debeat, ibi & quædam pulchra adiuncta.

CAPVT XII.

De Iuſtitia in foro poli ſeu conſcientia vulnerata, & quid ſit conſcientia, & de effectu bonæ conſcientiæ.

VVlgatum eſt quod duplex ſit forum 1.
ſeu tribunal, vnum terreſtre in quo iudicant homines, quod nos vocamus forū fori, ſeu forum exterius, & alterū diuinum, in quo iudicat Deus, & vocamus forum poli ſeu forū interius animę & conſcientiæ Scac. *de com.& camb.§.1.q.1.n.534.* & ibi remiſſiue DD. allegati docent, quod & ſit differētia inter forū contentioſum Eccleſiaſticum & conſcientiæ, quodq; forum cōtentioſum diſcrepet à pęnitentiali, quia in illo, cauſa nō expeditur ſine lite, ſecus verò in hoc, & vtrobiq; illata vide ibi: Cōſcientia autē quid ſit, pulchrè exornatur apud Iaſo, *in §.ſed iſta, Inſt. de action. nu.*101. ex S. Chryſoſt. quod cōſcientia eſt lex intellectus noſtri, ex Bald. quod eſt dictamen rationis & cognitio ſui proprij cordis, & eſt mens ſibi ipſi conſcia, & flos intellectus eſt conſonantia voluntatis & intellectus, item, quod conſcientia eſt ſcientia clauſa in mente, quam Deus aſſociauit animæ, vt eam reprehenderet de erroribus, & eſt de apicibus animæ, item quod conſcientia eſt paſſio animæ rationalis, ſuper omnem irrationabilem concupiſcentiam habens dominium & virtutem, & alibi quòd conſcientia nihil aliud ſit, quàm vir

bonus

Digitized by Google

bonus, qui intra ſe loquitur in corde ſuo, & propterea qui non habet conſcientiam, non poteſt aut non debet dici vir bonus, ibi & vnde dicatur conſcientia, & quotuplex ſit, de quo & ſupra *de Dubijs*, vide Theologos ibi allegatos, qui tradunt, conſcientiam aliam eſſe bonam & tranquillam, de qua Propheta *Pſal. 31.* & Apoſtolus *ad Rom. 8.* aliam bonam & turbatam *Pſal. 76. & 90.* aliam malam & intranquillam, hæc eſt illa, quæ cum venerit in profundum malorum, contemnit, vnde periculoſiſſima peccata, de quibus parum anxia cōſcientia, aliam quoq; malā & turbatam, quæ in actu peccatorum deprehenditur & comprehenditur, vide, quia illa ad Theologos propriè ſpectant, Bocat. *in Conſtitut. Picen. gloſſ. 3. vbi num. 1. & ſeq.* ex mente D. Thomæ dicitur conſcientia cum alio ſcientia, ac propterea eſt actus, qui teſtificatur, ligat, inſtigat, accuſat, remordet, & reprehendit, & tripliciter applicatur actibus; primò, quando per conſcientiam recognoſcimus nos aliquid feciſſe vel non feciſſe; ſecundò, quando per eandem conſcientiam iudicamus aliquid eſſe faciendum vel non; tertiò, quando per conſcientiam iudicamus aliquid eſſe bene vel male factum, & dicitur ibi quòd triplex ſit conſcientia; prima ligata rebus viſis, ſecunda ligata rationibus legum, tertia eſt conſcientia mortua adhærens quibuſdam imaginibus intellectus, & iſta non obligat animam noſtram, quia eſt conſcientia impulſiua & non arctatiua, quodqúe alia ſit conſcientia publica, alia priuata.

1. Pariformiter, vt in foro conſcientię ſtandum eſt veritati; ita in foro Iudicij oportet vt ſeruemus Scripturas, & ita ex actis iudicemus, & in ſeqq. quòd conſcientia & conſenſus diſcrepet, ibi paſſim per tot. pulcherrima de conſenſu, authoritate, iuſſu, licentia, & Borell. *in ſumm. deciſ. lib. 2. tit. 33. num. 535. & ſeqq.* ex alijs definit conſcientiam, quòd ſit credulitas rationis, ſiue intentionis ad aliquid faciendum vel non faciendum obligatiua, animi ratione firmata, vel conſcientia eſt animi habitus agendorum vel non agendorum, ſeu conſcientia eſt cognitio ſui ipſius, ſiue conſcientia eſt habitus mentis boni & mali diſcretiuus, vbi plura de bona & mala conſcientia, & allegatur Aluarus Pelag. *de planctu Eccleſiæ lib. 2. cap. 69.* inquiens, ſicuti lumen lucernæ ponitur in domo, vt videantur quæ in domo ſunt, ſic Deus poſuit conſcientiam in medio animæ rationalis, tanquam lumen quo diſcernat quid facere vel non facere debeat, vnde Dauid *Pſal. 4.* eius rei teſtimonium perhibens dixit: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, nam vt ait S. Chryſoſtomus *homil. 3. in cap. 1. Geneſ.* hominum generi conceſſit diuina miſericordia, vt vniuique noſtrum inſitum ſit inſeparabile iudicium conſcientiæ, habentis iuſtum inter bonum & malum diſcrimen, id quod potiſſimum omnem nobis defenſionem tollit, quod non per ignorantiam in peccata incidimus, ſed per animæ deſidiam & virtutis negligentiam. vide & *S. Paulum ad Roman. cap. 9.* prædictis autem attentis, & quod iuxta Baldum *in Iaſone* allegatum, conſcientia ſit ſecretum ſecretorum, dolenda res eſt, quod hodiè tam temerarium & frequens ſit de alijs iudicium, quòd tam effrena affirmatio vel confabulatio de proximo ſcilicet, quòd ſit garrulus, auarus, iniuſtus, rixoſus & ſimilia effinita, nam quamuis ob nequitias, & vitia proh dolor nimis hodie frequentia & gene-

generatim practicata, licitum ſit dicere cum Poëta:

Ius & iura negant homines, & Numina fallunt.
Nec Iouis imperium, nec Phlegetonta timent.

3. Adeoq; in genere mundum eſſe in maligno poſitum, homines peruerſos & malos, imo vt Ierem. *cap. 6.* à minori vſque ad maiorem auaritiæ ſtudent, à Propheta vſque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum, & *cap. 56.* tamen tibi caueas in ſpecie de aliquo mala loqui, nam ſi conſcientia, eſt vir bonus, vir autem bonus non vellet de ſe mala dici, vtique etiam de alijs talia proferre non debes, permaximè cum & difficilis ſit probationis, num quis hoc vel illud contra conſcientiam agat, neque enim ad commiſſorum notitiam, ſolum ad opera reſpicere debemus, ſed etiam ad tempus, cauſam, voluntatem, perſonarumq; differentiam, *cap. occidit Phinees 23. q. 8.* non eſt hoc nudum intuendum, inquit Fab. *12. c. 1.* qualem cauſam vir bonus, ſed etiam quare & qua mente defendat, latius *infrà* de honoribus, de malo detractionis agetur, Pater Kontzen *tract. Daniel, aula ſpecul. cap.* 11. §. *2.* abdita eſt, inquit, cuiuſque voluntas, de cuiuſque conſcientia ex ſignis iudicant, cum autem nec facile bonus de malo ſuſpicetur malum, & malus facilè de bono iudicet, non ex vero ſed ex ſe alium quiſque cenſet. Cogitet igitur bonus & iuſtus, qui iuſtus eſt, & iniuſtè maledicitur, quod præmium illi reddetur, *cap. qui iuſtus* 11. *quaſt. 3.* temerarium iudicium non nocet ei qui iudicatur, ſed ei qui temerè iudicat, *cap. temerarium* 11. *quaſt. 3.* ibi omninò vide & aliquot cap. ſequentia, adde Cicer. *ad Lentulum,* dum inquit, illuſtratur nonnunquã alicuius amplitudo, hominum iniuria. Fœlix contumelia, inquit Sidonius 1. *epiſt. vlt.* cui finis gloria, quid igitur prodeſt, dicit S. Gregor. ſi omnes laudent, conſcientia accuſet, aut quid poterit obeſſe, ſi omnes nobis derogent, ſola nos conſcientia defendat atque protegat, mala cauſa eſt iniqua minus, quæ requirit miſericordiam, innocentia enim non eget miſericordia, ſed æquum deſiderat Iudicem, idem conſcientia animi nullius inuenit linguæ preces, quippè ſat habet fautorum, dicit Liuius, qui agit rectè aliqua in Viuio *deciſ. 467. n. 39. & ſeq.* ibi & probat, quod innocentia homines ſecuros faciat, & nihil mali verentes, teſte Ouidio:

Conſcia mens recti famæ mendacia ridet.

Vbi quædam pro innocentia ſpecialiter 4.
conſtituta refert, vnde pulchrè dictũ, rectè faciendo neminem timeas, nihil { temerè / timidè / tumidè } facias. Si Deus pro nobis, quis contra nos. Quis ei de ſeculo metus eſt, inquit S. Cyprianus *ſerm. 61.* cui in ſæculo Deus tutor eſt, quippe vbi Deus & bona conſcientia, ibi ſalua & recta ſunt omnia.

Accuſent te mille alij, mens conſcia recti
Stat tamen & nunquam Iudicis ora timet.

Et rurſus:

——— *hic murus aheneus eſto;*
Nil conſcire ſibi nulla palleſcere culpa.

O vita ſecura, vbi conſcientia pura. Secura mens quaſi iuge conuiuium *Prouerb.* 15. & S. Ambroſ. *in Offic.* Benè ſibi conſcius, inquit, non debet moueri conuitijs, nec æſtimare plus ponderis eſſe in alieno conuitio, quàm in ſuo teſtimonio, quia conſcientia iuxta Hugon. *de Anima, cap. 22.* eſt cordis ſcientia, cor enim & ſe nouit ſuâ ſcientia & multa alia, quando nouit ſe, appellatur conſcientia, quando præter ſe alia, nominatur ſcientia, conſcientiam magis quàm famam attende ſeu cura, falli namque ſæpè

Digitized by Google

ſæpe poterit fama, conſcientia nunquam Senec.lib.de morib.Cic.inquit, non nocent homini verba aliena, quem propria non accuſat conſcientia, & Boët.3 *conſol.*5. ſapiens bonum ſuum non populari rumore, ſed conſcientiæ veritate metitur, ſimile eſt eximij P. Rectoris Raij mihi tranſmiſſum dictum, de viro bono parum refert, quid vulgus referat; quippe innocentia, teſte S. Hieron. *ad Demetr.* inter ipſa tormenta fruitur conſcientiæ bono, & inter malignãtes, cum de pœna metuit, de innocentia gloriatur, virtus clarum, conſcientia ſecurum reddit, & iuxta S. Ambroſ. 2.*offic.cap.* 1. vitam beatam efficiunt, tranquillitas conſcientiæ, & ſecuritas innocentiæ, hinc rurſus Cic. 1.*offic.* benè ſibi conſcius inquit, falſis non debet moueri, nec æſtimare plus ponderis eſſe in alieno conuitio, quam in ſuo teſtimonio & in *Pſal* 1.8. ipſa obmuteſcit facundia, ait, ſi ægra ſit conſcientia, Paul. *ad Corinth.* 2. pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die & 2. *Cor.* 1. gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientię noſtrę, pulcher textus *in ca. inter vera* 11.*q.*3. & Prouerb. 13. Senec. *Epiſt. ad Lucill.* bona conſcientia prodire vult & conſpici, & vt idem dicit, ſecuritatis magna portio eſt, nihil iniqui facere, innocentia namque, commodis auctis anteferenda Apul. *lib.* 3. Aſin. abſoluta cuiq; excuſatio inquit S. Bernard. teſtimonium conſcientiæ, virtus antecedat, ait Senec. *vita beat.* 13. tutum erit omne veſtigium, benefactis ex conſcientia merces, Plin. *paneg.* & ſicut iniquus ſibi ipſi pœna eſt, ita iuſtus ſibi ipſi gloria S. Ambr. 1. *offic.* 12 & Cic. *in Epiſt. ad Marium*, multa conſolatio, conſcientia recta, & validior & melior; vacare culpa, inquit Mimus, maximum eſt ſolatium, ideo iuxta Plaut. *in Amphit.* qui non deliquit, decet audacem eſſe & confidentem, latius in Polianthea *verb. Conſcientia*, vnde haud pridem cuidam reſponſo typis mandato præmiſi, veritas premitur, ſed non opprimitur ideo.

Tandem bona cauſa triumphat,
Luctor & emergo.

Interim Innocentiæ defenſio, ſæpe multorum improbitate intercluſa reſpirat, Cic. 5.
pro Cluentio ſcitum eſt illud, virtus multum adijcit laceſſita, eapropter hominum iudicia ſpernere, magna, inquit Merlo, libertas eſt, & ab ijs pendere miſera ſeruitus, ſatis quoque miſerum eſt, quando ex imaginaria quadam opinione conſcientia efformata, quodcunque fere propugnatur, ſed ſicut ventus inanes vtres inflat, ita ſtultos homines opinio, conſcientia interim, niſi erronea (vti per Scacc. *d.ampl* 19.*nu.*59. vbi tamen & hoc late declaratur) deponi non debet, vti docent Canoniſtæ, & probatur in *cap. per tuas, x. de ſimonia*, quem text. allegat ad hoc Maſcard. *de prob. concl.* 36. *nu.* 18. omne enim quod non eſt ex fide peccatum eſt S. Paul. *ad Rom.* 14. quaſi dicat, omne id, quod non eſt ex conſcientia ſiue ſecundum conſcientiam & ita contra illam, peccatum eſt, quod & procedit non ſolum dum conſcientia recta, & vera, ſed etiam vbi falſa, vel erronea, vel dubia eſt, & ita prædictum declarat Pontifex *in cap. litteras, de reſt. ſpol. cap. per tuas*, 26. *x. de ſimonia* Barboſa *in cap. mouet*, 22. *q.* 2. *num.* 7. intellige igitur quod cõſcientia deponi non debeat in claris, vel in ijs quæ ſunt rationi naturali & iuri diuino conſentanea, ſecus in dubijs & perplexis, tunc enim conſultum erit, vt quis conſcientiam deponat, iuxta tradita per Scacciam *de comm. & camb.* §. 1.*q.*7.*amp.* 19.*nu.* 59. quippe qui agit contra conſcien-

Tt tiam

tiam, ædificat ad gehennam, *cap. omnes* §. *illud* 28. *q.* 1. ita vt etiam conſcientia erronea liget, vel ad ſui depoſitionem, vel ad faciendum id, quod illa ſuadet, D. Thom. *in* 1.2. *q.* 13 *artic.* 5. Menoch. *remed* 5. *retinend. poſſ. num* 768. ſed hodie quo quis melioris eſt conſcientiæ, eo facilius decipitur, ô bonæ conſcientię incauta ſimplicitas! Fab. *declam.* 19 quia aduerſarius.

Miſcuit omne nefas quem nulla modeſtia terret,
Optati compos dum ſtudet eſſe ſui.
Non decus auertit non lex diuina Poteſtas,
Præcipitem cæcus rapit ad omne furor.

CAPVT XIII.

De effectu & remorſu malæ conſcientiæ.

1. PVlchre Seneca *ad Lucillum* prope Deus tecum eſt, & intus eſt, ideo dico Lucille, intra nos ſpiritus ſedet, malorum bonorũq; noſtrorum obſeruator & cuſtos, hic prout à nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat, & Iſodor. *lib.* 2. *ſoliloq.* nulla inquit pœna grauior eſt pœna conſcientiæ, vis autem nunquam eſſe triſtis, bene viue, bona vita ſemper gaudium habet, conſcientia autem Rei ſemper in pœna eſt, numquam ſecurus Rei animus, mens enim malæ conſcientiæ proprijs agitatur ſtimulis, totum vitioſum geritur inquit Caſſiod. 7. *Epiſt* 32. vbi puritas conſcientię non habetur, ſcelerati cõſcientia obſtrepente dormire nõ poſſunt, Curt. *lib.* 6. mala conſcientia torquet & augit, & cum timida ſit nequitia, data eſt in omnium condemnationem, ſemper præſumit perturbata conſcientia, vide latius Sap. *cap.* 17. vnde Apoſt. 1. *ad Timoth* 1. inquit, finis Præcepti eſt charitas de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta, quod exponens S. Auguſt. *in Pſal.* 31. *in præfat.* ait, pro ſpe conſcientiam poſuit, ille enim ſperat qui bonam conſcientiam gerit, quem vero pungit mala conſcientia, retrahit ſe à ſpe & non ſibi ſperat niſi damnationem, vt ergo ſperet regnum cœleſte, habeat bonam conſcientiam, credat & operetur, quia quod credit, fidei eſt, quod ſperat, charitatis, hactenus Auguſt. timida res eſt, improbitas, ac ſuopte teſtimonio conuincitur, & arguente conſcientia nil boni exſpectat, iuſſiſti domine inquit S. Auguſt. *li.* 2. *confeſſ.* & vere ſic eſt, vt pœna ſibi ipſi ſit, omnis inordinatus animus, grauiſſimus enim eſt remorſus conſcientiæ, vermis ille nocte ac die rodit, recte igitur Iuuen. Satyr. 13.

Nos tu euaſiſſe putas quos diri conſcientia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo v rbere cedit
Occultum quatiens animo tortore flagellum.

Et probatur *Geneſ.* 4. & *Pſal.* 37. & S. Chryſoſt. peccatum inquit mentem flagellat, cor laniat, & quouis tortore grauius apprehendit, hinc Ouidius.

Multa miſer timeo, quia feci multa proterua
Exemplique metu torqueor ipſe mei.

Et ita animi improbi, conſcientiã malâ 2.
ſemper cruciãtur, tum etiam pœnę timore, quia aut afficiũtur, aut sẽper sũt in metu ne afficiantur aliquando, Cic. *de Finib.* & *rurſus pro Milone* magnam inquit vim conſcientiæ eſſe & magnam in vtramque partem, vt nihil timeant, qui nihil commiſerint, & pœnã ante oculos sẽper verſari putent qui peccarint, quocunque igitur perueneris, vitia te ſequuntur, hoc idem, cuidam quærenti Socrates reſpondit, quid miraris nil tibi peregrinationis prodeſſe? cum te circũferas, premit te eadẽ cauſa, quæ expulit, vnde inquit ne te quæſieris extra Perſ. *Satyr.* 1. & Propheta *Pſal.* 139 eripe me domine ab homine malo, id eſt, à me ipſo à quo recedere nõ poſſum, vti Iuriſcõſultus prouerbialiter dicit, *in l. licet, C. an ſeruus ex ſuo facto,* noxa caput

Digitized by Google

caput ſequitur, & Marcus Cato dicebat, nequiter factū ſemper durat, Reum ſequitur, ſi hic euaſerint dicit S. Ambr *Rom* 13. illic eos pœna exſpectat, vbi accuſante conſcientia ipſa, punientur, quod conteſtatur Ouid. hoc verſu.

Pœna poteſt demi, culpa perennis erit.

3. Nunquam æui ſenio delicta moriuntur, nunquam ſcelus obliuione ſepelitur S. Cypria. *lib.* 2. *Epiſt.* 2. & vt publ. Mimus dicebat, quotidie damnatur, qui ſemper timet ſupliciū, & rurſus ſe iudice ipſo, nemo nocens abſoluitur, multi ſceleris pœnam euaſerūt, inquit Seneca, conſcientiam ſceleris nemo vnquā vitare potuit, ita etiā in extremo Iudicij die de aperto libro conſcientiæ, omnis culpa, omne peccatum ante nos reducetur, & vnuſquiſq; cogente conſcientia, futurus quoque & accuſator & Iudex ſuus, *&* *Eccleſ.* 11. in fine hominis inquit, denudatio operū eius, vt mirū ſit quod peccetur in occultis, quod in aperto fieri nefas putatur, vel ob pudorem facere deſiſtimus, nā iuxta Senec. *ad Lucil. Epiſt.* 11. magna pars peccatorū tollitur, ſi peccaturis teſtis aſſiſtat, quo ſecretior culpa inquit S. Cypr. 2. *Epiſt.* 2. maior audacia eſt, quia peccator tenebras amat, propter Iudicia hominū ait Cæſarius *to.* 10. nullus eſt qui velit publice meretrices oſculari, & in ſecreto conſcientiæ noſtræ ſpectatore Deo luxurioſas cogitationes non ſolum ſuſcipimus, ſed etiam non paruas moras habere permittimus, ſed iuxta Poëtam.

Si quid forte facis, quod me ſpectante rubeſes
Cur ſpectante Deo non magis ipſe rubes.

Offenſum Principem vel hominem times & Deum iratum contemnis, grauius eſt Diuinam quam humanam offendere maieſtatem *Auth. Gazaros* C. *de heret.* ideo iuxta Poëtam.

Turpe, quod auſurum te ſine teſte, time.

Nihilominus plus timent humanam offendere maieſtatem quam Diuinam, *cap.* 3. *de Immunitate Eccleſiæ in* 6. at vero vt Mimus dicit, eſt profecto Deus, qui, quæ nos exercemus, audit, & vide quemadmodū interrogatus Thaletes Mileſius, nū lateret Deos homo iniuſte agens, ſed nec cogitās, inquit Diogenes Laert. in vita Philoſoph. & rurſus pulchre Senec. *Epiſt.* 84. ſic vere viuendum eſt, ait, tanquam in conſpectu viuamus, ſic cogitandum, tāquam aliquis in pectus intimum inſpicere poſſit, & poteſt, quid enim prodeſt, ab homine eſſe ſecretum, nihil Deo clauſum eſt, & S. Bern. *in ſerm.* 4. *de aſſumpt. B. M. V.* infernus quidam eſt, & carcer animæ mala conſcientia, de quo latius Fab. Iuſtin. *in Tob. verſ.* 10. *cap.* 12. *docum.* 10. *&* *cap.* 4. *verſ.* 6. *docum.* 2. vbi pulchre exornatur, quod pudor ipſe nos à peccatis deterreat, nam cōſcientia eadem & accuſatrix & teſtis eſt Philo *de decal. c.* 9. è contra innocētiæ tanta vis eſt, vt ab ea ignis ille refugiat innoxius, qui accipit à Deo hāc poteſtatem, vt impios vrat, iuſtiſq; obtemperet, exornatur in Viuio *deciſ* 467. *n.* 39. *&* *ſeq.* pulchre S. Aug. *in Pſ.* 31. quomodo mala conſcientia tota in deſperatione eſt, ſic bona conſcientia in ſpe, vt autem firmam conſcientiam acquiramus, bona opus eſt conſcientia, nam ſi conſcientia nos non reprehenderit, fiduciam habemus ad Deum, S. Iohan. *cap.* 3. qui vulnus habet dicit S. Auguſt. Medicinam requirit, medicina conſcientiæ eſt, emendatio vitæ, igitur conuerte te ait S. Auguſt *Pſal.* 44. ad puniēda peccata tua, quia impunita peccata eſſe nōpoſſunt, puniendū erit à te, aut ab ipſo, tu agnoſce, vt ille ignoſcat, vero verius eſt illud quod germani dicūt, Gott läſt das gute nicht vnbelohnt / noch daß böſſe vngeſtrafft / *Pſal.* 72. idcirco etiā lex peccatū inducens 4.

ſeruanda non eſt, neque habens ſcientiam rei alienæ vllo tempore præſcribit, vtrumque probat Gail. 2. *obſ.18.num.7.& ſeqq. & obſ.83.num.2.& 3.*

5. Porro in materia conſcientiæ & continente peccatum ius canonicum ſequimur Caball. mille, *q.620.* & paſſim DD. vide ſummam Angelicam *in verbo conſcientia quomodo & vnde formetur & in verbo Euchariſtia num.* 24. & conſcientiæ malam mentem & perturbationes Polyanth. *in verb. conſcientia & ſupra de clement. cap.* 2. & Damh. *in praxi crim. cap.159. num.13.& ſeqq.* Iuſtitia vero requiem habet inquit S. Hiero. *in Eccleſ.* iniquitas laborem, & exornatur *hoc & præcedẽs cap.* apud Fab. Iuſtin. *in Tobiam cap.3.v.3. document.* 1. nec non ſuccinctè fructus bonæ & malæ conſcientiæ apud Dominum Efferen *in manuali politico de ratione ſtatus ſeu idolo Princip. lib.2. punct.5.*

CAPVT XIV.

Quod forum Poli, foro fori conformandum ſit, & an lex & qualis obliget in conſcientia.

1. QVamuis S. Hyero. *ad Oceanum in Epitaph. Fab.* dicat, quod aliæ ſint leges Cæſarum, aliæ Chriſti, quodque aliud Papinianus aliud Paulus noſter præcipiat, prout refert Annæus Robert. *lib. 2. rerum iud. cap* 17. & vt dicit text. *in cap. etſi* 11. *q.3.* aliud eſt ſella terrena, aliud tribunal cœleſte, ab inferiore accipiet ſententiam, à ſuperiore coronam, & vt Plutar. *de virt. & vit.* inquit, beatus iſte nuncupatus in foro, at foribus domus (puta interioris vel conſcientiæ) apertis eſt miſerrimus, tamen pro explorato habemus quod Chriſtus non venit ſoluere, ſed potius adimplere iuſtas leges, & propterea quicquid lex humana iuſte ſtatuit, etiam ſecundum cõſcientiam dicitur Statutum vel ordinatum Tuſch. *lit L. concl.* 250. & proinde ſtante lege ciuili dici poteſt illud Maronis, Fas & iura ſinũt, id eſt diuina & humana iura permittunt, fas enim ad Deum, ius ad hominem referri tradunt non infimi nominis Iuriſconſulti, & propterea rectè vulgo dici valet, quod legitime & bene fit, reprehenſionem aut pœnam nõ meretur, *c. deinde diſt.* 26 *l. Gracchus C. de adul.* prout & illud quod iuris authoritate fit, rectè & legitime fieri dicitur *cap. quod dicunt.* 14. *q.4.* Iohan. Bapt. Frag. *de reg. Reſpub. Chriſtia. lib.2.§. 2. numer.* 282. vbi ex Martha *de iuriſd. p.4. caſ* 43. *num.* 28.*& ſeqq.* docet, quod leges ciuiles iuſtæ proximè vel remotè, omnem ſuam originem habeant, aut trahant à principijs diuinæ legis, & aliquando à Præceptis Decalogi, *vbi & in ſeqq.* defendit, ſtatuta Principum ſæcularium exheredantia filias ante 25. annum abſque conſenſu parentum nubentes, & reſoluit obiecta, dicitque non obſtare Concilium Trident. nam licet conſilium non requirat, non tamen reijcit conſenſum Parentum, vide ibi declaratum, ſi forte nubat magis digno, quam parentes dediſſent vel voluiſſent, facit ad prædictorum confirmationem præter tradita à Vaſq. *de ſucceſ. & vlt. volunt, lib. 3. §. 30. limit. 32. incip. ſextus caſus, num.* 36. quod ſanctiſſima res ſit, iuris ciuilis ſapientia. *l. 1. §. 3. ff. de var. cognit.* dicente gloſſa, quia præcepta eius concordant cum diuinis, quod enim ſanctione quadam ſubnixum eſt, id quoque ſanctum dicitur, etſi Deo non ſit conſecratum *l.9.§. proprie ff de rer. diui.* indiſtinctè autem tenendum putant, quod quicquid de iure canonico licitum & permiſſum eſt, in foro Iudiciali, cenſeri & permiſſum in foro conſcientiæ, alias

cano-

Digitized by Google

canones inijcerent laqueum, & peccarent facientes de iure licitum Bredenrod. *de appell. p.1. tit.20. §. an ab electione vel confirmatione appellari poſſit*, prædictis vero conſequens eſt, quod illud Hyer. accipi poſſit, quando vel agitur de peccato & rebus ſpiritualibus, vel quando in foro ciuili caſus eſt dubius Barboſa *in cap. 1. x. de nou. oper. nunc.* vel quando quæſtio ſecundum canones decidenda venit, de quo DD. *in d. cap. 1. & infra de iuriſd.* & Ferd. de caſtro *de virt. & vitiis diſp. 3 punc. 2. ſub. num. 4* docet, quod forum internum ſemper conformari debeat foro externo, quando externum falſa non nititur præſumptione, imo quando de rebus ſæcularibus agitur, canones ſeipſos iuri communi ſubijciunt, *cap. cum ad verum diſt. 96.* è contra iura ſpiritualia & ſacramentalia Iure poli & non fori determinanda ſunt, vti in matrimonio pulchre, licet pro & contra arguat, Luc. de Pen. *in l. mulieres, num. 5. & multis ſeqq. C. de incol.* imò habeo in facto, quod docet Alex. *conſ. 167. num. 6. vol. 2.* ſi contingat cauſam tractari coram iudice Eccleſiaſtico, quæ poterat tractari coram Iudice ſæculari, tunc quoad appellandum, & an appellatio procedat, attenditur ius cano. & non ciuile, quia iſtud videtur concernere ordinem Iudiciorum, ideo attendi debet ius loci, in quo cauſa tractatur per iura ibi allegata.

2. Prædictorum ratio colligitur ex ijs, quæ tradit Scaccia *de comm & camb §. 1. q. 7 p. 2. amp. 19. num. 6 & ſeqq.* vbi licet ponat differentiam inter legem poſitiuam & humanam, & legem naturalem & diuinam, tamen *num. 14. & ſeq.* docet, quod lex humana non differat à naturali, niſi prout differt pars à toto, genitum à generante, fundatum à fundamento, omnis enim lex conſiſtit ex ratione, nam legis anima eſt ipſa ratio, ita vt lex procedens ab opinione hominum & non à ratione, non ſit lex *& nu. 47. & ſeqq.* quod & lex humana iuſta obliget in conſcientia, ſiue in foro interiori id eſt, animæ, ibi DD. allegantur, & quia docta ſunt, quæ ibi diſtincte explicat, ideo breuitatis cauſa ad eum fit relatio, *& nu. 57.* quod vbicunque lex poſitiua habet concurſum legis ſeu æquitatis naturalis, ſeruanda eſt etiam in foro conſcientiæ, & ſic leges poſitiuæ ſeruandæ ſunt, quando non occurrit æquitas naturalis in contrarium, *& num. 68.* pulchra reperitur diſtinctio, quod lex poſitiua, quæ inhabilitat perſonam ad contrahendum, obliget & in foro pœnitentiæ & conſcientiæ, & ex tali reprobato conſenſu in nullo foro oritur obligatio, cum ſic non ſuper præſumptione, ſed ſuper veritate lex poſitiua diſponat, *& num. ſeq.* dicit, ſecus eſſe reſpectu ſolemnitatis à lege requiſitæ, vide illata ſed non per omnes accordata, Felin. quoque *in cap. canonum ſtatuta, nu. 47. de cōſt.* docet, quod canones & leges ſint ſeruandæ in conſcientia, quatenus non ſunt contrariæ legi Diuinæ, quodque ille qui lege humana excuſatur, non peccet in conſcientia, *& num. præced.* de pœna in conſcientia debita adde eundem *in ca. non concupiſ. d. tit.* an veniens contra legem peccet & vnde cognoſcatur lex præcepti, & Couar. *in cap. peccatum par. 2. §. 2. de reg. iur. in 6.* exacte tractat an lex pœnalis humana obliget in conſcientia, ibi & de iure Principis in exigendis tributis, declara quod pœnæ ante vel poſt ſententiam non debeantur in conſcientia antequam exigantur Barboſa *in cap. 1. num. 6. de præſcrip. in 6. & in cap. delicto de ſent. excom. in 6* & hanc opinionem ſibi videri probabiliorē dicit Iohan. Bapt. Fragoſus

goſius *de Reg. Reipub. Chriſt lib.* 5. *diſp.* 13. §. 8. *nu.* 187. *& ſeq* ex Menoch. *de arbitr. caſ.* 260. *n.* 37. *& ſeq* & ita plus docet quã Couar. tradens, quod pœnæ conuentionales nõ debeantur in cõſcientia antequã exigãtur, prout *& lib.* 5 *diſp.* 12. §. 3. *n.* 88. docet. quod Officiales à tranſgreſſoribus. pœnas exigentes ante ſententiã, peccent contra Iuſtitiã, niſi habeant rationẽ dãni illati *vide in ſeq.* præter plurimos DD. pro & contra relatos in Garcia *de benefic. p.* 11. *c.* 10. an committens delictũ, ob quod priuatur ipſo iure & facto beneficijs, teneatur illa ante vel poſt ſententiã dimittere, & Cothom. *vol.* 2. *reſp* 63. *n.* 62. *& 63.* conſtituẽdo differentiã inter actiones pœnales & rei perſecutorias, dicit, quod quis pœnam debens. nõ peccet ſi eam ſoluere negligat, in pœnis n. nihil alteri abeſt ac propterea illæ nõ. hæ autem præſcribi poſſunt cum mala fide, nã qui debet, etiã ſcire debet, hoc ſolui debere & quidẽ ſpontè, & nota caſum ſimilem in Scaccia *d ampl.* 19 *n.* 159. vbi docet, quod bona confiſcata à lege delinquens tuta conſciẽtia poſſit retinere, dummodo dicit, nõ ſit condẽnatus per ſentẽtiã iudicis, vbi hæc declaratio perhibetur cõmunis, ſed tamen eſt contra illud, quod cũ allegatis docuit Barboſ. *d. loco* rurſus ipſe Scaccia *d. ampl.* paſſim multa de effectu taciti cõſenſus in præſcriptione quid efficiat, declaratur quoq; ibi an & quomodo & quãdo pœna & quę debeatur ante vel poſt ſententiã in conſcientia, *& n.* 103. *&* 124. *& ſeq.* quod Aduocatus teneatur reſtituere, NB. ꝙ ex iniuſto patrocinio, vel vltra id quod iuſtum fuit, accepit, & plura ibi paſſim de reſtitutione, & quando facienda vel non *& n.* 114. *& ſeq.* de relictis in minus ſolenni teſtamento. an in conſcientia debeantur, diſtincte reſoluit Cagnol. *in l. quod à quoquã pœna nomine ff. de regul. iur.* pęna in conſcientia an debita retineri poſſit, & exornatur ac declaratur per *ca. fraternitatis* 12. *q.* 2. quo me breuitatis cauſa remitto, diſtincte quoque Vaſq *de teſtatoris potentia li.* 1. § 10. *n.* 660. *& ſeq.* an & quando lex ciuilis obliget in conſcientia vel nõ, & quid in dubio facere intelligatur, & præterquã de relictis ſiue tranſlatis in alium pœnæ nomine late agat Aluar. Valaſ. *to.* 2. *conſult. & rerũ. iud. ca.* 174. *per tot.* ibi & quod valeant, & in omnibus caſibus à teſtatore appoſitæ exigi poſſint niſi in tribus, quando pœna adiecta aliquid continet impoſſibile & legibus probroſũ, vide plura ibi & Cœuall. *in com. opin. contra communes q.* 687. an pœna legalis & conuẽtionalis in foro conſcientiæ exigi vel ſolui debeat, & ibi quid obſeruetur, & diſtincte de pœna legali, eiuſdem effectu, & late tractat; Ferd. de Caſtro. *de virt. & vitijs tr.* 3. *de pœna legali & irritante punc.* 1. *&* 2. adde Barboſ. *iunctis ijs quæ tradit, tr. Ax. iur. vſufreq* 178. *de clauſula ipſo iure & facto, ibi num.* 3 dicit, quod lex ex ſubiecta materia cenſeatur per dictiones iſtas velle obligare in conſcientia ante ſententiam ibi DD.

Ego in caſu mihi propoſito reſpondi, ex Gramm *deciſ.* 15. *n.* 17. *& ſeq.* quod etiam in notorijs delictis & rebellionibus requiratur cauſæ cognitio & ſentẽtia declaratoria, alias dicit pœnam exequi non poſſe, & ita omnia Iura mundi ſeruare, & hoc de bonis hæreticorum ipſo iure confiſcatis tradit Mynſ. 2. *obſ.* 43. cæterũ de pœna à teſtatore adiecta, an in conſcientia debeatur & alia de pœnis Couar. *de matrimo. p.* 11 *c.* 6. §. 8. de cõtrahentibus inceſtas nuptias. ibi paſſim de pœnis, & latius Bonac. *de ll. diſp* 1. *q.* 1. *in punc.* 7. §. 1. vtrũ lex humana obliget in conſcientia *& in ſeq.* quid ſi ſit pęnalis, quid ſi ſit iniuſta *&* 3.

de

Digitized by Google

de peccat. diſp. 2. *q.* 4. *punc.* 6. adde eundem *de cenſur. in bulla cœnæ contentu diſp.* 1. *q.* 16. *ſect.* 2. *punc.* 2. vbi licet recte dicat, ꝙ ſtatuta & decreta contra libertatẽ Eccleſiaſt. irrita ſint, tamen, *n.* 5. 11. *& ſeq.* tradit, quod & Eccleſiaſtici ex vi directiua teneantur ad ſeruandas leges Principum ſæcularium, quando ratio naturalis & æquitas ſuadent vt ab omnibus ſeruẽtur, aut quoties Eccleſiaſtici intendũt ſibi laicos cum quibus cõtrahunt, obligare, quod nuper Thetice in quadã cauſa deductũ & à duobus ICtis probatum at non recte accommodatum fuit, vide namq; Bonacin. & ibi remiſſiue quod Laicus nõ poſſit clericos cogere, & Gutier. *in q. Cano. li.* 1. *c.* 7. *n.* 18. *& ſeqq.* an lex obliget ſub peccato mortali & Vaſq. *de ſucceſ. progreſſu li.* 3. § 30. *n* 86. *& ſeqq.* vbi egregie explicat, quando lex liget iure poli vel fori, cuius doctrinã nuper in caſu, de quo *infra de Iuriſd ca.* 5. imitatus, nolui requiſitus approbare mulctam ruſticis indicendam, nam dicit, quod omnis lex prohibitoria eſt nociua, quatenus noſtram libertatem, iure naturæ & gentium conceſſam reſtringat, quod vtiq; & coacti ad vnũ molendinum dicent, licet alia & maior fuerit ratio de qua *in d. cap.* 5. dictum fuit, item de legis poſitiuæ poteſtate circa legem naturalem & diuinam vide Sarmien. *li* 2. *ſelect. interprat. c.* 14. Zaſ. *in l. omnes populi nu.* 13. *& ſeqq. ff. de Iuſti & iure* cum communi docet Vaſq. *li.* 4. *contr. c.* 7. quod lex ciuilis obliget in foro animæ & ibi de pœnis, an in conſcientia debeantur, idem, *d. li.* 4. *c.* 10. paſſim an leges obligent in conſcientia, an tutus ſit in conſcientia, qui habet aliquid citra ſolennitatem legum acquiſitum, forte ex teſtamẽto, legato & contractu non ſolenni, & exornatur de legis poteſtate, & quod ſecundum eam Iudicari debeat, apud Luc. de Penna *in l medicos, C. de profeſſ.* idem de conſcientia, aliqua pulchra *in l. omnia n.* 6 *& ſeq. C. de cond. in publ. horreis*, vnde miratus fui quandoque, poſito quod lex iuſta obliget in conſcientia, & quod forum poli conformari debeat foro fori, nihilominus tanta ſit altercatio inter DD. an hæredes inſtituti in teſtamento minus ſolenni, vbi de teſtatoris voluntate conſtat, ſint tuti in conſcientia, retinentes bona ſibi relicta, eoſdẽ tutos eſſe docent Caualc. *p.* 3 *deciſ.* 21. *n.* 64. *cum DD. ibi alleg.* ſi non fuerit oppoſitum per hęredes ab inteſtato nam ſi hi petant hæreditatẽ ab inteſtato alijs in minus ſolẽni teſtamento relictam dicit, & hoſce poſſe petere & retinere eandem, licet hæres ſcriptus habeat volũtatem defuncti pro ſe, plenius ibi, & de legatis idem docuit Iaſon. *vol.* 3. *conſ* 67. *n.* 20. *& ſeq.* Menoch. *li.* 1 *praſ. q.* 80. vbi reſpondet ad argumentum Molinæ, & videmus indies illa bona peti & contra ſolennitatẽ teſtamenti diſputari prout & varie diſputatur, an legata in minus ſolenni teſtamento relicta, hæres pſtare teneatur apud Vaſq *de ſucceſ. progreſſ. d.* § 30. *n.* 29. *& ſeq. imò* § 18. *n.* 91. *allegat textum,* ꝰ. *& quia Inſtit. de fideicommiſ. hæredit.* ad hoc, ꝙ Pagani teſtamentum ſuſtineatur ſine vllo teſte ex pſumpta voluntate teſtatoris, *l fin. C. de fidecom.* ſed vide de intellectu *& l.* 2. *C. d tit.* Gaſp. Ant. Theſaur. *li.* 2. *q.* 97. & licet quoq; late defendat Magon. *deciſ. florent.* 58. quod legata in minus ſolenni teſtamento relicta debeantur, dum naturaliter ſaltẽ debentur iuxta Nicol. Euerh. *iun. vol.* 2. *conſ.* 18. attamen non deberi docet Fuſar. *conſ. vlt. vol.* 32. *n.* 6. *&* 7. ibi & de intellectu dictorũ iurium, ſequitur allegatos Couar. & Clar. Franciſ. de Barri *tr. de ſucceſ. teſta. & inteſta. li.* 10. *tit.* 12. limitat niſi legatũ eſſet perſonæ multũ dilectæ relictũ, quod ſequitur Arnold. de Reigier. *in Theſauro iur lit. A. verb. Amicus, latius* Matheſil. *ſing.* 41. *in addit verb.*

Digitized by Google

coniuncta perſona; Hyero. *de Laurentijs. deciſ.* 136 & Gaſp. Anton. Theſaur. *li.* 2. *q.* 8. *in fin.* & Nicol. Euerh Præſes *conſ* 88. *nu.* 8. *& ſeq.* vbi illo caſu valet relictum, quodque affectio ſanguinis habeat vim clauſulæ codicillaris.

4. Verum principalis quæſtio diſputatur apud Scacciam *de com. & cambio* §. 1. *queſt.* 7. *amp.* 19 *num.* 114 *& ſeq.* vbi excipiendo piam cauſam dicit, quod ex teſtamento minus ſolemni, non oriatur obligatio naturalis, quæ pariat ius excipiendi, ſiue vt aliqui dicunt, legatum retinendi, non tamen petendi vide ibi quia dicit priorem opinionem procedere, vbi hæres eſſet certus de voluntate teſtatoris aliundè, quã ex teſtamento, ſed vt alibi dicit Vaſq. nullus tenetur admittere probationem illegalem contra ſe, vide Zaſ. *in l. omnes populi num.* 17. *&* 18. *ff. de Iuſt. & iur.* quod forum contentioſum & conſcientiæ, quatenus vtrumque ad ea, quę iuſta ſunt, contendit, non differant in radice, hoc, ſi rectum eſt, nunquam, illud vero ſæpe fallitur, vnde ſi teſtator ſine dolo & fraude coram duobus teſtatus fuerit, hoc teſtamentum in foro conſcientiæ non cadit, nec eſt contra legem quæ 7. teſtes requirit, lex enim fraudem cauet & dolum, ſed quia legi non conſtat, an fraus ſubſit vel non, ſed ſoli conſcientiæ, lex in ambiguo benè facit, mutando & caſſando hoc teſtamentum, in quo conſcientia non bene faceret, vnde & videtur quod Zaſ. eandem quam Scaccia tenet opinionem, ſi conſtet, de veritate, niſi dicas, quod Zaſius requirat quod legi conſtet puta per legitimum teſtium numerum, nam ſiue hic aut ille ſciat, propterea lex non ceſſat neque ratio legis DD. allegat Scaccia *de comm. & camb.* § 1. *q.* 1. *num.* 500. quod tamen ipſe *in ſeqq.* non ſequitur vel ſaltem declarat, vti *& num.* 541. *& ſeqq.* quod lex ciuilis obliget in conſcientia quoad ea, ſuper quibus lex non præſumptiue ſed certitudinaliter diſponit, prout in caſu propoſito præſupponitur, quod fraus non fuerit commiſſa, ad quam auertendam lex plures teſtes in teſtamento requirit, vnde videtur in conſcientia tutus, qui certus de voluntate teſtatoris ex teſtamento minus ſolenni detinet hæreditatem, & ſic teſtamentum extra Romanum Imperium, ſecundum ius gentium factum valere, teſtatur quoque Zaſ *in l. ius Ciuile num.* 14. *& ſeqq. ff. de iuſt. & iure,* quibus & alijs adductis per Manticam, alijsque attentis, hæc quæſtio eſt valde dubia, vnde iuxta tradita ſuperius de dubijs, poſſet dici tutus in conſcientia, qui petit & reſpectiue retinet legatum in minus ſolemni teſtamento relictum, vide tamen DD.

Non minus controuerſum eſt apud DD. 5. an emens & vendens plus minuſue pretio, ſi illud non excedat dimidium, ſit tutus in vtroque foro, de quo agit Scaccia *d. tr.* §. 1. *q.* 7. *p.* 2. *Amp.* 10. *vbi num.* 51. *& ſeqq.* plures caſus diſtinguit, quoad forum fori habemus *text. in l.* 2. *Cod. de reſcind. vend.* cui iunge *l. in cauſa cognitione*, §. *idem Pompon. ff. de minor.* vbi dicit Iuriſconſultus, quod naturaliter liceat ſe circumuenire, quam l. accipit de dolo, qui re ipſa committitur Fred. Martin. *de cenſib. cap.* 6. *num.* 65. *& ſeqq.* pro quo eſt pulcher *text. in l.* 22. §. 3. *ff. locati*, in verb. & ita ſe inuicem circumſcribere, ſcil. naturaliter in ipſis rebus, & pulchra verba in Nouell. 97. *ca.* 1. ibi, non enim aliter Iuſtitiæ & æquitatis ſeruabitur ratio, ſi negotiatiue alterutros circumueniant, vnde quoque induci videtur, quod dolus non quantitate pretij de iure ciuili, ſed qualitate facti æſtimetur, *l. do-*

Digitized by Google

l. Domus C. de reſcinden. vendit. quod autem in foro Poli, deceptio vltra dimidium non procedat, docet Damhaud. *de ſubhaſt. cap. 5 num. 22. & ſeqq.* adde Viuium *deciſ. 160. num. 8. & ſeq.* ſed hæc quæſtio pro & contra à DD. allegatis diſcutitur apud Scacciam *de commer. & camb. §. 1. quæſt. 7. ampl. 10.* vbi ſi placet plenè videbis, vti & Auguſt. Merl. *in ſuo Empor. p. 1. tit. 9.* hanc quæſtionem tractat ex mente Theologorum, Canoniſtarum & Legiſtarum, porro dicit Karpzouius *p. 1. Conſtit. Saxon. 1. defin. 8.* hoc axioma Legiſtarum, quod contrahentibus ſe inuicem decipere liceat, malè intellectum detruſiſſe multos in ignem ſempiternum.

Concluſiue vide Scacciam *de comm. & camb. §. 1. q. 1 ibi num. 19. & ſeq.* exactè tractat in quibus debeamus Canoniſtas, Theologos & Legiſtas ſequi, vbi *num. 28. & ſeqq.* per aliquot concluſiones tradit, quid Theologus in foro cōſcientiæ obſeruare debeat, & præter Marant. *in ſpec. p. 3 num. 73. & ſeq.* adde Vaſq. *de ſucceſ. & vlt. volunt. lib. de teſtat. potent. §. 10. n. 648. & aliquot ſeqq.* vbi multa notabilia in praxi, & declarantur comitia & ordinatioes Regni Hiſpaniarum, vide ad eum, & aliqua etiam in Luc. de Pen. *in l. medicos, C. de profeſſ.* quando Canones & quando Leges ſequamur; & ibi de dictis ſanctorum Patrum, imò ſi lex aliquid præſumat, licet aliqua vrgens coniectura ſit in contrarium, non peccamus, ſi nos conformemus diſpoſitioni Iuris, Mattheſil. *ſing. 157. in annot. num. 8.*

CAPVT XV.

Forum Poli à Foro Fori in multis diſcrepare.

1. VTriuſque Iuris Canonici & Ciuilis diſcrimen accuratè exprimit Medina *in Introductorio*, quod Ius Cæſareum componat pacem in Republica exteriori, Ius vero Pontificiale in Republica Chriſtiana & Eccleſiaſtica, ita vt Ius Theologorum doceat bene & fœliciter viuere in ordine ad Rempublicam cœleſtem, & hoc modo eiuſdem incunabula referre poſſem ad illud *Actuum Apoſtol.* Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis; &c. At multos caſus in quibus forum poli & forum fori inter ſe diſcrepant, vide relatos in Iaſone *in §. ſed iſtæ, Inſtit. de action.* & Iacob à Canib. *de execut. vlt. volunt.* enumerat quindecim caſus, in quibus quis de iure poli teneatur ad reſtitutionem, licet ſecus ſit de iure fori, item in foro conſcientiæ boni & æqui non conuenit diſputare de apicibus Iuris Viuius *lib. 1. deciſ. 160. num. 10. & 11.* ſicut & lex ciuilis in materia ſpirituali pręſumptionem inducere non poteſt, Vaſquius *lib. 2. controu. cap. 85. num. 18* addo hic iſtam quæſtionem, quam nuper controuerſam fuiſſe ſcio, an ab illo, qui creditur peieraturus, iuramentum quis exigere poſſit in foro poli, quæ quæſtio reſoluitur affirmatiuè, ſi iuſta cauſa adeſt, ex Bonacin. *ad ſecundum Decalogi Præceptum diſput. 4. punct. 11. quæſt. 1.* latè Cardin. Tuſch. *lit. L. concl. 277.* in quibus caſibus lex ciuilis præualeat legi canonicæ, & è contra, in merè temporalibus lex præualet canoni, Bald. *in Auth. priuilegia, num. 3. Cod. de SS. Eccleſ.* & in his habet plenitudinem poteſtatis Mar. Socin. *conſ. 68. num. 8.* ita etiam vt & leges à iure canonico deuiantes, (dummodo nō contineant peccatum) ſint in ſuo foro ſeruandæ, *cap. non ſine de arbitr.* Decius *in cap. Sanctæ Mariæ, num. 110. x. de conſtit.* neque lex Pontificia poteſt abrogare legem Principum, ſi eſt temporalis, non concernens animarum periculum Bellarm.

Digitized by Google

tom.1.p.3.contro.general. lib.5.cap.4. adde tradita per DD. & Dec. *in cap. Clerici, x. de iudic.& cap.1.de noui oper.nunc.*

2. Mirum autem non eſt forum interius & exterius, ſiue forum poli & fori difformiter quandoque diſponere, ita quod in illo licitum eſt, hic non ſit licitum, & è contra, Scacc. *de comm. & camb.* §.*1.q.7.p.2. ampl. 19.num.*1. *& ſeqq.* vbi *num. 59.* docta ſunt de conſcientia dubitante, an quia obligat, deponenda ſit, & quomodo, perſæpe etiam in ſcholis ac in praxi audiui dici, quòd in ijs caſibus, vbi de peccato agitur, ſequamur Ius Canonicum, cũ tamen & Ius ciuile & legiſtæ peccata prohibeant, ſed ad alium finem, ſicut Ius ciuile, non vti reſpiciens ad ſalutem æternam, ſed ad Reipublicæ tranquillitatẽ, ſceleratis hominibus è medio ſublatis vel alio modo caſtigatis peccata prohibet, at verò lex Pontificia, vel Eccleſiaſtica peccatores è medio non tollit *cap. inter hæc 33. quæſt. 2.* ſed ad pœnitentiam ſalutarem vocat, aliquando etiam cogit, vti ex S. Auguſtini ſententia in ſuis Politicis docet Lipſius *lib.4. cap.2.* ibi & Additionator comprobat à ſimili. Si enim Magiſtratus politicus poteſt legem pœnalem contra adulteros, fures, & ſimiles ferre, eosquè punire, & ita cogere ne faciant malum, quidni & ita cogi quis poſſet ad bonum vel eius exercitium? quando autem quis cogi poſſit vt honeſtè viuat, & quæ Iudex in foro contentioſo attendat, vide Zaſium *in l. iuſtitia num. 17. ff. de iuſtit. & iur.* vbi & *num. 9.* oſtendit, quod & quomodo ius varietur, ſecus iuſtitia, quippe ius à iuſtitia vel ad eam plus vel minus recedit aut accedit, iuxta Legiſlatorum & temporum conditionem, & diſſolutis contrarijs docet Dominus Effeten *in Manual. polit. de ration. ſtat. ſeu idol. Princip. lib. 2. punct. 9.* quod libertas conſcientiæ ſeu Religionis non ſit concedenda in Republica, iuncto *cap. ad fidem 23. quæſt. 5.* vide pulchra *in cap. 1. & ſeq. 23. quæſt.6.* dum igitur dicitur quòd in caſibus in quibus de peccato agitur ius Canonicum ſequamur, putarem ego hoc ipſum intelligi, dum agitur in foro conſcientiæ vel de peccato ſalutem animæ concernente, & ita intelligerem quod tunc & denunciationi Euangelicæ locus ſit, quæ qualis ſit, quando locum habeat, vide apud Marant. *in ſpecul. p. 6. tit. de denunc.* quæ eſt modus perueniendi ad iudicium *num.4.& 5.* vbi dicit, quòd ad hanc denunciationem recurrimus, cum aliquis indebitè aliquam rem contra conſcientiam & cum peccato detinet, cuius doctrinam volui ſemel in cauſa aliqua, poſt latam ſententiam coram Iudice Eccleſiaſtico tractare, ſed quia cauſa fuit ciuilis, non fui admiſſus, ratio repulſæ fortè erat, quòd Iuſtitia contractus diſcernatur à Iuriſconſultis, Scaccia *de commer. & camb.* §.1.*quæſt.1. num. 26.* ſic enim ſtante ſententia pro aliquo pro eo præſumitur, & pars vincens non cenſetur rem ſibi iudicatam tenere cum peccato, aliud eſt de peccato cognoſcere in foro conſcientiæ & in foro contentioſo, in foro conſcientiæ attenditur ad veritatem facti, & creditur pœnitenti de omnibus, *cap. ſignificaſti, de homicid.* adeo vt ſi pœnitens habeat aliquem caſum, & confeſſor teneat partem damnantem, at verò pœnitens teneat partem liberantem, tunc ſi pro ipſo pœnitente ſint Doctores, huius ſententiam propugnantes, non teneatur adhærere opinioni confeſſarij, nec ei parere, nec poterit confeſſor ei abſolutionem negare, imò potius iubere debet, vt ſe iſti opinioni vel ſententiæ conformet Ioan. Medina *de confeſſ.*

Digitized by Google

ſeſſ. tract. 2. quæſt. 2. in fin. quia idem opus quatenus eſt contra conſcientiam vnius ſic eſt peccatum, quatenus verò non eſt contra alterius conſcientiam, ſic non eſt peccatum, cuius rei mirabile exemplum habes apud Cæſareum Heiſterbach *Ordinis Ciſtercienſis relato in ſuo libro illuſtrium miraculorum lib. 9. de Euchariſt. cap. 38.* in foro fori, è contra, lex ciuilis nõ prohibet omnia mala ſimpliciter, ſed ea duntaxat, quæ politicæ ſunt contraria vetare ſolet, proindeqúe in dandis legibus legiſlator conſiderare debet, quòd non det optimam ſimpliciter (ſic enim Euangelicam præſcribere deberet) ſed optimam politicè, pro perſonarum locorum, temporum ac rerum qualitate, & circumſtantijs, hoc autem modo ſi lex deuiet ad aliquid, quod in ſe malum eſt, & continet aliquem defectum, non dicitur mala ſed conuenientiſſima, quia conuenit fini & ſtatui politico; ita quod medicamenta mortis, hoc exhibent iura negotijs vide *infra de tempore*, & Platon. *lib. 16. de regn.* alias ratione peccati etiam venialis laicus ſubijcitur iudicio Eccleſiaſtico, Barboſa in *in cap. nouit, num. 5. x. de iudic.* De quo peccato loquitur S. Auguſtinus: Nolite contemnere venialia, quia minima ſunt, ſed timete, quia plura: plerumque enim beſtiæ minutæ multæ necant: nunquid minutiſſima ſunt grana arenę? ſed ſi arena amplius in naui mittatur, mergit illam vt pereat? quam minutæ guttæ pluuiæ, nonne flumina implent, & domos deijciunt? timenda eſt ergo ruina multitudinis, etſi non magnitudinis, quod autem differentia ſit inter peccata venialia & mortalia omnium Catholicorum eſt ſententia, quam multis propugnat Bellarmin. *tom. 4. controuerſ. 2. generali lib. 1. cap. 3. & multis ſeqq.*

CAPVT XVI.

De Effectu & in conuenientijs ex prouenientibus ex Iniuſtitia.

Dvo ſunt Pronomina, Meum & Tuum, 1. quæ otium humanum turbant, & ſunt inuenta propter iniquitatem *cap. dilectos 12. quæſt. 1.* Propter meum & tuum, inquit Seneca, noſtri eſſemus, ſi noſtra non eſſent. Vnde bella, inquit S. Iacob. 4. & lites in vobis? nonne ex concupiſcentijs veſtris, quæ militant in membris veſtris, vide *parte 2. de munerum accept. cap. 3.* ſi meum concupiſcas & iniuſtè accipias, peſſimo eris loco, quippe vulgatum eſt illud: Non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, de quo vide DD. *in cap. peccatum de regul. iur. in 6.* neque putes hoc ſolum intelligi de ijs, qui crumenam fortè vel alia bona auferunt, rapiunt vel eripiunt, ſed etiam de ijs, qui hodie debita liquida non ſoluunt, qui iniuſtè detinent aliena, & generatim de omnibus ijs, qui contra iuſtitiam commutatiuam verè aut virtualiter agunt, quod latius explicat Barboſa *in d. cap. peccatum,* vbi quoque explodit vulgi opinionem, dum credit, quòd ob dilationem reſtitutionis ab hærede faciendam, anima in Purgatorio detineatur. Caueant igitur quotquot ſunt Chriſtiani, ne aliquo modo contra Iuſtitiam peccent, quippe iuxta Admodum Reuerendi Patris Rectoris Ray mihi tranſmiſſam ſententiam, propria rapuit qui aliena rapuit; conformiter S. Leo *epiſt. 54.* propria perdit, qui indebita concupiſcit, vnde rectè Caſſiodor. *9. epiſt. 15.* Abſint, inquit, noſtro ſæculo damnoſa compendia, nam vt dicitur prouerbialiter: Alij diuidunt propria & ditiores fiunt, alij rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt, item

Digitized by Google

Prouerb.28. & *Eccleſ.14.* Qui aceruat ex animo ſuo iniuſtè, alijs congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur, & *Eccleſ. 5.* Diuitiæ malè acquiſitæ, generant filium qui in ſumma egeſtate erit, & plura ibi. vnde rectè vulgo dicitur:

De malè quæſitis non gaudet tertius hæres.

Item:

Quas hominis congeſſit opes induſtria auari
Heredis ſparget prodiga dextra mali.

Et Germanicum Adagium:

Wer eylet nach frembden Gut /
Auff dem wartet Armut.

Atque vt Mimus inquit: Iniqua nunquam retinentur imperia diu,&c. Nunqnid videmus, quorum Parentes multa bona per fas & nefas (nam reuera magnæ, præſertim repentinæ diuitiæ, vix aliter acquiri ſolent, vnde perbellè applicare poſſumus illud Curtij *de rebus Alexand. lib.4. cap.2.* cauſa illis paupertatis,ſicut pleriſque probitas erat) congregarunt, liberos eorumdem ad egeſtatem redactos, qui infœlici exitu docuere ſcelera non eſſe diu fœlicia, ſicut in magnis voluiſſe pulchrum aliquid,eſt laus, ita è contra voluiſſe malum, eſt improbum, quod ſtatim pœnam ſecum trahit, prout latè exornatur apud Damhaud. *in praxi crimin. cap.159. num.13. & ſeqq.* Qui enim nocet,ait Apoſtolus,recipiet illud quod nocuit, *cap.Secundum 11. quæſt.3.* & ſicut illi, qui poſt extinctam ſitim bibunt, & edunt poſtquam fames ſublata fuit, vna euomunt quæ eſurientes & ſitientes ingeſſerant, ita qui iniuſta appetunt & acquirunt, ne neceſſaria quidem retinent diu, vehementer autem infrenis eſt,inquit S. Cyprian. *de ſingul. cleric.* cui non incutitur timor alio pereunte,quippe plus quàm verum eſt illud Poëtæ:

Sæpe mali florent, ſed poſt ea gaudia, plorant.

& iuxta Plaut. Malè parta malè dilabuntur, Vnde egeſtas à Domino in domo impij, *Prouerb.3.* & ab iniuſtitia plerumque procedit, Lucas de Penna *in l. meminimus, ſub num.16. Cod. quando & quibus quarta pars, &c.* & eorum diuitiæ iuſtis theſaurizantur, *cap. quemadmodum, 23. quæſt.7. Prouerb.13.* Numquid igitur pulchrum eſt fugienda conſpicere in alieno malo, nimium præceps eſt, ait S.Cyprianus, *de ſingul. Cleric.* qui tranſire contendit, vbi alium conſpexerit cecidiſſe, & Caſſiodorus *7. part.2.* Cautum debet facere,non ſequacem, error alienus. Et rurſus, inſtructus redditur animus in futuris, ait, quando præteritorum commouetur exemplis. Vnde verſus:

Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum.

Et Publ. inquit: Fœliciter ſapit,qui alieno periculo ſapit, vt quod alijs fuit ad ruinam, ſibi ſit ad cautelam, & ex vitio alterius ſapiens emendat ſuum: Verum adhuc hodie vſu venit, de quo conqueritur Eccleſiaſt. *cap.26.* In duobus, ait, contriſtatum eſt cor meum, & in tertio mihi iracundia aduenit, vir bellator (puta hodiernos milites, nempe gregarios, quia alij opibus & pecunia abundant: inhoneſtum autem eſſe dicit Text. *in cap. decimas quas in vſum, in fin. 16.quæſt.7.* quod aliqui habeant, alij vero detrimentum patiantur) deficiens præ inopia, & vir ſenſatus (intellige bonos & expertos Iuriſconſultos contemptos) & qui tranſgreditur à Iuſtitia ad peccatum (puta malos NB Aduocatos & Procuratores, & qui ipſis ſunt ſimiles innumeros non reddentes vnicuique quod ſuum eſt, cum & illi in foro conſcientiæ ad damni reſtitutionem teneantur, ſi pars habens iuſtam cauſam, per eorum imperitiam vel negligētiam NB ſuc-

Digitized by Google

NB ſuccumbat, D.Anton. & Felin. *in cap. tua, de homicidio*, & Panorm. & Hoſt. *in cap. per calumniam, de pœnis*) Deus parauit eos ad Rhomphæam; duæ ſpecies difficiles & periculoſæ mihi apparuerunt; difficile exuitur negotians à negligentia ſua, & non iuſtificabitur caupo à peccatis labiorum; puto ego ſatis delinquere negotiatorem negligentia, qui non detegit vitia per notata à Surdo *deciſ.146.* Freder. Martini *de cenſib. cap.6. num.100.* doctè & diſtinctè, an quis onera rei detegere vel explicare teneatur, Mart. Monter à Cueua, *deciſ. Reg. Arrag.13. num.35. & ſeqq.* Quid igitur erit de ijs, qui vera pro falſis obtrudunt, qui auidi ad lucrum, & proni ad decipiendum vel mentiendum tanti rem eſſe emptam aſſerunt, vt fallant incautos, tanto magis igitur cauere debent, quanto periculoſior eorum exiſtit conditio, per not. à Luc. de Penna *in Rubrica, Cod. negotiatores ne militent.*

2. Vereor, ne de multis rectè dicatur, Lucrum in arca, damnum in conſcientia, quales Plutarchus vocat, cæteris noxios quidem, at ſibi maximè; belliſſimè inquit Iuſt. *lib.1.* Vtinam mortalibus moderatio & abſtinentia alieni foret, profectò non bellorum tantorum incōmoda per omnia ſecula terris omnibus cōtinuarentur, at quia tributa dependimus, ne bella patiamur, Oroſ. *5. cap.1.* meritò caueant nimis rigidi eorum exactores, quia dicit Kopen. *quæſt. 11. num.13.* quod iniuſti dicantur oppreſſores hominum, & robuſti venatores coram Deo, ſicuti Nimrod fuit, Geneſ. *cap.10.* vbi & addit, quod Princeps & Magiſtratus, vti Patres omnium, ſubditis non graues, ſed illis tanquam filijs theſauros præparare, eoſque in cunctis neceſſitatibus Paſtoris vice fouere debeant, vnde & Officiales, qui Ruſticos ad aliqua obſequia cogunt, pœna perpetui exilij, & confiſcationis omnium bonorum puniuntur, & quamuis *ibi* prædicta omnia probet, ſcio tamen contrarium malè practicatum fuiſſe, ſed illorum memoria perijt cum ſonitu, *Pſalm.9.* cum ſonitu (inquam) campanarum & exploſionis bombardarum, & id genus pomparum, hodie nimis vſitatarum, iactantia etiam poſt mortem, dicit S. Chryſoſtomus *ſerm.6. de inanis gloria cupid.* contendit ſuam prodere naturam, quibus melius fuiſſet à præſenti vita cito diſcedere, quam hic diu inutiliter viuere, quia otioſitas diuturni temporis maiorem in tormentis habebit vindictam. Caueant & illi, qui lites protrahunt, & iniuſtas cauſas fouent, per not. à Karpzouio *part.1. Conſtit. Saxon. def.8.* vel etiam qui iniquè vincunt, partem victam & non victricem hoc modo conſolatur Cato:

Eſto animo forti, cum ſis damnatus iniquè,
Nemo diu gaudet, qui vincit Iudice iniquo.

Siquidem, iuxta illud Dauidis *Pſalm.36.* 3.
Non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem, ſed peccatores peribunt, melius igitur eſt parum cum Iuſtitia, quam multi fructus cum Iniquitate, Prouerb. *cap.26.* nam lucrum ex ſcelere, arrha infortunij, Nazianz. *de Ani. ſubmiſſ.* res raptæ, inquit Appianus, contentionum aliarumq; rixarum materia, & S. Auguſtinus *ſerm.215. de temp.* Nemo habet iniuſtum lucrum ſine iuſto damno. Vnde Ouid.

Non habet euentus ſordida præda bonos.

& S. Chryſoſtomus: Pauca malè parta, multa bene comparata perdunt, è contra illa vera lucra iudicamus, quæ integritate ſuffragante percipimus, Caſſiodorus *1. Epiſt. 22.* in omni aduerſitate fortunæ, in-

Digitized by Google

quit Boët. 23. infœliciſſimum genus eſt infortunij, fuiſſe fœlicem, ergo fœlicem eſſe non eſt ſine metu, Nazianz. *Carm. Cygn.* quia, vt ait S. Bernardus, præterit iucunditas non reditura, & manet anxietas non relictura, adde *Ierem. cap. 13.* conſonat illud prudentiſſimum Cleobuli vnius ex Sapientibus Græciæ dictum, Fœlix criminibus nullus erit diu, & nimis cito improborum lætitiæ in perniciem cadunt. Caueant igitur omnes, vel quicumque rem iniuſto titulo detinent, ſeu ad illum cooperati ſunt, & cogitent, quod, iuxta Eccleſiaſt. *cap. 13.* bona ſit ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia, & iniquiſſima paupertas in ore impij, Melius eſt enim modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas, *Pſal. 56.* quia ſi damnum intuliſti, ſi aliena rapuiſti, veris dominis ablata reſtituere debes, nec ſatisfacis ſi magnas inde eleemoſynas facias, quæ quidem acceptantur, ſed Deo minus gratæ exiſtunt: nam vti dicit Textus *in cap. Eleemoſyna 14. quæſt. 5.* Eleemoſyna Redemptoris noſtri oculis illa placet, quæ non ex illicitis rebus & iniquitate congeſtis, ſed quæ de rebus conceſſis & bene acquiſitis impenditur. Vide Text. *ibi In cap. nolite*, & latè Gloſſ. ſed illis quibus ablata vel erepta ſunt, reſtitui debent, *cap. ſicut dignum, §. eos inſuper, x. de homicidio.* Hoſtiæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex ſcelere, *Prouerb. cap. 22.* Hinc ſcriptum eſt: Honora Dominum de tuis iuſtis laboribus, *Prouerb. cap. 3.* potius grauatur quam iuuatur, qui ita offert, *cap. non eſt putanda eleemoſyna 1. quæſt. 1.* Quia pro cauſa pietatis non eſt impietas operanda, *cap. noſſe 30. quæſt. 1.* nec furta facienda ſunt pauperes paſcendi cauſa, *cap. ſicut non ſunt 32. q. 4. & cap. is autem 22. quæſt. 4.* neque enim eſt eleemoſyna, vnum altare tegere & alterum detegere, *cap. apoſtolica, x. de donat. & in cauſa 14. quæſt. 5.* neque enim in rebus pietatis cauſa diſtribuendis, vnicuique aliena, ſed ſua vtendum manu. Immolans ex iniquo, inquit S. Auguſtinus, *de verbis Domini*, oblatio eſt maculata, dona iniquorum non probat Altiſſimus. Verum

Munificum largitorem te Sixte fatemur,
Qui tua ne tantum des, aliena rapis.

Talia autem ſpolia Chriſtus non acceptat, neque enim eleemoſynæ rapinam iuſtificant, *cap. nolite & ſeqq. 14. quæſt. 5. vbi & in cap. ſcriptum eſt*, Victimæ impiorum abominabiles Deo, vota iuſtorum placabilia, Deus enim non remunerat bonum quod fit, ſed quod bene fit, Lucas de Penna *in l. prædia, num. 15. Cod. de locat. præd. Ciuil.* vbi & addit, quod benefacta male locata, potius malefacta cenſentur, vt ait Ennius, & Cicero *2. de offic.* pulcher Text. *in cap. odi 24. quæſt. 1.* adde Lucam de Penna *in rubric. Cod. de mendicantib. valid. num. 5.* vbi declaratur & *num. 6.* quod decem bona conferat eleemoſyna, puta ſi fiat bene, de bonis tuis, ſic dando diteſcis, modum porro diuitias acquirendi docent ſequentes verſus:

Omnia diues habet Pietas, diteſcere qui vis,
Sis pius, & cunctas diues habebis opes.

Nec impietas reſpectu pietatis eſt perpetranda, *c. noſſe, 30. quæſt. 1.* Vnde licet pium ſit dare eleemoſynas, & ſimilia alia facere, non tamen licita cum iactura aliorum. Peccati venia non datur, inquit Textus Iuris Canonici, niſi correcto, nam quem veteris vitæ non pœnitet, nouam ſeu meliorem inchoare non poteſt, *cap tres, diſt. 1. de pœnit.* ſed quamprimum renunciatur improbitati, ſta-

ſtatim adſcitur virtus, egreſſus enim malitiæ virtutis operatur ingreſſum, eódemque ſtudio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur, cui, non facta prius reſtitutione, locus eſſe non poterit, quippe non præbent fiduciam poſſidentibus ſtabilem, inquit S. Cyprianus *2. Epiſt. 2.* quæ poſſeſſionis non habent veritatem. Vt autem videas, quibus & quomodo reſtitutio fieri debeat, vide Bonacin. *tract. de reſtit. in genere & in particulari.* Adde Scacc. *de commerc. & cambio, §. 1 quæſt. 7. ampl. 19. num. 56. & ſequentib.* & *ibi* allegatos, & Couarr. Finio cum iſto: Quid prodeſt homini, ſi totum mundum lucretur, animę vero detrimentum patiatur. Item cum Poëta:

O homo qui cinis es, per auaritiam ſepelis as,
Æri cur hæres, cras æris non eris hæres.

Ea propter in foro fori, ſeu in hac vita melius eſt, as & reliqua mundana contemnere, quam exiguo quæſtu perpetua commoda non habere, Mundi non perfrui delicijs, quam ſempiternis priuari lætitijs: Quid enim aliud eſt ſæculi lætitia, ac impunita nequitia, quam ſequitur æterna triſtitia, Sap. 2. & 5. *Idcirco rebus huius fori ſeu mundi relictis, in altero ſi non corpore, ſaltem animo ſedem figamus; Verumtamen, quia in foro fori conſtitutus abſque immunditijs & fori vitijs apparere non poſſum, ac proinde quo me vertam, neſcio, niſi ad te,* CHRISTE IESV, *vadam, & à rigoroſo tuæ Iuſtitiæ Tribunali, ad mite gratiæ & miſericordiæ Iudicium prouocem, Hic tamen, iuxta S. Auguſtinum, miſericordia Dei eſt, vt ignoſcat peccanti, illic vero iuſtitia eſt, vt puniat peccatum, in vtroque vulnera tua roſea mihi ſalutaria repræſento, eo fine, vt fori contracta vitia deleant, me purificent, & abyſſus tuæ miſericordiæ, abyſſum meæ iniquitatis abſorbeat: Quid enim aliud eſt talis iniquitas ad abyſſum tuæ bonitatis & miſericordiæ, niſi vt aquæ guttula ad vniuerſum mare. Hac de cauſa Apoſtolus* ad Rom. 3. *ait, Iniquitate noſtra Dei iuſtitiam commendari, eiusq; veritatem in noſtro mendacio abundare. Hinc Picus Mirandul.*

Maior in erratis bonitatis gloria noſtris,
Et dare non dignis, res mage digna Deo eſt.

Cui impoſſibile eſt, miſeris nolle miſereri; itaque vulneratus & oppreſſus plurimis peccatis hoc habeo, quod clamem ad te: Miſerere mei, Domine, ſecundum magnam miſericordiam tuam, & ita clamando in cruenta tua vulnera me totum proijcio & immergo, quæſo introduc me clementer in ea, & applica mihi nunc fruſtum Paſſionis tuæ, purifica me in tuo Sanguine, & in manus miſericordiæ tuæ clementer animam meam ſuſcipe, nam quia magna mea eſt iniquitas, & tam modica contritio, tam tepida charitas, tam imperfecta ſatisfactio, vt nec veniam merear, nec ſalutis gratiam, hoc ipſum eſt, quod ſupplico, vt in quo merita mihi non ſufficiunt in eo miſericordiæ tuæ abundè ſuppleant. Stillet ergo in animam meam vel vnica calidi & purpurei tui Sanguinis guttula, & ſufficit; & placeat tibi, Domine, vt per iniquam fori ſeu Iudæorum ſententiam, quam mei cauſa & propter peccata mea ſuſtinuiſti, mihi timorem ſeueri & Diuini tui Tribunalis in manſuetudinem conuertas, vt iure poli tecum fruar in ſæcula ſæculorum.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS SEPTIMVS.

Juſtitia in Genere, Specie & Indiuiduo vulnerata.

CAPVT PRIMVM.

Iuſtitia vulnerata in Generalitate Regulæ, de effectu & argumento à Regula deducto.

1. QVamuis Regula dicatur, quæ rectè ducat, nec aliquando deorſum trahat, *cap. regula, diſtinct. 3.* ita, ſi praua eſt regula prima, omnia mendoſè fieri neceſſum ſit, vbi ſemel à recto aberratum eſt, inquit Vell. *lib. 1.* in præceps peruenitur, & doctioribus commune eſt dicere, dato & conceſſo vno abſurdo, multa alia conſequentur, quia principium virtute maius eſt quam magnitudine, quapropter quod in principio modicum eſt, in fine fit perquam magnum, Ariſtot. *1. de cœl. c. 5. §. 35.* & S. Auguſtinus *lib. 1. contra Creſcent. cap. 27.* ait: Falſitas falſitatem trahit, & vulgo quoque innotuit illud, Abyſſus abyſſum inuocat, & ſemper in peius vitium ruit, ſic & paruus error in initio, maximus in fine: tamen Iuſtitiam in Regula & Generalitate ſæpius vulnerari, euincitur ex illo vulgato: Quod nulla regula ſit tam firma, quæ non patiatur exceptionem, vnde rurſus vulgo dici ſolet, NB A Theologorum diſtinguere, Iuriſconſultorum excipere, & Medicorum recipe, libera nos, Domine; adeo vt regulam allegans verecundiam plerumque patiatur, vt dicit *Gloſſ. 2. in l. omnis definitio, ff. de reg. iur.* & Iuriſconſultus profitetur, omnem definitionem in Iure Ciuili periculoſam eſſe, parum enim eſt, vt ſubuerti non poſſit, vbi Cagnol. aliqua ſubtilia de Genere, vnde infert Zaſius *in l. bene eſt, num. 8. in fin. & num. 5. ff. ſi certum petatur*, quod non obſtet, ſi teſtis interrogetur de definitione rei litigioſæ, forte poſſeſſionis, famæ, mutui, &c. & neſciat definitionem, ſed ſufficiat, vt per verba facti, rudia & vulgaria mentem ſuam declaret, & Zaſius *in l. poſſeſſio, ff. de acquirend. poſſeſſ.* quod non ſit neceſſe in iure noſtro, quod definitiones à quidditate, à differentijs eſſentialibus ſumantur, ſicut apud Logicos, hoc enim eſt difficile, cum differentiæ eſſentiales nobis plerumque ſint incognitæ, ſed ſufficiat ſi definitio reſoluat, declaret rem, vt poſſit intelligi, ſaltem à poſteriori, quantum igitur poſſumus, inquit Seneca *Epiſt. 117.* à lubrico recedamus, in ſicco quoque vix firmiter ſtamus, ſicuti tradit D. Mantica, *de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 13. num. 5.* quod ſuper generalibus non debeat fieri ſolidum fundamentum, ſed ſingulos caſus oporteat perſcrutari, eoſque ex particularibus rationibus & circumſtantijs, legibus, rationibus, & Doctorum authoritatibus deci-

Digitized by Google

decidere, alias in Ciuili diſciplina omnia ferè argumenta dilui diſſoluique ex æquiuoco, ex accidenti, & per dictiones ſecundum quid ad dictum ſimpliciter, docuit Raudenſis, *de analogis, in fin. part. 7. tit. 3.* De quibus argumentis vide Coraſium, *de Iure Ciuili in artem redigendo, cap. 14. 15. & ſequent.* adde aliqua ex Zaſio valde notanda, *in l. poſſideri, §. incertam, num. 14. & ſeqq. ff. de acquirend. poſſeſſ.*

2. Tenendum tamen eſt, quod regulam pro ſe habens, firmius ius habere dijudicatur, adeo vt ſemper ſit pronunciandum pro eo, niſi aduerſarius doceat per expreſſum caſum legis, illud de quo eſt quæſtio, eſſe ſpecialiter exceptum à regula, ita notanter Baldus *in cap. 1. col. 2. de alienat. iud. mut. cauſſa.* Salicetus, *in l. qui fundum, in fin. Cod. qui potior in pignor.* dicens, quod à Regula non recedatur, niſi de contrario doceatur, leue enim eſt dicere, fallit, dicit Bartolus *in l. repeti. ff. de quaſt.* quos cum alijs refert, & ſequitur Meiſnerus, *tom. 3. deciſion. Camer. Imperial. 18. in duplicis, fol. mihi, 717.* latè apud Malthesill. *ſingul. 19. in annotat.* fusè quoque exornatur in Viuio, *deciſion. 135. num. 1. 2. & 3. & num. 7.* & præter Doctores, *in l. 1. ff. de regul. iur.* Vide & Caſtil. *de vſufruct. cap. 60. num. 1.* Vbi ſcribit, quod regulæ in dubio ſtandum, & pro ea pronunciandum ſit, vtpote habens intentionem fundatam & ius certum, Gail. *2. obſeruation. 150. num. 3. & de pignor. cap. 4. num. 2.* & exornatur in Paciano *de Probationib. lib. 1. cap. 8. 12. & ſeqq.* Vnde quoque infert Alciatus *in l. 1. ff. de verbor. ſignificat.* quod ſatis manifeſtè loquatur, qui regulam pro ſe habet. Plures Doctores allegat Gail. *tract. de pignorat. cap. 14. num. 2.* & exornat *lib. 2. obſeru. 151. ſub num. 3.* & Surdus de Alimentis, *tit. 7. quaſt. 1. num. 24.* qui impugnat regulam, probare debet fallentiam: vnde in praxi fieri videmus, quod probata intentione Actoris per regulam vel alias, iniungatur Reo terminus proponendi & probandi exceptionem, Pels *in proceſſu de except. perempt. num. 1. & num. 23.* quod probata actione, ſolum ſuper exceptione agatur: Quemadmodum Iudices ante omnia attendere debent, primò an actio fundata & probata, & tunc demum an per oppoſitas exceptiones eliſa ſit, quia firma eſt regula, quod Actore non probante Reus abſoluatur, etiamſi nihil præſtiterit, quæ doctrina procedit, etiamſi Reus aſſumpſiſſet onus probandi in ſe, & quod nullum ius foueret, vti probat Borellus, *in ſumma deciſion. lib. 2. tit. 2. de Probat. numer. 25. & num. 28.* adde Pacianum *lib. 1. de probat. cap. 7. num. 42. & ſeqq.* vbi & declarat, vide & *cap. 13. & cap. 68. num. 79. & ſequentib.* vbi & quod quandoque vtrique parti poſſit iniungi probatio & actionis & reſpectiuè exceptionis, prout ad abbreuiandas lites hoc per decreta Iudicialia quandoque iniunctum vidi, quo caſu tamen, Actore non probante, Reo non currit terminus, Alexand. ad Bartol. *in l. liber, 8. Cod. de petit. hared.* Vide & Bartol. *ibi*, & notabilem Textum, *in l. ſiquidem, Cod. de exception.* & de regula & exceptione, & quis eam teneatur probare, Surdus *conſil. 449. num. 42. & ſeqq.* & de exceptione præiudiciali, quod excipiens eam probet, Dauth. *de teſtament. num. 131.* quæ hic addo, quia quotidie in praxi occurrunt.

Xx Por-

3\. Porro propter vim & effectum regulæ, credo natam illam Theoricam, quod ſpecialitatem allegare ſit refugium miſerorum, niſi allegetur ratio ſpecialitatis, & in ſpecie de ea doceatur, quia ſpecialitatem, priuilegium, & conſuetudinem allegans, probare debet, Pacianus *de Probation. lib.2. cap.30. num.70.* Neque enim ſpecialia multiplicanda ſunt, Surdus *deciſion.317. num.20. & ſequent.* & ſpecialitates non ſunt facilè inducendæ, ſed ſenſus, per quem inducitur ſpecialitas, eſt fugiendus, Alexand. *in l. quod de bonis, §. cum fideicommiſſ. in fin. ff. ad leg. Falcid.* Vnde & qui dicit aliquid permiſſum in caſu ſpeciali, id probare, & rationem ſpecialitatis aſſignare debet, Decius *in cap. conſuluit, num. 4. de appellat.* Crauett. *conſil. 229. num.15.* Cephal. *conſil. 207. num.15.* Caualc. *deciſ.46. num. 13.* nam nullus caſus à generali diſpoſitione excipi debet vel eximi, Ruding. *cent. 5. ſingul. obſeru.60. in fin.* Caſtr. *lib.1. conſil. 430.* notandum tamen, aliud eſſe generale, & aliud regulare, Nicol. Euerh. *in loco de except. ad regul. num. 8.* vbi tradendo differentiam dicit, quod primum non recipiat fallentiam, ſecundum autem ſiue verbum regulare recipiat, aliud quoque eſt dicere caſum eſſe ſpecialem, & caſum eſſe à Regula exceptum, ſpecialitatem allegare poſſumus adiecta ratione, vel etiam in materia dotis, Surd. *deciſ.298. num.4. & ſequent.* ſicuti & dicitur, quod ſolutio argumenti, aliud eſſe de æquitate, & aliud de rigore Iuris, ſiue de iure ſtricto, ſit ſolutio planè miſerorum, & vt plurimum eorum, qui parcentes difficultatibus, generalibus tantum, neglectis particularibus reſolutionibus, iuris præceptis incumbunt. Sed vt bene docet Zaſius *in l. ſi eum ſeruum, num. 3. ff. ſi certum petatur*, quando rigor non habet aliquod temperamentum, ſed æquitas in ratione fundatur, tunc eſt optima ſolutio, & non refugium miſerorum, & hoc generale eſſe putat, vbicumque ratio æquitatis etiam non ſcriptæ reducit rigorem ad iniquitatem, vide *ſuprà* de æquitatis interpretatione, & quod æquitas naturalis reſtringat verba generalia, quia vincit eorum generalitatem, docet Raudenſ. de Analog. *cap. 22. numer. 15.*

Ex prædictis conſequitur, quod ex Regula ad hypotheſin concludere poſſimus, 4. quodque controuerſia in hypotheſi probetur per theſin, Zaſius *in l. à filio, num.5. ff. de legat.1.* Facit Textus *in l. quoties, §. ſed etſi.* Ibi quæ ſententia reſcriptis adiuuetur generaliter, *ff. de hred. inſtit.* Bartolus *in l. quoties, ff. ſi quis caut.* quod commune eſt omnibus, inquit S. Ambroſius *de fid. reſurrect.* exceptum ſingulis eſſe non poteſt; hoc eſt, quod & tradit Cothman. *volum.4. reſpon.50. num. 52.* quod regulæ generales, ſi ſpecialibus negocijs & actionibus applicentur, ſpeciales fiunt, è contra vero ex ſpecialibus generalia principia aſtruere vetitum eſt, quæ ſi ad aliam facti ſpeciem accommodantur, falſiſſima ſunt, quod tamen Doctoribus Brocardicis nouum non eſſe dicit Knichen. *de veſtit. pact. part.1. cap.3. num.179. & ſequent.* & Suarez *in addition. ad Gomeſium lib.3. variarum reſolutionum, cap. 15.* in Iure nihil ineptius ac periculoſius eſſe ait, quam ex ſingulari aliquo caſu generalem regulam velle architectari, Philoſophi, à genere ad ſpeciem permittunt arguere, ſed à ſpecie ad genus dicunt malam fieri illationem,

Digitized by Google

tionem, ex qualitate autem exceptionis cognoſci poteſt regula, Chriſtinæus *vol. 1. deciſ. 181. n. 13.*

5. Tradit vero Iuriſconſultus *in l. 1. ff. de reg. iuris*, quod ex regula non ſumatur ius, ſed ex iure, quod ex regula fit, quam legem explicat pulchrè Zaſius, *in l. iura, in fin. ff. de legibus.* Adde eundem *in paratit. ff. de origine iuris, vbi num. 7.* legem ex facto, & regulam à lege oriri, pulchrè demonſtrat. Adde, ſi placet, Sebaſtian. Medices *de legib. & ſtatut. part. 2. quæſt. 9.* latè tractatus Regul. fallent. Iuris Ciuilis & Canonici *litt. R. verb. Regula*, & Doctores *in dicta l. 1.* & communiter recurri ſolet ad Nicol. Euerhar. *in locis legal. à Regula.* Regulam autem denotant illa verba, ſemper, perpetuo, plerumque, & ſimilia, Doctores *in l. ſemper in coniunct. ff. de ritu nupt. & l. 7. §. pactorum, in verb. Plerumque, ff. de pact.* & tradit Bartolus *in l. 1. ff. de tutel. & rat. diſtrah.* è contra irregularitatem notant, verba, interdum, aliquando, *l. interdum, ff. de condict. indeb.* Bartolus *in l. 17. §. interdum, ff. de adopt.* ſicuti & verba ſonantia in regulam in aliquo iure ſpeciali, non pro regula, ſed potius pro aliqua ſpecialitate reputanda erunt, & diſcrimen inter regulare, generale, & vniuerſale, apud Panormitan. *in cap. venerabilem, de elect.* & ſupra Nicol. Euerhard. inter exceptionem & correctionem hæc quoque eſt differentia, quod exceptio poſſit eſſe præter ius commune, etiamſi regula, vt ita dicam, infinitas patiatur exceptiones & fallentias, adhuc ſemper in interpretando oculos ad ius commune conuertere neceſſe eſt, Doctores *in dicta l. 1.* Genuina interpretatio namque Iuris æquè nititur rationi, ac ipſum Ius commune, ad quod regreſſus fauorabilis eſt, Raudenſ. de Analog. *cap. 25. num. 10.* Zaſius *lib. 2. conſil. 1. num. 89.* ita vt in correctorijs fiat extenſio, cum ad ius commune redigimur, Alciatus *de verb. ſignif. lib. 2. num. 42.* quo loco paſſim per tot. exactè iura correctoria an & quando extendi poſſint vel non, æquiſſimum etiam eſt illud Imperatoris *in l. 2. Cod. de diuerſis reſcript.* quæ ad ius reſcribuntur, perennia eſſe debere, vtpote certa & humanæ naturæ conſentanea, venuſtum eſt encomium iuris Romani apud Ciceronem *de Oratore*, Inconditum ferè, inquit, omne Ius Ciuile præter Romanum, & plauſibilius *pro Cecin.* Nihil eſt, inquit, tam diligenter in Ciuitate, quam Ius Ciuile retinendum, vt quod tot ſæculis vniuerſo Orbi, morum ac ciuilis vitæ præcepta præſcripſit, namque Poëta teſte,

Moribus antiquis res ſtat Romana viriſq.

CAPVT II.

De effectu ſpecialis deciſionis & exceptionis in terminis, & de regula quod duo ſpecialia concurrere non poſſint, quomodo procedat.

HOc ſæpe expertus fui, quo indoctiores aliqui ſunt, eo tenacius illos regulæ inhærere, dum de particularibus deciſionibus parum aut nihil ſciant, cum tamen conſcientia non ſit tuta in iudicando, ſi propter Regulas diſcedatur à particularibus deciſionibus, Surdus *lib. 4. conſil. 550. num. 10.* neque enim ex regula ſpecialis Iuris deciſio eſt depromenda, Reinkingh *de retract. q. 2. n. 363.* ideo ſi habemus authoritatem Doctoris in terminis vel in ſpecie in ratione fundatam, non debemus recurrere 1.

Digitized by Google

ad generalia, ſed reſpondere per ſpeciales deciſiones, non per generales, more pauperum Doctorum, generalia allegationum plauſtra adducentium, quod hodierno æuo, cuiuis etiam parum ſcienti, vti facillimum, ſic maximæ perniciei & temeritatis eſſe putat Molina, *conſil. 10. numer. 15. tom. 3. var. German. Iuriſconſult.* quippe in ſpecialibus conſiſtit pondus diei & æſtus, vt ex Baldo refert Knichen *de iure territor. cap. 5. de iudic. Iuriſdiction. num. 90.* vbi & *num. 132.* quod ſpecialis probatio, ſubmoueat generalem, ſic dicit Zaſius *in l. quidam exiſtimauerunt, numer. 15. ff. ſi certum petatur*, quod omnia iura limitatoria, præcipuè notanda ſint, neque enim ſtandum eſt iſtis generalibus, quæ non concludunt ſubtilibus viris, ſed groſſis, cum Theoriæ generales non illuminent intellectum practicum, qui debet eſſe de rebus ſpecialibus, & tractatui quodammodo ſubiacentibus, nam alias in ſingulis ambiguum ſupereſt, quæ ita probat Gratianus *lib. 2. diſceptation. forenſ. cap. 335. num. 19. & ſequentib.* adeo vt & *ibi* dicat, quod authoritas Doctoris in ſpecie, habeat vim legis; licet ſine authoritate loquatur, vbi non eſt contradictor, ſicuti & tradit Viuius *deciſ. 135. num. 4. 5. & ſequent.* quod deciſionem legis vel alicuius Doctoris in terminis allegans ſe tutiſſimum exhibeat, pro victoria obtinenda, quodque tunc ſit miſeri & pauperis Doctoris allegare Regulas generales, & ita alias iudicatum fuiſſe, vbicumque enim Iudex habet caſum aut authoritates in indiuiduo, non debet vllo modo incedere per generales rationes, regulas, argumenta, & ſimilia, quia demum in dubio ſecundum regulam iudicari debet, vbi allegat Felinum & alios. Idem docet Caualcanus *part. 4. deciſ. 26. num. 1. & ibi* remiſſiuè, adde Knichen *de veſt. pact. part. 1. cap. 3. num. 320. & ſequentib.* incidimus enim in ſæculum, dicit, vt potius credamus deciſionibus, quam legibus aut rationibus, per Doctores *ibi*, quia ſine lege multum valent, valde enim conferunt ad ſedandas Iudicum conſcientias, Vincentius de Franchis, *deciſion. 266. numer. 3.*

Tu tamen intellige prædicta procedere, vbi non habemus Textum in terminis, vel etiam vbi dubius eſſet legis intellectus, Textus ſiquidem plus habet ponderis, quam infinitorum Doctorum authoritates, vt bene probat Vulteius *de feudis, cap. 9. num. 47. verſ. plus tamen*, qui enim cum Textu nauigat, ſecurus nauigat, teſte Zaſio *in l. & ſi quidem, num. 8. Cod. de iud.* Vide Gilhauſen *in Arbore Iudic. crimin. tit. de except. num. 105.* & tunc, quando nominatim reperitur quid deciſum, non debemus vti argumentis, ad eiuſdem correctionem. Heringius *de fideiuſſ. capit. 6. num. 150.* ita vt Textus ſemper præualeat, deinde ſpecialia generalibus, quia ſententiæ, Regulæ, doctrinæ, & argumenta generalia, facile contrarijs eliduntur; & quod in hiſce vni, hoc in illis alteri probabile videtur, inde fieri videmus, quod in productis & reſponſis, quotidie multa argumenta pro & contra adducantur, & ſæpe tam plauſibilia, vt fallant incautos, & Iudices indoctos à Iuſtitiæ tramite abducant, qui propterea ſpeciales deciſiones ſequi debent. 2.

Vulgata quoque eſt Theorica, quod exceptio firmet regulam in caſibus non exceptis, 3.

Digitized by Google

ceptis, Cardin. Tuſch. *lit. E. concluſ. 422.* ibi & *concluſ. ſeq.* quòd exceptio debeat eſſe de regula, *& rurſus ſeq.* quod ex exceptione declaretur regula, & qualiter procedat, item an exceptio ſit de regula an contra, item quomodo reſtringatur & amplietur vide pulcherrimè Zaſium *in l. in ijs. ff. de legibus, & in l. nummis, num. 10. ff. de in litem iurand.* vbi pulchrè exemplificatur, quòd exceptio producatur de viribus regulæ, vnde ſi dicam, omnes corui ſunt nigri excepto cygno, mala eſt exceptio, quia cygnus non eſt coruus, &c. Item quod declaret regulam, vt ſi dem tibi mandatum generale agendi negotia mea, hoc habetur pro regula, adijciam autem, excepta reſtitutione in integrum, iam per hanc exceptionem declaratur mandatum, quòd potes etiam omnia ea, quæ egerent ſpeciali mandato, propter exceptionem caſus adiecti, qui exigit ſpeciale mandatum, & exemplificatur ibi, & eſt pulcher textus *in l. quæſitum §. idem reſpondit 43. ff. de inſtructo vel inſtr. legat.* quòd qui in vno excipit, in cæteris videatur regulam firmare. ibi gloſſa dicit, licet exceptio firmet, non tamen augeat regulam, ex quibus ad multa inferri poteſt, item an ſtatutum contra regulas ſit trahendum in conſequentiam, Salicet. *in l. illud de ſacroſanct. Eccleſ.* Theorica iſta quod exceptio firmet regulam in caſibus non exceptis, præter limitationem additam à Zaſio *lib. 2. conſil. 13. num. 38.* declaratur, quando exceptio eſt de non comprehenſis in regula, vel quando exceptio eſt inepta Rota Genuæ *deciſ. 20. num. 14.* vel quando exceptio obſcura eſt, tunc enim nõ habetur pro exceptione Zaſius *in l. Titia textores, num. 11. & ſeq. ff. de legat.* ſublimitatur autem iſta doctrina, ſcilicet, quod exceptio non firmat regulam in caſibus non exceptis, ſi non ſit de comprehenſis in regula, quia iuxta Zangerum *de except. par. 3. cap. 25. num. 101.* ſufficit ſi exceptio conueniat regulæ ſecundùm quid; licet non ſit prorſus & omninò de regula, vide ibi quomodo accommodet, & Alciat. *de verbor. ſignif. lib. 2. ſub num. 56.* licet ſoleat dici, ab exceptione regulam cõfirmari, tamen hoc intelligendum eſt, non ſolum in caſibus exceptis non procedere, ſed nec in his, qui pari rationi cum exceptis innituntur, quo loco quæ iura dicantur limitatoria, exorbitantia, correctoria vide ſicuti & Magonius *deciſ. Florent. 67. num. 19. & 20.* tradit, licet exceptio firmet regulam in contrarium, tamen non facit, quod ſub regula comprehendatur ea, quæ de ſui natura, generalis regula non contineret, vt eſt in vniuerſali renunciatione impedimentorum, quæ non extenditur ad caſus fortuitos & valdè inſolitos, deinde dicit Magon. eodem modo ſi quis receperit in ſe caſus fortuitos exceptis bello & peſte, ſi iam inſolita quædam & nunquam viſa contigerit ſiccitas anni, adhuc tamen conductor non tenebitur ratione ſubiectæ materiæ, Bart. *in l. Seio. §. medico. ff. de ann. legato, & in l. 4. §. quæſitum, ff. ſi quis cautè.* textus *in l. 78. §. fin. ff. de contrahen. empt.* ibi ſi immoderatæ fuerunt niues & cõtra conſuetudinem tempeſtatis. vide *ſupra de Bello.* deinde dicit Magon quòd exceptio non excludat caſus ſimiles expreſſis, alias docet Farinac. *par. 1. deciſ. 671. num. 2. in fin.* quod reſeruans in contractibus vnum, cenſeatur alijs renunciare, & *parte 2. deciſ. 68.* an mandatum procuræ in vna ciuitate extendatur ad aliam.

Exceptio autem à regula exorbitante à iure communi latè debet interpretari, quã- 4

 do re-

Digitized by Google

de regula ad ius commune reducitur, Crauetta *conſil. 135. num. 39.* ideoque ſtante ſtatuto, quod maritus nihil poſſit relinquere vxori niſi vſumfructum medietatis bonorum, iſta exceptio debet latè interpretari, vt comprehendat legatum alimentorum, alias *conſil. 214. num. 14.* exornatur quod exceptio declaret, quid & quantum comprehenſum ſit in donatione, ſi placeet videre aliqua docta, vide Antonium Maſſam Galeſium *de exercit. Iuriſperit. lib.* 1. ſiue *cap. 1. num. 55. & ſeq.* multa de regula, ibi & contra communem, quòd regula nec per exceptionem confirmetur nec vitietur, nec contingat quod de regula ſit exceptio; communius tenetur & recurritur ad Nicol. Euerhard. *in locis legalibus de except. ad regulam,* interim nota illud Vaſq. *lib. 1. controu. cap. 51. num. 75.* quod exceptio ſæpe augeat & ſtabiliorem faciat regulam, nam etſi mandatum generale regulariter non contineat caſus requirentes ſpeciale mandatum, tamen ſi dico, do tibi mandatum generale ad mea negotia, niſi quòd non poſſis debitum exigere, aut tranſactionem facere, per hanc exceptionem mandatum augetur, vt videatur comprehendiſſe omnes caſus etiam ſpeciale mandatum alias exigentes, præter illos duos nominatim expreſſos, DD. ibi copioſe allegat, & latiùs ibi exornatur, & quamuis Papa confirmans omnia ſtatuta, quæ non fuerint contra libertatem Eccleſiæ, cenſeatur omnia alia inualida ſtatuta confirmaſſe Iaſon *in l. final. ff. quod quiſque Iuris circa fin. volum. 4.* tamen comprehenduntur ſtatuta iniuſta Felin. *in cap. ex parte de reſtitut.* vide ſupra *de Ambiguis & Dubiis,* vbi exornatur de actus validitate.

De regula quòd duo ſpecialia concurrere non poſſint, vide Surdum *de aliment. tit. 4. quæſt. 47. num. 37. & ſeqq.* vbi dicit concurrere poſſe ſubordinatè, in conſequentiam & in diſpoſitione legis, item Coraſ. *in l. qui liberos, num. 93. & ſeqq. ff. de ritu nupt.* vbi & quando dicantur venire in conſequentiam, item quòd poſſint circa diuerſa concurrere, vt circa medium probandi & obligandi tradit Bald. *Nouell. de dote p. 6. priuil. 78. in fin.* item ſi ex eodem fonte & ad eundem effectum tendunt, vel legibus introducta ſunt, ita Knich. *de inueſt. pact. cap. 3. num. 173. & ſeqq.* vide Doctores in Berlich. *par. 3. concluſ. 14. num.* 11. & Andream ab Exea. *de pactis par. 3. num. 418.* vbi, quòd duo ſpecialia, quæ oriuntur ex duobus fontibus circa idem concurrere poſſunt, *& num. 443.* quando vnum ducitur ab alio, vbi & intelligit illud non ſolum eſſe ſpeciale quod odioſum vel reſtringibile eſt, ſed etiam quod excipitur à regula, licet alias materia non ſit odioſa vel reſtringibilis; an autem duæ cauſæ lucratiuæ circa idem concurre poſſint, exornatur apud Zaſium *in l. poſſideri, §. ex pluribus, num. 17. & ſeqq. ff. de acquiren. poſſeſſ. & in l. omnes cum duabus ſeqq. ff. de oblig. & act. ibi & de oneroſis.* adde Cardin. Tuſch. *lit. T. titulus poteſt multiplicari pro eadem re & quando ſecus concluſ. 321.* pulchrè quoque Mindan. *de continentia cauſarum cap. 11. num. 46. & ſeqq.* quæ autem ſint cauſæ lucratiuæ, & quæ oneroſæ, latè tradit Iaſon. *in §. item ſi quis in frad. nu. 28. & ſeqq.* nec non Cagnol. *in l. in eo 33. num. 3. & ſeqq. ff. de reg. iur.* 5.

* * *

CAPVT

CAPVT III.

Aliquæ generales Doctrinæ de Genere, & remiſſiuè ad DD. deq; multiplici Generis ſignificatione.

1. Regulare eſt, quod apud Logicos ſpecies, hoc apud Iuriſconſultos genus ſit, & quod illi ſpeciem hi indiuiduum vel particulare appellant, vnde talis poni poteſt regula, quod quicquid implicat plura, poteſt dici genus, ſi vero duo ſunt, quorum vnũ implicat plura, aliud verò implicat ſiue includit pauciora, iſtud quod includit pauciora, dicitur ſpecies, & quod eſt aptius ſeu magis proximum ad ſpecificationem, Raudenſis *de Analog. par. 6. num. 21. & ſeq.* Ex prædictis colligitur, quòd ſi ſpecies proferatur à Iuriſconſulto, intelligi debeat de indiuiduo, ſecus ſi proferatur à Logico, Stephan. de Phœde *de interpret. leg. par. 3. §. nunc deſcendamus ad tertium membrũ principale num. 54.* Et licet apud Philoſophos non conſtituantur diuerſæ ſpecies, niſi ex ſpecifica differentia (diuerſæ ſpecies intelliguntur, quæ habent differentias ſubſtantiales, vt ſcribit Iaſon *in l. 3. §. genera, num. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* & Zaſius *in l. naturaliter, § nihil commune, num. 3. ff. de acquiren. poſſeſſ.* quod communio & ſimilitudo rerum ſumatur à differentiis ſpecificis) ſecus tamen eſt apud Iuriſconſultos, apud quos ex modica conſtituuntur differentia, Mantica *de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 9. num. 20. & 21.* vbi & de Theorica, quòd plus & minus non conſtituant differentiam, tamen quando ei, quod eſt plus, lex reſiſtit, ei verò quod eſt minus, lex aſſiſtit, vel è contra, tunc plus & minus ſpecie diſtinguuntur, quia vnum eſt licitum, alterum illicitum, per iura ibi allegata, aliàs reſpectu ſubſtantiæ, plus & minus non differunt, hoc eſt quod dicit Ariſtoteles, in prædicamento ſubſtantiæ non datur plus & minus per aduerbia, licet detur per nomina, Titius enim non poteſt eſſe magis vel minus homo quam Seius, poteſt tamen eſſe minor vel maior, Sarmient. *de redit. Eccleſ. p. 4. cap. 1. num. 7.*

Deinde quia apud Iuriſconſultos plura 2.
ſunt negotia quàm nomina *l. 4. ff. de præſcript. verbis,* generis voce quandoque vtimur pro ſpecie, vti exemplificatur in Zaſio *in l. ius dicentis,* & ibi Additionator *ff. de iuriſdict.* & patet in definitione communis opinionis, quæ eſt probata ſententia de iure non aperto ab omnibus vel à peritioribus, vbi namque ſententia ponitur loco generis, Coratius *in communib. concluſ. lib. 1. tit. 1. num. 1. & 2.* & Grotius *de iure belli lib. 1. cap. 1. num. 3.* quod nomen generis quandoque ſpeciei, præſertim excellentiori, ſæpe adhæreſcat peculiariter, & poſſet exemplificari in anima, primùm enim dicitur de naturali, tanquam de nobiliori, deinde de ſenſitiua, & denique de vegetatiua, quia igitur de nobiliori fit denominatio, ideo cùm eſt mentio de anima hominis, intelligitur de anima rationali, non autem de ſenſitiua & vegetatiua, Raudenſis *de Analog. cap. 36. num. 104.* vbi ait, quandoque quaſdam ſpecies ſub genere contentas, aſſumere ſibi ſpeciale nomen, vt in exemplis ibi recenſitis, quandoque ſpecies omnes ſub genere contentas tranſire in ſpeciale nomen, quandoque verò non, ſed cognoſci ex accidentalibus & circumſtantijs, & *parte 6. per tot. paſſim ſubtilia aliqua etiam notabilia de Genere vbi num. 40.* aliquot referuntur cauſæ, ob quas non operetur genus, quo ad genus

genus, quod ſpeciale quod ad ſpecies. Primò, propter iuris contrarietatem. 2. Propter cauſæ arduitatem. 3. Propter contrariam æquitatem. 4. Propter actus pœnalitatem. 5. Propter nimiam facilitatem. 6. Propter mandati paucitatem. 7. Propter naturam actus. 8. Propter vitandam impietatem. 9. Propter vitandam contrarietatem. 10. Propter vitandam Legum correctionem. 11. Propter vitandam bonorum diſſipationem cum perſona inhabili. 12. Propter contrariam præſumptionem, adde ſi placet Arnoldum à Reiger *in Theſauro Iuris, lit. V. verb. Verba, num. 85. & ſeqq.* vbi Doctores, quando verbum poteſt accipi propriè & impropriè & vt genus & ſpecies, quomodo tunc accipiatur, & Coratius *in l. ſi finita, §. ſi plures, & §. Iulianus in prælud. num. 8. ff. de damno infecto*, declarat Bartolum *in l. hoc legatum ff. de legat. 3.* docentem, quod verba in ſpecie intelligi debeant, vt verum ſit, quando verbum tantum ad vnam ſpeciem referri poteſt.

3. De cætero aliqua valde docta & notabilia de Genere vide in Zaſio *lib. ſingul. intellig. cap. 1.* & rurſus *in l. ſtipulationum num. 40. & ſeqq. ff. de verbor. obligat.* aliqua in Rhetor. *de generibus cauſarum & perſonarum*, & in materia mutui, quando dicitur illud reddi in eodem genere, tunc genus accipitur metonymicè, id eſt, res ſub genere contenta, vti quando commodatur habitatio, id eſt, domus qua habitatur, idem Zaſius *in l. Cum quis, num. 4. & 5. ff. de condict. cauſ. data.* & quod dicatur genus generaliſſimum in iure, Zaſius *lib. 2. conſ. 16. ſub num. 58.* & rurſus apud Zaſium *in l. ſi vnus, §. ſed ſi generaliter, num. 4. & 5. ff. de pact.* an in obligatione generis ſpecies obligatæ cenſeantur, & quomodo genus à ſpecie ſeparetur, & diſtinctè *in l. quod te mihi num. 14. & 15. ff. ſi cert. petatur*, de debitore generis, & quomodo genus dicatur limitatum natura, idem Zaſius *in l. benè eſt, num. 13. ff. ſi cert. petat.* ſermonis generalitas vnde cognoſcatur, vbi & *in l. ſeq.* genus quatuor modis accipitur, vbi etiam accipitur pro qualitate, pro conditione quæ rebus adhæret, vt cum dicimus eius generis, id eſt, eius conditionis, hoc loco genus non differt à ſpecie, quia etiam ſpecies in iure pro conditione ſumitur, vt cum dicimus, hæc eſt ſpecies facti, id eſt qualitas, conditio facti, & ibi in Rubrica *num. 2.* quæ pulchra ſunt, ſicut & ſæpe iſta in praxi ad varios caſus accommodantur, propterea vide ad eum; Prędictis adde Coraſium *in rubrica ff. ſolut. matrimon. ſub num. 15. & ſeqq.* vbi declarat illam Theoricam, quòd ſpecies contineantur ſub ſuo genere & propria ſignificatione *l. ſemper generalibus, ff. de regul. iur.* ibi multa obijcit, ob quæ declarat iſtam Theoricam, vt procedat in genere vniuoco, ſub quo omnes ſpecies, & ideo propriè continentur, cum nō magis ad vnam quam aliam ſpeciem ſe habeat. Genus itaque triplex eſſe ait, vnum quod eſt vniuocum, quod ad multas ſpecies æqualiter relatum, non magis ſe habet ad vnam quam aliam ſpeciem, vt Animal rationale & irrationale, illud ad hominem, hoc ad aſinum, leonem & alia id genus infertur, & ſub tali genere omnes ſpecies propriè comprehenduntur. Alterum eſt pluriuocum ſiue æquiuocum, quod vna voce plura ſignificat, vt Canis, quo nomine & animal latrabile & ſignū cœleſte ſignificatur. Tertium Analogum, quod & æquiuocum dici poteſt, plura com-

Digitized by Google

comprehendens, ſed ſe per prius ad vnam ſpeciem habet quam ad aliam, & tunc illa ſpecies tantum continetur, de Analogis do. ctum tractatum ſcripſit Raudenſis & in ſpecie *cap.* 24. tradit differentias inter vniuocum, æquiuocum & analogum, & quomodo ex illis argumentum ducatur *& cap.* 26. de multiplici generis ſignificatione agitur, prout hanc vocem Canon. Zinß/ eſſe generalem & æquiuocam conſtat ex Meiſnero *lib.* 1. *deciſ.* 12. *poſt numer.* 188. ideo dicit quod cauſa, vnde promanat, cognoſci debeat antequam qualitas cognoſci poſſit, & quia cenſus vel canon (ſunt enim Synonima iuxta Farinac. *par.* 2. *deciſ.* 170. *numer.* 5.) præſtatur ex varijs cauſis, & quia eiuſdem præſtatio æquiuoca exiſtit, dum aliquando in ſignum ſubiectionis, aliquando in ſignum protectionis, exemptionis, aliquando ex certa & præfixa cauſa præſtatur, conſequens eſt quod detur & colligatur hoc ſecundum ſubiectam materiam, adeoque difficile eſt per cenſus præſtationem probari dominium vel poſſeſſionem. Meiſnerus *tom.* 4. *deciſ.* 29. *in concluſione Reorum.*

4. Exemplifica in caſu quotidiano, tu ſcis quod hodie canon præſtetur de bonis cenſiticis, feudalibus, churmodialibus Emphyteuticis, latonicis, Hueff guter quæ & Emphyſteutica appellantur apud Wehrnerum *pract. obſ. l. H.* verb. Heub/ Hueb/ latius vide Beſold. *in Theſaur. pract. lit. H. verb.* Hoffguth *num* 6. & ſimilibus & cum quidam ob non ſolutum canonem prætenderet bona in commiſſum cecidiſſe, dicebam prius conſtare debere, bona talia eſſe vel eius naturæ, vt ob non ſolutum canonem cadant in commiſſum, per notata à Menochio *Remed.* 3. *adipiſ. poſſ. num.* 164. *& multis ſeqq.* nam in alijs contractibus non eſt ius commiſſi, ob non ſolutum canonem niſi &c. vide Wameſium *ad ius Canon. tit. locati. conſ.* 335. & potius bona cenſitica quam feudalia & emphyteutica præſumuntur, de quo vide omnino Berlichium *p.* 2. *pract. concl.* 47. ibi & differentia inter bona cenſitica & emphyteutica, & ampliatur procedere etiam quo ad Eccleſiam, quod ſolutio potius facta præſumatur ex cauſa cenſus, quam directi dominij Gratian. *tom.* 1. *diſcept. forenſ ca.* 188. *n.* 14. *&* 28. & in præcedenti, an recognitio probet dominium, & quomodo alias probetur in puncto petitæ deuolutionis bonorum.

Sed ſi ſit certum, quod canon præſtetur 5. de re aliena, an non ſoluens cadat bonis, Gratian. *d lo. n* 29. adde *infra de iuriſdict. c.* 4. præſertim vero tradita ibidem *cap* 9. quia autem homines, dum effuſo ſermone ſe iactant, incidunt in promptum ſui periculum. *l. fin. Cod. de dotis promiſ. l. fin Cod. de ſeditioſ.* ideo à generalitate verborum cauendum hortatur Bald. *in l. pact. dotale numer.* 11. *Cod. de collat.* ſpecies autem adiecta generi à genere excluditur, v. g. actio in perſonam eſt generalis, ſed cum exprimitur forte actio pœnalis, iſta ſpecies ſub genere perſonalium iam non comprehenditur, ſic ſi dicas, animalia mea ſunt in labore, ſed boues manſerunt in ſtabulo, ecce hic boues non continentur ſub genere animalium, hoc eſt quod quotidie dicitur, generi per ſpeciem derogatur, ſiue ſpecies derogat generi, Zaſ. *in l. ait prætor. numer.* 12 *ff. de iureiurand.* adde Cothman. *vol.* 2. *reſp.* 179. *numer.* 184. *& ſeqq. de verbo* Zinß *& per tot* an ſit contractus cenſiticus, emphyteuticus vel locationis, quæ ſingulariter nota, quia habui ſæpe in praxi, qui-

bus addidi Meiſnerum *tom.4.deciſ.37.* quod pœnalia ſint ſtrictiſſime interpretanda, & in dubio contra caducitatem pronunciandum, quomodo autem probetur rem eſſe cenſualem vide Marcellum Calam *de modo artic.& probandi gloſ.vn.num.847.& ſeq.*

CAPVT IV.

De argumentis à genere ad ſpeciem, item de ſpecie ad genus,& de toto ad partem.

1. PRæter notata ſuperius *cap* . vide Nicol. Euerh. *in locis legalibus à generalitate* item *de genere ad ſpeciem*, item *à ſpecie ad genus.* cui adde Barboſ. *tract argumenta vſufreq. in loco à genere 53. & loco à ſpecie* 104. item Arnoldum à Reyger *in theſauro iuris lit. A verb argumenta num.59 & ſeq* late quoque Cardinal. Thuſc. *lit G.de genere.* Rurſus de argumento à toto ad partem & præter præmiſſa à Pacian. *lib.1.de probat.cap.26.nu.12.& 13.*& infra *de veritate cap.7. in fin.* allegatus. an ratione partis indebitæ poſſit negari tota poſitio & Caſtr. *p 1. conſ.353.nu.3. & lib.2.conſ 423 num.3* videantur, Nicol. Euerh. *in locis legalibus* & Barboſ. *in locis communibus vſufreq.in loco à parte 82. & in loco à toto* 114. idem *tract. Axiomata Iuris vſufreq. axio* 220. ibi quomodo intelligatur quod totum comprehendat omnes ſuas partes & præter *cap. 60. ibi DD. de regulis iuris in 6. vide DD in l. quæ de tota ff. de rei vind.* aliquas notabiles doctrinas de toto ad partem & contra, & quomodo pars inſit toti, apud Zaſium *in l.ſi quis cum totum ff. de except.rei Iud.* & in *l.ſi ex teſtam. § ſi petiero ff.d tit nu.5. & 7.* de toto integrali & toto Collectiuo, quodque ſententia lata in toto copulato præiudicet parti alia etiam eſt ratio totius & alia partis *in l.ſi quiſquam, num. 3 ff. de diuerſis & temp præſ* pars quando trahat ad ſe totum *in l. cohæredes §. non videri num.* 10. *ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* & tria eſſe genera totorum *in l. cohæredes num 7. & ſeq 7. ff. de acq. poſſ. & in l. quod meo num.4. ff. d. tit.* de argumento à toto in modo ad partem, & quot modis accipiatur, & quomodo ab omni differat Chaſſan. *in conſ Burg. Rubr. 1. §. 1. ad text.tota,&c* Prædictis adde Coraſ. *in l. teſtamento, num.24. C. de impub.& alijs ſubſti.* vbi pulchrè, quod totum ſit triplex, & quod totum vniuerſale, ſi ab illo partem demas, manet tale, totum verò integrale, quod ex ſuis partibus integratur, ſi partem demas, deſinit eſſe totum, vt ſi tectum de domo demas, vſum fructum de fundo, hoc ipſum in ſimili cõfirmatur in Wehrnero *pract.obſ. lit.G verb.* Gantz gäntzlich/ ibi quid iſta verba ſignificet, & addit quod dictio Gantz ſit verbum generale, quod nihil aliud denotat, niſi quod conſtet ex omnibus ſuis partibus abſque diminutione, inferens ſi Maritus promiſit reſtituere dotem, non poterit ſibi retinere lucrum ex ſtatuto, totum enim infert omnes ſuas partes, ſiue ſit totum integrale ſiue totum vniuerſale, Coler. *de proceſſ execu. par 2. cap.2.num.374* adde Gratianum *lib.2.diſcept.forenſ.cap 3 5.nu.15.* vbi totum non poteſt ſeparari à ſuis partibus & qualitatibus, ſed in totum acceptandum venit, ibi *& nu.16.* quod noua inducatur diſpoſitio, ſi ab eo qualitas detrahatur, de prædictis vide quoque Zaſ. *in l.ſi quis cum totum, num.9 & ſeq ff. de except. rei iudicat.* vbi & limitationes ad illud, quod appellatione fundi veniat totus, inter cætera fallit in depoſitione teſtis dicentis, ſe vidiſſe quod Titius poſſederit quia de poſſeſſione partis fundi intelligi poteſt, vide & ibi *§ ſeq.* & Thuſc. *lit. P. concl* 422. poſſeſſio partis quando extendatur ad totum, & ibi remiſſiuè, & *lit. I.* Iuriſdictio vniuerſalis probatur ex

ex actibus particularibus, & quando ſecus *concl.* 560.

2. Prædicta materia, quod actus vel contractus in totum acceptari vel reprobari debeat, quotidie in praxi occurrit vide pro hoc text. *in l. cum quæritur ff de adminiſt. tut.* Surd. *deciſ.* 7. *num.* 38. *& ſeq.* late Tyraquellus *de retract. conuent.* §. 7. *ad fin. tit* 2 *num.* 4 *& ſeqq.* Wameſ. *cent.* 2. *conſ.* 97. *num.* 7. vbi in ſpecie decidit, quod nunc eſt in facto, quod ſcilicet adminiſtrationis contractus totus acceptari vel reprobari debeat, non ſcindi, per iura ibi, *& cent.* 2. *conſ.* 57. *num.* 120. *in fin.* quod contractum miniſtri approbans ad omnia illius pacta teneatur & Tepatus *in compendio deciſionum tit.* 338. *cap.* 14. contractus aut totus ſtat aut totus corruit, vbi probat & limitat, ad prædicta quoque vide Mindanum *de continentia cauſarum*, *cap.* 18. *num.* 31. *& ſeq.* Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap* 301. *num.* 45. *& ſeqq.* & quod contractus vel totus approbandus vel ab eo in totum recedendum ſit, vide Reinkinch *in tract. de retract. conſang q.* 3. *num.* 153. *ibi iura & illata praiudicia* & Surd. *conſ.* 60. *num.* 26. *& ſeq.* vbi indiſtinctè, quod ratificans factum cenſeatur cum omnibus qualitatibus ſuis acceptare, quod ſubtiliter declaratur ex Gratiano *tom.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 216. *num.* 44. *& ſeqq.* quod quis poſſit approbare actum tanquam geſtum, ſed poſſit eundem reprobare tanquam ſic geſtum, quod rurſus ſublimitatur vt non procedat circa idem, & ideò quis non poteſt approbare teſtamentum, & reprobare vt ſic geſtum, priora limita ex Wameſ. *cent.* 2. *conſ.* 90. *num.* 5. quod in ſeparatis minimeque connexis, vt v. g. ſi ſint duæ obligationes, res poteſt pro parte approbari & pro parte reprobari, & probatio vnius non inducit probationem alterius, quod maximè vidi controuerſum in caſu, vbi in vno eodemque inſtrumento plures erant obligationes, quia dicebantur eſſe conſpectiuæ & propterea declaratur à Cothom. *vol.* 2. *reſp.* 89 *num* 67. vbi allegat Canoniſtarum & Legiſtarum ſententiam quod nempe inſtrumentum cōtinens plura capitula, in aliquibus impugnans, adhuc poſſit in alijs in vim probationis adducere, vt intelligatur de capitulis omni ex parte diſtinctis, quæ nec vnitate aliqua, nec conſequentia, neque natura rei & negotij, neque ex mente contrahentium, neque ex æqualitate aliqua, ſe contingunt, vbi & alijs modis reſpondet & probat, adde Surd. *deciſ.* 258. & Munnoz. *de ratiociniis cap.* 13. de partitis connexis & quæ talia ſunt præter DD. *in l. nulli, C. de iudic.* vide omninò Pacianum *de prob. lib* 1. *cap.* 25. *& ſeqq.* vnde hoc caſu vera quoque eſſet Canoniſtarum ſententia *in cap. cum venerabilem x de except.* quod producens ſcripturam, teneatur in totum eam probare, non obſtante proteſtatione in contrarium Rot Rom. *deciſ.* 264 *in nouis*, diſſentit Menoch *lib* 2. *præſ.* 45 *num.* 21. Iuuat proteſtatio in capitulis planè ſeparatis, Maſcard. *de probat. concl.* 915 *num.* 19. *& ſeq.* & conciliare nititur Zaſius *in l.* 1. §. *editiones ff. de edendo* quod Iudex non obſtante proteſtatione, poſſit contra producentem iudicare adde Cœual. *in ſpeculo comm opin. q.* 362. & diſtinctè Barboſ. *in cap. ſi ad ſcripturas, diſtinct.* 9. an inſtrumentum in parte falſum ſit in toto falſum.

3. Non minus frequens eſt in praxi iſta quæſtio, an confeſſio in totum acceptanda ſit, vel pro parte acceptari & pro parte reſpui poſſit, de quo vide DD. & Bart *in l. Aurelius §. idem quæſijt. ff. de liberat. legat.* adde Zaſium *in l. Pomponium §. cum quis num.* 16. *ff.*

Digitized by Google

de acquir. poſſ. quomodo procedat cautela Aduocatorum poteſtantium, quod acceptent confeſſionem aduerſarij in quantum pro , & non in quantum contra eſt, de prædictis vide pulchrè Gratian. *lib.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 379. *per tot.* latè & diſtinctè Griuellum *deciſ.* 12. *per tot.* latiſſimè. Scacc. *de Iudic. lib.* 2. *cap.* 11. *artic.* 4. *numer.* 88. *& ſeqq. & numer.* 329. *& ſeqq.* ibi & varij caſus, de libri productione cum proteſtatione, item an ex confeſſione qualificata quis poſſit condénari vid. Ludouic. *deciſ.* 19. & Greuil. *deciſ.* 14. *n.* 12. 17. *& ſeq.* & Criminaliſtas in Farinac. de reo confeſſo & conuicto, *q* 81. *c* 4. *per tot.* Clar. §. *fin. q.* 55. ego ſæpius fui vſus doctrina Wammeſij *cent.* 1. *conſ.* 32. *num.* 2. quod qualificatè confeſſus non cenſeatur abſolutè confeſſus. quæ omnia vt quotidiana, nota , & aliqua ſubtilia in Zaſ. *in l. decem ſtipulatus numer.* 21. *ff. de verb. oblig.* priora namque conducunt ad declarationem ordinationum ſiue ſtatutorum , quibus cauetur, poſitionibus purè, ſimpliciter & cathegoricè, per verbum credo vel non credo, eſſe reſpondendum , tunc enim ſi poſitiones eſſent tales, vt ſimpliciter ijſdem reſpondens incideret in laqueum , vel caperetur ex ſua reſponſione , reſponſio duplex pro ſimplici habetur , Bart. *in l.* 1. *ff. de vulg. & Pupill ſubſtit.* Griuel. *d. deciſ.* 12. *numer.* 25. Scacc. *de iudic. cap.* 11. *numer* 375. *lib.* 2. & poteſt dicere quæ ad defenſionem faciunt, ne interrogatio quæ captionem implicat, captioſa ſit ſimpliciter reſpondenti Bald. *in l.* 1. *numer.* 2. *Cod. de edilit.* Boër. *deciſ.* 243. late Pacian. *de probat. liber* 1. *cap.* 21. & aliqua *in cap.* 23. *& cap* 29. nec non *cap.* 7. *num.* 5. *&* 6. in materia defenſionis vel accuſati de homicidio, dicentis ſe animo defendendi occidiſſe, Clarus §. *fin. quæſt.* 55. *numer.* 17. & in caſu vbi pecuniæ adhuc ſemel petitur Cœual. *in ſpecul comm. opin. quæſt.* 362. vbi & de prædicta materia, & ad dictum ſtatutum, ſi forte reſpondeatur ſub conditione intrinſeca, & ſecundum naturam actus Gratian. *tom.* 2. *diſcept. Forenſ. cap.* 260. *num.* 5. *&* 6.

Per maximè quoque controuerſum eſt apud D D. an poſitioni continenti partem veram, & partem falſam quis reſpondere teneatur , & an poſſit poſitionem in totum negare , vt apparet ex traditis per Borel. *in ſum. deciſ. lib.* 2. *titul.* 1. *num.* 119. *& ſeqq.* (ibi & quod iuxta Ariſto. oratio quadrupliciter dicatur falſa) qui cum Bartol. alijſque tenet negatiuam , quod poſitio non poſſit in totum negari , cum qui 10. debeat debet & 5. quod tamen limitat, niſi falſitas conſiſteret in qualitate , puta, quia diceret promiſſum fuiſſe purè , quod ſub conditione vel in diem promiſſum fuit, de prædicta quæſtione ſubtiliter agit Zaſ. *in l. ſtipulatio,* §. *ſi ſtipulanti numer.* 11. *ff. de V. oblig.* Partes verò præſumuntur eiuſdem conditionis & qualitatis cuius eſt totum vel maior pars , *l. vxor ff. de legat.* 3. niſi appareant notæ diuerſitatis, Coler. *conſ.* 3. *num.* 47 *& ſeqq.* hinc vidi illatum, quod ratione maioris partis bonorum , in certo territorio exiſtentium , eliciatur præſumptio ad cætera bona in eodem loco poſita , vt ſi maior pars bonorum Emphyteutica ſit, pars reliqua quoque Emphyteutica præſumatur , *arg. cap. vn. de controu. inter maſc. & fœm.* latè Curtius *tr. de feud. part.* 2. *quæſt.* 6. *numer.* 40. *& ſeqq.* adde Peckium, *in cap. in ea de Regul. iur. in* 6. *ibi numer.* 80. tradendo diuiſiones de toto dicit, fundum eſſe totum generale, ſpecies 4.

verò

Digitized by Google

verò arbuſtum, prata, villam, vineam, hortum, quodque habens ius in toto, cenſeatur habere quoque ius in qualibet parte, *l. quæ de tota ff. de rei vend.* vide Caſtrenſ. *conſ.* 131. *lib.* 1. Quia verò hæc quæſtio ſæpe in praxi occurrit, placet hic adiungere aliquos Doctores, imprimis vide Farinac. *part.* 1. *deciſ.* 508. an omnia bona præſumantur feudalia vel Emphyteutica quæ in loco Emphyteuſis poſſidentur, diſtinctè Valaſc. *de iure Emphyteutico cap.* 9. Surd. *conſ.* 410. prædia præſumi eius naturæ cuius ſunt vicina *& numer.* 128. quod Feudum Allodio ita commixtum, vt vnum non poſſit ſeparari ab alio, quod ſuccumbat is qui agit ad Feudum, de quo latius, *conſ.* 135. adde *conſ.* 499. *numer* 42. *& ſeqq.* vbi de caſu, quando alicui facta eſt generaliter conceſſio bonorum intra confines, exceptis nouem manſis, quòd generalitatem pro ſe habens adhuc probare debeat, quod bona petita ſint de donatis, cum poſſint eſſe de reſeruatis, Cæterum quid iudicatum fuerit Romæ vide apud Riccium *deciſ. Neopol.* 133. quod agens ad caducitatem rei Emphyteuticæ, non ſufficiat quod res poſſeſſa ſit inter fines Feudi, quodque inueſtitura ſit generalis, aliaque ibi relata, & refert Clarus *§. feudum, quæſt.* 18. iudicatum, bona non præſumi Feudalia, licet ſint intra confinia deſcripta in inſtrumento conceſſionis feudalis, quod declarat Raudenſis *de Analogis, lib.* 1. *cap.* 34. *numer.* 3. *& ſeqq.* vt verum ſit ſi Vaſallus bona contentioſa poſſederit vt allodialia, prout è contra ſi conſtaret fuiſſe poſſeſſa vt Feudalia, talia quoque præſumerentur, & ſecundum hanc opinionem dicit iudicatum fuiſſe, vide quid ibi pro & contra reſponſum fuerit, ſi autem res ſit dubia, dicit ſtandum eſſe verbis inueſtiturarum quouſque contrarium doceretur, & ſic quicquid eſſet intra fines in ijs expreſſos, cenſeri Feudale.

Sed in caſu modo controuerſo, neque de inueſtitura quoad poſſeſſorem, neque de finibus conſtabat, nec ſic ſubintrabat doctrina Iaſonis *vol.* 2. *conſ.* 235. *numer.* 7. *&* 8. cum DD. ibi relatis, quod ſi dubitetur de latitudine prædiorum, nunquid ſint Feudalia vel Emphyteutica, & dicit quod tunc in dubio præſumantur tota eſſe feudalia, & ſic quod tota ſint eiuſdem qualitatis, vbi nullæ apparent notæ diuerſitatis, alias an res pro cenſu vel canone infeudadata, ſit Feudum vel Emphiteuſis Vide Roſenthal *de Feudis cap.* 2. *concluſ.* 63. *&* 64. inter alios multis rationibus defendit Fridericus Martini *de cenſibus, & annuis reditibus cap.* 8. *numer.* 294. *& ſeqq.* qui cenſum publicum ſoluit, quod & fundi nomen, qualitatem & iugera oſtendere debeat, & hoc ipſum ampliat procedere in cenſu priuato, quod ipſum limitatur procedere, quando agitur poſſeſſorio, quia prius dictum ſpectat ad petitorium, & interim poſſeſſor manuteneri debet, in poſſeſſione percipiendi Gail. 2. *obſ.* 75. *numer.* 3 Lancell. *de attent. lite. pend. declar.* 4. vbi & hanc limitationem aliquot modis ampliat, limita, niſi iam tertius eſſet in poſſeſſione Menoch. *remed.* 3. *retin. poſſ. numer.* 567. iuncta doctrina Maſcard. *de probat concl.* 118. *num* 26. vnde cum quidam fateretur ſe bona in Emphytheuſin accepiſſe, directus verò Dominus plurima bona inde ad ſe pertinere aſſereret, replicatum ſcio, quod indefinita confeſſio verificetur in minima parte. Rota *deciſ.* 163. *numer.* 2. 5.

Gratian. *tom vlt.cap.*912. hæc ſæpe intricata ſunt ſed obſeruantia ſubſecuta plurimum facit ad demonſtrationem eorum vide Menoch.*lib.*3 *præſ* 91. & plures allegatos apud Næui.*in lib.*2.*feud.tit.*26.*num.*8. *& ſeq.*ſicuti alias vidi emphytheutis & Vaſallis iniunctum, vt ederent inſtrumenta & deſignarent bona & terminos eorundem Frederic. Martin. *de cenſibus cap.* 8. *num.* 241. *& ſeqq.* DD.*in l.*2. & ibi Iaſon.*num.* 210. *Cod. de iur. Emphyteut.* Wameſ. *ad ius canon. tit. de cenſibus conſ.* 484. *num.* 8. *in fin. & ſeq.* diſtinctè Papon. *de arreſt tit. de iuribus dominic. arreſt.* 31.adde Gratianum *tom.*1.*diſcept.forenſ. cap.* 188.*num.*31.*& ſeqq.* quando Dominus Feudi vel Emphyteuſis poſſit petere ſibi edi inſtrumenta, & an omnia præſumantur Emphyteutica,niſi indicentur per Emphyteutam quæ ſint talia, cui incumbat onus probandi.& an ſtetur arbitrio Iudicis, vide & Meiſnerum *tom.*3.*deciſ.Camer. Imper.*18.aliquam notabilem declarationem in Borello *in ſumma deciſ. tom.* 2.*tit.* 35. *de inhibitionibus num.*172.*& ſeqq.* an & quando Vaſallus cogatur Domino oſtendere Feudum cum qualitatibus & quando non præter Karpz. *p.*1.*conſtit.Saxon.* 27.*defin.*9. vide in Chriſtinæo *vol. vlt. de feud. deciſion.* 88. *& ſeqq.* vti valde notabiles modo habeo in facto, & Gratian *d. cap.* 188. vide omnino.

6. Deniq; diuiſio rei in quot partes diuidatur vide apud Munnoz.*de ratiociniis c* 30 & dicit Zaſius *lib.*2.*conſ.*16.*num.*42.quod partes contentæ ſub toto, relatione facta ad totum, habeantur pro coniunctis, in quo conſilio aliqua ſubtilia,an vno actu exercito & parte appprehenſa, cenſeatur apprehenſa poſſeſſio totius,de quo vide eundem Zaſium *in l.poßideri ſub num.*20.*& ſeqq.ff de acquir. poſſ.* ibi quoque ſubtilia, alias vide Gail. *.obſ.*21. *num.*7.Mynſ.3.*obſ.*39. Tiraq. *de retract. conſ.*§. 26.*gloſ.* 3.*num.* 4. Meiſner. *tom.*3.*deciſ.*1.. *num* 112. *& ſeqq.* eiuſque declarationem *lib.*1.*deciſ.*32. *num.*7. Couarr. *lib.*3.*var.cap.* 16.*nu.* 6. *ibi in fin.*quod poſſeſſione in Eccleſia apprehenſa, dicatur apprehendiſſe res ad eam pertinentes, ſed quatenus Epiſcopus vnum caſtrum ingrediēdo reliquorum bonorum Eccleſiæ poſſeſſionem acquirat vide Zaſium *lib.* 2.*ſing. reſ.cap.*31 *& lib.* 1. *conſ.* 10. *num.* 5. ad quos & tradita DD. *in l. poßideri* me breuitatis cauſa refero,& rurſus Zaſ.*lib.*2.*conſ.*13.*num.* 30.*& ſeq.* vbi quod pars trahat ad ſe totum in homogenijs, in collectiuis, quodq; tunc præter partem totum redhibeatur,vbi & de dicto S.Paul.*ad Rom.* 10 ſi primitiæ ſanctæ ſunt,& totam maſſam ſanctam eſſe,vide ad eum, & de dictionibus, integrè, integrum, integraliter, in multis & diuerſis caſibus Barb.*tr.de diction.vſufreq.dict.*167.*& ſeq.iuncta dict.*406.*& ſeq.* de dictionibus totum, totaliter Zaſ. *in l. ait Prætor.* 11. *num.* 4. *ff. de iur.iurand.*quod rei ſignificatio extenta non ſolum eſt in rem totam ſed & rei partes importans.ſecus in Iudicijs,vbi pulchre exemplificat, ſic vt ille poſſediſſe & præſcripſiſſe dicatur noualia, qui præſcripſit & poſſedit decimas, etiam vnius prædij, quia ob vnitatem ſubiecti dicitur acquiſiuiſſe totum, & ita nota regulam, quod in corporalibus ſufficiat adipiſci poſſeſſionem vnius rei pro tota Gratian.*diſcept forenſ lib.* 1. *cap.* 113 *nu.* 27.vbi & nota *nu.*67.quod quaſi poſſeſſio non fundetur per actus generales & æquiuocos.

(*.*)

CA-

CAPVT V.

Quæ ſint verba vniuerſalia, generalia ſpecialia & ſingularia & ibi illatæ deciſiones ad l. 2. & Auth. hoc ſi debitor. C. de pign.

1. QVæ dicantur verba generalia, generaliſſima, ſubalterna, ſpecialia & ſpecialiſſima, vide Heringium *de fideiuſſ. cap.* 17. *num.* 44. & 49. quæ dicatur generalis vel ſpecialis diſpoſitio vide Bart. *conſ.* 21. Card. Thuſc. *lit. E concl.* 652. expreſſio generalis, ſpecialis & ſingularis & *concl ſeq.* expreſſio indiuidua & ſpecialis. Expreſſio generalis, ſpecialis & ſingularis differunt Seraphinus *de priuilegiis iuramentorum, pr.* 106 *num.* 9. Mantic. *de tacit. & ambig. lib* 4. *tit.* 30. *nu.* 12. & *ſeq.* & quæ generalis vel ſpecialis diſpoſitio vide Tuſchum *lit. D. concl.* 487. conſtitutio generalis vnde agnoſcatur. Felin. *in cap. Canonum ſtatuta num.* 15. & *ſeq de conſtit.* ſpecialis dicitur diſpoſitio quæ in vno ſolo poteſt virificari, Surdus *conſ.* 235. *num* 1. & *conſ.* 150 *num.* 92. quod diſpoſitio generalis, quæ non poteſt verificari niſi in vna re, habeatur pro ſpeciali, vbi & addit, quod paria ſint nominatim aliquid exprimere vel verbis generalibus, quæ non poſſunt verificari niſi in vno, ita vt licet renunciatio generalis non comprehendat legitimam, tamen hoc non procedit, ſi renunciatio non poſſit in alio verificari quam in legitima, vide ibi, & quid dicatur generaliter Raudenſis *de Analogis part.* 6. *n.* 62. & quæ dicantur ſpecialia Mantica *de tacitis & ambiguis lib.* 1. *tit.* 16. *num.* 10. & quæ dicatur ſpecialis & generalis hypotheca, & differentiam vide in eodem *lib.* 4. *tit.* 30. *numer.* 12. & *ſeqq.* & pulchram deciſionem in Gilmanno *in præiud. Cameralibus, lit. H. verb. Hypotheca* quod verba, omnia & ſingula mea bona, importent ſpecialem hypothecam, ac ſi quælibet ſingularia eſſent expreſſa, & hoc ibi inducitur pro declaratione ſtatuti Argentinenſis, quo habens generalem hypothecam, habetur tantum pro nudo creditore, qua doctrina præſuppoſita poſſet & induci pro declaratione *auth hoc ſi debitor & l.* 2. *Cod. de pignor. & hypoth.* nam qui ſpecialem habet hypothecam non poteſt tertium poſſeſſorem conuenire niſi prius illo diſcuſſo, imò ſi haberet generalem tantum, ego verò eſſem tertius poſſeſſor, non dubito quin & iuxta *d. auth hoc ſi debitor,* obligtus exiſtat prius diſcutere alia bona à tertio non poſſeſſa, niſi fortè in caſibus exceptis, id eſt, in illis caſibus quibus excuſſio vel diſcuſſio locum non habet, quos præter relatos vide in Pariſio *vol.* 1. *conſ.* 50. Riccio *p* 4. *collect.* 1079. & *par.* 1. *collect.* 27. Surd. *deciſ.* 44. & *conſ* 113. Berlich & Karpzouio per te in alijs DD. videre poteris.

Vidi ſæpiſſime in praxi hos duos, quando ipſe debitor vel eiuſdem hæredes poſſident & quando ille agit, qui habet annuum cenſum, nam quemadmodum priori caſu puto indubitatum, quod excuſſio non habeat locum Surd *d. concl* 113. idem docet Theſau. *in deciſ. ſuis* ita quoque magis communis in praxi recepta eſt opinio, quod poſſeſſor annui reditus hypothecatus poſſit conueniri non facta excuſſione ſpeciali, ita docet Gratian. *tom.* 1 *diſcept. forenſ. cap.* 16. *num.* 16. vbi & licet prædium cenſuatum poſſideatur pro parte, poterit tamen ille poſſeſſor inſolidum conueniri pro debito cenſu, & rationem diuerſitatis allegat, quod cenſus ſeu penſio debeatur ſuper re ipſa, quæ per tertium poſſidetur, vnde non opus eſt illum excutere, quia diſcuſſio ſic 2.

quando

quando ad ſecuritatem & cautionem alicuius debiti res eſt hypothecata, non verò quando hoc, quod petitur, debetur ex ipſa re, prædicta quoque confirmat Gutierrez. *conſ.49.per tot.* vbi dicit hoc in praxi receptum & conuenire, *l. Mosc his ff. de iure fiſci* quod tertius poſſeſſor vnius ex pluribus fundis ſuper quibus conſtitutus eſt annuus reditus, poſſit conueniri in ſolidum pro reditibus decurſis, niſi quis decurſos ſua culpa non exegerit, deinde idem Gutierrez. *in repet.l. nemo poteſt de legat.* 1.*numer.*31. *& ſeq.* exactè diſputat, an inſtrumentum guarentigiatum contra tertium rei hypothecatæ poſſeſſorem exequi poſſit, & dicit quod nō dando duo præiudicia, limitat vero ſi reperiatur pactum de non alienando cum ſpeciali Hypotheca, ſed videmus in praxi ex inſtrumento executiuo & guarentigiato executiuè procedi *p.* 2.*tit.* 2. *de litibus.*

5\. Vnde negatiua opinio dicitur procedere in hypotheca ordinaria ſecus in hypotheca quæ quotidie conſtituitur in conſtitutione annui cenſus ſuper aliquo fundo, tunc enim non opus eſt excuſſione, idem dicit procedere ſi impoſita ſit aliqua penſio pro alimento ſuper fundo, item pro anniuerſarijs defunctorum, decimis, oblationibus: & licet in prædicto caſu ſciam grauiſſimos DD. diſſentire, adde quid in Regno Hiſpaniæ obſeruetur Garſiam *de expenſis cap.* 4. *num.* 44 *& aliquot ſeqq.* & ſi placet vide Fridericum Martini *de cenſibus cap vlt. num.* 112. *& ſeq* tamen pro priori opinione quoque iudicatum fuiſſe in mea patria in cauſa Zeſſen contra Bueſſen reperi & denique alijs caſibus omiſſis docet Theſaur *deciſ.* 5. quod excuſſione opus non ſit, quando creditor habet ſpecialem Hypothecam, quia hoc ego intelligerem, vbi præter ſpecialem non haberet aliam, nam ſi præter ſpecialem habeat omnia alia debitoris ſui bona hypotheca, cur non tertio poſſidente ſpecialem Hypothecam excutere debebit? Quemadmodum creditor & ſpecialem & generalem Hypothecam habens, non poteſt omiſſa ſpeciali in præiudicium alterius creditoris, ad generalē cōfugere ita *per l.* 2. *C. de pignor.* concluſum fuiſſe docet Mynſ. 6. *obſ.* 64. idem dicit votatum, etiamſi creditor non haberet rem ſpecialiter obligatam ſiue ſpecialem hypothecam, quod tamen limitat niſi inſtrumento adiecta fuiſſet clauſula, quod ſpecialitas generalitati nec è contra derogare debeat, ita & tenet Puteus *lib.* 1. *deciſ.*38. nota tamen quod docet Gratianus *lib.*1.*diſcept.forenſ.cap.*34.*nu.*11. *& ſeqq.* quod dicta lex ſecunda vti exorbitans, non debeat ad alium caſum trahi, ſed tantum intelligi, quando tertius poſſidet vt creditor, ſecus ſi ex alio titulo, vti ibi exemplificat, alias de intellectu *d. l.* 2. vide Berlich. *p.* 1. *concl.*66 *in fin* declarationes & limitationes in Hartman. Piſtor. *lib.*3 *q.* 13 præter DD. in d.l.2. vide Griuellum *deciſ.*79. *& de l.*2. *& l. qui generaliter ff. qui pot. in pign.* agit quoque Ant. Theſaur. *deciſ* 51. atque per bellè Addition. ibidem quid iudicatum fuerit, vide & ita habes effectum & vtilitates ſpecialis hypothecæ, quos vide quoque in Surd. *conſ.*495 *num.*11. *& conſ.*331. *num* 6. *& ſeq & num.* 30. adde quaſdam notabiles differentias inter ſpecialem & generalem hypothecam, & quod ſpecialis dicatur hypotheca ſi omnia alicuius bona mobilia & immobilia, præſentia & futura ſint obligata, item ſpecialis dicitur hypotheca omnium & ſingulorum bonorum alicuius, generalis verò ſi alicuius bona præſentia & futura obligata ſint, quæ ita tradit Mantica *de tacit.*

Digitized by Google

tacit. & ambig. lib. 4. tit. 30. num. 12. & ſeq. adde & caſus deciſos in Riccio *parte 3. collect. 380.* quibus caſibus cenſeatur ſpecialis hypotheca inducta, licet hoc in ſpecie dictum non fuerit, quibus ita in cauſis Auunculi mei deductis, miratus fui, quòd tantas ſuſtinere debuerim diſputationes contra quendam, qui alio quàm hæreditario titulo bona pro annuo cenſu dicto meo Auunculo hypothecata ſe poſſidere dicebat, cauſa diſputationis potiſſimum fuit, quod ſuſtineret anteriores obligationes ſibi ceſſas atque inſufficientiam bonorum, ex quibus poſterioribus creditoribus poſſe ſatisfieri negabat, quo non probato res demum tranſactione finita fuit Sicuti & frequens eſt quæſtio in praxi, quod conſuetudo totius prouinciæ ad omnes ciuitates in territorio pertineat, vide Cothman. *vol. 2. reſp. 84.*

4. Ad longum quæ ſit ſpecialis & quæ generalis ſubſcriptio Dauth *de teſtament. ad l. dictantibus, ampliat. 4. in margin. Cod. de teſtament.* tradit, nec non de generali & ſpeciali hypotheca tractat Balduin. *tract. de pignorib. & hypothec. cap. 9.* nota & firmiter tene menti, quòd pluralitas quandoque in ſingularitates reſoluatur, Vaſquius *de ſucceſſionum progreſſ. lib. 3. §. 25. num. 63.* vt procedat non ex verborum proprietate, ſed ex legis interpretatione, vt ipſemet Vaſquius cum Doctoribus allegatis tradit *num. 40. & ſeqq.* vbi cum illis contra Felinum infert, quòd ſtante ſtatuto, ſtantibus maſculis filias non ſuccedere, illud procedat, ſtante vno maſculo, & ita illa pluralitas reſoluitur in ſingularitates, ex interpretatione ſtatuti volentis bona in familia conſeruari, vides quoque differentiam ſpecialis & generalis obligationis apud Doctores *in l. ſi creditor, 6. fin. ff. de pignor. action.* quòd hypotheca impediat translationem, ſi ad hoc ſpecialiter fuerit obligata, ſed tamen Caualcan. *parte 2. deciſ. 16. num. 10.* dicit. idem procedere ſi ſit hypotheca generalis, vide DD. ibi.

CAPVT VI.

De Iudicio vniuerſali, generali & particulari, & de nominibus vniuerſalibus & inde illatis.

Differentiam inter Iudicium generale & vniuerſale vide in Zaſio infra allegato *in l. ait Prætor* 11. & de Iudicio vniuerſali, generali & particulari vide Maranth. *in ſpeculo par. 4. diſtinct. 4.* & ſuccinctè & notabiliter diſcurrentem Gail. 1. *obſeru. 68.* adde Gilmannum *in ſymphor. lib. 3. in præiudicijs Cameralibus lit. L. in verb. Liquidatio,* vbi quærit, quomodo in Vniuerſalibus ſit facienda liquidatio, & quæ ſint partes Iudicis, ſi hæreditas adiudicetur vniuerſaliter, tunc in executione liquidanda duo requiruntur: Primò, quæ ſit pars hæreditatis legitima, quia per ſententiam competens quota adiudicata præſupponitur. Secundò, res ſingularis, & quid fuerit in hæreditate, & in hoc duo probanda ſunt: Primò res ſpecificatas, fuiſſe in bonis defuncti tempore mortis, vel per defunctum poſſeſſas; ſecundò, quòd illæ res poſſideantur per Aduerſarium, in Vniuerſalibus autem Iudex non debet ſententiam ſuam reſtringere ad ea quæ petita ſunt, *l. 4. & fin. ff. de petit. hæred.* adde & Felinum *in cap. licet. de libelli oblatione,* ad quos breuitatis cauſa fit relatio. 1.

An vero Iudex ex officio poſſit iubere declarari libellum vel exceptionem generalem 2.

ralem, vide Aluarum Valaſcum *lib.* 1. *rerum iudic. concl. vlt. num. 97.* & diſtinctionem traditam per Borellum *in Summa Deciſionum lib. 1. tit. 49. num. 65. & ſeqq.* vbi regulam cum ſuis limitationibus, quando libellus generalis valeat vel non, vbi & quod in generalibus iudicijs debeat ſecundùm allegatos ibidem; vel ſecurius ſit, vt actor in proceſſu & ante ſententiam ſpecificet, probet & in probatis obtineat, at in vniuerſali iudicio ſufficiat, petita in executione liquidare, & quid ſi ſententia ſit generalis, & proſecutio cauſæ ad vnum coarctata, & quid ſi generalis fuerit, at vnum tantum probatum idem Zaſius *in l. licet, num. 12. Cod. de iudic.* in hac materia vidi ſępius ob nimias altercationes, litem ipſam quaſi in infinitum protrahi, dũ libellans proper clauſulas ſalutares libellum propugnabat, vel ob limitationes adductas eundẽ validum dicebat, nam quãuis libellus generalis parte non opponente, ipſo iure regulariter validus putetur, tamen Tenninus *de cautelis, cautel. 4.* iudicem fatuum dicit, qui eundem non reijcit, quod rurſus limitatur per alios, videlicet quod valeat libellus generalis etiam parte opponente, quando ſummariè proceditur, Marant. *in ſpecul. par. 4. diſtinct. 9. num. 13.* Deciſ. Rotæ Genuenſis *91. num. 20.* verum breuitatis cauſa ſit relatio ad DD. *ad tit. ff. & C. de edendo*, & notata per me *par. 2. de Veritate cap. vlt.* per quæ huiuſmodi altercationes magna ex parte ſedari poſſunt, dummodo ex actis de iure libellantis ſatis conſtet.

3. In hac materia eſt regula in praxi quotidiana, quod pretium in vniuerſalibus ſuccedat loco rei, non verò in particularibus, quã regulam aſtruunt DD. *in l. ſi rem & pretium ff. de petit. hæred.* Magon. *deciſ. Florent. 64.* ibi quoq; illata vide Surd. *deciſ. 15.* Res quãdo efficiatur hæreditaria, ſi eſt empta de pecunia hæreditaria, idem *deciſ. 306.* an pretium rerum ſequeſtratarum loco earum ſuccedat, maximè autem fuit controuerſum, an creditor quoad ipſam rem anterior, ſit quoque potior in ipſius pretio, ꝙ ex re diſti acta venit, Neoſtad. *deciſ. 16. in fin.* tradit, quòd pecunia prouenієns ex pignore mihi hypothecato non ſit pignus meum, vide quid iudicatũ fuerit, tamẽ quod pretium rei obligatæ veniat actione hypothecaria docet Surd. *d. loc.* & *conſ. 521. n. 6.* quòd pretiũ loco ſubrogationis accipiens, cẽſeatur ipſas res tenere, quodq; in particularibus pretium ſuccedat loco rei in ſubſidiũ, adde Gratian. *tom. 2 diſcept. forenſ. c. 269. n. 17. & ſeq & cap. 304.* Menoch. *remed. 3. adipiſc. num. 120. & ſeqq.* ſimile in Farinac. *p. 1. deciſ. 681. n. 3. & 9. deciſ. Rota Genuenſ. 27. in pr.* vti & è conuerſo ſolet dari eadem actio ad pretium ex re noſtra perceptum *l. ſi mater.* vbi Caſtrenſ. *C. de rei vind.* ſed latius de prædicta regula vide Gail. *tr. de pign. c. 11. per tot.* vbi & diſtinguit quoad hoc, inter iudicia vniuerſalia, generalia & particularia, in vniuerſalibus dicit, prout eſt hæreditas & fideicommiſſum vniuerſale, & ſic in petitione hęreditatis & trebelliana reſtitutione, pretium ſuccedit loco rei, ideo grauatus fidei commiſſo, ſi bona reſtitutionis alienat, & loco aliorum alia comparat, bona empta loco alienatorũ ſuccedunt, ita vt fideicommiſſarius, caſu eueniente, bona illa empta tanquam in locũ alienatorum ſubrogata petere poſſit per iura ibi allegata, quod cum ita in grauiſſima cauſa allegaretur, replicatum fuit, quod petens eſſet alienantis hæres, & conſequenter factum eiuſdem præſtare obligatus, in particularibus verò regulã eſſe, quæ dicit, quòd pretium non ſuccedat loco rei, niſi quando actio

actio eſt nata in ſubſidium re præſcripta vel vſucapta, in perſonalibus tunc, quando quis conuenitur ratione doli, vide tamen allegatos *in Deciſione Rotæ Genuenſ. 27. nu. 10.* ibi diſſentire videtur Curt. fortè ex regula, quod ex pecunia mea emitur meum non ſit *l. ſi ex ea pecunia, Cod. de rer. vind. l. licet, C. qui potior in pign.*

4. Sed iudicatum refert Neoſtadius *deciſ. 19.* eum poſſe conueniri, qui poſſidet rem illam, ſcilicet pecunia, quæ per vim ablata eſt, comparatam *l. ſi ipſa res, & ibi gloſſ. ff. quod metus cauſa,* nam generale eſt, quod actio, quod metus cauſa, detur contra omnes ad quos quodcunque commodum peruenit ex re mea per metum extorta *l. metum 9. §. fin. l. except. §. pedis, ff. d. tit.* vti & alias limitatur principalis doctrina, ſi aliter res vel precium ſeruari non poteſt, tunc enim dicit pretium ſuccedere loco rei & è conuerſo *l. ſi eum ſeruum, ff. ſi cert. petat.* deinde licet res empta ex pretio alterius rei venditæ non cenſeatur in locum eius ſurrogata, tamen fallit, ſi deſtinatione hominis ſubſtituatur, Ant. Faber *in Cod. tit. locati. defin. 5.* adde & *ſeq. defin. 6.* vide ibi notabilia, rurſus limitant hoc aliqui DD. quoad rem ex pecunia dotali emptam, quod videtur eſſe contra textum *in l. ex pecunia dotali, Cod. de iure dotium,* cuius duplicem limitationem adducit Maſtrill. *deciſ. 36. num. 3. & 4.* ideo videtur intelligi principalis doctrina in ſubſidium, quando aliunde non poteſt recuperari à muliere, Riccius *par. 4. collect. 740.* ibi plures caſus & declarationes, & alias puta dotales eſſe, ſi ita emptæ ſunt & cum conſenſu mulieris Mantica *de tacit. & ambiguis lib. 12, tit 27. num. 4. & ſeq.* & quæ requirantur vt res empta ex pecunia dotali efficiatur dotalis, vide Marcell. Calam. *de modo articulan. & proband. gloſſ. vnica, num. 467. & ſeqq.* adde Coſtal. *ad l. res quæ ex dotali, ff. de iure dot.* & Cardin. Tuſch. *lit. E. concluſ. 138.* item limitationes apud Peregrinum *de iure fiſc. lib. 6. tit. 3. num. 12.* quod quæſita, pecunia Principis, Fiſci, Eccleſiæ, militis, minoris, iiſdem acquirantur & non ementi, Vaſqu. hoc cum alijs declarat *tr. de ſucceſſ. reſol. lib. 1. §. 9. n. 65.* ſi ab eorum adminiſtratore hoc fieret, & nō aliter, alias quoq; notabiles declarationes vide *in tr. Regul. Iuris can. & ciuil. lit. R. reg. 422. in 6. limit.* notabiliter quoque fallit, quando acquirens ſe declarauit in re acquiſita habere nudum nomen, Farinac. *p. 2. deciſ. 771. in fin.* an autem dominium rei per vſuram acquiſitæ tranſeat in creditorem, negatiua eſt communis Canoniſtarum, contra aliam cōmunem Legiſtarum apud Gutier. *in quæſt. Can. lib. 2. q. 33.* res tamen & omnia lucra ex re acquiſita tranſeunt, vide & ibi, cuius pecunia res emptæ cenſeantur, & quędam *ad l. Quintus Mutius ff. de donat. inter vir. & vx.* in Meiſnero *tom. 3. deciſ. Cam. Imp. 25.* quæ in praxi ſæpe occurrunt, vide doctum quoque conſilium Molinæi *conſil. 13.* & Doctores *in l. ſi cum dotem ff. ſoluto matrimon.* & licet Molinæus probet, quòd res ex alijs comparatæ non ſint eædem ſed aliæ & alterius iuris, vt ſi pannus pro panno, pecunia pro pecunia detur, Decius & Alciatus *in d. l. ſi eum ſeruum, ff. ſi certum petatur,* tamen dicit ibi in caſu contrarium, ſcilicet in Vniuerſalibus vti eſt menſa, peculium, taberna, &c. quod illa non recipiant mutationem, quia dicit in illis non attendi vel conſiderari ſingula corpora vel res per ſe, ſed totum corpus integrale vel vniuerſale, quod non cenſetur recipere mutationem vel alterationem, at idem ipſum actu & ſubſtan-

Digitized by Google

ſtantia & re & nomine manere & perſeuerare, licet ſingula corpora mutentur & quotidie varientur per iura ibi adducta, ita vt vniuerſale ſemper idem maneat, licet in ſubiectis augmentum & diminutionem patiatur, Mager. *de aduoc. armat. cap.* 11. *num.* 177 *& ſeq.* vbi determinat, quòd conceſſio per verba vniuerſalia & collectiua futuras etiam acceſſiones complectatur, vt nomen ciuium eſſe collectiuum & pacem pro ſe & ciuibus factam, futuros quoq; comprehẽdere dicit, & *n.* 167. *& ſeq.* quod in generali quoq; obligatione, tam præſentia quàm futura continentur, vide illata ibi, iunctis traditis per Klock *de contrib. c.* 16. *n.* 79. *& ſeq. & n.* 111. *& ſeq.* vbi Myntin. 4. *obſ.* 70. tradens, quòd priuilegium immunitatis verbis generalibus conceptum, non comprehendat collectas ob bellum, vel aliam neceſſitatem ſeu publicam vtilitatẽ, aliquot modis declaratur & limitatur, & ibi de clauſula, & à cæteris grauaminibus &c. adiecta, quod nõ ſolum cõprehendat caſus ſimiles, ſed etiam maiores expreſſis, vnde & Zaſ. *in §. item Seruiana, inſtit. de action.* concludit, quòd merces venales inuectæ per inquilinum, obligentur non in ſpecie vel particulari quo ad indiuidua, ſed in genere & vniuerſaliter, quod eſt ſatis, vt non mutata ſed eadem dicatur manere officina mercium, de mercibus in taberna oppignoratis vide quoque Karpzouium *p.* 2. *Conſtit. Saxon.* 123. *defin.* 13.

5. De mercatore legante apothecam pannorum quid videatur legaſſe, vide Aluarum Valaſcum *rerum iud. tom.* 1. *conſult.* 59. adde *tom.* 2. *conſult.* 110. ſic etiam totalitas caſtri longè eſt aliud, quàm totalitas rerum caſtro adiacentium & ad caſtrum pertinentium, ideo caſtro apprehenſo (*vide in DD. infra cap. vlt. allegatis*) non cenſentur ſingulæ res ad caſtrum pertinentes apprehenſæ, quia ſinguli actus ſuis proprijs terminis abſoluuntur, & diſcretio rerum, exigit diſcretionem actionum, Cothman. *vol.* 5. *reſp.* 23. *num.* 233. qui *vol.* 1. *reſp.* 43. *num.* 20. *& ſeq.* dicit, quod & feudum ſit vniuerſitas, & proinde pecunia ex feudo redacta, pro feudo cenſenda & habenda ſit, Gail. tamen cum DD. allegatis *d. cap.* 11. *tract. de pignor. nu.* 2. tradit, precium in feudis non ſuccedere loco rei, ſiquidem feudum pecuniæ eſſe non poteſt nec è contra, neque etiam pecunia ex feudo redacta habetur pro re feudali, prout prædicta probat Heigius *lib.* 2. *quæſt.* 20. *num.* 36. *& ſeqq.* vide ibi quia diſputatur illa celebris quæſtio, an ſucceſſores feudales teneantur æs alienum, pro quo feudum comparatum eſt, ſoluere, & vbi eſt caſus, quòd quidam Comes pecuniam nomine filiarum ex hæreditate matris acceptam in emptionem feudi conuertit, an dictis filiabus aliquo remedio reali conſultum ſit, an verò contra ſucceſſorem ex æquitate *l. ſi me & Titium. ff. de rebus creditis*, agi poſſit, aliàs quædam diſtinctè in Cacheran. *deciſ. pedem.* 91. *num.* 15. *& ſeqq.* vbi de diſpoſitionibus vniuerſalibus, & in ijs quæ poſſunt ſe habere ad augmentum & diminutionem, commodum & incommodum, dicitur res in eodem ſtatu manere, adde Magerum *de Aduocatia armat. cap.* 11. *num.* 166. *& multis ſeqq.* Ratione prædictorum plura paſſim quæruntur apud Doctores, inter cæteros vide Deckerum *lib.* 1. *diſſert.* 2. *n.* 19. *& ſeq.* vbi diſputatur: an quota omniũ prædiorum donata & præſtanda demum poſt mortem donantis ſiue donatarij, extendatur ad bona poſtea acquiſita, refert ibi verba pactorum dotalium, ſponſus promiſit ſponſæ poſt mortem ſuam ſe permiſſu-

miſſurum ad eam venire tertiam dimidiæ partis omnium prædiorū & fundorum per verb. Erb Renthen / nullis exceptis, multum enim intereſt, an donatio certi corporis certęve ſpeciei poſt mortem fiat, an quotæ bonorum ſiue rei vniuerſalis, quod in ſpecie donatur per ſe, ſuis finibus & loco deſcriptum non aliter augeſcit, quam ſi poſt donationem ei donator aliquid adiecerit, ſed longe alia conſideratio eſt eius donationis, quæ ſub nomine quotæ bonorum aut vniuerſitatis facta ſit, hęc enim augmentum & decrementum recipit, ab ipſa acquiſitione bonorum ſub eandem vniuerſitatem venientium, & ambulatoria eſt vſque ad mortem donantis, & quemadmodum vniuerſitas adiectionis & detractionis capax eſt, ita quoque quotæ creſcunt & decreſcunt, quia vniuerſitati res ſingulæ, non autem quotæ opponuntur, quippe quæ ſine ſubiecti interitu eſſe poſſunt, *ibi* & pulchra de legato rerum ſingularium & quotæ, & vniuerſitatis, vt eſt legatum gregis, peculij, ſuppellectilis, dotis, &c. qualis non eſt diſpoſitio de bonis mobilibus & immobilibus, quia dicitur particularis & non vniuerſalis, Alexand. *libr. 1. conſil. 9. num. 6.* quia nomina & iura non poſſunt dici comprehenſa iuxta communem Doctorum opinionem. Adde omnino Zaſium *in l. ait Prætor, 11. §. ſi cum de hæred. n. 6. & ſeq. ff. de iureiur.* vbi inprimis dicit, quod iudicium generale eſt iudicium negotiorum geſtorum, tutelæ & curæ, adminiſtrationis, &c. vniuerſale vero eſt petitio hæreditatis, dotis, iuriſdictionis, &c. & eſt differentia, quod iudicium generale non habeat iuris intellectum qui poſſit vllo modo ſeparari à ſpeciebus, qui enim nominat, vel intellectu concipit, vel ratione complectitur nomen generis, is neceſſario cōplectitur omnes ſpecies in genere contentas, vnde genus nil aliud eſt, quā ſimul collectæ ſpecies, & ſic poſſet opinio nominalium defendi, cum dicunt ſingularia eſſe in vniuerſalibus inſeparatè, hoc verum eſt de genere, non de vniuerſali, quia vniuerſalia conſiſtunt in iuris intellectu, & poſſunt conceptu noſtro facilè ſeparari à ſingularibus, licet enim in effectu hæreditas & res hæreditaria idem ſint, in intellectu tamen non ſunt idem, poteſt hęreditas peti & obtineri, licet nullum ſit corpus hæreditarium, vide *ibi.*

Hęc ſummopere notanda, in varijs caſib. 6.
accōmodaui, quorum vnum habeo adhuc in facti contingentia, vbi ſub quota bonorum vel vniuerſitate bonorum quis hæreditati renunciarat contra diſpoſitionem, *l. fin. C. de pactis, cap. quamuis de pactis, in 6.* quæ iura declara, vt ſuper certa re vel aliquibus rebus pactio iſta licita ſit, ſecundum DD. magis communiter, item dubitaui valde, an ille, cui certæ aliquæ res, imò centum Imperiales in teſtamento loco legitimæ relicti erant, dici poſſit inſtitutus honorabili inſtitutionis titulo, vt requiritur, aliàs teſtamentum iuxta cōmunem DD. traditionem nullum eſt, & cum conſulerem contra teſtamentum adduxi DD. *in l. quoties, & textum ibi, C. de hæred. inſtit.* adduxi quoq; Ant. Fab. *de errore pragmaticor. dec. 15 err. 10. ibi & in fin.* agit de intellectu, §. *hac autem diſpoſuimus, Nouell. 115.* & rurſus *decad 14. err. 6.* Adde Griuell. *deciſ. 28. num. 18. & ſeqq.* & Soarez *in Theſauro recept. ſent. litt. R. verb. relinquendi, num. 44. & ſeq.* quod verba communia adiecta certæ rei non inducant inſtitutionem, quod latiùs pro confirmatione prędictorum proſequitur Aduocatus Cameralis *in conſ. 40. in ſecunda quæſt.*

verſ. Es kan aber / *& ſeqq.* adde Karpzou. *20.p.3.conſt.Saxon.15.defin.8.* atque ita inſtitutus pater in centum Imperialibus non videbatur hæres inſtitutus, quandoquidem numeralia quotam non conſtituunt, Cardinal. Tuſch. *litt.Q.concluſ.50.num.5.* vide & Bartol. *p.2.conſil.81.* interim excellentiſſimus D. Licentiatus Bruin Reipublicæ Colonienſis Syndicus (aliàs ſæpiſſimè mea conſilia ſubſcribens) noluit huic meo reſponſo ſeſe ſubſcribere, nam Bartol. *ad dict. Nouell. 115. §. hac autem ſiue cæterum,* docet, quod inſtitutus in re certa, dato alio vniuerſali hærede inſtituto, licet habeatur loco legatarij, tamen vt teſtamentum impugnari non poſſit, habetur lòco hæredis, deinde quia adiectum fuit, quod Titio parenti centum relinquantur loco legitimæ, aſſignatio autem, licet non apponatur hæres, habet vim inſtitutionis, *l. 1. §. Dinus autem, ff. de hæred. inſtit.* Schurff. *conſil.32. num. 7. cent.2.* & in terminis tradit Raudenſis *de Analogis, cap. 19. num. 49. & ſequent.* vbi teſtator extraneum ſcripſerat hæredem vniuerſalem, filio autem pro legitima legauerat centum libras, & vltra prohibuerat eum petere, & dicit Raudenſis, de diſpoſitionis validitate non videtur dubitandum, ſi erat pecunia hæreditaria, vide Doctores ibi, quod ipſemet Bartolus *in l. quoties, §. ſi duo, ff. de hæred. inſtit.* non admittit, ſi fuerit iuſſus eſſe contentus, vt nihil poſſit amplius petere, ſed mihi dicebatur vſu inualuiſſe, vt & legitima ita relinqui poſſit, & ita inſtitutum habere beneficium legis, quo agit ad ſupplementum legitimæ.

7. Aliquoties etiam conſului fretus ſuperiori doctrina, quod pacta dotalia inter coniuges de rebus certis facta, non poſſint vnius vel alterius, ſed demum vtriuſque conſenſu reuocari, intellige hoc quoad præiudicium alterius coniugis, nam licet non minus acriter quam ſubtiliter diſputetur, an eiuſmodi erecta pacta dotalia quoad conſanguineos reuocari poſſint, & multi negatiuam defendant, tamen affirmatiua in Camera Imperiali obtinuit, docetque Gail. *2.obſeru.78.num.8.* quod per teſtamentum pactis dotalibus derogari poſſit. Et tamen, vbi pacta dotalia concepta eſſent ſuper vniuerſitate bonorum, poterit vnus coniunx etiam poſt mortem alterius, non obſtantibus pactis dotalibus, teſtamentum facere, & iiſdem derogare per notata Cothmann. *volum.1.reſp.21.num.21 & aliquot ſequentib.* Vbi, quatenus pacta iſta ſuper vniuerſitate bonorum concepta fuere, adde Wameſ. *Cent. 2. conſil. 15. num. 1. & ſequent.* vbi & dicit non obſtare, quod iam per mortem prædefuncti mariti, res deſierit eſſe integra, quia reſpondet, quod duæ ſint diſpoſitiones in vna charta, ac perinde eſt ac ſi quiſquam ſeparatim de ſua medietate diſpoſuiſſet, de qua rurſus diſponendi per vltimam voluntatem libera debet manere voluntas per notat. Doctor. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. obligat. & argum. dict. l. fin. in verb. & in ea vſque ad extremum vitæ ſuæ ſpacium perſeuerarem, & l. 1. Cod. ſi mancip. fuerint alien. in verb. ſi modo Proculus non contrariæ voluntatis fuerit, cum concord.* Adde omnino Neoſtadium *tract. de pactis dotalibus*, ibi paſſim, & ſignanter ad propoſitum inprimis *obſeru. 1.* & in notis ibidem deciſum reperitur, quod pactum ſponſalitium de ſucceſſione bonorum, non impediat ipſis liberis, liberam de omnibus parentum bonis diſpo-

diſpoſitionem, cum enim pacta ſponſalitia moribus noſtris, dicit, non niſi ſucceſſionis legitimæ & minimè vltimæ voluntatis vim habeant, filio huic ipſa teſtamenti factio ad ſolam legitimam & Trebell. reſtringi non potuit, & *in notis ad obſeruat.2.* quod vltimæ voluntates, quæ pactis dotalibus ſcribuntur, æquè ambulatoriæ, atque eæ, quæ in teſtamentis fiunt, *l.3. §.fin. ff. de adimend. legat.* quippe pactis ſponſalitijs hoc agi, vt contrahentium ſinguli ſibi liberiſque ius ſuccedendi ab inteſtato deligant, vel nouum, ſi velint, conſtituant, liberis vero impuberibus, quia ipſimet hæredes eligere nequeunt, parentum iudicio, exemplo ſubſtitutionis pupillaris, ſtandum erit: Adulti vero, ſi ipſi ſibi hæredem non quæſierunt, parentum voluntati ſteiſſe creduntur, tuto namque recedere poterant, vide *ibi*, quid ſi prohibita fuerit alienatio, adde tamen Gratianum *lib.2. diſcept.forenſ. cap.247.* quod in contractibus & donationibus cauſa mortis, poſſint fieri & ſubſtitutiones & fidei commiſſa, quodq; non differant ab ijs, quæ fiunt in teſtamentis, niſi quod in illis non detrahatur Trebellicanica, an idem, quoad legitimam, quid ſi filius adfuerit, & alia notabilia vide, de quo alibi diſtinctè agam, tu interim vide quoque, ſi placet, Choppinum *de re ruſtica p.2.lib.2.cap.2.ſub num.20.immediatè ante num.3.*

Ex hac autem deciſione vlterius ſequitur, quod quamuis lucra ſtatutaria alteri ex coniugibus per teſtamenta auferri non poſſint, Gail. *2.obſeru.86. in fin. & obſeru. ſeq. in fin.* Chriſtinæus *volum.4. deciſ.210. & volum.1. deciſ.270. num.2.* Vide omnino Theſaur. *deciſ.34.* & Doctores ordinariè *in Authent.* præterea *ibi* Iaſon & Dec. *Cod.vnde vir & vxor,* aliud tamen eſt in lucris, quæ vt alia bona ſucceſſione deferuntur, ita tradit Additionator ad Dauth. *de teſtam. num.5.* vbi ita intelligit conſtitutionem Marchicam nominatam Erbfälle zwiſchen Eheleuten / ſimilis eſt diſtinctio, quam hic, vti notabilem refero ex Choppino *de re ruſtica part.3. lib.3. cap.10. num.5. & in margine,* vbi & ſi vidua capiat mobilia vt vltima ſuperſtes, ſi illa capiat in vim conſuetudinis, vel etiam in vim contractus, ſed ad conſuetudinem relatiui, hoc caſu ſubiecta eſt ſolutioni debitorum, vti quotidie in Ducatu Iuliæ practicatur, ſi vero ea capiat per nudum contractum, tunc debita ſoluere non tenetur, & ita iudicatum ibi reperitur non obſtante quod ibi donatio ſupellectilis & omnium mobilium tabulis nuptialibus inter coniuges pacta fuerit vltimo ſuperſtiti, nam quia hæc non ſucceſſione deferebantur, hęres æs alienum ſoluere debuit, ſi autem vltimò ſuperſtes fuiſſet in illis hęres, æs alienum tunc æqualiter cum hęrede patrimonij eſſet ſoluendum, *num.3. in margine,* & vide per tot. *ibi* de ære alieno ſoluendo, quomodo & per quos, atque ita intelligo communem illam DD. traditionem, quod hodie pactis dotalibus detur hæreditas, vti illa ita quotidie fiunt in Germania, teſte Zaſio *in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta, num.50. ff.de verb.obligat.* Graſſus *recept.ſent. §.ſucceſſio ab inteſtato, quæſt. 9.ſub num.4.* Gail. *2.obſeru.127.* Heigius *lib.1. quæſt.27. num.34.* Gilmannus *tom.1. part.3. voto 6.* Roſenthal *de feudis, cap.7. concluſ. 25.* prout de Germaniæ & aliorum Regnorum conſuetudine, ita iudicatum eſſe teſtatur Theſaur. *deciſ.225.num.12 & ſequen.* Ant.Faber *in Cod.de pactis conuent. defin.6.* Dauth. *de teſtam. num.84.* vbi

vbi ſemper nota,quod ſi certa quædam donantur ſuperſtiti coniugi, quod illa non poſſint reuocari, etiamſi effectus donationis poſt mortem differatur, ſed hoc caſu, (ſcilicet vt pacta dotalia ita cōcepta valeant quidem iuxta Germaniæ conſuetudinem per Doctores *ſuprà* relatos, tamen teſtamentum fieri poſſit in contrarium, caſu quo ſuper vniuerſitate bonorum concepta forent, aliàs ſecus)quoad punctum iuris ſemper notabis dictum Moli ęi *conſ.36.n.5.* quippe *ibi* traditur,ſi non reperiantur verba denotantia ſucceſſionem aut hæreditatem, quod eſt nomen iuris, ſed tantum ſuper certis enumeratis ſpeciebus bonorum conuentum fuerit, tunc pactum ſemper eſt validum, quia non eſt promiſſio vel futuræ ſucceſſionis, nec quotæ hæreditatis, ſed promiſſio & donatio enumeratorum bonorum, quæ enumeratio & quota bonorum, non eſt trahenda ad quotam hæreditatis vt vitietur, ſed relinquenda eſt in quota bonorum vt valeat, vt docet *num.6.& 7. ibi & in ſequentib.* ampliat,etiamſi paciſcens non fuerit vſus verbo donationis, ſed verbo fiat, præſtetur & ſimilibus, quod tunc non maneat in terminis nudi pacti vel promiſſionis, ſed fit & perficitur donatio etiam abſque verbo donationis, quæ per ſubſecutum teſtamentum non poteſt reuocari, vt ſolidè probat, & contraria diſſoluit, immo dicit Heigius *lib.1. quæſt.23. ſub num.37.* etiam in caſu pacti de ſuccedendo, quatenus per conſuetudinem inductum eſſet, vt illud mutari non liceret, (quemadmodum ad longum reſoluit Cothmannus *volum.3. reſpon.44.* quod pacta Matrimonialia & filialia, ſuper diuiſione & ſegregatione liberorum prioris Matrimonij interpoſita irreuocabilia ſint, ad quem breuitatis cauſa ſit relatio, & contraria diſſoluit) illa procedere.

Superius autem deducta, quod vniuerſalia non recipiunt mutationem, neque augentur vel diminuuntur, vide pro declaratione, an rebus omnibus extractis maneat Ius vniuerſale, Ioann. de Caſtell. *p.2. quotid. Contr. Iur. cap.17. præſertim num.35. & ſequent.* in rebus ſenſatis, non eſt reperire aliquod genus ab omni ſpecie extractum, illud enim eſſet tamquam prima forma vel Idea quædam Platonica, quæ non cadit in mentem legiſtarum, ita Pacianus *lib.1. de probation. cap.3. num.21.* vide illata *inferiùs*, & apud Cœuall. ac Zaſium *in l. ſi quis totum, §. planè, & ſeq. ff. de exception. rei indic.* vbi allegat Textus in quibus probatur nominalium & Scotiſtarum opinio, & an & quando vniuerſale trahat ad ſe ſingulare, & è contra, & *in §. ſi ancillam, nu.4. & ſeq.* quando dicatur res eadem vel diuerſa. Quapropter docuit& Coraſ. *in rub. ff. ſolut. matrim. prælectioni Italica, ſub n.16. & ſeqq.* quando tradit quid ſentiant Doctores de dote, quod nempe ſit ius vniuerſale, ex quo in dote precium loco rei ſuccedat, item fructus dotem augeant, item quod dos in rebus particularibus conſtituatur, libellus tamen & ſententia, dotem reſtitui, adeoque incerta & generalis valeat, & alia illata ab Alexand. *volum.4. conſil.124 num.11. & ſeq.* dicit autem ipſe cum alijs, dotis verbum non eſſe ius, ſed ipſum rei corpus, à muliere marito ob cauſā matrimonij datum, ita vt rebus dotalibus perceptis, ipſa quoque dos euaneſcat, cum dici ſoleat ius vniuerſale permanere ſubtractis etiam corporibus; quod ampliat procedere, etiamſi in pluribus rebus dos fuerit conſtituta, non tamen ideo ſequitur ius eſſe vniuerſale,

9.

Digitized by Google

ſale, *l. rerum mixtura, ff. de vſucap.* & dicit patere in grege, legione, armento, populo, choro ſeruorum, & alijs id genus, quæ vniuerſitatis nomina ſunt, ſed facti non iuris, *l. proponebatur, ff. de Iudic. l. ſi chorus, ff. de legat. 3.* Vnde grex vindicari poteſt non facta ſingulorum corporum demonſtratione, *l. 1. §. fin. ff. de rei vindic.* contra Iuris vniuerſalis naturam, in quo ſingula corpora, vbi in rem agitur, peti debent, *l. ſi peculium, ff. de pecul. leg. l. vindicatio, ff. de rei vindication.* & vniuerſale ius non modo plurium rerum vniuerſitatem ſignificat, ſed etiam iura & actiones actiuè & paſſiuè continere ſolet, vt in hæreditate, patrimonio, peculio, ſimilibusque videre licet, *l. hæreditas, l. peculium, ff. de verborum ſignificat. leg. cogi, in princ. ff. ad Trebell. cum concord.* Quod vbi certum fundi corpus in dotem datum eſt, vllo modo conſiderari nequit, *l. mulier bona, ff de iur. dot.* & dicit Molin. ad Alexand. *volum. 3. conſil. 49. num. 7.* quod dos non eſt vniuerſale quid, niſi vniuerſitas ſit data in dotem, dicit autem Coraſ. obſtare, quod & fundus dotalis dicitur, *l. 2. §. cum Stichum, ff. pro emptore*, quia id procedere poſſet, ſi verbum vniuerſitatis contrahamus, vt id ſignificet, quod paſſim DD. appellant totum integrale, quomodo Sabinus domum vniuerſitatem ædium dixit, cuius partes ſunt ſolum & ſuperficies, item vniuerſitatem conſummationis pro opere omni ex parte perfecto, nec hoc caſu dici poteſt ius minus vniuerſale, ſed potius quid integrale ſuis partibus ita conflatum, vt minima ſublata, deſinat eſſe totum, quippe res omnes in dotem datæ, ſiue dotales ſimul & coniunctim conſideratæ, ab ipſa dote non differunt, quamuis ſi plures res dotales ſeparatim, aut etiam vnius corporis in dotem datæ, partes ſingulariter & per ſe conſiderentur, aliud ſint à dote, tamen nec tunc dos vllo modo ius dici poterit, ſed quædam viuerſitas rerum aut nomen plurium collectiuum, verum vti in cæteris ibi enumeratis, ex pecuniæ numeratione, aut rei dotalis traditione, ius quoddam oriri & conflari, quod ipſum quoque dos in iure nonnumquam dicitur, de quo probabilior eſſet quæſtio, an ius particulare vel vniuerſale ſit, qua in re iam diu dicit ſe docuiſſe, vt quemadmodum actio mobilis vel immobilis, obligatio diuidua vel indiuidua, iudicatur ſecundum naturam rei, propter quam proditæ ſunt, ita ius illud, quod dos dicitur, ex natura rei in dotem conſtitutæ definiatur, vt ſi ſingularis aut particularis ſit, ius particulare, ſi vniuerſalis, vniuerſale quoque ius exiſtimetur: Quod acutè præſenſit Cumanus, dum dicit dotem eſſe ius vniuerſale, aptitudine non actu, ſi vna res in dotem data ſit, hæc & plura Coraſius *dicto loco*, vbi reſoluit obiecta, quæ ideo hic refero, quia ad multa alia inſeruiunt, adde, idem docentem Zaſium *in Rubr. ff. ſolut. matrimon. ſub num. 16. & in parat. ff. de pactis, num. 37* de vniuerſalitate, quod in rebus particularibus verificetur, vnde in caſu relato apud Cœuall. *in Speculo commun. opin. quæſtion. 536. num. 37. & ſequentib.* vbi hæreditas magna vel etiam parua quantitate vendita, non poterat verificari in vno minimo, reſpondit emptorem ad nihil teneri, vide ad eum.

Cæterum in caſu conſuetudinis habui aliquoties in facto, an pretium prouentum ex bonis antiquis, ſit ſubiectum conſuetu- 10.

dini, de quo vide Riccium *part. 5. collect. 1850.* & quædam *in collect. 1951.* Et quod appellatione conqueſtus non veniat, quod emptum fuit ex pretio patrimonij vendito, Chriſtinæus *ad conſuetud. Mechlin. tit. 9. artic. 11. num. 9. & 10.* adde & *art. 5.* & docet Wameſ. *Cent. 2. conſil. 42. num. 13.* quod res ex patrimonialibus comparata, non ſit patrimonialis, ſed acquiſita, vt & res comparata ex pecunia mea, non eſt mea, ſecus ſi declaret ſe, quod velit eam rem comparatam loco rei alienatæ haberi, & quando abſque illa declaratione, vide *num. 19.* ita & docuit Anton. Faber *in Cod. locati, defin. 5.* quod res empta ex pretio alterius rei venditæ, non cenſeatur in locum alterius ſubſtituta, niſi deſtinatione contrahentium, vide & *defin. ſeqq.* Adde ad prædicta Berlich. *part. 2. concluſ. 13.* item nec acquiſita dicuntur, quæ ex diſtractione alterutrius coniugis acquiruntur, Wameſ. *tom. 2. conſil. 542. num. 7.* item nec reemptio redituum vigore pacti de retrouendendo, non eſt noua acquiſitio, Matth. *in ff. tom 3. verb. Pactum, cap. 52.* Sed an acquiſita dicantur, quæ ante Matrimonium empta, ſed ſtante Matrimonio ſoluta fuere, vide Chaſſan. *in conſ. Burgundia, rubr. 4. §. 9. ad verb. omnium debitorum, verſ. Sed an hoc, & ſequent.* Sic etiam quod ex diuiſione obuenit, non haberi pro nouo acquiſito, vt communicetur, Wameſ. *ad ius Canon. de appellat. conſil. 181. num. 12.* diuiſio namque non eſt propriè alienatio, ſed portionum diſtributio, Chriſtinæus *volum. 1. deciſ. 372. num. 7. & 8.* ibi & remiſſiuè, in ſumma de regula, quod precium loco rei ſuccedat, præter Doctores *in rubr. ff. ſolut. matrimon.* ibi Bartol. & Additionator ad eundem, *& in d. l. ſi & rem & pretium, ff. de petit. hæred.* Vide Franciſc. Caldas *de renouatione Emphyteut. q. 3. num. 13. & ſeqq.* item de regula ſurrogati, quod induat naturam ſui ſurrogati, vide Cothmann. *volum. 2. reſp. 95. num. 1. & ſeqq.* & de intellectu, *num. 28. & ſeqq.* ibi pulchrè declaratur, vide & caſus quotidianos & practicatos apud Karpzouium *p. 2. conſt. Saxon. 12. defin. 2.* vbi bona ex permutatione pro bonis auitis acquiſita non ſunt auita, & *defin. 3.* nec pretium ex bonis auitis redactum in locum bonorum auitorum ſuccedit, *defin. 4.* quod bona auita naturam eiuſmodi bonorum amittant, quando ea frater à fratre per emptionem, aliumve titulum ſingularem acquiſiuit, & *defin. 5.* Bona auita cum pacto de retrouendendo vendita & poſtea reempta, non deſinunt eſſe auita, & aliqua *part. 3. conſtit. Saxon. 21. defin. 8. & ſequent.* quinimo videmus in ordinatione Ducatus Iuliæ permiſſum, vt in pactis dotalibus bona mobilia pro immobilibus in pactum deducantur & conſtituantur, ne vltimò ſuperſtes ea non lucretur, vide Flores Diez *libr. pract. quæſt. 20. per tot.* an ſi res aliqua patrimonialis vendatur, & in eius locum alia ſubrogetur, quæ & poſtea vendatur, an res ſubrogata fiat patrimonialis, & retractui ſubiecta, prius autem intellige fieri per fictionem, quia licet non poſſit fieri contra veram rei entitatem, vt ſcilicet iſta mobilia ſint vel efficiantur immobilia, tamen hoc ipſum lex ſiue dicta ordinatio, & non homo, quoad effectus iuris facere poteſt, per doctrinam Bart. ibi alleg.

11. Eodem modo fit diſtinctio inter iudicium vniuerſale & particulare, quoad acqui-

quiſitionem fructuum, nam in iudicio vniuerſali bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, ſiue ſit factus locupletior, ſiue non, iuxta cõmunem opinionem relatam à Raudenſi *de Analogis, cap.37. num.199. & ſeq.* quem in caſibus occurrentibus in materia fructuum, quomodo & quando à poſſeſſore acquirantur, conſule *ibi in dict.cap.37. num.442. & plurimis ſequentib.* vbi hoc ipſum deducit & illuſtrat per multas diuerſas concluſiones, quem & *ſuprà de Dubijs cap.18.* allegaui, dicitque *num.202.* quod in actibus & Iudicijs particularibus, facta ſolutione ſuper principali, extinguatur, petitio ſuper acceſſorio, & ſic ſuper fructibus & Intereſſe, *l.4. Cod. depoſiti, l.terminato, Cod. de fructibus & litis expenſ.* quod ipſum declara vt ibi, & latè Deciſ. Rotæ Genuenſis 87. Ruſus declara non procedere, quando fructus vel Intereſſe petuntur iure actionis, Mynſing. *4.obſ.48.* præiudicijs comprobat Coſtal.*in l.ſi per colluſionem, §.pretijſorte, ff.de action.empt.* in materia fructuum & Intereſſe communem dicit Scacc. *de commerc. & cambio, §.1. quæſt.7. part 2. ampliat.8. num.298. & ſeq.* quod quando illa iure actionis debentur, in ſententia omiſſa, poſtea adhuc peti queant, ſuper qua diſtinctione ſæpius conſului, vide ad eum. In particulari vero iudicio, quomodo petitio & ſententia concipienda ſit, docent Doctores *in §.curare, inſtit. de actionibus*, & ad tit. *Cod. de ſentent. quæ ſine certa quantitate profertur*, in materia liquidationis, vide Gratianum *tom.1. diſceptat.forenſ. cap.183. num.33. & ſeqq. atque cap.333.* Adde Cardinal. Tuſch. *litt.L. concluſ.389.* quando etiam in ſingulari iudicio poſſit fieri miſſio, vbi debitum non eſt liquidatum, vide Anton. Fabr. *in Cod. de execut. rei iudic. defin.10.* quod nota pro declaratione, quod ante executionem liquidatio neceſſaria ſit, Crauett. *conſil.164.num.2.* & de fructibus adiudicandis & liquidandis, Carocius *de except.contra præiud.ſenten.excep.132.num.53 & ſequent.* & de melioramentis Caualc. *par.1.in indice,in verb.melioramenta in medio*, & de fructibus Surd. *conſil.293.* & de ſententia Intereſſe quomodo concipienda, Cagnol. *l.quatenus 24. num.21. & ſeq. ff. de reg.iur.* & concludendo nota diſtinctionem Meiſneri, *tom.4.deciſ.9.num.38.* quod ſententia ad ſolum Intereſſe condemnatoria, nullam certam quantitatem continens, inualida ſit, iuxta Gloſſ. *in d.§.curare*, vt verum ſit, ſi Intereſſe principaliter petatur ex contractu vel ſimilibus, ſecus ſi peteretur cum Intereſſe & damnis, tunc enim ſpecificatio poteſt fieri in executione, prædictam diſtinctionem approbat Mynſing. *decad.3.reſp 21.num.89. & ſequentib.* vide eundem *4.obſeruat.100.* & Doctores in locis ſupra allegatis.

CAPVT VII.

Vniuerſalis ſermo ſiue enunciatio an vniuerſaliter intelligatur? vbi & de argumento à ſubiecta materia deſumpto.

INprimis quæ ſint verba vniuerſalia, generalia, & ſpecialia, vide in Cardinal. 1.
Tuſch. *litt. N. Nomina vniuerſalia ſunt nomina iuris*, & quæ *concl.53. & litt.D.concluſ.397. & litt.V. concluſ.122.* item Felin. *in cap.canonum ſtatuta, nu.15. x.de conſtit.* quomodo & ex quibus ſignis cognoſcatur generalis conſtitutio, & *num.16.* dicit, quicquid ſtatuitur in fauorem Eccleſiæ, intelligitur eſſe generale, niſi contrarium inuenia-

ueniatur expreſſum, & vides diſtingui inter verba vniuerſalia & generalia ad varios effectus, & dicunt quod verba vniuerſalia ſimpliciter prolata comprehendant omnia quæ excogitari poſſunt, magis ſi ſint geminata, quia tunc referuntur non tantum ad ea quę cogitata, ſed etiam quæ incogitata ſunt, cum ſaltem in genere potuerint cogitari & cognoſci, quod ſufficit, DD. allegat Martinus Monter à Cueua *deciſ. Regni Arrag. 35. num. 6. & 7.* Adde Iaſonem *volu. 2. conſil. 182.* vbi in principio quod verba vniuerſalia & negatiua, excludant omnes caſus vniuerſaliter præter exceptuatos, ita vt etiam actum pium & fauorabilem cenſeantur excludere, vide tamen ſeqq. Et de ſtatuto generaliter loquente, quomodo intelligi debeat: De prædicta ſiue propoſita quæſtione vide Zaſium *lib. 1. ſing. reſp. cap. 6. vbi num. 3. & 13.* facit regulam generalem, quod non ſolum in moralibus & poſitiuis, ſed etiam in quocunque ſermone, vniuerſalis enunciatio non vniuerſaliter & illimitate effuſoq; excurſu intelligi, ſed determinari, temperari, & coerceri debeat, iuxta naturam, conditionem, qualitatem, aptitudinem perſonarum, rerum, negociorum, temporis, loci, aliarumque circumſtantiarum, quæ vniuerſali ſermoni ſe accommodarūt, ideoq; & attendi oportet, quo fine, in qua materia, quo propoſito, ſuper quibus perſonis, rebus, negotijs proferantur, vt ex hoc appareat, qualiter eius vis ac poteſtas plus vel minus extendatur, vbi hoc ipſum varijs ſacræ Scripturæ exemplis illuſtrat, & *ibi* pulchræ declarationes, quando vniuerſalis oratio vniuerſaliter intelligi debeat, adde Zaſium *in l. poſſeſſio, §. acquirimus ſub nu. 3. & n. 14. & ſeqq. ff. de acquir. poſſeſſ. ibi* aliqua notabilia de conſenſu generali, iunctis ijs, quæ de aſſenſu, conſenſu & licentia tradit Borel. *in ſumm. deciſ. lib. 1. tit. 36. per tot.*

Regula tamen ſit, quod verba vniuerſalia 2.
& generalia comprehendant & contineant ea, quæ ſub ijs comprehendi & contineri poſſunt etiam in materia odioſa & ſtricta, ſic docet Crauett. *conſ. 964. nu. 10. & 11. & conſ. ſeq. n. 9. & 10.* nec aliter reſtringi debēt, niſi ratio reſtringendi ſubſit, ſed habent vim ſpecialis expreſſionis verba vniuerſalia & geminata, Cephal. *conſil. 347.* Crauet. *294. & conſ. 308. num. 6.* & paſſim Doctores. Effuſus igitur ſermo eſt cum periculo, Zaſius *in l. tres fratres, num. 11. de pactis,* quod ipſum de verbis vniuerſalibus, generalibus & geminatis exornat Caualc. *p. 2. deciſ. 5. num. 25 & ſeqq.* & *ibi* quod non debeant reſtringi, vbi reſtrictio repugnat verbis, adde Alexan. *in l. 1. num. 76 & ſeq. ff. de offic. eius cui mandata eſt iuriſdictio,* vbi facit quoque differentiam inter vniuerſalitatem & generalitatem, quod ſub vniuerſalitate tranſeant, quæ alias ſpecialiter non tranſirent, aliud autem in generalitate, nam vniuerſale dicit, inſtituit vnum totum, & comprehenſa ſub vniuerſitate non conſiderantur, vt ipſa per ſe, ſed vt partes vniuerſalitatis, ideo & cum vniuerſitate tranſeunt, vt fit in venditione Caſtri, in quo erat Eccleſia, ſpectans iure patronatus ad venditorem, ita vt licet patronatus ius vendi non poſſit per ſe, tamen cum vniuerſitate vendi poſſit, vide *ibi* plura illata, & *in praced.* quod iſta non procedant in generalibus diſpoſitionibus, nam generalis delegatio non comprehendit id, quod alicui ſpecialiter eſt reſeruatum, nec generale mandatum ad cauſas criminales extenditur, de qua regula cum ſuis ampliationibus & limitationibus vide Barboſ. *tr. Axio. iur. vſu freq. ax. 106. per tot.* & *ibi* DD. allegatos, & *ax. 73.*

Digitized by Google

ax.73.ibi quoque latè quando generalis diſpoſitio reſtringatur, item *axio.136.* quando lex generaliter loquens generaliter intelligenda, & quando reſtringenda veniat, & rurſus *tract.de dictio.vſufreq.lit.O.verb.omnes,* ſemper ideo obſeruandum erit, quod verba vniuerſalia ſint maioris efficaciæ, quam generalia, & omnia includunt, quæ excogitari poſſunt, Bart. *in l.generalia,§.vxori ff.de vſufr.leg.* Myns. *decad.3.reſp.13.* Schrad. *de feud.par.10.ſect.5.nu.71.& ſeqq.* efficiuntq; vt reſtrictionem non admittant, quæ alias reſtrictionem reciperent, Cacher. *deciſ.94. num.10.* & habent vim ſpecialis conceſſionis, Cephal. *conſil.59.num.116.* Crauett. *conſil.467.num.3.* & operantur ac ſi de ſingulis in ſpecie facta eſſet mentio, Surd. *deciſ.265.num.30.* reſtringuntur tamen iuxta naturam actus, cui adijciuntur, Martin. Monter à Cueua, *deciſ. Regn. Arrag. 35. num.77.*

3. Sed ſi de re ſeparata & diſtincta agatur, fruſtra de vi iſtorum verborum diſputatur. Collige igitur quaſdam notabiles limitationes ad præd. reg. ex Zaſio, *in l.ait Prætor, §.præterea, num.3.ff. quæ in fraudem creditorum,* quod verba confuſa & indeterminata, determinantur & clareſcunt ex natura ſubiectæ materiæ, quod pulcherrimè proſequitur idem Zaſius, *in l. ſtipulatio iſta, §.ſi qui, ff. de verborum obligationib.* vbi bene explicat & exemplificat, quod verba ambigua & generalia relata ad perſonam, intelligantur iuxta qualitatem perſonæ, vbi & eſt caſus pactorum dotalium, quando in ijs diſpoſitum reperitur, quod bona immobilia reuertantur ad hæredes mariti, bona mobilia vero ſint vxoris, hic non intelligi dicit arma, bombardas, equos & cætera ad militiam parata, quia conditio perſonæ, conuentio generalis relata ad perſonam non patitur, & tractat illam vulgatam Theoricam, quod talia ſint ſubiecta, qualia permittuntur ab eorum prædicatis, & è contra, ſicuti eſt materia præcedentium, ita reſtringitur materia ſequentium, id eſt, prædicati, quod perinde eſt dicere, præcedentia coërcentur ex ſequentibus, ſequentia conſtringuntur per præcedentia, ita intelligimus regulam vulgatam, talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata, id eſt, ratione adiuncti, alia ratio coniuncta moderatur, ratione coniuncti coërcemus rationem proximam, ſiue præcedat, ſiue ſequatur, vbi iſta pulchrè exemplificat, adde eundem *in l.emptor,§.huius, ff. de pactis,* vbi & quod vniuerſitas, quantumcumque ſit extenſa, ad materiam ſubiectam coërceatur, quodque verba indeterminata reſtringantur ad naturam rei, de qua actum eſt, adde præter Raudenſem de Analogis *p.3. appendicis, num.210.* vbi quod vniuerſalis dictio omnis, includat ſolum ea, quæ ſunt proportionabilia materiæ, in qua profertur, Surdum *deciſ.150.* ibi an libris omnibus Iuriſconſulto legatis, veniant tantum libri legales, vti & ſi teſtator mandet viduæ prouideri de veſtimentis, intelligitur de veſtimentis viduæ conuenientibus, vide ibi quod vniuerſalis diſpoſitio non reſtringitur ad habilitatem in diſpoſitione hominis, & ideo dicit quod veſtimentis vxori legatis veniant etiam feſtiua, magis autem eſt, qui promiſit alium adiuuare contra quamcumque perſonam, vt non videatur hoc promiſiſſe contra ſeipſum, cum & coniunctæ perſonæ exceptæ intelligantur, Coraſius *in l. conſulari, num.19.& ſeqq. ff.de ſenatorib.* vbi & de regula, quod perſona loquentis

non cenſeatur comprehenſa in generali ſermone, prædicta habemus in praxi quotidiana, vt ſubiectum intelligatur ſecundùm naturam & qualitatem prædicati, & per hoc effectum ac veluti ſignatum reddatur aut circumſcribatur DD. *in l. nonnunquam, ff. ad Trebell. c. ſi gratioſè, de reſcript. in 6.* Gail *2 obſeru. 106. num. 3.* & ille modus arguendi ad multa facit. v. gr. ſi forè in aliqua cauſa non appareat de libello (quia fortè acta ob antiquitatem ſunt deperdita) tunc debemus in verbis ſententiæ præſumere quali[illegible] & conſtitutionem libelli & rei, quia v[illegible]dictum, talia ſunt ſubiecta qualia prædicta demonſtrant aut permittunt, Panorm. *in cap. dudum, x. de decimis.* Gail. *de arreſt. Imperij cap. 4. numer. 4.* quo argumento ad demonſtrationem hodierni Romani Imperij vtitur Reinking. *de Regimine ſeculari & Eccleſiaſt. lib. 1. claſſ. 2. cap. 3. num. 10. & ſeqq.* dum inquit, adhuc hodie in nouiſſimis Imperij Conſtitutionibus appellatur das Römiſche Reich Teutſcher Nation / vnumquodque autem eſt tale, quale ſeu qualiter indigitatur ſeu denominatur ab appellatiuis, Baldus *in l. Conuenticula, Cod. de Epiſcop. & Cleric. l. omnia §. 1. de annuis legat.* hinc illud peruetuſtum axioma reſultat, quòd talia ſint ſubiecta, qualia prædicata indicant ſeu demonſtrant. *Gloſſ. inter dilectos, x. de fide inſtrument.* quam Card. & Felin. *ibi* ſingularem dicunt, hoc ipſum quotidianis exemplis illuſtrari poteſt, vt ante aliquot annos in mea Patria deſuper orta fuit controuerſia, & in ſequentibus ad oculum patet, die Cloſterhueff / Cloſter-Güter / Stiffts-Güter / & ſimilia, quibus caſibus reuera ipſum prædicatum efficaciter qualificat & afficit ipſum ſubiectum, quo caſu ſæpiſſimè oriuntur difficillimæ quæſtiones, quando fortè tertius reperitur & repertus fuit, aliquot annis in poſſeſſione iſtorum bonorum bona fide emptorum.

De nominibus appellatiuis, quotuplicia ſint, & de eorum virtute per te videre poteris Zaſium *in l. ſi quis in fundi vocabulo, ff. de legat.* 1. ibi quædam notabilia, & *in l. ex duobus impuberib. num. 18. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* dicit, vim ſubiectæ materiæ tantam eſſe, vt licet nomina, quæ non ſunt propriè collectiua. ſi tamen eorum natura ex materia ſubiecta, ad vim collectiuam accedit, ſi ſingulariter proferantur, ad plura extenduntur, vt cum nomino aceruum lapidis, intelligitur de pluribus, vt cum *Exod. cap. 16.* dicitur muſca grauiſſima, intelligitur de pluribus, & cum dicimus: Sereniſſimus Princeps Elector Bauariæ habet exercitatum militem, ſumitur pro omnibus militibus, hic adde quæ paſſim tradunt Doctores de argumento à materia ſubiecta deſumpto, de quo vide & Nicol. Euerhar. *in locis legalibus à ſubiecta materia per tot.* ita vt magis attendatur ſubiecta materia quàm denominatio contrahentium *l. vbi ita donatur, ff. de donat.* Cauaſcan. *par. 2. deciſ. 36. num. 54.* & ſubiecta materia, verborum amuſſis & canon indubitatus cenſetur, *l. ex conducto, §. Papinianus 4. §. ſed etſi, ff. locati,* Weſenbec. *in paratit. de iuſtit. & iur. ſub num. 3.* & ſic verba in dubio ſecundùm naturam rei intelligenda ſunt, vide Cardin. Tuſchum *lit. D. concluſ. 501. & 503. & lit. V.* verba ſecundùm ſubiectam materiam intelligenda *concluſ. 95.* & ſecundùm naturam rei *concluſ. ſeq. 96.* item ibi verba vniuerſalia reſtringuntur, ſecundùm ſubiectam materiam *concluſ. 132.* item verba impropriantur ſecundùm ſubiectam 4.

Digitized by Google

iectam materiam *concluſ.* 111. in ſumma vide eundem, verba vniuerſalia omnia includunt, & quæ ſint vniuerſalia vel non vide, & quando reſtringantur *concluſ. 121. & aliquot ſeq.* quanda verba vniuerſalia & generalia reſtringantur, adde Surdum *deciſ. 233.* vbi, an diſpoſitio vniuerſalibus verbis concepta comprehendat futura in teſtamentis, non verò in contractibus declara *num. 26.* quodque diſpoſitio vniuerſalis & geminata, non trahatur ad actum inualidum, operatur in fauorem, non in odium, reſtringitur vt euitetur abſurdum, item iſta verba reſtringuntur per adiectiuum adiunctum, vide ibi & verba quantumcunque enixa, generalia & multiplicata, nunquam demunt vel tollunt id, quod prouenit ab intrinſeca natura illius actus, Beſoldus *in Theſaur. pract. lit. L. num. 66. verb.* Itquittierte Schuldt, *verſ. ſic*, item maieſtas legalis ſapientiæ inquit Zaſius *in l. cum ex filio, §. quidam, num. 4. ff. de vulgar. & pupill ſubſtit.* non ita arctatur ad terminos, ſed magis ad ſubiectam materiam.

CAPVT VIII.

An indefinita æquipolleat vniuerſali.

1\. HAnc Queſtionem exactè tractat Couarr. *lib. 1. variar. reſolut. cap. 13. ibi in princ.* præmittit, quæ ſit propoſitio indefinita, vniuerſalis, particularis & ſingularis, quando indefinita æquipolleat vniuerſali vel non, Nicol. Euerhar. iun. *conſ. 5. num. 52. 74. & ſeqq. volum. 2.* & declaratur apud Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 46. num. 31.* vt procedat in indefinita legis non hominis *ibi & in ſeqq.* quòd diſpoſitio generalis legis non recipiat reſtrictionem de habilitate, ſecus in diſpoſitione hominis, alias ſimpliciter tradit Zaſius *in paratit. ff. de adopt. num. 19.* quod conceſſio vniuerſalis ad aptitudinem reſtringatur, & ad *tit ff. ſi quis cantionibus, &c. num. 11. & ſeqq.* vide tamen Surdum *conſ. 20. num. 27. & ſeqq.* vbi dicit, quòd diſpoſitio hominis non ita reſtringatur ſicuti diſpoſitio legis, ſed latius interpretanda veniat, ideo videmus, quod verba legis quantumuis generalia & vniuerſalia recipiant reſtrictionem de habilitate, ſed verba hominis vniuerſalia in ſua generalitate intelliguntur, & nullo modo reſtringi poſſunt ibi Doctores copioſè allegati, idem tradit *deciſ. 150. num. 8.* & latius *in conſil. 73. num. 62. & ſeqq.* adde Gomeſ. *ad reg. Cancell. de annali poſſeſſione quæſt. 3.* multa ſingularia Vaſquius *lib. 5. controuer. cap. 30.* præſertim *num. 27. & ſeqq.* nouiter declarat, quomodo & quando indefinita æquipolleat vniuerſali, tam in legibus & ſtatutis, quàm in probationibus, teſtium dictis, alias communis eſt, quòd indefinita in probationibus & teſtium dictis, non æquipolleat vniuerſali, Surd. *deciſ. 263. num. 10.* & ex communi vſu loquendi dicit Luc. de Penna *in l. quoties, num. 4. Cod. de excuſat. artif.* non ſufficit dicere Decuriones hoc fecerunt, quia hoc caſu indefinita locutio non æquipollet vniuerſali, quia ſolum in materia neceſſaria, & non contingenti, indefinita locutio æquipollet vniuerſali, poſſet declarari, vt procedat in materia odioſa, non verò fauorabili, quia docet Vaſquius *de ſucceſſion. reſolut.* quod ad perſonas relata, æquipolleat vniuerſali, cuius nouam declarationem vide *de ſucceſſ. creat. lib. 2. cap. 20. requiſito. 29. declar. 2. num. 53. & ſeqq.* & alias verba indefi-

Digitized by Google

definita coërcentur ad ſpeciem iuxta contractus præcedentis naturam, Zaſius *in l. venditores, num. 4. ff. de verbor. obligat.* vbi exemplificat. adde Barboſ. *tract. Axiom. Iuris vſufreq. axiom. 123.* & Doctores ibi allegatos, Alexan. *in rubr. ff. ſolut. matrim. in addit. lit. C.* quòd indefinita non æquipolleat vniuerſali quando non eſt eadem ratio, & reſtringit, limitat, & regulat ſtatutum, ſiue ratio ſit expreſſa ſiue coniecturata, quodque indefinita in ſtatutis complectatur omnes vbi eadem eſt ratio, vide & Gratian. *lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 337. & lib. 1. cap. 70 num. 55. & ſeqq.* ibi an indefinita æquipolleat vniuerſali collectiuæ vel diſtributiuæ, ad quos breuitatis cauſa ſit relatio.

2\. Et de dictione, in infinitum, perpetuum, vide Barboſ. *de diction. vſufreq. dict. 163.* & de verbis perpetuitatem denotantibus, & quid ſit perpetuum vide paſſim in Ioanne de Caſtil. *lib. 2. quotid. controuerſ. iur. ca. 22.* vnde elicitur Theorica, quæ annalia ſunt ad agendum, perpetua ſunt ad excipiendum, de qua vide Caſp. Anotn. Theſaur. *lib. 2. quæſt. 17. ſub num. 3. in fin.* & de veritate eiuſdem Corat. *de except. contra praiudic. ſentent. except. 22. quæſt. 18. num. 9. & ſeqq.* vbi intelligit veram, ſcilicet re integra ante motam actionem, ſecus poſt, alias citius perditur exceptio, quam actio, deinde non procedit dicta Theorica, in exceptione quæ etiam agendo proponi poteſt, tunc enim temporalis eſt, tertio non procedit, niſi tempus ad excipiendum ſit limitatum, vt ibi, aliàs de dictione in perpetuo multis caſibus, Barboſ. *de diction. vſufreq. dict. 257.*

* * *

CAPVT IX.

Generalia quando & in quibus reſtringenda?

HOc ipſum latè per Alphabetum tractat Raudenſis *de Analog. cap. 22.* vbi enumerantur remedia reſtrictiua generalitatis, reſpectu quarumcunque diſpoſitionum, tam ad ciuiles quàm criminales cauſas pertinentium, quem in caſibus occurrentibus conſuluiſſe non pigebit, & *cap. 33. num. 22. & ſeqq.* ait iudicatum fuiſſe, quod in generali ſermone non comprehendatur cauſa dotis, ſic nuper quidam fruſtra conſuluit, in terminis noſtri ſtatuti, verba enim eiuſdem includunt dotem, ſicuti docet Alciat. *in cap. cum contingat de iureiurand. n. 156.* quod diſpoſitio generaliter prohibens minores ſine certa ſolennitate alienare, non habet locum in alienatione iurata, nam vt dicit *num. 16.* lex ciuilis non poteſt diſponere ſuper iuramento, quia ex eo principaliter Deo quæritur obligatio, vide tamen *in ſeqq. & num. 244.* quod lex ciuilis non poſſit contra actum ſpiritualem, vti eſt iuramentum, diſponere, ſi principaliter diſponeret, vide & DD. *in l. obligatione generali, ff. de pignor.* & de intellectu Mattheſil. *ſing. 136.* vbi additiones, annotationes, & quomodo dictio omnis reſtringatur, & quod in generali obligatione non veniant inſtrumenta ruſtica tradit Beutherus *de iure prælat. lib. 1. cap. 77.* item in mandato generali non venire illicita tradit Zaſius *in l. ſi Procurator, num. 5. ff. de condict. indeb.* de quo vide latè Borellum *in Summa Deciſionum lib. 1. tit. 66. num. 416. & ſeqq.* item *num. 160. & ſeqq.* de generali mandato & in quibus ſpeciale requiratur ibi & *nu. 241. & ſeq.* de mandato cum libera, quæ omnia 1.

& ſin-

Digitized by Google

& ſingula ſæpe occurrunt in praxi, & quod ſpeciale mandatum requiratur ad petendam reſtitutionem in integrum, cum ampliationibus & limitationibus docet Barboſa *in c.eorum,num.6.x.de reſtit.in integr.ibi* DD.nec feuda venire in generali diſpoſitione cum ſuis limitationibus docet Riccius *p.5.collect.*1727.quid ſi non ſint alia bona & quid ſeruetur Surd.*deciſ.*160. ibi & de bonis Emphytheuticis & alienare prohibitis,non venire in generali obligatione dicit Griuell. *deciſ.22.n.67.* multos DD allegat Nau.*li.2. feud tit.26.c.51. de feud.§.in generali alienatione & tit.51.cap quidam n 2.vbi & in ſeq.*caſtro conceſſo, quid veniat,& an ſtatuta & conſuetudines aliorum locorum in feudis quoque locum habeant, Chriſtinæ. *in conſuet. Mechl.tit.*10.*art.*5.*n.*14.

2. Sed ſi ſit obligatio vniuerſalis,tūc prędicta venire teſtatur Surd.*conſ.73.n.70.& ſeq.*ad. de Pinell.*in rubr.C.de bonis mate.part.*1.Surd. *conſ.*466. & quæ de feudis dicta ſunt Roſenthal *de feudis cap.7.concl.*1.& 21. aliaſue quæ veniant in generali obligatione vel nō Mantic. *de tacit.& ambig lib.* 11.*tit.* 4. *num.* 34.*& per tot.* Alex.*conſ* 168.*num.* 6. *lib.*2.an merces, item an futura veniant Maranth. *in ſpec.p.4.diſt.9.num.*109.*& ſeqq.* Pinell.*d.loco* ibi & de intellectu,*l.cum taberna ff.de pign.* & pulchra eſt diſtinctio Riccij *p.* 4. *collect.* 1251. quærētis, an hypotheca cadat in mercibus venalibus,&dicit quod ſic,ſi tota hypotheca vel eius pars alienetur,ſecus ſi eiuſdem merces diſtrahentur,quia tunc in ijſdē conſtituta obligatio extinguitur, de quo vide Zaſium & Mol.n *hoc tit.alleg.*& Pinell. *d.loco.* atq; quod in legato omnium, quæ in domo ſunt,non comprehendantur venalia Surd.*deciſ.*233.*n.* 20.an veniant venalia vide quoq; Vaſquium *lib.6.controu.cap.* 55. *nu.*3. *& ſeq.*Et in ſumma quæ non veniant in generali obligatione vide Linglois *deciſ.* 46.*q.* 5.Ant.Gabr.*in commun.cōcl de reg. iur. concl.* 12.item quod generalis diſpoſitio ad extraordinarium non extendatur. Munnoz. *de ratiociniis c.*29.*nu.*18. ſic quoq; diſpoſitio vniuerſalis & generalis quando extendatur vel non Surd.*deciſ.*223.item *deciſ.*315. an in obligatione generali facta per defunctum veniant bona hæredis &de generalium verborum reſtrictione Barboſ.*tr. ax. Iuris vſufreq.axiom.*222.*n.* 36.*& ſeq.* Card. Tuſch.*lit. V.concl.* 140.*& ſeq.* & ibi remiſſiuè adde Seraph.*de priuil.iur.pr.*106.& ibi additio, de renunciatione generaliter facta, an renunciatio generalis caſuum futurorū comprehēdat inſolitos & valde extraordinarios de quo vide ibi *& tit.2.de bello*,iuncto Gratian. *tom.2.diſcept.forenſ.cap.* 346.*n.*1.11.*& ſeq.* an & quando renunciatio generaliſſima comprehēdat vel nō ius futurū, & late Peguer. *deciſ.* 146.*per tot.* an renunciatio generalis cum latiſſimis clauſulis, & omni legum auxilio & iuramento firmata comprehendat, incognita atque incogitata, vbi & abſolutio iuramenti, in quibus caſibus peti poſſit vel non, & clauſula, renunciant omni legū auxilio *paſſim DD.*item an generalis renunciatio ad alimenta extendatur & legitimam comprehendat vide Surdum *de alimentis tit.* 9. *quæſt.*15.vbi declarat *& tit.9. quæſt* 16. *num* 29. quod diſpoſitio generalis non includat cauſam piam, ſed de his & ſimilibus vide Raudenſem *d.loc.*& Surd.*titul* 25.*num.* 42. dicit, quod renunciatio generalis facta ab homine, excludit ex omni capite, ſecus in excluſione legis,nec extenditur ad legitimam vel eiuſdem ſupplementum Mynſ. 1.*obſ.*36.ibi DD.Ad regulam quod clauſulæ quantumuis generales ſint reſtringendæ &

Digitized by Google

intelligendæ ſecundũ naturam actus, ſuper quo interponuntur. aliquot declarationes dat Riccius *p* 4. *Collect* 1165. *ad l Sancimus C. ad Velleianum* primo vt procedat, quando præcedit clauſula ſpecialis & ſequitur generalis, tunc ad ſpecificata reſtringitur, ſecus ſi clauſula æquè generalis præcedat, ſecundò intellige, quando clauſula generalis poſita poſt ſpecificata, reſtringitur ad præcedentia narrata, quando reſtringi poteſt ſalua præcedentia recti ſermonis, hinc fit, quod clauſula generalis nõ reſtringit, quãdo poſt expreſſionem generis ſequitur enumeratio ſpecierum, quia ſpecies dicuntur expreſſæ, cauſa demonſtrationis & maioris declarationis, non autem reſtrictionis cauſa, hactenus ille, tu diſtinctè vide apud Barboſ. *de clau ul. vſufreq clauſula generalis* 62. adde Tuſch. *lit. C. concl.* 309. *lit. G. concl.* 32 *lit. V. concl.* 140. Barboſ. *ax. vſufreq. ax.* 73. *&* 106. item 136. item Camban. *de clauſulis de clauſula generali* ad quæ referri non debeat, alias clauſula generalis in dubio debet comprehẽdere caſus ſimiles Steph. à Phoede *de interpret. legum p.* 3. *num.* 38. *incip. nunc deſcendamus*, item in quibus cauſis generalia legis verba amplientur vel reſtringantur vide in Coraſ. *de iure ciuili in artem redigendo cap.* 7. & per plures notabiles caſus Stephanum de Phoëde *de interpr. leg. p.* 1. *Memb.* 3. lex, tranſactio, contractus qua de cauſa reſtringenda, & de ſtatuto & lege generaliter loquẽte, tradit Iaſon. *vol.* 2. *conſil.* 157. quod non comprehendat ſpecialiter prouiſa, nec cauſam dotis, nec derogationem generalem derogare priuilegijs in ſpecie conceſſis, & alia ibidem, item infinitos allegat Wilhelm. Antonij *de morator. reſcript. tit.* 7 *concl.* 34. *num* 3. quod ſub locutione & diſpoſitione generali non comprehendantur res & perſonæ ſingulariter priuilegiatæ, vel de quibus in ſpecie ea in materia eſt prouiſum, quod *ibi in ſeq.* extẽditur, & Alder. Maſcard. *de generali Statutorum interpretatione concl.* 5. generalis ſtatuti diſpoſitio, quando & in quibus generaliter procedat, vel non, vbi quoque notabilia, vide & aliquos caſus exornatos in Crauett. *conſ* 585. *num.* 36. Imò verba quantumcunque vniuerſalia relata ad locum, non comprehendunt nomina *l. quæſitum* §. 1. *& pen. & l. vxorem* §. *legauerat & l. ſi Meuia ff de legat* 3. *l tacitus ff. de legat.* 2. *DD. relati in* Tiraq. *de retract.* §. 1 *gloſſ.* 7. *nu.* 9. Pinel. *in rubr. C. de bon mater.* interim res corporales continebuntur, & ad eas per relationem ad locum reſtringuntur, cuius reſtrictionis ea vis & poteſtas eſt, vt antegredientem ſermonem vniuerſalem ad res ſpecialiter enumeratas, ijſdemque ſimiles coarctet *d. l. quæſitum*, §. 1 & ibi Barto. & DD. allegat. Hart. Piſtor *p* 1. *q.* 26. *num.* 11. *& ſeqq.* & Nicol. Euerh. *in loco à nomine dignitatis* docet, quod generalitas relata ad locum debeat reſtringi, & quemadmodum aliquando dictio omnis reſoluitur in particularem atque plurale in ſingulare Lucas de Penna *in l. in omnibus & in l. Nemo Cod. de curſ. publ.* ſic etiam genus in ſpeciem, quando genus tantum in vna ſpecie verificari poteſt.

Hinc fit nos quotidiè videre, procuratores appellare ad quemcunque ſuperiorem, 4
licet tantum vnum ſuperiorem vel iudicem appellationis agnoſcant, quæ appellatio propterea valet, neque vt incerta reijcitur, & quicquid alibi dicant DD. hoc ita in praxi ſeruari vidi, & ita limitatur regula, quod debitor generis non liberetur re perempta, quia genus perire non poteſt vt non procedat quando genus deberetur tanquam ſpecies, quod pulchrè exornatur apud Surdum

Ali-

Digitized by Google

Alimentis *tit.4.quæſt.16.num* 17.*&* *ſeq.*item vide exornatum in Tuſch *lit.N.* nota ſpeciali digna,ſi non exprimuntur, non comprehenduntur in diſpoſitione, *concl.68.& ibi in alijs remiſſiue*, adde aliqua illata in Coraſ.*de iur.ciuil.in art. redigend.cap.* 18. *qui ibi & in cap ſeq.* tradit, in & ex quibus cauſis à generalibus regulis recedere poſſimus, *& cap.7.* ex quibus cauſis generalia legis verba reſtringantur vel amplientur, & ſuccinctè quædam apud Raudenſ. *de Anal.cap.28 nu.* 122 *& ſeq.* quando diſpoſitio generalis non comprehendat perſonas notabiles & dignitate præfulgentes, nec diſceptationem notabilem, ſpeciali expreſſione dignam, nec id, per quod ſequitur abſurdũ,nec id quod eſt contra æquitatem, nec extraordinaria, nec iniqua, nec odioſa, nec inueriſimilia, adde Card.Tuſch.*lit.D.* diſpoſitio generalis non comprehendit multa, niſi fiat mentio ſpecialis, *concl.* 490.*& ibi remiſſiue in multis locis.*

CAPVT X.

De generali quietatione,& quando non releuet.

1. DE prædicta quæſtione vide omnino Surd.*deciſ* 217. vbi & quando generalitas & vniuerſalitas non extendatur,an calculus generalis extendatur, reſtringatur ad cauſam præcedentem? an aliquis cogi poſſit,vt faciat generalem quietationem,quod haud pridem maxime controuertebatur, generalis quietatio reſtringitur ad pecuniã ſolutam Guid.Pap.*deciſ* 177.*Ferrar.in forma libelli quo agitur ad pœnam ex compr.verb.pono faciatis*, liberatio generalis non pertinet ad obligationem conditionalem Tiraq. *in tr. ceſſante cauſa p.1.num.*146. generalis quietatio non pertinet ad rem meam apud te exiſtentem Franciſc. Marc. *p.1.q.*146. generalis debiti remiſſio non pertinet ad actiones reales Couarr. *lib 2.var.reſ.cap.*12. Chaſſ.*in conſ.Burg.rubr.*4. §.9. nec pertinet ad bona quæ poſtea reperiuntur,vel in libro deſcripta non fuerint Cauale. *de tutor num* 204. neque pertinet ad ea, quæ ex teſtamento dependent Guil. Bened. *in repet.cap Raynutius num.*111.*x.de teſtam.*quæ cum alijs reperi annotata *in l. tres fratres ff de pactis* & aliqua ad *l. ſi de certa re C. de tranſact.* & latè Surd. *conſ.*267.quę ſub generali pacto.tranſactione vel renunciatione continentur, adde *conſil.*431.*& conſ.*150 *num.*58. *& ſeqq* item ſi tranſactum ſit ſuper certo, tunc tranſactio de re ad rem, de perſona ad perſonam,& de cauſa ad cauſam, non extenditur, ſed compoſitio generalis reſtringitur, vt facta cenſeatur ſuper eo,ſuper quo pendebat dubietas. Meiſnerus *lib.1.deciſ.*43. *num.6 & 7.* vide omnino Aluar. Valaſc.*lib.1 rerum.iudicatarum,conſult.39.per tot.* de tranſactionibus & quietationibus generalibus & ſpecialibus, & ibi, quomodo intelligatur, quod tranſactio generalis non extendatur ad incogitata, vt non procedat ſi actio, ſuper qua tranſactum, ſit generalis, quia ſic omnia comprehenduntur, quæ ſub illa actione comprehendi poſſunt, de quo latius ibi, modo ego habeo in facto, vbi tutor generaliter quietatus reperitur in actione tutelæ,contra quod replicatur,quod dolus prę teritus in generali quietatione non videatur remiſſus Roland.*conſ.*49.*nu.*59. quem allegat Meiſnerus *tom.2.lib.1.deciſ.1.num.*21. *& ſeqq.* vbi tractat, an dolus præteritus remitti poſſit per tacitam ratihabitionem de quo vide DD.*in l.*27.§ 3 *ff. de pact.* Cagnol. *in l.contractus numer.*73.*& ſeqq ff. de reg. iur.*

 & DD.

Digitized by Google

& DD.allegat Meiſnerus,quod verus dolus remitti poſſit, ſi de ſcientia veri doli conſtet, nam alias dolo deceptus nunquam videtur conſentire, & dolus in quacunque diſpoſitione videtur exceptus per iura & *Doctores ibi allegatos.* Docet autem Modeſtinus Piſtor. *part.3.quæſt* 126.*numer.* 101. vbi Doctores, quod dolus præteritus remitti poſſit, futurus autem non, etiamſi contrahentes expreſſerint, quod non teneantur de dolo *& numer.*111.extenditur ad dolum futurum præſumptum, ob rationes ibi,limitat *numer.* 118. quoad latam culpam cum illa remitti poſſit, ſed an futurus dolus præſumptus remitti poſſit, pro & contra DD.allegantur in Nicol.Euerhard. iun. *vol* 2.*conſ.*24 *num.* 38. vbi dicit quod non, vel ſaltem declarat vide ibi, & tandem ſe remittit ad diſtinctionem Decij *in l. contractus numer* 29.*ff de reg. iur.* & ad eundem *in conſ.* 178 *&* 418. (differentias autem inter verum & præſumptum dolum, & quis talis vide Menoch. *rem.* 15. *Recup.poſſ. numer.* 135. & ibi Doctores allegatos ad quos me remitto) adde ad priora Guitterrez. *in repet. l. nemo poteſt ff. de legat.* 1. *vbi num.* 2. licet teſtator liberauerit tutores à ratione malæ adminiſtrationis reddendæ, nihilominus tenentur eandem reddere ratione doli,adde Iaſonem *vol.*3 *conſ.*14. *num.* 6.*& ſeqq.*& rurſus Gutier. *numer.*283.quod dolus præſumptus remitti poſſit vide DD. pro & contra apud Decium *d. conſ.* 187. *per. tot.* & ibi quomodo dolus remitti poſſit,adde Munnoz.*tract de ratiocinijs cap.*40. ibi de liberatione generali, plena, plenio ri & pleniſſima, quodque dolus in generali quietatione non videatur remiſſus, imò quietatio doloſa etiam iudice præſente & auctorante conceſſa nihil prodeſt tutori, ibi & definit quæſtionem, ſuper qua inter magnos diſputatur,quod quietatio quibuſcunque clauſulis liberatorijs abſoluta, non proſit tutori, niſi ratio reddita appareat, quod alij extendebant, & benè meo iudicio, vbi non plenè reddita fuit per notata Chriſtinæi *vol.* 3. *deciſ.*162. *n.* 10. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2.*caſu* 209. paria namque ſunt, rationem nullam aut non ſufficientem vel non legitimam eſſe initam Roland.à valle, 1. *conſil.* 49. *num.* 54. *&* 61. & Munnoz. *d. tract. cap.* 1. qui & *cap.* 40. docet, ob quæ generalitas reſtringatur & quomodo quietationes concipiendæ ſint vt proſint tutoribus & tutæ ſint, & *cap.* 4. *numer.* 10. quod quietationes nimis generaliter conceptæ vt plurimum ſint captioſæ, deceptoriæ & periculis expoſitæ adde *cap.* 10. quomodo reddi debeat, & quod remiſſio non liberet, vt quis non teneatur reddere libros rationum, etiamſi adſit iuramentum de ſtando alicuius dicto, quippe amiſſio & non oſtenſio librorum rationis, præſumptionem doli inducit, & iuramentum habet in ſe hanc tacitam conditionem, ſi dolus abſit vide ibi *numer.* 15. *& ſeqq.* & Menoch. *d. loc. numer.* 37. *&* 39. declarat regulam, quod ſi quis rationibus redditis abſolutus fuit, non poſſit cogi ad iterum reddendum, vt procedat, niſi dolo manifeſto redditas eſſe demonſtretur, & ita ſi quis dolo aut fraude ad quietandum inductus foret, tunc etiam ſententiam non tranſire in iudicatum volebant probare *per l. cum putarem ff. fam. herciſc.* adde Chriſtinæ. *vol.* 2. *deciſ.* 98. vbi quod computatæ rationes iterum tractari poſſint, limita niſi deſuper iudicatum ſeu tranſactum fuerit *l.* 1. *Cod. de errore calculi*, ratio concluſa ein

beſchloſ-

Digitized by Google

beſchloſſene abrechenungh / ad inſtar tranſactionis habetur, & ſuper computo finali & recognito executio peti poteſt Colerus *de proceſ. execut. part. 3. cap. 2. numer. 31. & ſeqq.* ſed *d. legem* declarat Iaſon. *vol. 2. conſ.* 210. *numer.* 20. vide Paulum Montan. *de iure tutelæ & curatel. cap* 38. *numer.* 145. *& multis ſeqq.* vbi de regula, quod error calculi ſemper allegari poſſit, etiamſi rationes ſæpius initæ proponantur, quodque error eo ipſo probetur, quod res ſeſe aliter habeat, vbi ad prædictam regulam ſedecim adducit limitationes, quem in caſu occurrenti & ad confirmationem prædictorum videre poteris, & qua ratione probetur error calculi. Maſcard. *de probat. concl.* 253.

2. Vtrum Minor poſſit petere rationem à curatore, non obſtante quod ipſum generali liberatione quietauerit, & quis eorum teneatur probare benè vel malè redditas, vti ſæpe habui in praxi, tradit Flores Diez. *libr. pract quæſt.* 15. per plures concluſiones hanc materiam tractando, ibi quoque diſtinctè an & quando dolus præſumptus in generali quietatione remiſſus cenſeatur vel non, quid ſi non fuerit exhibitum inuentarium, quid ſi non verè & integrè redditæ ſint rationes vide ibi & quando retractandæ errore deprehenſo per calculatores, de quo latiſſimè Maſcard. *de probat. concl.* 252. ibi in caſu Menoch. an ſufficiat probare dolum præſumptum, interim qui errorem calculi allegat, vt iterum reuideantur rationes, per prouiſionem condemnari poteſt, quod in cauſa modo pendente non tranſit ſine difficultate, ex quo ſunt rationes connexæ & ſupra, *hoc titul. cap.* 4. docetur, quod pro parte acceptari & pro parte reprobari non poſſint Iaſon. *vol.* 1. *conſ.* 32. *numer.* 6. vbi & de libro rationum, docet Chriſtinæus *vol.* 3. *deciſ.* 162. *numer.* 4. *& deciſ. praced. numer.* 11. quod rationes pupillo ritè redditæ retractari non poſſunt poſtulante tertio, niſi eius ſumptibus, & non probato errore, rationes reiterandæ non ſunt, item de errore calculi & quomodo probetur vide Chriſtin. *d. deciſ.* 98. ibi Doctores, & Caſtr. *in d. l. tres fratres in princ.* vbi & docet quod ſupra Valaſcus, ſi actio ſit ſingularis, verba autem quietationis aut tranſactionis generalia, tunc quietatio ſeu tranſactio reſtringitur ad illam, ſi verò quietatio ſeu tranſactio ſit facta ſuper actione vel petitione generali, tunc quietatio etiam ad ignorata extenditur, dummodo non ignorabantur ſubtracta dolo aduerſarij, qui ea ſubtraxit, tunc enim doli replicatione læſis ſubuenitur. Zaſius *in d. l. tres fratres in princ.* vbi & ita ſubuenitur generaliter tranſigenti, vt ope replicationis reſtringatur tranſactio ad cogitata Iaſon. *vol.* 2. *conſ.* 171. *numer.* 18. *&* 20. adde Beſold. *in Theſauro practico*, *littera Q. verb.* Quittungh ibi Additionator habet declarationem pro caſu, qui modo eſt in facto, quando quietantia iudice interueniente & auctorante facta fuit, qui & dicit, quod decreto iudicis interueniente, omnia præſumantur ſolenniter acta, per DD. ibi quod declara vt per Beſold. *dicto lo.*

Notabile eſt autem illud conſilium Iaſonis *vol.* 3. *conſ.* 14. ſuperius citatum, contra doloſos tutores, qui quandoque quietantias in modum extorſionis ſciunt expracticare, nolentes reddere bona minorum niſi hoc aut illo modo quietentur aut liberentur, & latè idem 3.

Iaſon.*vol.2.conſ.* 219. quæ circa tales tutores ſignabis,iunge *conſ.* 4 *conſ.* 133. in materia renunciationis iuratæ, adde Paul. Montan. *de iure tutela & curat. cap.*38. vbi paſſim præſertim,*num.*36.*& ſeq.*quod liberatio & prohibitio de reddenda ratione, non excuſet tutorem à dolo vel fraude, & quæ concurrere debeant, vt dolus præſumptus remiſſus cenſeatur, inter cæteros allegat Crauet. *conſ.*193.*num* 9. vbi & *numer.*137.*& ſeq.* ſex modos probandi dolum liberationis adducit,& definit dolum,quod ſit falſa aſſeueratio ſcienter facta, cum intentione fallendi, *l.*1.*ff.de dolo & num.* 174. *& ſeq.* liberatio generalis doloſe facta, quæ non comprehendat, facta autem in præſentia coniunctorum, dolum excludit, & generaliter facta, ad omnes actiones & obligationes in iudicio inductas extenditur, ita docet cum alijs Gramma *deciſ.66.num.62.& ſeq.* ſed tamen iuxta Bald.*in l.tranſactionem C.de tranſact.*interuentus propinquorum hoc ſolum efficit, vt requirantur clariores probationes, ad impugnandum contractum, & iuramẽtum ſuper generali quietatione, non ligare minorem,quo minus petatur reſiduum adminiſtrationis, ſi erratum fuerit in computu,ſiue in iure ſiue in facto Caſtr. *p.* 1. *conſ.* 353.*num.*3.alioquin quid importet clauſula, ſaluo calculo, vel ſaluo iure verioris calculi vide Bertazol. *Clauſul.*38.*gloſſ.*2. & tunc error probatur calculi, quando fuerunt admiſſa non admittenda & omiſſa quæ debebant admitti. Pariſ. *conſ.*89 *num.* 27. *lib.*1. alias in materia reuocandæ confeſſionis, quis error iuſtus dicatur, quis iuſtiſſimus quis iniuſtus, item de errore manifeſto conſiſtente in facto, & de errore iuris late Scacc.*de iudic.lib.*2.*cap.*2.*num.* 626 *& plurimis ſeqq.*

CAPVT XI.

An lex diſpoſitio generaliter loquens comprehendat caſus ſpeciales & priuilegiatos,& inde illata ad ſtatutum Colonienſe aliaque.

DE prædicta quæſtione vide latè Ant. Gabriel. *in communibus concl tit. de legib.conc.*1. adde Vaſq. *de ſucceſſ. reſolut. lib.* 1. §.11. *num.* 61. *& ſeqq.* & latiſſimè Raudenſ. *de Anal. cap.* 22. dicitque *gloſſ.*2. *in authent.de ſucceſſ.qua ab inteſtato lit.* G.quod ſtatuta generaliter loquentia non intelligantur loqui in caſibus ſpecialibus Plures DD. allegat. Iaſon.*vol.*4.*conſ.*162. *num.* 12. *vbi & num* 13. quod per generalem derogationem ſeu reuocationem nunquam intelligatur derogatum priuilegijs ſeu cauſis priuilegiatis, niſi de eis mentio fiat, vti ibi in cauſa ſpolij de iure communi priuilegiata, quando tamen per verba generalia & vniuerſalia cenſeatur renunciatum lucro dotis, tradit *vol.* 4. *conſ* 90. latius exornatur in eodem Iaſone *vol.2,conſ.* 157. quod per iura generalia non cenſeatur renunciatum vel derogatum caſibus ſpecialibus & priuilegiatis,& quod diſpoſitio generalis non trahatur ad caſus ſpecialiter prouiſos, Surd. *deciſ.*38.*num.*12. *cap.ſi Epiſcop.de pœnitent & remiſſ. in* 6. adde *cap.*81.*ibi DD. de regul. Iur. in* 6. & quædam in Arnold. Reyger. *in theſauro iuris lit.* G. *verb. generalitas*, hinc infertur quæ non deferuntur iure hæreditario ſed ſpeciali priuilegio non venire ſub generali donatione, quietatione, & renunciatione Berlich.*p.*2.*practicar. concl.*15.*nu.*45 faciunt notata per Card.Tuſch.*lit.N.* nota ſpeciali digna ſi non exprimuntur nõ comprehenduntur in diſpoſitione *concl.* 68. *& ibi remiſſiuè.* Secundò præter caſus exornatos in 1.

Cra-

Digitized by Google

Crauetta *conſ.*585. *num.* 26. infertur apud Vaſq. *lib.*3.*contr. cap.*103.*num* 5. quod licet Rex, durante bello Gallico mandatum dederit, quod oppida quædam venderentur, tamen vti ſæpius ſe reſpondiſſe teſtatur, non comprehenduntur oppida habentia ſpeciale priuilegium.

2. Tertiò infertur iuxta Martin. Monter *à Cueua deciſ. Regn. Arrago.*35.*num.*47. quod ea, quæ ſpeciali iure ad cedentem ſpectant, ſub generali verborum conceptione non transferantur, *& ibi* ... *um ſeq.* expreſſio requiritur ad hoc, vt quis in pœnam incidat, generalis non ſufficit, ſed ſpecialis neceſſaria eſt & ibi plura, & quando requiritur aliquid expreſſe fieri, non ſufficit quod comprehendatur ſub generalitate verborum Gratian. *tom.*3.*diſcept.forenſ. cap.* 546. *num.*29. Quarto videtur inferri ad ſtatutum noſtrum Colonienſe *art.* 2. requirens inſcrineationem teſtamentorum quoad immobilia. quod non comprehendat teſtamentum inter liberos vti priuilegiatum Gratian.*lib.* 2.*deciſ. forenſ cap.*219. *num.* 18. *& ſeqq* Deckerus *lib.*1.*diſſert.*2 *ſub. num.* 22. *verſ.* Eadem ratione dici poteſt, principum leges, priuilegia, edicta vel Ciuitatum ſtatuta de teſtamentis loquentia, ad teſtamenta inter liberos imperfectè condita, nullo modo pertinere Iaſon. *in l. hac conſultiſſima* §. *ex imperfecto numer.* 15. *Cod. de teſtam.* & Surd *conſ.* 461. *numer.* 7. Plures DD. allegat, quod generalis ſtatuti diſpoſitio non includat caſus & perſonas in ſpecie priuilegiatas *& num.* 17. quod vniuerſalis diſpoſitio reſtringatur ad caſus, in quibus eadem militat ratio & non trahitur ad caſus diuerſam habentes rationem, imò non includunt caſus, in quibus non eſt tanta ratio per, Doctores ibi allegatos atqui verò non eſt tanta inſinuationis & inſcrineationis ratio, quoad teſtamenta parentum, qui præſumuntur optimum conſilium capere pro liberis ſuis & ſeponere omnem fraudem, ſicut affectus ſanguinis tollit præſumptionem fraudis iura allegat Zaſius *in parat. ff. de adopt. numer.* 16. (quippe ratio ſtatuti requirentis inſcrineationem eſt, ne fraudes committantur) quam ſit reſpectu aliorum, ac proinde pro iſta negatiua diſſolutis contrarijs reſoluit Tiraq. *de retractibus conſ.* § 1. *gloſſ.* 14. *num.* 193 *& ſeqq.* vbi pro & contra arguit, vnde licet ſint Doctores, contrarium tenentes, tamen pro teſtamento eiuſque validitate in dubio pronunciandum videtur Surd. *conſ.*314. *numer.* 101. *& ſeqq.* adeò vt ſingularis Doctoris opinio ſufficiat, vt *ibi* idem docet Iaſon *vol.* 3. *conſ.* 8. *numer.* 13. *& ſeqq.* & in ſpecie *numer.* 15. *& vol* 3.*conſ.*35.*num.*8. *& ſeqq.* quod tamen videtur reprobare vel ſaltem declarare idem Iaſon *vol.* 2. *conſ.* 155. *num.*13 *& ſeqq.*

Verum enimuero ratio deciſionis affirmatiuæ eſt, quando ſtatutum dat formam teſtamentis, dat etiam teſtamentis qualitercunque priuilegiatis Anchor. *conſ.* 466. *numer.* 7. Weſenb. *conſ.* 1. *num.* 9. Decius *conſ.* 26. *numer.* 10. *&* 11. de quo cum ampliatione vide quoque Alex. *conſ.* 65. *num.* 14. *& ſeqq. lib* 6. vbi hoc extendit ad pias cauſas, & vide iura & Doctores allegatos in Surdo *conſ.* 46. *numer* 3. quod ſtatutum generale includat perſonas & caſus priuilegiatos & *deciſ.* 164. *numer.* 1. *& ſeqq.* fatetur equidem, quod diſpoſitio generalis non includat caſus priuilegiatos neque dotem, tamen hoc declarat non procedere, quando dos in ſpecie non reperitur priuilegiata, quod repetitur *deciſ.* 287. *num.* 4. 3.

Digitized by Google

numer. 4. *&* 5. ibi & in ſpecie de annullante contractus minorum, niſi adhibita fuerit quædam ſolennitas, vt procedat etiam in cauſa dotali, quæ tamen dubia redduntur per DD. allegatos ibidem, *numer.* 26. propterea recurre ad eundem *deciſ.* 322. *num.*72. vbi ad regulam negatiuam, quod generalis diſpoſitio non includat caſus ſpecialiter prouiſos, tripliciter reſpondet, 1. vt non procedat in diuerſis, 2. quando conſtat de contraria voluntate diſponentis, 3. quando tractatur de ſubſtantia, notabilem declarationem dat Contard. *tr. l. diffamari C. de ingen. manum. cap.* 5. *n.* 108. *& ſeq.* per DD. ibi allegatos, quod lex generalis comprehẽdat etiam perſonas & cauſas quæ in illo caſu non inueniuntur habere priuilegium, nam ſpecialia ſeu priuilegia non ſunt amplianda nec ad alios caſus trahenda & ſi quid ſpeciale eſt in vno non protinus ſequitur eſſe ſpeciale quoque in altero, quia caſus ſingulares ſunt euitandi, quantum fieri poteſt, nec à regula diſcedendum.

4. Vnde concludere auderem ſtatutũ quoque pertinere ad teſtamentum parentum, quia iuxta prædicta nõ inueniuntur in ſpecie priuilegiata quoad teſtamenta inſcrineata, qualia ſtatutum requirit, deinde cõſiderando ſtatuti verba vniuerſalia & generalia, in verbo, quoſcunque, reſpiciente teſtatores, & in verbo. Keine mühe noch macht haben / reſpiciente ipſa teſtamenta, quid autem operetur dictio quicunque vide in Barboſa *de dictionibus vſufreq. dict.* 317. *numer.* 8. & credo quod Domini Scabini ita iudicarent, vix tamen caſus ille inuenietur in praxi iuxta illos Doctores, qui annullant teſtamentum parentum inſtituentium liberos inæqualiter, vti illud tunc non valere tenent. Cothom. *conſ.* 6. *per tot. allegatus per Greueum ad Gail. liber* 2. *concl.* 112. Dauth de teſtam. *in l. hac conſultiſ.* §. *ex imperfecto Cod. de teſtam.* de quo grauiter diſcurrit, & de intellectu *l. finalis, Cod. fam. herciſc.* Deckerus *liber* 2. *diſſert. diſſ.* 2. *numer.* 22. licet Patris diuiſionem inæqualiter factam defendant. Wameſ. *cent.* 2. *conſ* 41. *numer* 1. *&* 2. Valaſcus *conſult.* 23. & ita teſtamentum valere Kopen. *quæſt.* 45. *num.* 36. *& ſeqq.* Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 3. §. 21. *num.* 67. ideò diſtinguit Greueus, imò dummodo legitima ſalua ſit, illud valere dicit Iaſon. *vol.* 2. *conſil.* 239. *num.* 1.

Quibus opinionibus hinc inde ſtantibus ſequeretur in caſu, vbi teſtamentum 5.
inæqualiter conditum non valeret, quod nec tunc ex ipſa inſcrineatione vires capiat, iuxta affirmantes verò Doctores, teſtamentum videtur fruſtraneum, ſi æqualiter omnes reperiantur inſtituti, niſi fortè dicas, huic vel alteri legari poſſe, hanc vel illam domum erga æſtimationem alijs ſoluendam, vel niſi teſtamentum propter ſubſtitutiones & fideicommiſſa inſcrineari neceſſum dicas, tu cogita ſuper prædictis, ego puto non valere niſi reperiatur inſcrineatum iuxta *d. artic.* 2. Quintò quoque videtur inferri, quod diſpoſitio generaliter loquens non comprehendat cauſam piam vel perſonas exemptas & Eccleſiaſticas, præſertim dum concurrit defectus poteſtatis in diſponente vel ſtatuente ſæculari *arg. l. fin. & ibi not. per Doctores, ff. de iuriſd.* & in authen. *caſſa & irrita Cod. de SS. Eccleſ. & cap. Eccleſia S. Mariæ x. de conſtit.* & ratio eſt, nam vt loquuntur Philoſophi, Quod nulla cauſa excedat ſphæram ſeu terminos ſuæ actiuitatis, atqui cauſæ piæ & perſonæ Eccleſiaſti-

ſiaſticæ non ſunt intra ſphæram ſeu terminos ac limites actiuitatis ſeu iuriſdictionis Laicæ, vt pulchrè loquitur Bonacin. *tract. de legibus, ſiue ad 8. Decalogi Precept. diſp. 10. quaſt. 2. punct.* 1. §. 1. latè defendit Clericos exemptos à laica poteſtate, & latè de libertate Eccleſiaſtica *in Tractatu de Cenſuris in bulla cœna contentis, diſput.* 1. *quaſt.* 16. *ſect.* 1. *punct.* 1. *& ſeqq. & ſect.* 2. *punct.* 2. quænam decreta vel ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam, ſeu contra Iura Eccleſiarum cenſeantur, ibi pulchrè, quomodo Clerici ex vi directiua & non coactiua teneantur ad ſeruandas Leges Principum ſæcularium, & quòd Leges non habeant locum in relictis ad piam cauſam, docet Alex. *vol.* 4. *conſ.* 105. *num.* 10. *& ſeqq.* & ibi iura & rationes, ampliatur in Caſp. Anton. *Theſaur. lib.* 2. *quæſt. forenſ.* 15. *num.* 12. quòd lex generalis ne quidem res Eccleſiæ penes laicos exiſtentes comprehendat, quinimò ſi Principes hoc ipſum ſtatuere poſſent, tamen præſumuntur potius Principes ſub generali diſpoſitione teſtamentorum nõ includere piam cauſam, *arg. in c. in generali de reg. iur. in* 6. Frider. de Senis *conſ.* 125. *num.* 2. Corn. *conſ.* 89. *num.* 12. *lib.* 2. & in omni diſpoſitione pia cauſa intelligitur excepta, Crauett. *conſ.* 3. *num.* 20. & Bart. *in l.* 1. *num.* 8. *& ſeqq. Cod. de SS. Eccleſ.* expreſsè docet, quòd leges factæ ſuper rebus pertinentibus ad pia loca, vel ſuper pijs actibus, non valeant, quodqúe teſtamenta iſta non ſubijciantur ſolemnitatibus Iuris ciuilis, vide & Marſil. *ſing.* 29. Tiraquell. *de primogenit. quæſt.* 43. Gramma. *deciſ.* 100. adeò vt velit Gratian. *tom.* 2. *deciſ. forenſ. cap.* 390. quod ne quidem poſſit poni gabella ſuper fructibus Clericorum à laico emptis, quia dicit, eſſet contra libertatem Eccleſiaſticam, quod re-uera hic non practicamus, nam laici ementes vina ab Eccleſiaſticis acciſiam ſoluunt, de teſtamento Clerici Valaſc. *tom.* 1. *conſ.* 74. ad pias cauſas *tom.* 1. *conſ.* 68. quòd autem teſtamenta ad pias cauſas, non ſubiacea[n]t ſolemnitatibus Iuris ſtatutarij, affirmat Molin. *de Iuſtit. & iure tom.* 1. *diſput.* 81. *num.* 22. *verſ. quod ſi*, & dicit peccare in conſcientia mortaliter petentem hæreditatem piæ cauſæ relictam, & Simon de Prætis *lib.* 5. *interpret.* 4. *dub.* 1. *num.* 23. quod violet pietatis iura, & Bald. *in conſ.* 254. *in fin.* ſcribit in caſibus, vbi de bonis animæ agebatur, nunquam ſine comparitione animi conſuluiſſe, & ipſe Imperat. *in l. nulli, Cod. de Epiſcop. & Cler.* eos improbat, qui nituntur pias defunctorum diſpoſitiones infringere, ita vt contra faciens priuetur ſibi relictis & hæreditate Cardin. Tuſch. *lit. H. concluſ.* 57. tutior ergo via eſt pro anima & iuſtitia naturali ſemper iuuare diſpoſitiones ad pias cauſas, in quibus de apicibus Iuris non eſt diſputandum, Iaſon *volum.* 4. *conſ.* 164. *num.* 8. ſed potius habeat locum illud Virgilij:

——— ſuprema voluntas
Quod mandat fieriq́; iubet, parere neceſſe eſt.

vide Doctores *in cap. Relatum, x. de teſtament.* ibi Barboſ. infinitos allegat, quod vltima voluntas pietatis cauſa facta, coram duobus vel tribus teſtibus, non obſtante iuris ciuilis diſpoſitione de adhibendis 5. vel 7. teſtibus, ſubſiſtat, & quod leges non habeant locum in relictis ad pias cauſas Alexand. *volum.* 4. *conſil.* 105. *num* 10. *& ſeq.* vide tamen Borellum *in Summa Deciſionum, lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 1. *& ſeqq.* de materia *cap. cum eſſes*, & *cap. cum relatum, x. de teſtament.* vbi & quomodo ſeruentur, Quæ autem dicantur legata ad piam cauſam

Digitized by Google

ſam vide caſus deciſos in Riccio *par. 3. collect. 553.* & enumerat Wameſ. *ad Ius Canon. de teſtament. 389. num. 37.* vbi quoque referuntur ad piam cauſam, quæ ad alimenta, cauſa ſtudij & erectionem piorum & publicorum locorum relicta ſunt, & quod teſtamenta ad pias cauſas nullam deſiderent ſolemnitatem, & *conſil. 416.* ibique quæ dicantur piæ cauſę, de quibus quoque vide Barboſam *ad tit. decretalium, x. de teſtament.* adde notata per Gratian. *tom. 1. deciſ. forenſ. cap. 182.* ibi an clauſulis derogatorijs generalibus derogetur caſibus ſpecialibus & quando non, item an conceſſa iuriſdictio generalis facta laico comprehendat priuilegiatos, infinitos DD. allegat Wilhelm. Anton. *de moratorijs reſcriptis, tit. 9. concl. 50. num. 18. & 20* quod ea quæ ſpeciali iure ſunt conceſſa per verba generalia vel vniuerſalia, non excludantur, & priuilegia in Corpore Iuris clauſa adeo ſunt tenacia, vt per generalem diſpoſitionem non tollantur, ſed ſpeciali derogatione opus habere dicantur.

6. Multa quoque reperiuntur in contrarium & imprimis, ſi defectus ſit in forma, tunc omiſſio formæ vitiat actum quemcunque pium & fauorabilem Iaſon *volum. 4. conſil. 165. num. 5.* adde Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 86.* vbi reſpondet ad argumenta Molin. *& præſumpt. 84. num. 18.* dicit cauſæ piæ in dubio fauendum eſſe, procedere in his, quæ immediatè pia ſunt, non verò quando agitur de re pecuniaria, neque tantum eſſe fauorem piæ cauſæ, vt ob eam quid impium, iniuſtum aut irrationabile admitti debeat, Wameſ. *tom. 2. conſ. 420.* prout irrationabile putat ſi Imperatoris vel alterius legiſlatoris authoritati detrahatur, & poteſtati ſtatuendi ſuper rebus in ipſius territorio ſituatis, neque ita fauendum eſt piæ cauſæ, vt occaſione illius alter iniuria afficiatur, cum Eccleſia ſit iuſtitiæ cultrix, neque in ſe, neque in alijs quicquam, quod iniuſtum eſt, fieri patiatur, vt habetur in vſibus feudorum *lib. 1. tit. 13. de alienat. feud. verſ. Eccleſia,* & pulchrè dicit textus *in cap. Denique 14. quæſt. 5.* ſi non poteſt alteri ſubueniri, niſi vt alter lædatur, commodius eſt neutrum iuuari quàm grauari alterum, propterea videmus præclaros quoque Iuriſconſultos contra piam cauſam reſpondiſſe Alex. *conſ. 141. nu. 7. vol. 1.* Wameſ. *tom. 2. conſ. 379.* idem Alexan. *conſ. 177. num. 6. vol. 2.* dicit, quòd teſtes duo non ſufficiant, etiam quoad legata ad pias cauſas, niſi cauſa pia inſtituta ſit hæres, vide tu DD. *in cap. cum eſſes, & cap. relatum de teſtamen.* adde quid in praxi obſeruetur iuxta Clarum *6. fin. x. de teſtam.* & Graſſ. *in commun. opinion. quæſt. 5. & 6.* vnde apparet, vel hic notorium eſt, quòd omnia teſtamenta ferè ob defectum huius vel illius ſolemnitatis, à Iureconſultis in dubium vocentur, hinc quidam non multum aberrauit monendo, dolus malus, & Iuriſconſultus abeſto Grot. *in Tract. Florum ſparſio, ad l. Lucius Titius, ff. de legat. 2.* qui *ad tit. ff. quibus modis teſtament. infirment. ex Quintil. declam. 308.* Quod eſt, inquit, teſtamentum? vt opinor voluntas defuncti conſignata iure legibusque Ciuitatis, non dixerim ego teſtamentum, cui numerus ſignatorum deeſt, & plura ibi.

Ego ſolitus fui diſtinguere, vt verum ſit quòd Clerici & Eccleſia in generali diſpoſitione equidē non contineantur, adeo vt lex generalis ne quidem liget res Eccleſię penes alios exiſtentes Caſp. Ant. Theſ. *lib. 2. quæſt. forenſ. c. 15.* vnde & dixi in caſu controuerſo 7.

bona

bona Clerici, apud laicum exiſtentia, non potuiſſe arreſtari, quippe in ſtatuto arreſtorum introductiuo vel permiſſiuo, Clerici vel eorum bona non comprehenduntur, vt Iudex ſecularis ea arreſtare nequeat, Zypeus *in conſult. Canonicis ad Concil. Triden. lib.*1. *de iudic. conſult.* 2. at verò vbi verſamur in bonis immobilibus quærendis, vel aliàs Eccleſiæ & Clericis legatis, quod tunc bona Eccleſiæ relicta ſtatuto comprehendantur, fieriq; debeat teſtamentũ iuxta leges & ſtatuta loci in quo bona ſita ſunt, aliàs non valere etiam quoad piam cauſam, iudicatum refert Chriſtinæus *volum.*2. *deciſ.*4, *num.*5. cuius contrarium tamen vide apud Hyppolitum de Marſil. *ſing.*569. ibi pro & contra DD. & Colerus *deciſ.*15. *num.*16. quod ius Canonicum omnes ſolemnitates ſtatuti in ordinatione ad pias cauſas excludat, at vti præſupponitur, noſtrum ſtatutum nõ excludit ſed dat formam teſtamentis, vt hac vel illa ſolemnitate, vel coram tot Scabinis fiat teſtamentum ſuper rebus immobilibus profanis, quid ni igitur dicemus cum communi DD. ſententia relata in Barboſ. *in d. cap. cum eſſes*, quòd Ius Canonicum ſit ſeruandum in terris Eccleſiæ, & Ius Cæſareum in terris Imperij, quòdq; Pontifex non cenſeatur derogaſſe ordinationibus conſtitutionibusq; Imperatorum, plures teſtes in teſtamentis deſiderantibus, & quamuis ibi loquantur Doctores in diuerſis terminis, tamen videmus quod in quærendis poſſit præiudicari Eccleſiæ, ideoque valere talia ſtatuta vide Gail 2. *obſer.*36. & habemus ſtatutum Iuliacenſe, quòd Religioſi non poſſunt ſuccedere in bonis immobilibus, prout & aliud ſtatutum Iuliacenſe, quo Eccleſiaſticis prohibetur oppignoratio iſtorum bonorum in Camera approbatum dicit Klock *de contribut. theſ*33. *lit. A.* tamen quia & prius, an valeat ſtatutum in quærendis, controuerſum eſt apud DD. in Barboſ. *in cap. illud* 16. *q.*7. *n.*4. & rurſus *in cap. Eccleſia S. Mariæ, n.*30. *x. de conſtit.* ibi DD. pro & contra allegati, ſicut ſtatutum prohibens ſucceſſionem Monaſterijs, nõ valere in Camera Imperali iudicatum refert Domſperg. *de except. adult. p.*1. *ſect.*5. *c.*16. *n.*38. & eſſe communem opinionem iuxta Zaſ. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, n.*38. *de verb. oblig.* vnde conſuetudinem Galliæ in contrarium damnat Surd. *de alimentis, tit.*9. *num.*6. *q.*38.

Puto equidem huiuſmodi ſtatuta, ſi modo recompenſa fiat in alijs, valere & nõ eſſe 8.
contra libertatem Eccleſiæ, ex quo Auth. *caſſa & irrita, C.* de SS. Eccleſijs accipi poſſit, vt loquatur de libertate, quæ propriè & per ſe Eccleſiæ competit, vt ſunt decimæ, Eleemoſynæ, & alia quæ intrinſeca ſunt, & per ſe ipſi conueniunt, non autem quæ per accidens competunt, vt ſunt bona prius acquirenda, niſi obſtarent ſtatuta, quia ſuperior loci poteſt ſuper ijs legem facere, Cœuall. *in Specul. commun. opin. quæſt.*424 *num.*3. & 4. ideo de hiſce quæſtionibus iure controuerſis vide apud Caſpar. Anton. Theſaur. *lib.*2. *quæſt. forenſ.*1. *& ſeqq.* & *infra de Iuriſdictione*, item, *de ſtylo & ſtatuto.* Hoc hic admonuero quæſtiones iſtas à propoſita noſtra quæſtione eſſe diuerſas. hic enim non quæritur an ſtatuta huiuſmodi valeant, ſed etiam poſito quòd ſic, reperianturq́ue hic & alibi talia ſtatuta, quæritur an Clericos & eorum bona includant, quod Card. Tuſch. *lit B. concl.* 113. *& ſeqq.* & ibi remiſſiuè non admittit, etiam quoad bona patrimonialia, tamen ſciendum, quod immobilia regulentur iuxta ritus, leges & ſtatuta rei ſitæ, quæ in ceſſioni-

Digitized by Google

ſionibus, tranſportationibus, alienationibuſq; indiſcriminatim obſeruari videmus, de quo in dictis locis latius agam, ita vt quæ ſtyli & conſueta ſunt fieri, cenſeantur quoque incluſa, ac ſi expreſſa eſſent, & debent obſeruari etiam quoad perſonas Eccleſiaſticas per notata à DD. allegatis in Alderad. Maſcard. *de ſtatut. cap. 1.* vide ad eum, quia habet caſus quotidie practicabiles, ad confirmationem autem prædictorum Vaſq. *de ſucceſſ. reſol. lib. 1. §. 9. nu. 60. & aliquot ſeqq.* vbi contra alios tenet, quod lex vel ſtatutum generale perſonas vtcumque priuilegiatas comprehendat, ſi non habeant peculiare priuilegium, manent ſub regula, quia tamen hoc ibi maximè controuerſum exiſtit, ideo rurſus *n. 71. & ſeqq.* docet, quod lex vel ſtatutum generale omnes caſus etiam diſparis rationis comprehendat, & licet ibi multi diſſentiant, tamen dicit eorum opinionem tunc demum ſaluari, quando ille caſus, vel res, vel perſona, non ſolum in reliquis rebus vel ſpeciebus priuilegium habebant, ſed etiam in ipſamet materia, de qua agebatur, habebant ſpeciale & peculiare priuilegium, prout parentes quoad ius ſcrinij non inueniuntur habere peculiare priuilegium, nec Clericorum patrimonialia, etiamſi eorum perſonas ſtatuto non comprehendi concedatur, ſicut idem Vaſq. *in l. ſi quando, §. illud, n. 89 & ſeqq. C. de inoff. teſtam.* duabus pulchris rationibus oſtendit, ſtatuto vel lege fieri poſſe, ne Monachi vel Monachæ ſuccedant, ſed quia & hoc eſt contra communem, ideo vide declaratum *infrà de ſtylo & ſtatuto*, & multa notabilia apud eundem Vaſq. *de teſtatoris potentia, lib. 1. §. 10. n. 648. & plurimis ſeq.* vti & videmus ſperationes ab ipſo adductas (interim nota ex Cauálc. *p. 3. deciſ. 21. n. 59.* teſtamentum non dici factum ad pias cauſas, quando hæres inſtitutus eſt extraneus vel ſæcularis, licet ibi fuerint relicta pia legata) & rurſus Vaſq. *in l. ſi hæredum, n. 1. C. de inoff. teſtam.* vbi probat, quod lex generaliter loquens regulariter comprehendat perſonas priuilegiatas, dicitq; Iaſonem, *in l. 1. ff. de ſoluto matrim.* exiſtimantem, quod lex generaliter loquens non comprehendat cauſam dotis aliaſque priuilegiatas, grauiter errare, & tamen communis eſt DD. opinio, quod in huiuſmodi ſtatutis cauſa pia excepta intelligatur, pro qua in dubio iudicandum eſſe, *ſuprà de dubijs* demonſtratum fuit, ſicut volunt DD. communiter, quod ius gentium inſpiciatur in teſtamentis ad pias cauſas, *arg. in c. relatum, & cap. cum eſſes de teſtam.*

Sexto quoque infertur, quod conſtitutio, diſpoſitio vel ſtatutum generale non tollat actus iuratos, Iaſon *vol. 4. conſ. 174. num. 18. & ſeqq.* vbi & tenet contra alios, quod iuramentum non habeat vim caſus expreſſi, quodq; iuramentum generale non operetur in his quæ debent ſpecificari, ita vt partes non poſſint habere pro expreſſo, quod ſpecialiter debet exprimi, & *conſ. 97. n. 9. & 10.* quod ſpecialiter facienda, ſi non fiant, videntur neglecta, & vbi fieri debet ſpecialis mentio alicuius actus vel perſonæ, non ſufficit fieri verbis generalibus vel vniuerſalibus, & *vol. 2. conſ. 239. n. 15.* quod conſtitutio generalis cum clauſula non obſtantibus, non tollat actus iuratos præcedentes, quod videtur declarari ex traditis *vol. 3. conſil. 11. num. 9.* ſi dictum ſit, non obſtantibus legibus vel conſuetudinibus in contrarium facientibus, de quibus deberet fieri ſpecialis mentio, qui & *vol. 4. conſ. 146. n. 13. & ſeq.* tradit, quod iura noua generaliter corrigentia, nunquam intelligantur corrigere caſus 9.

ſus ſpeciales: Vt vero hiſce finem faciam, breuitatis cauſa quoad cæteros caſus remitto Lectorem ad Raudenſem *dict. loco*, qui per infinitos caſus enumeratos ſingulariter diſcurrit.

CAPVT XII.

Generi per ſpeciem derogari.

1. DE hac regula vide *l. in toto iure, ibi DD. ff. de reg iur. & cap. generi, & ibi præter DD.* Barboſam *de reg. iur. in 6.* hanc doctrinam dicit brocardicam Cardin. Tuſch. *litt. B. concl. 132. num. 2.* fortè quia tot patitur exceptiones, inprimis Vaſq. *lib. 1. controu. cap. 30. ſub num. 9.* concedit, quod prædicta regula procedat, in legibus, vltimis voluntatibus, Reſcriptis, ſtatutis, & ſimilibus, in quibus licet millies fiat lex generalis vel generalis diſpoſitio, tamen teſtatori, legiſlatori fuit plena poteſtas eidem derogandi, vide ibi an hoc procedat in dictis teſtium, & licet iuxta vulgatam Theoricam in praxi quotidianam, quod teſtibus in ſpecie deponentibus magis credatur, quam in genere deponentibus, ſicut & alia non minus vulgata Theorica eſt, quod præſumptio ſpecialis fortior ſit generali, vel quod præſumptio in ſpecie vincat præſumptionem in genere, vtrumque docet Iaſon *vol. 4. conſ. 156. num. 3.* tamen declaratur apud Vaſq. quod teſtes in ſpecie deponentes, vincant teſtes generaliter deponentes & numero vincentes, vide aliàs, quomodo procedat principalis regula in Gratiano *to. 2 diſcept forenſ. cap. 350. n. 2.* Afflict. *deciſ. 106.* Card. Tuſch. *litt. G. concl. 36.* Zaſio *in l. doli clauſula, ff. de verb. oblig. & in l. ſi pluribus, §. ſi ita, num. 6. & ſeqq. ff. de legat. 1.* Gail. *de Arreſt. Imperij, cap. 5. num. 17.* duas limitationes in Menoch. *lib. 6. præſumpt. 38. num. 14. & ſeqq.* totidem in Surd. *conſ. 359. num. 41. & 45.* Et pulchram declarationem apud Modeſtin. Piſtor. *par. 2. quæſt. 56.* in qua quæſtione quærit, an pœna pecuniaria ſubrogata pœnæ corporali eam tollat, & an ſtatutum tanquam ſpeciale tollat legem generalem, *ibi num. 21. & ſeqq.* dicit *d. legis in toto*, non eum eſſe ſenſum, quod ſimpliciter omnis ſpecialis diſpoſitio generalem tollere queat, ſed tum demum id procedit, ſi ab eadem authoritate vtraque ſanctio dependeat, veluti à ſummo Pontifice, ab Imperatore, vt ibidem exemplificat, & non ita eſt in ſtatutis inferiorum aduerſus leges & reſcripta Superiorum, & reſpondet ibi quoque ad illam Reg. quod lex generalis Principis non trahatur ad ſpecialiter promiſſa, vt vera ſit, quando vtraque tam generalis quam ſpecialis ſanctio ab eadem poteſtate profecta eſt, immo officialis ſpecialis ſi ſit conſtitutus à Republ. non propterea derogatur officiali generali. Et ita in cauſis fiſcalibus mandatum ſpeciale non derogat generali, Iaſon *conſ. 229. num. 29. & 32. volum. 2.* & quando ſpecies non diſpoſitiuè ponitur, ſed enunciatiuè ad declarationem verbi, non derogatur generi, Caualc. *part. 5. deciſ. 13. num. 4. & part. 4. deciſ. 34. num. 16.* Quando præcedentibus capitulis vni eſt ſpecialiter promiſſum, tunc ad illud non refertur ſubſequens clauſula, & quando fallat, *n. 19.* & Menoch. *præſumpt. 181.*

2. Latius de prædicta regula agit idem Iaſon *conſ. 12. vol. 3.* & quod inter plures ſpecies illa deroget alteri, quæ eſt ſpecialior, quod declarat *n. 14.* niſi adſit maior ratio ſpecialitatis, & maior fauor, & maior æquitas, in vna quam in alia, ibi & de regula, quod poſteriora derogent prioribus, quomodo

Digitized by Google

procedat, & quando duo ſunt ſtatuta contraria, vtrum attendatur, & eodem *vol.3. conſ.18.* tractat quæſtionem modo controuerſam, quando per codicillos factos poſt teſtamentum receſſum cenſeatur à diſpoſitis in teſtamentis, aliàs quando teſtamẽtum eſt factum, poſtea vero codicilli, tunc non præſumitur quod teſtator voluntatem ſuam mutauerit, Menoch. *lib.4.præſ.165.n.9.* adde Farinac. *p.2.deciſ.668.num.fin.* imò ſcriptum in codicillis poſt teſtamentum, dicitur ſcriptum in teſtamento, & relicta in codicillis petuntur ex teſtamento, *l.2. & 3. ff. de iure codicill.* Abb. *conſil.4. num.2. in fin. & num 3. lib.2.* limita prædicta, niſi codicilli ſibi ſint contrarij, Surd. *conſ.320.* & ibi de ademptione legatorum adde *conſil.14. & deciſ.38. num.15. & ſeqq.* vide diſtinctè Deckerum, *libr.2. diſſert.1.num.36.* & de propoſita regula Zaſium *in l.doli clauſula, ff.de verb.obligat.* quando generalitas ſubiecta comprehendat caſus ſpecialiter præmiſſos vel non.

CAPVT XIII.

De probatione in genere.

1. PRobatio in genere iuxta Scacciam *inferius* allegatum nihil aliud eſt, quam ſemiplena probatio, vel poteſt dici, quod ſit probatio alicuius rei, quæ à pluribus actibus generaliter deducitur, v.g. quando probandus foret vſus iuriſdictionis, poſſeſſionis, aliquem infamem eſſe, vel quando loquimur de eo qui ſe geſſit pro hærede, de conſuetudine, vſurario, de fama, de Hæretico, de ſocietate, de mala fide, de vita hominis, de cẽſu, de ætate, de adulterio, de diſcordia, de præſumpta voluntate, de minis, de ſeruitute, & ſimilibus, quæ DD. noſtri ſumpſerunt tanquam genus, habẽt enim magnam ſimilitudinem ac analogiam cum genere, ſicut enim genus eſt inuiſibile, & ens quoddam rationis, quod conſtituitur ex pluribus ſpeciebus, & eſt quid commune vel vniuerſale, ſic quoque poſſeſſio, iuriſdictio & ſimilia non cernuntur, niſi in actibus particularibus, quibus conſtituuntur, & ſunt quid vniuerſale, cum conſtituantur ex diuerſis actibus, idem dicimus de nominibus vniuerſalibus, quæ requirunt pluralitatem actuum, vti ſunt peculium, grex, menſa, officina, taberna & ſimilia, de quibus *ſuprà cap.6.* dictum fuit, Sanctitas tamen, licet ſit quid genericum, per teſtes ſingulares non probatur, & quare, vide Riccium *ad Maſcard.concluſ.262. ſub n.39.* adde *infrà de iuriſd.c.4.* & Meiſn. *tom.4. deciſ.Cam.Imp.16.n.1.* quod exercitium vnius actus comprehenſi ſub vniuerſo, ad vniuerſalis poſſeſſionem referri poſſit, vbi exemplificatur, & *d.cap.4.* alias an aliqua probatio requiratur, quæritur apud Pacian. *de probat. lib.1. cap.4. num.21.* & Barboſ. *in cap.in omni negotio, n.31. & plurimis ſeqq. x.de teſtib.* tradit, quod totum, vnum, ſicuti & poſſeſſio, Iuriſdictio in genere, conſuetudo, dominium, & plura alia, probentur per teſtes ſingulares.

In hiſce & ſimilibus caſibus dicunt DD. 2. quod teſtes ſingulares ſufficiant ad plenam probationem, Couarr. *lib.3. variar. Reſol. cap.3.num.5.* adde Gail *2.obſer.66 num.11.* Ant. Gabr. *in comm. concl. lib.1.de teſt. concluſ. 2. ibi num. 19. vſque ad 56.* loquitur in caſibus ſuperius per ipſum relatis, & quoties quid probari poteſt per plures ſpecies actuum, tunc non obeſt ſingularitas teſtium deponentium de actuum diuerſitate, Pacianus *de probat.lib.1.cap.14.num.18. & ſeq.* in actu enim generico, vti dictum, teſtes ſingu-

Digitized by Google

ſingulares admittuntur, Alex. *conſ.72.inſpecto lib.1.n.2. & conſ.172. viſis lib.2.num.10.* adde Zaſium *lib.1. conſ.1. num.8. & duobus ſeqq.* de teſtibus ſingularibus, an & quando probent & dicantur ſingulares, qui in ſubſtantia teſtificationis diſcordant, quodque per diuerſa probationum genera, vna perfecta efficiatur probatio, ſi ſibi ad inuicem conſonent, & per conſonantiam ſunt coniuncta, quia dicit ex multis conſonantijs formalis intellectus augetur, *cap.fin.de ſucceſſ.ab inteſt.* declara ex eodem Zaſio *lib. 2. conſ.4. num.33. & ſeq.* ibi quomodo procedat regula, ſi non proſint ſingula, multa iuuant, & de teſtibus ſingularibus Borellus *in ſumma deciſ.lib.2.tit.11.* de quibus omnibus vide omnino Scacciam *de iudic. lib. 2. cap.9. num.969. & pluribus ſeqq.* ibi dicit, quod probatio in genere nihil aliud ſit, quam ſemiplena probatio, igitur quando dicitur quod teſtes ſingulares probent, intelligitur verum, quod regulariter non probent plenè, ſed ſemiplenè, vbi facit aliquot concluſiones, primo decidit, quod probatio in genere non admittatur in criminalibus, quod limitat in caſu vbi agitur de formanda inquiſitione, cum alijs limitationibus & declarationibus, vide ibi; ſecundo quod probatio in genere, etiam in cauſis ciuilibus, non probet cum declarationibus ibidem relatis, & à *num.362. vſque ad n.552.* exactiſſimè tractat materiam ſingularitatis teſtium, quotuplex ſit, quomodo cognoſcatur, an plenè vel ſemiplenè probatum ſit, item examinat DD. dicta, an per teſtes ſingulares probetur iuriſdictio aliaque ſuperius relata, quo breuitatis cauſa ſit relatio, adde, ſi placet, Farinac. *de teſtib.q.64.per tot.* vbi & de teſtibus deponentibus ſuper poſſeſſione, ſi diſcordent in actibus poſſeſſionis loco & tempore, item ſuper iuriſdictione deponentes, ſed non concordantes in actibus eiuſdem loco & tempore, de hæreſi, meretricia vita, &c. deponentes, & ſi ſint ſingulares, & quando probent, *n.150. & ſeq.* quando probent in genere, & qui actus, vide ad eum, & illa nota, & de teſtium ſingularitate, Borell. *in ſumma deciſ.lib.2.tit.11.* vbi & DD. copioſè allegati, & pulchrè exornantur prædicta per Flores Diez *in practicis quaeſtionib. quaeſt. 22. num. 37. & ſeqq. vbi num. 44.* exactè declarat, quomodo & in quo genere teſtes ſingulares probent, clarè & diſtinctè Pacian. *de probat. lib.1. cap.14.* affirmatiuam explicat, an & quando poſſit per genus, ſpecies & differentias probari, vide omnino in caſibus occurrentibus, quia DD. dicta declarantur, & caſus referuntur, qui in genere probari poſſint.

Prædicta vero regula perbellè limitatur apud Reinking *de regimine Sæculari & Eccleſiaſtico lib.1.claſſ.5.cap.4.num.22.* & inprimis ponit regulam, quod ex probatione ſpecierum reſultet probatio generis, *arg.l.ſi chorus.ff.de legat.3.* ſpecies namque ſub genere poſitæ habent caudas colligatas, Zaſius *lib.2.conſ.16.num.8.& 9.* Menochius *de arbitr.caſ.160.* Et ita in materia Iuriſdictionis pluries in Rota reſolutum fuiſſe, teſtatur Farinacius *part.2. deciſ.293.num.2.* quod poſſeſſio exercendi Iuriſdictionem ex pluribus actibus particularibus, qui cum cauſentur à titulo vniuerſali, concludat etiam ad poſſeſſionem vniuerſalem, cum magis attendatur cauſa actus quam exercitium, Et Farinacius *part.1. deciſ.480.num.2.* declaratur tamen primo, vt procedat in actibus, qui ſunt eiuſdem ſpeciei, & caudas habent colligatas, Schurff. *cen.1.conſ.28.n.28.* vtpote qui eſt in poſſeſſione collectandi in 3.

vna

vna ſpecie, ſit vel intelligatur quoque eſſe in poſſeſſione collectandi quoad aliam ſpeciem, tamen ille, qui eſt in poſſeſſione collectandi, hoc eſt, in vna ſpecie iuriſdictionis, non propterea ad aliam ſpeciem iuriſdictionis ſiue ad actum puniendi, huiuſmodi poſſeſſio extendi poterit, hæc dicitur communis apud Borellum *in ſumma deciſ. lib.1.tit.41.num.176.& in ſeqq.* limita regulam, ſcilicet quod exercitationis ſimplicis iuriſdictionis iuris quaſi poſſeſſio extendatur de vno actu iuriſdictionis ad alium actum, & ad actus ſub eadem ſpecie comprehenſos, non autem ad actus alterius iuriſdictionis, hoc, inquam, ibi limitatur, vbi agitur de iuriſdictione retinenda, quia tunc etiam extenditur ad alios caſus, vide DD. ibi & Bald. ſi caſus occurrat, ne quoad hanc limitationem decipiaris.

4\. Haud pridem habui in terminis deciſiuis in materia decimarum, dum quis ſubleuaret decimas, qui in ſpecie & actualiter non poſſederat decimas nouales, vel licet de hoc vel illo fundo decimæ aliquo tempore non fuerint ſubleuatæ vel perceptæ, tamen in effectu dicendum eſt, eum fuiſſe in poſſeſſione eorundem, ſaltem in genere, & reſpectu iuris vniuerſalis, & totalitatis, quod comprehendit omnes partes, Chriſtinæus *vol.1. deciſ.106.n.11.& ſeqq.* adde Wameſ. *tom.2. conſ.440.nu.7.& ſeqq.* quod videtur declarandum, vt non procedat, vbi iam alter reperitur in poſſeſſione percipiendi ex hoc vel illo agro, quia ſpecialis poſſeſſio eſt præferenda, Farinac. *p.2.deciſ.291.n.3.* iuxta notata per Felin. *in c.auditis, de præſcript.* & ita in terminis tradit Farinac. *par.2. deciſ.272. num.4.* quod poſſeſſio decimarum generalis totius parochiæ, non comprehendat loca particularia ab alijs poſſeſſa, idem *par.2. deciſ.212.n.2.& alibi.* Secundo ita hoc declarat Reinkingh in materia iuriſdictionis, vt non procedat, quando alius eſt in poſſeſſione, item quod vſus contra certas perſonas non extendatur ad alias, quia licet ſub iuriſdictione comprehendantur omnes partes eius actus, tamen ſub perſona non continetur alia, quod ita ponderat Meiſner. *tom.2.lib.2.deciſ.4.n.178.& ſeqq.* adde, ſi placet, ſubtilia apud Zaſium *in l. poſſideri, ſub n.20.& ſeqq.ff.de acq.poſſ.* vbi inter cætera agit: an apprehenſo vno actu iuriſdictionis, cenſeatur apprehenſa poſſeſſio totius iuriſdictionis, quodq; actus iuriſdictionis præſcriptus in incolis, extendatur etiam ad extraneos, limitat tamen, vt præſcriptio non extendatur ad diuerſas ſpecies, idem Zaſius *d.conſ.16.n.62.& ſeq.* vbi hoc alij declarant, quando plures actus particulares habent vnam originem ſiue vnam cauſam, tunc ſi vnus actus exercetur, dicunt quæri poſſeſſionem totius iuris, quæ eſt origo particularium actuum, vt eſt in præſcriptione iuriſdictionis, quo caſu voluit Panormitanus, conſuetudinem circa vnum actum extendi ad alium, qui includitur in origine tanquam pars ſub toto, qui enim in agro decimas pręſcribit, dum ſeminaretur triticum, ſi poſtea ſeminetur milium, decimas leuabit, adde Farinac. *p.2.deciſ.402.n.2.* & quia condemnare & abſoluere ſunt eiuſdem originis & ſpeciei, ideo præſcripta facultate condemnandi & abſoluendi præſcribitur, quod *ſuperiùs de clementia cap.12.& cap.ſeq* videre licet.

Et quemadmodum *ſuprà de clementia c.6* dixi, non argui ab vno vitio ad aliud, ſed indicia debere eſſe propria iuxta criminum qualitates, vnde ſi quis graſſator accuſetur, oportet eum conuinci ex vulneribus & 5.

cruo-

Digitized by Google

cruore, ſi ſacrilegus accuſetur, oportet vt arguatur de ſpolijs Numinum prædaque templorum, ſi veneficus dicatur aliquis, oportet oſtendi putre liuoribus cadauer, in efferentium manus fluens tabe corpus, vti dicitur & exemplificatur apud Luc. de Pen. *in l. vorax, n. 5. C. de Numerar. actuar. vbi & n. præc.* dicit, quod genus argumentorum ſeu indiciorum cuiq; cauſarum generi maximè conueniat, non eſſe artis exquiſitè præſcribere, ſed eſſe mediocris ingenij iudicare, vt ait Tullius *1. de Oratore, & nu. 4.* refert indicia adulterij, prædicta quoque exornantur apud eundem *in l. quemadmodum, nu. 29. C. de agricol. & cenſit.* vide *ibi*, conformiter tradit Cauale. *p. 1. deciſ. 28. nu. 30.* quod præſumptionis materia non cadat ſub regula, ſed in his magis ſecundum accidentia factorum iudicetur, adde Farinac. *de teſtib. q. 37. n. 37. & ſeqq.* prout allegatur in indice, quod teſtes ſingulares faciunt indicium ad torturam, & coniungantur tribus concurrentibus, 1. ſi ſint idonei & omni exceptione maiores, 2. ſi deponant ſuper proximis maleficio, ſecus ſi ſuper remotis, 3. ſi deponant ſuper pluribus indicijs, ſecus ſi ſuper vno, quare vt pulchrè oſtendit Viuius *deciſ. 467. n. 22 & ſeqq.* non ſufficit fiſco contra reum probaſſe qualitates diuerſas & genericas malæ vitæ conditionis & famę, ſed tenetur in ſpecie probare identitatem qualitatis in ſpecie ipſius delicti, de quo reus intitulatus exiſtit, aliàs huius generis diuerſa genericaq; probatio qualitatis non officit Reo, vt fiat ex eo habile inditium ad torturam, vbi DD. allegati, & quod ex forma meretricandi non poſſit inferri in materia indiciorum ad furtum, veluti diuerſum genus, quodque illa Theorica, qui ſemel malus, ſemper talis pręſumatur, procedat in eodem genere malitiæ; nihilominus vulgo dici audiui, quod meretrice oſtenſa, oſtendatur quoque fur, quod ipſum quoad cumulum talis qualis præſumptionis procedere poſſet, vide Rauденſ. *de Anal. p. 6. c. 25. & ſeqq.* vbi quæritur, an duæ ſemiplenæ probationes coniungantur ad faciendam vnam ſpeciem perfectæ probationis, & ex Baldo reſoluit, ſi ſunt eiuſdem formę & ſubſtantiæ, quod tunc producatur forma & ſubſtantia vniuocæ perfectionis, ſi autem ſint diuerſorum generum & diuerſarum conſiderationum, tunc ſolum producitur cumulus præſumptionum, quæ eſt probatio anomala, ſicuti ex equo & aſino reſultat quoddam animal anomalum, vulgo ein Maulesel, quod non generat, & tamen multum eſt efficax ad operandum, ita permiſcetur ſpecies probationis, non ad vnitatem perfectionis, ſed ad validitatem præſumptionis: an autem coniungantur in criminalibus, vide *ſuprà de Clement. d. cap. 6.*

Hæc & ſimilia equidem ſubtilia, ſed ad ſalutem non admodum vtilia ſunt Tho. de Kempis de Imitat. Chriſti c. 3. *Hinc S. Aug. relatus à Felin.* in c. inter cętera, in fin. x. de offic. iud. ord. *cum vitam S. Antonij audiſſet commotus clamauit: Surgunt indocti, & rapiunt Regnum Cælorum, nos autem cum ſcientijs noſtris mergimur in profundum, quo intuitu Apoſt.* 1. Corinth. 2. *nihil ſcire voluit, niſi Ieſum Chriſtum, eumq; crucifixum, poſtquam vero nulla in diſcendo mora eſt, vbi Spiritus Sanctus Doctor eſt, & beatus quem tu erudieris, Domine,* Pſ. 93. *Rogo te, doce me illam ſcientiam, in qua plus eſt vtilitatis, quam curioſæ ſubtilitatis, & in qua plus eſt piæ operationis, quam acutæ inueſtigationis.*

Ddd TITV-

TITVLVS OCTAVVS.

Iuſtitia in Honoribus vulnerata.

CAPVT PRIMVM.

De Excreſcentia, Titulorum, vana gloria, & aſſumpti honoris periculo.

1. POtius hodie Nomina, quam Titulos deeſſe, re ipſa experimur, aſcendentes altiſſimis montibus maiores, vt & cœlum pertingant, ſed videint illi, ne de ipſis dicatur,

Vt lapſu grauiore ruant, tolluntur in altum.

Et Claudianus.

Magna repente ruunt. ſumma cadunt ſubito.

Quo altius conſcendunt, grauiori caſu ſeipſos præcipitant, quia, vt inquit Iſidorus *de contemptu mundi, circa fin.*

Arbor alta vento forti agitatur,
Caſum faciunt excelſæ turres grauiorem,
Fulgoribus feriuntur.

Plus habent ponderis ad ruinam, ait Lactantius 7.15. quæ ſunt cæteris altiora, hinc belliſſimè monuit Poëta, dicendo,

Viue tibi, quantumq́; potes, præluſtria vita,
Sæuum præluſtri fulmen ab arce venit.

Nihilominus in comperto eſt, quod qui olim Regibus idonei erant tituli, vix Ciues hodie ſatiant, ita vt ſæpe plus habeamus titulorum, quam vitulorum, vt lepide tradit Ioan. Iacobus Draco *de origine & iure patriciorum lib. 3. in appendice cap. 2.* ibi, ſicut olim virtutibus & meritis certabatur in Republica, ita hodie merę de titulis exiſtunt contentiones, vtpote dum decreſcit virtus, titulorum excreſcit arrogantia, in quo Germanos modum excedere tradit Ruland. *de Commiſſ. part. 1. lib. 5. cap. 1.* ſcientes, daß die Titeln koſten kein Geldt / ſed vt quidam Comes bene dixit, Titulus ſine vitulis eſt res inanis; licet non deſint, qui illos tam prece quam pretio, imò & aſtu & dolo acquirunt, cum tamen notum ſit, quod Domino Dominantium per voculas, Tu, Tibi, & Te, loquamur, ſupplicemus, & oremus, quod ipſum hodie apud Principes proferre, non ſolum ruſticitatis opus eſſet, ſed maximo verteretur vitio. Eſt proprium ſuperbiæ, inquit Senec. *6. de benef. cap. 33.* magno æſtimare introitum ac tactum ſui liminis, nec enim faciles viſu, nec affabiles dictu ſunt, vt maiorem ſibi auctoritatem parent, vtinam inter illos non ſint Eccleſiaſtici, qui fictitijs, vel etiam veris titulis nimium laſciuiunt & extolluntur, plures eſſe volunt nomine, qui re ipſa nulli ſunt; differentia dignitatis, ait S. Chryſoſtomus *ſuper Matthæum*, facta eſt inter Sanctos, vt vnus ſit Epiſcopus, alius miniſter, contumacia carnis coëgit, & peruerſitas mundi, & operatio inimici, honores vt videantur eſſe, aſt reuera non ſunt, ſed miniſteria, à quibus tam vanos & eminentes titulos multi ſibi aſſumunt, & prædicari volunt in plurali & ſuperlatiuo.

Hanc

Digitized by Google

2. Hanc tamen conſuetudinem damnans Petrus Bleſenſ. *Epiſt.15.* ait, quod per Tu, & Tibi, & Te, ſcribo, moleſte non feras, pluralis enim locutio, qua vni loquendo vtimur, ſermo adulatorius eſt, longè à ſacro eloquio alienus, & ſi quid reperias à viris ſanctis & pijs in contrarium factum vel dictum, tempori inſeruientes hoc ipſum fecerunt; nihil per contentionem aut per inanem gloriam, inquit S. Paulus *ad Philippenſ.2.* ſed in humilitate mentis, alter alterum exiſtimantes ſuperiorem ſibi. Cogitas, inquit S. Auguſtinus *Homil.10.de verbis Domini*, magnam conſtruere fabricam celſitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis, & *Serm.175.* Videte, inquit, magnum miraculum, altus eſt Deus, erigis te, & fugit à te, humilias te, & deſcendit ad te, quare hoc? quia excelſus Dominus, & humilia reſpicit & attollit, alta, hoc eſt, ſuperba à longe cognoſcit & deprimit. Melius igitur eſt proſperari moribus quam verbis, quod ex Speculatore refert Gratianus *tom. 2. diſceptat. forenſ. cap. 284. per tot.* Notabilia de ſalutatione & honoris delatione, quando licitæ ſint, & quomodo honores proſequi poſſimus, vbi varia S. Scripturæ loca concordantur, & *in fin.* quod inuentum reſalutandi per verba, Deo gratias, à B. MARIA Virg. originem habuerit, & poſtmodum à Religioſis vſurpatum fuerit, & *cap. 538.* vbi quoque varia de ſalutationibus, & *num. 35. & ſequent.* deriſæ hodiernę ſalutationes in plurali numero, quando quis vnum alloquitur, vide ibi varia, & ſemper tene menti illud cœlitus dilapſum Adagium, γνῶθι σεαυτόν, id eſt, Noſce teipſum, niſi enim teipſum recte cognoueris, (quid hoc importet, vide *cap. vlt. in fin.*) in te recte applicabitur illud Canticorum: Niſi cognoueris te, ô pulcherrima mulierum, egredere, & abi poſt greges tuos, &c. quippe abſque hac ſcientia, nihil mortalibus eſt vtile, nihil hominibus ſalutare, hæc autem inprimis neceſſaria eſt, etſi ſola ſit, ſufficit, docet enim hominem, Deum timere, cauere peccatum, diligere proximum, terrena deſpicere, & cœleſtia amare.

Porro multi multa ſciunt, ait S. Bern. at 3.
ſeipſos neſciunt, quod eſt dicere, ſtulta ſcientia eſt & inſipiens, & ſapientia ſuperuacua noſcere neceſſarijs ignoratis. Quid prodeſt homini metiri mundum, & neſcire ſeipſum, melius eſt indoctum intrare in regnum cœlorum, quam doctum ire ad infernum, quãto autem in cognitione mei proficio, inquit S. Bern. tanto ad cognitionem Dei accedo. Nihilominus vani honoris vitium ita commune eſt hodie, vt etiam quandoque in quibuſdam Eccleſiaſticis annotauerim, titulum Reuerendi in perſona ſua aſpernantibus, imo indignantibus, ſi non Reuerendiſſimi vel Hochwürdige Herren intitulabantur, & quod magis admirandum, ſcio quoſdam è titulis ſuis inſertam voculam Andächtige deleuiſſe: illud quod olim honorificum, & quod de eſſentia Religioſarum perſonarum, quodq́; ipſos præ cæteris Deo dilectos efficiebat, id nunc inuiſum ac exoſum eſt, ſed merito, quia fortè conſcientia eorum incuſante ſe impios & indeuotos inueniunt, ah Chriſte IESV, quo tua gratia comparatur, id nunc (& quidem tibi dicatis perſonis) hominibus inuiſum ac exoſum eſt, væ autẽ vobis, inquit Dñs *Luc.c.11.* qui diligitis primas cathedras & ſalutationes in foro, annumerãdi Phariſęis, qui volebant vocari Rabbi, & petebant primos accubitus, latius Petr. Greg. Tholoſ. *de Republ. lib.13. c.14. n.13. & ſeqq.*

vbi plura contra tales, cum nihil æquè deceat clerum, quàm Chriſto & Apoſtolis digna humilitas, ac nihil magis quàm ſuperbia vitæ, luxus, ſuperfluitas, ſimiliaque interdicta & prohibita ſint, *c.1. ne cleric. vel monach.* ne quidem, in opulentis illis Germaniæ Canonicis, & Monaſterijs plerisque permiſſa, Boëtius *in d. c. 1. n. 17. & 18.* nam ſuperbia omnibus prohibita, & cunctis inuiſa eſt, omnis ferè vitioſus diligit ſibi ſimilem, ſuperbus autem odit elatum, vnde Salomon ait, inter ſuperbos ſemper iurgia; ſuperbus inſolita geſtit, conſueta faſtidit, magnum reputat ſi loqui dignetur, maximum ſi ſurgat & amplexetur, Innocent. *de contempt. mundi lib. 2. cap. 34.* non nomine perſonæ, ſed nomine fortunæ vult appellari, non vt homo, ſed vt Dominus vult honorari & ſublimis, incedit excelſus, vult ſibi omnes aſſurgere, ſingulos inclinare, idem *d. lib. 2. c. 36.* vaniſſima philautia eſt, ſi quis ſe plus opinetur & ſibi plus arroget quam ſit, maiores ſibi titulos affectando, Gregor. Tholoſan. *de Republ. lib. 6. cap. 11. num. 13.* de luxu in veſtibus Clericorum, ita S. Bernardus *de Conſider. lib. 3. cap. 11.* Forma, inquit, veſtium, deformitatis mentium & morũ indicium eſt, quid ſibi vult, quòd Clerici aliud eſſe, aliud videri volũt? nempe habitu milites, quæſtu Clericos, actu neutrum exhibent, nam neque pugnant vt milites, neq; vt Clerici euangelizant, quod notent illi, quos ocreatos à la modo chorum intrantes vidi, ſed quid eſt dignitas in indigno, niſi ornamentum in luto, in tales vide mirabiliter inuehentem S. Bernardum *ſerm 34. ſub finem.*

4. Verum contra titulos ita aſſumptos lepidè quandoque arridentem audiui Prænobilem Dominum Caſparum ab Wifft inſignis Eccleſiæ Xantenſis quondam Decanum dicentem, ſe nolle Hochwürdiger Herr appellari, nam dum quidam nomine tenus ſunt, vel volunt eſſe Reuerendiſſimi in ſuperlatiuo, re ipſa ſiue in poſitiuo vix ſunt Reuerendi, longe ſecus quàm olim, maluerunt enim tunc viri boni eſſe, quàm prædicari, è contra hodie, quod in facto deeſt, in nomine ſupplere volumus, non abſimile video ex Conſilio Tiburcenſi relatum *in cap. vaſa in quibus, de conſecratione, diſt. 1.* quòd quondam Sacerdotes aurei ligneis vtebantur calicibus, nunc verò lignei Sacerdotes, aureis vtuntur calicibus, quia docent Theologi iuxta Danielis Prophetiam ab aurea ætate & argentea, ad peſſimam ætatem, limoſamquè peruentum eſſe; non mirum igitur, quod *cap. Multi Sacerdotes, diſtinct. 40.* ita dicat, multi Sacerdotes, & pauci Sacerdotes, multi nomine, pauci opere, videte ergo, quomodo ſedetis ſuper cathedram, nõ cathedra facit Sacerdotem, ſed Sacerdos cathedram, nõ locus ſanctificat hominem, ſed homo locum, non omnis Sacerdos ſanctus, ſed omnis Sanctus Sacerdos, ideoque nomine & re Sacerdos, ſal terræ dici poterit, ſicuti vitę exemplaris eſſe debet, ne fortè dicatur illi illud *Matt. 5.* quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? vnde extat *tit. in decretalib. de vita & honeſt. cler.* & S. Hieron. *de vita cler. ad Ocean.* vbi inter cętera pulcherrimè periculum cohabitationis clerici cum fœmina oſtendens, nõ veſtis tenera, inquit, facit ſacerdotẽ aut clericum, ſed caſta mentis intentio; hæc enim deuotionem honoris in te oſtendit, honorem quidem glorioſum boni operis fama conſeruat, & ſecundùm S. Ambroſ. *in cap. Illud. diſt. 40.* attendedum eſt, quod extra Paradiſum vir factus eſt, mulier intra Paradiſum, vt attendas quod non loci

loci

Digitized by Google

loci, non generis nobilitate, ſed virtute ſibi quiſque gratiam comparet, deinde extra Paradiſum, hoc eſt, in inferiori loco vir factus melior inuenitur, & illa quæ meliori loco, id eſt, in Paradiſo facta eſt, inferior reperitur, ſicut qui præeſt, non locorum vel generis dignitate, ſed morum honeſtate clareſcere & innoteſcere debet, nec vrbium claritate, ſed fidei puritate, vtinam ſaperent, quos in talibus nimium inſipientes vidi, cum tamen iuxta Prouerbium: Habitus non faciat Monachum, ſed bona vita, iuxta illud:

Ampla corona ſatis, nigra veſtis, cotta rotunda
Nō faciunt Monachū, ſed mens à crimine munda.

Cui conuenit:

Non tonſura facit Monachum nec horrida veſtis
Sed virtuoſa mens ſine labe viuens.

5. Illum honores glorificant, inquit Caſſiod. *6. epiſt.* 11. quem & vita, vnde S. Hieronymus *epiſt. 9. ad Paulin. de inſtit. monach.* ait, non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis benè vixiſſe laudandum eſt, neque enim ſatis eſt exiſtere in Religione & habitum portare, ſed vt ibi bonus ſit, vt autem talis ſit, non ſufficit Religionis exercitia obire, ſed vt bene, & prout par eſt, hoc fiat; quippè vt alibi probatum exſtat, non nomina ſed aduerbia beant, quod conteſtatur Poëta:

Adiectiua parum proſunt, aduerbia multum,
Non bona tam penſat, quàm benè facta Deus.

De qua re ſolidum præſtat argumentum, *text. in cap. porrectum, x. de regularibus*, plura refert Pacianus *de probat. lib. 1. cap. 34 num. 107. & ſeqq.* non enim apud Deum gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio approbatur, *cap. ſicut excellentiam 23. q. 4.* quia nō in ſublimitate graduum, ſed in amplitudine charitatis acquiritur regnum Dei, *cap. ad aures, x. de tempor. ordinand.* Gloriosus Clericus vt peſtis debet fugi; *cap. negotiationem, diſt. 88.* qui maior eſt in dignitate, ſit minor animo; iucundiſſimum enim eſt, nolle primas, obſtaculum vitæ eſt, cura honoris, vt optimè diſputat S. Iuſtin. *de vita Chriſti*, & iuxta Poëtam:

Eſto, quod es, quid ſint alij, ſine quemlibet eſſe
Quod non es, nolis, quod potes eſſe, velis.

Gloria ſpreta in tempore cumulatior redit, S. Paulus etiamſi plus reliquis laboraſſet, omnium tamen ſe minimum appellauit, vt Chriſtum lucrifaceret; honor ergo ſit virtutis & iſte laudabilis, recumbere in nouiſſimo loco ait S. Bernardus *ſerm. 37. in Cantic.* non eſt periculum, quantumcunque te humilies, quantumcunque te reputes minorem, quemadmodum enim ſi per oſtium tranſeas, cuius ſuperliminare nimis demiſſum eſt, non nocet, quantumcunque te inclinaueris, nocet autem ſi vel tranſuerſi digiti ſpatio plus, quàm oſtij patitur menſura, te erexeris, ita vt impingas, & capite quaſſato allidaris, ſic in anima non eſt timenda qualiſcunque humiliatio, quia Ethnicum illud eſt, *Fab. 1. cap. 3.*

Cedere turpè pari, pulchrum ſuperare maiores.

Quapropter ſecundùm *Eccleſiaſt. cap. 2.* 6.
Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam, & S. Paulus *ad Galat.* monet, ne efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes; & *Luc. cap. 22.* qui primus eſſe voluerit, ſit tanquam miniſter; & Thom. de Kemp. *de imit. Chriſti cap. 3.* Verè magnus eſt, qui in ſe paruus eſt, pro nihilo omne culmen honoris ducit, quippe iuxta Philoſophum, nihil eſt in rebus humanis magnum, præter animum ſe ipſum noſcens, quemadmodum vetuſtiſſimum Apollinis oraculum (quod tamen ex SS. Litteris prolapſum eſt) habet

Digitized by Google

ſuperius relatum noſce te ipſum, ne quid nimis, belliſſimè igitur Poëta:

Vſibus edocto, ſi quicquam credis amico,
Viue tibi, & longè nomina magna fuge.

Plures ſunt, ait Polycarp. *lib. 10.* qui prærogatiuis potiantur, quàm qui prærogatiuis rectè vtantur, nam licet grandis ſit dignitas Sacerdotum, tamen eſt grandis ruina ſi peccent, lætantur ad aſcenſum, ſed timeant ad lapſum, non eſt tanti gaudij excelſum tenuiſſe, nec enim pro ſuis delictis ſolum, ſed etiam pro omnium, quorum bonis abutuntur, rationem reddent, Luc. de Pen. *in l. ſi de proprio, C. de pericul. ſucceſ.* ibi plura *de Sacerdot.* Magnus eſt, inquit Tertull. *in Apolog, cap. 30.* qui cœlo minor eſt, ſiquidem in cœlo, hoc eſt, in Deo, non in Regum voluntate eſt norma Iuſtitiæ, melius eſt in malis factis humilis confeſſio, quàm in bonis ſuperba gloriatio, *cap. iniuſtum* 11. *quæſt. 3.* Pulchra æmulatio, dicit Petrarch. quæ pro virtute ſuſcipitur, via Dei planè diuerſa eſt, à vijs noſtris, *Iſa. cap. 55.* Quippe via mundi incipit à magno & deſinit in paruum, incipit à turri Babel & deſinit in confuſionem, incipit ab auro & deſinit in lutum, incipit à magno monte & deſinit in profundam vallem, igitur ſi vis eſſe magnus, à minimo incipe.

7. Ex prædictis tamen non efficitur quin poſſint & debeant Prælati dignitatem officij, vel dignitatem ſuam in honore conſeruare, quamdiu enim dignitatem quis gerit, debet honorificare officium ſuum, iuxta doctrinam Apoſt. & vt paruulus eſſe in medio ſubiectorum, ita vt humilitatem ſeruet in mente, & ordinis ſui dignitatem teneat in honore, quatenus in eis, nec humilitas ſit timida, nec Rectio ſit ſuperba, vt ait S. Auguſtinus *in reg. lib. 3.* ne apud eos, quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimia ſeruatur humilitas, regendi frangatur authoritas, *c quãdo diſt. 86.* propterea etiam prætor debet rationem habere, vt tueatur decus honoris & dignitatem ſuam, *l. 1. ff. de poſtul.* ne ſua dignitas contemnatur, *l. obſeruand. ff. de offic. præſid.* vnde meo iudicio, de quibuſdam Prælatis dignitatem ſuam defendentibus, proindeqúe præcedentiam prętendentibus, malè vulgò ſentir, cum etiam ex ingenio, pro re nata, augendus ſit ſtatus dignitatis, & illius authoritas ne contemptibilis videatur, *d. l. obſeruand ff. de offic. præſid.* cum alijs per Chaſſan. *in Cathalog. Gloriæ mundi, in præf col. 2. in fin.* vnde etiam teſte Barboſ. *in Rubr. de maiorit. & obed.* Maioritas in Republica Eccleſiaſtica optimo iure conſtituta fuit; non enim dare debent alienis honorem ſuum, *Prouer. c. 5.* tum demum prædicator gloriam ſuam euacuat, quando non pro æterno, ſed temporali fructu laborat, *c. Sacerdos in fin. 1. q. 2.* ſed quia nulla ferè tanta eſt humilitas, quæ dulcedine non aliquo modo tangatur, difficile eſt inter honores ſemper verſari, & nihil tumoris cordi adhærere, vnde bellè dicit Tacit. *Annal. 1.* Quanto quis plus adeptus, tanto magis in lubrico eſt. Editiſſimi montes, ait S. Hieronym. validioribus ventis quatiuntur, P. Rodericus *in Exercit. perfect. p. 2. tr. 3. c. 4.* vbi ſingulariter ſuos ad humilitatem alioſque animat, & licet dicatur, quod Magiſtratus contemnatur, ac regendi authoritas frangi ſoleat, dum nimium ſeruatur humilitas, *cap. quando, diſt. 86.* tamen non malè fecerint illi, ſi in ſplẽdore publicæ dignitatis ſint propriæ cõditionis memores, nam primas quęrendo facilè peccatur, rariſſimè alijs cedendo, Chriſtiana namq; doctrina eſt, qui vult eſſe maior ſit minimus, ab Ethnicis ignorata; S.

ta; S. Chryſoſt. *lib. 3. de ſacerd.* primum & maximum, quòd in ſtatu ſacerdotali contineri docet, periculũ eſt peſtilens vana gloria, quæ facilius contemnenda dicitur, quã contemnatur. S. Baſil. vanam gloriam nuncupat dulcem ſpiritualium exſpoliatricem, iucundum animarum noſtrarum hoſtem, vnde eſt, inquit, quòd hoc vitium tam multos ſuauitate & blanditijs, quas includit, inescat & illaqueat? S. Bernar. *ſerm. 6. ſuper Pſal. Qui habitat, &c.* Mitte, inquit, ſagittã, leuiter volat, leuiter penetrat, ſed dico tibi, non leue infligit vulnus, nimirũ ſagitta hæc vana gloria eſt. adde doctrinam S. Bern. *in Cant. ſer. 13.* Videant omninò Eccleſiaſtici, videant & Religioſi S. Gregor. *init. paſtoral. par. 1. cap. 1.* & nihil ipſis à me dictum ſciant, quibus conſcientia in hac materia nihil dicit, hoc ſaltem addidero ex S. Ambroſio: Non poteſt eſſe homo in honore, ſine labore, in prælatione ſine perturbatione, adde, nec ſine periculo, quandoquidem, vt inquit S. Greg. *in moral.* ſic ſub auctoritate ſuperbia, & humanus timor ſub humilitate ſe palliant, vt ſæpè nec ille valeat cõſiderare quid Deo, nec iſte quid debeat proximo, hinc belliſſimè S. Bern. *epiſt. 42.* Honores meditantibus, inquit, quidem blandiri, ſed onera penſantibus tædio eſſe, atq; formidini, quia vt dictum, Prælati non ſolum de ſe ipſis, ſed de omnibus ſubiectis exactiſſimã in illo die reddere debent rationem, cum tamen vix de ſe reddere poſſint, vide latiùs Hybernicum *tr. Flores Doctor. in verb. Sacerdos.* nam Principatus vel Prælaturæ, non tam ad propriam, quàm aliorum vtilitatem inuentæ & introductæ ſunt, DD allegati in Vaſquio *in præfat. contr. num. 102. & ſeq.* cofer tradita à Luc. de Penna *in l. qui publ. C. de his qui ſpon.* vbi plura de gloria, eius effectu & definitione, de cupiditate & ambitione, an ſemper malæ, vbi *in l. ſeq.* pulchrè exornatur quod docuit Vaſquius.

Inter Sæculares verò, & inter Primates quidem, vti olim ſic & hodie magnæ dignitatis & honoris præeminentiæ ergo, exiſtunt altercationes, ita vt benè dixerit Lucanus: 8.

Nec quemquam iam ferre poteſt Cæſarvè priorem
Pompeiusvè parem, ———

Duæ eminentiæ, cum ſimul iunctæ in arduum nituntur, inquit Gellius *lib. 14. 3.* ſimulacrum quoddam contentionis æmulæ pariunt, hinc tot bella, certamina, iurgia, cædes & lites, neque enim, vt ait Cicero, vlla peſtis maior eſſe poteſt, quàm in quibuſdam honoris certamen & gloriæ, ex quo inimicitiæ maximæ ſæpè inter amiciſſimos extiterunt, quod pudorem nobis incutere deberet, nam ſi res poſtulat, 5000. formicarum in minima cauernula, at duobus viris vna Reſpublica anguſta nimis eſt, Gueuarra *in horolog. Princip. in proœmio ad Carolum V.* vnde Poëta:

Non benè conueniunt, nec in vna ſede morantur
Maieſtas & amor. &c.

Vel vt Ouidius:

Nec benè cum ſocijs, Regna Venusq; manent.

De Regum & Principum maieſtate & honore Petrus Gregor. Tholoſan. *de Republ. lib. 8. cap. 3.* qui & *lib. 25. cap. vn.* de interitu Rerumpublicarum per diuiſionem cauſato agit, vbi & Lucani verſus:

Nulla fides Regni ſocijs, omnisq; poteſtas
Impatiens conſortis erat. &c.

Adde hic Beſold. *diſſertat. Polit. iuridica 2.* de præcedentia & ceſſionis prærogatiua, vbi & mala, quę ex eiuſdem prętentione cauſata fuerint, adde Tepatum *in Compen. deciſ. tit. 580. de prærogatiua Principum aliorumq;.* Quid igitur eſt, ait S. Gregor. *1. par. Paſtor.*

Digitized by Google

Paſtor. cap. 9. poteſtas culminis, niſi tempeſtas mentis, cui tamen capita noſtra humiliare debemus, & ſiſtitur currus, donec pertranſeunt Principes, *Eccleſ. 4.* Senec. *in Agamem.* In Imperijs, inquit, ſocietas, vt & in matrimonio eſſe nequit, & Publius: Nec Regna ſocium ferre idem Tędę ſciunt, nunquid enim Vaſq. *in præf. lib. 1. contr.* plurima argumenta profert, quibus præeminentiam Regis Catholici (cuius in fouenda & propugnanda fide Catholica zelum & conſtantiam nunquam ſatis laudare poſſum, ita vt Deus Reges Hiſpaniæ, pro peculiari ſuæ Eccleſiæ defenſione produxerit, vt dicit Borel. *in ſumm. deciſ. lib. 2, tit. 27. num. 56.*) extollere conatur, ſimilia refert Luc. de Pen. *in l. mulieres, Cod. de dignit.* ex quibus Nobilitas cauſetur, atque ita putat Regem Hiſpaniæ primas inter Reges tenere, vide & Borell. *tract. de Regis Cathol. præferent.* at contradicunt Franci, ne quidem id concedendo, quòd Rex Hiſpaniarum, ſit eorum Rege potentior, cum allegatis apud Beſold. *de iure territorium c. 2.* nam aſſerunt Regem Galliarum habere regnum contiguum & vnitum, & ita fortius, quapropter Franciſcus Primus, ad litteras Imper. Caroli V. plurimos Regnorum ſuorum & Prouinciarum titulos præmittenti, reſcribi iuſſit, ſolum titulum: Nos Franciſcus Dei Gratia, Rex Franciæ & Dominus Gineſſæ, qui totius Regni minimus fere pagus eſt; cuncta magnis Imperijs obiectari ſolita tradit Tacit. *lib. 4. hiſtor.* ſed de tali controuerſia, cuius & meminit Beſold. *in Theſaur. pract. lit. S. verbo Seſſion.* illa eſt miſeria humana. olim dixit Iuuenal. *Satyr. 15.*

Inter finitimos vetus atque antiqua ſimultas
Immortale odium, & nunquam ſanabile vulnus.

Vnde S. Gregor. *lib. 32. moral. c. 17.* aliàs 19. Omne quod hic eminet, ait, plus mœroribus afficitur, quàm honoribus gaudet, ſic Poëta:

Fructus honos oneris, fructus honoris onus.

Exornatur apud Gail. *2. obſ. 69. n. 19. & ſeq.* de commodis & incommodis vicinorum, ego abſtrahendo à cauſa prædicta, (theticè ſemper me loqui exiſtimare debes) puto, argumentum à potentia ad dignitatem, non procedere, Petr. Calefat. *de equeſtri dignitate num. 18.* nam vt Horat. *lib. Epodon. in Menand.* ait:

Licet ſuperbus ambulet pecunia
Fortuna non mutat genus.

quandoquidem diuitijs non tantum tribuitur quantum honoribus & nobilitati, Zaſ. *lib. 2. conſ. 2. num. 13.*

Sic Epiſcopus qui habet maiorem Diœceſin, non dicitur dignior altero habente minorem, Maſtril. *de magiſtrat. lib. 4. c. 14. n. 15.* quia potentia diuitiarum, vel paupertatis humilitas, nec ſublimiorem nec inferiorem Epiſcopum facit, vt dicit Innocent. *in cap. ſtatutum, de maior. & obed.* & patet ab abſurdo, ne alias contingat diuitem ruſticum, pauperiori Nobili ſublimiorem haberi, veriſſimum tamen eſt, quod bellè tradit Æneas Silu. *in epiſt. 71.* quòd honor diuitijs ſuſtentetur, quæ ſunt fideiuſſores futuris neceſſitatibus, & ſine quibus mortua eſt mortalis dignitas, adde Tiraq. *de nobilit. c. 15. n. 9.* & Chriſtin. *vol. 5. deciſ. 113. num. 20. & ſeq.* quòd ordo qualitatis potior eſt ordine temporis, ordo enim temporis attenditur inter exiſtentes in æquali vel eadem dignitate. Ad prædictorum confirmationẽ puto quoq; veram ſententiam relatam apud Knich. *de Sax. non prouoc. iur. c. 2. de ſtatib. Imper. eorumq; præcedentia & prærogatiua n. 79. & 80.* quòd temporis prioritas & non qua-

9.

Digitized by Google

qualitas vberiorum opum attendatur, quãdo adeſt prærogatiua temporis vetuſtioris, & parilis dignitas, id eſt ſi in vtroque Regia Maieſtas cõcurrat. ſecus ſi poſterior dignitas eſt excellentior & præfulgentior vetuſtiori prærogatiua, quo quid enim antiquius, eo in genere ſuæ dignitatis cenſetur nobilius *l 1. ff. de alb. ſcrib.* & inter habentes eandem dignitatem is præferẽdus, qui eam primo acquiſiuit, *l. 21. C de conſul. cap. ſolida ibi DD. x. de maior & obed.* Tyraq. *de iure primog. in præf. num.* 79. & antiquioribus Principibus deberi prærogatiuas, exemplis probat Bodinus *de Republ.* 1. *cap.* 9. & niſi aliud proferatur, non video quomodo maior potentia, iuri iam antea quæſito, ſiue prærogatiuæ vni præ altero debitæ, derogari queat vide ibi ſi placet, & DD. allegatos, qui de aliorum Principum & Legatorum contentionibus, in materia præferentiæ, plura ſcribunt; quæ ſatis pro dolor nota ſunt, vnde, vt aliqui dicunt, Proteſtantes nomen ſumpſere, doleo huiuſmodi inter Chriſtianos ſubeſſe contentiones, multi ſunt excelſi & glorioſi, manſuetis autem dicit ſcriptura reuelantur myſteria, & neſcit pietatis iura, regnandi libido, excelſus dominus & humilia reſpicit, dicit Dauid, mundus contra, humilia deſpicit & ſublimia veneratur, ſed quo maiora ſunt imperia, eo maiora ſunt pericula, quibus magni Principes & Monarchæ ſubſunt Vaſq. *d. lo. in præf. numer.* 99. *& ſeqq.* ſapiens inquit Macrobius, fructum in conſcientia ponit, ſtultus autem in gloria.

10 Verum enimuero, non ſolum inter nobiles, ſed & inter plebeos, de prærogatiua & proſapia, difficiles & periculoſas videmus oriri quæſtiones, dum vnus alium dignitate & genere dicit præcellere, vel ſaltem de illis contendit, ſed Seneca *in hercule furente* inquit, dominare tumidus, ſpiritus altos gere, ſequitur ſuperbos, vltor à tergo Deus & Cic. *de offic.* miſerrima eſt ait omnium ambitio, honorumq́ue contentio, prout apud Knichen & Draconem videbis, virtus autem teſte Petrarcha, *dialog.* 49. vno ſeu potius nullo Titulo contenta, ipſa ſibi eſt titulus, conſcia mens recti, ſatietatem continet, virtusq́; ſibi ipſa merces eſt, è contra gloria hominum quid aliud eſt, quam caro, fœnum, & ſicut flos agri gloria eius, *Iſaiæ* 40. pulchre in Epiſtola ad lectorem apud Rubeos, *tr. de donat. inter. vir. & vxo. in præfat.* dicitur, inuidioſi honores, ambitioſi Magiſtratus, elata imperia & alias id generis dignitates, tumidos, ideo tantum homines ſudantes, anhelantes & inhiantes, ea vix conſecuturos, in ſublime attollunt, vt maiori ac funeſtiori ruina præcipitentur, hæc enim, dum quæruntur fatigant, ſi acquiruntur infatuant, cum vero amittuntur intima præcordia excruciant, horum initium cœcitas & obliuio, poſſidet progreſſum labor, dolor, & Patriarchæ teſtimonio exitum, & fortunæ bona ſunt, nec quemquam meliorem reddunt; vnde *Eccleſiaſt.* 7. dicitur, noli quærere à Domino ducatum, neque à Rege Cathedram honoris, neq; enim honoribus inquit Caſſiodorus, fit homo alter, è contra de ſe nihil tenere, & de alijs ſẽper benè & altè ſentire, magna ſapientia eſt & perfectio Tho. de Kem. *de imit. Chriſti lib. 1. cap.* 2. qui ſe nihil, alios vero magni facit, verè ſapit dicit, Merlo, quippe ſecundum Senecam humanorum aſcenſus, ſunt lubrici gradus, tremulus vertex, horrendum præcipitium, ægre concenditur, grauiter inde & repente deſcenditur, vnde bene dixit Martial.

Digitized by Google

Cum te non noſcem Dominium Regemq; notabam
Cum bene te noui iam mihi priſcus eris.

11. Et tamen quidquid iſtorum fiat, cupiditas honoris & ambitio, quæ eſt vanæ gloriæ ſine ratione appetitus, nihil non intactum relinquit, ſic Pauſonias, ſpe nunquam interituræ famæ Philippum interemit, Hoſtratus Templum Dianæ ſua manu incendit, Valer. Maxim *li.8.cap.*15. miramur hæc nos Chriſtiani, & tamen turpius in duellis, honoribus, vana gloria ambitione, & ſuperbia inſanimus, imò plurimi Chriſtiani, antequã ſibi aliquid aſſumpti honoris detrahi patiantur, quæcunque extrema mouebunt, & libentius, ne optatis fruſtrentur, integras prouincias vel ciuitates perditum iri, vel pro re nata permittent vel cauſabunt, exempla niſi otioſa forent, referre poſſem, priuatarum cupiditatum cauſa inquit Dio *lib.*44 commodum Reip. proditur, poteſtatis ambitio Angelum fœlicitate Angelica priuauit, & ſcientiæ appetitus hominem immortalitatis gloria ſpoliauit, vide latè *DD. de effectu & malo ambitionis*, Thomam Hybern. *in floribus DD. lit. A in verbo ambitio* vbi ait, quod omnis adeundi honoris Eccleſiaſtici abſcinderetur ambitio. ſi ſe iudicandos potius quam iudicaturos hi, qui præeſſe volunt populis, cogitarent, vnde, non iniuria *Tragicus* exclamat, ô gloria gloria in millibus hominum mortalium facta, niſi aurium inflatio magna, & ita videmus quod vana gloria & ambitio, nullos patiatur limites, ambitioni pudor infrequens, modus nullus, habet hoc vitium, omnis ambitio inquit Seneca *cap.*73. non reſpicit. magna concupiſcit ambitio, omnia ſcrutatur, ad omne diſcrimen eſt prompta, in ferrum, cædes, & vulnera præceps ruit, nec laboribus nec vigilijs diſtringitur vt optatis ſe expleat, plura Riccius ad Maſcard. *concl.*262. *in pr* nam dũ alium ſibi præferri videt inuidet, dũ alius floret, triſtatur puto enim ambitionem & inuidiam, ſibi valde eſſe affines, inuidia enim eſt quædam arbor, cuius radix eſt maleuolentia, cuius frondes ira & odium, cuius flores irriſio & deriſio, cuius fructus æmulatio & detractio, cuius folia liuor & pallor, & quem aſpicit deſpicit, & quem deſpicit interficit ac corrumpit, ſed nunquid miſer illi animus eſt, cui vicina vel alterius fœlicitas infigit vulnus Pat. Kontz. *in tr. Dani. aulæ ſpecul. cap.* 19. § 1. cum res alterius ſecundæ, non noceant inuidenti, qui inuident, egent, illi quibus inuidetur, rem habent dicit Plaut. ſi tamen quis doleat eius rebus ſecundis, à quo ipſe læditur, non dicitur rectè inuidere, inuidiam autem ſe ſperare, nonnulli pro ſymbolo vtuntur, quippe Comes fortunæ eſt inuidia, vnde dicitur, beſſer neider dann klager, etiam quos iniuriæ inuiſos faciunt, inquit Valer. Max. gratioſos reddunt miſeriæ, nam inuidia caret qui miſer eſt, *Nouel. de nupt.* § *ſi vero*, vniuerſa miſeria animos coniungit, fœlicitas inuidiam parit, Helio l. *lib.* 8. vt & ille, qui eſt ſine virtute iuxta illud.

Inuidiam placare potes virtute relicta.

Quippe æmulos virtutibus offendes, vnde rectè Poëta.

Cui nomen eſt malus, quis bonus eſſe poteſt?

Nam:

Omnibus inuolitat furioſa calumnia terris,
Et vacuum de ſe non ſinit eſſe locum.

Nulla tam modeſta fœlicitas, quæ malignantis dentes euitare poteſt, Valer. Max. *lib.*4. c.7. quia cœca inuidia eſt, nec quicquam aliud ſcit, quam detrectare virtutes, corrũpere honores & præmia eorum Liu. *lib.* 38. quod pluribus proſequitur Luc. de 12.

Pen.

Digitized by Google

Pen *in l. ſi Senator. C. de dignit.* nunquid igitur rebus in mundo ita conſtitutis, exclamare, licebit, ô vanitas vanitatum & omnia vanitas, præter amare Deum, qui vere gloriari vult, glorietur ſcire & noſſe ſe Dominum Iere. *cap.* 9. illi maledicent, tu benedices *Pſal.* 108. & cogitet illud Senecæ 3. *de beneſ. cap* 28. nemo altero melior, eademque omnibus principia, omnes ex eodem puluere ſumus, inquit Nazian. *orat.* 19. vt vt alius alia larua honeſtiore regatur, & quod tanto nobilior quid ſit, quanto propinquior Deo eſt, at omnis in illum propinquitas de vicinitate virtutum & vitiorum fuga ſtatuenda erit.

CAPVT II.

Honoris & dignitatis ordinem neceſſario obſerſeruandum eſſe, & prærogatiuæ in pluribus caſibus enumeratæ.

1. BReuibus me expediendo remitto te *ad tit. decretalium, de maiorit. & obed.* & quæ ibi notantur per DD. item ad *tit. C. vt dignitatum ordo ſeruetur*, ibi quoque Luc. de Pen. *& in l. ſacri C. de prepoſ. ſac. cubic.* vbi exornatur, quod minores maioribus reuerentiam exhibere debeant, vnde Liuius dixit, minor ad maiorem, & vulgo.

Contra maiorem nemo præſumat honorem.

Quemadmodum & Iuriſconſulti dicunt, quod magis dignum trahat ad ſe minus dignum, ſic maiore lumine minus obfuſcatur & euacuatur, Gail *de arreſt. cap* 6. *nu.* 6. *&* 7. adde *cap quod in dubijs, de conſecr. Eccleſ.* & Crauett. *de antiq tempo. p.* 4 *in rubr de legat.* 1. *num.* 151 *& ſeqq.* vbi & de mixtura, ſic quando duæ cauſæ concurrunt & rationes, quarum vna eſt potentior altera, tunc magis potens minus potenti præponitur, eiuſque effectum ſeu cauſalitatem & operationem impedit ſeu abſorbet, hinc eſt, quod ſi Comes aliquid iubeat, aliud Imperator, potius obediendum ſit Imperatori, nam cum quis eligit maiori ſeruire, non debet inde iraſci minor, *cap. qui reſiſtit*, 11. *q.* 3 eſt enim in obedientia ille ordo, quod ſcil. maior minori præponatur, ſic tamen quod Deus præponatur omnibus, etenim obediendum eſt ſuperiori, ſi hoc quod mandat iuſtum eſt, vide *ſupra de bello*, ſicut dicitur, maiores excellunt minores, quodque maior faciat ceſſare minorẽ, vbi concurrunt, Card. Tuſch. *lit. M. concl.* 16 & lumen maius obfuſcat minus idem, *lit L concl* 458 item dignum magis trahit ad ſe minus dignum, puto ſi exiſtat æquè principaliter concurſus, ſecus quando vna res principalis eſt, altera acceſſoria, Barboſa *tr axio. Iur vſ. freq. axio.* 72. maius autem quadrupliciter dicitur apud Zaſ *in l. fundum num.* 3 *&* 4 *ff. in excep. rei iud.* & quando potentius trahat ad ſe minus potens, Pacian *de probat. lib.* 1. *cap.* 27. *num* 38. de mixtura pulchre Zaſius *in l Titia textores ff. de legat.* 1. & latius *in l. generaliter ff. de verb. obl.* ita ex *capite connexitatis*, ſæpe quis conſequitur ex alterius perſona, quod ex ſua non poſſet, Mindan. *de contin. cauſ. cap* 15. *de priuilegiatis, cap.* 19. hinc clerico & laico litis conſortibus exiſtentibus, trahit clericus laicum ad ſuum forum, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 390. *& cap.* 238. *num.* 215. Tuſch. *lit C. concl.* 758. Chriſt. *vol.* 2. *deciſ.* 124 DD. *in l.* 29 §. 1. *ff. de minor.* de præcellentia quoque habes particulares deciſiones, apud Gratian. *lib.* 1. *diſcept. fore. cap.* 110. late quoque Riccius *p.* 4. *collect.* 1446. *& p.* 1. *coll.* 147. *& p.* 2. *collect.* 470. *& p.* 3. *col.* 674. Barboſa *d. tit. de maior. & obed.* Tiraq. *de nobil. cap.* 3. 6. 19. *&* 20 & de iure Primog. *in præfat. num.* 161. *& ſeqq* Wehrner. *pract. obſer. lit. S. verbo,*

Digitized by Google

verbo ſeßion, de dignitate ſedendi, aut eundi ante alios, quodque ratione honoris competat officium iudicis, quandoque actio iniuriarum aut iudicium poſſeſſorium, de hoc plures Doctores, allegat. Barboſa *in cap. 1. numer. 2. x. de lite Pendente*, vide quoque in Gratia. ſicuti & frater contra fratrem, cognatus contra cognatum agere poteſt actione præiudiciali, vt agnoſcatur, an talis, an de familia ſit, Zaſ. *in §. præiudiciales. ſub. numer. 26. inſt. de actio.* vide eundem *in l. Poßideri §. item acquirimus ſub. num.* 20. *ff. de acq. poſſ.* & in caſu occurrenti; quando quis alienis vel tuis forte inſignijs & armis vtatur vide tract. Bartoli *de inſignijs* & Tepatum *in compendio deciſ. tit.* 581. & plures alij agunt de præcedentijs & prærogatiuis ad Gammam Farinac. alioſque deciſionarios, quia par eſt inquit Ariſto. meliores eſſe eos, qui ex melioribus.

2. Hæc autem materia ſiue diſcertatio, de ordine & prærogatiua, pertinet magis ad Iuſtitiam diſtributiuam vide tamen Chaſſan. *in Cathalo. gloriæ Mundi part.* 1. *conſid.* 2. vt proinde ordinis obſeruatio ſit Iuſtitiæ conſeruatio, è contra conuerſio eius ſiue inobedientia, eius euerſio, ita vt dubitandum non ſit, quin rectè faciant, qui ordinem & dignitatem ſtatuum conſeruare ſtudent. Decian. *conſil.* 7. *numer.* 2. *&* 71. *lib.* 3. Menoch. *conſil.* 51. *numer.* 1. *& ſeqq & conſ.* 126. *num.* 1. nec non *conſ.* 902. *numer.* 1. Burſ. *conſ.* 343. *numer.* 1. vt dum quilibet ſeruat ſuum gradum, ſocietas humana, in pace & concordia conſeruatur *cap. fin. diſtinct.* 89. recte itaque Poëta.

Tali ſede ſede, ne dicam ſurge, recede.

qui plus quærit eſſe quàm licet, ait Fulgent. *mythol. lib.* 2. minus erit quam eſt.

Hinc quoque recte in iure cautum reperitur, vt prærogatiua honoris & officij præcedentia non turbetur ſed dignitatum ordo ſeruetur, vt qui alijs digniores ſunt, honeſtiori loco ſtent, ſedeant, & progrediantur, *l.* 1. *&* 2. *ff. alb. ſcribend. l. quiſquis in fin. Cod. de poſtul. l.* 1. *Cod. de conſul. tot. tit. Cod. vt dignit. ord. ſeruetur Cano. in cap. clerici x. de iudic. poſt. gloſ. in l. cum quid,* ibi Bart. Bald. Caſtren. Iaſon. Deci. Zaſ. & alij *ff. ſi cert. peta* Tiraq. *de iur. primog. in præf. & cap.* 20. *numer.* 51. latè de præcedentia, ſeſſione, ſubſcriptione in conſilijs & deciſionibus Doctores allegantur in varijs caſibus apud Tepatum *in compendio deciſ. titul.* 580. vbi & Tiraq. *cap.* 19. latè, quis præferatur vel non, vide ibi, & apud Gratian. *tom.* 2. *diſcep. for. cap.* 284. vbi *& num.* 19. *& ſeqq.* probat, quod honor debeat eſſe correſpectiuus, nam licet indeterminatè honor ab inferioribus debeatur ſuperioribus, tamen etiam è conuerſo, cur enim te habeam in Principem, cum tu me nolis in ſenatorem? vnde etiam illud L. Craſſi ſenatoris, non es mihi Philippe conſul, quia nec ego tibi ſenator, Val. Max. *lib.* 6. *cap.* 55. plura ibi & Gratianus *numer.* 15. *& ſeqq.* an inde rectè deducatur, quod iudices, honoratos viros, ad ſedendum inuitare debeant, & quando, item Chaſſan. *part.* 4. *gloriæ mund. de ordine dignit. p.* 6. *&* 7. & de præcedentia militis & doctoris, *part.* 9. *conſid.* 1. & de præcedentia litteratorum *part.* 10. late Lancellot. *de iure publ. perſonarum*, hoc eſt ſtatuum omnium imperij *lib.* 1. *cap.* 1. §. 1. *quæſt.* 2. de Doctoribus legum & Medicinæ, qui præferantur late Niuiz. *in Sylu. Nupt. lib.* 5. *numer.* 74. *& ſeqq* & de doctoribus eiuſdem collegij Hotom. *conſ.* 105. item an dignior qui primo nominatur, & 3.

de

de ordine ſcripturæ Felin. *in cap. cum deliſt. x. de reſcript.* de quo vide latè & diſtinctè in Paciano. *de probat. lib. 2. cap. 25.* vbi paſſim de materia, & latè *cap 26. per tot.* vbi de nobilitate & antiquiori, de præcedentia, de priuilegijs, de primogenitis & alia plura de materia, tam quoad Eccleſiaſticos, quam ſæculares, & quod conſuetudo ius præcedentiæ tribuat, quodque ea armata manu cuſtodiri poſſit, & quod nobilior poſſit implorare officium iudicis, vt cogat inferiorem ſibi cedere & *ibi numer.* 146. quæritur, an actione iniuriarum agi poſſit contra inferiorem, nolētem cedere inferiori, ibi DD. pro & cōtra allegantur, rurſus idem Pacian. *cap.* 27. latiſſimè de dignitatibus, vbi dignitates quoque Eccleſiaſticæ enumerantur, & *cap. 28. de dignit. Epiſcopali,* & ibi an prælatus, exiſtens in poſſeſſione Prælaturæ ſe talem probare debeat, in quem finem inducta *num.* 59. *& ſeqq.* præcipue notanda erunt, *cap.* 29. de Abbatibus, & *numer.* 60. *& ſeqq.* quare prætores terrarum ante ſe faciant portari, enſem, pileum, & virgam, quem in caſibus occurrentibus conſulas, adde Petr. Gerhard *ſing.* 33. vbi & tradit, quod inferior locum maioris temere occupans, poſſit inde expelli.

4. Hoc interim vęlim notes, quod quilibet magiſtratus, quantumuis minimus, in ſua prouincia eſt maior quolibet extraneo, ita poſt Felin. Coler. *de proceſ. execut. part. 3. cap. 7. numer.* 33. nam magiſtratus extra ſuam prouinciam pro priuato habetur, *l. fin. ff. de officic. præſid* vnde differentiam aliquam propugnatam ſcio, nuper quoque determinatum intellexi quod Pręlatus Decanatum ſuum reſignans, non ordine inter Canonicos ſed poſt Dęcanum in choro & capitulo ſedere debeat, in memoriā priſtinæ dignitatis Felin. *in cap. qua in Eccleſia. numer.* 81. *x. de conſtitu.* adde *Luc. de pen. in l. per hanc ſub. numer. 2. Cod. de numer. auctuar.* vbi probat, non minorem honorem exhibendum eſſe magiſtratui poſt depoſitum officium, quam durante officio, & ibi, quomodo prælati & magiſtratus honorandi ſint, imo plus docet Guid. Pap. *quæſt. ſeu deciſ.* 377. quod Conſiliarius ſiue ſenator motus officio per principem retineat eandem dignitatem & immunitatem, quam habebat ante priuationem, quem refert Tepatus *d. tit.* 580. *cap* 6. alias ſimilis eſt quęſtio apud Cothom. *vol* 2. *reſponſ.* 95 *per tot.* an reſignatarius in locum reſignatoris ingrediatur, vide ibi & plures priori ſimiles quæſtiones deciſas apud Chriſtinæ. *vol.* 5. *deciſ.* 107. *nu.* 12. *& ſeqq.*

5. De ſene Iuueni præferendo, Barboſa *in cap. dudum 22. x. de elect.* ſcriptum eſt enim, in antiquis ſapientia, & in multo tempore prudentia, *Iob. 22. & Sap. 9.* vnde *Eccleſ. 32.* inter cœtera admonet adoleſcentē, vt in medio magnatum loqui non præſumat, & quod vbi ſunt ſenes, non multum loquatur vide illuſtratū, in Luca de pen. *in Rubr. C. de legat. nu. 15. & 16.* & Zaſ. *in l. ſi ſeruum § ſequitur de eo ff. de verb. oblig.* vbi declaratur ſed tamen in dubio doctoris ſenis ſententia præferenda, vti in prouerbio dicitur, bos laſſus fortius figit pedem, & ſenioris conuerſatio iuuentutis perfecta eſt educatio, tamen idem Zaſ. *in l. cum quid mutuum nu. 8. ff. ſi cert. petat.* recte docet, quod iuuenis excellenter doctus ſeni præferatur indocto, & cogitandum eſt ſapientiam non ætate ſed ingenio adipiſci vt ait Plutarch. *in Trinum.* nam ſæpe vt dicit Iuriſconſultus, malitia ſupplet ætatem, ſi tamen iuuenes quantumuis in ſcholis doctiſſimi ad forum veniunt, verum ſit

Digitized by Google

oportet illud Senecæ *lib 2. controuerſ.* cum in forum ventum, aut deficiunt, aut titubant, propter diuerſum praxeos ſtudium, & ſcientiam ipſis incognitam, prudentiores tempus diesq; facit, vt dicit Liu. *lib.* 22. profungis illos habet Knichen *de territorij iure, in Epiſto. ad lectorem*, Pragmatici rerum experientia inſtructi plus ſcire præſumuntur, *arg. c ſciendum 26. quæſt.* 4. autoritas tua & ſi male dicet, tamen perſuadebit ait Euripides *in Hecuba*, nos Chriſtiani imitemur illud S. Auguſt. ſuper, *Pſal.* 12. *ante med.* ſit ſenectus veſtra ait pueriliſ, & ſit Pueritia ſenilis, ita vt nec ſapientia veſtra ſit cum ſuperbia, nec humilitas ſine ſapientia, vt laudetis Dominum ex hoc nunc & vſque in ſeculum & illud Germanicum adagium die jungen ſoll man lehren/die alten ehren/die weiſen fragen/die narriſche vertragen.

CAPVT III.

De aſſumpta dignitate ex veſtium luxu, & titulis non competentibus.

1. VEſtitus vt honeſtus & decorus merito laudatur, ſic luxus in veſtitu merito vituperatur, adeo vt prior Aſſeſſoribus Cameræ Imperialis tanquam Imperatorem & Status imperij repræſentantibus mandetur Cammergerichts ordnungh *p.* 1. *cap* 8. & habemus *text. in cap. vt apoſtolicæ de priuileg. in* 6. quod ex maioritate ac decore maiori ornatuum, maioritas appareat dignitatum, vbi Domi. & Francus dicũt. quod ille prælatus, qui habet ius deferendi inſignia pontificalia, eſt magis honorandus & eos præcedere debet, qui talia priuilegia non habent, quæ iura, ſi ordinationes & politia Imperij in viridi obſeruantia eſſent, *vide* Reichs abſcheidt zu Augſpurg. A. 1500. *tit.* von vnordentliche koſtelichen kleidung/ *item Reformirte* vnnd gebeſſerte *Policey* zu Franckfurt. *Anno* 1577. *tit.* 9. von vnordnung vnd koſtligkeit der kleider/ accommodari poſſent, nam ratio ciuilium officiorum dicit Plin. 6. *Epiſt.* 31. neceſſitatem quandam nitoris imponit, vti ille, qui pretioſioribus veſtibus indutus comparet, maioris quoque cenſeatur dignitatis, ſicuti in receſſibus imperij iuxta cuiuſque dignitatis ſtatum præſcriptus reperitur ornatus, & quoniam veſtibus pretioſioribus honor adhibetur Chaſſan. *in cathalo. gloriæ mundi p.* 1. *conſid.* 23. *in pr.* ideo Aduocati & Iudices debent habere veſtes, pro grauitate & maieſtate officij ſui, *Spec. de aduocat. § ſequitur vidēdum de veſtib col.* 2. vnde chlamijs militē, purpura Regem, ſtola ſacerdotem, cucula Monachum, Toga aduocatum demonſtrat. *gloſ. in l.* 1. *Cod nulli licere in fren.* & proinde clericum in clericali habitu non repertum, non gaudere priuilegio multi docent, cum talis quis præſumitur qualem veſtes indicant & demonſtrant Menoch. *lib.* 3 *præſ* 64. *nu* 4. *iunctis l.* item apud Labeonem §. 15. *ff. de iniuriis* & traditis per Alexand ab Alex. *lib* 5. *genial. dier. cap.* 18. hodiè igitur an Præſul, an miles vel Comes, non immerito quis ſæpe dubitare poteſt, ita veſtibus & diuitijs multi abutuntur, vt per eas indebitè honorentur & dignioribus præferantur, cum tamen honores præualeant diuitiis, Zaſius *lib.* 2. *conſ.* 2. *n.* 13. nec veſtis honoratiorem aliquē reddat, verum tamen de honore conſiſtente in habitu & veſtibus & quando ſint ad decorem & gloriam, & ex quibus veſtimentis quis commendetur, loquendo tam de Aduocatis quam alijs, latiſſimè tract. Chaſſ. *in d. tr. p.* 7. *conſid* 44. *& p.* 12. *conſid.* 96. ſed pro dolor hodierno tempore tam indifferens & peregrinus eſt in veſtibus luxus, vt

Digitized by Google

nobilem ab ignobili, Patricium à ciue, Ciuem à Ruſtico diſcernere amplius non valeas, vnus præ alio in hoc & illo genere æmulatur, noui excogitantur modi, facillime imitantur, inſurgunt ſuperba certamina, pecunia in luxum conuertitur, tenuiores ditioribus, ditiores nobilibus, aliiſque in dignitate conſtitutis æquari volunt, imo vt honoratiores videantur, illoſq; in luxu veſtium ſuperent, conātur, cū de illis dicatur,

Vir bene veſtitus pro veſtibus eſſe peritus
Creditur à mille quamuis idiota ſit ille
Si careat veſte nec ſit veſtitus honeſtè. (audis.
Nullius eſt laudis. quamuis ſciat omne quod

Sed tamen vere alter dicit:

Cinge caput lauro gemmis tege corpus & auro
Si fueris pridem, remanebis Ruſticus idem.

2. Veſtitus pretioſior quæritur pro inani gloria dicit S. Gregor. *in Euang. homil. vlt.* Sed quemadmodum ſtultus eſt inquit Seneca ad Lucill. 47. qui equum empturus, non ipſum equum reſpicit, ſed ephippium, ſtratum ac frænum, ſic ſtultiſſimus eſt qui hominem, aut ex veſte aut ex conditione, quæ veſtis modo nobis circumdata eſt, æſtimat, nam quid ad rem pertinent inquit idem Senec. *epiſt. 88.* mulæ ſaginatæ? quid iſta vehicula cælata? quid Phaleræ deauratæ? quid monilia demiſſa pectoribus? iſta nec dominum poſſunt facere meliorem, nec mulam; hinc prouerbio dicitur, habitus non facit monachum, ſic nec habitus locuſuè ſanctificat hominem, ſed homo locum aut habitum *ca. fin. diſt.* 40. quod prouerbium ex Græcis fontibus deriuatū videtur quemadmodum ait Plutarchus nec promiſſior barba, nec veſtis pertrita Philoſophum facit, vnde Herodes Atticus, Palliatum quemquam falſo cultu habitus philoſophum mentientem, video inquit Herodes, barbam & pallium; Philoſophum nondum video, & ſic apposite quoque illud Poëtæ:

Falſus honor iuuat, & mendax infamia terret.

dum honores immoderato affectu quærunt, & magis videri quam eſſe volunt.

Nihilominus hodie impune habitum 3. mentiuntur homines, quia & mulieres virilem aſſumere, & rurſus viros inſtar mulierum ornare ſe, & capillos geſtare videmus contra *l. veſtis* §. 1. *ff. de aur. & arg.* quod & in veteri teſtamento prohibitum inuenitur Deut. 22. & in iure Cano. *cap ſi qua mulier. diſt.* 30. quod tamen ſiue ſuperſtitioſus mulierum ornatus, non tam ad placendum hominibus, quam ad dœmonibus ſeruiendum tendit, *cap. fucare de conſecrat diſt.* 5. vbi namque in fidelibus Chriſtianis, verus ornatus non eſt ſplendor veſtium, ſed boni mores, nam qui immoderato cultu corporis atque veſtitus cæterarumque rerum nitore præfulget, facilis conuincitur rebus ipſis pomparum eſſe ſectator, S. Aug. *lib. de ſerm. Domini in monte, petitione,* 7. vanum eſt inquit Sidon. *quæſt.* 9. affectare de veſtium diſcretione ſuperbiam, nitore pompam, ſqualore iactantiam, notabilis quoque Viuij *deciſio.* 345. quibus veſtibus vti debeant tam Religioſi quam Laici, confer. Apoſt. 1. *ad Tim.* 6. *Eccleſ.* 5 & S. Cypr. de habit. Virg. ſemper autem memineris quod ſatis magnificus ornatus ſit virtus & pietas, plura de vero & minio ornatu, apud Luc. de Pen. *in l. nulli, C. nulli licere in frenis,* vbi & ex Innoc. *de miſeria condit. humanæ,* abſit inquit, vt alterius color ſi... comparabilis natiuo, quia omnino facies cum adulterino colore fucatur, os abominabili fœtore corrumpitur, vnde vanitas omnis homo viuens quid enim vanius eſt, quam crines ita criſpare, planare cæſariem, tingere genas,

genas, vngere faciem, producere ſupercilia, quandoquidem fallax ſit gloria, & vana ſit pulchritudo, omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri, hinc iuxta Ovvenum.

Quæ pictas geritis facies, vos iure poteſtis
Dicere cum Flacco, puluis & vmbra ſumus.

Et quod magis dolendum, magna abuſio eſt inquit S. Bern. vt corpus induatur, & contra regulam, ſuis veſtibus anima nuda deſeratur, ſic rerum verſa eſt conditio ait Boëti. 2. *de conſol.* vt demum merito rationis animal non aliter ſibi ſplendeſcere, niſi inanis ſuppellectilis poſſeſſione ſeu hodierno vano veſtitu videatur, belliſſimè igitur Seuerus Imperator, dixit, Imperatoriam Maieſtatem virtute conſtare non corporis cultu, & apud Suet. *cap.* 3. celebratur hoc Auguſti dictum, veſtitus inſignis & mollis ſuperbiæ vexillum eſt, niduſque luxuriæ, conformiter, Accius, diſcinctæ veſtes, diſcinctus animus, ſed demiſſa veſtis, demiſſus animus, quod ipſum licet ſæpe fallat, olim tamen dixit Plato de legibus, peſtem tum maximam metuendam eſſe Reipubl. cum nouis commentis homines delectantur, nouos corporis geſtus probant, nouos veſtium, ſuppellectilis omniſque apparatus reliqui arceſſunt, populari veſtitu, & ritu depoſito ad externos deflectimus ne videãtur populares, ah, quam vereor? nunquid & ipſe Deus ſuper vſu peregrinorum veſtium, (vti hodie vulgo dicitur à la modo factarum) ad iram prouocatus dum apud Sophoniam dicit, viſitabo & ſuper Principes, & ſuper filios Regis, & ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina, quod cum multis alijs ſacræ & prophanæ ſcripturæ hiſtorijs comprobat & reſpectiue veſtium luxum improbat Petrus Gregor. Tholoſ. *lib.* 4. *de Republ. cap.* 11. quo me breuitatis cauſa remitto.

Hanc enim materiam ſatis deplorare 4
quis poterit? taceo deſcribere, nam infinitas in hac materia datur, iure prohibita, vanitas tamen vanitatum & omnia vanitas, imò plus quam vanitas mortuorum, crines oſtentare, ac ijſdem, vt vanitatum mare ingreſſi videantur, ſuperbire, quos intuitu pœnitentiæ non geſtares, Abſolon in capillis adhæſit quercui & perijt, ſiquidem vt dicit Senec. *in Prou.* cito ignominia ſit ſuperbi gloria, vide igitur, ne & tu in illis pereas, Domicellæ colla & pectora in medium vſque dorſum denudantur ad inſtar mercatorum merces ſuas venales exponentium, quaſi iam venale credatur, quod natura velauit, vel ſaltem licentia deteriores factæ, illa cum cœteris proſtituant, iterum dico infinitas hic datur, ideo tranſeo, quia temeritas hominum mores ſenſim commutat, atque inficit, vt vetera contemnant, noua etiam peſſima in pretio habeant, naturale eſſe dicit Senec. magis noua quam magna mirari, ſed illa imitari haud Chriſtianum puto, vide Viuium *d. deciſ.* 345. *num* 18. *& ſeqq.* mirè inuehentem in domicellas taliter veſtitas ab ipſo meretricibus æquiparatas, ſic & veſtalem virginem Claudiam ob nimiam veſtitus & cultus ſui curam venuſtatiſque fouendæ ſtudium ſuſpectam factã eſſe inceſtus & propudij teſtatur Ouid. hoc verſu.

Claudia virgo fuit ſed non eſt credita virgo.

quem verſum ex alijs refert Wilhelm. Anthonij *de moratorijs reſcriptis tit.* 10. *concl.* 68. *num.* 18. *& ſeqq.* vbi latiſſimè de veſtium luxu, eius remedio, qui ibidem tradit pulchra moralia & hiſtorias, ad quem breuitatis cauſa lectorem remitto, vbi & de iſto prouerbio, veſtis facit virum, vndè manauerit, latè

Digitized by Google

latè quoque Royſius *deciſ. Lituan. 3. num. 35. & ſeqq.* vbi & cur mulieres ſint cultus ſtudioſæ & amantes, vbi de multis narratur, in quibus nimis cultus impudicitiæ argumentum, & quod vt tales damnatæ fuerint, item de varijs legibus contra veſtium luxum, & capillatas iſtas mulieres, & inter cætera adducit S. Paulum 1 *ad Timoth. c. 2.* & S. Petrum *1. epiſt. 3.* quodque modicus in muliere ornatus ſit pudicitiæ argumentum varijs hiſtorijs exornat, ſic & Iuſtus Lipſius *lib. 4. Politicor. cap. 11.* Veſtium, ait, & conuiuiorum luxuria, ægræ ciuitatis indicia ſunt; imò morituræ, nam hæc Iuuentutem, vbi familiares opes ſunt, ad iniquum corporis cultum accendunt, vbi vero deficiunt ad facinora incendunt, res alia, fides perit, eadem tamen illa, quæ erat in abundantia, libido permanet, ita quid aliud, quam moueant compoſita, & res nouas ſceleribus acquirant, in tantum igitur abſit, vt ſplendor ille veſtium, quotidiana earumdem mutatio & mira varietas, prærogatiua aliqua gaudeat; vt etiam pœna digna & ad tartaros releganda ſit, cum ornatus hominis Chriſtiani virtute conſtet, non corporis cultu.

5. Minime obſtat replica, quòd iſte & ille modus hodie inualuerit & conſuetus ſit, conſueta autem reſpicienda eſſe, quia vti in terminis dicit Zaſius *in l. ſi ſtipulatus fuero, num. 5. ff. de verbor. oblig.* quod hoc ipſum verum probatumque veſtitum, & ex prudentum vetuſtis moribus receptum vſum non mutet, vnde cum dicimus inſpici conſueta, hoc de bona conſuetudine, non de abuſu intelligimus *cap. fin. de conſuetud.* ſed hoc malum ita inualuit, vt neque conciones neque leges, niſi pœnales ad executionem perducantur, ſufficiant, exempla quædam, quod veſtibus & non nominibus honos exhibitus, ſed eundem exhibentes, illuſi fuerint, refert Gratian. *tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 283. num. 39. & ſeqq.* ſed quid de veſte loquor?

——— iam non ſegmenta requiro
Nec quæ bis tyrio murice lana rubent.

Omnia hodie in hoc genere licent quæ lubent, vel ſaltem non emendantur, cultus magna cura, virtutis magna incuria, Ammian. *lib. 16.* Eodem modo res ſe habet cum illis, qui ſibi non competentes titulos aſſumunt, vel affingunt, quod non habent neq; ſunt, ſed minus idoneus aſſumptus ad dignitatem, de facto deponendus tanquam ſacrilegus Chriſtin. *vol. 5. deciſ. 113. num. 4. & deciſ. 106. n. 18. & ſeqq.* vbi inferior dignitate poteſt cogi per officium Iudicis, vt cedat maiori, & cum alijs contra Maſtrill. docet, quod & actio iniuriarum competat, ſi inferior ad locum maioris temere vadat, quodque inde expelli poſſit, *c. præcipimus, diſt. 93* ſunt autem, qui vt eminentiori loco ſedent, vel incedant, neſcio quales chymeras nominum & familiarum ſibi fingant, ſed vt habet P. Rectoris Ray mihi tranſmiſſa ſententia, qui ſe melioribus comparat, ſibi ipſi infamiam comparat, & qui aliorum locum occupat, non honorem, ſed onus aſſumit, *cap. illud 8. q. 1.* nam nobilem ſe fingens vel dicens cum non ſit, pœna falſi tenetur *l. eos, §. vlt. ff. ad L. Cornel. de falſis.* Et ſacrilegus dicitur qui indebitũ locum ſibi vſurpat, Gratian. *diſcept. forenſ. c. 210. n. 33.* vbi & *nu. 55. & ſeq.* an & quomodo detur actio iniuriarum, qui prohibet alteri honorem præſtari & ei qui eſt in poſſeſſione illius, de quo agit, *l. iniuriarum, §. ſi quis, ff. de iureiurand.* & dicit quoque ibi, quod detur interdictum vti poſſidetis, & redintegrandæ, vbi arma

Digitized by Google

& inſignia alterius ſunt abraſa, & meritò punitur non adminiſtrans honorem ei, cui debetur, *l. ſinguli, l. ſuam, Cod. de offic. diuerſ.* vnde malè Iudices & Scabini in mea Patria ſuſtinent quaſi ante illos, ijs in iudicio, aut pro tribunali ſedentibus, Doctor aperto ſeu denudato capite ſtare debeat, aliter quàm in DD. deciſionibus reperi, imò occultans alienam laudem, furi comparatur, & plura de prærogatiua & honoribus vide in Gratian. *cap. 110. & ſeq.* in ſumma, iuxta S. Auguſt. *lib. 14. de ciuit. Dei.* Initium omnis peccati eſt ſuperbia; quid autem eſt ſuperbia? niſi peruerſus celſitudinis appetitus; peruerſa enim celſitudo, eſt deſertio eius, cui debet animus inhærere, principij, & ſibi quodammodo fieri & eſſe principium, ſed hodie vere iuxta Owenum:

Nullus homo eſt, qui ſe non præferat omnibus vnũ
Hinc perſonarum prima vocatur ego.

6. Si tamen tam honoris amans es, & honorari vis ab alijs, illos quoque honorare debes, ſecundùm tradita à Luc. de Pen. *in l. Curiales, n. 5. Cod. ſi Curialis relict. ciuit.* & ſatis vulgatum eſt illud Domitij, cur ego te haberem vt Principem, cum tu me non habeas vt Senatorem, *cap. ſta ſubiectus, §. ſcitum, diſt. 95.* vidi autem hoc ipſum à quibuſdam tam dextrè practicatum, vt quo magis ipſimet honorari voluerint, eò magis alios honorabant, infiniti enim modi ſunt, quibus vana gloria comparatur, perbellè igitur Valer. Max. *lib. 3.* effugere cupiditatem, eſt regnum vincere, & multo ſeipſum quàm hoſtem, ſuperioſius eſſe putatur. hinc Poëta:

Fortior eſt qui ſe, quàm qui fortiſſima vincit
Mœnia, nec virtus altius ire poteſt.

Hoc autẽ pauci ſapiunt, hinc tot deſipiunt, vanus profectò error hominis & inanis cultus dignitatis, fulgere dignitate & mente ſordeſcere Minut. *399.* & tamen vt teſtatur S. Bernard. caro ſuggerit mollia, mundus vana, diabolus amara, perditiſſima res eſt diligere formam & negligere conſcientiam. quibus benè applicatur illud Pſalmiſtæ: Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum, ſicut cedros Libani, tranſiui, & ecce non erat, quæſiui, & ecce non eſt inuentus locus eius, ſummatim iuxta Epictetum apud Arria. *lib. 4. cap. 1.* Vir mundus ſit vt vir, mulier vt mulier, puer vt puer, quæ tamen fruſtra inculcantur, quia plurimis graſſantibus & luxui veſtium indulgentibus exemplo opus eſt, *l. aut facta, §. fin. ff. de pœnis.* eaqúe delicta quæ graſſari immodicè cœperunt, plus penè quàm ſeuere excidenda fore, alibi probaui.

CAPVT IV.

Nobilitas & Prærogatiua, an magis ex virtutibus quàm ſanguine petenda ſit, & inde illata.

PAſſim in orbe Chriſtiano videmus ex nobilitate generis prærogatiuas deduci, & quo quid antiquius, eo in genere ſuæ dignitatis nobilius cenſeri *l. 1. ff. de alb. ſcriben.* vide allegata in Chriſtinço *volum. 1. deciſ. 226. num. 2.* glorioſum ſiquidem eſt, à laudatis & honeſtis eſſe progenitum, *Tob. cap. 5.* & *in Actis Apoſtol. 22.* Belliſſimè dicit Iuſtinianus *de confirmatione Digeſtorum*, Vir ab antiqua ſtirpe legitimè procedens, neq; enim Maiorum Nobilitas eſt ſpernenda, & cuius ſit effectus, Sarmient. *lib. 7. ſelect. interpret. cap. 16.* in Germania noſtra videmus eos magis coruſcare Nobilitate, atq; admitti ad Cathedrales Eccleſias, vulgò auff die Thumb- vnnd andere Adeliche Stiffter / qui ab antiquo & patribus & matribus 1.

Digitized by Google

tribus nobiles exiſtunt, diſputent igitur DD. an plebei à Principe Nobiles creati comprehendantur ſub ſtatuto, mentionē faciente de nobilibus apud Chriſtinæum. *vol. 5. deciſ. 216. num. 16. & ſeqq.* attamen ſub Eccleſiarum Cathedralium ſtatutis, vt aſſumantur in Canonicos, non comprehendi teſtatur praxis Germaniæ illos, qui & patribus & matribus nobiles non exiſtunt, negari enim non poteſt, quin nobilitas materna maximum afferat natalibus ſplendorem, iuxta illud Naſonis:

Hinc fuit Euander, qui quamuis clarus vtroque
Nobilior ſacræ ſanguine matris erat.

Et Virgil. 12. *Ænead.*

——— *genus huic materna ſuperbum*
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.

Latius Tiraquel. *de nobilit. c. 18.* non tamen inde efficitur vt vulgò putatur, quod patre nobili & matre plebea natus, non ſit nobilis, non enim poteſt quis eſſe partim nobilis & partim ignobilis, vt aliquoties iudicatū fuiſſe refert Chriſtin. *vol. 1. deciſ. 226. n. 19* vbi per tot. qui ſint nobiles, quomodo probetur nobilitas; quibus gaudeant priuilegijs & honoribus, quiq; præferendi ſint; & illud ius, quòd quis ſuo facto nubendi plebeiæ (ne admittatur ad Cathedrales Eccleſias) amiſit, contrario facto poteſt recuperari, nubendo ſc. nobilibus in quartam generationem, imò & nobilitatem amiſſam contrario facto recuperari teſtatur Ant. Fab. *in Cod. de dignit. defin. 2.* vbi & *defin. 12.* quæ ſit nobilitas abſolutè & ſecundùm quid, quodqúe hic nobilis vbique ſit nobilis.

2. Quamuis Imperator poſſit poſteriorem in ordine, ex cauſa maioris meriti præferre antiquiori, cum ſit ſupra gradum dignitatis Franciſc. Marc. *quæſt. 806.* tamen antea plebeium propter varia merita ad culmen dignitatis euectum, non ſuſciperent Cathedrales Eccleſiæ in Canonicum, nec eiuſdem filios, propter conſuetudinem Germaniæ antiquiſſimam, quibus addo pro ſplendore perantiquæ noſtræ Coloniæ Agrippinenſis, quod iam olim teſtatus fuit Imp. Iuſtin. *in l. 8. §. 2. ff de cenſib.* in Germania inferiore Agrippinenſes Iuris Italici eſſe, vnde rectè meo iudicio deduci puto, quòd Agrippinenſes ſiue Colonienſes de iure immunes ſint à tributis, hoc enim propriè Iuris Italici eſt, deinde quoad originem ciues iuxta D. Gelenium *in Sacrario ſuo*, nobiles ſunt, nam licet hæc nobilitas, quæ in Iure Italico fundatur, ſola nobilitatem non conferat, tamen qui & maiorum imagines habent, & ortum & nomen ſuum ab Agrippa & Agrippina deducunt, meritò tales erunt, pro quibus alias facit doctrina Bartol. *in l. vn. C. de Alex. prim. lib. 11.* quòd popularis vnius nobilis Ciuitatis, plus debeat honorari, quàm magnus ciuis mediocris Ciuitatis, cæterum multa de Iure Italico vide in Sigon. *de antiquitate Italicorum lib. 1. cap. 1. 2. & 20.* denique ex prædictis iunctis ijs quæ ſuperius *cap. 1. & 2.* adducuntur, rectè meo iudicio infertur, quod in Comitijs meritò primas inter ciuitates Imperij habere & tenere debeant, prout etiam eſſe in immemoriali poſſeſſione haud pridem à Prænobili & Ampliſsimo Dn. Ioanne à Bolandt ſeniori Conſule, Viro ob eximias virtutes nunquam ſatis laudato, & in pauperes ad ſtuporem liberali (qui poſt hoc Anno à partu Virgineo 1645. magna cum ſanctitatis opinione homo propemodum purè ſpiritualis, ſolutis hiſce carneis vinculis, ac relictis illecebris ad Dominum migrauit, cuius anima faxit Deus vt in æternitate gaudeat) percepi, hoc addito, dum Aquiſgranum in Coronatione Inuictiſſimi Imperatoris Ferdinan-

Digitized by Google

dinandi III. tunc in Regem Romanorum poelecti, ex hoc capite, quòd ſedes eſſet Regia primas prætenderet, quas alioquin Colonienſibus vltro concedunt, nullam tunc per noſtros fuiſſe comparitionem in iſtum actum Coronationis factam, ne prærogatiua in aliquo ſibi detrahi paterentur.

3. Verum enimuero video hodie, ſæpe Nobiles licentia fieri deteriores, & talia patrare, quæ ipſis plebeis forent dedecori, nam vt ſcribit Gloſſ. *in cap. quoniam vetus, in verb. inuidia, 24. quæſt.* 1.

Nobilitas faſtum. faſtus litem. lis parat arma,
Lis odium, capiunt hæc tria mortis iter.

Nec prædicta mira videri debent, difficillimum eſt enim, Nobilem eſſe ſine ſuperbia, vti exornatur in Tiraquell. *de Nobilitate cap. 23. num. 5. & 6.* ita dicitur de diuite, difficilè namque eſt, inquit S. Auguſtinus *in homilijs & lib. de verb. Dom. ſuper Matt. ſerm. 6.* vt non ſit ſuperbus qui diues eſt, nihil enim eſt quod ſic generent diuitiæ, quomodo ſuperbiam, qui autem fictitijs titulis vel habitu ſuperbiunt, vel ſeſe extollunt, de ijs dici poteſt, quòd magnum nomen falſis vulgi opinionibus abſtulerunt, quod in ſe ſatis turpe & indecorum eſt, qui enim falſo prædicantur, ſuis ipſi neceſſe eſt laudibus erubeſcant, loco enim ignominiæ dicit Seneca, apud indignum, dignitas eſt, ſiquidem vt Apuleius alibi dicit, tanti teuera iſtis, quantum habetis, puta virtutum, non veſtium, non nudi tantum nominis, veſtite vos ſerico probitatis, inquit Tertullianus *de cultu fœmin. cap. vltim.* biſſino ſanctitatis, purpura pudicitiæ, taliter pinguentatæ Deum habebitis amatorem, contra eos qui nulla virtute freti, ſola nobilitate gloriantur, notabilia reperies apud Tiraquell. *de Nobilit. cap. 22.* nam illi tantum nomine ſunt nobiles, re ipſa potius ignobiles, nemo gloriari niſi ſuo debet, ait Seneca *epiſt. 41.* ſi enim filij praui ſunt, nobilitas parentum nequit excludere eorum tenebras Neuiz. *Sylua nupt. lib. 4. nu. 133.* & quemadmodum nobilitas tempore incipit, ſic tempore deſinit, & vti vitio claret, ſic vitio ſepelitur, Petrus Gregor. Tholoſan. *de Republ. lib. 4. cap. 2. num. 9.* contra quos illud Iuuenalis *Satyr. 8.* Quis enim generoſum dixerit hunc, qui digno genere & præclaro nomine tantum inſignis, &c.

Et Genus & Proauos & quæ non fecimus ipſi
Vix ea noſtra puto.

Vnde Alanus de planctu naturæ dixit:

Quid tibi nobilitas? quid clarum nomē Auorum?
Si ſeruis vitijs factus & ipſe tuis.
Nobilis eſt etenim ſi quis virtute refulget
Degener eſt ſolus, cui mala vita placet.

Cui conuenit illud Germanicum:

Fromb, redlich, weiß vnd mildt/
Gehöret in deß Adels Schildt.

Quam parum verò maioritates proſint, 4.
patet ex Boët. *lib. 3. proſa 6.* è contra ineſt, inquit, dignitas propria virtuti, quam protinus in eos, quibus fuerit adiuncta, transfundit. Rectè igitur Iphicrates cuidam exprobranti ignobilitatem: Meum, inquit, genus à me incipit, tuum in te deſinit. In idem collimat reſponſum Generoſi Comitis Iohannis de Werth: Ego nihili facio copiam ſine originali, vos copia tenus, eò quòd maiores fuerint Nobiles, tales eſtis, ego ſum originale; & verè is originale, ille enim cum Cicerone ſuis maioribus virtute præluxit. Sic plures Clariſſimos Viros refert Magirus *in Florileg. loc. commun. lit. G. verb. Genus, num. 7. & ſeqq.* qui plebeis, egenis, ac ignobilibus parentibus nati fuerunt, neque hoc probrum eſt, ſed magis laudi

Digitized by Google

laudi; nam, vt S. Chryſoſt. *Super Matth.* inquit, Melius eſt, vt in te glorientur parentes, quam tu in parentibus, & ita de ſe gloriatus fuit Cic. inquiens, Ego meis maioribus virtute mea præluxi, vt ſi priùs noti non fuerint, à me recipiant initium memoriæ ſuæ. Quippe

Nobilitat virtus hominem, virtute remota
Migrat in exilium nobilitatis honos.

Ideo:

Non præſigne genus, nec clarum nomen auorum,
Sed probitas verâ nobilitate viget.

Vnde Socrates dicebat, nullum diſcrimen eſſe inter Baiulum & Alcibiadem, ſi virtus abeſſet, & S. Chryſoſt. *Hom. 5. ſuper Matth.* Nobilitas vel bonitas cognatorum, inquit, non valet, niſi fuerimus nos ipſi boni, ſicut & è contra, vitia parentum non obſtant liberis, quod vide exornatum *in diſt. 56.* vbi & multi recenſentur Pontifices, quorum parentes vitijs affecti fuerunt, quare tolle iactantiam tuam, & omnes homines, inquit S. Auguſtinus, quid ſunt niſi homines.

5. An autem per vitæ turpitudinem amittatur nobilitas, vide Tiraq. *de nobil. cap. 24.* quod ipſum hodie ob corruptos mores fruſtra inquiſieris. Quis non exacerbeſcat, inquit Sidon. 7. 8. cum videat ſordidari virtutum ſinceritatem, criminatione vitiorum, verum optimum eſt pati, ait Senec. *Epiſt. 107.* quod emendare non poſſis. Certum autem eſt illos, qui virtute, pietate & moribus ſunt inſignes, veriſſimam nobilitatem obtinere, eamque nobilitatem omnibus alijs eſſe nobiliorem ac potiorem, quæ dignitatibus, armis aut litteris comparatur, cum hominis officium ſit, vt inquit Seuerus Sulpitius, perennem potius vitam, quam perennem memoriam quærere, non ſcribendo, pugnando aut philoſophando, ſed piè, ſanctè, religioſeque viuendo, vnde Philoſophus *4. Ethicorum* dixit, quod ſolus bonus ſit honorandus, Lucas de Penna *in l. neque, num. 15. Cod. de dignitat.* Facta, non famam ſpectare oportet, inquit Cicero. Quin imo Pontifex *in cap. venerabilis, x. de præbend. & dignitat.* intuitu prædictorum improbat conſuetudinem, qua niſi nobiles genere ad Cathedrales Eccleſias admittebantur, qualis tamen conſuetudo in Germania notoria eſt, & in multis Cœnobijs quoque in viridi obſeruantia, quæ fruſtra vel ſine effectu nunc in dubium trahitur, monetque nos Paulus Apoſtolus *ad Titum cap. 2.* vt ſobriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſæculo, exſpectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri IESV CHRISTI, pulcherrime exornatur apud Tiraquellum *de nobilitat. cap. 4.* vbi & illud Diogenis, interrogatus qui omnium eſſent nobiliſſimi, reſpondit, Contemptores opum, gloriæ, voluptatis, & vitæ; & Chriſtinæus *dicta deciſ. 226. num. 13. & ſequentib.* vbi quoque allegatur Sapient. *cap. 7.* & exemplum cuiuſdam Regis Henrici, qui magis gloriabatur titulo Licentiati Iuris, quam Regis, dicens hunc illi fortuito, illum virtute comparatum. Sic quidam ex prænobili Familia de Fürſtenberg, Licentiatus aut Doctor creatus, cum illi propter iniuriam horum temporum gradus Doctoralis quaſi in ignominiam à cæteris Nobilibus objiceretur, reſpondiſſe fertur, ſe eſſe quod illi eſſent, ſed illos non eſſe quod ipſe eſſet, non enim gradus Doctoralis dignitatem mi-

minuit, ſed adauget, duo vincula plus ligant quam vnum, vide Chriſtin. *num. 9. & ſeqq.* adde Lipſ. *tract. 11. monit. polit. lib. 1. cap. vlt.* imo doctrina ex obſcuro notabilem facit, Caſſiod. 8. 9.

6. An vero Licentiati gaudeant priuilegijs Doctorum, & an primus Licentiatus præferatur ſecundo, ſi hic poſtea accepit lauream Doctoralem, vide Ioan. Bapt. Fragoſ. *de regim. Reipubl. Chriſtian. lib. 9. diſp. 12. §. 14. num 87.* virtus illa eſt, vt docet Ariſtot. *2. Ethic. cap. 6.* quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Ex prædictis infero limitationẽ eorum, quando docent DD. apud Meiſn. *tom. 3. deciſ. Cam. Imp. 14. n. 11. & ſeqq.* quod magis credatur nobilibus, quam plebeis, in tantum, vt ſi teſtes ſint ſingulares, qui alias nullo modo probarent, ſi magna & ſingulari nobilitate ſint præditi, tamen probent, limita, inquam, vt non procedat, ſi Nobiles iſti non virtuoſi, ſed vitioſi forent, immo licet ibi dicat, quod non facile recedendum ſit à Principis aſſertione, *Clement. 1. de probat. ibi* Canon. Cacher. *deciſ. 88. num. 26.* ita vt ſi eiuſdem aſſertio eſt veriſimilis, eidem credatur in præiudicium tertij, iuxta Alexand. *lib. 5. conſil. 15.* Crauett. *Conſil. 276. num. 1. ibi* & dicit, quod plus valeat teſtimonium vnius Principis, quam vnius Notarij in publico inſtrumento, tamen Meiſnerus *numer. 59. & ſeqq.* iuxta DD. communiter tenet, quod *dict. Clement. 1.* loquatur de ſummo Principe, videlicet Papa & Imperatore, item declaratur *iſta Clement.* Si talis aſſertio fiat ſuper facto proprio non alieno, deinde quod Principi in præiudicium Iuris alteri quæſiti non credatur per DD. ibi allegat. vide ad eum, vbi hoc latius exornatur, adde Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 33. num. 6. & multis ſeqq.* Cephal. *conſil. 465. num. 41.* Maſcard. *de probat. concluſ. 622.* & Farinac. *de teſtib. quæſt. 63.* & Borell. *in ſumma deciſ. lib. 2. tit. 4.* an & quatenus vnico teſti credatur, an & quatenus Papæ, Principi, Cardinali, &c. Pro cuius declaratione faciunt notata per Borellum *dict. loc.* ex Iure Diuino, Cæſareo atque hiſtorijs probantem, teſti vnico, etiam viro excellentiſſimo, imo iuxta S. Hieron. *ibi* relatum, Catoni non eſſe credendum, ideoq; Q. Scæuola cum contra reum vnus teſtis eſſet productus, dixiſſe fertur, peſſimi exempli eſſe, ſi vnius teſtimonio credendum foret.

Ex quibus non ita pridem deduxi, illuſtrem quandam perſonam indignantem, quod ab ea peteretur copia commiſſionis, quaſi ipſi fides non haberetur, nihil habuiſſe indignationis cauſæ, cum ad hoc de iure teneatur: Iuſtitia, inquit Meiſner. *dict. loc. num. 136.* eſt magis domina rerum noſtrarum, quam homo, iuſtaque petentibus non debet denegari aſſenſus, nec iniuriarum occaſio inde naſcitur, vnde iura oriuntur, *l. meminerint, Cod. vnde vi,* in actibus Principum Iuſtitia & non plenitudo poteſtatis dominari debet, ideo potius eidem regeri poterant, verſus gloſſæ relati apud Zaſium *lib. 2. conſ. 10. n. 52.* 7.

Cuilibet eſt homini licitum ſua iura tueri.
Quodq; reſiſto tibi, non potes inde queri.

Cum imo Maranta *in ſuis ſingul. lit. D. §. delegatus procedit in cauſa, verſ. in contrarium eſt veritas*, doceat, quod Iuriſdictio non acquiratur delegato, niſi à præſentatione reſcripti, quodque proceſſus antea factus cenſeatur factus à priuato, & non valeat.

* * *

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT V.

An Nobiles aliiq́ pro honoris defenſione alios verberare, occidere, vel ad duella ſeſe prouocare queant, &c. Et de remedijs iniuriarum, &c.

1. SVper propoſita quæſtione ſæpe conſultus negatiuè reſpondi, ipſis conſulentibus quandoque in meam ſententiam condeſcendentibus, aliquando vero non, quippe minimo verbo læſus hodie protinus ad duellum prouocat, qui alapa cæditur, mox ſtringit gladium, in vindictam paratus, qui iniurijs afficitur, indilate percutit, & ſimilia hodie fieri, eaque ſub hoc prætextu defendi videmus, quaſi omiſſio illorum læderet exiſtimationem, & verecundiam paterentur, ſi non ita facerent, quia contempta fama, contemnuntur virtutes, Tacitus *lib.4. Annal.* viris bonis metus infamiæ maior, quam mortis eſſe debet, *l. iſti quidem 8. §. 2. ff. quod metus cauſa,* hoc quippe naturæ theſauris reponimus, ait Caſſiod. *lib. 8. Epiſt. 23.* quod famæ commodis applicamus. Ad calumnias, ait S. Baſilius *Epiſt. 65.* tacendum non eſt, ne mendacio inoffenſum progreſſum permittamus, aut eos, qui ſeducti ſunt, damno inhærere ſinamus, nec enim fert magnum & liberum ingenium, cum contumelia damnum, Plin. *6. Epiſt. 8.* ideo, quotuſquiſque eſt, inquit Saluianus *de gubernat.* qui vnum ictum acceperit, non multos pro vno reddat, tantum ab illo abeſt, vt cædenti maxillam præbeat, *Matth. 5.* vt tum ſe vincere putet, non quando aduerſarium vapulando, ſed cædendo ſuperauerit, &c. Hinc rectè Poëta:

Vis colitur, Iuriſq́ locum ſibi vendicat enſis.

Addunt quod honos & vita æquiparetur, quodq́; crudelis ſit, qui famam ſuam negligat. Vnde verſus:

Omnia ſi perdas, famam ſeruare memento,
Qua ſemel amiſſa poſtea nullus eris.

Gail *1. obſeru. 10.* & ibi allegati Doctores, & *lib. 1. de pace publica, cap. 16.* aliqua pro exculpatione prouocati, cui iungas tradita per Pegueram *deciſ. 78.* an dicentem, tu mentiris, poſſis percutere, & quid ſi decedat, an ordinaria vel extraordinaria pœna homicidij teneatur, vbi & de verecundia, quid ob hanc liceat, iuxta allegatos ibidem. Et pulchrè ex Baldo refert Zaſius *lib. 1. conſil. 9. num. 35.* bona fama eſt theſaurus ineſtimabilis hominis, & iucundum ſuauitatis tribuens odorem ſicut lilium, ita vt ne quidem infamia facti laboranti pateat porta dignitatis, idem Zaſius *lib. 1. conſ. 19. num. 17. & ſeqq.* &, vt Mimus dicit, bona fama in tenebris obtinet ſplendorem, ac propterea pro honoris defenſione duellum licitum eſſe, dicit Petrus Gerardus *ſing. 33.* qui à Vaſquio *lib. 1. controuer. cap. 11. num. 8. & ſeqq.* cum alijs Doctoribus allegatur, *ſing. 82.* & hiſtorijs exornatur in Vaſquio *cap. 8. num. 13. & ſeqq. & cap. 55. num. 12.* idem docet Viuius *deciſ. 399. num. 2.* vide Ferd. de Caſtro *tract. de virt. & vitijs, tr. 6. de charit. diſp. 5. punct. 7.* & Caſtren. *conſ. 277 num. 2. & ſeqq. p. 2.* defendit aliquem, qui prouocantem occidit, quodq́; vir excellens vel grauis non teneatur querimoniam exponere coram Iudice pedaneo, vbi hoc illi eſſet verecundia, ſed quod tunc propria authoritate ſe vindicare poſſit, & ſic percuſſum ab officiali, repercutientem, ex pudoris & honoris cauſa ſe liberaſſe teſtatur Borellus *in ſumma deciſ. libr. 2. tit. 39. num. 126.* vbi & præclara de verecundia & pu-

Digitized by Google

& pudore, & dicit ita ſe conſuluiſſe *in Conſil. 23. Cent. 1.* immo nonnulli mortem turpitudini anteponendam docent, Gail. *1. obſeruat. 123. num. 5. & ſequent.* Et ita vere dixit D. Iac. Merlo, vir integræ famæ ac vitæ, multi ſequuntur patrantem ſigna, pauci patientem indigna; immo quod & ſummè laudandus ſit, ſuum & maiorum honorem defendens, patet per rationes à Menochio *Conſil. 302. lib. 4.* adductas, ſi autem pro honore talia facere tibi licerè putas, quanta nobis, quibus æternitas promittitur, ſunt toleranda pro vita, cum illi tanta potuerint tolerare pro fama, ait Oroſ. *4. cap. 8.* O quam male prædicta doctrina ſæpe practicatur, nam iuxta Plautum *in Trin.* nunc mores nihil faciunt, quod licet, ſed quod lubet, ambitio iam mare facta & libera eſt à legibus, *& rurſus:* Mores leges perduxerunt in poteſtatem ſuam, eæ miſeræ etiam ad parietem affixæ ſunt clauis ferreis, vbi malos mores adfigi nimio fuerat æquius, vt ſi prohibita impune tranſcenderis, neque metus vltra, neque pudor, Tacitus *lib. 3. Annal.* vbi ſemel legem natura vicit, inquit Dio 57. nemini ea cura eſt, neque iure agere volentibus opus eſt armis, nec quicquam vi præter æquum faciendum eſt: Et qui ſemel tranſijt fines verecundiæ, eum oportet gnauiter eſſe impudentem. Sicuti & docet Cothmannus *volum. 1. conſil. 32. num. 41. & ſeqq.* quod non peccet iniurianti alapam impingens, vbi & *num. 176. & ſeqq.* per DD. allegatos tradit, quod & pro defenſione rerum licitum ſit rixas incipere, prout præclariſſimi Iuriſconſulti dicunt, poſſeſſionem non ſolum armata manu defendere, ſed & recuperare licere, *l. qui poſſ. ff. de vi & vi arm.* Rolenthal *de feud. cap. 8. concl. 20 in gloſſ.* vbi DD. ſed quatenus poſſeſſionis defenſio licita ſit, & quando liceat inuadentem occidere, vide Farinac. *p. 4. oper. crim. de homicid. q. 125. tit. 14.* Scac. *de Iudic. lib. 2 cap 2. num. 179. & ſeqq.* Nicol. Euerh. Iun. *volum. 2. conſil. 1.* ibi paſſim DD. *in l. vt vim, ff. de Iuſtit. & iur.* & quod homicidium defenſionis, & honoris cauſa commiſſum excuſabile videatur, ita vt quis nec primum ictum exſpectare, nec fugere teneatur, vide Conſtit. Crimin. Caroli V. *art. 140.* præſertim quoad militem, cui fuga dedecori eſt, Paris de Puteo *lib. 7. de re milit. cap. 8. num. 11.* Ferrerus *tract. de re milit. tit. de duello, num. 41. & ſeqq.* an autem licitum ſit duellum acceptare propter honoris defenſionem, quem videtur amittere ſi non compareat, & licet aliqui hoc licere exiſtiment, non tamen videtur hoc licitum, vt patet ex infra decidendis, & Ferd. de Caſtr. *de virt. & vitijs, tract. 6. de charit. quæſt. 5. part. 7. num. 8.* vbi negatiuam quoque defendit.

Verum ego attentis quæ de iracundia reprimenda, & in alijs mitiganda docet 2.
S. Ambroſius *libr. 1. offic. cap. 21. & ſeq.* & quod vindictæ priuatæ indulgendum non ſit, quando ſuppetit remedium iuris, ſequor ſimpliciter Karpzouium *p. 4. Conſtitut. Saxon. 9. defin. 1.* quod prouocatus Iudicio experiri debeat, falluntur vtique illi, qui ſuperbia ducti iratis verbis irata verba ſuperare ſe poſſe confidunt, vel ſequor doctum Grotium *de iure belli, lib. 2. cap. 1.* de belli cauſis & defenſione ſui & rerum, vbi namque *num. 10.* docet, etiamſi ſint putantes quod ob imminens periculum accipiendæ alapæ, aut ſimilis mali, Ius ſit idipſum arcendi, cum cæde vicini,

Digitized by Google

vicini, etiamſi alter iam fugiat, attamen hoc ipſum lege Euangelica prohibitum eſſe dicit, nam honor eſt, ait, opinio de excellentia, at qui talem fert iniuriam, is patientem ſe excellenter oſtendit ideoque honorem auget magis, quam minuit neque ignominia eſt, in fugiente, ſed falſa quædam ignominiæ opinio, & dicit ſe gaudere quod in hoc habeat ſibi aſſentientem Molinæum, imo qui Iuſtus eſt & iniuſte maledicitur, præmium illi reddetur, S. Auguſt. *in cap. qui iuſtus* 11. *quæſt.* 3. quippe nulla ſpecioſior eſt victoria, quam virtute vincere, omnium autem virtutum Regina eſt Iuſtitia teſte Cic. *lib.* 3. *de offic.* relato per Vaſq. *lib.* 2. *Contr. cap.* 51. *numer.* 56. debito igitur modo ſe quis tueri debet, idem Vaſq. *lib.* 1. *contro. cap.*12. cui contraria eſt horrenda Euripedis ſententia, quam nobiles magis verbis, quam factis condemnant, iniuriam facienti obſtare legem Iuſtitiæ nullam vlturo, prout eum refert Pater Kontzen *tract. Daniel aula ſpec. cap.* 45. vbi ait Dæmonis eſſe oſtentare potentiam nocendo, torquendo &c. ibi multæ hiſtoriæ contra vindicantes iniuriam & *cap.* 61. §. 1. *dictio* Hoffrecht appellatur ſuperba indoles geniumque aulæ, eſt enim excellentia quæ contra rationem eſt inordinatus affectus & *cap. ſeqq.* plura contra vanam gloriam, ſed quemadmodum prius veriſſimum puto, & comprobatum video in Karpzo. *part.* 4. *Conſt. Saxo* 10. *deſin.* 6. quod pœna homicidij ordinaria exemptus non ſit, qui iniurijs laceſſitus iniuriantem occidit, ibi contrarijs reſolutis ita bis iudicatum reperitur, & declarat *deſin.* 7. quod forte eſſe poſſit, vt mitius puniri debeat, iunctis ijs quæ tradit Gail. 2. *obſ.* 110. iracundia laceſſita minuit non tollit delictum Damhaud. *in praxi crimi. cap.* 61. *numer.* 23. prioris autem ratio meo Iudicio hæc eſſe poteſt, quod hic deficiat moderamen inculpatæ tutelæ, neque enim licitum eſt, alteri mortem infligere, niſi ad tui defenſionem, ſed vti præſuppono, nullus te aggreditur, & propterea cum pro reparatione honoris Iudex adiri poſſit omnis vis facti ſiue armis ſiue ſcriptis fiat, prohibetur *in ord. Imp. Augſpurg. Anno* 1555. §. Dagegen/ zu Wurmbs *de Anno* 1521. *in Rubrica* zu Speir *Anno* 1526. § zum andern neque iure agere volentibus opus eſt armis, nec quicquam vi præter æquum faciendum eſt, pulchre Cic. 1. *offic. cap.* 11. cum ſint duo genera certandi inquit, vnum per diſceptationem, alterum per vim, cumque hoc proprium ſit hominis, illud belluarum, confugiendum ad poſterius, ſi vti non liceat ſuperiori, & peruetuſtum eſt illud Terentij, omnia prius experiri verbis quam armis ſapientem decet, & Poëta.

Nolo virum facili qui redemit ſanguine famam
Hunc volo laudari, qui ſine morte poteſt.

nam ſcitum eſt illud perantiquum:

Der alles will frechen
Manu bellatoria
Sampſonis macht ſoll jhm erbrechen
Nec erit Victoria.

melior igitur venia, quam vindicta, cum illa mitis ingenij, hæc ferini ſit, vt Stobæus *Serm.* 17. Pittacum cenſuiſſe refert, magna enim virtus eſt, ſi non lædas, à quo læſus es, magna gloria, ſi cui nocere potuiſti, parcas, nobile vindictæ genus ignoſcere victo Hugo *de animi clauſt.* & pulchrius eſt alienam petulantiam ferre, quam referre, ſiquidem magnus eſt ad pa-

Digitized by Google

tientiam gradus, non facere vexanti ea, quæ paſſus es, ſed quieſcere S. Chryſoſt. *cap.* 5. *in Matth.* & quæſo ſi peccata peccatis, iniurias iniurijs, & mala malis vlciſci liceret, quis inter improbos tutus erit? quæ auctoritas Magiſtratui & iudicijs permanebit? reſcindenda igitur mala, non retalianda.

3. Amicos diligere omnium eſt, inquit *Tertul. ad ſcapul. cap.* 1. inimicos autem ſolorum Chriſtianorum, quid enim mirum ſi bonos ac tibi commodos toleras? licet appetitus noſter, quādo læſi ſumus, feratur quodammodo in vltionem, nā vti à Mimo dictum eſt, læſo doloris remedium inimici dolor, tamen talis appetitus in ſe ſpectatus non conuenit parti rationali, cuius eſt imperare affectibus, ac proinde nec iure naturæ, quia ius naturæ dici poteſt, dictamen naturæ rationalis, ac ſocialis, qua talis eſt, dictat autem ratio homini nihil agendum quo noceatur alteri, niſi id bonum aliquod habeat propoſitum, in ſolo autem inimici dolore, ita nude ſpectato, nullum eſt bonum, niſi falſum & imaginarium, ſi iraſcimini nolite peccare dicitur, *Pſalm.* 4. conceſſit Regius propheta quod eſt naturæ, interdixit & prohibuit quod eſt culpæ, vitium autem eſt, quando extra rationis legem iraſcimur, pro quo, & quando, & cum quibus non debemus, nulli mortalium iniuriæ ſuæ parnæ videntur, multi eas grauius æquo habuere inquit Saluſt. *in Catull.* nobis Chriſtianis honoris æſtimatio tanta eſſe debet, vt ſemper ſit maior Animæ, quia anima eſt multo pretioſior corpore, & quouis honore & fama mundana, belliſſimè igitur Lactant. *lib.* 6. Imperiti & inſipientes inquit, ſi quando accipiunt iniuriam, cœco & irrationabili furore ducuntur, & ijs qui ſibi nocent, vicem retribuere conantur, Maſonius id, ait, cogitare quomodo quis remordeat mordentem, & nocenti noceat, feræ eſt non hominis, & Senec. *lib.* 1. *de ira* inter cœtera dicit, puſilli hominis & miſeri eſſe repetere mordentem, vt fœminæ ac mures, ad quos ſi manum admoueris, ora conuertunt, imbecilla ſe lædi putant, dum tanguntur; ſe vindicare ait S. Ambroſ. *lib.* 1. *off. cap.* 36. non eſt actus fortitudinis ſed abiectionis & timiditatis & Ariſto. *Ethico. cap.* 3. ſicut debilis eſt ſtomachi, cibum duriorem non poſſe concoquere, ita hominis puſillamini eſt, verbum duriuſculum non poſſe ſuſtinere, præſertim quia ſæpe in magiſtrum dicit Senec. ſcelera redierunt ſuū, iniuria iniuſte irrogata, eius eſt infamia, qui facit Laertius *in vita Philoſop.* adde Magirum *in florileg locor. comm. verb. vindicta* & text. in iure Cano. *ca. inter cœtera in fi.* 22. *q.* 4. vbi probatur, quod iniuria iniuſte irrogata eius eſt infamia qui fecit, quocirca venia vltione melior eſt, illa namque nobilis ingenij eſt, hæc ferini Stob. *Serm.* 19. vnde Sanct. Paul. *ad Romanos* 12. dicit, noli vinci à malo, ſed vince in bono malum, quemadmodum inter genera bonorum refertur reddere bona pro malis & non reddere mala pro malis *cap. ſex.* 23. *q.* 3. quandoquidem malum per aliud malum, non fit melius nec rectius, ſed peius & deterius, & iuxta Phyſicorum regulam, tale additum tali fit magis tale, vnde vulgo dicitur vnrecht wird mit vnrecht nit zu recht gebracht / quippe ſtultum eſt malum malo depellere, ſic neque iuxta S. Chryſoſt. *homil.* 58. *in Geneſ.* furor furore alio demulceri poterit vnquam.

Imo nequidem facienda mala ſunt vt inde eueniant bona, ne igitur dicas reddam mala, exſpecta Dominum & liberabit te *Prouerb.* 22. mihi vendicta & ego retribuam 4

dicit

dicit dominus, eſto amans pacis, & facile te & alios pacificabis, & ſectando humilia, ſcandes ſublimia, nec habes cur glorieris ſed plus cur humilieris, magnum eſt, quod Iuſtorum ſanguis ad Deum clamans in eadem ſeſe terra, vbi ſuſus eſt, vindicari roget, Oroſ. *lib. 7. cap. 21.* quare iuxta Horat.

Ira furor breuis eſt, animum rege, qui niſi paret Imperat.

maximum remedium inquit Senec. 2. *de ira* 28. iræ eſt, mora, vide Plutarch. *lib. de cohibenda ira*, quia iuxta Euripidem omnis perperam deliberat.

5. Caſus vero reperitur deciſus apud Boër. *deciſ.* 169. de iniurijs verbalibus laceſſito alium occidente, dicitque iudicatum, quod pœna ordinaria non, ſed mitius punitus fuerit, reuerberare ne quidem inimicum licet, ſed eum diligere debemus, *Matth.* 5. quippe magni animi magnanimæque viuicitatis eſt proprium, inquit Senec. placidum eſſe, tranquillumque iniurias & offenſiones ſemper deſpicere, idem in prouerb. viri boni eſt, ait, ſcire pati, nec facere iniuriam & Ariſto. 1. *Ethic.* iniuriam pati melius eſt quã alteri nocere ſic Philoſophus *in cœna Philippi Regis Macedoniæ*, dixit, nihil aliud in rebus humanis eſſe magnum niſi animum magna deſpicientem, & vt tradit S. Ambro. *lib. 2. offic. cap. 1.* qui gloriam requirunt, his iam merces præſentium vmbra futurorum eſt, & *lib. 1. cap. 12.* non externis ſed internis æternis bonis æſtimari fœlicitatem, & pulchre illuſtratur ſacræ ſcripturæ locis, quantopere vindicta propria vetita ſit, vindictaque delinquentium diuino reſeruetur examini, paſſim Theologi & *in cap. Paratus* 23. *q.* 1. teſtamentum vetus iubet vindictam, teſtamentum nouum dilectionem inimicorum, *cap. ecce inquiunt*, 23. *q.* 4. vbi & *in cap. inter querelas* vindicta propriæ iniuriæ damnatur, & quid ex lege Euangelica facere teneamur oſtenditur *in cap. hac autem vita* 23. *quæſt.* 4.

Ex prædictis rectè inferri arbitror, eum ab homicidio defendi non poſſe, qui cum ab alio prouocatus, adhuc in loco tutus eſſet, ibidem non perſiſtit, ſed ad prouocantem accedit, eumque interficit, quandoquidem hic deficit inculpata tutela vel neceſſaria defenſio, quia nulla infertur vis ante actum aggreſſionis, ſed potius, vti præſupponitur, alter eſt vel ſtat adhuc in loco tuto vbi ſi velit, tutus permanere poteſt, quo caſu ſubintrat illud Apoſtoli *ad Rom.* 12. non vos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ, neque licitum eſt, acceptare duellum, etiamſi recuſando videatur aliqua infamia imminere, apud eos, cum quibus viuitur, quia apud veros Chriſtianos nulla oritur ſeu inde imminet ignominia, ſed potius ſciunt illi perpetuam infamiam imminere decertantibus in duello Concil. Trident. *ceſſ.* 14. *cap.* 14. *de reformat.* prædicta ſatis colliguntur ex Bonac. *de reſtit. in particulari, diſp* 2. *q. vlt. ſect.* 1. *punc.* 8. *& ſeqq.* vbi & *in ſubiunct. propoſ.* an poſſimus accedere aliũ ad noſtram defenſionem, an præuenire liceat aggreſſorem, vtrum liceat occidere inuaſorem facultatum, honoris, & pudicitiæ, an liceat occidere inferentem ignominiam, vtrum alijs ſuccurrere teneamur, vide ſupra ſingulis diſtincte diſcurrentem Bonac. adde Beſold. *in Theſaur. pract. lit. A. verb.* Außforderung & rurſus de prohibito duello eundem Bonacin. *de excom. in pract. extra bullam cœna, diſp.* 2. *q.* 3. *punc.* 48. & Conrad. Lancelot. *de iure publ. perſon. tit.* 1. §. 3. *verſ.* 13. ibi immediate ante præcedit integer tractatus de duello & pace, Petr. Gregor. Tholoſ. 6.

 in ſin-

Digitized by Google

in ſintag. iur. vniuerſ. lib 48. *cap.* 8. Guid. Pap. *deciſ.* 6. 7. *& ſeqq.* Ferd. de Caſtro *de virt. & vitijs tr. 6. de charit. diſp. 5. punct.* 7. Vaſq. *lib.* 1. *contr. cap.* 11. *& ſeqq.* Franc. Marc. *p.* 2 *q.* 936 *& ſeqq.* & Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 10. *de reform.* quod declaratur ab Ignatio Lopez *in pract. cano. c.* 104. quicquid diſputetur, præter notata per Lucam de Penna *in l. vn. nu.* 4. C *de gladiatoribus penitus toll.* vbi rectè dicitur & illuſtratur, quod nec conſtitutio, nec permiſſio Principis in contrarium valeat, aliqua notabilia in caſu nuper propoſito de duello, quis prouocatus & Prouocator, quis arma, locum & Iudicem eligat, & de requiſitis duelli tractat Cagnol. *in l. fauorabiliores* 148. *num.* 20. *& ſeqq. ff. de regul. iuris* ſemper admonuero, non timendum eum qui occidit corpus, ſed eum qui poteſt & corpus & animam perdere in Gehennam *Math.* 10. vnde iuxta Poëta.

Is nocet ipſe ſibi, qui alium vir lædere quærit.
Conſultum malè conſultori peſſima res eſt.

7. Quinimo non putarem malè facere hominem Chriſtianum ſi fugeret, modo commode poſſit, quamuis hoc ipſum ad obligationis neceſſitatem traducere non audeam, vti facit Harprecht, *in* §. *item lex Cornel. numer* 120. *& ſeqq. Inſtit. de publ. Iudic.* mallem in hoc puncto ſequi DD. allegatos apud Grotium *dict. loc. in margine,* quod ſecundum Iuſtitiam fugere non teneatur, tametſi commodè & abſque periculo poſſit, neque enim prouocatus & inſultatus offendit ſed aggreſſus ſe defendit, ita DD. dicunt, ſuccinctè moderamen inculpatæ tutelæ eſſe, non offendere, ſed ſe defendere, in quo tamen moderamen inculpatæ tutelæ conſiſtat præter DD. *in l. vt vim ff. de iuſt. & iure* & Baiard. ad Clarum §. *homicidium num.* 90. *& ſeqq.* vide Berlich. *p.* 4. *Concl.* 3. *vbi & numer.* 65. an ſi quis tibi alapam impingat, tu eum occidere poſſis, ibi ſunt DD. hoc ipſum affirmantes & ſequitur Bonac. *d. lo. p.* 10 *propoſ.* 2. & extendit procedere, ſi quis contumelijs afficiatur, quod poſſit alium occidere ſi honor aliter defendi non poteſt, licet ipſemet dicat in praxi contrarium eſſe ſequendum, rectè meo Iudicio iuxta vulgatum vers.

Res dare pro rebus, pro verbis verba ſolemus.

Alias non obſeruaretur moderamen inculpatæ tutelæ, & ipſo iure munitus ſiue ordinario remedio & actione, non debet ad extraordinarium confugere, hinc eſt quod legum reperta ſit ſacra reuerentia, inquit Caſſiod. vt nihil manu, nihil proprio ageretur impulſu, quem cum multis auctoritatibus DD. & ſcriptorum adducit Grotius *de iure belli lib.* 2. *cap.* 20. comprobando quam iniuſta & peccaminoſa ſit vindicta, plures rationes huc facientes allegat Magerus *de Aduocatia armat. cap.* 11. *numer.* 583. *& ſeq.* diſſolutis contrarijs, vbi & in vtramque partem arguit, an protector famam & exiſtimationem clientum defendere teneatur, vbi & extendit prius dictũ quod verbis illatæ iniuriæ Principi vel Prælato non armis, ſed iudicio vindicandæ ſint, quoties aditus ad ſuperiorem pro recuperatione honoris patet, neque iniuria perſonæ illata poteſt deinceps ita excuti & propelli, ſicuti nec ille excuſatur, qui cum potuit comprehendere, occidit, *l.* 5. *in princip. & ibi gloſ. ff ad l. aquil.* ſi autem à parte rei detur caſus, quod reuera adſit famæ & honoris iactura, forte quando aliter recuperari non poteſt, nec datur aditus ad ſuperiorem, non dubitarem quin tunc honor armis defendi poſſit Vaſ. *lib.* 1. *contr. c.* 11. & ita intelli-

go

Digitized by Google

go Nauar.*allegat. apud Baiard.d.lo.num.93.in verſ.ſi eo ad id opus eſſet, & nu.*92. ſunt qui tenent clericum fugere teneri, alij id negant, quoad milites & nobiles Vaſq. *arg.l.* 15.*ff. de condit.inſtit.*qui & *cap.*18.allegat, DD.tenentes clericum & ruſticum, ſi commode fugere poſſint, ad illud teneri, ibi & de inculpata tutela, & pulcherrima & notabilia de ira & iracundia, & ad quæ teneatur homicida & vulnerator, Bonac. *d. lo.diſp.*2. *q. vlt.ſect.*2. *punc.*1. *& ibi in propoſ.*

8. Conuenientius autem cenſeo, iniurias Chriſtiano illatas priuatim, potius obliuioni eſſe tradendas, quam prædicto modo de rigore iuris vlciſcendas, quemadmodum iniuriarum remedium inquit Senec. ad Lucil. *Epiſt.*99. eſt obliuio, ignoſcas alijs, nihil tibi. nam culpas dimittere cœleſte eſt, vlciſci terrenum, magnus & nobilis eſt inquit Senec. *lib.*1.*de ira cap.*14. qui more magnæ feræ latratus minutorum canum ſecurus obaudit, deſpicienda itaque ſunt, vt anum latratus & anſerum ſibuli, nam ſi merito te obiurgauerit aliquis, ſcito, quia profuit, ſi immerito, ſcito, quia prodeſſe voluit Senec. *Epiſt.* 92. glorioſum eſt iniuriam obliuiſci S. Auguſt. *de verb. Domi. Serm.* 16. *& Pſalm.* 91. ſed glorioſius iniuriam tacendo fugere, quam reſpondendo ſuperare, ſi igitur ſeruus conuitium dicat, iuſtus taceat, ſi infirmus iniuriam faciat, iuſtus ſufferat, & ſi pauper criminetur, iuſtus non reſpondeat S. Chryſoſt. *Hom.* 4. *de pœnit.* ſicut enim nihil deformius, quam reſpondere furioſis, ita nihil vtilius, quàm tacere prouocatis, nullus namque finis inimicitijs, ni ad tempus obtemperemus iratis S. Gregor. *lib.* 3. *moral.* Inſigne habemus exemplum 2. *Regum* 16. vbi Dauid hiſce maledictus, Egredere egredere vir ſanguinum & vir belial, &c. puniri hoc ... ſum volenti dixit, dimitte eum. ... ſi forte aſpiciat Dominus affl[ictio]nem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac, quod ipſum & Chriſtianus facere poteſt, ſtrictiſſimè ad dilectionem proximi obligatus, per notata à Gregorio Tholoſ. *cap.* 18. conſimiliter maleficij, non beneficij inquit Plaut. *lib.* 7. immemores ſimus, ita faciendo iram & iracundiam vinces & accommodari poterit illud Claudia:

——— Tunc omnia iure tenebis,
Cum poteris Rex eſſe tui.

Verum enimuero difficile admodum hoc eſſe dices, dum teſte Seneca innumerabiles ſint, qui vrbes, quique populos habuere in poteſtate, pauciſſimi qui ſe ipſos, ſic Ciuitates licet plurimas ac totam penè Aſiam & Africam domuiſſet Alexander magnus, chariſſimos tamen amicos Parmenionem, Philotum, Clitum & Caliſthenem iræ impatiens trucidauit, vnde recte Ouid. 9.

Hectora qui ſolus, qui ferrum, ignemq́; Iouemq́;
Suſtinuit toties, vnam non ſuſtinet iram
Inuictumq́; virum, vicit dolor.

Mimus dicit, iratus etiam facinus, conſilium reputat, idem, contumeliam nec fortis poteſt, nec ingenuus pati, nam iuxta illud Menand. nemo ſui contemptum æquo fert animo amans, frigent verba ſolantium inquit Symmach. *lib.*3. *Epiſt.* 6. neque aures applicat conſilijs bonis ſurdus ex iniuria animus, verum Chriſtiano nihil eſt difficile, omnia poſſum dicit S. Paul. in eo qui me confortat, pulcherrimum exemplum habemus apud Baronium, *tom* 3. *Annal. Anno* 324. de Conſtantino magno, cuius

cuius effigies lapidata erat, & propterea admonitus vt lapidantes grauiter puniret, reſpondiſſe fertur, ego ſanam faciem omnino habeo, nullum vulnus reperio in fronte, caput ſanum totum mihi eſt, conſimiliter Auguſt. Cæſar qui Tiberio de conuitiatore per epiſtolam conquerenti reſpondit, ætati tuæ noli in hac re indulgere, & nimium indignari eo, quod ſint qui malè de me loquantur, ſatis enim eſt ſi hoc habemus, ne quis male facere poſſit nobis, teſte Suetonio, ſic & ille ſanctus apud Caſſian. grauiter ab infidelibus cruciatus cum interrogaretur quæ miracula Chriſtus ſuper naturam feciſſet, hæc inquit, quod ego conuitijs & iniurijs veſtris laceſſitus ad indignationem non mouear, imo & Diogenes, dicentibus, hi te rident, reſpondit, ego autem non rideor, melior igitur qui contemnit iniuriam, quam qui dolet, qui enim cōtemnit, quaſi non ſentiat, ita deſpicit, qui autem dolet, quaſi ſenſerit, torquetur S. Ambr. 1 *offic. cap. 6.* & quia fructus lædentis in dolore læſi, ſiue iniuriam paſſi eſt, ergo fructum eius euertis non dolendo, ipſe igitur doleat neceſſe eſt amiſſione fructus ſui Tertul. *de patien. cap.* 8. ſimilia exempla de ipſis Ethnicis, Pompeio, Iulio Cæſare alijſque iniurias obliuiſcentibus eaſque deſpicientibus refert. Drexelius *in tr. de ſignis Prædeſtinationis, ſigno.* 9. §. 1. *& ſeqq.* & Magir. in Florile. *lit. C. verb.* Calumnia *n.* 18. *& ſeqq.* nihil poteſt eſſe fortius inquit Caſſiod. nihil egregius, quam audire nexia, & non reſpondere contraria, ſicut Xenophon maledicenti, tu, inquit, maledicere didiciſti, ego conſcientia teſte didici maledicta contemnere & ſic tu linguæ tuæ, ſic ego aurium mearum ſum Dominus Val. Maxim. *lib.* 1. Ariſtippus huic ſimilis conuitijs laceſſitus tacitus abijt, maledico autem interroganti cur fugeret, quia, inquit, tibi poteſtas eſt malè loquendi, nō æquè feres tu, ſi ſumam mihi licentiam tibi non auſcultandi, nihil namque æquè venerabiles reddit, dicit S. Chryſoſt. apud Stob. *ſerm.* 72. ac iniuriam patientes ferre toleranter, ac ſane quo quis melior Chriſtianus, eo in hoc genere patientior, quod teſtatur Poëta.

Quo quiſquis maior, magis eſt placabilis iræ
Et faciles motus mens generoſa capit.

Quare magni ac nobilis eſt animi negli- 10
gere conuitia improborum Senec. *lib.* 1. *de ira cap.* 15. ſic Publius bonum ad virum, inquit, cito moritur iracundia, quod vel maxime in Chriſtiano verum eſſe debet, dum ille conſiderat, quid, quis, & qualis ſit, quid in natura, quis in perſona, & qualis in vita, nullum eſt maius fœlicitatis ſpecimen ait Plin. *lib.* 35. *cap.* 2. quam ſemper omnes ſcire cupere, qualis fuerit aliquis, noſſe ſeipſum eſt ſapere, ad quod ſemper conducit humilitas, virtus dum patitur vincit, vt docet S. Chryſoſt. imperare ſibi ait Senec. *Epiſt.* 1. 3. maximum eſt imperium, quare admonēte eodem Senec. *de virtut. lib.* 4. ſi magnanimus fueris, nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri, de inimico dices, non nocuit mihi, ſed animum nocendi habuit, & cum illum in tua poteſtate videris, vindictam putabis vindicare potuiſſe, melior eſt dicit ſcript. *Prouerb* 16. patiens, viro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnatore vrbiū, quid enim ſunt omnia temporalia dicit Thom. de Kemp. *lib.* 2. *cap.* 1. niſi ſeductoria, & quid iuuant omnes creaturæ ſi fueris à creatore deſertus ideo iuxta id Ouidij.

Vince animos iramque tuam, qui cætera vincis
Ardua res viciſſe alios, victoria maior
Eſt, animi fluctus compoſuiſſe ſui.

Spre-

Spreta exoleſcunt ait Tacit. *lib.* 4. *annal.* ſi iraſcare agnita videntur, & quamuis difficile ſit iniuriam conuenire cum patientia Senec. *de prouid.* remedium tamen iniuriarum melius obliuione eſt nullũ, teſte Senec. *d.loc.* imo ſæpe maiori fortunæ locum fecit iniuria, & multi ceciderunt vt altius ſurgerent, dura equidem abnegatio ſui, ſed durior erit damnatio, vtinam igitur poſſemus cum illo vere dicere.

Nullum turbaui, diſcordes pacificaui
Læſus ſuſtinui, nec mihi complacui.

Simile de Theodoto Caſſidorus *lib.* 3. *Epiſt.* 3. patiens in aduerſis, moderatus in proſperis, & quod difficillimum poteſtatis genus eſt, olim rector fui, bis autem vincit inquit Publius qui ſe vincit in victoria, effugere cupiditatem, regnum eſt vincere, vnde Plato de legib. Primam & optimam dixit eſſe victoriam, ſeipſum vincere, turpiſſimum vero quoddam, & peſſimum à ſeipſo vinci, miſera igitur potentia vlciſcendi, quæ nec ad conſeruationem quidem ſui ſatis efficax inuenitur, vt dicit Boëtius, qui & alibi teſtatur, quod viro bono nihil mali contingere poſſit, improbo nihil boni, quodque in improbitate manentibus omnis fortuna peſſima exiſtat, in probitate vero omnis fortuna bona, ſed hodie pro dolor, Sathanica ſuperbia multorum animos ita occupat, vt omnes ingenij neruos & vires in vindictam intendant, pro ignominiæ nota ducentes, ſi in malo vincantur cum tamen vincat, qui honeſte vincitur, cui licentia iniquitatis eripitur inquit S. Auguſt. *de verb. domini Epiſt.* 5. vtiliter vincitur, melius eſt iniuria affici quam afficere, id enim Iuſtus eligeret, Ariſt. 1. *Retho. cap* 7. vt Synerius ait, maius malum eſt inferre quam perpeti iniuriam, illud enim proprium malum eſt, hoc alienum, ſed multi hodie calumniæ cẽſores, pauci oſores ſunt.

Vt autem verum fatear, facilius eſt ita dicere, quam facere, ſiue pati calumnias & iniurias ſibi inferri, quippe hoc caſu homines alioquin graues & conſtantes, ſimiles ſunt earum nauium, quibus Conſtantia, Leo, Pardus, Vrſus & aliud id generis impauidũ & imperterritum nomen eſt, eæ interim tempeſtatibus iactantur, colliduntur & euertuntur, ſic illi iniurijs laceſſiti vix amplius homines ſunt, leuiſſimo etiam verbo deturbati, euerſi & ſuperati, ſummatim igitur moneo, ligemus iram nè nos liget, vincamus nè nos vincat & in præcipitum ferat, boni namque Chriſtiani eſt, malum non referre ſed cœleſti Patri vindictam credere, S. Chryſoſt. *hom.* 30. *tom.* 4. 11.

Prædictis addo remedium quoddam cõtra propriam vindictam à quodam inſigni Religioſo traditum, vt videlicet iniuriam vindicare volens legat prius ſymbolum Apoſtolorum, & ſubſiſtendo ad illa verba, *paſſus ſub Pontio Pilato*, perpendat quis, quid & pro quo paſſus fuerit, nempè Chriſtus Ieſus, amariſſimas pœnas pro inimicis ſuis, hiſce vero nondum placatus ſubſiſtat ad illa verba, *inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos*, nec non propriam vindictam punire pœnâ æternâ, ſi nec hoc caſu à maleuolo ſuo propoſito deſiſtat, iterum ſubſiſtat ad verba, *vitam æternam*, quam dabit iis, qui inimicis ſuis ignoſcunt & Deo vindictam relinquunt, iuxta illud, *mihi vindicta & ego retribuam*: quid quæſo illo ſalutarius? ſcelere abſtinere, bonum velle & facere, amare omnes, odiſſe malum, præſentibus non capi, nolle inferre alteri, quod ſibi perpeti ſit moleſtum, ac demum æterna conſequi: quid hoc bono melius? quid ſuauius? quid vllibi pre- 12.

Digitized by Google

pretioſius? diſcamus ergo iuxta S. Chryſoſt. *ſuper Matth.* exemplo Chriſti noſtras iniurias magnanimiter ſuſtinere, Dei autem iniurias nec vſque ad auditum ſufferre, quippe in proprijs iniurijs patientem eſſe, laudabile eſt, iniurijs autem Dei diſſimulare impium eſt, hunc igitur ſequitur glorioſa victoria, qui ignoſcendo tam laborioſa ſuſtinuit certamina, magna namque virtus eſt, ait Hug. *de anima* ſi non lædas, à quo læſus es, magna eſt gloria, ſi cui nocere potuiſti, parcas, nobile vindictę genus eſt ignoſcere victo.

CAPVT VI.

De honoris ac famæ detractione, tam in ſcriptis quam oretenus hodie multum vſitata, & an quis ſit Dominus honoris ſui?

1. QVam abominabilis, punibilis, & peccaminoſa ſit detractio honoris, pulchris hiſtorijs tam ſacræ, quam prophanæ ſcriptu ę illuſtrat Viui. *deciſ.* 399 quem vide nam vt habet Admodum Reuerendi atque eximij Domini Patris Rectoris Raij Societatis Ieſu, mihi tranſmiſſa ſententia, ſpinas maledictionis carpet, qui innocuum inique carpit, confer profundos Theologos & de homicidio linguæ Damhaud. *in praxi crim. cap. 70. & cap. nemo peritorum,* 11. *q.* 3. item de delatoribus an & quando punibiles, diſtincte tradit Chriſtin. *vol.* 5. *C. tit. de curioſis & ſtationarijs deciſ.* 125. *num* 11. *& ſeq.* de Calumniatoribus Farinac. *de accuſat* magiſque horribiles ſunt illi, quam Marathonius Campus, qui ſolum nocturnis ſpectris erat horridus illi vero & diurnis & nocturnis furijs, puta calumnijs & odijs in viros bonos & probos ſæuiunt, vide quoque Patrem Layman, *in Theologia morali lib. 3. de iuſtitia tract. 3. parte altera* vbi per aliquot capitula agit de obligationibus contractis ex iniuſta læſione famæ & honoris, recte igitur Dauid *Pſalm.* 38. dicit, cuſtodiam vias meas, vt nõ delinquam in lingua mea, late & diſtincte. Bonacina *tr. de reſtit. in partic. diſp. 2. q. 4. punct. 1. in propoſit. 2.* vbi & quatuor detractionis modi hoc verſu exprimuntur.

Qui negat, aut minuit, reticet, laudatq; remiſſe.

Quæ omnia ibi pulchre proſequitur & inter alia, an reuelare vni vel alteri crimen, ob honeſtum finem, ſit peccatum, quid ſi referantur audita, & notoria. ſi manifeſtentur ad vitandum damnum proximi, item ibi de famoſis libellis; de quo Doctores, *ad titul. Cod. de famoſ. libell.* & Conſtt. Crimi. Carol. V. 110. Beſoldus *in Theſauro practico lit. P. verb.* Paßquill *num.* 7. Gomeſ. *lib. 3. var. reſol. cap. 6. de iniurijs & famoſ. libellis*, puniendus eſt Author famoſi libelli, ſiue falſum ſiue verum crimen obiecerit, Menoch. *de arbitr. caſ.* 263. *circa, fin.* Couar. *var. reſolut. cap.* 11. *numer.* 7. *lib.* 1. & ita iudicatum teſtatur Mynſ. 4. *obſ.* 4. quia delictorum publicatio & delatio, debito modo fieri debet, adde tamen *cap. primum & ſecundum, cauſ.* 1. *quæſt.* 1. & de quæſtione nuper controuerſa, an reus à Iudice citatus excipere potuerit contra ipſius perſonam, ratione aliquorum criminum, ad effectum declinandi ipſius Iudicium, vide Bonac. *d. quæſt.* 4. *punc. vlt. in propoſit. vn. numer.* 4. & conſtat ex dictis ad octauum decalogi præceptum & plura *in dict. propoſ. de cauſis excuſantibus à reſtitutione famæ*, excuſabile autem minime eſt, ſi alium clam vel aperte deferas vel detrahas in ipſius iniuriã, in tui cõmodũ, hominẽ hominis incõmodo inquit

Cic.

Digitized by Google

Cicero *3. Offic.* ſuum augere commodum contra naturam eſt, & ſapienti viro decorum non eſſe apparet, apud Tacit. *lib.4. annal. cap. 56.* vnde quis amico infamiam parat, inde gloriam ſibi recipere, gloria ſequi non appeti debet.

2. Imò nimium ſæpè aliqui Aduocati in ſuis ſcriptis excedunt has vel illas iniurias proferendo, & ita cauſas cum damnò partium, quibus propterea ad reſtitutionem tenentur, longius æquo protrahendo, quippe nihil amplius ſcribi debet, quam quod tendit ad cauſæ defenſionem, & quod neceſſitas poſtulat, quò caſu ex parte clientis etiam probroſa obijcere licet Wameſ. *tom 1. conſ. 138.* adde *conſil. 197.* Surd. *deciſ. 89. num. 25.* & quòd verbum iniurioſum non ſit punibile, vbi prolatum eſt per viam defenſionis præter DD. in Raudenſ. *de Analog. cap. 31. num. 92.* vide Bald. *conſ. 144. lib. 2.* iuncta doctrina Speculat. *tit. depoſit. §. tertio ſed Patronus.* quia vt ibi dicitur, Aduocatus non facit, ſed tantum dictat poſitiones, & Bald. *in addit.* dicit, Aduocatus tanquam pica eſt in perſona clientuli, vnde cum profertur poſitio aut allegatio per Aduocatum conſcripta, non poteſt illa dici Aduocati eſſe, ſed ipſius partis, & quia talis poſitio ex neceſſitate patrocinij ſuſcepti fit, præſumptionem animi iniuriandi auertit, & conſequenter, non tenetur iniuriarum, per notata Surd. *deciſ. 89.* quemadmodum & regulariter Aduocatus ex conſilio non tenetur, niſi dolum adhibuerit; Zaſius *in l. ex maleficijs, §. ſi Iudex. ff. de obligat. & action.* Præſertim vero nemini iniuriam facit, qui verbis & phraſibus Iuris vtitur Cothman. *volum. vlt. in reſponſ. Colleg. Roſtochenſ. 11. num. 630.* adde Magon. *deciſ. Florent. 26. num. 7. & ſeqq.* vbi & notabilia Grammat. *deciſ. 37. num. 7. & ſeqq.* Boſſium *in Tract. Crimin. de inquiſit. num. 126. & ſeq.* Berlich. *part. 1. concluſ. 14. num. 5.* Cauendum tamen quam maximè, vt ab omni ſpecie calumniæ & iniuriæ abſtineatur, nam conuentos & punitos vidi, pro quo facit doctrina Beſoldi *in Theſauro practic. lit. M. num. 60.* mit Proteſtation/ vbi & dicit proteſtationem non releuare, & doctrina Alexand. *conſ. 11. n. 4. lib. 1.* & Ordinat. Camer. Imper. *part. 1. tit. 23. §. 1. & vulgata l. quiſquis, Cod. de poſtulando,* modeſtia omni & moderato vti debet ſermone, alias actus quantumcunque legitimus, ſi præter rationis modum fiat, iniuriam infert Cothman. *volum. 1. conſ. 87. num. 35.* imò infamis eſt iniuriam ingerens *cap. infames 2. q. 7.* contra illos quoque quadrat, illud Marcelli Ammiani *lib. 20. hiſtoriarum,* cum ad inopiam muniendarum venerint allegationum, ad effrenatam deflectunt conuiciandi libidinem, & maledicendi ferociam, tunc effutiunt cum commiſſarum ſibi cauſarum infirmitatem, rationibus validis annullare nō poſſunt, & dolenter refero quoſdam & virtutibus & viribus ſuis diffidentes, viros probos ipſiſque meliores & doctiores conuitijs laceſſere, de quibus illud Tacit. *hiſtor. 1.* Nimij verbis, lingua feroces, mali mala loquuntur, catuli quidem latrant, non prò veritate, ſed pro conſuetudine, noli igitur niti ad impoſſibile, quomodo enim omnium ora obſtrueres? hominum ineptiæ & ſtultitiæ, inquit Cicero, nobis deuorandæ ſunt; Chriſtianè ſatis Plato, cum illi diceretur, nonnullos eſſe, qui ipſum maledictis inſectarentur, at ego, inquit, ſic viuam, vt illis non habeatur fides, veritatis fides illos mendacij arguet, rumpatur igitur quiſquis rumpitur inuidiâ, cum virtute & doctrina ijs

impares ſint, ſæpè alios iniuria afficiunt, imò odio & inuidia proſequuntur præter text. *in d. l. quiſquis*, vide *cap. fin. 5. quæſt. 4.* adeo vt licet agas, ne quis meritò te oderit, erunt tamen ſemper, qui oderunt, dicit Seneca *de Prouid.* quomodo autem hoc vitium deteſtatus fuerit S. Auguſtinus teſtatum reliquit hoc vulgato Carmine:

Quiſquis amat dictis abſentum rodere vitam
Hanc menſam vetitam nouerit eſſe ſibi.

3. Inuidia deſpicienda & deridenda eſt, nam vt Plautus ait *in trucul. act. 4. Scen. 2.* malim mihi inimicos inuidere, quàm me inimicis meis, nam inuidere alij benè eſſe, tibi malè eſſe, miſerum eſt, qui inuident, egent, illi, quibus inuidetur, rem habent, ſemper tangit inuidia præſtantes, non autem contendit cum deterioribus, ſæpè inquit Seneca *epiſt. 91.* maiori fortunæ locum facit iniuria, vnde vulgò dici ſolet, præſtat inuidioſum eſſe quàm miſerabilem, quare rectè in ſymbolis ſuis aliqui habent: Spero inuidiam. Pulchrè & Chriſtianè Belgæ dicunt:

Want G[illegible] behagt /
Iſt beter [illegible]nijdt als beklagt.

Hinc Poëta:

Inuidioſus ego non inuidus eſſe laboro.

Quippè inuidia virtute parta, gloria non inuidia putanda eſt, Cicero 1. *inu. in Catal.* ideo:

Aude animo inuideam, contemnere non nocet illi
Quem petit, auctori ſed nocet illa ſuo.

Inuideant & iudicent, non tibi, ſed ſibiipſi nocebunt, *Matth. 7.* & ferè ita eſt, vt dicit S. Chryſoſt. *in Matth.* Omnis homo ex ſe exiſtimat alterum, fornicarius neminem putat caſtum, caſtus de fornicario non facilè ſuſpicatur, ſuperbus neminem putat humilem, humilis neminem putat ſuperbum, vnde vulgaris verſus:

Autumat hoc in me quod nouit perfidus in ſe.

quæ opinio procedit iuxta D. Thomam, ex propria malitia, & quod quis in ſe malus eſt, hoc ipſo quaſi conſcius ſuæ malitiæ, faciliter de alijs malum opinatur, ſecundùm illud *Eccleſiaſt. cap. 10.* In via ſtultus ambulans, cum ipſe ſit inſipiens, omnes ſtultos exiſtimat, plures huius rei cauſas alij adferunt, ſufficit ſcire, quod eiuſdem farinæ ſint, ſtultus, irriſor, & ignarus, quorum dicta nullas habent vires ad permanendum, vileſcunt paulatim & euaneſcunt, quæcunque etiam vulnera ferino dente alijs infigant, hinc laboranti inuidia, dici ſeu replicari poteſt, mentiris inuidia, mentiris. Socrates igitur laudandus, qui cur conuitiatori non reſponderet interrogatus, reſpondit, quia mihi non maledicit, quandoquidem ea, quæ dicit, mihi non adſunt, nec in me hærent Eraſm. *lib. 3. Apophț.* Mea enim conſcientia, inquit Cicero *ad Attic.* pluris eſt, quam omnium hominum ſermo, quare S. Ambroſius *de Offic.* Benè ſibi conſcius, inquit, falſis non debet moueri conuitijs nec æſtimare plus ponderis in alieno eſſe conuitio, quàm in ſuo teſtimonio, quemadmodum enim conſcientiam malam laudantis præconium non ſanat, ita nec bonam vulnerat conuitium, ſed virtutis comes inuidia iuxta Ciceronem, plerumque bonos inſectatur, è contra verò teſte eodem Cicerone *ad Quint. frat.* vt quiſquis eſt vir optimus, ita difficillimè alios improbos ſuſpicatur, vnde & Poëta:

——— ——— ——— nulli candida virtus
Inuidet, Inuidia quanquam eſt ſubiecta maligna.

Quocirca imitemur illud Sapientis, ſi 4.
me mouere rebus vllis niteris, ratione mecum non furore dimica, iunctis traditis per Cothman. *vol. 3. reſp. 50. num. 7.* an in iudicio crimina obijciens & vera, probare teneatur,

neatur, Gail *2. obſer.99. in fin.* diſtinctè Farinac. *de varijs & extraord.crim.quæſt. 108. num.239.* adde Couar. *var.reſol.lib.1. c.11. num.6.* an laceſſitus iniurijs, poſſit pro conſeruatione honoris, contrarijs opprobrijs iniuriam repellere, Zoanet. *tr. tripart. defenſ.p.1.nu.51. & ſeq.* quod intelligendum eſt, cum moderatione, de qua vide Gail. 2. *obſ.100.* in praxi ſeruatur, vt retorſio in continenti fiat, & ſine additione aliorum verborum, vt ſi Titius te nequam vocet, poſſis retorquendo dicere, te illum habere pro tali, donec hoc ipſum probet, Compilator *præiudiciorum Cameral.* apud Gilman. *in verb. iniuria, in fin.* & hoc eſt contra Mynſ. *5.obſ.17.* qui minus arctè & ſtrictè putat licere tantum pro honoris defenſione dicere, tu mentiris, ſed pro declaratione prædictorum vide præiudicium apud Colerum *de proceſſ.execut.p.1.cap.8.n.87.* quod iniuriam alicui dicens coram Iudice, iniuriato non liceat dicere tu mentiris, ſi iniuria fuerit vera, vt ſi creditor conueniendo debitorem dicat, quòd fefellerit fidem, &c. alias ad prædicta & quando delicta alterius denunciari poſſint, vide Ferd. de Caſtro. *de virt. & vitijs, tr.6. de charit. diſp.3. punct.11. 12.13 & ſeqq.* cæterum de iniurijs & famoſis libellis adde Tepat. *in Compend.deciſ.tit. 328.* vide quoque Bonac. *d.quæſt.4.pun.10. propoſ.1. & 2.* an & quando liceat ſe ipſum infamare & Vaſq. *lib.3. controu.cap* 11. vbi quærit *num.7. & ſeq.* an homo ſit Dominus ſui honoris, & quomodo per actum demeritorum lędi poſſit, diſtinctè ibi & Werner. *pract.obſeru.lit.B.* bey wahren Glauben vnd Trewen / quærit an valeat obligatio bey Schelmſchelten & dicit non valere. rationes pro hoc vide adductas per Colerum *d. c.8.n.67. et ſeq* an item propria membra & vita, hodie ſæpe ſatis temere in bello, periclitari & diſſipari poſſint, vide DD. in Barboſa *in cap. non eſt noſtrum 23.q.5*. Quinimo verum eſt illud Taciti *in vita Agrc.* non minus periculi eſſe, ex magna fama, quam ex mala, periculum quoque in ipſis honoribus ideo rectè dixit Poëta:

Nauigio fragili vehitur qui quærit honores
Ingentes, & quem gloria magna trahit.

hinc ad illud Iuuenalis.

Optandum eſt vt ſit mens ſana in corpore ſano,
Et bona Fama, Fides, & morum vita bonorum
Et ſedeat virtus in caſto pectore fulgens.

Quare honores ambiri non debent, & de ambitu Menoch. *de arbit. caſ. 41.* mirabiles modos acquirendi honores vide *de æquitate c.9.* Senec. *de tranquillitate animi,* aliena quorſum acutè præuides mala? in proprijs cœcus hominũ inuidiſſime, & Poëta: 5.

Sic nemo in ſeſe tentat deſcendere nemo,
Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.

At verò omnia vanitas, vbi non eſt charitas, vanitas vanitatũ & omnia vanitas, præter amare Deum, vt autem victor exiſtas, memor ſis doctrinæ Ouidij dicentis:

——— *cedendo victor abibis.*

Fieri namq; poteſt, inquit S. Hieron. *ad Furiam,* vt abſque hominum morſu vitæ huius curriculum quis pertranſeat, malorum eſt bonos carpere, ſed tamen citò ignis ſtipulæ conquieſcit, & exundans flamma deficientibus nutrimentis paulatim emoritur, ſi anno prẹterito fama mentita eſt, aut certè ſi verum dixit, ceſſet vitium, ceſſabit & rumor, non enim eſt plus ponderis in alieno conuitio teſte S. Auguſtino, quàm in proprio conſcientiæ teſtimonio, hinc ſẹpius vidi à viris probis huiuſmodi ingeſta vilipendi & contemni, quis enim hodie ſic acutùs eſt, inquit Caſſiodorus *ſuper Pſal. Dixi cuſtodiam, &c.* vt ſi inter æmulos loquatur, nul-

quod officiales à Principe gratis conſtituti, non poſſint ſine cauſa remoueri, alias dicit ipſis ſuccurri remedijs poſſeſſorijs, adde Gamm. *deciſ.353.* & Boër. *deciſ. 149.* vbi plene & diſtinctè, quem vide, & Menoch. *de arbitr. Iudic. quaeſt.55.* Franciſc. Marc. *part.2.quaeſt.19.* Gratian. *diſcep. forenſ. cap.147. per tot.* & ita docet Griuell. *d.loc. num.14.* vbi dicit, verius eſſe & Iuri magis conſentaneum, officio ſuo quem non poſſe priuari, quin prius culpa aliqua contracta, illud demeritus ſit, aut aliqua iuſta cauſa ſubſit, vti egregiè docet Pinel. *p.1. rubr. C. de reſcind. vend. nu.31.* vbi alios refert, præſertim vero ex cauſa infamante non debet quis inauditus & cauſa non cognita priuari, ergo nec ſuſpendi, vbi Iura & D D. allegat, quod ipſum ita indubitatum eſſe puto in ijs locis, vbi officia pecunia emuntur, vel ob bene merita conceſſa ſunt, vt contradictionem aliquam non mereatur, Afflict. *deciſ.128. num.10.* & prius ſatis late docetur à Cœuallo *in ſpecul. commun. opin. contra communes, quaeſt.425. num.15. vſque ad finem*, vbi ampliat procedere etiam in eo, qui ad beneplacitum creatus vel poſitus eſt, vt non poſſit remoueri ſine cauſa, ſicuti nec Capellania ad nutum Patroni vel Epiſcopi conceſſa, in ſumma dicit officia non poſſe vacare, niſi tribus modis: Primò morte, ſecundò renunciatione, tertiò ſi delinquatur in officio, quibus caſibus antequam priuetur, debet audiri in ſuis defenſionibus per rem dia iuris ordinaria etiam poſſeſſoria, *cap. ex tenore, de reſtitut. ſpoliat.* Et de appellatione à depoſitione vide Bredenrodium *tract. de appellation. part.1. tit.70. litt. D. à depoſitione*, & videtur limitari per Beſoldum *in Theſaur. pract. litt. D. verb.* Dienſt, *&c.* vbi dicit, quod dominus Iuriſdictionis poſſit ad nutum reuocare officia, niſi dederit ex cauſa remuneratoria vel oneroſa, vide Luc. de Pen. *in l. quicunq;, n.1. & 2. C. de diuerſ. off.* Epiſcopi, Curati, Prælati, alijq; Officiales ex multis cauſis ibidem relatis poſſunt remoueri, & quomodo, &c.

Ego conſului in cauſis prædeductis ſuſtinendo, quod motus ab officio non ſeruatis formalibus proceſſus ante omnia reſtituendus ſit, in cuius comprobationem multa argumenta deſumpſi ex Nic. Euerh. Iun. *vol.2. conſ.1. in 3. quaeſt.* & conuenit Colerus poſt ſuas deciſiones *in informatione 18.* vbi electus ex Senatu debet reſtitui, licet ex fauore fuerit electus, vide ſimilem caſum in Cothman. *vol.3. reſp.8. praeſertim n.61. & ſeqq.* adde Meiſn. *tom.4. deciſ. Cam. Imp.33.* ibi quomodo ſuccurratur officio & honore motis, & Ricc. *p.5. coll.2013.* Roſenth. *de feud. c.12. concl.1. nu.37.* vide & Gilm. *lib.3. Symphor. in praiud. lit.1. verb. iniuria, verſ. quamuis remotio à ſtatu*, quod agi poſſit ſpolij & actio iniuriarum cumulari, item allegaui in vna iſtarum cauſarum, contra inferiores Magiſtratus, vel etiam contra eum, qui Iudicem ad officium non promouerat, quod eius ſit deſtituere, cuius eſt conſtituere, & præter *l. nihil tam naturale ff. de reg. iur.* ibi DD. vide Vantium *de nullit. & defect. mandati n.160.* Rom. *conſ.65. n.2.* vbi loquitur de Prioribus, quorum remotio ab officio erat inualida, ſi facta fuerit ſine cõſilio generali, à quo illud officium habuerũt, quia omnis res diſſoluitur per eas cauſas, per quas naſcitur, & reſolutio actus eſt eiuſdem naturę, cuius cõſtructio eius, *c. omnis res 27. q.2.* Iaſon *in l. omniũ n.5. verſ. item tum C. de teſtam.* Gratian. *to.1. diſc. for. c.167.* an vero Monachus ad officiũ promotus, ab obedientia ſui Superioris eximatur,

matur, vt per eundem remoueri ad libitum poſſit, vel non, hoc ipſum valide controuertebatur in cauſa D. Beck. Ego puto omnino ſequendam eſſe diſtinctionem Wameſ. *to. 2 conſ. 457. n. 8.* quem vide, &c. & plures concluſiones apud Flores Diez *in quæſt. practicis, lib. 1. q. 10. §. 2. & 3.* Ex quibus autem cauſis quis ab officio remoueri poſſit, vel non, vide Wameſ. *tom. 1. conſ. 301. præſertim n. 6. & ſeqq.* adde DD. & plures caſus determinatos apud Tepat. *in compend. deciſ. tit. 71. c. 18* aliqua iura allegat Luc. de Pen. *in l. ordinem, ſub n. 4. C. de conſul.* & de ſemotis à Regno & Principatu ob inhabilitatē, negligentiam, vide Petr. Greg. Tholoſ. *de Republ. l. 16. c. 4. & ſeqq.* & quod negligens in officio loco moueri poſſit, Ruland. *de Commiſſ. p. 1. c. 26.* vide *infra de negligentia*, officio ſemel motos ne vix ac ne vix quidem ad Reipubl. gubernationem promouendos fore exiſtimat Keller *de offic. Iuriſd. polit. lib. 3. c. 2.* vbi &, quod ob non turpes cauſas ante tempus præfinitum dimiſſus accipiat integrum ſalarium, & ſe remittit ad Menoch. *lib. 1. de arbitr. quæſt. 55.* docentem, quando Iudex aliquem ex arbitrio remouere poſſit, & quando ei ſuccurratur, & quam iniurioſum ſit, aliquem immeritum officio remouere, ad Caſp. Guil. *Scipio. lib. 1. deciſ. Cam. Imp. 38 & ſeqq. & lib. 3. deciſ. 3.* Mynſin. *5. obſeru. 7.* ſ remotio namque ab officijs vulgo notatur, vnde contra aliquos Scabinos hoc petitum, ſed ex ſola delatione criminis & denunciatione nihil ſubſecutum fuiſſe ſcio, quandoquidem & Defenſores Ciuitatum & Magiſtratus municipales ſunt in dignitate, Zaſius *lib. 1. conſ. 19. n. 19.* quorum ſtatus ad nudas aliorum denunciationes non debet minui per notata hic, & ſupra *de Clem. c. 6.* confer Vaſq. *de ſucceſſionū progreſſu, lib. 3. §. 30. n. 85* vbi licet dicat, ꝙ Papa & Principes ſeculares, ſine cauſa de iuris rigore, beneficia adimere, puta Iudices & Magiſtratus, quos Iuri dicūdo præfecerunt, mutare ad libitum poſſint, tamē quia talia officia, Canonicatus, perſonatus, &c. moribus vetuſtiſſimis & vſu gētium perpetuo cōceduntur, nulli auferuntur niſi ob iniuſtam cauſam, puta improbitatem vel malignitatē, vide rationē *ibi*, imo nec de iure hoc ipſum Papam ſine cauſa poſſe, docet Coraſ. *tr. ſacerdotiorum, p. 2. c. 1. n. 1. 2. & 3.*

CAPVT VIII.

De probatione famæ atq; infamia, deq; vtriuſque effectu, tam in recentibus, quam antiquis, eliſione & reſtitutione.

Propoſitæ quæſtiones quotidie quoq; in foro occurrunt, inprimis recurras quoad 1.
probationem famæ ad Maſcard. *de probat. concl. 600. & concl. 748. & ſeqq.* late Farinac. *de teſtib. q. 47. n. 76. & plurimis ſeqq.* vbi diſtinctè quomodo teſtes deponere debeant, quidve requiratur ad hoc, vt fama probetur, *ibi* videbis, quam difficilis ſit famæ probatio, & quomodo interrogatoria & reſpectiuè articuli formari debeant, idem Farinac. *de indicijs & tortur. lib. 1. tit. 5. q. 47.* pleniſſimè tractat de fama eiuſve probatione, adde Card. Tuſch. *in lit. F. de fama*, quos vide, vt & diſtinguere ſcias, inter rumorem & famam, quæ vulgo ſæpe confunduntur, ſicut de rumore accipi poterit illud Senec. Contemne famam, fama vix vero fauet. Et illud Virgil.

Fama malum, quo non aliud velocius vllum,
Mobilitate viget, vireſq; acquirit eundo.

Cuncta, vt mos famę, in maius credita, Tac. *3. Annal. c. 44.* & cuncta ex lōginquo in deterius adferunt, idem *2. Annal. c. 82.* famam, quæ volat ſubito, ac vires acquirit eundo,

nullum verbum eius incurrat aliquam quæſtionem ? nam mentis furore ebriæ, omne quod rectum dicitur, peruerſum videtur, confer *p.2.de negligentia,* vbi latius contra Aduocatos & Procuratores.

CAPVT VII.

De Honoribus vel Officio motis aut deſtitutis ſiue deſtituendis ac manutenendis.

1. CVm iuxta Plutarchum *in princ. lib. de capienda ex hoſtibus vtilitate,* aliquam Regionem inuenire liceat, quæ feris caret, nulla tamen adhuc Reſpublica extiterit, quę nullam inuidiam, nullam æmulationem aut ſtudium contendendi protulerit, cumque iuxta Æſchin. *in Agamem.* haud multis viris congenitum atque in more ſit, animum feliciter ſine inuidia honorare, ego imprimis hoc præſertim miſero tempore ac inuidioſo ſæculo planè inuidioſum atque iniuſtum eſſe exiſtimo, ſi vir aliquis honoratus ob vnius vel alterius delationem & accuſationem, vel ab officio deijciatur, vel ſaltem ſuſpendatur, per notata à Griuell. *deciſ. 60.* vbi reſolutis contrarijs ita deciſum reperitur, nam licet quis agat, vt ne quis meritò te oderit; erunt tamen ſemper qui oderunt, Seneca *de Prouid.* præſertim autem hoc ipſum procedit in aulis Principum, vti in diuerbium abijt: Der Neidt wird zu Hoff geboren/im Cloſter erhalten/im Hoſpital begraben. Prius verò declara iuxta DD. allegatos à Griuell. *d. loco,* ſi quis in officio deliquiſſe dicatur; nam Officialibus in officio delinquentibus, adminiſtratio interdicenda eſt, dum cauſa remotionis inquiritur, ea potiſſimum ratione, quòd officiarius æquiparetur Tutori, huic autem ſtatim atque ſuſpectus poſtulatus fuit, adminiſtratio interdicitur, *l. cum quam, C. de ſuſpect. tutor. §. ſi quis autem inſt. eod.* in caſu occurrenti conſulas Arumæum *lib.2.deciſ.13.per tot.* an Titius ſenator iniurijs laceſſitus eaſdem retorquens ab officio ſuſpendi poſſit, eò quòd ei obiecta fuerint crimina in damnum Reip. redundantia, & reſolutis contrarijs negatiuè concludit, vide ibi.

Priorem verò declarationem limitat Griuell. in caſu ab ipſo propoſito, quo ante ſuſpenſionem nullo modo conſtat de delicto Officialis, ne leui quidem informatione, deinde delictum non erat tale, vt etiam eo patrato priuandus eſſet officio, quemadmodum autem accuſatione criminali pendente nemo ad honores promouendus, Bartol. *ſing. 54.* ſic & accuſatione pendente nemo debet poſſeſſione officij ſui priuari Petr. Gregor. Tholoſ. *de Republ. lib.4. diſp. 6. ſub num. 6.* adde Baiard. *ad Clar. §. fin. quæſt. 16.* vbi & de materia latè tractatur, Pacian. *lib.2. de probat. cap.21.* vbi inter cętera quærit & decidit, an valeat inſtrumentum Notarij putatiui, qui eſt in poſſeſſione notariatus, & an iſta quaſi poſſeſſio transferat onus probandi contrarium in aduerſarium, an delinquens in officio rectè illud adminiſtret, an poſſit prohiberi, & dicit, quòd accuſatus de crimine poſſit promoueri ad honores, non verò inquiſitus, vidi autem ſæpius, quòd accuſati vel inquiſiti de delictis in officio commiſſis, tantiſper ſuſpenſi fuerint, donec & quouſque plena capta fuit informatio & probatio: de Officialibus in genere vide Tepatum *in Compendio Deciſion. tit. 70.* ibi & qui priuari poſſint officio vel non, & Gail *1. obſeru. 43. num. 11. & 12.* quod Aduocati & Procuratores pauperibus inſeruire ſub pęna priua-

2.

Digitized by Google

priuationis officij, quæ non eſt leuis pœna, debeant, & de ſalario eorum, qui officio moti ſunt, vide *part. 2. de muneribus*, prout ſæpe contingit diſputari, an promoti ad officia remoueri poſſint, Griuel. *d. deciſ. 60. num. 2.* refert præſtantes Doctores & Deciſionarios, quod Vaſalli poſſint officiantes ad nutum deſtituere, hoc ipſum de Principibus tradit Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 30. num. 85.* quod ipſis liceat, & liberum ſit, Iudices & Magiſtratus, quos iuri dicundo præfecerunt, mutare ad libitum.

3. An autem Papa poſſit Epiſcopos, Canonicos mutare, quid de iure & quid de conſuetudine obſeruetur, vide in citato Vaſquio, & Caualc. *par. 2. deciſ. 25. num. 3.* & *ibi* allegat. DD. & quid iudicatum fuerit, tradit Adamus Kellerus *tract. de offic. Iuridico Politico, lib. 3. cap. 3. verſ. ſi quid.* De officialibus autem ſi quid querelæ adferatur, vel ſi ex fama notoriè notentur, Dominus eos prius audire debet, vt fieri dicit apud Archiduces Auſtriæ, & repertos culpabiles ab officio amoueri & puniri, vel inſontes fauore abſolui, de priori aſſertione vero vide Chaſſan. *in Conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. num. 139. & 147.* indubitatum autem, quod illi qui in officio peccant, remoueri poſſint, de quo latè & diſtinctè Farinac. *de delict. lib. 1. tit. 3. q. 19. n. 42. & ſeqq.* vbi & quæritur, an ipſo iure amoueantur. Sed intellige, ſi conuicti fuerint, *l. 12. Cod. de dignit.* & dicit Farinac. Si in officio peccauerit, aut ſi Iudici ex informatione incipiat conſtare, eſt ſuſpendendus, aliàs quando extra officium peccauit, tunc pendente inquiſitione retinet officium, ſed interdicitur adminiſtratio iuxta Ricc. *part. 5. Collect. 2040.* ſic quotidie practicari dicit Gram. *deciſ. 75.* ſequitur Capell. Tholoſ. *q. 370.* hoc vltimum intelligerem ego iuxta declarationem Griuelli ſuperius relatam, vel negotij, in quo deliquiſſe dicitur, circumſtantijs rectè ponderatis & attentis, vide Chriſtin. *vol. 1. deciſ. 162* qui & *vol. 3. deciſ. 206. n. 7.* refert iudicatum, quod delinquens grauiter in officio ad tempus vel in perpetuum ſuſpendatur, diſtinctè Pacian. *de probat. lib. 2. c. 21. n. 132. & ſeq.* an Notarij inſtrumenta de falſo inquiſiti valeant, item an mandati, tutelæ, depoſiti, &c. damnatus, intelligatur priuatus officio, & an ipſo iure priuetur: Et quod in ijs caſibus, in quibus Iudices durante officio ſyndicari debent, durante inquiſitione ſuſpendēdi ſint, Franc. Marc. *p. 1. deciſ. 654.* Luc. de Pen. *in l. Iudices, C. de dignit.* pulchrè Bart. *in l. filium, §. inquiſitionib. ff. ad municipal.* item ob contumaciam remoueri poteſt, *gl. in l. cum qui, C. de fundis rei priuat.* nō tamen ob morbū, *c. ſcripſit 7. q. 1.* niſi fortè morbus eſſet vel iudicaretur ita diuturnus, vt domini negotia negligerentur, ſiue cum dāno iſtius retardarentur, vide tamen Menoch. *lib. 2. præſ. 85. & ſeq.* vbi negat quod quis officio remoueri poſſit, qui ob ſenium vel morbum minus aptus redditus eſt, cuius contrarium practicatum ſcio, quo caſu multum ęqua foret declaratio Menoch. *n. 14.* quod hoc quidem fieri poſſit, ſi modo ſalarium ſoluatur ne egeat, ibi & an & quando officiales rectē egiſſe præſumantur, vide excuſationes aliquot pro officiali in Riccio *p. 5. collect. 2015.* aliàs quoque, ſi placet, vide Schrad. *de feud. p. 10. ſect. 10. n. 65. & ſeqq.* vbi tradit, quod electus ad munus publicum citra legitimam cauſam remoueri non poſſit, &c. & exemplificat in Iudice, Conſule mercatorum, aſſeſſore, notario, nuncio, adde Ricc. *p. 5. collect. 1489. & coll. 2011. ad l. Iuriſperitos. ff. de excuſat. tutor.*

Digitized by Google

nullum verbum eius incurrat aliquam quæſtionem? nam mentis furore ebriæ, omne quod rectum dicitur, peruerſum videtur, confer *p. 2. de negligentia,* vbi latius contra Aduocatos & Procuratores.

CAPVT VII.

De Honoribus vel Officio motis aut deſtitutis ſiue deſtituendis ac manutenendis.

1. CVm iuxta Plutarchum *in princ. lib. de capienda ex hoſtibus vtilitate,* aliquam Regionem inuenire liceat, quæ feris caret, nulla tamen adhuc Reſpublica extiterit, quę nullam inuidiam, nullam æmulationem aut ſtudium contendendi protulerit, cumque iuxta Æſchin. *in Agamem.* haud multis viris congenitum atque in more ſit, amicum feliciter ſine inuidia honorare, ego imprimis hoc præſertim miſero tempore ac inuidioſo ſæculo planè inuidioſum atque iniuſtum eſſe exiſtimo, ſi vir aliquis honoratus ob vnius vel alterius delationem & accuſationem, vel ab officio deijciatur, vel ſaltem ſuſpendatur, per notata à Griuell. *deciſ. 60.* vbi reſolutis contrarijs ita deciſum reperitur, nam licet quis agat, vt ne quis meritò te oderit; erunt tamen ſemper qui oderunt, Seneca *de Prouid.* præſertim autem hoc ipſum procedit in aulis Principum, vti in dicterium abijt: Der Neidt wird zu Hoff geboren/im Cloſter erhalten/im Hoſpital begraben. Prius verò declara iuxta DD. allegatos à Griuell. *d. loco,* ſi quis in officio deliquiſſe dicatur; nam Officialibus in officio delinquentibus, adminiſtratio interdicenda eſt, dum cauſa remotionis inquiritur, ea potiſſimum ratione, quòd officiarius æquipararetur Tutori, huic autem ſtatim atque ſuſpectus poſtulatus fuit, adminiſtratio interdicitur, *l. cum quam, C. de ſuſpect. tutor. §. ſi quis autem inſt. eod.* in caſu occurrenti conſulas Arumæum *lib. 2. deciſ. 13. per tot.* an Titius ſenator iniurijs laceſſitus eaſdem retorquens ab officio ſuſpendi poſſit, eò quòd ei obiecta fuerint crimina in damnum Reip. redundantia, & reſolutis contrarijs negatiuè concludit, vide ibi.

Priorem verò declarationem limitat Griuell. in caſu ab ipſo propoſito, quo ante 2.
ſuſpenſionem nullo modo conſtat de delicto Officialis, ne leui quidem informatione, deinde delictum non erat tale, vt etiam eo patrato priuandus eſſet officio, quemadmodum autem accuſatione criminali pendente nemo ad honores promouendus, Bartol. *ſing. 54.* ſic & accuſatione pendente nemo debet poſſeſſione officij ſui priuari Petr. Gregor. Tholoſ. *de Republ. lib. 4. diſp. 6. ſub num. 6.* adde Baiard. *ad Clar. §. fin. quæſt. 16.* vbi & de materia latè tractatur, Pacian. *lib. 2. de probat. cap. 21.* vbi inter cętera quærit & decidit, an valeat inſtrumentum Notarij putatiui, qui eſt in poſſeſſione notariatus, & an iſta quaſi poſſeſſio transferat onus probandi contrarium in aduerſarium, an delinquens in officio rectè illud adminiſtret, an poſſit prohiberi, & dicit, quòd accuſatus de crimine poſſit promoueri ad honores, non verò inquiſitus, vidi autem ſæpius, quòd accuſati vel inquiſiti de delictis in officio commiſſis, tantiſper ſuſpenſi fuerint, donec & quouſque plena capta fuit informatio & probatio: de Officialibus in genere vide Tepatum *in Compendio Deciſion. tit. 70.* ibi & qui priuari poſſint officio vel non, & Gail *1. obſeru. 43. num. 11. & 12.* quod Aduocati & Procuratores pauperibus inſeruire ſub pęna priua-

priuationis officij, quæ non eſt leuis pœna, debeant, & de ſalario eorum, qui officio moti ſunt, vide *part. 2. de muneribus*, prout ſæpe contingit diſputari, an promoti ad officia remoueri poſſint, Griuel. *d. deciſ. 60. num. 2.* refert præſtantes Doctores & Deciſionarios, quod Vaſalli poſſint officiantes ad nutum deſtituere, hoc ipſum dePrincipibus tradit Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 30. num. 85.* quod ipſis liceat, & liberum ſit, Iudices & Magiſtratus, quos iuri dicundo præfecerunt, mutare ad libitum.

3. An autem Papa poſſit Epiſcopos, Canonicos mutare, quid de iure & quid de conſuetudine obſeruetur, vide in citato Vaſquio, & Caualc. *par. 2. deciſ. 25. num. 3.* & *ibi* allegat. DD. & quid iudicatum fuerit, tradit Adamus Kellerus *tract. de offic. Iuridico Politico, lib. 3. cap. 3. verſ. ſi quid.* De officialibus autem ſi quid querelæ adferatur, vel ſi ex fama notoriè notentur, Dominus eos prius audire debet, vt fieri dicit apud Archiduces Auſtriæ, & repertos culpabiles ab officio amoueri & puniri, vel inſontes fauore abſolui, de priori aſſertione vero vide Chaſſan. *in Conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. num. 139. & 147.* indubitatum autem, quod illi qui in officio peccant, remoueri poſſint, de quo latè & diſtinctè Farinac. *de delict. lib. 1. tit. 3. q. 19. n. 42. & ſeqq.* vbi & quæritur, an ipſo iure amoueantur. Sed intellige, ſi conuicti fuerint, *l. 12. Cod. de dignit.* & dicit Farinac. Si in officio peccauerit, aut ſi Iudici ex informatione incipiat conſtare, eſt ſuſpendendus, aliàs quando extra officium peccauit, tunc pendente inquiſitione retinet officium, ſed interdicitur adminiſtratio iuxta Ricc. *part. 5. Collect. 2040.* ſic quotidie practicari dicit Gram. *deciſ. 75.* ſequitur Capell. Tholoſ. *q. 370.* hoc vltimum intelligerem ego iuxta declarationem Griuelli ſuperius relatam, vel negotij; in quo deliquiſſe dicitur, circumſtantijs rectè ponderatis & attentis, vide Chriſtin. *vol. 1. deciſ. 162* qui & *vol. 3. deciſ. 206. n. 7.* refert iudicatum, quod delinquens grauiter in officio ad tempus vel in perpetuum ſuſpendatur, diſtinctè Pacian. *de probat. lib. 2. c. 21. n. 132. & ſeq.* an Notarij inſtrumenta de falſo inquiſiti valeant, item an mandati, tutelæ, depoſiti, &c. damnatus, intelligatur priuatus officio, & an ipſo iure priuetur: Et quod in ijs caſibus, in quibus Iudices durante officio ſyndicari debent, durante inquiſitione ſuſpendēdi ſint, Franc. Marc. *p. 1. deciſ. 654.* Luc. de Pen. *in l. Iudices, C. de dignit.* pulchrè Bart. *in l. filium, §. inquiſitionib. ff. ad municipal.* item ob contumaciam remoueri poteſt, *gl. in l. eum qui, C. de fundis rei priuat.* nō tamen ob morbū, *c. ſcripſit 7. q. 1.* niſi fortè morbus eſſet vel iudicaretur ita diuturnus, vt domini negotia negligerentur, ſiue cum dāno iſtius retardarentur, vide tamen Menoch. *lib. 2. præſ. 85. & ſeq.* vbi negat quod quis officio remoueri poſſit, qui ob ſenium vel morbum minus aptus redditus eſt, cuius contrarium practicatum ſcio, quo caſu multum ęqua foret declaratio Menoch. *n. 14.* quod hoc quidem fieri poſſit, ſi modo ſalarium ſoluatur ne egeat, ibi & an & quando officiales rectè egiſſe præſumantur, vide excuſationes aliquot pro officiali in Riccio *p. 5. collect. 2015.* aliàs quoque, ſi placet, vide Schrad. *de feud. p. 10. ſect. 10. n. 65. & ſeqq.* vbi tradit, quod electus ad munus publicum citra legitimam cauſam remoueri non poſſit, &c. & exemplificat in Iudice, Conſule mercatorum, aſſeſſore, notario, nuncio, adde Ricc. *p. 5. collect. 1489. & coll. 2011. ad l. Iuriſperitos, ff. de excuſat. tutor.*

nullum verbum eius incurrat aliquam quæſtionem ? nam mentis furore ebriæ, omne quod rectum dicitur, peruerſum videtur, confer *p.2.de negligentia,* vbi latius contra Aduocatos & Procuratores.

CAPVT VII.

De Honoribus vel Officio motis aut deſtitutis ſiue deſtituendis ac manutenendis.

1. CVm iuxta Plutarchum *in princ. lib. de capienda ex hoſtibus vtilitate,* aliquam Regionem inuenire liceat, quæ feris caret, nulla tamen adhuc Reſpublica extiterit, quę nullam inuidiam, nullam æmulationem aut ſtudium contendendi protulerit, cumquè iuxta Æſchin. *in Agamem.* haud multis viris congenitum atque in more ſit, animum fœliciter ſine inuidia honorare, ego imprimis hoc præſertim miſero tempore ac inuidioſo ſæculo planè inuidioſum atque iniuſtum eſſe exiſtimo, ſi vir aliquis honoratus ob vnius vel alterius delationem & accuſationem, vel ab officio deijciatur, vel ſaltem ſuſpendatur, per notata à Griuell. *deciſ. 60.* vbi reſolutis contrarijs ita deciſum reperitur, nam licet quis agat, vt ne quis meritò te oderit; erunt tamen ſemper qui oderunt, Seneca *de Prouid.* præſertim autem hoc ipſum procedit in aulis Principum, vti in dicerbium abijt: Der Neidt wird zu Hoff geboren/im Closter erhalten/im Hoſpital begraben. Prius verò declara iuxta DD. allegatos à Griuell. *d. loco,* ſi quis in officio deliquiſſe dicatur; nam Officialibus in officio delinquentibus, adminiſtratio interdicenda eſt, dum cauſa remotionis inquiritur, ea potiſſimum ratione, quòd officiarius æquiparetur Tutori, huic autem ſtatim atque ſuſpectus poſtulatus fuit, adminiſtratio interdicitur, *l. cum quam, C. de ſuſpect. tutor. §. ſi quis autem inſt. eod.* in caſu occurrenti conſulas Arumæum *lib.2.deciſ.13.per tot.* an Titius ſenator iniurijs laceſſitus eaſdem retorquens ab officio ſuſpendi poſſit, eò quòd ei obiecta fuerint crimina in damnum Reip. redundantia, & reſolutis contrarijs negatiuè concludit, vide ibi.

Priorem verò declarationem limitat Griuell. in caſu ab ipſo propoſito, quo ante ſuſpenſionem nullo modo conſtat de delicto Officialis, ne leui quidem informatione, deinde delictum non erat tale, vt etiam eo patrato priuandus eſſet officio, quemadmodum autem accuſatione criminali pendente nemo ad honores promouendus, Bartol. *ſing. 54.* ſic & accuſatione pendente nemo debet poſſeſſione officij ſui priuari Petr. Gregor. Tholoſ. *de Republ.lib.4.diſp. 6.ſub num. 6.* adde Baiard. *ad Clar. §. fin. quæſt. 16.* vbi & de materia latè tractatur, Pacian. *lib.2. de probat. cap.21.* vbi inter cętera quærit & decidit, an valeat inſtrumentum Notarij putatiui, qui eſt in poſſeſſione notariatus, & an iſta quaſi poſſeſſio transferat onus probandi contrarium in aduerſarium, an delinquens in officio rectè illud adminiſtret, an poſſit prohiberi, & dicit, quòd accuſatus de crimine poſſit promoueri ad honores, non verò inquiſitus, vidi autem ſæpius, quòd accuſati vel inquiſiti de delictis in officio commiſſis, tantiſper ſuſpenſi fuerint, donec & quouſque plena capta fuit informatio & probatio: de Officialibus in genere vide Tepatum *in Compendio Deciſion. tit. 70.* ibi & qui priuari poſſint officio vel non, & Gail *1. obſeru. 43. num. 11. & 12.* quod Aduocati & Procuratores pauperibus inſeruire ſub pęna priua- 2.

Digitized by Google

priuationis officij, quæ non eſt leuis pœna, debeant, & de ſalario eorum, qui officio moti ſunt, vide *part. 2. de muneribus*, prout ſæpe contingit diſputari, an promoti ad officia remoueri poſſint, Griuel. *d. deciſ. 60. num. 2.* refert præſtantes Doctores & Deciſionarios, quod Vaſalli poſſint officiantes ad nutum deſtituere, hoc ipſum de Principibus tradit Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 30. num. 85.* quod ipſis liceat, & liberum ſit, Iudices & Magiſtratus, quos iuri dicundo præfecerunt, mutare ad libitum.

3. An autem Papa poſſit Epiſcopos, Canonicos mutare, quid de iure & quid de conſuetudine obſeruetur, vide in citato Vaſquio, & Caualc. *par. 2. deciſ. 25. num. 3.* & *ibi* allegat. DD. & quid iudicatum fuerit, tradit Adamus Kellerus *tract. de offic. Iuridico Politico, lib. 3. cap. 3. verſ. ſi quid.* De officialibus autem ſi quid querelæ adferatur, vel ſi ex fama notoriè notentur, Dominus eos prius audire debet, vt fieri dicit apud Archiduces Auſtriæ, & repertos culpabiles ab officio amoueri & puniri, vel inſontes fauore abſolui, de priori aſſertione vero vide Chaſſan. *in Conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. num. 139. & 147.* indubitatum autem, quod illi qui in officio peccant, remoueri poſſint, de quo latè & diſtinctè Farinac. *de delict. lib. 1. tit. 3. q. 19. n. 42. & ſeqq.* vbi & quæritur, an ipſo iure amoueantur. Sed intellige, ſi conuicti fuerint, *l. 12. Cod. de dignit.* & dicit Farinac. Si in officio peccauerit, aut ſi Iudici ex informatione incipiat conſtare, eſt ſuſpendendus, aliàs quando extra officium peccauit, tunc pendente inquiſitione retinet officium, ſed interdicitur adminiſtratio iuxta Ricc. *part. 5. Collect. 2040.* ſic quotidie practicari dicit Gram. *deciſ. 75.* ſequitur Capell. Tholoſ. *q. 370.* hoc vltimum intelligerem ego iuxta declarationem Griuelli ſuperius relatam, vel negotij; in quo deliquiſſe dicitur, circumſtantijs rectè ponderatis & attentis, vide Chriſtin. *vol. 1. deciſ. 162* qui & *vol. 3. deciſ. 206. n. 7.* refert iudicatum, quod delinquens grauiter in officio ad tempus vel in perpetuum ſuſpendatur, diſtinctè Pacian. *de probat. lib. 2. c. 21. n. 132. & ſeq.* an Notarij inſtrumenta de falſo inquiſiti valeant, item an mandati, tutelæ, depoſiti, &c. damnatus, intelligatur priuatus officio, & an ipſo iure priuetur: Et quod in ijs caſibus, in quibus Iudices durante officio ſyndicari debent, durante inquiſitione ſuſpendēdi ſint, Franc. Marc. *p. 1. deciſ. 654.* Luc. de Pen. *in l. Iudices, C. de dignit.* pulchrè Bart. *in l. filium, §. inquiſitionib. ff. ad municipal.* item ob contumaciam remoueri poteſt, *gl. in l. eum qui, C. de fundis rei priuat.* nō tamen ob morbū, *c. ſcripſit 7. q. 1.* niſi fortè morbus eſſet vel iudicaretur ita diuturnus, vt domini negotia negligerentur, ſiue cum dāno iſtius retardarentur, vide tamen Menoch. *lib. 2. praeſ. 85. & ſeq.* vbi negat quod quis officio remoueri poſſit, qui ob ſenium vel morbum minus aptus redditus eſt, cuius contrarium practicatum ſcio, quo caſu multum ęqua foret declaratio Menoch. *n. 14.* quod hoc quidem fieri poſſit, ſi modo ſalarium ſoluatur ne egeat, ibi & an & quando officiales rectè egiſſe præſumantur, vide excuſationes aliquot pro officiali in Riccio *p. 5. collect. 2015.* aliàs quoque, ſi placet, vide Schrad. *de feud. p. 10. ſect. 10. n. 65. & ſeqq.* vbi tradit, quod electus ad munus publicum citra legitimam cauſam remoueri non poſſit, &c. & exemplificat in Iudice, Conſule mercatorum, aſſeſſore, notario, nuncio, adde Ricc. *p. 5. collect. 1489. & coll. 2011. ad l. Iuriſperitos. ff. de excuſat. tutor.*

Digitized by Google

nullum verbum eius incurrat aliquam quæſtionem? nam mentis furore ebriæ, omne quod rectum dicitur, peruerſum videtur, confer *p.2.de negligentia,* vbi latius contra Aduocatos & Procuratores.

Capvt VII.

De Honoribus vel Officio motis aut deſtitutis ſiue deſtituendis ac manutenendis.

1\. Cvm iuxta Plutarchum *in princ. lib. de capienda ex hoſtibus vtilitate,* aliquam Regionem inuenire liceat, quæ feris caret, nulla tamen adhuc Reſpublica extiterit, quę nullam inuidiam, nullam æmulationem aut ſtudium contendendi protulerit, cumque iuxta Æſchin. *in Agamem.* haud multis viris congenitum atque in more ſit, animum feliciter ſine inuidia honorare, ego imprimis hoc præſertim miſero tempore ac inuidioſo ſæculo planè inuidioſum atque iniuſtum eſſe exiſtimo, ſi vir aliquis honoratus ob vnius vel alterius delationem & accuſationem, vel ab officio deijciatur, vel ſaltem ſuſpendatur, per notata à Griuell. *deciſ. 60.* vbi reſolutis contrarijs ita deciſum reperitur, nam licet quis agat, vt ne quis meritò te oderit; erunt tamen ſemper qui oderunt, Seneca *de Prouid.* præſertim autem hoc ipſum procedit in aulis Principum, vti in diuerbium abijt: Der Neidt wird zu Hoff geboren/im Cloſter erhalten/im Hoſpital begraben. Prius verò declara iuxta DD. allegatos à Griuell. *d. loco,* ſi quis in officio deliquiſſe dicatur; nam Officialibus in officio delinquentibus, adminiſtratio interdicenda eſt, dum cauſa remotionis inquiritur, ea potiſſimum ratione, quòd officiarius æquiparetur Tutori, huic autem ſtatim atque ſuſpectus poſtulatus fuit, adminiſtratio interdicitur, *l. cum quam, C. de ſuſpect. tutor. §. ſi quis autem inſt. eod.* in caſu occurrenti conſulas Arumæum *lib.2.deciſ.13.per tot.* an Titius ſenator iniurijs laceſſitus eaſdem retorquens ab officio ſuſpendi poſſit, eò quòd ei obiecta fuerint crimina in damnum Reip. redundantia, & reſolutis contrarijs negatiuè concludit, vide ibi.

Priorem verò declarationem limitat Griuell. in caſu ab ipſo propoſito, quo ante ſuſpenſionem nullo modo conſtat de delicto Officialis, ne leui quidem informatione, deinde delictum non erat tale, vt etiam eo patrato priuandus eſſet officio, quemadmodum autem accuſatione criminali pendente nemo ad honores promouendus, Bartol. *ſing. 54.* ſic & accuſatione pendente nemo debet poſſeſſione officij ſui priuari Petr. Gregor. Tholoſ. *de Republ. lib.4. diſp. 6. ſub num. 6.* adde Baiard. *ad Clar. §. fin. quæſt. 16.* vbi & de materia latè tractatur, Pacian. *lib.2. de probat. cap.21.* vbi inter cętera quærit & decidit, an valeat inſtrumentum Notarij putatiui, qui eſt in poſſeſſione notariatus, & an iſta quaſi poſſeſſio transferat onus probandi contrarium in aduerſarium, an delinquens in officio rectè illud adminiſtret, an poſſit prohiberi, & dicit, quòd accuſatus de crimine poſſit promoueri ad honores, non verò inquiſitus, vidi autem ſæpius, quòd accuſati vel inquiſiti de delictis in officio commiſſis, tantiſper ſuſpenſi fuerint, donec & quouſque plena capta fuit informatio & probatio: de Officialibus in genere vide Tepatum *in Compendio Deciſion. tit. 70.* ibi & qui priuari poſſint officio vel non, & Gail *1. obſeru. 43. num. 11. & 12.* quod Aduocati & Procuratores pauperibus inſeruire ſub pęna priua-

priuationis officij, quæ non eſt leuis pœna, debeant, & de ſalario eorum, qui officio moti ſunt, vide *part. 2. de muneribus*, prout ſæpe contingit diſputari, an promoti ad officia remoueri poſſint, Griuel. *d. deciſ. 60. num. 2.* refert præſtantes Doctores & Deciſionarios, quod Vaſalli poſſint officiantes ad nutum deſtituere, hoc ipſum de Principibus tradit Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 30. num. 85.* quod ipſis liceat, & liberum ſit, Iudices & Magiſtratus, quos iuri dicundo præfecerunt, mutare ad libitum.

3. An autem Papa poſſit Epiſcopos, Canonicos mutare, quid de iure & quid de conſuetudine obſeruetur, vide in citato Vaſquio, & Caualc. *par. 2. deciſ. 25. num. 3.* & *ibi* allegat. DD. & quid iudicatum fuerit, tradit Adamus Kellerus *tract. de offic. Iuridico Politico, lib. 3. cap. 3. verſ. ſi quid.* De officialibus autem ſi quid querelæ adferatur, vel ſi ex fama notoriè notentur, Dominus eos prius audire debet, vt fieri dicit apud Archiduces Auſtriæ, & repertos culpabiles ab officio amoueri & puniri, vel inſontes fauore abſolui, de priori aſſertione vero vide Chaſſan. *in Conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. num. 139. & 147.* indubitatum autem, quod illi qui in officio peccant, remoueri poſſint, de quo latè & diſtinctè Farinac. *de delict. lib. 1. tit. 3. q. 19. n. 42. & ſeqq.* vbi & quæritur, an ipſo iure amoueantur. Sed intellige, ſi conuicti fuerint, *l. 12. Cod. de dignit.* & dicit Farinac. Si in officio peccauerit, aut ſi Iudici ex informatione incipiat conſtare, eſt ſuſpendendus, aliàs quando extra officium peccauit, tunc pendente inquiſitione retinet officium, ſed interdicitur adminiſtratio iuxta Ricc. *part. 5. Collect. 2040.* ſic quotidie practicari dicit Gram. *deciſ. 75.* ſequitur Capell. Tholoſ. *q. 370.* hoc vltimum intelligerem ego iuxta declarationem Griuelli ſuperius relatam, vel negotij, in quo deliquiſſe dicitur, circumſtantijs rectè ponderatis & attentis, vide Chriſtin. *vol. 1. deciſ. 162* qui & *vol. 3. deciſ. 206. n. 7.* refert iudicatum, quod delinquens grauiter in officio ad tempus vel in perpetuum ſuſpendatur, diſtinctè Pacian. *de probat. lib. 2. c. 21. n. 132. & ſeq.* an Notarij inſtrumenta de falſo inquiſiti valeant, item an mandati, tutelæ, depoſiti, &c. damnatus, intelligatur priuatus officio, & an ipſo iure priuetur: Et quod in ijs caſibus, in quibus Iudices durante officio ſyndicari debent, durante inquiſitione ſuſpendēdi ſint, Franc. Marc. *p. 1. deciſ. 654.* Luc. de Pen. *in l. Iudices, C. de dignit.* pulchrè Bart. *in l. filium, §. inquiſitionib. ff. ad municipal.* item ob contumaciam remoueri poteſt, *gl. in l. eum qui, C. de fundis rei priuat.* nō tamen ob morbū, *c. ſcripſit 7. q. 1.* niſi fortè morbus eſſet vel iudicaretur ita diuturnus, vt domini negotia negligerentur, ſiue cum dāno iſtius retardarentur, vide tamen Menoch. *lib. 2. præſ. 85, & ſeq.* vbi negat quod quis officio remoueri poſſit, qui ob ſenium vel morbum minus aptus redditus eſt, cuius contrarium practicatum ſcio, quo caſu multum ęqua foret declaratio Menoch. *n. 14.* quod hoc quidem fieri poſſit, ſi modo ſalarium ſoluatur ne egeat, ibi & an & quando officiales rectè egiſſe præſumantur, vide excuſationes aliquot pro officiali in Riccio *p. 5. collect. 2015.* aliàs quoque, ſi placet, vide Schrad. *de feud. p. 10. ſect. 10. n. 65. & ſeqq.* vbi tradit, quod electus ad munus publicum citra legitimam cauſam remoueri non poſſit, &c. & exemplificat in Iudice, Conſule mercatorum, aſſeſſore, notario, nuncio, adde Ricc. *p. 5. collect. 1489. & coll. 2011. ad l. Iuriſperitos ff. de excuſat. tutor.*

quod officiales à Principe gratis conſtituti, non poſſint ſine cauſa remoueri, alias dicit ipſis ſuccurri remedijs poſſeſſorijs, adde Gamm. *deciſ.353.* & Boër. *deciſ. 149.* vbi plene & diſtinctè, quem vide, & Menoch. *de arbitr.Iudic. quæſt.55.* Franciſc. Marc.*part.2.quæſt.19.*Gratian.*diſcep.forenſ. cap.147.per tot.* & ita docet Griuell. *d.loc. num.14.* vbi dicit, verius eſſe & Iuri magis conſentaneum, officio ſuo quem non poſſe priuari, quin prius culpa aliqua contracta, illud demeritus ſit, aut aliqua iuſta cauſa ſubſit, vti egregiè docet Pinel. *p.1. rubr.C.de reſcind.vend.nu.31.* vbi alios refert, præſertim vero ex cauſa infamante non debet quis inauditus & cauſa non cognita priuari, ergo nec ſuſpendi, vbi Iura & D D. allegat, quod ipſum ita indubitatum eſſe puto in ijs locis, vbi officia pecunia emuntur, vel ob bene merita conceſſa ſunt, vt contradictionem aliquam non mereatur, Afflict. *deciſ.128. num.10.* & prius ſatis late docetur à Cœuallo *in ſpecul. commun. opin. contra communes, quæſt.425. num.15. vſque ad finem*, vbi ampliat procedere etiam in eo, qui ad beneplacitum creatus vel poſitus eſt, vt non poſſit remoueri ſine cauſa, ſicuti nec Capellania ad nutum Patroni vel Epiſcopi conceſſa, in ſumma dicit officia non poſſe vacare, niſi tribus modis: Primò morte, ſecundò renunciatione, tertiò ſi delinquatur in officio, quibus caſibus antequam priuetur, debet audiri in ſuis defenſionibus per rem dia iuris ordinaria etiam poſſeſſoria, *cap. ex tenore, de reſtitut. ſpoliat.* Et de appellatione à depoſitione vide Bredenrodium *tract. de appellation. part.1. tit,70. litt.D. à depoſitione*, & videtur limitari per Beſoldum *in Theſaur.pract. litt. D. verb.* Dienſt / *&c.* vbi dicit, quod dominus Iuriſdictionis poſſit ad nutum reuocare officia, niſi dederit ex cauſa remuneratoria vel oneroſa, vide Luc.de Pen. *in l.quicunq;, n.1.& 2.C.de diuerſ.off.* Epiſcopi, Curati, Prælati, alijq; Officiales ex multis cauſis ibidem relatis poſſunt remoueri, & quomodo, &c.

Ego conſului in cauſis prædeductis ſuſtinendo, quod motus ab officio non ſeruatis formalibus proceſſus ante omnia reſtituendus ſit, in cuius comprobationem multa argumenta deſumpſi ex Nic.Euerh.Iun.*vol.2. conſ.1. in 3.quæſt.* & conuenit Colerus poſt ſuas deciſiones *in informatione 18.* vbi eiectus ex Senatu debet reſtitui, licet ex fauore fuerit electus, vide ſimilem caſum in Cothman.*vol.3.reſp.8.præſertim n.61.& ſeqq.* adde Meiſn.*tom.4.deciſ.Cam.Imp.33.* ibi quomodo ſuccurratur officio & honore motis, & Ricc.*p.5.coll.2013.* Roſenth.*de feud.c.12. concl.1.nu.37.* vide & Gilm. *lib.3. Symphor. in praiud. lit.1. verb. iniuria, verſ. quamuis remotio à ſtatu*, quod agi poſſit ſpolij & actio iniuriarum cumulari, item allegaui in vna iſtarum cauſarum, contra inferiores Magiſtratus, vel etiam contra eum, qui Iudicem ad officium non promouerat, quod eius ſit deſtituere, cuius eſt conſtituere, & præter *l. nihil tam naturale ff.de reg.iur.* ibi DD. vide Vantium *de nullit. & defect.mandati n.160.* Rom.*conſ.65.n.2.* vbi loquitur de Prioribus, quorum remotio ab officio erat inualida, ſi facta fuerit ſine cõſilio generali, à quo illud officium habuerũt, quia omnis res diſſoluitur per eas cauſas, per quas naſcitur, & reſolutio actus eſt eiuſdem naturę, cuius cõſtructio eius, *c.omnis res 27.q.2.* Iaſon *in l.omniũ n.5.verſ.item tum.C.de teſtam.* Gratian.*to.1. diſc.for.c.167.* an vero Monachus ad officiũ promotus, ab obedientia ſui Superioris eximatur, 4.

matur, vt per eundem remoueri ad libitum poſſit, vel non, hoc ipſum valide controuertebatur in cauſa D. Beck. Ego puto omnino ſequendam eſſe diſtinctionem Wameſ. *to. 2 conſ. 457. n. 8.* quem vide, &c. & plures concluſiones apud Flores Diez *in quæſt. practicis, lib. 1. q. 10. §. 2. & 3.* Ex quibus autem cauſis quis ab officio remoueri poſſit, vel non, vide Wameſ. *tom. 1. conſ. 301. præſertim n. 6. & ſeqq.* adde DD. & plures caſus determinatos apud Tepat. *in compend. deciſ. tit. 71. c. 18* aliqua iura allegat Luc. de Pen. *in l. ordinem, ſub n. 4. C. de conſul.* & de ſemotis à Regno & Principatu ob inhabilitatẽ, negligentiam, vide Petr. Greg. Tholoſ. *de Republ l. 16. c. 4. & ſeqq.* & quod negligens in officio loco moueri poſſit, Ruland *de Commiſſ. p. 1. c. 26.* vide *infra de negligentia*, officio ſemel motos ne vix ac ne vix quidem ad Reipubl. gubernationem promouendos fore exiſtimat Keller *de offic. Iuriſd. polit. lib. 3. c. 2.* vbi &, quod ob non turpes cauſas ante tempus præfinitum dimiſſus accipiat integrum ſalarium, & ſe remittit ad Menoch. *lib. 1. de arbitr. quæſt. 55.* docentem, quando Iudex aliquem ex arbitrio remouere poſſit, & quando ei ſuccurratur, & quam iniurioſum ſit, aliquem immeritum officio remouere, ad Caſp. Guil. *Scipio. lib. 1. deciſ. Cam. Imp. 38 & ſeqq. & lib. 3. deciſ. 3.* Mynſin. *5. obſeru. 7.* remotio namque ab officijs vulgo notatur, vnde contra aliquos Scabinos hoc petitum, ſed ex ſola delatione criminis & denunciatione nihil ſubſecutum fuiſſe ſcio, quandoquidem & Defenſores Ciuitatum & Magiſtratus municipales ſunt in dignitate, Zaſius *lib. 1. conſ. 19. n. 19.* quorum ſtatus ad nudas aliorum denunciationes non debet minui per notata hic, & ſupra *de Clem. c. 6.* confer Vaſq. *de ſucceſſionũ progreſſu, lib. 3. §. 30. n. 85* vbi licet dicat, ꝙ Papa & Principes ſęculares, ſine cauſa de iuris rigore, beneficia adimere, puta Iudices & Magiſtratus, quos Iuri dicũdo præfecerunt, mutare ad libitum poſſint, tamẽ quia talia officia, Canonicatus, perſonatus, &c. moribus vetuſtiſſimis & vſu gẽtium perpetuo cõceduntur, nulli auferuntur niſi ob iniuſtam cauſam, puta improbitatem vel malignitatẽ, vide rationẽ *ibi*, imo nec de iure hoc ipſum Papam ſine cauſa poſſe, docet Coraſ. *tr. ſacerdotiorum, p. 2. c. 1. n. 1. 2. & 3.*

CAPVT VIII.

De probatione famæ atq; infamia, deq; vtriuſque effectu, tam in recentibus, quam antiquis, eliſione & reſtitutione.

PRopoſitæ quæſtiones quotidie quoq; in foro occurrunt, inprimis recurras quoad 1. probationem famæ ad Maſcard. *de probat. concl. 600. & concl. 748. & ſeqq.* late Farinac. *de teſtib. q. 47. n. 76. & plurimis ſeqq.* vbi diſtinctè quomodo teſtes deponere debeant, quidve requiratur ad hoc, vt fama probetur, *ibi* videbis, quam difficilis ſit famæ probatio, & quomodo interrogatoria & reſpectiuè articuli formari debeant, idem Farinac. *de indicijs & tortur. lib. 1 tit. 5. q. 47.* pleniſſimè tractat de fama eiusve probatione, adde Card. Tuſch. *in lit. F. de fama*, quos vide, vt & diſtinguere ſcias, inter rumorem & famam, quæ vulgo ſæpe confunduntur, ſicut de rumore accipi poterit illud Senec. Contemne famam, fama vix vero fauet. Et illud Virgil.

Fama malum, quo non aliud velocius vllum,
Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo.

Cuncta, vt mos famę, in maius credita, Tac. *3. Annal. c. 44.* & cuncta ex lõginquo in deterius adferunt, idem *2. Annal. c. 82.* famam, quæ volat ſubito, ac vires acquirit eundo,

Digitized by Google

do, vel rumorem alit & auget potius in peius, quam melius, teſte Lipſio, vnde Ouidius:

——— quæ veris addere falſa
Gaudet, vt è minimo ſua per mendacia creſcat.

Adde Pacian. *lib. 1. de probat. cap. 49. & 50.* vbi quoq; latiſſimè, quę per famam probentur, & quomodo negatiua famę probetur de duabus contrarijs famis, ad quos breuitatis cauſa fit relatio, iunctis adductis per Tepat. *in compend. deciſ. tit. 68.* vbi quomodo probetur & elidatur famæ probatio, & de effectu famę, de quo agit quoq; Peguera *deci. 17 n. 15. & deciſ. 12. n. 9.* quod ſpecialis probatio malæ vitæ præferatur generali probationi bonæ famæ, quodq; duo teſtes deponentes de infamia, pręferantur mille deponentibus de bona fama.

2. Alioquin ſatis pulchrè de requiſitis famæ Surd. *lib. 1. conſ. 135. n. 90. & ſeqq.* quid ſit fama, an & quando probetur, quales debeat habere authores, & quomodo in antiquis probetur, Capell. Tholoſ. *deciſ. 380. de fama probat.* Rota Lucenſ. *deciſ. 22.* & quæ ad illius probationem requirantur, Ric. *p. 4. collect. 1133.* adde Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 4. c. 9. n. 12. vſq; ad fin.* vbi ſunt caſus notabiles, quæ autem fama planè probet, vel non, & quid ſit fama, Meiſner. *tom. 3. deciſ. Cam. Imp. 18. fol. mihi 745. & ſeqq.* in qua deciſione habes & interrogatoria contra famam formata, ex quibus etiam vides probatum, quod publicè aliquid dici non inferat publicam vocem & famam, Raudenſ. de Analog. *c. 31. n. 88. vbi & n. 90.* de dictione infamis, quod ſit æquiuoca, & intelligi poſſit de eo, in quo non concurrunt omnes bonæ qualitates, quæ requiruntur in habente talem gradum dignitatis, non autem præciſè denotare infamię affectum, quatenus eſt lęſæ dignitatis ſtatus alicuius; vide Borell. *in ſumma deciſ. lib. 2. tit. 15. num. 214. & ſeqq.* vbi oſtendit, qui ſint infames iure Canonico, qui infames iure Ciuili, qui inſuper infamia facti, & qui infamia iuris laborent, & de effectu, & quomodo à teſtimonio repellantur, item præter DD. ſupra allegatos, de fama in antiquis vide Crauett. *de Antiquit. tempor. part. 4. §. materia iſta,* antiquitas prodeſt in probatione, Wameſ. *tom. 1. conſil. 99. num. 14. & 17.* adde in materia confinium, *cap. cum cauſam, x. de probat. ibi D.D.* item, an famæ probatio ſufficiat, vide & DD. *in l. ſi arbiter, ff. de prob.* ita vt velit Ant. Faber *in C. de teſtib. defin. 41.* tempus immemorabile per teſtes de auditu probari, intellige vt per Borell. *in ſumma deciſ. lib. 2. tit. 13.* vide omnino Surdum *lib. 1. conſil. 135. num. 1.* vbi ex magis communi dicit, quod teſtimonium in antiquis non admittatur, niſi quoque concurrat fama publica, an illa iuramento probetur, & quomodo, Seraphin. *de priuileg. Iur. pr. 33. num. 35. & ſeqq.* & qualiter hoc probetur, & temporis immemorialis præſcriptio, Meiſner. *lib. 1. deciſ. Cam. Imper. 24. num. 9. & deciſ. 6. & 12.* Caſſan. *in Conſuet. Burgund. tit. de Iuſtit. §. 2. in verb. & la primier,* & quædam pulchra & notabilia vide apud Vaſquium *de vltim. voluntat. lib. 2. §. 17. de ſucceſſionum reſolutione, num. 30. & ſeqq.* quod fama cum adminiculis probet, quod facit pro Nobilibus, qui non poſſunt per patrimonia ſucceſſiua probare ius patronatus, quia ſecundum *ibi* allegata probantur talia antiqua facta per indicia & famam, quodque multum pro eo iure ſeruiat, antiquiſſima poſſeſſio, & quod in factis multum antiquis opinio generalis habeatur pro veritate, ita vt non requiratur alia probatio, ſi ſit vniformis

Digitized by Google

mis apud omnes, & ſic ſufficiat, quod Eccleſia habeat opinionem præſcriptam de ſuis Ciuitatibus apud omnes, hoc enim habebitur pro plena probatione, vti *ibi* infertur quoque ex Baldo, ſed Vaſquius *num.45. & ſeqq.* tradit requiſita, vt fama probet, & quomodo teſtes deponere debeant, pulchrè quoque Surd. *conſ.410.n.72.* vbi quid deponere teſtes debeant, vt probent famam, & licet *n.73* admittantur teſtes de auditu ad probandum factum de antiquo, tamen recenſet ibi, decem requiſita adeſſe debere, & ibi *n.71.* eſt caſus vbi vicini dicebant vel nominabant bona, v.g. eſſe Titiana, & quod dicatur tempus antiquum in materia probationis, Deckerus *lib.2.diſſert.9.*

3. In DD. ſupra relatis, præter caſus quamplurimos reſolutos videbis, & quomodo infamia, id eſt, mala fama probetur, & in ſpecie quomodo probetur infamia facti, tradit Marcellus Cala *de modo articul. & probandi, gloſſ.vnic.n.338.* ſcil. probando tale factum, ex quo infamia contrahi ſolet, & dicitur plenè probata, ſi articulando probetur qualiter opinio illius, de cuius infamia agitur, eſt læſa apud graues & probos viros, vti ex alijs refert, ſecus eſſe ſi reperiatur læſa apud viles & maleuolos, nam de huiuſmodi infamia non eſt curandum, turpe enim eſt ſecundum Abbat. à vilibus & turpibus laudari, quia videtur de complicibus laudantium, ſed laudari à laudatis viris, decorum eſt, rectè igitur Poëta:

Principibus placuiſſe viris, non infima laus eſt,

Sed rectè alter ſubiunxit:

Concidit in puncto, gratia longa, breui

Ideo:

Curandum ſemper placeas doctisq́; boniſq́;.
Summa quidem laus eſt, diſplicuiſſe malis.

Belliſſimè Seneca *de remedijs fort.* Male, inquit, de te opinantur, ſed mali, mouerer, ſi me Marius, ſi Cato, ſi Lęlius ſapiens, ſi alter Cato, ſi Scipiones duo, iſta loquerentur, mouerer ſi hoc iudicio facerent, quod nunc morbo faciunt, nam vt Gręcus Comicus ait: Attingere probos verba non queunt mala, ſolet ampliſſima gloria ſemper obiecta eſſe inuidiæ, quod exemplis illuſtrat Ammian. *lib.17.c.22.* ad hanc Abbatis doctrinam videIaſon *in l.cunctos populos, n.44.verſ.eſt aliquis ſcholaris, Cod.de ſumm.Trinit.* & quomodo teſtes deponere debeant ad probandam infamiam facti, late explicat Specul. *in tr.de inquiſitione, §.viſo igitur, n.9.§.veruntamen non ſufficit,* quotuplex autem ſit infamia facti, & quos effectus producat, vide Iaſon. *in §.ſi itaq; n.22.verſ.& de infamia facti, inſtit.de action.* & Bald. *in d.l.cunctos populos, n.45.* & an à teſtimonio repellantur, qui, an & quomodo, vide late in Borell. *in ſumm.deciſ. lib.2.tit.15.num.214. & multis ſeqq.* vbi & qui tales de iure Canon. adde late Farinacium *de teſtib.* an & qui infames, num ſint teſtes idonei, & quando ſecus, item *de inquiſit.q.9.* inquiſitio, fama præcedenti, quando firmari poſſit vel non, ita vt vbique videas in iure noſtro magnum famæ & infamiæ eſſe effectum, ac proinde ſuſpiciones quoque cauendæ ſunt, vnde dicitur: Bona conſcientia nobis opus eſt propter Deum, bona fama vero propter proximum, quippe non ſatis eſt innocenter viuere, niſi & ita viuas vt tua culpâ ſiniſtris ſuſpicionibus non inuoluaris, facit *cap. quatuor, in fin. 12. quaeſt.2.* vide plura de fama, æſtimatione ac infamia in Ioanne Pratero, *in reg.iur. lib.4.tit.5. cap.4. & 5.* vnde quoque Iſidorus *in ſynonymis ſoliloq. lib.2.cap.27.* Diſce, ait, bono flagrare præconio, &c.

4. Ad elidendum vero malam famam, vel malam fidem, dicit Cala *d.gloſſ.vnic.n.166.* probandum erit, quod quis per tres annos continuos vel à tribus annis citra fuerit, & ſit bonæ conuerſationis, bonæ vitæ, famæ & conditionis, quibus probatis, purgatus & emendatus præſumitur, Maſcard. *d.concluſ.600.num.13.* vbi alios probandi modos ſubijcit, & *concluſ.233.* quomodo quis probetur bonæ conditionis, deinde ad elidendum malam famam, probandum eſt eius contrarium, quod quis ſcilicet ſit bonus, quemadmodum quem probum eſſe præſumi docet Menoch. *lib.5.præſumpt.1.* ibi latè, & quando hoc non procedat, & quod quis bonus non præſumatur in præiudicium tertij, *cap.cum in iure*, ibi Abb. & Felin. *de officio delegat.* Plotus *tract.de in litem iurando, §.6.num.59.* vbi & quod probatio bonæ famæ & vitæ, tollat præſumptiones & indicia in genere, non vero in ſpecie, vti ibi exemplificat, & §.*10.num.15.* non obſtante quod hoſpes bonus ſit, ſi tamen conſtet de apertura valiſiæ, ipſum teneri (de quo tamen alibi diſtinctè) an autem bona fama & vita probari debeant per iuramentum, vide Hipol. *ſing.187.* & quomodo quis probetur bonus, Marcellus Cala *d.gloſſ.vnic.num.340.* faciendo articulum, qualiter ille, de cuius bonitate agitur, fuerit habitus, tentus & reputatus bonus, & hodie pro bono habeatur, tractetur & reputetur generaliter & communiter, item qualiter fuerit viſus continuo conuerſari cum hominibus & perſonis, bonæ conditionis & famæ, quibus in contrarium probatis, probatur alicuius malignitas & prauitas, adde Bart. *in l.teſtes, num.8. C.de teſtam.* Fama autem bona dicitur continuata ex origine & habitudine naturæ, ſed mala eſt accidentalis, Ioſeph. *Londo.deciſ.Luc.13. num.4.* Ideo bonæ famæ magis ſtandum quam malæ, Puteus *deciſ.2.lib.3.* tamen bona fama in genere eliditur per delictum in ſpecie, Rota Auinoc. *20.num.14.* Tepatus *in Compend. deciſ.tit.69.cap.2.* non tamen inquiſitio eſt formanda ratione infamiæ habentis ortum à maleuolis perſonis ſuper delicto, ſed ſuper fama inquirenda, Roman. *ſingul.497.* quem ad hoc allegat Arnoldus à Reyger *in Theſaur.iur. verb.inquiſitio, num.20.ibi num.6.* ex Maranta deducit decem requiſita ad hoc, vt contra Prælatum inquiri poſſit, adde Tepatum *in Compend.deciſ.tit.69.* de voce & fama hominis bona vel mala, & quomodo hæc probentur, Bart. *in l.teſtes 5.num.8. C.de teſtam.*

At vero refert multum, vt quis hic vel ille ſit, nam & facta talia probantur, quales ſunt homines, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.23.tit.3.num.80. ibi* & quòd pro honeſtis viris præſumendum ſit, ideo etiam res ſapienter geſtæ, præſumptionem falſitatis excludunt, & verum præſumitur quod à pluribus & honeſtis perſonis dicitur, licet actus prima facie videatur iniquus, tamen ſi aliquo modo poteſt iuſtificari, præſumitur iuſtus, pro quo facit Gloſſ. *in l.optimum, C.de contrahend. & committ. ſtipulat.* quæ voluit illud bonum dici, quod inter bonos viros tractatum fuit, ſic etiam bona fama rei inculpati elidit indicium, quod contra eum adeſt, Pariſ. *lib.4.conſil.151.num.13. & conſil.153.num.35.* vide *conſil.171.num.21 & ſeqq.* quomodo remoueat torturam, tollat indicium, & faciat ceſſare inquiſitionem, adde & Crauett. *conſil.151.num.21* adde omnino Tiraquellum *de pœn.tempor. cauſ.51.* Gratian *lib.1.diſcept.forenſ.cap.192. n.20.* 5.

num. 20. & ſeqq. ibi & per ſpontaneam comparitionem tollitur obiectio ex fuga deſumpta, quodque teſtis corruptus non faciat contra talem indicium, ne quidem in crimine excepto, prout alias vna communis eſt DD. opinio relata apud Cœuallos *in ſpec. commun. opin. q. 393.* quod fuga faciat indicium ad torturam, ſed ibi diſtinguitur, vide ad eum. Et à multis hoc ipſum verum reputatur, vt videre eſt apud Clarum *§. fin. quæſt. 21. num. 18.* Boër. *deciſ. 215. num. 24. & 30.* Menoch. *lib. 1. præſumpt. 89. num. 36. & 45.* Gail *2. obſeru. 109. num. 7.* Gramm. *Conſil. 31. num. 46.* pro quo facit *l. non omnis, ff. de re milit. l. fin. Cod. ad leg. Iul. repet. cap. ſancimus 1. quæſt. 7.* Arnoldus à Reiger *in Theſaur. iur. litt. F. verb. fama, num. 44. & 56.* ibi DD. *& litt. V. verb. vir.* Boſſ. *in tract. crimin. tit. de conuitijs, num. 39.* Cardinal. Tuſch. *litt. L. verb. Legalitas perſonæ operatur multa, concluſ. 32.* pro & contra arguit Iaſon *in l. iubemus, num. 10. & ſeqq. Cod. de Iudic.* quem videas, adde tradita *ſuperiùs de Dubijs.* Talis vir Germanicè appellatur, ein auffrichtiger / redlicher Bidermann / cui conuenit illud:

Non bene pro toto fama diuenditur auro,

Nam, teſte S. Gregorio, melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ. Vnde verſus effluxit monitorius:

Omnia ſi perdas, famam ſeruare memento,
Qua ſemel amiſſa poſtea nullus eris.

6. Integritas iſta, & in teſtibus conſiderata magni effectus eſt, *cap. 3. de probat. & cap. præſertim de teſtib. in 6.* & de coniecturis & præſumptionibus ſumptis ex qualitate perſonæ, Menoch. *de præſ. lib. 1. q. 15.* & qualitas perſonarum qualiter parti & Iudici conſideranda, Seraph. *de priuileg. iur. pr. 4. nu. 78. & ſeqq.* quod in homine bonæ conditionis & qualitatis ceſſet præſumptio doli, quodque iuramento ſe purgare poſſit, Gail. *2. obſ. 106. num. 3.* Maſcard. *de prob. concl. 44. num. 28.* Crauet. *conſ. 21. nu. 9.* & in talibus præſumitur bonum per iura ſuperius allegata, & *l. ſatis aperte, ibi* Gloſſ. & Bald. *Cod. de falſ.* poſſetq; iurare contra præſumptionem iuris, & de iure, Cacher. *deciſ. 71. n. 25. & deciſ. 101. n. 24.* Dec. *conſ. 575. n. 6.* declaratur tamen ex Gratiano *tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 262. num. 31. & ſeqq.* vbi nobilitas & famæ honeſtas non conſideratur in rebus magni præiudicij, vt eorum iuramento ſtetur, vide ibi, vti & falſum eſſe, & quomodo intelligatur, quod probatio facta per iuramentum honeſtæ perſonæ ac egregiæ, admittatur, tradit Pacian. *de probation. lib. 1. cap. 11. num. 59.* & licet viro in præiudicium tertij non facilè ſit credendum, tamen ſi concurrat communis reputatio, vel aliquid aliud, tunc ei creditur, Carotius *de except. contra præiud. ſent. except. 120. num. 14. & 15.* dicens ſe vidiſſe pluries obſeruari, vide tamen eundem *except. 49. num. 166. & ſequentib.* vbi docet, quamuis viri boni (vir bonus quis, vide *infrà de perſonarum acceptione*) & bonæ exiſtimationis iuramento ſtetur ſuper impedimento, tamen committitur arbitrio Iudicis, quæ ſit honeſta perſona, ac ſic admittenda, & quæ ſit vilis & defectiua perſona, & ſic repellenda, & præter Doctores ibi allegatos quoque Menoch. *de arbitr. caſ. 118.* additque ſi perſona valde ſit honeſta, & quodammodo ſupernaturalis, ſeu in ſupremo gradu vir bonus, qui non exterminet faciem ſuam, vt non appareat ieiunans, (ſic ipſe dicit) quòd tunc ei poſſit deferri iuramentum, quam declarationem

Digitized by Google

bonam, ſed in praxi difficilem dicit, adde eundem *in tract. de iuramento litis deciſ. quæſt.13.in princ.* ad prædicta vide quoque Tepatum *in compend. deciſ. tit. 60. & ſeqq.* ibi quoque varij caſus de famæ probatione & effectu, de fama factorum, &c. quodq; bona fama tollat ſuſpiciones contra inquiſitum, & Guid. Pap. *deciſ.301.* quod bona fama operetur nouem effectus, è contra ſi Reus ſit malæ conditionis &famæ,ſolitusq; ſit delinquere, etiam alijs indcijs deficientibus, eum eſſe torquendum volunt relati DD. à Marſil. *in pract. crimin. §.diligenter, num. 99.* & tenet Boſſ. *in pract. crimin. tit.de inquiſit.num.29.* Sed hoc ipſum merito reprobatur à Iulio Claro, *§.fin. quæſt.64.* adde Maſcardum *de probat.concluſ.235.* quibus teſtibus magis credatur de bona vel mala fama deponentibus, & *concluſ.236.* quomodo bona fama per teſtes probetur, adde tradita *ſuperius de Clement. c.6.& de Dubijs c.18.*

CAPVT IX.

De Honoris reſeruatione & reſtitutione.

1. SÆpe in praxi videmus, quod quandoque in actionibus & ſententijs alios infamantibus honor reſeruetur, quaſi ita pars condemnata non infametur, nec ad Cameram Imperialem appellari poſſit, , ex quo iuxta Senatusconſultum eiuſdem, etiam in cauſis iniuriarum, non recipiatur appellatio, ſi ſumma, in qua quis condemnatus reperitur, ordinationi vel priuilegijs de non appellando conformis non eſt, quemadmodum An. 1637. in cauſa iniuriarum, quoad ſummam non deuoluta, reſpectu vero condemnationis ad palinodiam, pronunciatum fuit, Bene appellatum, male vero iudicatum, ac propterea priorem ſententiam reformandam eſſe, indecens enim videbatur, virum alioquin grauem, plebeo vel vili perſonæ iniurias inferentem ad palinodiam condemnare, & per ſententiam infamare, atque ita poſtmodum reperi apud Ignatium Lopez *ad Dias in practica Canon. cap.70. fere in fine,* quod nec Clericus, nec Nobilis (de quo ſunt opiniones ibi) recantent palinodiam, ſed mulctam ſoluant, vbi ex communi, quod iniuriarum condemnatus efficiatur infamis etiam ex leui iniuria, immo nec videtur ſufficere per inferiores à ſummo Principe facta reſeruatio honoris, quia poteſtas reſtituendi famam & honores, eſt de Regalibus, & ad ſolum Principem pertinet, *l.1. §.penult. ff. de poſtul. leg.1. §.fin. ff. de quæſt.l.1. Cod.de ſent.paſſ.* Roſenthal *de feudis, cap.5. concluſ. 2. num. 4.* Lite Peregr. *de iure fiſci, lib.4. tit.8. num.14. & ſequentib. & lib.5.tit.2.num.20. & ſequentib.* Quare quidam (vt refert Symmachus, 10. 3.) notatus iudicio, exploratiſſimum remedium veniæ imperialis implorat, vt iudicati remiſſione, famæ ſuæ vulnus excludat. Neque oppoſitum conſequentis poteſt ſtare cum antecedenti condemnatione, ita vt clauſula reſeruatiua non videatur poſſe trahi ad iam ſpecificata & condemnata, nec referenda ſit ad capitula, quæ deſtruunt, neque poſſint operari hunc effectum, vt præcedentibus aduerſetur, argumento eorum, quæ tradit Heigius *lib.2. quæſt.20. num.19. & ſeqq.* quemadmodum dicimus in materia proteſtationis, quod proteſtatio actui repugnans nihil operetur, quod tunc verum eſt, quando ordinatur ad tollendum factum,

Digitized by Google

ctum, facta enim pro infectis haberi non poſſunt, ſecus eſſe dicunt DD. ſi proteſtatio ordinetur ad tollendam mentem facto, ita diſtinguit Mynſing. *decad.* 1. *reſp.* 8. *num.* 6. Wameſ. *cent.* 1. *conſ.* 40. *num.* 14. *& ſeqq.* quam doctrinam doctè declarat Surd. *conſ.* 143. *num.* 59. *& ſeqq.* iuncto Coraſ. *in l. ſi tam anguſtum ff. de ſeruit.* ibi tradit quando proteſtatio actui ſit contraria, idem videtur eſſe in propoſita materia, quod factum reſeruationis, ſit facto condemnationis contrarium & irreleuans, cum non ſit in poteſtate reſeruantis, honorem per ſententiam ablatum, reſtituere, niſi dicat aliud eſſe honorem reſeruare, aliud reſtituere, quod reſeruatur nunquam ablatum cenſetur.

2. Verum enimuero pręterquam quòd proceſſus Camerales decreti fuerint in cauſa, vbi quis condemnatus fuit iniuriarum ſaluo honore, vide præiudicium Camerale in Gilman. *lib.* 3. *ſymph. in praeiud. Cameralibus lit. I. verb. Iniuria, verſ. etiamſi talia verba*, ſciendum quòd ſententia ipſa facit condemnatum famoſum, *l. non poterit, ff. de furtis*, vbi dicitur, non poteſt prætor facere, quòd condemnatus furti non fiat famoſus, Zaſius *in l. ait praetor, & l. nam poſteaquam, §. ſi damnaretur, & l.* 11. *§. ſi cum de hereditate, num.* 8. *& ſeq. ff. de iureiurand.* dicendo, quòd probatio nihil operetur, niſi pariter ſententia feratur, vnde infert, quòd conuictus furti non habeatur pro infamij propter ſolam probationem, *& num ſeq.* dicit, quòd confeſſus cæteris paribus eſt infamis, *l. ictus fuſtium, ff. de his qui not. infam.* ſed ad propoſitum vide eundem diſtinctè *in l. acta, §. de amplianda ff. de re iud.* quod de conſuetudine, quælibet ciuitas municipalis poſſit ciui ſuo relaxare vel remittere pœnam infamiæ quoad limites ciuitatis, quod certè non tranſit ſine difficultate, niſi quoad talem qualem effectum, concedit autem *num.* 17. quod condemnato per ſententiam importantem infamiam, non poſſit fieri reſeruatio honoris, aliàs vide Ziegler. *in comment. concluſ. ad auream praxin Nicolai Caluoli concluſ.* 1. *num.* 12. *&* 13. *§. Ciuitas*, vbi teſtatur quòd Carolus V. ſpecialiter hoc ipſum conceſſerit Magiſtratui, in cauſa ſiue caſu excitati tumultus inter ruſticos, deinde limitat, niſi fortè in ſtatuto vel lege locali, alicuius fama immunita eſſet, quo caſu concludit per illum magiſtratum reſtitutionem honoris fieri poſſe, intellige vt per Zaſium *d. loc.* & quòd Iudex ex cauſa poſſit reſeruare famam docet Boër. *deciſ.* 64. *num.* 10. item, quòd inferiores non reſtituant famam niſi Princeps conceſſerit, inuenies quoque limitatum in Felin. *in cap. cum x. de ſent. & re iudic.* adde Greuæ. *ad Gail.* 1. *concl.* 65. *conſid.* 1. declarari poſſet per Bartol. *conſ.* 111. *num.* 7. *&* 8. vbi iſta reſeruatio ex cauſa fieri poteſt, aliàs non, quando autem ex cauſa facta eſt, tunc ita condemnatus poteſt promoueri ad publica officia, vt dicit Bart. ſed quid hodie Principes Imperij poſſint & faciant, vide *ſupra de Clementia*, hinc apud Gilman. *d. verb. iniuria, verſ.* ſi Iudex talem fert ſententiam, cõdemnando Titium, ratione illatæ iniuriæ, ſaluo tamen honore ſuo, ſi ſumma in qua condemnatus eſt, non ſit appellabilis, nec ratione condemnationis ſimplicis (puta ſummam ordinationis vel priuilegij) etiam non ſit appellabilis, propter dicta verba, honore ſaluo, dicit eſſe denegatos proceſſus, ac propterea prius facilè declarari poſſet, ſicut & ſunt Doctores allegati apud Additionatorem ad Dauth. *de teſtam. num.* 300. quòd & Prin-

 cipes

cipes Imperij famam reſtituere poſſint, ſi hoc verum, ergo & honorem magis reſeruare poterunt.

3. Sed an expulſus è monaſterio reſtitutus recuperet priorem locum, vide Gratianum *lib.* 1. *diſcept. forenſ. cap. 4. num. 14.* qui & *lib. 2. cap. 205. num. 6. & ſeqq.* docet, quòd Patronus recuperet bona quæ propter deportationem amiſerat, & quòd reſtitutus ex delicto recuperet bona, non tamen quæ ex contractu per tertium poſſidentur, adde pulchrè diſcurrentem Felinum *in cap. Inter quatuor, de maiorit. & obedien. num. 4. & ſeqq.* an reſtitutus ad bona, recuperet bona in alium translata, & Wehner. *Practic. obſeru. lit. A. verb.* Acht/ Aberacht/ §. Wie auch/ item, an excommunicatus abſolutus recuperet fructus medio tempore perceptos, Riccium *par. 4. collect. 1027.* adde Zaſium *in l. iura ex ijs, num. 6. & ſeqq. ff. de legib.* an bona confiſcata, alteri data, poſſit reſtituere, Decium *conſil. 252. num. 7.* & de Principis reſtitutione belli tempore facta Marant. *in ſuis ſing. lit. P. incip. Principes qui tempore guerra*, & reſtitutiones quam vim habeant & quouſque extendendæ Chriſtin. *vol.* 1. *deciſ. 289.* adde Boſſ. *in Praxi crim. tit. quomodo procedatur per actum in delict. num. 41. & ſeqq.* de eo qui aduerſus diuiſionem ſe reſtitui petit, quando iam bona aliqua in tertium translata fuerunt, Anton. Faber *in Cod. Communia vtriuſque iudic. definit. 10.* quòd reſtitutio alias quoque extendatur ad bona in tertium alienata, Mohedan. *tit. de reſtitut. ſpoliat. deciſ. 6.* aliàs *88.* de quo vide diſtinctè Bartol. *in proœmio ſuarum Conſtitutionum, ad verb. rem meam*, item *ad verb. ita ferè Dominium*, adde Chriſtinæum *volum. 1. deciſ. 149.* ad fructus non reſtituitur, reſtitutus in bonis, idem Chriſtinæ. *in Auth. idem eſt, num. 4. Cod. de hæret. & in authent. ingreſſi, Cod. de ſacroſ. Eccleſ. num. 8.* quòd liberati à voto reſcripto Pontificis, ſuccedant, quòd ſi religionem ingreſſus donet mihi cum ea conditione quòd nolit ea reuocare, tamen egreſſus repetit, Gratian. *tom. 1. Diſcept. for. cap. 96.* quod nota propter caſum, qui modo eſt in facto, an legatum ademptum propter inimicitiam redintegretur per amici- 2.
tiam & ſimilia, Gerhard. *ſing. 3.* an per ſententiam reſtitutus reſtituatur contra emptorem tertium, Marcel. Cala *de modo articul. & probandi, gloſſ. vn. num. 1233.* aliquot caſus ad materiam præter DD. *ad tit. Cod. de ſent. paſſ. & reſtit.* vide Chaſſan. *ad Conſu. Burgun. rubr. 1. tit. de iuſtit. & iuriſd. §. 5. verſ. poſito tamen quod confiſcantur, nu. 138. & ſeqq.* & diſtinctionem inter reſtitutionem, quæ fit per viam Iuſtitiæ, & per viam gratiæ, Caualcan. *par. 1. deciſ. 14. num. 24. & ſeqq.* & Plot. *tract. de in litem iurand. §. 1. num. 6.* vbi dicit, quòd per viam gratiæ reſtitutus non recuperet medio tempore alienata, ſecus ſi reſtituatur per modum Iuſtitiæ, vide tamen ibi, & plenè apud Sarmientam *lib. 5. ſelectar. intepratat. ad l. Gallus §. etſi quid tantum num 63. & ſeqq. ff. de liber. & poſthumis*, ibi diſtinctè & varij caſus, quem videas ſi caſus occurrant, & ſi placet, an viri honorati prius quam executentur ob delicta capitalia, exauctorari & degradari debeant, vide Borellum *in ſum. deciſ. lib. 2. tit. 40.* Doctores allegat Ziletti *tomo 1. conſilio criminali 45. num. 9.* quòd Iudex poſſit reſeruare famam Notario condemnato de falſo, & quòd poſſit exercere Notariatus officium.

CAPVT

CAPVT X.

De vulgato illo, l'honneur aux Dames, ibi & de fœminis & virginibus, de maritali poteſtate, alijſq; in praxi vtilibus, & remedio contra vanos honores.

1. Illud Francorum item & Germanorum, quoad fœminas diuerbium: Prieſter vnd Frawen ſoll man ehren / redditur inde dubium, quòd perſonæ mulierum, ſolum decorentur honore virorum, Luc. de Pen. *in l. mulieres, num.* 1. *Cod. de dignit.* & maritorum radijs coruſcant, Nouell. *150. cap. 2. l. fin. Cod. de nupt.* & *l. mulieres,* & *l. fœmina, ff. de Senat.* etiam viduæ Schrad. *de feud. p. 9 c. 2. n. 13. & ſeq.* Riccius *p. 6. collect. 2140.* ita vt velint, quod vbi fœmina ciuitatem, priuilegium & dignitatem acquirit, etiam illa retineat, quamdiu vidua eſt, vide tamen pro & contra DD. in Cothm. *Acad. reſp. 15.* & expreſſe docet Ant. Fab. *in C. de dignit. defin. 23.* quòd ea priuilegia, quæ ratione officij competunt, ad viduas non tranſeant, vide *ibi & defin. ſeq.* conſulas tamen Chriſtin. *vol. 5. decif. 70. vſq; ad n. 9. & ibi remiſſiuè n. 8.* latius Borell. *in ſumma decif. lib. 1. tit. 43. n. 158. & ſeq.* & in multis Iuris noſtri articulis, ſolet deterior eſſe conditio fœminarum quàm maſculorum, *l. 9. de ſtat. hom.* vt etiam viri dominentur ipſis *Geneſ. c. 3.* nam ſi mulier primatum habeat, contraria eſt viro ſuo *Eccleſ. 25.* ſubiectæ igitur ſint S. Paul. *ad Coloſ. c. 3.* & dicitur ordo naturalis vt fœminæ viris, & filij parentibus inſeruiant, *c eſt ordo 33. q. 5.* ita vt viris ſubditæ, vt penè eas famulas lex eſſe voluerit, vti formaliter dicit text. *c. ſatis hinc d. q. & in ſeq.* mulieris caput vir ſit, adde Beſol. *tr. de trib. domeſt. poteſt. ſpecieb. c. 2.* de poteſtate mariti in fœminam ſeu vxorem, & de viri poteſtate in vxorem, & de maritis manualdis Luc. de Pen. *in l. quicunq; Cod. de re mil.* quæ poteſtas in tantum extenditur apud Gail. *de expenſ. c. 13. n. 18.* quòd vir poſſit lucrata ſtante matrimonio & bona communia alienare inuita vxore, etiam ludendo & perdendo, videtur tamen hoc declarari per conſuetudinem Wameſ. *cent. 2. conſ. 7. n. 58.* vbi dicit, quòd in generali conſuetudine permittente marito poteſtatẽ alienandi res vxoris, non cenſeatur data poteſtas alienandi per renunciationẽ, quę ſpeciem donationis habet, & titulum diſſipatiuum continet, ideoq; in libera poteſtate non cõtinetur poteſtas perdendi & diſſipandi, deinde dicit quatenus in mobilibus valeret huiuſmodi conſuetudo, intolerabilis tamen foret in immobilibus, interim ſi placet, poteris præter DD. *in l. maritus, Cod. de procur.* de prædictis videre Peck. *de teſtam. cõiug. lib. 2. c. 1.* Griuel. *decif. 61. n. 9. & decif. 114.* & Chriſtin. *vol. 1. decif. 209. & vol. 2. decif. 38. in fin.* ex traditis verò abſurdũ videtur, ꝙ fœminæ præ viris honorari debeant, nam vt alibi probatum, virum muliere eſſe meliorẽ, qui verò natura ſunt meliores, eorũ virtutes honeſtiores & opera, vt viri quã mulieris Ariſt. 1. *Rhet. 9.* imò Damhaud. *in Enchir. pariũ, lit. M. verb. mulier philoſopha* dicit, quòd mulieres bonæ Philoſophis poſſint comparari, quia raræ ſunt, quodq; in toto corpore Iuris ciuilis, non potuerit mulierem bonam inuenire, niſi in vna l. *mulier bona ff. de iure dot.* ſed dicit ibi, ſi bona, non eſſe epitethõ mulieris, ſed accuſatiui caſus, & propterea *§. ſeq.* dicit, quòd mulier herbæ malæ æquiparetur, vnde videtur ſentire *gl. in c. Nos nouimus 17. q. 2.* quòd ſicut nauigans ſubijcit ſe varijs periculis, nec proprio motu regitur, ſed ventis, ſic habens vxorem, vt per Tiraq. *in l. boues, §. hoc ſermone, n. 158. ff. de verbor. ſignif.* adde ſi placet

Fabian.

Iuſtinianum *in Tobiam verſ.12.& 23.* ibi ex S. Chryſoſtomo illuſtratur, & rurſus Damhaud. *in lit.V.verb.vxor,* in mundo nullam ait, beſtiam mulieri malæ eſſe comparabilẽ, (laus Deo igitur quòd ſatis morigeram & mei obſeruandiſſimam habeam, *Eccleſiaſt. cap. 26.* dicit: Gratia ſuper gratiam mulier ſancta & pudorata; vt bonam habeas vxorem, fac & permitte hæc duo vt impetret & imperet) & conſequenter ex ipſius dictis planè abſurdum videtur, quòd vxor præ viro honorari debeat, vt vitia præferantur virtutibus. Natura, inquit Seneca *de beneficijs, cap. 30.* glorioſa eſt, virtus & anteire priores cupit, & ita expreſſe determinat *l. 1. ff. de ſenat.* quòd maior ſit dignitas in ſexu virili, nam iuxta Poëtam:

Fœmina male genus turpes procliuis ad actus
Ni vir ſit cuſtos, ni pudor atque metus.

Ita vt dixerit Plutarchus lætum eſſe debere & officioſum mariti Imperium.

2. Ex prædeductis prefatum diuerbium virginibus accommodandum videtur, quandoquidem dictio, Dames, communis eſt, vt hic iuxta ſubiectam materiam applicari cenſeatur, cum imò & mulier de virgine dicatur, Alciat. *de verbor. ſignific. lib. 3. num. 21.* his igitur præ alijs, ſiue etiam præ viris, honor deberi videtur, ſi verè virgines exiſtant, quippe veteribus vocula, Virgo, à virtute originem trahere, vt ex ipſo nomine ſe admoneri cognoſcant, ſic Fulgentius refert *epiſt. 3. ad Probam*, Virginitas eſt dos puellæ prima & potior, Fichard. *conſil. 33. num. 3. volum. 1.* ſed cum & virgines ſint in multiplici differentia, Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 2. num. 55. ibi & in ſeqq.* quibus debeatur laureola, & quæ Agnum ſequantur, vbi & illa virginitas, quæ corpus tuetur, ſed mentis cuſtodiam non habet, eſt odibilis ac innixa Deo, nec virtus dicitur, ſed fatuitas appellatur, ſicuti dictum eſt de quinque illis ex Euangelicis decem virginibus in Euangelio, adeo autem laudabilis eſt virginitas mentis, vt maneat illæſa etiam corpore vitiato, quia virgo proſtitui poteſt, adulterari non poteſt, corpus mulieris non maculat violentia, ſed voluntas *cap. 1. & cap. tolerabilis & ſeqq. 32. quaeſt. 5.* ibi & eſt pulchrum *cap. ſi Paulus Apoſtolus,* & in capitulo propoſito refert S. Auguſtinus hiſtoriam Lucretiæ nobilis matronæ Romanæ violenter ſtupratæ, qui ſunt pulcherrimi textus ad noſtrum propoſitum, quippe ſenſus ſine conſenſu non maculat, patitur magis quàm agit talia perpeſſa, quapropter virginitatis meritum & honorem omnibus virginibus indiſtinctè applicare non audeo, illas enim imprimis perijſſe conſtat, inquit Publius, quibus perijt pudor, quid enim virginitas inani ſpecie iactatur? verum nimis hodie illud Plinij *lib. 3. epiſt. 20.* quæ cuique eadem honeſtatis cura ſecreto, quæ palam & Seneca *in Agamem.*

Periere mores, ius, decus, pietas, fides.
Et qui r. dire, cum perit, neſcit pudor.

adeo vt S. Hieronym. *in cap. ſi Paul. 32. q. 5.* audacter dicat, cum omnia poſſit Deus, ſuſcitare virginem non poteſt poſt ruinam.

Quo autem pulchriores, eò magis periculis expoſitæ ſunt, magno cum periculo dixit Publ. cuſtoditur quod multis placet, idem, formoſa facies muta commendatio eſt, ſed vt Propertius dixit: 3.

Formoſis leuitas, ſemper amica fuit.

Quæ autem conſideranda, vt mulier dici poſſit pulchrà, vide Neuizan. *in Sylua nupt. lib. 2. num. 93.* & Chaſſan. *in Catal. Gloriæ mundi, conſid. 22. p. 2.* amantes verõ de forma iudicare vix poſſunt, quia ſenſus oculorũ premit

Digitized by Google

premit amor Fab. 7. *cap.* 3. pulchritudo ſedulo cuſtodienda, formam pudor honeſtet inquit Curt. *lib. 6.* quandoquidem teſte Poëta:

Lis eſt cum forma magna Pudicitiæ.
Sed:
Faſtus ineſt pulchris, ſequiturq; ſuperbia formam.

Pulchritudo namque prouocat animos & permulcet intuentes, quin & amor dicitur amantem ad pulchrum ducere, & ſic quidquid eſt amabile, eſt appetibile, & omne appetibile eſt bonum verum vel apparens & conſequenter, omne pulchrum eſt bonum, ita vt propter hanc & Reges electi fuerint, vti exornatur apud Cæuall *in ſpecul. com. opin. q.* 248. *num.* 6. *& ſeqq.* vbi & infert, ſi formoſus Iuuenis nubat mulieri nobili & diuiti ſed tamen rugoſæ, quod licet ille ſit pauper nō dicatur mulier nubere indigno, quotuplex autem ſit pulchritudo & quomodo probetur tradit Borel. *in ſum deciſ. lib* 2 *tit.* 2. *nu.* 242 *& ſeqq.* facit autem Gerſon differentiam inter pulchritudinem, formoſitatem & decorem, quod pulchritudo conſiſtat in colore, formoſitas in figura & decor in viuacitate, de quo latius Gailer *in nauicul. fatuor. turba* 71. pulchrum igitur quod eſt, pulchre cuſtodiatur, alias iuxta Iuuen. *Satyr* 6. forma animo corrupto & ſuperbo, plus aloes quam mellis habet, & fit quod S. Hyero *contra Iouinia.* de forma muliebri tradit, eam Celare difficile, cuſtodire in moribus improbis impoſſibile eſſe, nam neceſſitas inuida caſtitatis eſt cuſtos; perſuaſionibus autem ſeducta & deflorata vel virum vel dotem petet, iuxta *cap.* 1. *de adulteriis.* & ita ſeruatur quod tantum ad vnum teneatur ſtuprator Gutierrez *in quaeſt. cano. lib.* 1. *cap.* 27. ampliatur per Karpzoui. *p.* 4. *cōſtit. ſaxo.* 27. *def.n.* 4. quod & viduam honeſtam ſtuprator dotare teneatur, ſic vidi iudicatum & ita quoque docet Zypæus *in conſult. Canonicis ad Conſ. Trid. lib.* 5. *de defloratore, raptore & damno, conſult.* 2. quod ſtuprator viduæ honeſtè viuentis, eam propter honeſtam famam ducere vel dotare teneatur, etſi non ita violenter præſumatur ſeducta vti virgo, quodque alias pœnæ ſtupratorum viduarum non ſint in vſu, neque virginum voluntariarum. Sed & notandū illud Apul *apol.* 2. dū inquit. omnibus mulieribus hęc ars vſitata eſt, vt cum aliquid eiuſmodi vellē cœperūt, malint coactę vel ſeductę videri, tamen cenſetur ſeducta iuxta illud.

Scilicet iſta fuit veterum natura virorum
Fallere fœmineum credula corda genus
Credula res amor eſt.

Neſciunt enim, quia iura ignorare præ- 4.
ſumuntur, quod verba honoris non obligent, per DD. allegatos in Magero. *de aduocatia armat. cap.* 18. *num* 226. *& ſeqq.* innocens autem facile credit. *c. innocens* 22. *q.* 4. facile igitur hodie decipitur vt ait S. Hiero. *Epiſt.* 25. *ad Pamoch.* Amicus praua quoque recta iudicat, & charitas non cogitat malum *Corinth* 15. vt S. Chryſoſto. interpretatur, non ſuſpicatur quidquam mali aduerſus eum qui diligitur, recte igitur Poëta:

Fallere credentem haud eſt res operoſa puellam
Gloria ſimplicitas digna fauore fuit.

O bonæ conſcientiæ, inquit Fab. *declamat.* 19. in cauta ſimplicitas, credulitas ait Plutar. captu facilis, præſumptionis autem iſtius, quod perſuaſionibus vel inductionibus ſeducta ſit, hæc vis & effectus eſt, vt onus probandi, aduerſario alleganti virginem vel vltro voluiſſe vel petijſſe, incumbat, magis enim verecunda cenſetur, quam vt talia contra ipſam præſumi debeant, imo Ignatius Lopez. *infra allegatus,* hæc formalia

Digitized by Google

dicit quod vere nulla mulier, quamuis corrupta, niſi rogata veneri cõſentiat, ſeducta, igitur cenſetur etiamſi leuiter fuerit rogata, nam ſi importunis precibus fuit adducta, tunc ad effectum præſtationis dotis dicitur coacta *l. 1. §. perſuadere ff. de ſeruo corrupto*, vbi perſuadere vel compellere æquiparantur, adde Hering. *de fideiuſ. cap. 8. n. 23. & ſeqq.* quo fit, vt qui virginem blanditijs & amatorijs verbis ad ſtuprum perduxit, non minus quam ſi eam violẽter ſtupraſſet, puniatur, *l. vn. C de rapt. virg* pœnã tamen violenti ſtupri nõ vidi hoc caſu inter plebeios, ſed quandoque per illuſtres inter plebeios practicatam, tamen quo ad plebeios etiam prius dictũ de perſuaſionibus reipſa interueniſſe dici poterit Crauet. *conſ.* 192. *nu.* 12. quem refert & ſequitur Munnoz. *de ratiocinijs, c.* 19. *n.* 63. ita in terminis dotationis ſiue quod tũc puellæ omnino & à maioritate rationis dotem debeat, tenent. DD. allegati in Lopez. *d lo.* & dicitur communis, licet ei reuera violentia non fuerit illata, ſed quod ſit ſpontanea venditio proprij honoris, quando auro & muneribus inducitur docet Scac. *de ſent. & re iudic. gloſ.* 14. §. 21. *n.* 57. vbi ſunt tenentes, quaſi tunc per vim eſſet cognita Menoch. *de arbitr. caſ.* 360. vide *infra de muneribus*, de effectu & operatione pecuniæ. neque prædictis obſtat quod tradit Ouid.

Caſta eſt quam nemo rogauit.

5. Quia præterquam hoc æquiuocum eſt, in iure noſtro præſupponi non poteſt nec debet, ſed potius ea capienda eſt præſumptio, quæ eſt delicti excluſiua, etiamſi pleraq; copiã ſui facerent, tamen in ſpecie cõtra hanc & illam ſinAbiè præſumi nõ poteſt, ſed potius ſuſtineat, quidẽ Contr Ouid.

At peccant aliæ matronaq; raro pudica eſt.
Quis prohibet vas ionomen ineſſe meum?

Idem:

Ante ait moriar quam ſit tibi copia noſtri.

Et alio loco:

——— ——— *Neq; enim quod Paſtor iniquè*
Geſſerit, Eccleſia ſua eſt in damna refundi.

Quippe & pluralitas rerum & perſonarum præſumitur quãdo agitur criminaliter & ad pœnã. Barboſa *tr. axio. iur. vſufreq. axio.* 179. *n.* 10. vt delictum huius vel illius Puellę non præſumamus, *arg. l. merito ff. pro ſocio*, cũ quilibet caſtus, ſobrius & bonus præſumatur *cap. vn.* vbi Panor. *de ſcruti. cap ſi forte ibi gloſ. de elect. in 6.* quemadmodum autem caſtitas ſummo honore eſt proſequenda, ita è contra impudicitia ſummopere deteſtanda eſt Vaſq. *de teſtatoris potentia l.* 1. §. 7. *n.* 38. vbi & an lex & qualis, imponens priuationem lucri filiæ contrahenti matrimonium abſque cõſenſu Patris, valeat, effectus igitur ille eſt, quod hic non ſubintret illa DD. opinio diſtinguens, quod ſi quis deflorat virginem voluntariam, non teneatur eidem ſatisfacere in conſcientia Syluester *in ſum. verb. luxuria verſ. quando quæritur*, præſumptione in contrarium militante, quod nõ fuerit adeo voluntaria, vt nõ potius ſeducta cenſeatur, vnde illa Syluestri aliorumque DD. opinio vix ad praxin deduci poteſt, propter difficultatem probationis, quæ etiam *d.* opinione ſtante requirit, vt vere conſtet virginem non ſeductam, ſed voluntarie fuiſſę defloratã, & ita Syluestri opinio declaratur apud Ignatium Lopez. *in pract. crim. Cano. tit. ſtupri cap.* 87. *nu.* 5. *&* 6. ibi & limitatur principalis doctrina, vt non veniat dotãda, ſi de pretio cum ipſa virgine conuentum foret, quia tunc ſola pretij præſtatione liberaretur ab onere dotandi, itẽ quod quis iam antea corruptã nõ teneatur in foro interiori dotare, vbi hoc limitat in vtroq; foro, ſi quis blãdis precibus & vehementibus perſuaſionibus. ¶ de verbo perſuadere vide Barboſ. *de diction.*

vſufreq

vſu ſeq. dict. 256.) puellam iam corruptam, quæ communi perſuaſione virgo reputabatur, induxit, & eam carnaliter cognouit, ex quo non vulgarem infamiam contraxit, hoc caſu dicitur nō excuſari, quin teneatur ſatisfacere boni viri arbitrio, ad damnū infamiæ ſua culpa contractum, ita dixit ſe ſæpius obtinuiſſe & perpetua memoria dignū, adde Farinac. *infra allegat*. §. *ſtuprum nu*. 90. & rurſus Karpzo. *p*. 1. *conſtit. ſaxo*. 22. *def*. 4. vbi namque virgo ſtupratori non cenſetur conceſſiſſe florem virginitatis decerpere, abſque facta ſpe de ineundo matrimonio. vnde & ſtupri & impregnationis facta confeſſio ſufficiens inditium eſt, ad iurandum de promiſſo matrimonio, vide Sanches *de matri. lib*. 8. *diſp*. 36. *in fin. & cap. atteſtationes de deſponſ. impub. quæ cum aliis allegat* Zypeus *in conſult. Trid. lib*. 5. *tit. de adulterio & ſtupro conſult*. 1. qui ibi dicit virgini probanti per vnum teſtem, ſibi promiſſionem matrimonialem factam fuiſſe, poſſe deferri iuramentum ſuppletorium, ſi ille teſtis integer fuerit, aut duo, etſi nō omni exceptione maiores, ſi autē nihil probatū fuerit exiſtimat Reum ob iuris præſumptionem, quæ honeſtam virginem vel viduā promiſſione huiuſmodi ſeductam cenſet, ſe purgare debere, vt iuratus declaret ſe per promiſſiones matrimoniales actricem non ſeduxiſſe.

6. Hinc nuper iuramentum purgatorium à quadam Puella ſtuprata delatum ſtupratori iniuſte recuſatum fuit, neganti autem ſtuprum, nō fuiſſet iuſte delatum, vti patet *in princ*. quod tamen apud Karpz. limitatur *defin. ſeq*. 5. caſu quo inditia & præſumptiones ſtupri ſufficientes adſint, an autem tales, merito iudicis arbitrio relinquendū erit, qui pro perſonarum, locorum & temporum qualitatibus & circumſtantijs hoc Iudicabit, ex Lopez vero ſimul colligitur ratio cur & viduæ idē præſtari debeat, vti ſupra ex Karpz. dictū fuit, quod ſublimitatur ſi actus ita occulto factus fuerit, vt nullam iacturā infamiamq́; in nuptijs paſſa fuiſſet, vel ſi mulier ipſa id patefecit, vel alias ſua culpa infamiā cauſata eſt, tunc enim ab omni ſatisfactione vir immunis cenſetur; quomodo autē dos ſit conſtituenda præter alios vide Couar. *de matrim. p*. 2. *c*. 6. §. 8. Menoch. *de arbitr. caſ*. 288. Wameſ. *tom*. 2. *conſ*. 583. *per tot & to*. 1. *conſ*. 49. ibi, quid in cōſtitutione dotis conſiderandū ſit, quodſi iam virū habeat, adhuc dotē conſtituendam fore cōtra Damhaud. tradit Modeſt. *Piſt*. 3 *q*. 127. vide tu Wameſ. *d. lo*. & diſtincte de prædicto & alijs caſibus apud Beſold. *in Theſauro pract. lit. S. verb*. Schwengerung/ late Farinac. *de delict. carn. q*. 147. §. *dos*, ibi pleniſſime, & quod ſuper quātitate dotis poſſit ſtupratæ deferri Iuramentum in litem Plot. *tr. de iurament. in litē*, §. 34. *n*. 1. *& ſeq*. vide quoq; Cacher. *deciſ*. 107. quid ſi Parentes Virginis ſtupratæ eandē ſtupratori in vxorē dare recuſent Couar. *in* 4. *decret. p. c*. 6. §. 8. *n*. 15. *alleg*. apud Farin. *d. loco* & pro affirmatiua Clarum §. *ſtuprum*, declaret tamē Menoch. quid ſi virgo ius ſuū remittat, ſed quod hoc ipſum non poſſit, ſi ſit ſub Parentibus vel tutoribus, tenēt DD. apud Lopez. à quibus diſſentit Nauar. hoc vti quotidianum, vide apud d. Lopez. vbi & addit, quod dos ſit conſtituenda iuxta facultates ſtupratoris & dignitatem ſtrupatæ, nam ſi diceretur quod iuxta facultates ſtupratæ vel Parentis eiuſdem dos conſtitui deberet, ſequeretur quod vel nullam dotē acciperet, ſi forte non haberet bona, quod abſurdum eſſe dicit, vel ſane exiguam, inſeruiui tamen contra quaſdam quæ non deceptæ, ſed alios deceperant, & ita recte martialis.

 Credo

Digitized by Google

Crede ratem ventis animum ne crede Puellis:
Namque eſt fœminea tutior vnda fide.

Fœmina amiſſa pudicitia inquit Tacit. *annal.*4. alia non abnuit.

7. Propterea multæ coniecturæ inferuntur, quibus virginitas non, ſed corrupta cenſetur Virgo Menoch *lib. 6. præſump.* 89. Marcel. Cala. *de modo articul. & proband. gloſ. vnica num.*1150. Pariſ. *vol.*4 *conſ.*160.*nu.*123. de vna ſuperius de dubijs dixi, & quod virginitas neceſſario allegari debeat, alias non præſumitur, vt ibi & ita declarari poſſet doctrina Menoch. *de præſ.* 89. indiſtincte dicentis, quod virginitas præſumatur, item contra aliam, cum pluribus rem habentem, vnique eorum vel præ cœteris diuiti ruſtico (qui negabat ſe vnquam cum illa rem habuiſſe) partum obtrudentem, aduocatum quoque egi, dixique mulieri, ſe ex hoc vel illo concepiſſe & grauidam eſſe aſſerenti non credi, Boër. *deciſ.* 299. *num.* 4. *& ſeqq.* adde Menoch. *de arbitrio caſ.*288. *nu.* 25. ſed tamen Ant. Fab. *in C. de probat. defin.*18. docet, quod credatur virgini dicenti ſe ab aliquo cognitam & ab eo imprægnatam, vbi plures allegat, ſed vide quia dicunt, quod credatur virgini, quod fuerit virgo, & ita actu conceſſo, corrupta vel defloratа, ſicuti Zypæus ſuperius allegatus, vbi conſuetudinem, quod mulieri in partus doloribus ſeu alias iuratæ credendum ſit quoad patris nominationem, declarat procedere, dummodo is fateatur vel conuincatur intra tempus partui idoneum cum ea commercium carnale habuiſſe *l* 3. *&* 4. C *de lib. agnoſc.* vbi & de iſta quæſtione, quando plures fatentur ſe cum actrice commercium habuiſſe, quis alat prolem, an tollatur obligatio deflorationis, vide ibi, & quomodo dotanda ſit ſtuprata, quæ poſtea maritum accepit docet Wameſius *tom.*1.*conſ.*49.*nu.*11. Porro ſæpe reſpondi iuxta Theſaurum *deciſ.* 3. vbi namque apparet, quod puella aliqua aſſerens ſe ex Titio prægnantem, poſſit deferre vel referre iuramentum & ibi Additionator teſtatur ita ſæpius Iudicatum, & contra Caualc. (qui alioquin præiuditia allegat in indice, docetq; Vaſq. *de ſucceßionum creatione lib.*2 §.20. *p.*4. *requiſitio*, 42. *ſub nu.* 239. quod filia extantibus maſculis ſtatuto excluſa, non ſtatim poſt mortem Parentum deducit dotem, ſed debet exſpectari tempus nuptiarum iuxta communem ibi relatam, ſed vide *infra de ſtatuto*) recte meo Iudicio reſoluit, ſtupratæ dotem petitam ſoluendam, & non eſſe exſpectandum tempus nuptiarum adde DD. allegatos, *n.*6. loquentes de pluribus rem cum muliere habentibus, cuiuſnam filius natus eſſe præſumatur, vide in caſu occurrenti præter Menoch. *de arbitr.* DD. tractantes materiam de filiatione, quomodo filiatio probetur latè Maſcard. Pacian. & Borellus *in ſum deciſ. lib.* 2. *titul.* 2. *num.* 92. & multis *ſeqq.* quo me remitto.

Ad quod lepide arriſit quondam Diogenes, cum ipſi natus à quadam meretrice porrigeretur dicendo, nō magis ſcire illam, an puer ſit Diogenis, quā Diogenes in ſpinis & tribulis iacens, ſciat quid eorum in ſpecie ipſum punxerit. quo caſu vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 288 nam tunc conuenit illud. 8.

Ex illo natum mater me dicit. at ipſe
Neſcio, nam certum quis poſſet ferre parentem.

Refert iſtum verſum Menoch. *de arbitr. caſ.* 89. de filiationis probatione, huiuſmodi enim perſonis plures admittentibus abeſt rubor verecundiæ, vt dicit *text. Iuris Canonici*, vt canes ad vomitum redeuntes

& ſues

& ſues ad volutabra luti, nam vbi ſemel recto deerratum eſt inquit Vell. *lib*.1.in præceps peruenitur,& vulgo dicitur,ſemel impudens,eum oportet impoſterum gnauiter eſſe impudentem, & refractis pudoris & reuerentiæ clauſtris, omnia patent omnibus, nec inducũtur ſed irrumpunt Plin. 2. *Epiſt.* 14. quod fieri vidi in locis,in quibus publica tolerabantur ſcorta, quæ autem dicantur meretrices latè explicat Royſius *deciſ*.4. *num*.112.*& ſeqq*.quibus damnum famæ non eſt iniuria, vt pulchre dicit *l.* 2. *C. vt intra certum tempus criminalis quæſtio* vnde tali à Titio ſe impregnatam dicenti non creditur ne quidem iuramento eius, ſi tamen conſtat habitaſſe meretricem cum eo,à quo dicit ſe cognitam, locus eſſe poſſet condemnationi fiduciariæ vel prouiſionali pendente lite, Ant. Fab. *in Cod.de probat.defin*.18. de partu ſuppoſitio & eius probatione late Farinac. *de falſ. & ſimul. quæſt*.150.*p*.10.*nu*. 239.*& ſeqq*. ſimilia autem de puella, quæ amore copiam ſui fecit, dici fas eſſe non puto, vnde male vulgo ſæpius talem meretricem vocari audiui contra *l. palam ff. de ritu nupt.* blanditia non imperio,inquit Publius, fit dulcis venus, vnde recte verſus.

Eſto procul lites & amara pericula linguæ
Dulcis erit verbu mollis alendus amor.

Et Claud. teſte non extorquebis amori, cætera extorquentur vi, amori non poteſt vis inferri, at blanditiæ ſæpe excluſæ, dicit Seneca nouiſſime recipiuntur, quod prece non poteſt,pretio expugnatur, eam autem mulierem infamem meretricemue non eſſe nec turpē perſonam, quæ vehemēti amore capta, amanti ſui copiam fecit, in terminis docet Menoch,*de arbitr. caſ*.328.vbi hoc ipſum aliquot rationibus firmat, ac alia inde infert,cuius rationes tamen non æque ſunt concludentes, cum mediante gratia diuina iiſdem reſiſti poſſit, amari quidem iucundum eſt,ſi curetur ne quid inſit amari, hinc.

Dulcis amor nobis,pungens ni ſubſit amarum.

Amor amorem nouit arefacere,plus Deum quam creaturas diligendo,tamen vix eſt ne tali verecundiæ quid decedat,licet eam non omnino eximat, negari autem non poteſt quod amoris intuitu multa ſint contra regulas iuris introducta Tiraq. *in l. ſi vnquam C.de reuoc.donat. in præfat.*& Coraſius *de iure ciuili in artem redigend.cap*.22. vbi caſus, quē audiui ita quoque deciſum; quod legata in minus ſolemni teſtamento relicta ſingulari amico debeantur, amor in puero dicitur eſſe pudor,in virgine rubor, in fœmina furor,in iuuene ardor, in ſe ne riſus, hinc Ouidius.

Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor.

Ratione igitur moderandus, & caſtus à Deo petendus, qui & laudatur apud Auſonium dum quærit:

Quænam ſumma boni? mens quæ ſibi conſcia recti,
Pernicies homini quæ maxima? ſolus homo alter.
Quis diues? qui nihil cupiat. quis Pauper? Auarus.
Quæ dos matronæ pulcherrima? vita pudica.
Quæ caſta eſt? de qua mentiri fama veretur.
Quod prudentis opus? cum poſſit,nolle nocere
Quid ſtulti proprium? non poſſe & velle nocere.

Ex dictis tamen recte infertur quod prædicta Puella non ſit meretrix, etenim ſæpe in eadem cum impudentibus peccata incidunt verecundi, niſi quod his ſua errata pudorem incutiunt, nō vt illis voluptatem adferunt, nullo enim ob turpitudinem dolore impudens afficitur Plutarch. *de vitioſo pudore in princip ferè.* & ita docet Beſold. *in Theſaur.pract.lit.H. verb. Huer/ nu*.66.meretrix enim à merendo dicitur, & quæ talis vide Gratianum *lib*. 1.*diſcept. forenſ. cap*. 135. 9.

 nu.4.

nu.4. & 5. vbi infertur quod filia, quæ ſe vni ſubiecit, non poſſit exhæredari, vide Petr. Rauen. *ſing.* 197. prius tamen redditur dubiũ ex traditis per Chaſſan. *in conſ. Burgund. Rubr.* 1. §. 5. *verſ. item etiã n.* 22. quid ſi ſe emẽdauerit vide in vtroque iura & DD. alleg. adde Vaſq *de ſucceſ. Creat.* §. 10. *num.* 608 & *ſeq.* & late Dombſperg. *de excep. adulterij, ſect.* 5. *cap.* 17. de exhæredatione filiæ & quomodo procedat, quid ſi ſit maritata adultera, an exhæredari poſſit, tradit quoque ibi, quin imo Gratianus *lib.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 213. *nu.* 31. & *ſeqq.* quicquid alij contradicant, ex communi dicit, requiri ad hoc, vt filia exhæredari poſſit, quod luxurioſe vt ſcortum viuat, quodque vnicus actus concubitus non ſufficiat, imo alij ibi adhuc plura requirunt, & quod indigno nubens hodie non poſſit exhæredari, & quid ſit luxurioſe viuere ibi explicat & contraria reſoluit, quę opinio ſi abſolute vera & in Germania practicabilis foret, (vereor ne in caſu ſtatuti ita obtineri poſſit) pulchra eſſet declaratio *ad* §. *ſi alicui ex prædictis Nouell.* 115. ſed vereor inquam ne admittatur hæc doctrina in ijs locis, in quibus filia abſque conſenſu Parentis nubens exhæredari poteſt, vti diſpoſitum reperitur in reformatione Iuliacenſi & in generali edicto de Anno 1534. §. Damit auch Ehliche & iterum An. 1556. qualia ſtatuta alibi plura licet admodum controuerſa ſint, & iuxta communem ſaltem Canoniſtarum opinionem non valere putentur, prout præter DD. alleg. in Gail. & Greuæo referũtur apud Vaſq. *de vlt. Vol. lib.* 1. §. 10. *de teſtatoris potentia, numer.* 610. & *ſeqq.* tamen ille pulchram pro huiuſmodi ſtatutis affert rationem, adde Zipæum *de iure nouiſ. titul. de ſponſal. numer.* 7. vbi quæ requirantur ad hoc, vt nubens ſine conſenſu parentum exhæredari poſſit, & diſſentit à Sanches ſuſtinente, quod omnes pœnæ per Concilium Tridentinum ſublatæ ſint, & ibi quod ad nepotes non extendantur pœnæ, qui & in *conſult. canon. ad Concil. Triden. titul. de ſponſalium vinculo conſult.* 12. agit de filijs fam: & minoribus ſine conſenſu parentum & tutorum matrimonium contrahentibus iuxta edicta Brabantica, & quomodo illa declarentur, & quando locum non habeant, ſicuti in cauſa nobilis Schvvantzbell, quæ abſque conſenſu Parentum Regio cuidam militi nupſerat, ac propterea iuxta priuilegium Comitatus Marchiæ, quod dicebatur approbatum in Camera Imperiali, à parentibus exhæredata erat, ſuſtinui Priuilegium imprimis loqui de bonis, & conſequenter legitimam non poſſe comprehendi, iuxta relata, *titul ſuperiori*, deinde illam nubere voluiſſe, at Parentes conſenſum præſtare noluiſſe, eſſe quoque vltra 25. annum, & ſic plena nubilis annis, ac ita ſententia pro illa concepta, ſed tamen cauſa poſtmodum tranſacta vel compoſita fuit; hoc inquam caſu, vbi tale ſtatutum viget, vix puto quod practicare poteris ſuperius relatam doctrinam Gratia. nam ſi filia nubens abſq; conſenſu parentum exhæredetur, maior eſt ratio quod non nubens, (vtique contra Parentum voluntatem) alteri ſui copiam faciens, nec releuat ſi dicas, quod pœnæ à maioritate rationis extendi non debeant, nam reſpondetur eius contrarium in terminis exhæredationis ex magis cõmuni demonſtrari *infra de rationibus*, neq; negari poteſt, quin ita faciendo inhoneſtè viuat, quomodo autem probetur, quod hæc vel illa ſit inhoneſtæ vitæ Alex *conſ.* 13. *nu. fin. vol.* 7 quia autem honeſtas & pudicitia eſt actus generalis,

ralis, ideo in genere probari poteſt per diuerſas ſpecies, & turpiter conuerſando, vidua autem quando dicatur inhoneſtè viuere cum illatis vide Pacian. de probat, *lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 19. *& ſeqq.* (an vero ſuper actu venerio interrogata teneatur veritatẽ dicere, dubiũ redditur per notata à Iacobo Lopez. *in pract. cano. cap.* 119. *verſ. vnde merito,*) quomodo autem probetur, quod quis inhoneſte viuat & quod inhoneſtæ mulieres poſſint expelli è vicinia tradit Peguera *deciſ.* 12. *& in addit ibi.*

10 Quinimo & lex explodẽda eſt, quæ ab honeſtate & bonis moribus aliena eſt Crauet. *conſ* 970. *n.* 12. nam in iure noſtro honeſtas non minus quam Iuſtitia attenditur, & de effectu honeſtatis Sebaſt. *Medices de ll & ſtatutis p.* 3. *q.* 8. ita vt faciens contra honeſtatẽ poſſit excommunicari, ac id tãtum nos poſſe dicimur, quod honeſtè poſſumus, *c. fin. de reſcript. in* 6. *cap. faciat homo* 22. *q.* 2. ſicut nec ea, quæ facta lædunt pietatem & verecundiam & exiſtimationem noſtram, ita vt ſerui pudicitia attentata iniuriam habeat, *cap. ſi quis, de pœnitentia diſt.* 1. ibi & quando pudicitia attentari dicatur, virginem autem magis decet pudorem gerere quam purpuram dixit: recte Plut. & Tertull. *lib. de Monomagia,* magis honorem refert lex nuptiarum inquit, vbi & habet pudorem, de verecundia & pudicitia, quædam pulchra in eodem Plutarcho *in lib. de vitioſo pudore*, vnde interrogita Pythias Ariſtotelis filia quis color eſſet pulcherrimus, reſpondit, qui per verecundiam ingenuus oboritur, quod refert Borellus *in ſumm. deciſ. lib.* 2. *titul.* 39. *num.* 138. vbi in præcedẽtibus notabilia tradit de pudore eiuſdemque effectu in iure, dicitque ex Platone, quod pudor eſt timor, ne mala putemus, ſi quid minus honeſtum facimus aut dicimus, quo in loco Marſilius Ficinus inquit, quod pudor eſt dedecoris & infamiæ timor, & Iuuenes facit turpia metuere, & honeſta quamuis ardua audacter aggredi, ex hoc curſu atque impetu animorum, inquit Cic. *lib.* 2. *quaſt. Tuſcul.* ad veram laudem atque honeſtatem illa pericula adeuntur in prælijs, non ſentiunt viri fortes in prælio vulnera, ſic etiam rubore verecundiæ facilius nos ad pœnitentiam reuocari dicit textus, *in cap. præter in fin. diſt.* 32. & pudorem ad fortiter agendum ingens addere calcar, vt ipſi Poëtæ atteſtati fuerunt, vnde Virgil. ait.

Tunc pudor incendit vires & conſcia virtus.

Item

Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito.

Puta in materia honeſti & boni, ſicuti enim verecundia laudabilis eſt in malo, ita & reprehenſibilis eſt in bono, erubeſcere enim malum, ſapientiæ, bonum vero erubeſcere, fatuitatis eſt.

Porro honeſtas vitæ in mulieribus adeo requiritur, vt quamuis alias virgo ſtuprata in vxorẽ duci aut dotari debeat, hoc ipſum tamen ceſſet, quãdo virgo eſſet vitæ vilis & minus honeſtæ, vti probat Gratian. *tom.* 1. *diſcept. forenſ. c.* 5. *nu.* 44. *& ſeq.* & adducit rationem, quod non dicatur commiſſum ſtuprũ, ex quo nec virgo nec vidua eſt, quodq; non dicatur honeſtè viuere, quæ habet mẽtem corruptam, licet corpore ſit intacta, quemadmodum nec virgo ſtuprata cũ alijs ſe poſtmodũ commiſcens dotari, imo nec propria filia luxurioſe viuens ali aut dotari debet, de quo Surdus *de alimentis tit.* 7. *q.* 4. honeſtas quoq; in viris requiſita magnę ſolet eſſe efficaciæ, de quo ſiue de legalitate & illegalitate perſonæ eiuſque effectu *ſupra de clementia & de dubiis* actũ fuit, quemadmodum

Digitized by Google

dum etiam docet Zaſius *lib. 2. conſ. 2.* quod viro probo & honeſto credi poſſit, quodque quilibet ſe honeſte gerere & verſari præſumatur, iunctis traditis per Coracium *de except. contra præiud. ſent. except. 49. num. 166. & ſeqq.* quod viro probo & honeſto credatur ſuper impedimento per eius iuramentum, relinquitur autem iudicis arbitrio, quæ ſit honeſta perſona & ſic admittenda, & quæ vilis & defectiua, & ſic repellenda, Alex. *in l. quæſitum ff. de re iudic.* Felin. *in cap. ex parte x. de reſcriptis* Menoch. *de arbitr. caſ.* 118. *iuncto caſ.* 90. cum declaratione Carocij *ibi in ſeq.* & præclare Senec. *lib. 4. de benef. cap. 12.* dignitatem honeſti deſcribens, eſt magna, inquit, in ipſo opere merces rei & ad alliciendas mentes, ingens potentia honeſti, cuius pulchritudo animos perfundit, ac delinitos in admirationem luminis & fulgoris ſui rapit.

11. Ille enim eſt effectus honeſtatis, vt candide dicat Cic. improbum eſſe relinquere honeſtatem propter vtilitatis magnitudinem, adde aliqua alia in Polianthea *in verb. honeſtatis & honeſte.* & Hybernico *in floribus DD. in verbo verecundia* ibi & illud Senec. quod recta ingenia debilitet verecundia, praua vero confirmet audacia, ſed multis hodie multa adſunt, præter honeſtatem, quoto cuique eadem honeſtatis cura ſecreto quæ palam, Plin. 3. *Epiſt.* 20. ſupplicarent forte quædam, ſi non magis famæ, quam conſcietiæ conſulerent, plures pudore peccandi inquit Senec. *Epiſt.* 83. quam bona voluntate prohibitis abſtinent, nam vt ait S. Ambroſ. *in Pſalm.* 118. pudor plerumque corrector eſt noſtri, materiam honeſtatis latius proſequitur præter alios DD. Schraderus *in §. iuris præcepta inſtit. de iuſt. & iure num. 2. & ſeqq.* vbi honeſtè viuere dicitur, qui eas actiones in vita exercet, quæ lege diuina, vel naturali improbatæ non ſunt, & in ciuilibus ſecundum mores illius populi inter quos degit, quod limitat niſi mores iuri diuino vel naturali refragentur, quodque ad id, quod inhoneſtum eſt, quis ſe obligare nequeat, ſed aliquis inhoneſtè viuens ex vicinia à locatore è domo expelli poſſit, & plura illata ibi. vnde Ariſto. *Rethor. lib. 2.* dicit pudere neceſſe eſt ob hoc mala, quæ exiſtimantur turpia eſſe, eodem modo quæ contra bonos mores ſunt, ea nos facere non poſſe exiſtimandum eſt, *l. filius qui ſicut ff. de condit. inſtit.* quod & admonuit Claudianus Honorium Imperatorem.

Nec tibi quod liceat, ſed quid feciſſe decebit
Occurrat, mentemque domet reſpectus honeſti.

Quia vt dicit Senec in Thyeſte *cap. 3.* vbi non eſt pudor, nec cura iuris, ſanctitas, pietas, fides, inſtabile Regnum, item de bonis moribus vide *ſupra de æquitate cap. 3.* & Petrum Gregor. de Republ *lib. 24. cap 8. nu. 8. & ſeqq.* vbi pulchris hiſtorijs exornat, quod Romani nihil contra honeſtum agere voluerint, & an honeſtum ab vtili ſeparari poſſit lucri ratione, quod tamen reuera honeſtum non eſt, ſicuti & legis ratio fundatur ſuper æquitate & honeſtate Lucas de Pen. *in l retractare num. 2. & 3. C ne fiſcus rem quam. ibi* & quod honeſtas conſiſtat in voluntate, modeſtia vero in conuerſatione, idem *in l mulieres, num 29. & ſeqq. C. de incolis*, de honeſtate & fornicationis effectu Hypol. *ſing.* 688. pulcher eſt caſus apud Caſtrēſ. *in l. 3. C. de inſtit. & ſubſt. n. 3.* vbi maritus inſtituit vxorē quouſq; honeſte & caſte vixerit, vitamque vidualem ſeruauerit, poſt mortem autem ei ſubſtituit Titium, hoc caſu, ſi mulier alteri nubat Titius ſtatim admittetur, & ita dicit ſe ſæpius conſuluiſſe, 12

Digitized by Google

luiſſe, adde Surd. *conſ. 44. num. 6.* vbi tamen tantum diſpoſitum fuit, ſi honeſtè vixerit, & determinat, quòd ſi inhoneſtè viuat, alter ſtatim admittatur, & memini me legere, ni fallor apud Sanchez *de matrimon.* ſi tantum iſta fuerit adiecta clauſula ſi mulier honeſtè vixerit, quod tunc nubendo alteri non dicatur inhoneſtè viuere, de clauſula vitæ ac morum honeſtate vide Barboſ. *tract. de clauſula vſufreq. clauſ. 183.* honeſtum vero an non ab vtili ſeparari poſſit, & quomodo, Zaſ. *in l. ſi vnus, §. ſed generaliter, ſub num. 13. ff de pactis,* item quòd honeſta cauſa turpem purget & ad ſe trahat vt valeat actus ex cauſa honeſta, idem Zaſ. *in l. generaliter, num. 25. & ſeq. ff. de verb. oblig.* ibi exemplificat, quæ autem honeſta ſint vel non, quædam videbis ſupra *de Adminiſtrat. Iuſtitia, cap. 9.* Nos, inquit S. Ambroſius, nihil omninò, niſi quod deceat & honeſtum ſit, futurorum magis, quàm præſentium metimur formula, nihilqúe vtile, niſi quod ad vitæ illius æternæ proſit gratiam, definimus, non quod ad delectationem præſentis, tantus enim ſplendor honeſtatis eſt, vt vitam beatam efficiant, tranquillitas conſcientiæ, & ſecuritas innocentiæ, quemadmodum & in Iure noſtro tanta eſt honeſtatis efficacia, vt ſiniſtram tollat ſuſpicionem, de quo Iaſon *in Auth. Iubemus, Cod. de iudic.* Interim nota, quòd concubitus extra matrimonium ita inhoneſtus & impudicus cenſeatur, vt eundem proferre lingua & aures ipſæ effari & reſpectiuè audire quaſi erubeſcant, vnde in inferiori Patria dici ſolet: Hy heft de Dochter beſchlapen / quando extra matrimonium eam defloraui, ſicut Putipharis, licet alioquin ſatis impudica, dum Ioſephum ſeruum inhoneſtè requirebat, dicebat ei vt ſecum dormiret, vt *in Geneſ. 39.* Scacc. *de ſentent. & re iudic. gloſſ. 4. quæſt. 21. num. 57.* & Marcell. Cala *de modo articul. & proban. gloſſ. vn. num. 449.* Sed quid prodeſt, inquit S. Leo *ſermon. 3. Quadrag.* honeſtatis formam præferens cultus exterior, ſi interiora ſordeant contaminatione vitiorum, quid proderunt, inquam, illa colloquia de rebus carnalibus, ſcurrilibusqúe nimis hodie communia, vt iam pudor cenſeatur ante matrimonium ignorare, quæ matrimonia & filij docuerunt, nullum amplius diſcrimen inter matronam multarum prolium matrem & virginem reperies, niſi quod ipſe concubitus conſtituit, in confabulationibus de rebus venereis vtrimque, linguæ certatur licētiâ, in quos pulchram inuectiuam inuenies apud Waſſenberg *in Scena vitæ humanæ c. 18. ſcena luxurioſorum*, ſed S. Paulus *1. Corinth. 1.* ait:

Corrumpunt bonos mores colloquia praua.

ideo monet Seneca: Turpia ne dixeris, paulatim enim per verba pudor deijcitur, vnde Germanicè dicitur ſchampar / ſchampare / quaſi gignentes ſcandalum, qui alijs præbent occaſionem ruinæ, ſie gebären Schand / Ioannes Geyler *in nauicul. fatuor. turba 71.* de cætero notabilia & curioſa aliqua de virginibus & virginitate vide apud Pacian. *tit. 2. de probat. cap. 2. per tot.* adde ſi placet Maſcard. *de probat. concl. 1410.* quo me breuitatis cauſa remitto.

Interim hic admonuero, vt cogitent pij 13.
Parentes, filias eſſe de genere eorum, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, niſi diligentiſſimè cuſtodiantur, & exercitijs ac laboribus occupentur, *cap. nunquam de conſecr. diſtinct. 5.* idcircò de puellis & earum educatione vide Gregor. Tholoſan. *de republ. lib. 15. c. 2.* Vicina eſt lapſibus, inquit S. Ambroſius *lib. 1. de viduis,* adoleſcentia, quia

variarum æſtus cupiditatum feruore calentis inflammatur ætatis, cauendum autem maximè Parentibus, ne facilè munera accipiant, *vide infra de munerum acceptione*, ratio autem prioris eſt apud Ouid.

Cedit amor rebus, res age tutus eris.

Vnde S. Hieroymus inquit: Semper aliquid boni facito, vt te diabolus occupatum inueniat. Nam:

——— *labor improbus omnia vincit.*

Item: Dij laboribus omnia vendunt. Laborandum nunc in hoc ſæculo, vt in alio quieſcamus à laboribus noſtris, iuxta S. Ioannem *in Apocal.* non igitur otiandum, nam

Otia ſi tollas periere cupidinis arcus.

Et rurſus:

Quæritur Ægiſthus quare ſit factus adulter,
In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.

hinc Itali dicunt: Donna otioſa non puo eſſer virtuoſa, Guicciard. Multam malitiam docuit homines otioſitas *Eccleſiaſt. cap. 33.* adde Petr. Gregor. Tholoſan. *de Republ. lib. 13. cap. 1.* Quemadmodum enim virtus ſecundùm Euripidem, per labores incedit, ita per otia vitium: Otium iuxta S. Ambroſium eſt puluinar diaboli, ſemper circumdant otia mentem, vide hoc latiùs exornatum in Polianthea *verb. Otij & Otioſitatis.* nam in re amatoria, cum hinc oppugnandi obſtinatio ſupereſt, inde reſiſtendi cura deeſt, non diu ſalua poteſt eſſe pudicitia Gueuarra *in Horolog. Princip. in proœm. ad Carol. V.* hoc vitium ſolum fugâ vincitur, Libido, inquit S. Auguſtinus *ſerm. 250.* fugiendo ſuperatur, vix artibus honeſtis pudor retinetur ait Tacitus *Annal. 14.* nedum inter certamina vitiorum, quicquam probi moris reſeruaretur.

14. Vt autem euitentur res venereæ, ipſum ſcelus antecedentia, vti eſt apparatus, colloquia, locus conſtitutus, conuiuia, oſcula, tactus euitentur neceſſe eſt, vt notat Gloſſ. *in l. 23. ff. ad L. Iul. de adulteris.* vnde & ille verſus:

Viſus & alloquium, tactus poſt oſcula factum.

Siue vt alter:

Viſus, colloquium, conuictus, oſcula, factum.

Præſertim in proſperis, quia

Luxuriant animi rebus plerumque ſecundis.

Aliàs quoque in cauſa criminali habui, an ſtupratæ contra ſtuprantem credatur, quod videbatur iuxta Doctores allegatos apud Heigium *lib. 1. quæſt. 39. num. 34.* Boër. *deciſ. 319. num. 7.* Viuium *deciſ. 157. num. 1. & ſeq.* & *deciſ. 242.* & cum mihi vti Aduocato, in cauſa Ruſtici accuſati de violento ſtupro virgini Nobili illato, allegaretur Farinac. *de indicijs & tort. quæſt. 43. num. 90. & aliquot ſeqq.* ego diligenter ponderatis ijs quæ ibi tradit ſcilic. ſtupratæ contra ſtuprantem cum adminiculis credi, & adminiculis hinc inde deductis & oppoſitis dictum ruſticum à tortura liberaui. Simile exemplum de attentata pueri pudicitia, & quod deficiente teſte factum fuerit, refert Borellus *in ſumm. deciſion. lib. 2. tit. 4. num. 13.* & de iuramento raptæ, an & quando ei ſtetur, Damhaud. *in praxi crim. cap. 97. num. 9. & 10.* an autem virgo eum, quem ſibi maritum dari petit, à ſupplicio liberare poſſit, vide Tiraq. *de pœn. tempor. cauſ. 56.* Viuium *in comm. opin. verb. Condemnatus.* negatiuam puto ego veriſſimam.

Propoſitam verò ſiue principalem quæ- 15.
ſtionem in terminis decidunt Doctores allegati apud Pacian. *d. loco num. 68. & ſeqq.* vbi tradunt, quòd & virgines & viduæ & cæteræ mulieres in menſa & itinere præcedere debeant, nec obſtant contra mulieres adducta argumenta, quia ex Damhaud. euincitur committi æquiuocationem & fallaciam in verbis, cum in Corpore Iuris reperia-

Digitized by Google

periamus, B. Virginem omnium Glorioſiſſimam, & præter alias ipſam Auguſtam, in honoribus nulli ſecundam, de quibus ſimilia dicere & grande nefas & morte piandum foret, ſicut & Plutarchus *de Mulierum virtutibus* ſcripſit libellum, quæ vel maximè grauidæ, honorari & coli debent, ne diſturbio mariti abortum faciant, nam non refert natam quis eripiat animam, an naſcentem diſturbet Tertull. *Apolog. 9.* iuxta *l. ſi quis, §. qui abortionis, ff. de pœnis.*

16. Igitur & mulieribus honor eſt deferendus in aſſurgendo, in via eis cedendo, & illas ſedibus præponendo, quod à Veturia Cariolani matre habuerunt, nam cum antiquitus nullus vel modicus honor, vſque ad tempora Veturiæ eis præſtaretur ſancitum fuit à Romanis, ob ingens beneficium Ciuitati factum per Veturiam, ne ingratitudinis arguerentur, mulieribus homines ſemper aſſurgerent, & in vijs cederent, Valerius Max. *lib. 5. tit. de gratijs.* Chaſſan. *in Catalogo gloriæ mundi, par. 2. conſid. 37. in prin.* vbi & quòd mulieres æquiparentur grauibus perſonis, quod ipſum etiam facit, ad honorem eis exhibendum *arg. l. optimam, Cod. de contrahend. ſtipul.* Chaſſan. *d. loco*, & latiùs *conſid. 31. & 41.* ibi etiam Reuerendiſſimæ, Clariſſimæ ac Dominæ vocantur, Tiraquell. *de ll. con. 5. num. 14.* & de varijs præeminentijs mulierum, in quibus eis deferatur, multa adducit idem Chaſſan *conſid. 29.* vſque ad *conſid. 41. p. 2.* vnde ſatis fundatum habes illud Diuerbium Francicum & Germanicum ſuperius relatum, alias etiam quis dubitat, plures reperiri præſtantes apud Pet. Greg. Tholoſ. *de Repub. lib. 7. c. 11.* vbi prius multa contra, poſtea pro mulieribus & in earundem laudem adfert, quo me remitto, ſicut & Albertus Imp. tria potiſſimũ genera hominum deamabat & venerabatur: Fœminas pudicitia illuſtres & claras; Clerum deuotum & religioſum; Milites ſtrenuos & fortes, Ioan. Criſpin. *in eius vita.* Verè multæ mulieres multis viris ſunt meliores, imò & vxor Domina dicitur *l. Pater, 38. §. 4. & l. 40. de legat. 3. l. Titia. 19. §. 1. ff. de ann. leg.* v. Cuiac. *lib. 3. obſ. 18.* & ſatis oſtendit Wern. *pract. obſ. lit. F. verb.* Frawen mulierũ appellatione omnem perſonam fœminei ſexus cõtineri, *l. pronũciatio, ff. de V. S.* ſicut & Chriſtus matrem ſuam, licet Virgo eſſet, mulierẽ appellauit *Ioan. 2.* & *1. Tim. 4.* vt mirum nõ ſit mulieri hunc honorem deberi, vt magis honorentur etiam ab ipſis viris, qui illas ſummo honore proſequi debẽt, multa ſiquidem cõmoda ſunt ob ſexus fragilitatem ipſis conceſſa Maſcard. *de probat. concl. 1080. §. 4. inſt. de SCto Tertul.* iunctis ijs quæ pro laude & dignitate mulierũ, præſertim iuxta hodiernam praxin adducit Mager. *de Aduoc. arm. c. 7. n. 210.* vbi & contraria diſſoluit, latius Tholoſ. *de Repub. lib. 4. c. 11.* commune autẽ vterq; habet Nazian. *orat. 31* Vnus, inquit, viri & mulieris Creator, puluis nunc vterque, vna imago, lex vna, mors vna, reſurrectio vna, ſed quia ſatis habuimus honoris & vanæ gloriæ, ob quæ fieri & practicari proh dolor videmus illud Poëtæ:

Fit via vi, rumpunt aditus dignosq; repellunt.

Propter nudã vmbram iuxta Boët. *de conſol.* ibi namque dignitates vmbratiles appellat, ibi monente Zaſ. *in l. cent. nu. 20. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* alter alteri deferat, quanto enim plus honoris alteri tribuitur, tanto ipſius honor, inquit, eſt ſolidior, imò omnia ad honorem & vanã gloriam tendentia homini Chriſtiano periculoſa ſunt, iuxta illud:

Forma, fauor populi, feruor Iuuenilis, opesq;
Subripuere tibi noſcere quid ſit homo.

 Nam

Nam homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis, & ſimilis factus eſt illis *Pſalm. 48.* Quippe multi famam, pauci conſcientiam verentur, & ferè ita eſt hodie, vt flocci fiat inſignis illa & merito in omne æuum practicanda gloſſ. relata à Crauett. *conſil. 516. n. 6.* Religionem inter Deum & hominem eſſe, inter Prælatum & ſubditum obedientiam, inter minorem & maiorem reuerentiam, inter Patrem & filium dilectionem, inter conſanguineos pietatem, inter Dominum & ſeruum ſeruitiũ, inter patronum & libertum obſequium, inter hominem & hominem officium, iſtius igitur Gloſſæ & huius verſus:

Viue memor mortis, paſcendis vermibus eſca
Vana fuge, & ſoli quære placere Deo

Veræ virtutis ſtudioſi ſimus, quæ radices agit & propagatur, cætera ficta & tanquam floſculi celeriter decidunt, ideo omnia & ſingula ad maiorem Dei gloriam referamus, nam iuxta S. Auguſtinum *in ſoliloq. c. 15.* Qui de bono ſuo ſibi gloriam quærit, hic fur eſt & latro, & ſimilis eſt diabolo, qui voluit furari gloriam ſuam, vnde S. Paulus abſit inquit de cætero mihi gloriari niſi in Cruce Domini mei IESV Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Fac idem mecum Domine, vt moriar tecum, moriar mihi ipſi & moriar mundo, vt reuiuiſcam tecum ab omnibus vanitatibus, vanaqúe gloria in ſanguine tuo emundatus, & vt tanto tutius illis moriar, in memoriam mihi quotidie reuoca aureum dictum humilis ſerui tui Franciſci: Nouerim me, nouerim te, illiusqúe Poëtæ:

Chriſte ſciant quæcunq; alij, mihi ſufficit æqua
Cognitioq; mei, cognitioq; tui.

Breuis quidem ſed perfecta oratio, omnia quæ ad ſalutem neceſſaria continens, petit enim vt Deum cognoſcat, & ſe, id eſt, Dei potentiam, ſapientiam, miſericordiam, & propriam orantis miſeriam, cognitio enim potentiæ generat timorem, cognitio ſapientiæ inducit ad cordis cuſtodiam & conſeruationem, cognitio miſericordiæ generat ſpem & amorem, cognitio propriæ miſeriæ generat humilitatem, vnde homini ita verè oranti nihil deerit, quippe timor facit vitare malum, cuſtodia, cor purum, amor ſollicitat ad bonum, humilitas autem eſt cuſtos prædictorum. Vt autem adhuc magis me cognoſcam, fac Domine vt monitum *Syrach cap. 5.* mente teneam & opore compleam, nec non quotidie memorem praxeos Roberti Sotouelli ſerui tui, hiſce verbis:

Quid fui Domine? quid ſum? & quid ero? fui nihil, ſum nihil, & ero fortè nihilo peius, fui conceptus in originali peccato, ſum plenus peccato actuali, & quis ſcit an ero condemnatus pœna gehennali. Fui miſerabilis in ingreſſu, ſum miſerabilior in progreſſu, miſerrimus ero in egreſſu. Fui ſperma fœtidum, ſum ſaccus ſtercorum, ero eſca vermium; cum nihil eſſem, fui ſine periculo damnationis, & ſine ſpe ſalutis; & iam ſum in ſpe dubia & graui periculo, ero aut ex re ſperata fœlix, aut ex periculi ſucceſſu infœliciſſimus: ſic fui vt damnari non poſſem, ſic ſum vt ſaluari vix poſſim, ſic ero vt in æternum damnatus aut in æternum ſaluus: Quid fuerim ſcio, quòd fui peſſimus, quod ſim neſcio, quia de gratia incertus, quid ero ignoro, quia de ſalute dubius. Quod fui Domine ignoſce, quod ſum corrige, quod ero dirige, dirige inquam à malo præterito, in bono præſenti ad præmium futurum.

TITV-

Digitized by Google

PARS ALTERA,

TITVLVS PRIMVS.

Juſtitia in Jurisdictione vulnerata.

CAPVT PRIMVM.

De Iuriſdictione quædam generalia, unde eiuſdem cauſetur confuſio, & quomodo hodie practicanda?

1. EQuidem neſcio, an plus ſit vitij in vſurpatione Iuriſdictionum, an earumdem confuſione, in vtroque autem video excellenter hodie peccari, & dominatum extendi. Hinc verè Thomas Morus:

Regibus è multis regnum cui ſufficit vnum,
Vix Rex vnus erit.
Regibus è multis regnum benè qui regit vnum,
Vix tamen vnus erit.

Prioris vero ratio allegatur à Cothmann. *volum.3.reſpon.47.in princ.* quod diſceptationis Iuriſdictionum cauſa pręcipua ſit, ſtudium ſuperbiæ & auaritiæ, quo plerique ad regimen ſublimius electi & euecti ducuntur, nihilq; magis in votis habent, quam vt omnibus imperent, præcellant, ac veluti dictatores ſuſpiciantur, honorentur, & adorentur, omniaq; ad ſuum molendinum, vt dici aſſolet, pertrahant. Rurſus qui regimen inferius tenent, ſorte ſua non ſunt contenti, ſed altiora cogitant, & in eo toti ſunt, vt Imperio Superioris ſeſe vel prorſus eximant, vel ab eo ſaltem in aliquo ſubtrahant, iure an iniuria, parum curantes, ſed in ſumma fortuna, vt inquit Barbarus ille apud Tacitum *15. Annal.* id æquius quod validius, & ſua retinere priuatæ domus, de alienis certare regiam laudem eſſe exiſtimant, ſiquidem, teſte Tacito *dict. loc.* cupido dominandi cunctis affectibus flagrantior, at quæſita ferro perbreuis poſſeſſio eſt, nec tamen vtriſque deſunt patroni, qui vel ad horum vel illorum nutum ſe inflectant, & veluti toti dominorum ſuorum gulam habeant, ac ius noſtrum ad ſuum placitum, & eorum, quibus inſeruiunt, commodum & vtilitatem detorqueant, vbi & Cothmann. *num.2.* iſtius quoque rei exemplum allegat, hinc conſtat, & experientia compertum habeo, vnius regimen in vna prouincia vel ciuitate plurium regimine potius eſſe, ſic & Monarchicum ſtatum cæteris meliorem, quemadmodum autem hoc ipſum apud pleroſque defenditur, ita & olim cognitum fuit Poëtæ dicenti,

Multos imperitare malum eſt, Rex vnicus eſto.

& comprobatur per Gail. *2.obſ.153.num.4. & 5.* & DD. communiter. Sic Romanos

geminos vnum non capiebat, quos vnum vteri ceperat & concluſerat hoſpitium, ait S. Cyprian. Saluberrimum, inquit Liuius *lib.3.* in adminiſtratione rerum magnarum eſt, ſummam Imperij penes vnum eſſe, quemadmodum Alexander Magnus Dario reſpondit, neque Mundum duos Soles, neque Orbem terrarum duos Reges admittere, quod & conteſtatur Iuſtinus *lib.12.n.43.* vnam coronam duobus capitibus non conuenire, multorum ſermone agitatum eſt prouerbium, Hotomann. *de feud. cap.28.* & ſcil. Criſpius ad Tiberium Imper. apud Tacit. *Annal.* inquit, eam conditionem eſſe imperandi, vt non aliter ratio conſtet, quam ſi vni reddatur; omnem poteſtatem, inquit Tacitus *1. Hiſtor.* ad vnum conferri pacis intereſt, ratio quoque adducitur in Peguera *deciſ.10. in addit.* latè Petrus Gregorius Tholoſanus *de Republ. lib.5. cap.3. & 4.* num Monarchia melior ſit & vtilior alijs generibus adminiſtrationum Rerumpublicarum, & dicit illam eſſe arduam quæſtionem, & ſemper agitatam, ſed Principatum Monarchicum eſſe vtiliorem, vnde Thucydides ait, multitudinem imperantium plurimum nocere, & regimen eſſe nullum aut incertum, eumq; ſtatum, ſcilicet Monarchicum, optimum, antiquiſſimum, & ordini naturæ conuenientiſſimum, plerique tam Theologi, quam Politici docent, & euincitur aliquo modo ex illo vulgato Prouerbio: Viel Köche verſaltzen den Brey. Et illud Poëtæ:

Segnius expediunt commiſſa negotia plures.

2. Quocirca verè inquit Aſinius Gallus apud Tacitum *lib.1. Annalium*, vnum eſſe debere Imperij caput, vnius animo regendum, quod ipſum exornat latè Lipſius *lib.7. Polit. cap.1. & 2.* pro quo facit pulcher Textus, *in cap. in apibus 7. quæſt.1.* Et ex Philoſophorum ſententia comprobat Couarr. *practic. quæſt. cap.1. num.2.* Homerus *1. Iliad.* inquit, Bonum non eſt pluralitas principantium, illuſtratur in Barboſa *in cap. Moyſes, num.5. diſtinct.7.* quamuis Vaſquius *lib.1. contro.21. num.34.* nocentiſſimum putet vnum eſſe totius Mundi dominum per rationes ibi allegatas, quas quoad Pontificem maximum nullatenus, immo ne quidem quoad Imperatorem concludere autumo, vtpote qui per ſuas poteſtates, illum, quem præſupponit defectum defenſionis, ſupplere & regere poſſet.

3. Interim, quia regnantes multi ſunt, & hodie etiam nimis notum eſt illud Ethnicum, ſi ius violandum, regnandi cauſa violandum eſt, videmus, & re ipſa quotidie experimur, iſtas Iuriſdictionum conflictiones & confuſiones adeo inualeſcere, vt non obſtantibus hinc inde concordatis & placitis, vitia ipſis remedijs ſemper ſint validiora, quare è re boni publici foret, ſi caſus competentes & controuerſi inter Iudices inprimis Eccleſiaſticos & ſæculares, ad tollendas diſcordias ſuo foro & Iudicio aſſignarentur, & qui tales, decideretur, ne detur anſa Diabolo, vt inter ipſos rixas incitet, inter quos pax vnica & vnanimis, ſummo ſtudio conſeruari deberet, Borellus *in ſumma deciſionum, lib.2. tit.35. num.171.* verum dicit, operatio iſta ad illos pertinet, Mundum quibus regere datum eſt, de quibus tandem coram ſupremo Iudice in diebus nouiſſimis exactam rationem reddere cogentur,

Digitized by Google

gentur, quo in loco non aderunt ſatellites, nec famulorum ordo, ſed æquales erunt ſine perſonarum acceptione, Iudicium ſummi Iudicis exſpectantes, nam quamuis finis & ſcopus Iuriſdictionis ſit ius reddere, & ſuum vnicuique tribuere, in quem finem diuerſa tribunalia, iudiciaque conſtituta videmus, de quibus dici poteſt:

Hic locus odit, amat, punit, conſeruat, honorat,
Nequitiam, pacem, crimina, iura, probos.

4. Qualitas autem tribuens Iuriſdictionem quomodo probetur, docet Cardinal. Tuſchus *litt. Q. concluſ. 18. & ſeq.* Verumtamen confuſæ Iuriſdictionis cauſam puto multiplicem eſſe, & quidem primam, quod illa aliter in ſcholis diſputetur, aliter illa practicetur, ad quod dum quidam Scriptores non ſatis reſpexere, grauiter lapſi ſunt, quandoquidem Iuriſdictionalia potius ex recentioribus conſuetudinibus & Imperij Conſtitutionibus, quam ex Legibus Romanis determinanda ſunt, Beſoldus *de Iuriſdictione Imperij, cap. 10. per totum. & in Theſauro practic. litt. B. num. 93. verſ. ſic commodè in verbis, Iuriſdictionis earum controuerſiarum deciſionem potius vſus, quam Romanæ leges, ſuppeditat*, quæ ſæpius à propoſito nobis ſcopo tantum diſtant, quam priſtinæ Reipublicæ ſtatus ab hodierno abſceſſit, idem fatetur Raudenſis *de Analogis, cap. 13. num. 4. in verbis, at vero inſpecto ſæculo noſtro*, cuius facies longe diſtat à facie ſæculi Romanorum, ſic in Magiſtratibus vrbium hodie multa immutata eſſe dicit Chriſtinæus *volum. 5. deciſ. 24. num. 36. & ſequentib.* vbi tamen quandam conuenientiam oſtendere conatur, prædicta latius proſequitur Knichen *Tractatu de iure territorij, in Epiſtola dedicatoria*, vbi & accommodatur.

5. Porro tam incertæ ſunt hodie de Iuriſdictione opiniones, conſuetudines & obſeruantiæ, quas vſus, neceſſitas, aut quandoque adulatio peperit, vt ſine magna difficultate expediri nequeant, & quemadmodum ad exſoluendas veteris Iuriſdictionis tricas Viglius putabat ab inferis reſuſcitandos veteres Iuriſconſultos, ita ad enucleandos hodiernæ Iuriſdictionis varios modos neceſſaria videtur pragmatica ſanctio Adami Keller *de offic. Iuridic. polit. 2. cap. 12.* Paurmeiſter & Matth. Stephani *de Iuriſdict.* Inter cæteros pulchrè de Iuriſdictionibus & earum Iudicijs ſcripſit Knichen *de iure territorij*, ibi paſſim, Martha *Tract. de Iuriſdict.* & aliqua in Cardinal. Tuſcho *litt. I. de Iuriſdict.* & dicto loco Arnoldus Reyger *in Theſauro Iuris.* item Borellus *in ſumma deciſionum, tit. 41. & ſequent.* & vtrobique varij caſus & quæſtiones: Sicuti & in praxi caſus vtiles de omnimoda & baſſa Iuriſdictione & ſignis eius, & aliqua de Regalibus apud Beſoldum *in Theſauro practico, litt. L. verb.* Leben / in conſilio ſubiuncto, quem in caſibus occurentibus legiſſe non pigebit, iunctis traditis per Wehnerum, *practic. obſeruat. litt. Z. verb. Zent.* ibi quoque varia & notabilia quotidie in praxi occurrentia, *& in fine* vides, quod hæc materia magis in vſu practico & conſuetudinibus addiſcenda & practicanda ſit, hodierno vero tempore potius legionibus quam legibus Iuriſdictiones defenduntur: Confuſionis altera cauſa eſt, quod vſurpetur & exerceatur Iuriſ-

Digitized by Google

Iuriſdictio non competens, hinc oriuntur iſtæ controuerſiæ, quas tradunt DD. & quotidie controuertuntur de foro competenti, cum tamen Iuriſdictiones inter ſe diſtinctæ & ſeparatæ ſint, & vulgo notæ theoricæ, quod quis non debeat falcem immittere in alienam meſſem, neque ſe immiſcere rebus alienis, *L. culpa, ff. de reg. Iur. cap. quoniam, diſt. 10.* vbi cauetur, ne Pontifices rebus ſæcularibus implicentur, (ſed quomodo hoc, & titulus, ne clerici ſæcularibus negotijs ſe immiſceant, procedat, pulchrè & doctè explicat Raudenſis *de Analogis, cap. 39.*) quibus Princeps Politicus præeſt, nec è contra, *cap. Imperialem, diſtinct. 10.* ratio colligitur ex D. Thoma de Regimine Principum, *cap. 23.* ita vt vna poteſtas alteram poteſtatem iuuare debeat, Conrad. Lancell. *de iure publico perſonarum, hoc eſt ſtatuum omnium, lib. 1. cap. 1. §. 3. verſ. 1.* Ratio quoque colligitur in Zoanetto *tract. de Romano Imperio, num. 177.*

6. Priori caſu quæſtio in praxi ſæpe occurrit, de violata & turbata Iuriſdictione, de quo Weſenbec. *part. 1. conſil. 33.* Knichen *de iure territorij, cap. 2.* pœna autem violatæ Iuriſdictionis eſt, quod poſſit criminaliter puniri, Lucas de Penna *in l. 1. num. 39. in fin. Cod. vt nemo ad ſuum patr.* Menoch. *conſil. 230. num. 87. lib. 3.* Hondendedus *conſil. 95 num. 5. & ſeq. lib. 2.* prout vidi Iudicem quendam Latonicum, in ciuilibus cauſis notionem tantum habentem, Ciuis incarcerari, ex eo ſolum, quod vigore aſſumptæ Iuriſdictionis cadauer hominis, vti hic per dominos Vice-Comitem & Scabinos Alti-Iudicij fieri moris eſt, inſpexerat, deque vulnere ſeſe informauerat, qui tamen me aduocato non diu poſt dimiſſus fuit, neque enim pœna violatæ Iuriſdictionis locum habet, quando fit aliquis actus turbatorius ſine dolo & animo turbandi Iuriſdictionem, Innoc. *in cap. 1. num. 4. verſ. Sed tunc tantum, & num. 6. x. de offic. delegat.* Cephal. *conſil. 661. numer. 64. & ſequentib.* plures allegat Farinac. *pract. crimin. de crimine læſæ Maieſtatis, quæſt. 114. num. 110. & ſequentib.* vbi dicit, quod ſi turbans non prætendat ad ſe pertinere Iuriſdictionem, non dicatur turbare per aliquem actum turbatiuum, immo docet Hondended. *dict. conſil. 95. num. 55. & ſequent.* quod ſtetur iuramento turbatoris iurantis, quod animum turbandi non habuerit, dicitque id communiter eſſe receptum, alias criminaliter agi poteſt pro turbata Iuriſdictione, Gratianus *tom. 1. diſceptat. forenſ. cap. 154. numer. 1.*

Sæpe etiam fit iſta confuſio ratione prætenſæ conſuetudinis cognoſcendi (vide Card. Tuſchum *litt. C. conſuetudo circa Iuriſdictionem Eccleſiaſticam & laicalem, concluſ. 885.*) in cauſis Clericorum vel alijs ſpiritualibus ex tolerantia fortè immemoriali propugnata, quaſi Superiorum tolerantia, contra regulas Iuris faciat Ius in oppoſitum & licitum, quod alias erat illicitum, iura & DD. allegat Raudenſis *de Analogis, cap. 39. num. 147. & ſequentib.* vbi de tolerantia illa, quod officiales laici receperint contributiones à Clericis, & patientiâ ſeu tolerantiâ conſenſum induci aſſerunt DD. allegati apud Arnoldum Reiger *in Theſauro Iuris litt. P. verb. patientia,* & latius ibi: Verum in hiſce & ſimilibus cauſis præter tradita Maſcard. *de probat. concluſ. 225. num. 5. & ſequentib. & num. 11. & ſeqq.* quod quis cum mala fide in æternum 7.

Digitized by Google

num non præſcribat, neque contra *Papæ* vel Imperatoris ſuperioritatem, allegare ſolebam doctrinam Munnoz *de ratiocin. c.7. num.18. & ſeq.* quod vitium incapacitatis ne quidem tollatur immemoriali tempore, prout laicus incapax eſt cognitionis, ſuper prædictis ibi alia notabilia tradit, iuncta doctrina Bonacinæ, *de Cenſuris in Bulla Cœnæ contentis, diſput.1. quæſt.14. punct.1. propoſ. 2. num.6.* vbi ne quidem propter conſuetudinem immemorialem licet confugere ad ſæculares, & *d. diſput.1. quæſt.15. punct.4. §.3. propoſ. vn. & §.4.* quod Principes & Iudices ſæculares non poſſint prætextu conſuetudinis immemorialis ſe defendere vel excuſare, auocando à Iudicibus Eccleſiaſticis cauſas ſpirituales vel ſpiritualibus annexas, vel in cognitionem cauſarum Eccleſiaſticarum ſe intromittere, vbi hoc ipſum multis probat. Vide Couarr. *practic. quæſt. cap.31. num.2.* neque releuat prætenſa tolerantia, quia vti dicit Burgatius *tract. de irregularitate & diſpenſ. part.7. de tacita diſpenſatione, quod eſt cap. fin.* Eccleſia diſſimulanter multa tolerat, quæ per hoc non approbat, vide me *ſuprà part.1. tit.1.* de tolerantia & præter notata *inferius cap.5.* tradita à Paciano *de probat. lib.1. cap.29.* vbi axioma illud, Tacens conſentire videtur, explicando pleniſſimè tractat, an & quomodo tacens cenſeatur conſentire, vel non, ibi, & *num. 86. & ſeqq.* docet, quod Principes laici non poſſint conferre beneficia Eccleſiaſtica, ita vt nec præſcriptio immemorialis excuſet, ſi non apparet expreſsè de priuilegio Apoſtolico, nec iuuat tolerantia *Papæ* tacita, nam potius diſſimulare quam conſentire videtur rurſus *Pacian. cap.30.*

8. De prædicta regula: an tacens habeatur pro conſentiente, & quomodo per tolerantiam videatur *Papa* diſpenſare, diſtinctè docet Felinus *in cap. 1. num.11. x. de treuga & pace*, item *in cap. cum M. Ferrarienſis ſub num. 80. x. de conſtitut.* quod tolerantia non habeatur loco tituli, etiam in perſona, quæ poteſt tacitè diſpenſare, quodque actus conſiſtens in pati, numquam inducat diſpenſationem, ſic & docet Barboſa *in cap. denique, ſub num.4. diſtinct.4.* quod tolerantia *Papæ*, qui ſolum permittit, & non adprobat actum, non faciat eum licitum, ſic interdum quod quis permittit, non dicitur adprobare, per notata à Luca de *Penna*, *in l. omnes, num. 20. & ſeq. Cod. de Decurionibus*, faciunt, quæ tradit idem Barboſa *in cap. quia propter 42. x. de Elect. ſub num. 16.* quod ad inducendum quid contra Canones, requiratur ſcientia & expreſſus conſenſus *Papæ*, etiam quotocumque temporis ſpacio illud fuerit obſeruatum, vbi allegatur pulchra ratio, & procedit maximè, quando lex vel Canon continet decretum irritans, quodque conſuetudo non poſſit tollere incapacitatatem, & facit *cap. fin. de conſuetudin.* ad quod tamen reſpondet Raudenſis *dict. loc.* illud locum habere, vbi eſt ſola conſuetudo laicorum, ſecus vbi concurrit tolerantia *Papæ* & Eccleſiæ, quia Superiorum tolerantia contra regulas Iuris, facit Ius in oppoſitum, quod vtique de expreſſa tolerantia intelligi docet Barboſa, quia videmus ſæpe diu tolerata tacite fuiſſe reuocata, ſymbolizat autem hæc doctrina cum iſta vulgata Theorica, quod tacens quidem cenſeatur conſentire, non tamen in præiudicium ſiue detrimentum ſuum,

Digitized by Google

de quo aliqua memorabilia apud Roſenthal *de Feudis, cap. 9. concluſ. 77. & ſeqq.* Cardinal. Tuſch. *litt. C. concluſ. 752.* Menoch. *lib. 6. præſumpt. 99.* Bartol. *quæſt. 7.* vbi quoque pulchra quædam. Gratianus *lib. 1. diſceptat. forenſ. cap. 68. num. 16. & ſequentib. & cap. 336. num. 25. & ſeqq.* quod actus conſiſtens in pati, non arguat conſenſum, ibi, an diuiſio ſit actus poſitiuus, quod maritus retinens dotem vxoris non cenſeatur per hoc adire hæreditatem, item præſens & tacens, cur, & quando cenſeatur conſentire, & renunciare Iuri ſuo, vel non, pulchrè Caualc. *part. 1. deciſ. 33.* quam deciſionem vide, & nota in caſu occurrenti. Adde Vaſquium *de ſucceſſ. reſolut.* §. *5.* quæ præſumantur ex longo tempore, an mandatum, an patientia, &c. latè de prædicta Theorica Iaſon *in l. quæ dotis, ff. ſolut. matrimon.* & aliquot declarationes tradit Riccius *part. 4. Collect. 1040.* Caſtilio *de vſufructu, cap. 2. num. 101. & ſequentib.* & præter Doctores *in l. ſicut, §. non videtur, ff. quibus modis pign. vel hypotheca ſolv.* Vide Pacianum & Maſcardum, *de probation.* Ex quibus multos caſus reſoluere, & declarare poteris, vereor tamen, ne non tales poſſint ſe fundare in poſſeſſorio, allegantes id ſe feciſſe ex priuilegio Pontificio vltra tempus immemoriale, quod non eſt merè ſpirituale, vt eſt cognitio ſuper hæreſi, ſimonia, &c. nam hoc modo planè eſſet incapax, Butr. Imol. & Abbas *in cap. cum Apoſtolica, de his quæ fiunt à Prælat.* Lambert. *de iure patron. lib. 1. part. 1. artic. 3. quæſt. 10.* Adde tamen tradita inferius *cap. 5.* nam & Raudenſis *dict. cap. 39. num. 142.* docet, poſſe ad aliquem pertinere poteſtatem ſeu Iuriſdictionem tripliciter: Primò ex ſe, ſecundò ex vſu, tertiò ex priuilegio ſeu conſuetudine, qui ibi & *per totum caput hoc* id inducit pro Clericorum Iuriſdictione, vide *ad eum*, quia docta ſunt, & latè de Iuriſdictione in varijs caſibus, Tepat. *in Compend. deciſion. tit. 133.*

9. Non minus frequens eſt Iuriſdictionum confuſio in quæſtionibus facti & Iuris, de quo infrà *de Quæſtionibus*, item in cauſis quæ dicuntur mixti fori, item indiuiduæ, prorogatæ, ac præuentæ Iuriſdictionis, vel etiam quando omnino negatur, de quibus vide *in ſequent. capit.* hoc interim addidero, etiam hodie, ob territoria vi inuaſa, Iuriſdictiones mirabiliter confundi, ſed ſciendum, quod vi occupantes territoria non acquirant Iuriſdictionem, Schvvanmann. *obſ. Cam. 9.* ibi hoc ipſum præiudicijs confirmat, adde *obſ. ſequent. 10.* an occupans territorium iuſto titulo, Iuriſdictionem in ſubiectis exercere poſſit, & de Ciuitate quæ metu coacta Tyranno fidem dedit, Colerus *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. num. 344.* adde notata per Doctores *ad leg. decernimus, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Si Princeps autem fiat Tyrannus, quale remedium ſuperſit, tradunt Politici; orationem in medium adducit Soto relatus à Vaſquio *lib. 1. contr. 22. num. 6.* hiſtorijs vide exornatum apud Petrum Gregorium Tholoſ. *de Republ. lib. 7. cap. 17.* de inuaſis Principatibus per vim illegitimè, & de ambitione regnandi, eiuſque malis, & *cap. 18.* de occupata tyrannide per dolum, vbi de malo & effectu doli. Violenta, inquit Seneca, imperia nemo continuat diu, quod exornatur

Digitized by Google

natur apud eundem Gregor. Tholoſanum *de Republ. lib. 21. cap. 1. & ſequentib.* vbi & de ſignis & prodigijs hodie frequentibus, & *lib. 26. c. 7.* diſputat, num Tyrannus à quolibet occidi poſſit impunè. Nihil rerum mortalium tam inſtabile ac fluxum eſt, inquit Tacitus *lib. 13. Annal.* quam fama potentiæ non ſua vi nixæ, prædictis adde Beſoldum *in Theſauro practic. litt. H. verb.* Huldigung / *num. 7. verſ. notand. his & ſeqq.* quod domini antiqui non amittant poſſeſſionem ſubditorum, ſi ab alijs iniuſtè fuerint detenti, & de eorum voluntate appareat, Gail. *de Arreſtis, num. 22. & ſeq.* Ita ſi Papa, Imperator, Rex Franciæ faceret aliquam Ciuitatem fidelitatem ſibi iurare, cum ſua non eſſet, non valeret, & ita dicit concluſum fuiſſe in Camera, atque extenditur apud Gail. *2. obſ. 54. num. 8.* Et ratio prioris hæc quoque eſſe poteſt, quod ſubditi non poſſideant ius ſuperioritatis, ſed poſſideantur, nullam igitur poſſeſſionem in alium transferre poſſunt, Bartol. *in l. quod meo, ff. de acquir. poſſeſſ.* adde notata Doctorum *in l. fin. Cod. dict. tit.* quodque Regna & Prouinciæ mala fide occupata ex interuallo, ſemper recuperari poſſint, Vaſquius *de ſucceſſionum progreſſu, in præfat. num. 155. in fin.* quodque occupatores tales non habeant iuſtam poſſeſſionem, tradunt Doctores apud Magerum *de Aduocatia armata, cap. 9. num. 437. & ſeqq.* Adde tradita *num. 422. & ſeqq.*

CAPVT II.

De ſummi Pontificis Iuriſdictione, & vtroque gladio, & inde illata in praxi.

De ſummo Pontifice, eiuſdem poteſtate & Iuriſdictione, tam varij ſunt variorum Tractatus, vt oleum & operam videar perdere, ſi quid addere velim rei iam antea ſatis demonſtratæ, vide tamen allegatos apud Barboſam *in cap. cuncta 9. quæſt. 3.* quod Papa ſit ordinarius ordinariorum, & concurrat cum omnibus ordinarijs, habeatque pro propria Diœceſi totum orbem, puta in ſpiritualibus, Abbas *in cap. vergentis, de hæret.* alias expreſſe decernit Concilium Tridentinum *de Reform. ſeſſ. 24. cap. 20.* primas cauſas per locorum ordinarios cognoſcendas terminandaſque eſſe, ac proinde prius dictum, puta quod Papa concurrat cum omnibus alijs, poſſet accipi de abſoluta & plenaria poteſtate Papæ, non de ordinaria, vt in caſibus relatis per Caualc. *part. 2. deciſ. 4.* colligitur, vbi & de illa Theorica, quando ſuperior manus appoſuit, Iudex inferior non poteſt ſe intromittere, & quod Papa habeat dominium in vniuerſali bonorum Eccleſiæ, non vero in particulari, vide *ibi.* Quocirca ſubiungam tantum, quæ potiſſimum ratione confuſionis Iuriſdictionum in praxi occurrere vidi, dum aliqui ſcilicet Acatholici vtrumque negant gladium, Catholici vero omnes gladium ſpiritualem agnoſcunt, aliqui vero temporalem negant, aliqui vero concedunt, ſed eiuſdem exercitium in rebus ſæcularibus non admittunt: Inprimis igitur vide Doctores pro 1.

Digitized by Google

& contra allegatos apud Cœuallos *in Speculo commun. opin. quæſt. 339.* vbi pro opinione negante gladium temporalem, adducuntur duodecim fundamenta, & multi inſignes Doctores, quibus adde relatos à Magero *de Aduocatia armata, cap. 9. numer. 157. & multis ſequentib.* vbi inter cætera quæritur, an Imperator Romanus teneatur Pontifici iuramentum ſubiectionis præſtare, item an Imperium authoritate & beneficio ſummi Pontificis ad Germanos tranſlatum fuerit, & quemadmodum, reſpectu poſterioris quæſtionis ibidem, pro & contra grauiſſimæ adducuntur authoritates, ita quoad priorem quæſtionem negatiua defenditur hoc fundamento, quod Imperator ſit ſupremus omnium, & in temporalibus nemini ſubditus, ne quidem Papæ, niſi in ſpiritualibus, ideoq; dicitur ibi, quod Imperator in temporalibus præſit etiam omnibus Eccleſiaſticis perſonis quibuſcunque. Et ex Couarr. *in cap. peccatum, p. 2. §. 7. num. 7. de reg. Iur.* dicitur ſalua Eccleſiæ Catholicæ definitione, Romanum Pontificem nec actu nec habitu vniuerſi orbis, ne quidem in ipſos Chriſtianos, temporalem habere Iuriſdictionem, niſi quatenus ea eſt ad ſpiritualis Iuriſdictionis & poteſtatis vtiliorem & faciliorem vſum, adeo vt Papa non habeat niſi Iuriſdictionem in temporalibus, in ordine ad finem ſpiritualem, Sotus *de Iuſt. & iur. lib. 4. quæſt 4. art. 1 & 4. ſententiarum quæſt. 25. quæſt. 2. art. 1.* Card. à Turrecrem. *lib 2. ſumma de Eccleſia c. 113. & ſeqq.* Bellarm. *1. tom. contr. p. 3. lib. 5.* & allegati per eoſdem, & quidem apud Vaſq. *de ſucceſſionum progreſſu in præfat. num. 155. & ſeq.* quod Iuriſdictio Eccleſiaſtica in temporalibus ſit à populo, in ſpiritualibus vero à Deo, & vtraque limitata ſubditorum vtilitate tenus.

Cui conuenit, quod An. 1338. ab Imperij Statibus & Electoribus decretum eſſe conſtat, Imperatorem neminem niſi Deum & enſem Imperialem recognoſcere, item an Papa habeat temporalem Iuriſdictionem in toto, vel etiam an poſſit exercere iuriſdictionem temporalem Imperio vacante, vtramq; eſſe arduam quæſtionem dicit Vaſq. *lib. 1. contr. 21. & ſeq.* vbi ſunt argumenta pro iſta negatiua & alia reſoluta, ibi & quod olim per Imperatores fuerint electi ſummi Pontifices, atque Imperium eſſe immediatè à Deo, vnde Ludouicus Bauarus Imperator declarauit Reos læſæ Maieſtatis omnes, qui dixerunt Imperium eſſe à Papa, prout refert Pacianus *lib. 2. de probation. cap. 35. numer. 34.* è contra à Pontificibus declaratum, Imperium eſſe ſuppoſitum Pontifici, vbi multa de Imperatore, quomodo deuenerit ad Germanos, item de Papa, Regibus & Ducibus, de altercationibus inter Pontificem & Imperatorem Fridericum II. extant verſus, primi ipſius 2.

Imperatoris:

Roma diu titubans longis erroribus acta
Corruit, & Mundi deſinet eſſe caput.

Pontificis:

Niteris incaſſum nauem ſubmergere Petri,
Fluctuat, at nunquam deſinet eſſe ratis.

Imperatoris:

Fata volunt, ſtellæq; docent, auiumq; volatus,
Quod Fridericus ego, malleus orbis ero.

Pontificis:

Fata volunt, Scriptura docet, peccata loquuntur,
Quod tibi vita breuis, pœna perennis erit.

Qui & *in cap. fundamenta, de Elect. in 6.* coluber tortuoſus iuſto Eccleſiæ iudicio reprobatus dicitur.

Hoc

Digitized by Google

3. Hoc enim proprium eſt Eccleſiæ, vt tunc viuat cum læditur, tunc intelligat cum arguitur, tunc ſecura ſit cum deſeritur, tunc obtineat cũ ſuperata videtur, & vt S. Chryſoſt. ait, Eccleſia impugnari poteſt, expugnari non poteſt, tela mittuntur, ſed eius murus non perforatur, machinæ præparantur, ſed turris Dauidica non eliditur, augetur religio Dei quantò magis premitur, Lactant. *cap. 19.* Nulla vis humana, inquit Seneca *contr 2.* diuinis reſiſtit, exornatur à Barboſ. *in cap. Conſtantinus diſt. 96.* vbi ait, quod affirmans donationem à Conſtantino Imperatore Eccleſiæ non eſſe factam, non procul ſit ab hæreſi, vide ibi DD. pro & contra allegatos, cuius & meminit Scaccia *de iudic. lib.* 1. *c.* 11. vbi & de vtraque Pontificis poteſtate latiùs agit, idem *de appellat. quæſt. 7. num. 75.* vbi declarat quòd Pontifex hanc habitualem iuriſdictionem nõ deducat vnquam ad actualem, vt ipſemet exerceat, niſi ex cauſa, vbi & *num. 77.* refert DD. affirmantes, Conſtantinum Imperatorem donaſſe Eccleſiæ vniuerſum occidentem reſeruata ſibi ſolum vrbe Neapolit. pro Camera Imperij, ſi hodierno tempore talis fieret donatio, proceres Imperij eam inualidam & nullam abſque dubio denunciarent, qui autem eam ſeu priorem validam dicunt, vtramque quoque poteſtatem facilè admittent & admittere debent, ratione verò prædictorum in cauſa maximè inter partes controuerſa ſuſtinui, quòd Iudex Eccleſiaſticus de cauſa ciuili, ex ſpirituali coram eo pendente, incidente, vt puta cauſa dotis ex matrimonio, cauſa hęreditatis ex natiuitate, hæreſi, &c. validè cognoſcat Vantius *de nullitatibus ex defectu Iuriſdict. ordin. num. 57. & ſeqq.*

4. Porrò opinioni neganti vtrumq; gladium eſſe penes Pontificem contradicit altera cõmunis, multis fundamentis propugnata à Cæuall. *d. loco num. 46. & ſeqq. vſq; ad fin.* adde Petrum Bertrand. *de orig. Iuriſdict. ſeu de duabus poteſtatibus,* item Raudenſem *de Analog. cap. 39.* vbi contraria reſoluit, & hanc ſequuntur Doctores allegati in Barboſ. *in cap. 1. num. 3. de probat. & in cap. ſolita, de maior. & obed.* plurimos Doctores allegat Borel. *in ſumm. deciſ. lib. 1. tit. de ſummo Pontifice 4. n. 3.* ibi & ſe remittit ad commentarium, quem de pontificia vtriuſque gladij poteſtate ſcripſit, & hanc plenitudinis poteſtatem Pontifici, in perſona B. Petri Chriſtus ipſe conceſſit, vt loquitur text. *in Clement. de ſent. & re ind. cap. Paſtoralis in fin.* & Scaccia *de ſent. & re ind. cap. 1. gloſſ. 1. quæſt. 1. num. 114. & ſeq.* vbi diſſolutis contrarijs docet, quòd Imperium & in ſpiritualibus & in temporalibus fuerit collatum Chriſto, & hæc poteſtas à Chriſto fuerit translata in Petrum, quo me breuitatis cauſa remitto, iunctis ijs quæ tradit *lib. 1. de iudicijs cap. 11. num. 5. & ſeqq.* quia non intendo hanc affirmatiuam vllatenus in dubium reuocare ita firmatam in Extrauag. vnam ſanctam *de maioritate & obedient.* extrauagantes autem authenticæ ſunt, dum practicantur, aliàs non, iuxta Baldum *in proœm. decretalium*, & ſatis multa pro hac ſententia allegat Barboſa *in cap. quoniam, diſtinct. 10.* & ibi remiſſiuè.

Ad noſtrum propoſitum tamen modificanda erit hæc affirmatiua opinio, quod 5.
ſummus Pontifex in proprijs terris gladium vel poteſtatem ſæcularem habeat actu, in terris verò Principum ſæcularium tantum habitu, & aliàs puto affirmatiuam veram, quòd Papa vtrumque gladium habeat, quo ad ius poteſtatis, non verò quo ad exerci-

tium poteſtatis, cum aliorum Iuriſdictioni non intendat præiudicare, *cap. per Venerabilem,* & *cap. cauſam,* qui filij ſunt legitimi, *cap. Nouit, de iudic. cap. ſoluta de maioritate & obedient.* & paſſim DD. hinc fieri poteſt talis concluſio, quòd Papa ſit Imperatore alijsque Principibus in ſpiritualibus, non verò in temporalibus, ſuperior Sotus *lib. 4. de Iuſtit. & Iure, quæſt. 4. art. 2.* & proinde declarari poterunt iura dicentia, Papam Imperatore alijsque Principibus eſſe ſuperiorem, atque ab illo pendere, vt vera ſint in ſpiritualibus, non verò in temporalibus, Decius *in d. cap. Nouit, num. 59. & ſeqq. x. de iudic.* ac ita dicit Alciatus *in l. placet, Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* quòd Papa habeat poteſtatis plenitudinem in ſpiritualibus, non autem in temporalibus, pro quo faciunt *cap. Quoniam, diſtinct. 10. cap. cum ad verum,* & *cap. ſi Imperator, diſtinct. 96.* de poteſtate vtraque ſpirituali & temporali agit Couarruuias *in regul. peccatum. par. 2. de regul. iur. in 6.* more ſuo doctiſſimè; & hoc modo & ſenſu cæteris paribus, in praxi defendenda venit opinio negatiua apertè canonizata, quod tunc eſſe dicitur, quando eſt poſita in canone, Petrus Gerhardi *ſingul. 28. num. 3.* ex conſequenti tamen Papa habet poteſtatem ſæcularem, in quantum eſt neceſſaria ad conſeruationem rerum ſpiritualium, ad directionem hominum, ad ſalutem æternam, & correctionem peccatorum, ſic in effectu tenet Cæuall. *d. loco, num. 72. & 78.* dum dicit, quòd & Iure Diuino ſint diſtinctæ temporalis & Eccleſiaſtica Iuriſdictio, vt procedat, quoad actum & exercitum, non verò quoad habitum, hoc enim caſu non ſunt diſcretæ nec ſeparatæ iuriſdictiones, ſed reſident penes Papam virtualiter & eſſentialiter, habetque Papa Iuriſdictionem temporalem in ijs, quæ ad regimen & ſalutem animarum pertinent.

Hiſtoriam refert Menoch. *de arbit. caſ. 401. n. 27.* quòd Gregorius VII. Pont. Max. Henricum III. excommunicauerit, & Imperatorij muneris dignitate priuauerit, quia Sacerdotia venalia habuerat, ſubſtituto eidem Rudolpho Saxone; aliud exemplum refert Petrus Gregor. Tholoſan. *lib. 7. de Republ. cap. 2. de ſummi Pontificatus principatu ſub num. 5.* vbi & quod vtroque gladio vti poſſit Pontifex, dum redundat abuſus poteſtatis ſæcularis in impugnationem fidei & blaſphemiam Creatoris, & in manifeſtam poteſtatis Eccleſiaſticæ iniuriam, tunc enim Eccleſiaſtica poteſtas habet dominium regitiuum, directiuum, regulatiuum & ordinatiuum, & præter notata de Clauium poteſtate à Barboſa *in cap. quodcunque 24. quæſt. 1.* adde diſcurſum ipſius Tholoſan. *lib. 26. cap. 5. num. 7. & ſeqq.* dantur namque duæ Iuriſdictiones, vna ſpiritualis, altera tẽporalis, iure diuino diſtinctæ Dreidonns *de libertate Chriſtiana cap. 4.* ita vt omnia ſpiritualia directè ſubſint ſummo Pontifici, vnde Ozias à Deo lepra fuit percuſſus, quia Sacerdotum officia vſurpare voluit *cap. nos ſi incompetenter 2. quæſt. 7.* quod cap. vti notabile cum magna gloſſa ibi ſubiuncta vide, temporalia autem ſubſunt Pontifici indirectè eo modo, quo paulò poſt dicetur, cum enim & Papa habeat ſuum finem, oportet etiam vt habeat omnia media apta ad conducendum ad illum finem, vnde dici poteſt quòd ſummus Pontifex & in temporalibus habeat dominium indirectum, non quatenus temporalia, ſed quatenus ſuo fini ſpirituali inſeruiunt, & ita indirectè circa illa ſtatuit, adde pulchrum 6.

Digitized by Google

chrum textum *in Clem. de ſentent. & re iudic. in cap. Paſtoralis ferè in fin.* qui textus licet loquatur in caſu, vbi bona temporalia iure directo ſpectant ad Eccleſiam, tamen probat prædictam poteſtatem ita, vt Pontifex in terris Regum & Principum non habeat iuriſdictionem directè quoad temporalia, ex vi tamen Pontificalis officij habeat ſufficientem poteſtatem ſuper omnia negotia temporalia & ſæcularia, quando id expedierit ad quietem & conſeruationem, & Eccleſiæ defenſionem, ad bonum ſpiritualiter, & ad finem Eccleſiaſticæ poteſtatis ſupernaturaliter aſſequendum, ac ita illam poteſtatem habet caſualiter & indirectè in ordine ad ſpiritualia, ita tradit infinitis Doctoribus allegatis Barboſa *in cap. per Venerabilem, n.39. x. qui filij ſunt legitimi*, quid igitur ſi Principes vel iuſtitiam planè denegarent, vel notoriè in graui cauſa fortè cum ſcandalo contra iuſtitiam agerent? quid ſi rerum ſpiritualium cognitionē ſibi aſſumerent? vide *infra de Negligentia*, priora à ſe dicta refert Barboſa cum DD. per eum allegatis *in d. extrauag. vnam ſanctam*, vbi inter cæteros allegat Couarru. *in reg. peccatum par.2. §.9. num.7.* & ita iuxta Cæuall. *d. num. 78.* tenet, experientia optima legum interpres, ſic intelligo *cap. inter hanc 33. quæſt.7.* vbi dicitur quòd ſancta Dei Eccleſia gladium non habet niſi ſpiritualem, non occidit ſed viuificat.

7\. Ex quibus colligitur, quòd nec Papa neque eiuſdem Legati vel Officiales in cauſis laicorum, quæ planè temporales ſunt, ſeſe intromittere debeant, prout haud pridem à fiſcali Cameræ Imperialis, proceſſus contra Officiales Eccleſiaſticos in cauſa cuiuſdam Clerici, cauſam vti dicebatur ſæcularem coram Nuncio Apoſtolico introducentis, inſinuari vidi, fundante ſe in Receſſu Imperij Anno 1512. zu Trier vnd Cölln/ §. item Es ſollen auch/ & ſeq. Wo aber/ item in Ordin. Camer. Imper. *par. 1. tit.1.* & alibi, quemadmodum & præiudicia videmus apud Gilman. *in ſymphor. lib. 3. in deciſionibus ſeu præiudicijs Cameralibus lit. M. tit. mandata inhibitoria*, vbi habet quòd huiuſmodi mandatum immediatè contra Nuncium Apoſtolicum decernatur, item contra Epiſcopum, ne ſe alterius protectioni ſubmittat, aut quicquam in diminutionem Imperij faciat, de quo vide apud eundem *d. loco lit. I. §. Imperium Romanum de mandato Caroli V. Imperatoris*, vbi huiuſmodi proceſſus & ſubmiſſiones ſeuerè prohibentur, quemadmodum & mandatum in cauſa ſummi Capituli Colonienſis contra modernum Nuncium Apoſtolicum virum ſummæ doctrinæ & verè Apoſtolicæ vitæ decretum vidi, cum quo deſuper locutus dicebam me mirari mandatum tam contra ſuam Celſitudinem, quàm ipſam partem decerni, nam quoad ipſum Nuncium Apoſtolicum videbatur mihi obſtare *l. fin. ff. de Iuriſdict.* Card. Tuſchus *lit. T. incip.* Territorium habet obedientiam Domini intra, extra verò ſecus *concluſ. 52.* adeo vt *lit. N. concl. 35.* expreſſe tradat, quòd Iudicis ſæcularis negligentia ſuppleri poſſit per Iudicem Eccleſiaſticum non è contra, licet & huius contrarium defendat Cacheran. *deciſ. 68. in fin.* tamen prius tenet Raudenſis *de Analog. c.39. n.47.* niſi fortè mandati caſſatorij & inhibitorij contra ipſum Dominum Nuncium, hic in Imperio exiſtentem, & contra Imperij Ordinationes iuxta præſuppoſitum Fiſcalis procedentem ratio allegetur, quaſi tam Curia ſæcularis quam Eccleſiaſtica ſuam Iuriſdictionem pœnali iudicio defen-

defendere queat, ita Gilmannus in terminis *lit. M. verb. mandata inhibitoria*, iunctis traditis *lit. I. verb. Iudex, & per Additionatorem ad Ant. Theſaur. deciſ. 131. & ibi* quòd in Gallia & Hiſpania ita obſeruetur ex immemoriali conſuetudine, adde noſtra ſtatuta *art. 60. & ſeq, & art. 94.* & fortè ratio illa meruit, quòd Imperator in exercitio Iuriſdictionis maior habeatur quocunque alio, vt iam dictum *& cap. ſeq.* docetur, traditque Marian. Socin. *in cap. licet ex ſuſcepto, x. de foro compet.* quòd Papa in merè temporalibus non habet exercitium Iuriſdictionis, & Gilman. *d. loco, in verb. Iudex verſ.* ſic etiam ſæpè fit mandatum auocatorium ſine clauſula, cum annexa citatione ibidem, non obſtante addubitatione facta, decretũ fuiſſe, hinc etiam in cauſis puta temporalibus ab Officialibus appellatur nõ ad Nuncium Apoſtolicum, ſed ad Cameram Imperialem vel ipſum Cęſarem, ita pręter Gilman. *in dictis locis* in terminis docet Caſpar Wilhel. *lib. 1. deciſ. Cam. Imp. 59. & 114.* vtrobique præiudicia, vbi & mulctatus fuit qui à ſententia Cameræ ad Pontificem prouocauit.

8. Ratio eſt, quod non vt Epiſcopus vel Eccleſiaſticus iudicauit, ſed vt Princeps Imperij vel ex iuſſione Imperiali, quo caſu ad Imperium vel ad eum, qui tranſmiſit negotiũ, appellatio referatur *in Nou. 123. c. 21. ante §. 1* & confirmatur ex traditis per Socin. *in d. c. licet.* deinde cõſtat quòd omnes Electores Principes Imperij tam Eccleſiaſtici quàm ſæculares in Conſtitutiones Imperij conſenſerint, ac omnes pariter ligent, Moller. *lib. 3 ſemeſtr. c. 14.* ſic in Brabantia vides iudicatũ apud Chriſtin. *vol. 1. deciſ. 44.* quòd à ſententia Iudicis Eccleſiaſtici appelletur ad ſæcularem tanquam ab abuſu, ſi fortè cauſa ad Iudicem Eccleſiaſticum non ſpectauerit, ib aliàs plurimi DD. allegati tradunt, quod à ſententia Iudicis Eccleſiaſtici non poſſit appellari ad ſæcularem, tamẽ notandum quod tradit *deciſ. immediatè præcedente 43. nu. 29 in fin.* quod hodie propter Bullam Cœnæ Domini excõmunicentur impedientes curſum literarum Apoſtolicarum, & recurrentes ad laicum, intelligerem hoc vt procedat in ijs, quæ illius fori ſunt, aliàs non, & rurſus *deciſ. 46. in fin.* appellationes iſtas Rota Romana improbat, & reijciendas iudicauit, intelligerem quoad cauſas competentes, vel quæ illius quoque fori ſunt, ſecus alias Ant. Fab. *in Cod de Iuriſd. def. 4.* & *lib. 7. tit. 28.* vbi plures definitiones de appellationibus ab abuſu, item apud Papon. *de arreſt. lib. 19. tit. 2.* alia in iſta materia ſcribit Choppinus *de ſacra forenſi politia, lib. 2. tit. 1.* hinc dicit Boër. *deciſ. 69. ſub n. 3.* Papam benè & ſanctè facturum, ſi totam temporalem Iuriſdictionem in manus Imperatoris remitteret vel relinqueret, declara quoad eas res ſæculares & profanas, quæ ad ſuam Iuriſdictionem ſpectant, Wameſ. *tom. 1. conſ. 175. n. 4. in fin. & n. 5.* vbi quaſdam earum refert vide tamen *infra cap. 9.*

CAPVT III.

De Imperatoris Iuriſdictione & quomodo vna aliam iuuare, & nullatenus confundi debeat.

DE ſumma Imperatoriæ Maieſtatis Iuriſdictione & præeminentia pręter Beſoldum *in Theſauro pract. lit. K. verb.* Keyſer *num. 1. & ſeqq.* & infinitos alios, agit Schwanman. *obſ. Cam. 2. per tot.* vbi & Imperator Dominus mundi vocatur *in l. deprecatio ff. ad l. Rhodiam de iactu*, & cõmuniter concluditur à DD. idipſum non ſolum reſpe- 1.

reſpectu protectionis & defenſionis, ſed etiam reſpectu vniuerſalis Iuriſdictionis accipiendum ac intelligendum eſſe, ibi & illud Lucæ c. 2. exijt edictum à Cæſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis, vnde & verſus.

—— Nullum caput iſta ſuper ſe
Aſpicit, excepto Cælorum Rege, poteſtas.

Quod probatur quoque *in l. 7. Cod. de bonis quæ liber. in verbis*, vt enim Imperialis fortuna omnes ſupereminet, & latius exornatur paſſim apud DD. multa de plenitudine poteſtatis & maieſtate adducentes & Seneca *de conſol.* ait, quod humeris Principis totus innitatur orbis Card. Tuſch. *lit.* 1 *concl.* 35. prius & plura alia adducit Caſp. Guilelmus *lib.* 2. *deciſ. Cam. Imp.* 185. vbi & dicit Imperium illud à Deo immediate eſſe profectum, quod intelligunt quidam Theologi, vt Iuriſdictio Imperatoria velRegia ſit quidem immediatè à Deo creata, ſed tamen ſecundum legem ordinariam non ſit collata huic vel illi Regi immediatè à Deo, ſed mediante conſenſu humano & voluntate, imo & hoc ſtante defendunt plurimi Iuriſconſulti non ſequi, Imperatoriam, Regiam vel aliorum Principum poteſtatem à ſpirituali vel Pontificis poteſtate pendere, vt ab illa inſtituatur ſuamque accipiat poteſtatem ſed eſſe à Deo, vnde ſcribunt, Nos Dei gratia Imperator, Rex, Princeps, ſed huiuſmodi alijs relinquo, ſicut & illud quod Caſpar Guiell. *d. loco* tradit ex Bart. quod hæreticus ſit, negans Imperatorem eſſe Dominum & Monarcham totius orbis, hoc ipſum negat Barboſa *in cap. Hadrianus diſt.* 63. & variè declarando reſpondet ad *l. deprecatio & ad l. benè à Zenone Cod. de quadriennij præſcriptione*, & Couar. *in cap. peccatum numer.* 5. *de reg. Iur. in* 6. *p.* 2. §. 9. vbi diſſoluit contraria, & Barboſa allegat rationem quandam, cur Regna Hiſpaniæ ab Imperio exempta ſint, quam lubens prætereo, quia ſi ad praxin indiſtinctè reduceretur, magna inde inconuenientia & ſeditiones oriri poſſent, prius etiam negat vna communis relata per Cæuallos *in ſpec. comm. opin. quæſt.* 576. & ad propoſitum eſt notabilis textus *in cap. conuenior* 23. *quæſt.* 8. quod cauſarum ſpiritualium Iudex ſit Eccleſiaſticus, & cauſarum ſæcularium Iudex competens ſæcularis, & vti dicitur, ad Imperatorem politia pertineat, ad ſacerdotem Eccleſia, vnde poteſt poni Regula, quod in cauſis Dei ſiue ſpiritualibus & Eccleſiaſticis Papa eſt maior Imperatore, in cauſis verò ſæcularibus Imperator eſt maior ſummo Pontifice Lucas de Penna *in l. mulieres, numer.* 27. *Cod. de incol.* vnde & cautum reperitur, quod vnus alterius iura vſurpare non debeat *cap. cū ad verum diſt.* 96. *& cap. quoniam diſt.* 10. *cum concord.* Cont. Lancellot. *d. tract. lib* 1. *cap.* 1. §. 3. *verſ. ſecundo cum declarationibus ibidem* & docet Ant. Theſaur. *d. deciſ.* 131. *numer.* 1. *&* 2. quod Princeps vel Iudex ſæcularis in negotijs Eccleſiaſticis ſeſe intromittere non debeat, alias dicitur falcem ſuam in alienam meſſem mittere, & contrarium facientes excommunicantur, vide additionem in pr. quemadmodum nec è contra per iura ſuperius adducta, & tamen Eccleſiaſticos Officiales multa ad ſuum molendum trahere conari refert Gail. 1. *obſ.* 25. *num.* 3. & Fachin. *lib.* 3. *cap.* 13. contra illud vulgatum.

Diuiſum Imperium cum Ioue Cæſar habet.
Item:
Eccleſiam regit ille ſuam diuinaq; iura
Imperet, imperium nobis faſceſq; relinquat.

Nnn cap.

cap. duo ſunt diſt. 96. & cap. ſolita de maior. & obed. ad cuius rei confirmationem induci poteſt vulgatus verſus.

Tu ſupplex ora, tu protege, tuque labora.

Vti germani, der Pabſt bette / der Kayſer wehre / der Baur ernehre / iunctis traditis per Tuſchum *lit. I. concl.* 544. quia alias induceretur confuſio merito euitanda, vt benè aduertit Additionator ad Theſaurum *d. deciſ.* 131. quippe & antiquata fuit apud ipſos Romanos illa lex Romuli, Sacrorum omniũ poteſtas ſub Regibus eſto, prout videre licet ex traditis per Beſoldum *in theſauro lit. G. in verb.* Geiſtliche *Iuriſdiction.* & pulchrè quoque probat alioquin Acatholicus Hier. Schurff. *cent.* 1 *conſ.* 48. quod perſonæ Eccleſiaſticæ & bona earundem, vti & Monaſteria ab omni Iuriſdictione poteſtatum ſæcularium cuiuſque dignitatis etiam Imperialis exempta ſint, & quam horrendum ſit, petere & tenere res Eccleſiaſticas, ibi ſatis oſtenditur iunctis *cap. Conſtantinus Imperator,* & *cap. ſatis diſt.* 96. Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *c.* 20. *de reformat.* vbi probatur quod Princeps ſæcularis nihil poſſit innouare in religione, de qua re vide aliquot notabiles quæſtiones apud Beſoldum *in theſauro practico lit. R. verb. religion* & ibi remiſſiuè, & de incompetentia in rebus ſpiritualibus & Eccleſiaſticis DD. *ad tit. Decretalium de Iudiciis & foro competẽti.* Bonacinam *de legibus*, item *de cenſura in Bulla cœnæ contentis*, & conſequenter vnus alterius exercitium Iuriſdictionis impedire non debet, ſed vnus alterum, potius iuuare tenetur, *cap. Principes ſæculi & ſeqq.* 23. *quæſt.* 5.

2. Quamuis quoad vniuerſalem Iuriſdictionem in temporalibus, per me licebit, accipias illud Martialis.

Quæ tam ſepoſita, quæ gens tam barbara Cæſar.
Ex qua ſpectator non ſit in orbe tuo.

Verum ſi apud Practicos & rerum intelligentes ſuſtineas, quod Imperator ſit Dominus vniuerſi orbis, merito te apud illos ridiculum reddes, nam à Klock *de contribut. cap.* 4. aliiſque opinio Bartoli ſuperius relatæ reprobatur, interim de Imperatoris Iuriſdictione eiuſdemque effectu vide Gilmannum *d. loco in verb. Iuriſdictio Cæſaris,* & quod ex gente Germanica eligi debeat præter Conradum Lancellottum aliosque teſtatur Heigius *lib.* 1. *q.* 1. *& ſeqq.* præiudicioque confirmat, quod tempore Caroli V. Franciſco primo Galliarum Rege dignitatem Imperatoriam ambiente, tandem obtinuerit ſententia, quæ Imperatorem ex Germanis creandum ſtatuit, ſed non dubito quin multa in cõtrarium afferri poſſint, & quoad d. ſententiam legibus non exemplis iudicandum ſit, pro Germanis aliquot exempla adfert Heigius *d loco,* prout & contra allegantur DD. in Gregorio Tholoſ. de Repub. *lib.* 7. *cap* 19. *num.* 17. vide ibi & quid ipſe de hac re ſentiat, fortius eſſet argumentum ſi abſolutè verum, quod germani ſua virtute Imperium meruerint, vti multi tenent, & conſequẽter extera Natio illorum meritorum in præiudicium Germanorum non debebit eſſe particeps.

Verum diſputent hæc alij, video hoc ipſum Principum Electorum iudicio remitti apud Borellum *in ſumma deciſionum lib.* 1. *tit.* 12. *nu.* 39. *& ſeqq.* & plenius in tract. de Regis Catholici præſtantia *c.* 58. cæterum Iuriſdictio quotupliciter cõſideretur vide Vaſquiũ *de teſtatoris potentia li.* 1. §. 10. *n.* 651. primo ex vi poteſtatis deinde ex vi cõfirmationis, tertio ex vi ſubmiſſionis ſeu cõuentionis tacitæ vel expreſſæ, indiuiduæ, generalis vel indefinitæ, 3.

finitæ, quartò ex vi rationis cognitæ, intellectæ, vel præſumptæ, vndè inducit an & qualiter Imperator vel Princeps habeat Iuriſdictionẽ in clericos & eorum bona, ſicuti de Imperatoria Regiaq́ue poteſtate multi multa ſcripſere, ego quædam ſupra de adminiſtratione Iuſtitiæ, & de æquitate, adde Ant. Petram. de poteſtate princip. Tepatum *in compendio deciſionum tit.* 48. *de Principis poteſtate & tit.* 49. de Principis regalibus & DD. *in l. princeps ff. de legibus* & paſſim, vide hiſtorijs exornatum apud Petr. Gregorium Tholoſ. de Republ. *lib* 9. *de Regia poteſtate*, & iuribus inſignioribus Regiæ poteſtatis *cap.* 1. & de eorum officijs, animaduerti autem ſæpius in praxi Iuriſdictionalia eſſe de illis, quæ vocantur, noli me tangere, ſed conſeruari & defendi vt pupillam oculi, imo ea dolo malo vſurpans vel pro poteſtate quid gerens, in crimen læſæ Maieſtatis incidit *l.* 3. *§. fin. ff. ad l. Iul. Maieſt.* Gratianus *tom.* 1. *diſcept for. cap.* 10. *num.* 19 *&* 20. Menoch. *de arbitr. caſu* 320. grauiſſimum crimen eſt, quæ Papæ vel Regis ſunt, ſibi vſurpare, at Maieſtatem minuere, eſt de dignitate aut amplitudine, aut poteſtate Papæ, Imperatoris, aut eorum, quibus populus poteſtatem dedit, vel etiam illam iuſto titulo adepti ſunt, aliquid derogare, vndè & inferioribus Iudicibus magna irrogatur iniuria quorum Iuriſdictio impeditur, cum eorum in hoc dignitas minuatur, quæ latius probat Lucas de Penna *in l ſi quis nu.* 38. *& ſeq. C. vt nemo ad ſuum patrocin.*

CAPVT IV.

De Principis intentione fundata cum declarationibus & limitationibus iuxta Iuris & praxeos Regulas vſitatis.

1. ATtenta Iuris ciuilis diſpoſitione non dubitãdum de veritate huius Theoricæ, quod Imperator quoad Iuriſdictionem intẽtionem fundatam habeat in vnoquoque loco Imperio ſubiecto Schvvanman. *d. obſ. cam.* 2. *num.* 4. ibi DD. allegati iuncto *cap. omnes baſilicæ* 17. *q.* 1. Menoch. *lib.* 3. *præſ.* 100. Ant. Faber *in C. lib.* 3. *tit.* 12 *defin.* 17. & ita iudicauit Senatus *defin.* 18. quod quæcunque intra territorij ſepta continentur, ſint in ipſius Domini vel Principis protectione & Iuriſdictione, ſicuti & in omnes ſubditos intentionẽ fundatam habet Boër. *deciſ.* 50. *num.* 11. Meiſnerus *tom.* 2. *lib.* 2. *deciſ. Cam. Imp.* 3. *num.* 2. Gail. 2 *obſ* 62. *num.* 9. & hoc procedit etiam reſpectu omnium Iuriſdictionum ſpecierum in toto Imperio & contra omnes Iuriſdictionem poſſidentes DD. allegat Beſoldus *in theſauro practico lit. L verb.* Lehn in conſilio ibi ſubiuncto *verſ.* war zu tan/ &c. addendo, quod cum apud Principem Iuriſdictio integra ſit, ab eoque tota decurrat pariter ac de fonte riuuli, à ſole radij, & ab arbore rami, Iuriſdictio competẽs inferiori in dubio feudalis reputetur, quippe donatio nunquam præſumitur, & communiſſimus regalia & omnimodam Iuriſdictionem conferendi modus eſt, qui fit per infeudationem ex Knichen *de territorij iure cap.* 1 *nu.* 86. & plura de omnimoda & baſſa Iuriſdictione notabilia annotat, ſed præter Maſcard. *de probat. concluſ.* 323. an Comes cẽſeatur habere comitatum iure proprio, vide Borellum *in ſumma deciſionum lib.* 1. *tit.* 41. *num.* 82. quod Iuriſdictio allodialis præſumatur per DD. ibi, at dicit hoc non procedere in Principis Iuriſdictione, vndè vero cognoſcatur an curia feudalis ſit, docet Zaſius *lib.* 1. *conſ* 12. *num.* 9. *& ſeq.* & ex alijs docet Næuius *lib.* 2. *feud tit. quis dicatur Dux Marchio cap. qui à Principe num.* 6. quod dignitatem hæreditariam allegans

Digitized by Google

probare teneatur, prædictis rurſus adde Knichen *de iure territorij c.5. de iudicio Iuriſd.* vbi inter cętera in praxi quotidiana tradit *n.* 106.*& ſeq.* quod præfata doctrina de intentione Principis fundata in toto territorio, tantæ ſit efficaciæ, vt abſorbeat actus in contrarium factos, etiamſi aduerſarius plures & antiquiores deduxerit. oſtenſa enim cauſa poſſidédi deſtituũtur effectu, qui ſine cauſa ſcilicet Iuris adminiculo conſiderari nequit, eleganter Ruin. *conſ.*22.*nu.*7. Boër. *deciſ.*239. ideo dicit Knichen *num* 121.*& ſeq.* quod actus in materia Iuriſdictionis etiãſi ſint antiquioris notæ, tamen quia deſtituuntur cauſa poſſidendi, pro non exercitis habentur, ſi conferantur cũ iure Principis iã edocto, Iuriſdictio enim niſi prius exiſtat in habitu ad actum ſuũ excitari nequit, ibi plura paſſim, & ita in terminis quoq; Iuriſdictionis docet Meiſner. *to.*1 *deciſ. cam. imp.* 3.*nu.*8.*& ſeqq.* & Riccius *part.*5.*collect* 1340. *in limit.*1. ſicuti iudicatũ refert Chriſtinæus *vol.*1.*deciſ.*68. quod agens poſſeſſorio cõtra eũ qui eſt fundatus in iure communi, ſuccumbat, niſi probet titulum, aliàs & lite pẽdente turbari & de exercitio Iuriſdictionis expelli poterit Gratianus *to.*3. *diſcept. forenſ. cap.*441.*n.*14 *& ſeq.* dum vero pendet probatio conſuetudinis & præſcriptionis, Superior vel Epiſcopus manutenendus venit, ita *nu* 23. ait reſolutum in Rota.

2\. Porro de iſta doctrina Chriſtinæi vide Vaſquium *lib.*2.*contr. cap.* 85. vbi & an Dominus ab executione incipere poſſit, & Maſcardum *de probat cõcluſ.*1202. & Couar. *pract.q.cap* 17.*n* 6. quoad. Reg. principalem videatur Card. Tuſchus *lit. P. Princeps in ſuo territorio habet intentionem fundatam concl.* 666 & Maſcard. *de probat. concl.*296.*& concl.* 217. Extẽditur autẽ prædicta doctrina quo ad omnia & ſingula quæ intra territorij ſepta continentur, quę præſumũtur eius eſſe, cuius eſt diſtrictus & territorium *cap. omnes Baſilicæ* 16.*qu.*7. Menoch. *li.*3.*præſ.*100. Ant. Faber. *in C. lib.*3.*tit.*12. *defin.*28. vbi quoque ita iudicatũ reperitur, quicquid enim intra fines deſignatur, dicitur veluti ſepimento incluſum illi territorio & finibus *l. fines ff. de act. Empti l. ſi fines* C. *de Euict.* pro confirmatione prædictorum conſule Meiſner. *to.* 3. *deciſ.*33.*n.*79. *& ſeq.* ita quoque caſtrum ſeu ager noualis, in finibus ſeu confinibus poſitus, Domini aut Plebani vicini quoad iura & decimationes eſſe præſumuntur Peckius *in cap. ea quæ à iure communi nu.* 11. *de reg. iur. in* 6. *& ibi* Illata *per cap. Eccleſijs c. ſopitæ, de cenſibus*, ita vt contradictio Domini reijciatur, dicentis, quod in agro ſuo non ſoleat fieri id, quod communiter obſeruatur Decius *conſ.*389. Roman. *conſ.*313 nam locus vicinus cẽſetur eſſe eiuſdem Iuris cuius reliqua loca vicina Zaſius *lib.* 2. *conſ.* 16. *nu.* 26. & prædia intra fines poſita præſumuntur eſſe feudalia, quando maior pars talis eſt, Pacianus *de probat. lib.*1.*cap.*7.*n* 102. confer tamen tradita ſuperius de genere, ſicuti & modus vel actus mandato vel negotio contiguus vel vicinus, non dicitur eſſe contra vel præter mandatum ſeu negotium Nicol. Euerh. *in Topicis loc.*79. Rebuff. *de decimis quæſt.*14. *num.*4. ſic in terminis mandati docet Rota Genuenſis *deciſ.* 8. *num* 11. ac ita declaratur *l. diligenter ff. mandati* & ſubintrat in prædictis caſibus verſus,

Annexum vel contiguum aut vicinia ius dat.

Iunctis traditis per Gail. *lib.* 1. *de pace publica cap.*16.*num.*17.*& ſeqq.* ibi de materia & vinculo connexitatis, pertinentiarum, *& lib.*2. *obſ.*63. *&* 64. & de arreſtis Imperij *cap.* 8. *num.*10.

Digitized by Google

*nu.*10. *& ſeqq.* vbi & priuilegia ciuitatum ad caſtra, villaſque ciuitati ſubditas pertinent, & caſtrum ciuitati cohærēs dicitur pars ciuitatis, ſic quoq; in terminis, quod Iuriſdictio ſuper principali extendatur ad annexa & dependentia, docet Pacian. *lib.* 1. *de probat. cap.* 76. *num.* 51. in quo cap. plura de Iuriſdictione *& cap.* 36. *lib.* 2. iunctis traditis per Maſcard. *de probat concluſ.* 271. & Chriſtinæum *vol.* 2. *deciſ.* 159. *num.* 9 *&* 10. vbi ita iudicatum refert, & quando diſputatur de Iuriſdictione & confinibus caſtri vel villæ, quod intelligi debeat in dubio eſſe de Iuriſdictione magis adiacentium, quia vicinitas & aptitudo ſunt dominij argumenta, ita vt & dictis vicinorum finium in limitibus ſtetur, & quid fama vulgi efficiat docet Zaſius *lib.* 2. *conſ.* 11. dicit tamen, *numer.* 23. quod ex rerum affinitate, ſimilitudine & vicinitate facilis paratur exceptio, ſi autem prouincia vel terra vniatur acceſſorio ad Regnum vel Ducatum erit ſubdita legibus illius Regni vel Ducatus, exempla in Guid Pap. *deciſ.* 205. & Cacher. *deciſ.* 22. ſecus ſi principaliter vniatur Borellus *in ſumma deciſionum lib.* 2. *titul.* 13. *numer.* 92. confer Gail. 2. *obſ.* 61. *numer.* 11. *&* 12. & docet Wameſius *cent.* 1. *conſ.* 11 *numer.* 8. *&* 9. quod acceſſio vnius Prouinciæ ad aliam non inducat Iurium & Iuriſdictionum communicationem, vti videmus in Ducatibus Iuliæ, Cliuiæ, Montium, Comitatu Marchiæ & Rauensberg, ad vnum Principem quondam ſpectantibus, quam illæ diuerſo iure regantur, vide & Gilmannum *in votorum reſolutione cap.* 14. an comitatus Marchiæ contineatur ſub priuilegio Iuliæ de non appellando & *cap.* 4. §. 8. plura de augmentis & acceſſionibus in Surdo *conſ.* 397. *& conſ.* 128. *numer.* 12. 16. *&* 27. & de augmento intrinſeco & extrinſeco, *conſ.* 27. *numer.* 4. & Pacianus *de probat lib.* 1. *cap.* 27. *per tot.* valde notabilia de connexis, vnitis, & adequatis, & qualiter ſibi inuicem communicent priuilegia & exemptiones.

An igitur caſtro, oppido vel ciuitati adiacentia prædia ſint vel præſumantur eſſe Domini Caſtri vel Ciuitatis vide Menoch. *lib.* 3. *præſ.* 100. item de villis, caſtris, vel prouincia alteri vnitis Pacian. *d. cap.* 27. & de vicis comitatibusq; ciuitati adiacentibus, an ad pomeria extendantur priuilegia Franciſc. Marcus *part.* 1. *quæſt.* 365. *&* 366. vbi *dict. quæſt.* 365. decidit caſum modo in iure Patronatus controuerſum, & determinatur apud Meiſner. *tom.* 4. *deciſ. Cam. Imp.* 16. *numer.* 22. quod ciuitas, villa, caſtrum & alia, nomina vniuerſitatem deſignantia contineant in ſe Iuriſdictionem, honorem, diſtrictum & ius Patronatus, de quo nunc eſt controuerſia, quia illud tanquam caſtro inhærens tranſijſſe dicebam, adeoque ſi vniuerſitas pignori detur, in qua eſt ius patronatus, illud tranſire ad creditorem cui pignori datur Cæuall. *in ſpec. comm. opin quæſt.* 740. ibi controuertitur an ſequeſter habeat ius præſentandi, & vna eſt communis, quam puto veriorem, quod ſequeſter illud non habeat ſed pertineat ad eum, qui habet proprietatem vel poſſeſſionem iuris patronatus, rurſus quod idem ſit iudicium de locis vicinis & finitimis, videatur Valaſcus *de iure Emph. quæſt.* 8. *num.* 42. Couar. *pract. quæſt. cap* 37. tradunt & illa Hier. à monte *tract. finium reg. cap.* 30. *nu.* 9. *&* 10. Meiſnerus *tom.* 2. *lib.* 1. *deciſ.* 50. *num.* 1. Menoch 3. *præſ.* 99. ſed etiāſi aliquis tertius habeat aliquam Iuriſdictionem in loco vel 3.

Digitized by Google

villa, non tamen propterea habet ius ſuperioritatis & territorij Kopen *deciſ.* 48. *num.* 16. adde notata in quæſtionibus propoſitis per Beſoldum *in theſauro practico lit.* R. *verb.* Ritterſchafft / & Tuſchum *caſtra ſeparata non ſunt de ciuitate & diſtrictu & quando ſecus concl.* 117. *& ſeq.* de quo extat conſilium apud Cothom. *vol.* 2. *reſp* 85. vbi latè diſputatur, quando territorium adiacens ſit pars territorij cui adiacet.

4. Prædicta doctrina ampliatur procedere quoad perſonas, quæ cenſentur ſubiectæ, vnde cum per iniuriam horum temporum quidam Dominus habens territoriũ quoddam, reſpectu cuius nec Regem Hiſpaniæ nec Status Hollandiæ recognoſcebat (erat enim illis propinquum) neque à ſententijs per ipſum latis & promulgatis appellationẽ admittere volebat, quod plus arrogantiæ quam apparentis æquitatis continere dicit Wameſius *tom.* 1. *conſ.* 175 *ſub num.* 13. *iuncto num.* 14. *hinc* ſuſtinebam ego ex generali illa intentione Principis de iure fundata, quod appellationem admittere debuerit, cum talia ſtatuta non admittentia appellationem, fieri non poſſint Meiſnerus *tom* 3. *deciſ cam. Imp.* 28. vbi & quomodo puniantur non admittentes appellationes nota quoque ſunt præiudicia, quod & in cauſis ad cameram Imperialem appellabilibus contra Reuiſiones coram inferiori iudice petitas mandata caſſatoria decreta fuerint adde Mynſ. 1. *obſ.* 14. vbi dicit ſtatutum non valere ne appelletur, ſed tamen valere pactum vide igitur de ſuperioritate & ſubiectione Wameſium *cent.* 1. *conſ.* 16. & latè Pacianum *de probat. lib.* 2. *cap.* 27. dicenti ſe exemptum incumbit onus probandi, ſiuè allegans Iuriſdictionẽ eam probare debet *idem cap.* 43. teneturque titulum aſſerti Iuris edere, nec ſufficit poſſeſſionis emolumentum allegare, cum ius commune & generalis præſumptio ipſis reſiſtat, *l. vlt eius C. de probat.* Knichen. *d. cap.* 5. alias poſſeſſio præſumitur precaria donec doceatur de titulo, vti ex alijs tradit Matth. Stephani *de Iuriſd. lib.* 2 *p.* 1. *cap.* 7. *nu.* 80. vbi ampliat, quod nec ſpoliatus reſtituatur niſi de titulo doceat vide ibi & diſſoluta contraria, alias latè Menoch. *lib.* 6. *præſ* 68. *& ſeq.* de poſſeſſionis commodo, quam præſumptionem pro ſe habeat, & an ex titulo præambulo quis poſſidere præſumatur, vide & infra allegatos.

Ex prædeductis autem infertur cum Domini terrarum & inferiores non habeant intentionem fundatam, quod per Principes cogi poſſint, vt oſtendant titulum, alias priuari poterunt donec de eo conſtet. Valaſc. *de iure Emphit. q.* 8 *num.* 23. Couar *pract. q. cap.* 10. *num.* 10. Cabed. *deciſ.* 15. *num* 3 *vbi plures caſus allegat. ac in ſeqq.* an cenſeatur eſſe in mala fide exercens Iuriſdictionem, adde Gratianum *tom* 3. *diſcept. forenſ. cap.* 441. quod ad præſcriptionem Iuriſdictionis abſque vero titulo requiratur tempus immemoriale & quomodo illud probetur, vbi monet in practica cauendum eſſe ne allegans præſcriptionem ex poſſeſſione temporis immemorialis adducat aliquem titulum inualidum vel putatiuum, vel ab eo qui nõ habet poteſtatem, quia ſic nec coloratus dici poteſt, ſed ſuccedit fides mala præſumpta, cæterum in hoc & ſimilibus caſibus in praxi quotidianis an & quando poſſeſſio qualitatis releuet ab onere probandi late Tiraq. *de iure primogen quæſt.* 17. *opin.* 11. *nu.* 1. *& ſeqq.* Pacianus *lib.* 1. *de probat cap.* 61. *& plene lib.* 1. *cap.* 20. *& cap.* 6. *num.* 21. vbi diſtinguit quod quaſi poſſeſſio Iuris perſonalis releuet ab onere probandi, ſecus poſſeſſio Iuris realis, 5.

item

Digitized by Google

item quando poſſeſſio liberet ab onere probandi vel nõ plenè Maſcard. *de probat. concl.* 1194. & aliqua notabilia priuilegia poſſeſſionis apud Forſterum *de ſucceſſ. ab inteſtato lib.* 4. *cap.* 10. pulchrè Marcus Anton. de Amatis *deciſ. florent.* 10. an poſſeſſor manutenеri debeat in poſſeſſione exigendi decimas non oſtenſo titulo, item cui & in quibus detur manutenentia latè tradit Gratianus *lib.* 1. *diſcept. forenſ. cap.* 13. *per tot.*

6. Porrò cum & inferiorum Iuriſdictiones odioſæ ſint, conſequitur, quod neque de perſona ad perſonam, neq; de caſu ad caſũ extendantur Meiſn. *tom.* 2. *li.* 2. *deciſ.* 3. *& deciſ.* 4. ibi multa de Iuriſdictione & quomodo extendi poſſit vel non, *& deciſ.* 8. *nu.* 56. quando genus ſuperioritatis non eſt in genere probatum, nõ poterit extendi de perſona ad perſonam neque de caſu ad caſum neque de re ad rem *& tom* 3. *deciſ.* 26. *num.* 41. *& ſeqq.* cuius quæſtionis deciſio peti poteſt ex traditis *ſupra de genere cap.* 13. iuncto Borello *in ſumma deciſionum lib.* 1. *cap.* 39. *nu.* 176. *& ſeqq.* quaſi poſſeſſio extenditur quidem ad alios actus ſub eadem ſpecie comprehenſos, ſed non ad alias ſpecies, hoc tamen rurſus ibi declarat, magis igitur eſt, vt qui ſimplicem Iuriſdictionem exercuit nõ poſſit exercere alios actus alterius Iuriſdictionis, nec è contra, nam ſicut olim, ita & hodie à mero Imperio ad mixtum arguere quis non poteſt Beſold. *in Theſauro practico lit. B verb.* Blutban *num.* 66. *verſ. merum Imperium in fin. & lit. L. verb.* Lehen *in conſilio adiuncto*; vt ita appareat argumentum à maiori ad minus in hac materia non procedere, non enim rectè infertur hic vel ille Dominus habet merum Imperium, ergo & Iuriſdictionem ciuilem, ſed benè valet argumentum, ſi probetur quaſi poſſeſſio in vno gradu meri Imperij, vt totus actus ſiue gradus extendatur, magis ergo in minori gradu, vt dum quis capitaliter punire poſſit, habeat & ius fuſtigandi & relegandi, nam plus & minus non conſtituunt ſpeciem ſed gradum Iaſon. *in l. Imperium numer.* 23. *ff. de Iuriſd.* Meiſnerus *tom.* 4. *deciſ. Cam. Imp.* 16. *num.* 22. *& ſeq.* vbi tamen hoc ipſum iterum declarat per Alexand. *conſ.* 68. *lib.* 2. Felin. *in cap. ſi auditis de præſcript. ſupra de genere cap.* 13. ibi plura de mero Imperio iunctis ijs quæ clarius tractat Beſoldus *lit. H. verb.* Halßgericht *nu.* 10. *vbi* & in additione multa referuntur, quæ ad merum Imperium ſpectant, & limitat prædictam doctrinam reſpectu homagij Erbhuldigung / illud vero habetur pro actu vniuerſali Iuriſdictionis, ſub quo de neceſſitate omnis alius actus continetur, videatur & Tuſchus *lit. V. concluſ.* 349. quemadmodum quoq; cauſas criminales latè recenſet Wehrneri *in pract. obſ. lit Z. verb. Zent.* ibi & quod ex actu Iuriſdictionis non poſſit inferri ad aliam, & ex quot actibus inferatur Iuriſdictio vide ibi, item *lit. L. in verb.* Landfürſtliche Obrigkeit / *& in ſubſequenti* Landtshuldigung / item Landtſaſſereij.

Porro ex principali doctrina vlterius deduci poteſt quod ſi quis habeat Iuriſdictionem, vti multos Dominos merum & mixtum imperium tenere & habere videmus, potius eſſe, vt illa feudalis præſumatur, ſic omnes ferè DD. concludere teſtatur Beſoldus *in theſauro practico lit. L. verb* Lehen *in conſilio ſubiuncto verſ. indeque Iuriſdictio*, vidi ego in praxi per ſuperiorem illos punitos, qui Iuriſdictionum ſpecies confundendo vnam ad aliam extendebant, ſed quomodo ordinarius & delegatus de ſua Iuriſdictione fidem faciat Pacianus *de probat. lib.* 2. *cap.* 43. *num.* 41. 7.

*num.*41 *& ſeqq.* & quod non credatur aſſerenti ſe commiſſionem habere *lib.*1.*cap.*48. *numer.*63. *& ſeqq.* iunctis traditis late per Vantium *de nullit. ex defectu Iuriſdict. deleg.* qui ante præſentationem & cōmunicationem, nullam dicitur habere Iuriſdictionē. Guido Papa *deciſ.*186. qui à Card. Tuſcho. *lit.*1.*concl.*353.*in f allegatur in deciſ.*322. quod Iudici delegato vel alijs Officialibus non credatur niſi conſtet de eorum commiſſione *cap. cum in iure. de offic. deleg.* ſic in praxi obſeruatur teſte Chriſtinæo *vol.* 1. *deciſ.*53. *num.*7.Gail.1.*obſ.*48.*num.*20.

8. Verum principalis quæſtio noſtris moribus, quibus conſtat & notorium eſt, quod licet Domini ſuperiores omnimodam Iuriſdictionem in prouincijs ſuis habeant, nihilominus tamē & ciuitates, Municipia, Caſtra ac Nobiles ſpecialē quoque in ijs Iuriſdictionem exerceant, atque ita illa duo ſe inuicem ferant & compatiantur Mynſ.*decad.*2.*reſp.*16.*num.* 45. potius declarari quam limitari cenſetur, primo quoad eos, qui non recognoſcunt Imperatorem prout plurimos recenſet Barboſa *in cap. per Venerabilem* ✠. *qui filij ſint legitimi*, & fruſtra replicatur hoc de facto obſeruari, quod iſti Reges & Principes non recognoſcant Imperatorem ſiue eidem non ſubſint, quandoquidem Beſold. *de Romano Imperio cap.* 4. dicit ignaros diſciplinæ politicæ aſſerere ius Romanum etiam obligare alias nationes. Secundo limitari poteſt quoad cauſas ſpirituales, vel etiam quoad ipſas res & perſonas Eccleſiaſticas, quæ ſecundum canones non ſubſunt legibus Imperatoris, neque iiſdem aſtringuntur *arg. l. fin. ff. de Iuriſdictione* quæ lex etiam extenditur ad perſonas & loca exempta Knichen *de iure territorij cap.* 4. *numer.* 25. paria namque ſunt non eſſe ſubditum & eſſe exemptum, vt probat Meiſnerus *tom.* 3. *deciſ. Cam. Imp.* 26. *numer.* 44. vbi dicit, licet pagus, caſtrum, villa, vel bona alterius Prælati aut Comitis ſita ſint intra territorium, Prouinciam ſeu ditionem alterius Domini, non tamen ſint de territorio vel prouincia, ſicut & loca exempta ſunt in Diœceſi non tamen de Diœceſi *cap. ſi propter de reſcript. in* 6. latè Crauet. *conſ.*492 *n.* 3. *& ſeqq. p.* 3. vbi ita iudicatum teſtatur in cauſa Magiſtri Teutonici contra Oetingen 6. Febr. Anno 583. adde Beſoldum *in theſauro practico lit. F. verb.* Freyer Reichs Ritterſchafft / & pulchra in Gratiano *liber.* 2. *deſcript. forenſ. cap.* 212. annotata.

Cæterum perſonæ exemptæ à Iuriſdictione ordinarij certis caſibus ſubeſſe coguntur *cap.*1 *de priuil. in* 6. *vide ibi* & Concil. Triden. de Iuriſdictione ordinaria in exemptos, & Wameſium *tom.* 1. *conſil.* 64. *& conſ.* 65. *numer* 4. quod autem ordinarius non ſuppleat negligentiam exemptorum vide *in Concil. Trident.* & Barboſ. ad illud, & in quibus caſibus Monachus poſſit conueniri coram ordinario Wameſ. *cent.* 3. *conſ.*57.*nu* 4.6.*& ſeqq.* non tamen ita è contra eſt quoad Iuriſdictionem Papæ, cui ſeſe in ſpiritualibus ſubtrahere eamq; non agnoſcere, eſſet hæreticum iuxta doctrinam Canoniſtarum, alias de Epiſcopi intentione fundata in ſua Diœceſi & in ſe illata vide Chriſtinæum *vol.*1.*deciſ.*346.*& deciſ. præced.* 345. *per tot.* late de Iuriſdictione ordinarij, & in Gratiano *tom.* 1. *diſcept. forenſ. cap.* 154. *numer.* 38. *& ſeqq & infra cap.* 11. 9.
verſ.

Digitized by Google

verſ. ex quo euincitur, & de exemptione omnium ferè Religionum meminit Barboſa *de officio & poteſtate Epiſcopi p. 3. alleg. 105. ſub num. 11. ſecundum Lugdun. impreſſ.* Tertio declarare poſſem ſuperius relatam doctrinam, vt non ſit abſolutè vera, quoad Electores, Principes, Comites, & Liberas Ciuitates Imperij, quandoquidem notorium eſt, quod hi de omnimoda Iuriſdictione, immò & de Regalibus inueſtiti exiſtant, & quidem, vt infra probatur, priuatiuè: conſequens ergo eſt, quod Principis vel Imperatoris intentio quoad Iuriſdictionalia in illorum dominijs & territorijs exercendi non ſit fundata, ſed ſuſpenſa, ſicuti Caſp. Guilelmus *lib. 2. deciſ. 111.* quoad Cameram Imperialem, quæ ordinariam & cum Cæſare concurrentem Iuriſdictionem habet, expreſſè dicit, quod non habeat Iuriſdictionem in Principes aut alios immediate illi ſubiectos, niſi in caſibus in ordinatione vel de iure communi expreſſis, de quo vide Gailium aliosq; Camerales; principalem autem propoſitionem ſublimitatem, quoad ea quę ſoli ſupremo Principi reſeruata ſunt, quę qualia ſint, vide Luc. de Penn. *in l. contra publicam, C. de re milit.* & magis appoſitè, quoad praxin noſtram Roſenthal allegatum *ſuperiùs de Clementia, cap. 13.*

10. Quarto declarari poſſet, quando iam alter reperitur in poſſeſſione vel quaſi, nam licet ſuperius dictum fuerit, quod quaſi poſſeſſio in Iuriſdictionalibus non releuet niſi oſtendatur titulus, tamen non minus ardua & quotidiana quam controuerſa eſt iſta quæſtio, teſte Vaſquio *lib. 2. controv. 66. nu. 9.* An poſſeſſor tuendus ſit contra eum, qui intentionem de iure fundatam habet, multa argumenta inducit pro affirmatiua, quod talis poſſeſſor manutenendus ſit, etiamſi eius poſſeſſio aduerſetur primario rei ſtatui & origini, & pro vtraque opinione inducitur varius intellectus *ad cap. ad decimas, de reſtit. ſpol.* dicitque omnes facilè conuenire, ſi quis per longum tempus ſtetit in poſſeſſione, quod manutenendus veniat, adde & quæſtionem *num. 8.* propoſitam, & in materia Iuriſdictionis, vbi Senatus fuit repertus in Iuriſdictione, affirmatiuam tenet Cothm. *vol. 4. conſ. 43. n. 38.* & ita hoc ipſum declaratur apud Farinac. *p. 1. deciſ. 685. nu. 3.* quod detur manutenentia in longa poſſeſſione contra ius, vbi pręter DD. dicit Rotam ita tenere, & *nu. 4.* quod defectum allegatæ ignorantię tollat dictum tempus, & exornatur effectus longi temporis apud Vaſq. *de ſucceſſ. reſolut. lib. 1. §. 5. nu. 23. vſq; ad 39. & §. 7. n. 6. & plurimis ſeqq.* ibi & in materia beneficiali reſpondet *ad c. beneficium, de reg. Iur. in 6.* vide ad eum.

Hinc in huiuſmodi caſibus vidi multa afferri pro coloratione & reſpectiuè decoloratione tituli, tu vide Knichen *d. cap. 5.* & 11.
Cothm. *vol. 3. reſp. 47. n. 302. & ſeqq.* vbi defendit, quod ſubditus cōtra dominum non præſcribat Iuriſdictionalia, item declarat, quæ de Officialium Principis ſcientia allegantur, & declarat varijs modis, quando Iuriſdictio ne quidem tempore immemoriali acquiratur, & plura alia ibi, ſed tamen præſumptio, quæ pro domino Regionis facit, eliditur per probationes fortiores & ſpeciales Crauet. *conſ. 6. n. 70. & conſ. 35. n. 5. & de antiq. temp. p. 4. §. materia, n. 21.* Boēr. *deciſ. 211. num. 17. & ſeqq.* quid ſi autem vtrimque diſputetur de Iuriſdictione, vide *tit. ſeq. de litib.* item an poſſeſſio ſtatus vel qualitatis liberet ab onere probandi, & quæ dicatur longa poſſeſſio, Pacianus *de prob. lib. 2. cap. 20.* & quod Iuriſdictio præſcribi poſſit,

Digitized by Google

colligitur ex Chriſtinæo *volum. 1. deciſ. 346. num. 5. in verbis, quouſque præſcriptio probetur*, ſed quando & quomodo, docet Gratianus *tom. 3. diſc. for. c. 441. per tot.* vide omnino *ibi*, & ſi placet, addere poteris Borellum *in ſumm. deciſ. lib. 2. tit. 1. n. 180. & ſeq.* quod Decanus & Capitulũ alicuius Eccleſiæ Cathedralis, prætendentes ſe exemptos à Iuriſdictione & coactione Epiſcopi, allegando tempus immemoriale, niſi alium Prælatum, qui huiuſmodi Iuriſdictionem in eos præſcripſerit, oſtenderint, non audiantur, limitat niſi præſupponatur eſſe exemptos, & immediate recognoſcere tantum ſummum Pontificẽ, tunc enim currit tempus, & articuli admittuntur, vt declarauit Rota *ibid.*

12. Quinto limita, vt non procedat, quoad bona in territorio ſita, iuxta illud Senecæ *7. de benefic. c. 4.* ad Reges poteſtas omnium pertinet, ad ſingulos proprietas, ſic memini in caſu quodam controuerſo contra dominum allegatum fuiſſe, communem eſſe DD. ſententiam, quod villa ſeu communitas habens terminum deſignatum ab antiquo, vel à Principe, habeat fundatam intentionem, quoad omnes terras & loca ſita intra illos limites, quæ non reperiuntur à priuatis occupata, ſed deſerta & inculta, vt præſumantur eſſe eiuſdem villæ & communitatis, ſub cuius limitibus reperiuntur, & ad omnium vicinorum vtilitatem communem, Caſſan. *in Conſ. Burg. rubr. 9. §. 4. n. 4.* Caſtrenſ. *in l. 1 ff. de acq. poſſeſſ.* Couarr. *pract. quæſt. cap. 37. num. 1.* Bertrand. *conſ. 37. lib. 1.* vbi tamen addit, quod dominus habens Iuriſdictionem, poſſit vti paſcuis iſtis, ſicut habitator & incola iſtius loci, ita vt qui habet minores ibi poſſeſſiones, debeat etiam minus vti, ſequitur Hier. à Monte *Tract. finium reg. cap. 72. num. 20.* Weſenb. *conſ. 62.* Valaſc. *de iure Emphyt. quæſt. 8. num. 40.* Molin. *de Iuſtit. & Iure, tract. 2. diſp. 59. concl. 5.* vbi ampliatur, Berlich. *pr. concl. 49.* adde Surdum *conſil. 59.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 7. num. 88 & ſeq.* Hondend. *p. 5. conſil. 84.* Crauett. *conſ. 154.* & quomodo communitas manuteneri debeat, Cauale. *p. 2. deciſ. 4.* vbi de materia adde *p. 1. deciſ. 13.* pro quibus facit *l. 6. ff. de rerum diuiſ. l. omne territorium, C. de cenſib.* hæc & ſimilia ciuitas Gocchenſis contra Principem allegabat, præſertim cum & ciuitas ipſa in longiſſima erat poſſeſſione, & limitationem veram eſſe euincitur ex ratione ab Anton. Fabro *in Cod. de Iuriſdict. defin. 17. num. 4.* adducta ibi & *defin. 18* quatenus Parochi fundata ſit intentio in Parochia percipiendi decimas, de quo vide plura *tit. de genere, part. 1.* & apud Maſcard. *de probat. concl. 217. per tot.* quid cenſendum ſit, ſi bona ſint intra fines Regni, Prouinciæ, Ciuitatis vel Caſtri ſita, an idcirco illius eſſe dicenda ſint, cuius eſt Regnum, Prouincia, Ciuitas, & quo pacto id probandum ſit, & rurſus Anton. Faber, *in Cod. de iure emphyt. defin. 1. in addit. num 30.* dicit quod cum non ſit dominus vniuerſalis rerum in ſuo territorio exiſtentium, niſi quoad Iuriſdictionem & protectionem per Doctores ibi allegatos, non poſſit inferri à Iuriſdictione & poteſtate ſuprema ad iura feudalia & emphyteutica, quæ nihil commune habent cum Iuriſdictione, ſed per ſe ac ſeparatim conſiſtunt, Alex. *conſ. 112. in cauſis & lite vol. 4.*

Alias video quoque quod loca communia à nemine poſſeſſa ad dominum territorij ſeu ſuperiorem pertineant, Wameſius *cent. 2. conſ. 33. n. 6.* ibi DD. adeo vt *n. 21.* dicat cõmuni opinione receptum eſſe, ꝙ Princeps vel dominus terrarũ poſſit ex locis incultis, de- 13.

deſertis, ſterilibus, partes aliquibus ſub certo cenſu aſſignare, ſic fecit Princeps Elector Brandenburgicus, dum Cliuis agerem Aduocatum, adde DD. in Heigio *p. 2. quæſt. 40. n. 136. & ſeq.* & cum in prędicto caſu per Dominam Abbatiſſam im Newen Cloſter conſultus, quid Iuris eſſet in caſu, vbi d. Newen Kloſter à tempore immemoriali ius vel facultatē paſcendi ibidem habuerat, reſpondi quidem magnos iſtius temporis in iure eſſe effectus, illudq; & publica & priuata occupare, vt infra de tempore probabitur, necnon Wameſium *allegato conſ. n. 18.* diſſentientes allegare, tamen quia contra Principem agendum erat, & Wameſius probabat *num. 11.* quod per patientiam ſeu conniuentiam Principis non inducatur obligatio, quodque ea quæ meræ ſunt facultatis, non præſcribantur, & quatenus ius depaſcendi præſcriptum dici poſſet, quod hoc intelligatur rebus ſic ſtantibus, vel iſtis locis ad culturam non redactis, Crauett. *conſil. 292. n. 4.* lis nulla inchoata fuit, interim videas Valaſcum *de iure Emphyt. d. quæſt. 8. num. 28 & 37.* Maſcardum *de probation. concluſ. 167. & concluſ. 580. item concluſ. 1189. num. 34.* Molin. *ad conſ. Pariſ. §. 68. gloſſ. 1. num. 9.* qui volunt loca deſerta & inculta, ſi ab aliqua vniuerſitate occupata non ſint, tunc demum inſtar vacantium ad Principem vel dominum territorij pertinere, quia Choppinus *de Iuriſdict. Andeg. lib. 1. fol. 329. num. 106.* poſt Menoch. *lib. 3. præſumpt. 100. num. 9. & ſeq.* & Ioan. Bapt. Aſinium *de alluuionibus lib. 2. cap. 21. num. 6. & 7.* docet illa primo occupanti cedere, quod facit pro Newen Kloſter aliiſque, vide tamen DD. allegatos in Paciano *de probat. lib. 1. cap. 7. num. 87. & ſeqq.* an vero dominium inde probetur, quod locus intra confines & limites meos ſitus ſit, vide Gilman. *tom. 2. p. 3. tit. 10. vot. 5.* in voto correferentis *n. 30. & ſeq* reliqua apud DD. allegatos & *in l. deprecatio, ff. ad l. Rhodiam de iactu,* iunctis traditis per Menoch. *lib. 3. præſ. 100.*

Poſtremo alijs omiſſis principalis noſtra quæſtio limitari poteſt, ſi conſuetudo vel etiam præſcriptio immemorialis adeſſet, qua non ſolum Iuriſdictiones, ſed & Regalia acquiri teſtatur Valaſc. *lib. 1. conſult. 141. per tot.* vbi ita defendit Prelatorum vel Eccleſiarum Iuriſdictionem in aliquot terris vel Caſtris, qui vtiq; bonam fidem in præſcribente præſupponit, alias non procederet ſecundum tradita inferius de tempore, diuturnitas namque peccati ſiue mala fides in præſcribente non alleuiat, ſed magis aggrauat delictum & impium quo quid maius, eo maius periculum, Vaſquius *in præf. contr. num. 99.* in ſumma, omnibus illis in caſibus, quibus Iuriſdictio legitimè acquiritur, hac acquiſitâ non poteſt dici fundata intentio Principis, vt alter Iuriſdictionem exerceat, de limitibus territorij, & quod per actus Iuriſdictionales probentur confines, Gratian. *tom. 3. diſc. for. c. 595.* qui & *cap. 396.* an Iuriſdictio propter deſtructionem Caſtri amittatur, de quo & Gail. *2. obſ. 61. & lib. 2. de pace publica c. 9. n. 27. & ſeqq.* 14

CAPVT V.

De Principis vel Regia, dominicaq; poteſtatis & Iuriſdictionis abuſu, vbi quoq; notabilia de præſtatione operarum.

Regula eſto, quod legis poteſtas maior ſit, quã hominis qui legi ſubeſt, prout ſępius in diſcurſu dixi Reges & Principes ſubiici legi diuinæ, naturali, Iuri gentium, necnon rationi naturali, iiſdemq; ſtrictè obligari, 1.

gari, *Clem. Paſtoralis, fere in fin. de ſent. & re iud. cap. 1. & 2. diſt. 10.* pro quo facit & illud Claudiani:

Non tibi quod liceat, ſed quid feciſſe decebit,
Occurrat, mentemq; domet reſpectus honeſti.

quippe iniuſta lex neque in foro contentioſo, nec in foro conſcientiæ obligat: Lex eſt, inquit Cic. recti præceptio, prauiq; depulſio. Vnde nuper dicebam, facta ruſticis prohibitione, ne cum alterius quam domini naui ſe ſuaque ad nundinas vel aliò tranſueherent, contrarium facientes ex cauſa incommodi exſpectationis, tum etiam ex capite nimium conſtrictæ libertatis, non poſſe mulctari per notata à Vaſquio *de ſucceſſionum progreſſu, lib. 3. §. 30. num. 86. & ſeq.* & ibi *lib. 1. §. 1. num. 184.* iunctis traditis ſuperius *de Iuſtitia fori cap. 14.* in ſumma Regiæ & Dominicæ poteſtatis moderandæ regula eſt conſtans & perpetua, 1. conſcientia, 2. iuſtitia legis naturæ, 3. dictamen rationis, 4. ſalus Reipublicæ, 5. vtilitas ſubditorum, & denique proprium veri & Chriſtiani Regentis officium, iunctis rurſus ijs quæ ſuperius de æquitate dicta fuere. Secunda quoque ad noſtrum propoſitum ſpecialis regula ſit, neminem poſſe vel debere immiſcere ſeſe rebus ad alium ſpectantibus, *l. conſulta, C. de teſtam.* vitio ſiquidem vertitur falcem in alienam meſſem mittere, *l. culpa, de reg. Iur.* Et denique tertia ſit regula, quod ſicuti Pontifex non debet ſe implicare negotijs ſecularibus, quibus Magiſtratus politicus præeſt, *c. quoniam, diſt. 10.* ita nec è contra, *cap. Imperium, d. diſt. 10.* Ratio iſtius pulchra extat apud D. Thomam *lib. 4. de regimine Principum, cap. 23.* pro quo quoq; faciunt tradita ſuperius, vnde in quibuſdã Regnis & prouincijs ſeruari videmus ad effectum euitandi & auertendi confuſiones Iuriſdictionum, ac pro conſeruatione Iuris & authoritatis Eccleſiaſticæ, pari ferè numero conſiliarios Eccleſiaſticos & ſæculares conſtitui, Papon. *de Arreſtis, lib. 4. tit. 6. arreſt. 8. & 14.* nec hoc caſu ſubintrat *tit. decretorum, Ne Clericus ſe immiſceat, &c.* quia ſatis accuratè ad obiectionem inde deſumptam reſpondet Raudenſis *de Analogis, cap. 37.* quo breuitatis cauſa fit relatio, ibi & alias obiectiones ex ſacra Scriptura petitas diluit, ſicuti & Auctor *in Tractatu Onus Eccleſiæ, inprimis c. 24* de Regum tyrannide, item de iniuſtitia Ducum & Principum terræ aliorumque Magiſtratuum multos dominicæ vel Regiæ poteſtatis enumerat abuſus & exceſſus, propter quos & ob iniuſtitias quis Iuriſdictione priuari poteſt, etiamſi eam habeat per contractum, Peguera *deciſ. 36. præſertim num. 10* vbi DD. allegati.

Ex quibus doctrinis ſuperius relatis meo iudicio belliſſimè infertur, verum non eſſe, nec de iure defendi poſſe, quod quilibet Princeps ſit Papa in ſuo territorio, quemadmodum à viris alioquin magnis ſed Acatholicis referri audiui, nam Ethnicum illud eſt: 2.

Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbiq; Sacerdos.

item illud Romuli, Sacrorum omnium poteſtas ſub Regibus eſto, per Chriſtianos meritò explodendum, relegandumq; iuxta illud Poëtæ:

—— fuit hæc ſapientia quondam,
Publica priuatis, ſecernere ſacra profanis.

Exornatur à Cardin. Tuſcho *litt. I.* Iuriſdictiones an ſint diſtinctæ vel non, & quotuplices, *concl. 544. præſertim num. 9. & ſeqq.* Sed eſto fuerint olim Imperatores ſimul Sacerdotes, vt refert gloſſ. *in §. ſacra, Inſtit. de rerum diuiſ.* hodie tales non exiſtunt, ſed

Digitized by Google

ſed Imperatores & Reges ſe non Eccleſiæ Dominos, ſed tutores & vindices profitentur Grotius *Tractatu Florum ſparſio, ad Ius Iuſtinianeum in l. iuris, verſ. publicum, ff. de iuſtit. & iure,* exulet igitur mos Ethnicus apud Chriſtianos, ſicuti latè refutat Bellarmin. *tom. 1. contr. 3. lib. 1. cap. 7. per tot.* errorem Regis Angeliæ Henrici VIII, qui Eccleſiæ Anglicanæ ſe caput conſtituit, eodem modo cenſuit alios quoque Principes in ſuis Regnis & ditionibns ſuprema eſſe capita Eccleſiæ (bone Deus quot capita haberet vna eademqúe Eccleſia, quot diſſenſiones inde facillimè oriri poſſent *arg. l. 17. §. 6. ff. de receptis qui arbitr.*) cui cum nollent aſtipulari Thomas Morus Cancellarius Angliæ & Ioannes Fiſcherus EpiſcopusRoſenſis capite plexi, nunc & ſemper glorioſi in cœlis exiſtunt, Gregor. Tholoſ. *de Republ. lib. 8. cap. 2. num. 16.* confer ad refutationem Beſoldum *in differtat. Politico-Iurid. de Maieſtate in genere, ſect. 2. cap. 3.* vbi imprimis probat, quòd Religio cultusqúe religioſus non ſit in adminiſtratione Principis ſæcularis, & *cap. 7.* contra eos qui bona Eccleſiaſtica vel Monaſteria ſibi applicant, imò & apud Gentiles ſummum Imperium Religioni ceſſit, vt ex Valerio Max. probat Luc. de Penna *in l. Conductores, ſub num. 1. Cod. de conduct. & procurat.* hinc S. Ambroſ. *epiſt. 32.* cum de Iuriſdictione Eccleſiaſtica ad Valentinianum Imperatorem ſcriberet, in cauſa fidei, inquit, Epiſcopos etiam de laicis in Eccleſia, non autem laicos de Eccleſiaſticis in Conſiſtorio debere iudicare, horribile exemplum de Principe Catholico aſſerente ſe in prouincijs ſuis eſſe Papam refert Dominus Efferen *in manuali Politico de ratione ſtatus ſeu idolo Principum, obſeru. 2. punct. 4. in fin.*

Nhilominus eò deuentum eſt, vt & apud Catholicos Eccleſias incaſtellatas, ſiue ex ijs caſtella fieri videamus, contra ea quæ docet Conradus Lancellot. *d. tract. lib. 1. c. 1. §. 3. verſ. primo,* ad exemplum Themiſtoclis Athenienſium quondam belli Ducis, qui vt refert Æmilius Probus in eius vita, iuſſerat loca muniri, vt nec parcerent ſiue ſacer eſſet ſiue prophanus, ſiue priuatus ſiue publicus, quo factum vt muri ex ſacellis ſepulchriſq; conſtarent, idem conqueritur, Petrus Gregor. Tholoſan. *lib. 13. cap. 17. num. 14.* de militibus qui pro fide & religione arma ſe ſumpſiſſe dicunt, inſolentiùs ſe in Eccleſiæ bona & ſacra geſſiſſe quam ipſos hoſtes vidimus, *ibi inſeq.* horrenda exempla de talibus, ſiquidem illorum bonorum ac perſonarum Eccleſiaſticarū acerrimi deberent eſſe vindices, quemadmodum Leo Pontifex *epiſt. 73. tom. 1.* Concil. ad Leonem Imperatorem hortando ſcripſit, debes, inquit, incunctanter aduertere Regiam poteſtatem tibi non ſolum ad mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam, vt auſus nefarios comprimendo, & quæ benè ſtatuta ſunt defendas, & veram pacem ijs, quæ ſunt turbata, reſtituas, Roſſæus *de iuſta Reipub. Chriſtiana in Reges impios & hæreticos authoritate cap. 9. §. 4. in fin.* ſumma namque ratio eſt, quæ facit pro Religione *l. etſi quis, ff. de Religioſ. & ſumpt. funer.* vnde olim ruricolis in more fuit, ad templa vel Eccleſias tanquam tutiſſimum aſylum confugere, quæ tamen hodie impune violari videmus, ita vt Barbaria ſit nomine tenus in Africa, apud nos res ipſa, & vera barbaries, quomodo autem illi puniti fuerint, qui ſe rebus ſacris immiſcuerint, bonaqúe abſtulerint, vide ſupra *de Bello,* & hiſtoriæ ſunt in ſacra Scriptura notæ, adde ſi placet Petrum

Digitized by Google

ideo de imploratione brachij ſæcularis, & quando Iudex ſæcularis debeat concedere brachium non viſo proceſſu, remitto me ad Doctores & Riccium *par. 3. collect. 573.* & an cognoſcat de ſententia requirentis *collect. 1323. & 2084.* Iudex verò delegatus illud non poteſt petere niſi in Reſcripto poſita ſint ſolita verba, & quòd poſſit impetrari auxilium brachij ſæcularis Borellus *in Summa Deciſionum lib. 1. tit. 41. num. 247. vbi & num. præced.* ait non concedi brachium ſi ſententia eſt iniqua, vult etiam ad hoc requiri cauſæ cognitionem, item an laicus à Clerico requiſitus teneatur exequi non viſo proceſſu Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 6. num. 16.* quatenus exequatur Aſinius *in praxi §. 31. c. 2. ampliat. 15.* Menoch. *rem. 3. retinen. poſſeſſ. num. 359.* de brachio Gail. 1. *obſeruat.* 115. & multa de litteris requiſitorijs Rebuff. *ad conſtitut. Reg. tit. de litteris requiſit.* Couar. *Pract. Quæſtionum cap. 10. &* 11. Meiſnerum *lib. 1. deciſ. 28. num. 35. & ſeqq.* Berlich. *par. 1. concl. 79. num. 41. & ſeqq. & paſſim per tot.* de litteris mutui compaſſus *& num. 28. & ſeqq.* quid Iuris quidquè faciendum ſit, ſi Iudex requiſitus exequi nolit, vidi ego per Iudices Eccleſiaſticos ad excommunicationem fuiſſe proceſſum, quando verò requiſitus non teneatur exequi Zaſius *in l. cum quædam puella num 21. & ſeq. ff. de Iuriſdict.* & rurſus Gratianus *tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 389.* de Iudice requiſito, an cognoſcat de exceptionibus. Et quia ſæpè in executione hoc vel illud cognoſcitur & determinatur, appellatur in petito ſubſidio executionis ad Superiorem requiſiti & non requirentis Wameſ. *cent. 1. conſ 88. num. 1. & num. 25.* quòd requiſitus non debeat ſententiam nullam exequi, ſicut latè probat Nicol. Euerh. iun. *vol. 2. conſ. 34.* quòd ſententia ipſo iure nulla non tranſeat in iudicatum.

Ratione verò prædictorum fieri videmus quòd lites quoque in executiuis in infinitum ſæpè protrahantur, & earum capita ſemel reſecta inſtar hydræ de nouo creſcant, magno Reipublicæ & inprimis partium detrimento, tu ſi caſus occurrat vide Ignatium Lopez *in practica canonica crim. cap. 154.* vbi latiſſimè & per varios caſus de inuocatione vtriuſque auxilij Eccleſiaſtici & ſæcularis in forenſibus actionibus frequentiſsima agit, *& num.* 11. pro & contra DD. an Iudex ſæcularis antequam præſtet auxilium, poſſit petere, vt ſibi detur copia proceſſus, negatiua perhibetur communis, affirmatiua verò in praxi obſeruata, vbi declaratur quòd communis vera ſit, quando Iudex ſæcularis vellet cognoſcere de effectu ſententiæ ad effectum reuocandi quod ab Eccleſiaſtico iudicatum eſt, quod prorſus eſt prohibitum, ſecus ſi id faciat, vt intelligat an ei obtemperandum ſit, deinde limitat communem ſententiam in cauſis mixti fori, & rurſus *num.* 11. quid ſi ſententia notoriè nulla eſt, vel manifeſtum iniquitatem continet, & *num.* 22. pro & contra arguit, quando impertitur auxilium Eccleſiaſticũ ſiue ſæculare, an pars citari debeat, conciliando DD. opiniones dicit, ſi pars legitimè fuerit audita, quòd non debeat citari, vbi plura quæ per te videre poteris, & ita ſemper in executione nouæ ferè oriuntur lites, dum pars condemnata allegat & dicit ſententiam contra ſe latam eſſe notoriè nullam, vel manifeſtam continere iniquitatem, præterquam verò quod non ſufficiat illa allegari, ſed ex actis probari debeant, notandum eſt, quòd ſi nullitas prin-

principaliter moueatur, idem Iudex vel appellationis de eo cognoſcet Gail. 1. *obſeru. 127. num. 6. & ſeqq.* & conſequenter nullitas cauſæ Eccleſiaſticæ coram Iudice ſæculari proponi non poterit, & quamuis videatur hoc declarari per Mynſing. *reſp. 6. num. 15.* quando nullitas incidenter proponitur, tamen non leuis hoc caſu manet difficultas, quia & incidentia ſpiritualia in cauſam ſæcularem ad forum Eccleſiaſticum remittenda, ferè DD. communiter tenent, & conſequenter non poterit in executiuis nec principaliter nec incidenter proponi, niſi fortè dicas Mynſingerum loqui ſi cauſa temporalis ſit, vt ita prius conueniat cum doctrina per ipſum tradita *centur. 1. obſeru. 100.*

7. Hodie habeo caſum in facto ſatis notorium, in quo propter denegatam executionem ſpretamque excommunicationem, brachium maius per Commiſſarios Apoſtolicos decretum fuit, brachij namque ſæcularis auxilium per Eccleſiaſticum tunc demum implorari debet, quando Eccleſiaſtica Iuriſdictio ſua præſtitit, ſed quæ præſtare prius debeat vide Barboſ. *in cap. pernitioſi num. 8. x. de offic. iud. ord.* licet & ibi ſint DD. ſuſtinentes illud ſemper implorari poſſe, tenet aliàs Aluar. Valaſc. *tom. 1. conſ. 48. num. 12. & 13.* quòd Iudex Eccleſiaſticus non teneatur exequi ſententiam Iudicis ſæcularis ſi illa nulla, vel euidenter iniqua eſt, item nec in cauſa criminali quando remittitur Clericus, in qua deciſione agitur de eo, qui poſt delictum Clericus factus fuit, interim ſeſe intromittere non debent in ijs cauſis, quarum cognitio ad ipſos non ſpectat, quippe prohibitum eſt duobus aſſidere Magiſtratibus per notata Luc. de Penna *in l. apparitores, num. 7. Cod. de exact.* declaratur in Barboſa *in c. diuerſis, num. 2. de cleric. coniug.* quiſque in terminis ſui officij & iudicaturæ ſe continere debet, nam vt inquit Orig. *homil. 91. ſuper Leuit.* quamdiu quis permixtus eſt turbis, nec Deo nec litteris vacat, inſignes appellantur rebus ſuis vacantes, vnde *Iudic. 6.* Angelus Gedeoni apparuit in propria domo granum mundanti. & dixit: Dominus tecum virorum fortiſſime, non quod magnum quid ſit granum mundare, ſed hoc ipſo oſtenditur, quòd qui ſuis ſegregatim vacat, fortiſſimus dicatur, laudabilis magis quàm commendandus, quod & vice verſa contra Eccleſiaſticos accommodari poteſt, quando illi ſuis rebus non vacant, ſed falcem ſuam in Iuriſdictionem alienam vel ſæcularem mittunt, quo caſu vide notata infra *cap. 9.* & Chriſtinæum *volum. 1. deciſ. 43. & ſeq.* de appellationibus ab abuſu, & quomodo tunc cauſæ euocentur ab Eccleſiaſticis per territorij Dominos, adde de Regiæ poteſtatis abuſu Petrum Gregor. Tholoſanum *de Republ. lib. 9. cap. 2.* vbi pulchræ aliquæ hiſtoriæ de abuſu iſtius poteſtatis, *& lib. 7. cap. 20.* de principatus lege, vbi & *num. 48. & ſeq.* exornatur, quando Princeps non poſſit vti plenitudine poteſtatis.

Ego vt verum fatear puto Munnoz ſuperius cap. 1. allegati opinionem eſſe veriſſimam, quòd ſæculares vſurpantes vel cognoſcentes ſuper rebus ſpiritualibus, temporis curſu nec immemoriali ſe vel ius ſuum vſurpatum defendere queant, vti in terminis docet Bonacina *de cenſuris in Bulla Cœnæ contentis, diſp. 1. quæſt. 15. punct. 4. §. 3. prop. vn.* quòd Principes alijque Iudices ſæculares non poſſint ſeſe prætextu conſuetudinis etiam immemorialis excuſare cauſas ſpirituales vel ſpiritualibus annexas à Iudi- 8.

cibus

Digitized by Google

cibus Eccleſiaſticis auocantes, vel ſe in ijſdem intromittentes per DD. & rationes ibi allegatas, & aliqua in Gratiano *diſc. Forenſ. cap. 238.* & ſequitur Cavalc. *p. 1. deciſ. 27. & p. 2. deciſ. 28. n. 118.* vbi plures allegat, *& nu. ſeq.* quod nullus niſi Papa poſſit cauſas ſpirituales vel Eccleſiaſticas laicis committere, hinc conſimiliter Poëta:

Tempus longæuum te non excuſet in æuum
Cum malè ſis vſus quia non præſcribit abuſus.

quem verſ. ex alijs refert Cothman. *vol. 3. reſp. 47. num. 33.* vbi in præcedentibus probat quoties de vitioſo initio apparet, nec præſcriptio immemorialis nec conſuetudo excuſet, & ſatis reſpondet ad obiectionem allegatam *num. 87.* quod mala fides tanto tempore purgetur, & rurſus *num. 309. & ſeq.* quòd ſcientia Dominorum in poſſeſſione immemoriali requiratur & quatenus, & licet Cothman. loquatur in alijs terminis, poterunt tamen quædam eorum & hic eò magis accommodari quo maior eſt incapacitas in præſcribente, & in terminis noſtris loquitur Caualcan. *d. loco*, nihilominus in ſacris poteſt Ius honorificum acquiri, vti eſt Ius patronatus, & vt quis ſedeat eminentiori loco in templo & ſimilia Pariſius *vol. 4. conſ. 149.* ſic videmus Ædiles alioſque Officiales Eccleſiæ eſſe ſæculares & Adminiſtratores rerum Eccleſiæ, ijsque & ſalaria conſtitui, imò fructus Canonicatus Munnoz *de ratiocin. cap. 29. num. 13.*

9. An autem Princeps Imperio abutens à Papa deponi poſſit, videantur Vaſquius *lib. 1. contr. 8. num. 17.* Gigas *de crim. læſæ Maieſtatis quæſt. 66.* Viuius *lib. 2. comm. opinion. 310.* horrendum eſt exemplum, quod memini me legiſſe apud Paulatium Epiſcopum Italiæ in Apocal. dum quærit Salomon ſaluus an damnatus ſit (ego per coniecturas non facilè aliquem damnauero) vbi ipſe inter cæteras cauſas damnationis refert, quod inſolita à ſuis ſubditis exegerit tributa, habeant igitur Principes & Domini præ oculis illud Tyberij Cæſaris in omne æuum laudabile dictum: Boni Paſtoris eſſe tondere pecus non deglubere; & Alexandri Magni ſe olitores odiſſe, quia radicitus & ſtirpitus herbas exciderent, & qui ita ſubditos ſpoliarent ne ſortem relinquerent, qua in re hac tempeſtate à multis pernicioſe peccatur, qui miſeros ſubditos vſque ad ſanguinem emungunt & vt beſtias tractant, Gail. *lib. 1. de pace publica cap. 2. num. 21.* adde Lucam de Penna *in l. 1. Cod. de conduct.* & tradita per Mageгum *de Aduocatia armata, cap. 13. num. 292 & plurimis ſeqq.* vbi principalis quæſtio eſt, an protector clientes contra proprium Magiſtratum defendere queat, quodque Magiſtratui ſubditos iniuſtè tractanti reſiſti poſſit, & ob nimiam ſeueritatem ei Iuriſdictio auferatur, quodque officij fines excedens competentibus actionibus ſubiaceat, & quid ſi non ritè procedat; vide latè ibi & iudicatum apud Antonium Fabrum *in Cod. quando liceat vnicuique ſine Iudice, &c. defin. 2.* quòd Dominus ſæuiens in ſubditos, Iuriſdictione ſua priuandus ſit, vtinam hoc ſæpè practicaretur, ſic & in conſtitutionibus Imperij inſolita illa vectigalia & tributa prohibita videmus, & quòd Domini non debeant ſubditos plus ſolito, nec ſtudio nouitatis grauare, ſtatutum quoque reperitur in iure ciuili, *l. cum ſatis, §. caueant, Cod. de agricol. & cenſit. l. 1. 2. Cod. ne ruſtic. ad obſeq. euoc.* Gail. *de arreſt. cap. 10.* Coler. *de proceſſ. execut. p. 1. cap. 9.*

Digitized by Google

num. 59. & præter Borellum & per ipſum citatos DD. *in Summa Deciſionum lib. 2. tit. 27. num. 27. & ſeq.* vbi Domini malè tractantes ſubditos iuriſdictione, & male tractantes vaſallos feudo priuantur, vide in multis caſibus tradita per Magerum *de Advocatia arm. cap. 16. n. 599. & plurimis ſeq.* De amiſſione ex abuſu & quando protectores dicantur abuti aduocatia, ſic in herili poteſtate inuiſa fuit Ioui ſæuitia Domini Liuio teſte, propterea ſeruus ſæuitia preſſus vænire iuſſus eſt, ſic Imperator Imperio ſe gerens indignum, eius faſtigio deijcitur, abutens iuriſdictione, priuilegio, &c. ſic & colonus & Emphyteuta & de alijs quos refert Magerus *d. loco,* & quædam apud Roſenthal *de feud. cap. 5. concl. 71. & cap. 10. concl. 33.*

10. Item Domini habent præſumptionem contra inſolita ſeruitia, quod per vim & metum extorta præſumantur Boër. *deciſ. 132. num. 4.* Colerus *de proceſſ. execut. p. 1. cap. 5. n. 58.* Maſcard. *de probat. concl. 1214. num. 21.* vbi iura allegat, Wehneri *pract. obſ. lit. N.* Nachſteur Abzug, *verſ. reſponde,* nam licet inſolita ſeruitia ſine contradictione Domino præſtita ſint, hoc tamen ipſum non excuſat, quo minus agi poſſit ad desiſtendum, cum præſumantur metu reuerentiali præſtita, & à Domino extorta per ibi allegata, imò ille ipſe, qui aliquando præſtitit, non tenetur in futurum, cum actus noſtri voluntarij vltra non obligent quam geruntur, Burſat. *conſ. 16. num. 83. & ſeqq.* ad prædicta quoque vide Ruland. *in quæſtionibus iuxta modum in Camera inter referendum vſitatum quæſt. 39.* vbi reſoluit inſpiciendum eſſe qua mente fuerint præſtita, nam ſi probetur factum precario, nulla inde ſeruitus dici poteſt, nulla poſſeſsio, & *quæſtione ſeq. 40.* quòd ſi indebita & inſolita ſint ſeruitia, per metum extorta præſumuntur, & per poteſtatem facta, præſertim erga ruſticos, Guido Pap. *deciſ. 407. num. 2.* quòdque nullam inde acquirat actionem, nullaqúe inferri poſsit præſcriptio; vide ibi rationes & DD. confer quæ latè tradit Pacianus *de probat. lib. 1. cap. 29.* an & quomodo tacens pro conſentiente habeatur Chaſſan. *in conſ. Burg. rubr. 1. §. 4. num. 14. & ſeqq.* ibi paſsim pro & contra Dominos, & quatenus conſentiunt ſubditi, potius ex timore grauaminibus conſentire præſumuntur Farinac. *par. 1. deciſ. 5. num 3.* idem docet Klock *Tract. de contribut. in fin. corollarij*, quòd inferior vel ſubditus patitur aliquid fieri per Superiorem, hoc magis ex familiaritate vel per impreſſionem fieri dicendum ſit, ita vt ad poſſeſſionem non ſufficiat, vbi Doctores allegat, neque enim quaſi poſſeſsio per actus generales & æquiuocos probatur Gratianus *lib. 1 diſcept. forenſ. cap. 113. num. 67. & num. 63.* docet, vltra exercitium Iuris incorporalis requiri, vt exercens intendat vti iure ſuo ad effectum manutenendi in quaſi poſſeſsione, adde & hic Pacianum *lib. 2. de probat. c. 20.* poſſeſsio alicuius ſtatus vel qualitatis an & quomodo transferat onus probandi in aduerſarium iunctis traditis per Florez Diez *lib. 3. var. pract. quæſt. cap. ſeu. q. 23.* vbi exactiſsimè tractatur vtrum ex curſu longi temporis præſumatur titulus & ſolennitas & quando non, ſic & conſuetudo habens initium à coactione non eſt laudabilis Surd. *lib. 2. conſ. 254. num. 28.* nec per actus extorſiuos induci poteſt Gratian. *lib. 2. diſc. forenſ. cap. 210. num. 23.* vbi è contra quòd

datur

Digitized by Google

datur vigore laudabilis conſuetudinis, perpetuo dandum eſt, & per contrarium ſtatutum tolli non poteſt *num.27.* & de Principe reſpectu ſubditorum, & quomodo teſtes de curſu temporis deponere debeant Ant. Petra *de poteſtate Principis cap.6.par.*1 Rubrica, quomodo diſtinguantur ſeruitutes.

11. An verò ruſticus allegans ſe ſeruitia aliquamdiu præſtitiſſe, contra verò Dominus iure illa præſtita dicat, vtri in dubio incumbat probatio Moller. *lib.4.ſemeſt. cap. 38.* adde notata in Beſoldo *in theſaur.pract. lit.Z. verb.* Zwang Mühlen/ & DD. *in l.ſi certis annis, Cod. de pactis,* & *in l.cum de in rem, ff. de vſuris.* & Additionatorem ad Maſcard. *de probat.concluſ.*1117. an per obedientiam ſemel præſtitam acquiratur quaſi poſſeſſio in futurum, item an ſi vnus ex vniuerſitate obediuit, ſit probata obedientia contra omnes ex vniuerſitate, ſimile eſt modo in facto vbi aliqui ex vniuerſitate ſingulis annis aliquid præſtiterunt, & quæritur an Domino ius inde quæſitum ſit contra alios & quidem poſteros ab ijs exigendi ſimilia, ſed quod per priuatos non poſſit præiudicari Iuri communitatis docet Meiſnerus *lib.* 1. *Deciſionum Cam. Imper.34. num.14.* latiùs *tom. 4. deciſ.* 22. aliud namque eſt vniuerſitas aliud particulares Surdus *conſil. 447. num. 30. & ſeqq.* adde Crauettam *conſ. 972. num. 8. & ſeqq.* latè Hondend. *par.2. conſ.17. & volum. 1. par. 5. conſ. 79. num. 27. & ſeqq.* & quando vniuerſitas dicatur poſſidere Pariſius *volum.1. conſ.27. num.75.* Afflict. *deciſ.1376.* Card. Tuſch. *lit. P. concluſ. 423. in fin.* remiſſiuè, & Gratian. *dict. cap. 114. num. 51. & 52.* docet quòd præſtatio ab illis, qui poſſeſſionē auferre non poſſunt, non ſufficit ad manutenendum, & quid ſi ſolutio nomine alterius facta fuerit, hoc de præſenti, illa verò haud pridem in quadam ardua cauſa allegaui contra quandam communitatem, quæ ex quorundam particularium actibus prætendebat poſſeſſionem, in caſu præſenti conſulas iſtos DD. & Additionatorem ad Dauth. *de teſtament. num. 300.* vbi namque expreſſe profitetur. licet collegium & iura antiqua collegialia ab vno aliquo, modo ſit de collegio, retineri ſeu conſeruari poſſint, tamen cum agitur de acquiſitione noui Iuris, quod non vni aut alteri priuato, ſed toti collegio acquiſitum prætenditur, ad ſubſtantiam præſcriptionis requiri collegiale aliquot principium.

Quemadmodū & in exigendis operis huius poteſtatis abuſum ſæpè, imò prô dolor propemodum momentaneè in praxi notare poteris, in caſibus occurrentibus, conſulas imprimis præter Gratianum *tom. 1. diſcept. forenſ. cap. 180.* de operis fabrilibus & obſequialibus an in perpetuum locari, & delegari poſſint, & an tranſeant ſiue tranſmittantur de hærede in hæredem, quibusquè non debeatur ſalarium, latè Klock *de contributionibus cap. 2. & ſeqq.* de operis & quod Iuriſdictio cum operis nihil habeat commune, quod exactio operarum regulariter ſit contra Ius, quodquè Dominus illos ſuo iure exegiſſe probare debeat, & quod in dubio præſumantur extorta, eas allegans ſimul titulum allegare tenetur, declara ſi fuerit in longa poſſeſſione per tradita ſuperius, imò & alias exactio ſeruitiorum regulariter, Dominis in poſſeſſione exiſtentibus, illibata in poſſeſſorio conſeruari debet, donec per ſubditos in petitorio ius libertatis plenè deducatur, & 12.

Digitized by Google

indebita exactio probetur, *cap. querelam, de elect. cap. volumus 16. quaſt. 4. cap. 1. x. vt lite pend.* Ant. de Petra *de poteſt. Princip. c. 6. p. 2. n. 3.* Knichen *de pact. veſtit. lib. 2. cap. 3. num. 55.* quod ampliando latius probat Zieglerus *in communib. concluſ. ad praxin Nicolai Caluoli, v. Nobiles, concl. 1. nu. 57. & ſeqq.* vbi latiſſimè de operis ruſticorum, & notabilis colligitur declaratio ex Greſſero *de conſcientia, lib. 4. cap. 14. nu. 152.* vbi iuxta communem DD. ſententiam tradit, quod Superior in dubio non ſit in poſſeſſione præcipiendi, puta & imponendi grauia, valdeque incommoda, immo è contra ſubditum eſſe in poſſeſſione libertatis ſuæ non ſubeundi, & ibi remiſſiuè, iunctis traditis per Cardin. Tuſchum *litt. O. concl. 118. & plurimis ſeqq.* vbi varia de oneribus in varijs caſibus, & aliquot caſus, Chriſtin. *vol. 4. deciſ. 95. num. 3. & 4. & num. 60.* remedia contra dominum noua ſeruitia imponentem, an operæ in pecuniam conuerti queant, de operis & facto operarum, Colerus *de proceſſ. execut. p. 1. c. 9 & p. 3. c. 7. num. 41. & ſeqq.* diſtincte Wehneri *pract. obſ. litt. D. in verb.* Ding Noruil / Dienſt.

15. Seruitia limitata & determinata non præſtari niſi exigantur, & quod illimitata & indeterminata ad arbitrium boni viri reſtringantur ad operas conſuetas & ſolitas, item ibi, an Ruſtici ad obeundum Nuncium, Botſchafft zu verrichten die Dominico teneantur, an operæ præſcribi poſſint in pecunia præſtanda, Wehner. *d. loc.* negat Mynſ. *3. obſ. 13.* Gail. *2. obſ. 73.* quanto autem tempore præſcribi poſſint, Conſult. Saxon. *tom. 1. p. 5. q 32.* item an vaſallus ſe liberet præſcriptione à ſeruitijs Boër. *deciſ. 132.* an ſeruiens interitum animalium præſtet, Innocen. *in cap. ſicut de iureiur.* quoad legitimas excuſationes à ſeruitijs, Roſenthal. *de feud. par. 1. cap. 8.* & alios caſus allegat Næuius *lib. 1. de feudo ſine culpa non amittendo cap. ſancimus, verſ. ſed ſi Dominis, &c.* in vſibus feudorum, vbi etiam an proprijs ſumptibus ſeruire debeat, & plurima de ſeruitijs tractat *lib. 2. tit. de forma fidelitatis, cap. in epiſtola, & tit. 37. cap. ſi quis, num. 14. & ſeq.* vbi & concluditur operas ex neceſſitate debitas ſumptibus ſubditorum præſtandas eſſe, aliàs non, Caualc. *d. deciſ. 27. num. 33. & ſeqq.* vbi & quando poſſeſſio vel quaſi proſit vel non, rurſus in Wehnero vide finita ſeruitia quomodo præſtanda ſint, item an Frohndienſt / ſint reales vel perſonales, item an Nobiles ad ea teneantur, ſi à ruſticis fortè villam emerint, & Wehneri *lit. T. verb.* Tünguna / quod operarum præſtantiones ſtrictè intelligendæ ſint, quodque in ijs non reperitur expreſſum, de ijs non cenſeatur cogitatum, vbi remouet obiectionem, quæ à genere ad illationem ſpecierum deſumitur, rurſus *lit. A. in verb.* Aller Dienſt / vbi & quomodo boni viri arbitratu modificanda & definienda ſint, cui addas Beſoldum *in Theſaur. pract. lit. F. verb.* Frohn / item Huſan. *de proprijs hominib. c. 6. n. 48. & ſeq.* item de coactione ad certa molendina, & quomodo iura negatiua præſcriptione acquirantur Gratian. *tom. 3. diſc. for. cap. 164.* item Zaſium *lib. 1. ſing. intell. c. 3. & de feud. p. 12. num. 12. vbi de limitatis & illimitatis ſeruitijs,* gemeſſene vnd vngemeſſene Dienſt / de quibus & Gail. *2. obſ. 62. num. 22. & ſeq.* item Papon. *de arreſt. tit. de angarijs, lib. 5. tit. 6.* & de Domino prohibente ire ad aliud molendinum ſed compellente ad proprium, Surd. *lib. 1. conſ. 127.*

Inte-

14. Interim & hic notandum, quod iuſſus & præceptum Principis eſt cauſa iuſti timoris, vt & metus cadens in conſtantem virum, ſi Princeps ſoleat male tractare ſibi non obtemperantes, DD. apud Barboſam *in cap. conuenior 23. quæſt. 5.* Ex quibus multas occurrentes quæſtiones reſoluere poteris, & hodierno tempore de coactione ad excubias, Boërius *deciſ. 212.* præter alleg. poteris quoque videre DD. *ad tit. Cod. de operis libertorum, item ad tit. Cod. ne opera à collatoribus exigantur:* Operarum exhibitarum, quæ locari non ſolent, merces aut ſalarium non debetur, Gamma *deciſ. 216. num. 1.* vnde videtur reddi dubia mihi propoſita quæſtio, An filius, qui parenti binubo multum laborauerat, & cuius labore & parens & ſecunda eiuſdem coniux multa ſuperlucrati erant, alimentatus à patre poſſit mercedem operarum ſuarum petere, quam quæſtionem reperi reſolutam apud Valaſcum *lib. 1. conſult. 32.* quod licet filius teneatur laborare parenti, non tamen nouercæ, ideo repetet laborem pro medietate, etiamſi patris hæres exiſtat, iuxta cuius doctrinam eo libentius conſului in caſu propoſito, quia ex primo matrimonio vix erant aliqua bona, ſed ferè omnia in ſecundo matrimonio patris & filij induſtria & labore acquiſita, nihilominus videbantur obſtare tradita per Coraſium *in l. frater à fratre, §. quis, num. 34 ff. de condict. indeb.* & ita declarari poſſet Marilianus *deciſ. 6.* vbi tenet, quod ſeruitia cum alimentis compenſanda ſint, & quomodo, vide ibi: Ego hoc declarabam, vt verum ſit reſpectu ſeruitiorum parenti præſtitorum, Karpzouius *p. 1. Conſtit. Saxon. 31. & ſeq.* ibi & reſpectu horum filium poſſe mercedem petere, ac in illa alijs creditoribus præferri, quando merces à parente promiſſa fuit, item ſi parens vtatur bonis aduentitijs filiorum, ne denegetur liberis quod famulis debetur, quorum vices gerunt, limitat ſi liberi bona aduentitia non habent, quorum vſusfructus patri accedit, tunc enim cum accipiant alimenta, non poterunt petere mercedem, adde eundem *p. 2. Conſtit. Saxon. 10. defin. 8.* diſtincte Caualc. *p. 4. deciſ. 26. per tot.* ibi de differentia inter operas obſequiales, quæ in domo, & artificiales, quæ extra domum præſtantur, quæ ſunt peculium aduentitium liberorum, quas pater non tranſmittit, ſi in vita illas non petijt.

Hodie pendet ſimilis controuerſia, vbi 15. filius quaſdam operas matri ſuæ in cõtractu promiſerat, quas illius ſoror poſt mortem vti non præſtitas (alter vero præſtitas dicebat) pro medietate æſtimatas petebat, ſed & docet Wameſius *ad Ius Can. de præbend. conſ. 217. num. 31.* quod quis operas indicere non teneatur, & non indictæ non debeantur; quæ autem actiones competant pro operis, vide Gilman. *lib. 1. deciſ. 12. num. 11. & ſeq.* Sed eheu nimium hodie practicatur, quod munera & ſimilia pignoribus & vinculis exigantur, iuxta *l. ſi quis. ff. ad l. municip.* Gudelin. *de iure nouiſſ. lib. 5. cap. 11.* de muneribus & oneribus in genere late Tepatus *in Compendio deciſionum tit. 584.* vbi in varijs caſibus notabiles in hac materia reperies deciſiones, aliquot caſus habui in facti contingentia in terminis *l. qui operas, ff. locati,* de quibus infra de munerum acceptatione, quomodo autem grauatis ſuccurratur, vide aliqua in Nicol. Euerh. Iun. *vol. 2. conſ. 1.* Gail. *1. obſeru. 17.* ibi Greuæus, idem *de Arreſtis, cap. 10.* contra Gabellarios indebite agentes quomodo agatur, Marant. *in Spec. part. 4. diſtinct. 9. num. 181. & ſeqq.*

Ppp 3 Min-

Mindanus *de proceſſ. lib.2. cap. 44.* & late Roſenthal *de feudis, cap. 12. concluſ. 41.* De remedio vaſallorum, quando domini propria authoritate bona feudalia occupant, & *num. 139.* quod ſi timeat deijci, quid remedij ipſi ſuperſit, & *cap. 12. concluſ. 12. num. 139.* quid remedij alijs ab ipſo vaſallo grauatis competat, & Sixtin. *de regalibus, lib. 2. cap. 3.* quo loco cumulat multa remedia vaſallis competentia aduerſus dominos circa abuſus angariarum & perangariarum, habent & ſubditi contra dominos interdictum vti poſſidetis, poſſuntque implorare officium Iudicis, vt illorum ſeruitia & oppreſſio reprimatur, Gilmann. *rerum Iud. lib. 2. deciſ. 3. num. 3.* & quomodo puniantur domini ſæuientes in ſubditos, Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu 139.* Roland. à Valle *conſ. 18. volum 3.* ſicuti Baro, male tractans vaſallos, poteſt ſuſpendi, immò priuari Iuriſdictione, Riccius *part. 5. collect. 1799. in fin.* Gail. *lib. 1. de pace publ. cap. 2. num. 22.* & denique de remedijs contra ſæuitiam dominorum, & quomodo ille puniatur, & ſubditis ſuccurratur, tractat Mynſing. *5. obſerv. 8. per tot.* vbi pulcherrimè exornatur. Et quid ſi Princeps hodie accipiat equos ruſticorum commodatos ad bellum, an teneatur ad reſtitutionem, vide Chriſtinæum *volum. 5. deciſ. 85. num. 15.* ſed caſus fuit in facto, vbi equi ab inuitis ruſticis accepti fuêre, vide igitur eundem *de angarijs & perangarijs, eodem volum. 5. deciſ. 81. num. 51. & ſeq.* ibi an Princeps tempore neceſſitatis poſſit operas in pecuniam commutare, & *deciſ. 70. num. 3. & ſeq.* an priuati compellendi ſint, vt ſuis ſumptibus præſtent, quæ ſunt Principi neceſſaria, vide de prædictis *deciſ. 156.*

CAPVT VI.

De Electorum, inferiorum, Principum, Comitum, Baronum, Imperialium, nec non Municipalium Ciuitatum, Collegiorum & Condominorum Iuriſdictione, etiam in exigendis pœnis & mulctis, item de Conſeruatorijs & officio Conſeruatorum.

DE eminentia & iuribus Regalibus Principum Imperij late Knichen *de Saxon. non prouoc. iure c. 1.* præter DD. Camerales, Receſſus Imperij, & ordinationem Cameræ Imperialis, vide Beſold. inprimis *in Theſauro practico, lit. R. verb.* Reichsſtand / vbi late de Statibus Imperij, & qui tales, iunctis traditis *lit. H. in verb.* Hyldigung *item lit. L.* Land- vnd Reichsſtatt / Wehnerum *litt. S. verb.* Stand deß Reichs / idem Beſold. *tr. de ſtatu Reip. ſubalterno, & inprimis c. 3. de Electorib. & Ducibus, cap. 4. de Comitib. & Baronibus, cap. 5. de Ciuitatibus Imperialibus, cap. 6. de Ordine Equeſtri libero ſiue de Nobilibus immediate Imperio ſubiectis.* Et rurſus *in Theſauro practico, lit. F. verb.* Freye Reichs Ritterſchafft. *& litt. H. verb.* Hanſe Stätt / ibi & remiſſiuè de Ciuitatibus Imperialibus vide Wehnerum *pr. obſ. litt. F. in verb.* Freye Reichs Stätt / item Chriſtinæum *volum. 5. deciſ. 105.* vbi multas & varias Principum, Ducum, Comitum, aliorumq; Regalem dignitatem habentium prærogatiuas recenſet, & ibi remiſſiue, item qui ſint & dicantur maiores & minores Magiſtratus, & *deciſ. præced.* de Baronibus, Marchionibus, Regali dignitate, de quo vide DD. & Næuium *li. 2. feu. tit. Quis dicatur Dux, Marchio &c.* Klock *de contrib. c. 3. 4. & 5.* de Imperatore, Ducibus, Comitibus, ciuitatib. & priuilegijs. 1.

ibi

ibi multa quotidiana & notabilia, qui *cap.8. num.52.* ſatis probat ſucceſſores in Regno, Ducatibus, &c. teneri ad æs alienum ab anteceſſoribus contractum, etiamſi hæredes non exiſtant, diſtinguitur apud Ant. Gabriel *in communibus concl. tit. de iure quæſito non toll. concl.5.* Capyc. *deciſ.121.* Guid. Pap. *deciſ.219.* & rurſus Beſold. *in theſ. pract. litt. R. verb.* Reichsſtätte / Freye Reichsſtädt / & qualia iura habeant: Et quid poſſint prędicti Status, vide *ſuprà de Clementia, c.12.* an poſſint inire cum exteris Principibus confœderationes, & eorum protectioni ſeſe ſubmittere, præter Beſold. *in theſ. pract. litt. B. verb.* Bündnuß vide latiſſime Magerum *de aduocatia armata, c.6. n.66. & duob. ſeqq.* iunctis ijs quæ tradit *cap.15. n.17. & ſeqq.* Mindan. *de proceſſ. lib.2. c.16. n.2.*

2. Quamuis autem *d. c.12. ſuprà de Clementia* allegentur DD. ſuſtinẽtes quod Principes Imperij in ſuo territorio poſſint q̄ Imperator in Imperio, vnde vulgo dici ſolet, Jeder Fürſt iſt Keyſer in ſeinem Land. adeoq́; priuilegio & Imperialibus reſeruatis vtũtur, q̄ de Principibus ſuperiorem nõ recognoſcentib. tradit Zaſ. *lib.2. conſ.15. n.49 & ſeqq.* & prout eſt caſus modo in facto eorum legatos arreſtari non poſſe docent allegati apud Berlich. *p.1. pract. concl.75. n.76. & ſeq.* de quo vide ibi allegatum Colerum *de proceſſ. execut. p.2. c.3. n.19. & ſeq.* Ego tamen quoad prius puto fallaciam committi in dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter, quia regalia equidem habent, & reſeruatis Imperatoris vtũtur, ſed non omnib. nec illis, quæ incõmunicabilia ſunt, hinc tamẽ non efficitur, quod actiones ex ſtatutis Comitum, Baronum, & Liberarũ Ciuitatũ Imperij dependentes ſint Prętorię, annoq́; finiantur, cum nõ ſint loco Pręſidis, ſed tantũ poſſint in ſuo territorio, quantum Imperator in Imperio, vt *ſuprà de Clementia* probatũ extat, & ita prius colligitur ex Chriſtinæo *vol.5. deciſ.108. nu.16. & ſeqq.* iunctis traditis *infrà de ſtylo & ſtatuto*, interim vtilitates dictæ quæſtionis tradit Iaſon *in §. ſed iſta, num.29. & ſeqq. Inſtit. de Act.* de priori doctrina in additione ad Dauth. *de teſtam. ſub num.36.* vbi ſimul deciditur quæſtio, ſuper qua in cauſa aliquot millia ducatorum concernente Anno 1644. conſului, nam cum & Titius & Caius eorumq́; anteceſſores vltra tempus immemoriale in poſſeſſione vel quaſi percipiendi, & tamen ſententia ex prætenſa contumacia in contrarium lata fuiſſet, in loco, vbi in temporalibus nec ad Papam, nec ad Imperatorem appellatio concedebatur, reſpondi ex remedijs ibi propoſitis illos vti poſſe.

Nam licet dicatur per ſententiam Cæſaris 3.
litium finem eſſe, tamẽ hoc ipſum limitatur in remedio nullitatis, per quam ius diuinum & naturale læditur, vt ſi alicui audientia & defenſio omnis denegetur, aut alias iniuſtitia notoria admittatur, ibi præter alios allegat Marant. *de ordine Iudic. p.4. diſt.9. n.12. & ſeqq.* Vantium *de nullit.* quibus modis ſententiæ nullitas defendi poſſit, *nu.125.* Gail. *1. obſ.75. n.8.* ſecundo fallit, quando manifeſta iniuſtitia eſt, tunc à ſententia Imperatoris aliorumque ſuperiorem non recognoſcentium ad Papam appellatur, quia ratione iniuſtitiæ & peccati omnium ſuperior Iudex competens eſt, Maranta *d. tr. tit. de appellat. num.276.* & Philipp. Franc. allegatus, dicitur tamen ibi in Germania hoc non practicari, ſicuti & Borellus *in ſumma deciſionum lib.2. tit.33. n.63.* docet, quod à quolibet Principe ſuperiorẽ non recognoſcente non appelletur, & qui tales, enumerat *n.1212* tractans quęſtionẽ, an appellatio per Princi-

pem

Digitized by Google

pem tolli poſſit, vel etiam per ſtatutum, quæ dicitur defenſio aduerſus iniuriam Iudicis, *l. 1. ff. de appellat.* Tertio fallit in reſtitutione in integrum, quarto in reuiſione, quinto dicit ſupplicari poſſe, ſexto quod à Cæſare male informato ad melius informandum appelletur, *l. 1. ibi, quia non aduerſus Principem, ſed aduerſus Iudicis calliditatem prouocauit, ff. quando appellandum ſit, cap. biduum 2. quæſt. 6. ibi* refert præiudicia, quod tamen abſurdum eſſe dicit Gail. *1. obſeruat. vltim. in fine.* Sed prior dicitur communis, & Gailius declaratur à Klock *de contribut. cap. 3. num. 92. & ſequentib.* Verum, teſte Reinking *de regim. ſecul. & Eccleſ. claſſ. 5. cap. 9. num. 48.* vana eſt iſta quæſtio, cum huiuſmodi appellatio hodie in Aula Cæſarea non admittatur, immo taliter appellantem mulctatum audiui, quod & conteſtatur Vorburg *in Encyclopædia iuris publici, litt. A. in verb. appellari nequit à Cæſare, &c.* quamuis addat, vbi appellatur à male informato, ad melius informandum, non videatur vera appellatio, ſed retractatio & ſupplicatio, vt Princeps attentius meliusque negocium cognoſcere velit, ac ita admittat in effectu reuiſionem, vt conſultum ſit eam non per viam appellationis ſed ſupplicationis petere, & ibi *in verb. appellaſſe quoſdam ad Deum,* teſtatur, quodque illud ſperni non debeat, prout & ego *p. 1. de Clementia, cap. 6.* oſtendi. Verum ſi nihil prædictorum in aſſerto caſu attendatur, ad Imperatorem ſuper iniuſtitia querela inſtitui vel appellari poſſet, & denique addit querulari poſſe, illudq; remedium in ſpecie acceptum non tantum à ſupplicatione, ſed etiam ab appellatione differre, & *n. 253.* an de iſtis Ducatibus & dignitatibus teſtari poſſint, vide ibi.

4. Enimuero licet appellatio à ſententia Principis prohibita ſit, non prohibetur tamen à ſurrogato ab eo, Gratian. *tom. 3. diſcep. for. c. 569. in fin.* & aliud remedium reperitur apud Vaſq. *lib. 1. contr. c. 41. n. 25. & ſeq.* quod Papæ abutenti occurri poſſit, primò vt reſcribatur, vt ipſemet corrigat, deinde ſi non corrigat, tunc occurri poteſt non in modum Iuriſdictionis, ſed in modum defenſionis, & ita declarat conſuetudines & obſeruantias Hiſpaniæ, vide eundem *lib. 2. cap. 51.* adde prædictis Zaſium *in l. qui Romæ, §. duo fratres, n. 34. & ſeqq. ff. de verb. obl.* quando ſententia nulla ſit ob errorem vel ex falſa cauſa lata, & vbi ſi debitè non fuit proceſſum, nam licet coram Principe non debeat ſeruari inſtantia, tamen ſeruari debet coram eius delegato, Gratian. *d. cap. 569. in fin.*

5. De Ciuitatibus Municipalibus in Wehnero *litt. S. verb.* Statt-Recht / *litt. B. verb.* Bürgerlicher Gehorſam / de Magiſtratu Municipali & eiuſdem Iuriſdictione late Cothmann. *vol. 3. reſp. 47.* aliqua in additione ad Beſoldum *ad d. verb.* Reichsſtatt / & ipſum Beſold. *in verb.* Stattrecht / item *lit. B. verb.* Bürgermeiſter / *litt. F. in verb.* Fürſtenſtatt / *litt. L. in verb.* Land- vnd Statt Recht / item Landſtatt. *& tract. de iure vniuerſitatis, cap. 4.* Romanos habuiſſe Duumviros, ſeu Magiſtratus municipales & defenſores plebis, oppida tantum habuiſſe defenſores, hodie vero loco Decurionum nos habere Rathsmänner / Senatores, alibi Scabini vocantur, & qui olim Duumviri, hodie Ciuium Magiſtri vel Conſules appellantur, Tho. Michaël *de Iuriſdictione theſ. 126. & ſeqq.* & de Conſulibus Ciuitatum quæ poſſint, vide & Tuſchum *lit. P. concl. 713.*

Hi Magiſtratus in ciuilibus delictis mulctam irrogandi poteſtatem habent, non qui-

Digitized by Google

dem principaliter ſed incidenter ad defenſionem vel tuitionem Iuriſdictionis ſibi cõpetentis, nam licet varij variè de mulcta ad cuius Iuriſdictionis ſpeciem deferenda ſit, tradãt, tamẽ verius eſt, quod pro diuerſitate iurium, caſuum, & cauſarum, ob quas venit mulcta imponenda, hoc ipſum determinari debeat, vt aliquando ſit meri imperij, aliquãdo mixti, aliquando ſimplicis Iuriſdictionis, imò etiam de Regalibus ita diſtinguit Reinkingk *de Regimine ſeculari & Eccleſiaſtico lib. 2. claſſ. 2. cap* 17.

6. Quod mulcta à pœna differat tanquam genus & ſpecies, & quidem omnis mulcta pœna ſit, ſed non è contra, ac ea, quæ in pecunia conſiſtit, mulcta dici m retur Reinking iam *citato loco.* ita quoque diſtinguere videtur Wehrnerus *in pract. obſer. lit. F. in verb.* Frebel vnd freuel / addens quod mulcta comminata non tamen realiter impoſita, vel ea quæ commiſſa fuit, nondum facta declaratione, vnius anni ſpatio præſcribatur & extinguatur, ſed dicit hoc ipſum malè per Officiales ſeruari iuncto Roſenthal *de feudis c. 5. concl. 60. & ſeq.* vbi & quanto tempore pœnæ & mulctę tollantur, latè Farinac. *de inquiſitione quaeſt.* 10. *delicta qualiter & quanto tempore præſcribantur*, *Clarus §. fin. quaeſt.* 51. limita vt non procedat in foro pœnitentiali, quemadmodum quoque aliqui tenent, quod delicta de iure canonico non præſcribantur Dias *in pract. Crim. Cano. cap* 150. vide ibi Ignatium Lopez & allegatum Boër. *deciſ.* 26. *Bald. de præſcript. 4. pract. pr. quaeſt.* 2. præter Nauarr. Crauett. & Boſſium, verum de hoc agitur infra de tempore, ad quem autem ſpectent pœnæ pecuniariæ, an ſpectet quoque confiſcatio bonorum tradit Chriſtinæus *vol.* 1. *deciſ.* 175. hic nota, mulctam eſſe vnum ex remedijs in inobedientes Magerus *de aduocatia armata cap.* 10. *numer.* 550. *& ſeqq.* vbi & de remedijs contra Dominos, at verò cum pro Magiſtratu ſit præſumptio, mandata non facile contra eundem decernenda Gail. 1. *obſ.* 17. habemus *tit. Cod. de modo mulctarum*, qui, quod dolenter refero, ſæpius hodiè non practicatur, quoties autem & quomodo quis mulctetur, & quid ad hoc requiratur tradit Confard. *tract. l. diffamari cap.* 6. *numer.* 72. *& ſeqq.* & quomodo procedatur Viuius *deciſ.* 350. de prædictis vide omnino Beſoldum *in theſauro pract. litt. F. in verb.* Freuel / vbi quod hodiè pro fructu Iuriſdictionis habeantur mulctarum lucra, & nemini ſoluenda, niſi cuius dominum agnoſcitur, ſunt enim ſigna ſuperioritatis & ſubiectionis, quæ tamen ego intelligerem iuxta diſtinctionem ſuperius relatam, nunquid enim videmus ciues per Magiſtratus municipales propter contumaciam vel alias in cauſis ciuilibus mulctari Alex. *conſ.* 35. *numer.* 5. *lib.* 2. Zaſius *in l. imperium ff. de Iuriſd.* & modificat hoc ipſe Beſoldus *lit.* B. Buſſ / in hac materia vtiliter quoque notari poterit diſtinctio delictorum relata in Roijſ. *deciſ.* 3. *numer.* 573. *& ſeq.* ex Bart. *in l. non ſolum § ſi mandata ff. de iniurijs*, *& l. leuia ff. de accuſat.* in ſumma illud eſt maius delictum, quo admiſſo, maior Dei offenſa contrahitur, vt probat Roijs. *d. loco & numer.* 399. iure communi autem ex modo pœnæ magnitudo delicti deprehendi ſolet, *numer.* 577. ſunt tamen, *numer.* 397. qui putent naturam criminis, non pœnam, quæ extrinſecus accedit, ſpectandam, & inde grauius leuiuſue crimen exiſtimandum, quemadmodum in praxi

ſeruari videmus, quod quædam crimina grauiora, leuius tamen, quam non ita grauia, puniantur, ibi quatuor delictorum genera recenſet ex Bart. *d. loco*.

7. De Collegiorum & Tribuum Iuriſdictione *vide l. fin ibi DD. Cod de iuriſd.* Gail 2. *obſ.* 20 *num.* 9. vbi quod cognoſcant de cauſis ad opificium ſuum ſpectantibus, non verò de alijs quæſtionibus, ita vt ne quidem per modum prorogationis de hiſce cognoſcere queant, ità contra Caſtr. *tenent* DD. allegati apud Pels *in proceſſu tit. de iudicibus nu.* 22. ſed tamen dicit reconuentionem eſſe licitam, *& num.* 23. quod alijs ordinarijs generalem Iuriſdictionem habentibus cognitionem non præripiant, quin & pro ijs, pro arbitrio Iudicis, agi queat, niſi fortè aliter cautum ſit. De curiali Iudicio Berlich. *p.* 1. *concl.* 3. An verò collegia, Tribus & Magiſtri artium poſſint facere ſtatuta ad officium ſuum ſpectantia Riccius *p.* 4 *collect.* 1011. vbi affirmatiuam modificat, quod nequeant pœnam ſtatuto tempore imponere niſi de conſenſu ſtatuentium, cum tamen concedat quod poſſint talia ſtatuta facere ergo & pro negotij qualitate mulctare per tradita ſuperius, iunctis traditis ad tit. de ſtylo & ſtatuto.

8. An verò valeat ſtatutum vt nemo exerceat artem quam ciues, vide Surd. *conſ.* 255. *num.* 12. qualem obſeruantiam in opificijs habemus hic Coloniæ, ſimilem caſum olim cõtrouerſum & deciſum refert Additionator ad Dauth *de teſtã. n.* 300. Brunſvvigi inter duo collegia opificum, quos à crumenis & peris nominamus, illis contendentibus Magiſtros ſui collegij tantum poſſe facere crumenas ſeris concluſas, hiſce negantibus, vide rationes ibi & latiſſimè de Collegijs Bodin. *de Republ. lib.* 3. *cap.* 7. *& DD. in l. Neratius ff. de verb. ſignif. & ad tit. ff. quod cuiuſque vniuerſit. & de Collegiis Religioſorum* Gregor. Tholoſ *de Republ lib.* 13. *cap.* 2. *&* 3 limitarem autem principalem doctrinam, ſi fortè nullus eſſet in tribu, qui tam excellenter opus faceret vel ſi eſſent imparabiles, Zaſius *in l. qui Romæ* §. *Flauius Hermes num.* 5. *ff. de verb. oblig.* adde ad prædicta Tuſchum *lit. C. concl.* 960. *& lit. S. concl.* 432. *& concl* 594. nec non ampliationem in Gratiano *tom.* 2. *diſc. for. cap.* 224. *num.* 14. & Carotio *de except. contra præiud. ſent. except.* 22 *q.* 7. *num.* 5 *& q.* 23. *n.* 15. *& ſeqq.* vbi quid ſi ſe competentem pronũciaret, an deberet appellari, & an per modum exceptionis poſſit cognoſcere ſi in cauſa principali eſt incompetens *except.* 22. *quæſt.* 18.

Superius dictum fuit, quod poſſit reconueniri, notabile hoc eſt, ſi modo verum in cauſa alias incompetenti, quia hoc caſu obſtare videbatur ratio in facta prorogatione conſiderata à DD. quod conſenſus priuatorum in illis cauſis Iuriſdictionem concedere nequeat, in quibus ordinarius vel cõmiſſarius nullam habet, Iaſon & Zaſius *in l. ſi per omnem ff. de iuriſd.* & paria ſint, nullam plane habere Iuriſdictionem aut habere quidem, ſed non quoad caſum in quo Iuriſdictio prorogatur, quod tamen intelligi vel accipi poſſe videtur, in cauſa conuentionis, non vero reconuentionis, nam reconuentus ſe defendere debet in cauſa reconuentionis coram iudice Rei conuenti, nec poteſt petere cauſæ reconuentionalis remiſſionem, *l. qui non cogitur, ff. de iudic. l. cũ Papinianus*, C. *de ſent. & interlocutor. & in vtrobique* DD. & hoc procedit, etiamſi reconuentus clericus ſit, Marant. in ſpecul. *p.* 4. *diſt.* 6. *num.* 53. *verſ. veritas eſt, & magis communis opinio,* ampliaturque procedere, etiamſi 9

velit

velit renunciare iudicio conuentionis, ita iudicatum reperitur apud Affl ct. deciſ. 173. num. 3. prædicta doctrina tribus modis limitatur per Maran. d. loc. decem per Socin. in cap. 1 num. 28. x. de mutuis petit. & Cano. in cap. at ſi Clerici x. de iudic. ampliationes & limitationes prædictorum habes apud Marcel. Calam. de modo artic. & proband. gloſ. 1. §. 1 num. 44. & ſeqq. ſed notandum quod DD. præſupponant, Iudicem iſtum coram quo fit reconuentio, habere Iuriſdictionem, & præſupponunt capacitatem, vide igitur DD in d. locis & ad tit. Cod. ſi à non competen. iudic. iudicatum eſſe dicatur, vbi Bart. in l. 1. de prorogatione Iuriſd. infra cap. vlt. ad prædicta Wehrnerum pract. obſ. lit. Z. verb. Zunfft ibi tenet, quod ſtatuta eorum per ſuperiorem debeant confirmari, quodque non valeant vt inchoatum opus alius perficere non poſſit, valeant autem vt non ducant vxorem niſi de Collegio lit. F. verb. Freien ins Ambt/ de quo vide Beſoldum in theſ. pract. lit. H. verb. Handtwerck in lit Z. in verb. Zunfft item tract. de iure Colleg. & Card. Tuſchum lit. I. Iudices pedanei & conſules artium quam Iuriſdictionem habeāt, concl. 460. quam reſtringe ad cauſas ad artem pertinentes tantum, Iaſon. in l. age cum Gemiano C. de tranſac. Hypol. de Marſil. ſing. 560 num. 3. vbi exornatur aliquo modo. De condominis vide Beſold. in theſ. pract. lit. Z. in verb. Zwey oder drey Herren Herſchafft: num. 25. vbi & inconuenientia quæ ex diuiſione inter illos facta exoritur, de quibus & Lucas de Penna in l. quicunque C. de exact. & execut. ibi notab. adde præter Zaſium in l Pomponius ff de re iudic. & illud politicum, quo dicitur imperium pluribus partiri graue eſt & perturbatione plenum. Felin. in cap. cum omnes x. de conſtit. præſertim num. 15 & ſeqq. quid maior pars poſſit in re communi & quid ſit habere rem communem vt ſinguli vel vniuerſi, quæ notabilia ſunt in actibus vniuerſitatis & Capituli, an verò alter alterum punire poſſit allegantur DD. pro & contra apud Borellum in ſumma deciſ. lib. 1. tit. 41. num. 208. & ſeq. verius autem eſt quod non poſſit Clarus §. fin. q. 38. nu. 3. vbi dicitur communis Pacian. de probat. lib. 2. cap. 36. vbi nu. 77. declarat, niſi vnus maior eſſet altero in adminiſtratione & in præcedentibus plura tradit de Iuriſdictionis diuiſione adde, Ant. de Petra tract. de poteſtate Principis cap. 18. vbi varia & an Iuriſdictio ſit diuiſibilis & quomodo, quodque vnus conſors non poſſit alium punire, de quo diſtincte Gail. de arreſtis Imperij cap. 4. num. 3. & ſeqq.

10 De diuiſione Ducatus, Comitatus, &c. agunt Feudiſtæ, lib. 2. feud. tit. 55 de prohibit. feud. alien. per Freder. §. præterea, late Knichē in comment. de Saxon. non prouoc. iur. cap. 3 per tot. fol. mihi 293. latiſſime Reinking de regimine ſæculari & Eccleſ. lib. 1. claſ. 4. cap. 17. de ſucceſſione diuiſione & adminiſtratione, feudorum regalium, Ducatuum & Comitatuum, & num. 31. & ſeq. an in aſſignatione & diuiſione illorum teſtamentum locū habeat, & cap. 118. de ſingulari quorundam Principum Germaniæ ſuccedendi modo per pacta ex confraternitates; Ego ante hac conſultus ſuper prædictis, multa argumenta deſumpſi ex Cothman. vol 5. reſponſ. 1. & aliqua in reſpon. 14. iunctis traditis per Petrum Gregor. Tholoſ. de Repub. lib. 7. cap. 5. Alexan. vol. 5. conſ. 6. Tyraq. de iur. primog. q 4 num. 29. & ſeqq. & q 85. num. 20. & ſeqq. Roſenthal. de feud. cap. 2. concl. 1. & latius cap. 9. concl 55. & an ex feudis & Ducatibus filiabus debeatur legitima, Surd. conſ. 427. & rurſus, quid ſi condomini diſſentiant in vſu

& exercitio Iuriſdictionis, an Princeps poſſit miniſtros conſtituere, qui adminiſtrent iuſtitiam tractat Peguera *deciſ.* 10.ª Boër *deciſ.* 5. Zaſius *in l. vn. §. ii. videtur in fin. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp.* allegati in Magero *de aduocat. armat. cap.* 13. *numer.* 400. *& ſeqq.* adde Surd. *conſ.* 66. vbi contraria reſoluit, declaratur vt ſupra niſi vnus altero maioris eſſet authoritatis, quod tamen, ſi ſint ſimul condomini & æqualia habeant iura, in certo pago, non poteſt dici; ego ad euitandum diſputationes in caſu occurrenti ſupplicaui Principi Electori & ita ceſſabant altercationes, ſecutus alias doctrinam Gailij *d. loco.* An verò tempora ſupplenda & redintegranda ſint ei, qui nihil forte tempore belli accepit, cum alij Domini tempore pacis emolumenta omnia habuerint vide Zaſium *lib. 2. ſing. intell. cap.* 36. *numer.* 3. *&* 4. plura de condominis quatenus competat Iuriſdictio in ſolidum & quomodo Iuriſdictiones diuidantur apud Pacianum *lib. 2. de probat. cap.* 36. iunctis traditis per Gratianum *tom. vlt. diſcept. forenſ. cap.* 997. vbi & de fundi diuiſione & Capycium *deciſ.* 17. vbi & appoſitè ad hæc tempora ad quem ex Dominis pertineat cuſtodia caſtri.

11\. Hoc in praxi obſeruari videmus, quod Reges & Principes coram proprijs conſiliarijs, & domini coram ſuis ſchultetis, ac ſcabinis conueniantur, & alios conueniant, ita iudicatum reperitur apud Berlich. *deciſ.* 205. *per tot.* ibi contraria reſoluuntur, etiamſi recognoſcant ſuperiorem, ſatis enim dura foret illa doctrina, quod non recognoſcentes ſuperiorem poſſint in propria cauſa iudicare iuxta Anton. de Petra *de poteſt. Princip. cap.* 15. *numer.* 75. quia inquam hoc durum eſt & obſtant tradita à Meiſn. *tom. 3. deciſ. cam. Imp.* 20. *numer.* 23. *& ſeq. & DD. in l. qui Iuriſdictioni ff de Iuriſdict.* hinc experimur quotidie, quod coram ſuis conſiliarijs conueniantur & Iudicentur. De conſeruatorijs & conſeruatorum officio, vide Chriſtinæum *vol.* 1. *deciſ.* 53. *& deciſ* 347. 365. & conſeruator, qualis Iudex Zaſ. *in l. à Iudice numer.* 21. *& ſeq. C. de iudic.* Plura in Petro Gregor. Tholoſ. *de republ. lib.* 18. *cap.* 10. iunctis traditis per Cothom. *in lib. ſing reſponſ. Academ.* 1. ibi paſſim quam Iuriſdictionem habeat Rector Vniuerſitatis, & de Auth. habita, *Cod ne filius pro Patre* & Boërius *in Conſuet. Burdegal. titul. des Couſtumes concernans les iuges & Iuriſdict.* § 3. ibi an ad petitionem ſcholaris poſſit conſeruator priuilegiorum aliquem ex toto Regno ad ſe trahere, iuncto *cap.* 21. prius vidi controuerſum fuiſſe, vide tamen Chriſtinæum *in d. loc.* & ſingularis limitatio ad d. Auth. traditur in Franciſ. Marco. *p. 2. deciſ.* 414. vt procedat, quando cauſa iam alibi præuenta eſt, ſicuti aliquot caſus refert Wameſius *cent.* 1. *conſ.* 20. *numer.* 5. *&* 6. in quibus non releuat, quod reus aliquando matriculæ vniuerſitatis fuerit inſcriptus, quia ex eo non ſequitur eum eſſe ſcholarem, quippe ſcholaritas & ſtudium, non matricula facit ſcholarem, nec releuat hæc inſcriptio iniuſtè inſcriptum, ſenem, litterarum imperitum, inidoneum, ad ſtudia, nec eum qui ad ius ciuicum tranſijt Magiſtratui ſeſe ſubijciendo, quemadmodum Ampliſſimus Senatus vtique matriculam non attendet, quando ciuis ratione prioris matriculæ vel inſcriptionis euocaretur & coram Rectore magnifico conueniretur, confer ad prædicta DD. ſcribentes deſuper ſingulares tractatus, ſuper, *d. authen.*

Digitized by Google

d.authent.habita.&de priuilegijs Doctorum, item de conſeruatoribus & eorum Iuriſdictione agit Gratian. *tom.1.diſcep.forenſ.cap.* 170.*num.*28.*& ſeq.*

CAPVT VII.

De cognitione cauſarum quæ ſint ſpirituales & ſæculares ad effectum vitandi confuſiones Iuriſdictionum & vnde cognoſcatur competentia vel incompetentia?

1. Diligentiſſimè ad hoc attendi debet an cauſa ſpiritualis, & Eccleſiaſtica, an verò ſæcularis & temporalis exiſtat, neque enim ex conſenſu prorogatur Iuriſd.in cauſis ad vnum vel alterum iudicium ſpectãtibus Ant. Faber *in C.de iuriſd.defin.* 4.quippe in rebus ad fidem Catholicam, Religionem,animarum ſalutem, Eccleſias, pia loca, eorumque bona ſpectantibus in confeſſo eſſe dicit Vaſquius *de teſtatoru potentia lib.*1.§.10.*nu.*651.nullam habere Imperatorem poteſtatem, ſed ex toto ad Papam pertinere, reſpectu tam laicorum quam clericorum, & quomodo Iudex Eccleſiaſticus debeat procedere contra Iudicē Eccleſiaſticum in cognoſcendo an ſua ſit Iuriſdictio vel non, cognitione autem coram Eccleſiaſtico pendente Iudex ſæcularis debet abſtinere,alias proceſſus eſt nullus,prout quãdo deducitur qualitas, quæ poteſt ſapere ſpiritualitatem & quid Eccleſiaſticum, & ſic tribuat Iuriſdictionem Eccleſiaſticam, tunc ſummaria illius cognitio ſpectat ad Eccleſiaſticum Cavalc.*p.*5.*deciſ.*21. *num.* 20. *& ſeqq.* vbi & de clerico capto & violata Iuriſdictione Eccleſiaſtica, quomodo in illis caſibus contra ſæculares proceſſum fuerit, & procedetur in illo die,vide ibi,vnde ante annum aduocatum egi in cauſa aliqua, in qua excommunicatio ex hoc fundamento, quod cauſa Eccleſiaſtica traheretur ad forum ſæculare, & rurſus in eadem cauſa ex contrario fundamento, quod eſſet cauſa ſæcularis corã Eccleſiaſticis, proceſſus camerales & quidem fiſcales reſpectiuè contra vnum & alterum decreti fuere, oportet igitur ad hoc diligenter aduertere quæ & quales cauſæ ad alterutrius forum pertineant, ac in primis notes velim diſtinctionem traditam à Cæuall. *in ſpec. comm. opin.* 739.*num.*73.*& ſeq.* vbi tres caſus diſtinguit, quod quædam ſunt cauſæ merè ſpirituales, vt cauſæ matrimoniales, decimarum, ſimoniæ, hæreſis, & excommunicationis, aliæ ſunt meræ temporales vt ſunt cauſæ feudales & ſanguinis, quam Deus immediatè & principaliter commiſit Imperatoribus & Regibus,& ſic nec Papa nec reliqui Iudices Eccleſiaſtici illis ſe intromittere debent,per textus Iuris canonici ibi allegatos, quos ita intelligit vt procedant in cauſis quæ merè temporales ſunt, nullamque connexionem aut ſimilitudinem cum ſpiritualibus habent, ſunt etiam aliquæ cauſæ mixtæ temporales, quæ habent connexionem cum ſpiritualibus vel ratione rei vel pacti vel iuramenti & in hiſce cauſis poteſt Eccleſiaſticus cognoſcere, ſiue ratione incidentiæ ſiue principaliter,quando cauſa coram eo per citationem fuit præuenta: Item quæ ſint cauſæ Eccleſiaſticæ & ſpirituales vide Clement. *diſpendioſam & ibi* DD. *de Iudicijs* Bonacinam *de cenſuris in bulla cœna contentis diſp.*1.*q.*15.*punct.*1.*nu* 9 *& ſeqq.*ibi & remiſſiue quæ cauſæ antecedẽter &conſequẽter ſpirituales dicantur,*idẽ in tr. de ſimonia diſp.*1.*quæſt.* 4.§.11 *ibi* & *in propoſit.*

Digitized by Google

Rurſus ad octauum Decalogi præceptum diſp. 10. *quæſt.*2.*punct.*1.§.1 *num.*30. quem per te videre poteris, ſic nuper obtinui cauſam ex eodem Bonacin. *de contractibus diſp.* 3. *quæſt.* 17.*punct.*8 §. 10. per pulchras rationes oſtẽdente, quod in legatis factis Eccleſiæ Iudex Eccleſiaſticus & non ſæcularis ſit competens, quia nulla cauſa, dicit, excedit ſphæram ſeu terminos ſuæ actiuitatis, vt loquuntur Philoſophi, legata autem pia non ſunt intra ſphæram ſeu terminos & limites actiuitatis ac Iuriſdictionis laicę vti ibi probat, idem docet W'ameſ *cent.*1.*conſ.*92.*nu.*8. vbi in terminis controuerſis tradit, quod pia cauſa etiã inter laicos pertineat ad Curiam Eccleſiaſticam, & Borellus *in ſumma deciſionum lib.*1.*tit.de foro competenti* 43.*num.* 174 quod pro annua præſtatione relicta pro anniuerſarijs lis facienda eſt coram Eccleſiaſtico Guid.Pap.*deciſ.*576.*num.* 4. quæ autem ſint piæ cauſæ tradit Tiraq *in tract. de priuilegio piæ cauſæ*, adde W'ameſ. *tom.* 2. *conſ.*389 *num.* 37. & quæ Eccleſiaſticæ Couarr.*pract.quæſt.cap.*35. *num.*7.*verſ. verum* ſi & quæ ſacra Tepatus *in compendio deciſ. tit.* 14.in ſumma quę cauſæ ſpirituales & Eccleſiaſticæ ſint vide enumeratas *in gloſſ. ad cap.* 11.*x.de foro compet.* Hoſtienſi *in ſumma nu.* 11. Marantha *in ſpec.diſt.*13. *num.* 14. Martha *de Iuriſd.* adde Zypeum *in iure nouiſſ. ad ius can. tit.de foro compet.*

2. Notandum quoque, quod licet fructus alienationes & diſtributiones Eccleſiaſticæ non ſint quid ſpirituale, ſunt tamen ſpiritualibus annexa *cap. veſtra x. locati* Munnoz *de ratiociniis cap* 29.*num.*11.*in fin.ibi & in ſeq.* vides illata, diſtributiones autem ratione aſſiſtentiæ in Eccleſia faciendæ præciſe pręſtandę ſunt & cenſuris compelli poſſunt ad faciendum tales oblationes Couarr. *lib.*1. *var.reſ.cap* 13 *num.*3. Cacher. *deciſ.*99.*nu.*17. & Munnoz *de ratiocin. num.* 18. in hiſce terminis reſidebat ſuperius mentionata controuerſia tum etiam in ſententia per Iudicem Eccleſiaſticum deciſa, quæ propterea ad forum ciuile trahi non debuit, ratio dubij deſumi poterat ex Chriſtinæo *vol.*1.*deciſ.* 46.*num.* 1. quod Iudices Eccleſiaſtici non poſſint Iuriſdictionem ſuam extendere aut per viam occupationis procedere contra laicos in cauſis ad eorum ſpecialem cognitionem non ſpectantibus, etiamſi de iure Eccleſiaſtico ageretur, & propter debitum Eccleſiaſticum procederetur, vbi dicit ſæpius ita iudicatum fuiſſe, & de appellationibus ab abuſu contra decreta Eccleſiaſticorum Iudicum & quomodo cauſæ euocentur vide eundem Chriſtinæum *vol.*1. *deciſ.*43.*& duabus ſeqq.* aliud tamen eſt in hiſce oblationibus, ſicut de oblationibus tractatum ſcripſit Marianus Socin. item de oblationibus pijs & eleemoſynis ſcribit quoque Borellus *in ſumma deciſ lib.*1.*tit.*18.

Ad cognoſcendum vero an aliquis ſit Iudex competens in aliqua cauſa præter tradita à Chriſtinæo *vol.* 5. *deciſ.*171.*num.* 15.*& aliquot ſeqq.* vnde æſtimetur cuiuſque forum competens, vbi & de arreſto, & pulchrè quomodo iudicandi poteſtas certis modis limitanda ſit, debet inſpici illud, quod petitur in ipſa cauſa, & inſpicitur illud quod petitur, an ſit de Iuriſdictione Iudicis, non autem illud, quod excipitur, vel opponitur, & conſequenter tunc Iudex intelligitur incompetens, vbicunque non poteſt cognoſcere de re coram ſe petita, & ideo non debet attendi aliquid aliud, quod in Iudicio deducitur, ſed illud ſolum quod re ipſa petitur, vnde ſi per viam exceptionis vel incidentiæ vel emergentiæ aliquid 3.

alle-

allegaretur, quod foret prohibitũ cognoſci, tamen poſſe cognoſci de tali prohibito, quia attenditur an illud prohibitum principaliter deducatur in eadem Curia ita tradit Viuius *deciſ.* 470. adde Mynſ. 1. *obſ.* 99. *in fin. & inde illata cap. ſeq.* quod vltimum in noſtra materia declara, vt procedat ſi & alias Iudex de eo cognoſcere poſſit, nam ſi incapax, vt in rebus ſpiritualibus, & ſpiritualibus annexis, par eſt vt puncta incidentiæ ſuper prædictis ad Iudicem Eccleſiaſticum remittat Mynſ. 1. *obſ.* 100. Gail. 1 *obſ.* 37. *& ſeq.* & Canoniſtæ vnanimiter omnes, optima deciſa vide apud Aluarum Valaſcum *tom.* 2. *conſ.* 159. & facit ratio quod quilibet de rebus cuique facultati proprijs & peculiaribus longè certius & exactius iudicabit, quam quilibet alius, etiamſi res illæ aliunde ſint depromptæ, ſic de muſica longè melius iudicabit muſicus quam Arithmeticus, quantumlibet ex principijs Arithmeticæ hauriantur Muſices præcepta, ita & Medicus integrius iudicabit de re medica quam quiſquam alius Philoſophiæ naturalis peritiſſimus, quantumlibet ex Phyſicorum principijs Aphoriſmi regulæque cum præceptis Medicorum depromantur & ſic de cœteris, vnde Theorica quotidiè in foro decantata fortè nata, cuilibet in arte ſua credendum eſſe, de qua vide latiſſimè Pacianum *lib.* 1. *de probat. cap.* 47. melius igitur de iſtis iudicabit Theologus & Canoniſta, quam legiſta, vnde etiam Tribunalia Eccleſiaſtica videmus conſtituta, nonne enim Curia Epiſcopalis vel Eccleſiaſtica nominatur & eſt res ſacra? quandoquidem Canonicæ Sanctiones proceſſerunt ex authoritatibus Veteris teſtamenti *cap. qualiter & quando in pr. x. de accuſat*, vel ex Canonibus Apoſtolorum decretiſque SS. Patrum, vt referuntur *in cap. de libellis diſt.* 20. hinc optimè ſuadetur, vt in hoc foro ſpiritualia & illis annexis tractentur & decidantur, *vide cap.* 3. *de Iudic. cap.* 3. *ordine cognitionis cap.* 5. *qui filij ſint legitimi*, nec curo illam diſputationem DD. an recurrendum ſit ad Theologos an ad Canoniſtas in hac materia, nempè hæreſeos, vſuræ, ſimoniæ, matrimonij, eiuſdem diuortij, iuriſiurandi, periurij, voti, indulgentiæ, decimæ, prout Melchior Canus *lib.* 8. *de locis Theologicis cap.* 7. illos pręfert, ſed melius Anchoran. *in diſp. ſua cui initium eſt, Antiquis & modernis temporibus* Nicol. Euerh. *in loc. legal. ab author. num.* 7. hoſce merito anteponunt, puta ſi verus & ſolidus exiſtat canoniſta, alias vidi & Theologos non plane Scotiſtas & Scholaſticos, ſed ſimul practicos ſæpius in prædictis materijs adhibitos, nam:

Dulcius ex ipſo fonte bibuntur aqua.

Quare cum diſtinctæ ſint Iuriſdictiones & exercitia, vtraq; ſibi mutuo auxilio ſuccurrere debent, vt nullum omnino præiuditium fiat quoad iura principalia & originalia, quæ vna Iuriſdictio præ alia habet, vti ex alijs refert Chriſtinæus *vol.* 1. *deciſ.* 46. *nu.* 2. *&* 3. & proindè dicit Iudices Eccleſiaſticos vſurpantes cognitionem quoad ædiles Eccleſiæ merè laicos, ſiue agatur de eorundem electionis caſſatione, aut rationum redditione, vel alia ſimili re, abuſum committere, licet contrarium à multis ſuſtineatur, quod valdè notabile eſt in cauſa modo cõtrouerſa & diu agitata, vbi & dicitur *in ſeqq.* quod Clericus, qui tractauit temporalia, debeat reſpondere Iudici laico *& nu.* 8 *& in ſeqq.* quid de ratiocinijs fabricæ, ſicuti & controuerſum eſt, an ſæcularis cognoſcat de vſuris, tamen ſi vt intereſſe petantur, rectè petuntur coram ſæculari Addicionator 4.

ad

Digitized by Google

ad Bart. *in l.2. Cod. de vſuris*, notabiliter quoque docet Ant. Faber *in Cod de ordine iud. defin.*16. quod licet cauſa matrimonialis pertineat ad iudicem Eccleſiaſticum, quod tamen, an venter ſeu filius ſit mittēdus in poſſeſſionem, ſit cognitio Iudicis laici *& def.* 17. quod pendente lite coram Eccleſiaſtico ſuper abſolutione iuramenti, interim apud ſæcularē agi poſſit de contractu exequēdo.

5. Ex quibus apparet quam neceſſarium in hac materia exiſtat ad DD. tractatus & proceſſus item ad Canoniſtas ad tit. Decretalium de foro competenti recurrere ad cognoſcendum, quæ & quales cauſæ ad forum Eccleſiaſticum vel ſæculare ſpectent, requiritur autē vt Iudex ſit competens, & cauſæ, de qua agitur, & perſonis litigantium conueniens, nec non eius loci ſeu territorij, in quo lis eſt ventilāda, quia poteſtas iudicandi in quoque Iudice, limitibus certi loci, vel certa qualitate cauſarum, vel perſonarum circumſcripta eſt, extra quæ nemo ius dicere poteſt, & quidem poteſtas illius cui mandata eſt Iuriſdictio vel Iudicis dati, omnino ex limitibus Iuriſdictionis eius, qui mandauit, iudicemque dedit, aſtruenda eſt Chriſtin *vol.5. deciſ.*15. Quippe ſi notorium eſt aliquem citari à Iudice incompetenti, hoc caſu non eſſe veniendum nec incurri contumaciam docuit Zaſius *in l. contumacia num.*40. *ff. de re. iud.* Iunctis traditis per Chriſtinæum *vol. 1. deciſ.*53. *nu.*8. *& ſeqq.* vbi quoque ita iudicatum reperitur, ſed ſe remittit ad Mynſ. 6. *obſ.*7. Gail. 1 *obſ.*48. plures caſus diſtinguentes, ratio autem prioris etiam nullitas Iuriſdictionis eſſe poteſt, quę tanta eſt, vt cæteris ſepoſitis hæc quoque in Camera attendatur Gail. 1. *obſ.* 42. Vant. *de nullit. ex defectu Iuriſdictionis* Scaccia *de iudic. lib.1. cap.* 11. *de iuriſdictione Eccleſiaſtica*, vidi tamen quandoque in praxi à quibuſdam maiorem dignitatem habentibus ad minorem Magiſtratum appellatum fuiſſe, ſicuti & delegatus Principis maior eſt ordinario, quia repræſentat perſonam Principis, an autem maioritas Iuriſdictionis arguat maioritatem dignitatis & præeminentiæ pulchrè reſoluit Gratianus *tom.1. diſcept. for. cap.* 111. *num.*76 *& ſeqq.*

Iam habeo caſum matrimonialem, in quo Iudex ſæcularis quoddam decretū dedit cum tamen in cauſis ſpiritualibus & matrimonialibus cognoſcere non poſſit, cum ad forum Eccleſiaſticum ſpectent Martha 2. *de Iuriſdict.* 8. Couar. *de matrim. p.* 2. *cap. vlt.* §.12. *num.*2. & alios DD. & iura allegata per Vmmium *in proceſſu diſp.* 4. *theſi* 13. *num.* 69. ſed dubium eſt, an hoc, quod ille Iudex forte iuri conſentaneum decreuit, poſſit per Eccleſiaſticū confirmari, nam docet Chriſtinæus *vol.1 deciſ.*348 *nu.*16. quod ſententia non habentis Iuriſdictionē poſſit per habētem confirmari, vbi ita iudicatū reperitur quod ego intelligo vt valeat tanquā ex nūc. 6

CAPVT VIII.

De cauſis mixtis & aliqua de præuentione.

CAuſæ dicuntur mixti fori, quod in vtroq; eorundem actio & accuſatio inſtitui poſſit, in primis de cauſis mixti fori & in quibus eſt locus præuentioni vide Tepatum *in comp. deciſ. tit.*34. & præter Martham de Iuriſd. & Farinac. Iulium Clarum *§. fin. q.*37. *de delictu quæ ſūt mixti fori vbi Baiard. & latè* Decian. *tr. crim. to.* 1. *lib* 4. *c.*27 *& c.*20. 21. & 22. vbi materia prænuntionis latiſſimè tractatur, vide ad hāc materiā Scac. *de iudic. lib.1. ca* 11. *&* 12 vbi latè de Iuriſdict. Iudicis Eccleſiaſtici & laici, quomodo & præuentio inducatur, an punitus ab vno eorum, poſſit ab alijs 1.

Digitized by Google

ab alijs rurſus puniri, prout ſcio Clericum correctum à Decano ſuo excepiſſe non cogi ſe poſſe, vt Magiſtratui ſæculari mulctam ſoluat; de quo præter Cacher. *deciſ. 103. nu. fin.* Boër. *deciſ. 289.* Afflict. *deciſ. 209. n. 4.* latè agit Farinac. *de inquiſ. q. 4.* nec dubium eſt, quin leuiorum criminum coërcitio Capitulis competat Wamel. *tom. 1. conſ. 63. n. 5* interim Rex vel Princeps ſæcularis poteſt punire Clericum, quem Iudex Eccleſiaſticus corrigere non poteſt *cap. petimus* 11. *q.* 1. *c. non licuit, diſt.* 17. quid ſi Iudex Eccleſiaſticus deeſt vel negligens eſt *cap. ex transmiſſa de foro compet.* ſed remitto me ad DD. ſicut de Iuriſdictione ſecularium in perſonas Eccleſiaſticas tractat Alphonſ. Aluarez *in theſauro Chriſtianæ Relig. & Spec. ſummorum Pontificum, Regum, &c. cap. 30.* Aufrer. *de Pontif. & Imperat. poteſtate in Clericos & ſeculares.* Borellus *in Summa Deciſionum lib. 1. tit. 7.* & de Clericis coniugatis *tit. 8.* ibi diſtinctè an gaudeant priuilegio clericali, hic tractantur & conueniuntur vt cæteri ciues, de concubina Clerici an per Magiſtratum ſæcularem puniri poſſit Boër. *deciſ. 72.* Couar. *practic. quæſt. cap. 31.* & in propoſito ſeu in delictis mixti fori ſemel punitus non iterum debet puniri, Griuell. *deciſ. 47. num. 4.* Chriſtin. *vol. 1. deciſ. 345. num. 30. & ſeq.*

2. Notandum quoque eſt in hac materia, quòd Iudex originis vel domicilij, per modum inquiſitionis contra delinquentem extra territorium de delicto cõmiſſo non poſſit procedere, præter text. *in l. reſcripto, §. ſi quis. ff. de adult.* vide Menoch. *conſ. 911. incip. dubitatio eſt egregia, lib. 10.* vbi in eam ſententiam citat 47. DD. diſſentientium opinionem refutando, cuius ratio quoq; adfertur quòd Dominus ſiue Iudex domicilij non offendatur ex tali delicto, ſed tantum is, in cuius territorio delictum commiſſum eſt, Hipol. de Marſil. *in l. fin. n. 135. & ſeq. ff. de quæſt.* vide ſi placet Deciſionarios & in primis Theſaur. *deciſ. 266.* vti & Viuium *deciſ. 303. num. 8. & 9.* Thoming. *deciſ. 5.* Vincent. de Franchis *deciſ. 37.* iuncta doctrina Ant. Fab. *in C. de ſent. paſſ. def. 1.* vide omnino inferius *cap. 9.* vbi diſtinctè, & quid de conſuetudine obſeruetur, & quę ſit cõmunis opinio ibi traditur, de priori quæſtione in caſu criminis mixti fori, an punitus vel abſolutus ab vno, poſſit ab alio puniri vel abſolui, infinitos allegat Barboſ. *in c. cum ſit generale, n. 11. x. de foro cõmp.* Couar. *pract. concl. 33.* agit de Iuriſdictione ſæcularium in Clericos vide ibi *& cap. ſeq.* iunctis traditis per Car. Tuſch. *lit. M. mixti fori quæ eſſe dicantur, concl. 293.*

Sæpe autem contingit quod oppoſita exceptione præuentionis Iudex procedat ad vlteriora, reus verò non appellet, an ſic proceſſus valeat, vide Afflict. *deciſ. 354.* Vant. *de nullit. ex defectu iuriſdict. n. 162.* & notata *infra de prorogatione Iuriſdict.* Notandum quoque, quòd præuentio locũ habeat inter æquales Iudices & in pari iuriſdictione Gramm. *deciſ. 30.* quando & quomodo inducatur vel non vide Tepatum *dict. tit. 39.* & DD. per eum allegatos, quando verò quæſtio non eſt mixti fori, nec de genere illorum, in quibus datur præuentio (prout nõ datur præuentio in cognitione cauſarum, niſi quando Iudices ſunt pares habentes æqualem Iuriſdictionem, nec vnus magis quã alter poteſt declinari, ſed vterque eſt competens in cauſa, prout eſt in cauſis mixti fori, in quibus tam Iudex laicus quàm Eccleſiaſticus habet iuriſdictionem) conſequitur quòd apud Iudicem non ſuum non detur præuentio Bart. *in l. vbi cæptum. ff. de iudic.* 3.

Rrr debet

debet enim ad hunc effectum ſcil. præuentionis competere Iuriſdictio vtrique æqualiter vel inſolidum alias ceſſat, vide *l. maritus.ff de adult. l.ſi pluribus, ff. de legat. 1. l. 1. ff. de offic. præſid.* aliqua etiam de præuentione, quomodo inducatur, & de effectu apud Gail. 1. *obſ. 29.*

Cum igitur in caſibus ſæpe controuerſis diſceptetur, nũ bona, de quibus agitur, ſint feudalia, Churmodialia, latonica & ſimilia, vel allodialia, deciſio iſtius queſtionis priuatiuè ſpectat ad ordinarium, quoad omnes, Panor. & Innoc. *in c. verum, x. de for. comp.* & præiudicio Camerali confirmat Gail. 2. *obſ. 156. n. 2.* quòd Ordinarius cognoſcat, an res ſit feudalis vel non, ſi Iudex ordinarius cognouit cauſam eſſe feudalē vel Churmodialem, Reumq; vaſallum, tunc cauſam remittit ex capite incompetentiæ, non verò ex capite præuentionis ad Dominũ vel ad Pares Curiæ decidendā *gl in c. 1. in fin. de inueſtit. in mar fact.* ſimile allegat Moz. *tr. feud. tit. de naturalib. feud. n. 117.* quod & procedit, ſi vaſalli eſſent Clerici *c. ex tranſmiſſa, x. de foro comp.* eodem modo ſi dubitetur, an quis Clericus ſit, cum hęc cauſa videatur Eccleſiaſtica, Iudex Eccleſiaſticus inquiret & ſæcularis interim ſuperſedebit de cauſa cognoſcere *c. 3. de ordin. cognit.* Couar. *pract. quæſt. c. 33.* Pereſius *ad tit. C. de Iuriſd. n. 7.* ibi ſingula probat, & quis iudicet an Clericus fuerit repertus in habitu Pacian. *de prob. lib. 2. c. 2. n. 7. in addit. ad lit. A* de quo latè Gratian. *tom. 1. diſc. forenſ. c. 190.* vbi & extendit, vt non ſolum procedat vbi agitur ſuper Clericatu ſed etiam ſuper veſtibus & habitu clericali, de quo, ſi adſit cōtrouerſia, Eccleſiaſticus debet iudicare, pendente autem quæſtione ſuper Clericatu reus detinendus eſt in publico carcere à Iudice Eccleſiaſtico, dummodo ſæcularis non eſt in poſſeſſione, vt quia Clericus fuit captus in habitu laicali, tunc carceratus manet apud ſęcularē, donec cauſa Clericatus decidatur, quod nota cōtra illum qui haud pridē vxorem ducere intendebat in veſtibus laicalibus inſigniter veſtitus, conſtituto autem de clericatu Epiſcopus debet Clericum vindicare è manu ſæculari, aliàs negligens punitur, & ibi an ſæcularis de delictis Clerici cognoſcere poſſit, hoc vult Barboſa *in c. cum non ab homine nu. 12. x. de iud.* quòd Clericus in flagranti crimine repertus, poſſit capi & incarcerari, vt ad ſuum Iudicem ducatur abſque metu excommunicationis per DD. ibi, & quis dicatur deprehendi in flagranti crimine, in rubr. dicit aliam eſſe cauſam ciuilem, aliam criminalē, & mixtā dici quando pœna venit applicanda partim fiſco, partim ipſi parti, prædictis adde Farinac. *de inquiſ q. 8.* de foro competenti inter Clericum & laicum, & quando Clerici ſint ſub iuriſdictione laicorum, & è contra, latè quoq; *in addit. ad Roman. ſing. 419.* in quibus caſibus clericus coram laico cōueniri poſſit, item *addit. ad Mattheſ. ſing. 110.* an ſtatuta laicorum cōprehendant Clericos, & in quibus laicus cognoſcat, Chriſtin. *vol. 5. ad conſtit. Friderici tit. C. de Epiſ. & Cler. dec. 222.* regulariter tamen puniri nō poteſt à laico, Gail. *de pac. publ. lib. 1. c. 1. n. 15 & ſeq.* & in quibus caſibus conueniatur coram ſęculari Mynſ. 2. *obſ. 67.* Gail. 1. *obſ. 37.* ſic in ſimili retuli quandoque in cauſa quorundā, qui ſuper bonis Churmodialibus tranſegerant, & quia vnus contractum adimplere detrectabat, conuentus fuit coram D. Officiali Colonienſi, Syndicus ſummi templi interuenit allegando, quod iuxta Capitulationes Sereniſſ. Principis Electoris cum ſummo Capitulo factas (prout illæ id temporis

mihi

Digitized by Google

mihi monſtratæ fuere) Officialis non poſſet cognoſcere ſuper bonis Churmodialibus ad Capitulum ſpectantibus, ſimilem caſum adducit Anton. Faber *in Cod. de Iuriſdict. defin. 47.*

5. Ego in caſu propoſito dixi ad confirmãdam Iuriſdictionem Dn. Officialis, attendi debere qualitatem petitionis & narratorum actoris, nõ verò qualitatem defenſionis *per not. cap. præced.* neque hic ratione bonorum Churmodialium ſiue feudalium ſed ratione tranſactionis eiuſdemq; implementi agebatur, & conſequenter ſummũ Capitulum non habebat intereſſe, quia ad hoc vt iudicet de re feudali, requiritur vt actio ſit feudalis ſiue vt ex iure feudali agatur, nam non ſolum ex re litigioſa, ſed etiã ex litis formulis de Iudice cõſtituendum eſt Frid. de Sande *in conſuetud. feud. Geldriæ tract. 3. de iud. feud. c. 1.* §. 1. inferẽdo, quòd prædij feudalis poſſeſſor pro annuo cenſu cum conſenſu Dñi conſtituto, corã iudice municipali agere poſſit, & ibi an verum ſit, quòd cauſa quoquo modo tangens feudum, feudalis ſit, ſi actione perſonali vel ex pacto agatur, iuncta doctrina Mynſ. 1. *obſ. 99. in fin.* vbi ad confirmandam iuriſdictionẽ debet attendi qualitas petitionis & narratorum actoris, adde Caſp. Ant. Theſ. *lib. 2. q. 15.* quomodo cauſa feudalis intelligenda vel nõ, & Gilman. *tom. 5. p. 2. ſuppl. 16. n. 4. & 5.* item an verum ſit, q̃ quæſtio vel cauſa quoquo modo tangens feudũ, feudalis ſit, ſi actione perſonali vel ex pacto agatur v. Maſtril. *deciſ.* 117 & latè Franc. Milanenſ. *lib. 1. deciſ. 6.* quando ſit cauſa feudalis dũ agitur ratione feudi, prędictis adde Alex. *conſ. 79. n. 1. vol. 1.* & Innoc. *in c. cæterum, x. de iud.* ibi latè ad quem appelletur, ſi de iure feudi agatur ſiue actione reali ſiue perſonali Iudex feudi competens eſt, Ant. Fab. *in Cod. de iuriſdict. defin. 6.* vbi ita iudicatum reperitur. Prædictam differentiam nota, & quod ſuper ipſis bonis ab Eccleſia in cenſum tentis, ipſa Eccleſia iudicare poteſt, Nicol. Euerhard. *in loc. legal. à feudo ad emphyteut. & ab emphyt. ad cenſ.* Wameſ. *ad Ius Canon. de appell. conſ. 174.* vbi vides quòd Iudex Eccleſiaſticus tam in reali quàm perſonali cauſa iudicare poſſit, *& conſ. 175.* & ſic vbi Eccleſia iudicat de cauſis prophanis, Eccleſiaſtici poſſunt habere Curiam ſæcularem, ita vt cauſa Eccleſiaſtica multis modis dicatur, non ſolum ratione materię, quando agitur de ſpiritualibus vel ratione perſonę conuentæ, quando ſc. Clericus conuenitur, ſed etiam intuitu ſolius iudicis, qui de cauſa cognoſcit, ſiue ſit prophana ſiue ſpiritualis, indiſtinctè ſecũdùm Iura Canonica definienda, & dicit quòd tunc ad Papam appelletur, & ſic ſæpè contingit ad vnũ vel alterum appellari, & nos verſari in terminis *cap. ſi duobus, x. de appell.* vide ibi Barboſ. quæ appellatio præualeat, adde tamen *cap. ſequens 9.* & Gail. 1. *obſ. 30. n. 1. & 20.* & de cauſis feudalibus quando à Iudice Eccleſiaſtico (ſcil. ſi feudum inde teneatur) & quando coram ſæculari, (ſcil. ſi Eccleſia vel perſonæ Eccleſiaſticæ à ſæcularibus teneant feudum) ſit tractanda Borellus *in ſum. deciſ. lib. 2. tit. 33. num. 1338. & ſeq.* vbi & declarat, alias quis de feudis cognoſcat tradit *nu. 1293. & ſeq.* vbi & de paribus Curiæ & qui tales, vide præter Decian. *in pr. alleg.* de præuentionis materia Mar. Socin. *in c. propoſuiſti de foro compet.* alioſq; allegatos in Baiardo *ad Clarum* § *fin. quæſt. 38. num. 82. & ſeq.*

Prędictis non inutile erit addere quæ *tit. ſeq.* traduntur, quando lis dicatur pendere, 6. iunctis traditis per Marcell. Cal. *de modo artic. & proban. gloſſ. 1. 6. 1.* vbi latè de materia

l. vbi cœptum, ff. de iudic. quam Felin. *in cap. ex tenore n. 15. x. de reſcript.* 11. Ant. Gabriel *in comm. concluſ. tit. de iudic. concl. 1. num. 13 vſq; ad fin.* 17. modis limitant & plures alias recenſet Afflict. *deciſ. 354.* vbi Vrſil. & Marcell. Cala. *d. loc. n. 40.* ait, iudicium tunc dici cœptum per citationem, quando quis habet plures Iudices, & neutrum poteſt declinare, ſecus ſi vnus citans ſit incompetens, & quæ de cauſis mixtis tradit Tepatus *in compendio deciſ. tit. 34.*

CAPVT IX.

In realibus poſſeſſorijs & violentijs quis Iudex competens, & de continentia cauſarum.

1. SI in cauſis ſpiritualibus Iudici Eccleſiaſtico relinquenda ſit cognitio, ſi ad Imperatorem Palatia pertineant ad Sacerdotem Eccleſiaſtica, vt S. Ambroſius *ad Valentianum* loquitur, iure optimo in praxi deciſum reperimus, quòd in actionibus realibus ſolus ſit competens Iudex ſæcularis, omiſſis DD. altercationibus, prout illæ videri poterunt in allegatis per Vmmium *in proceſſ. de foro compet. diſp. 4. theſ. 6. num. 32.* quippe pro indubitato tenendum eſt in praxi, quòd in realibus Clericus ſortiatur forum Iudicis ſæcularis, Gail. 1. *obſ. 37.* ita contra DD. allegatos in Camera Imperiali iudicatum teſtatur Mynſ. 1. *obſ. 22. & 5. obſ. 93.* vbi & dicit ita vſu receptũ eſſe, & ſic videmus hic Coloniæ quotidie practicari, etiamſi Religioſi vel Eccleſiaſtici agant ad caducitatem bonorum propter non ſolutum canonem fortè Emphyteuticum, qualem Dn. Cramer ex vinea noſtra hic Coloniæ am Klingelpütz ſita prætendebat, nam quamuis huiuſmodi Canonẽ eidem non conceſſerim, neque adhuc concedã, quia Canonis præſtatio eſt æquiuoca, & propterea qualis allegatur, talis cõcludenter probari debet, per ea quę docui *ſuperius de genere c. 3. & 4.* attamen etiamſi ſalua veritatis ſubſtantia hoc ipſum concedatur, & hoc caſu controuerſum ſit apud DD. an Clericus poſſit conuenire laicum coram Iudice Eccleſiaſtico pro rebus Eccleſię actione reali vel perſonali apud Cacheran. *deciſ. 32.* tamen in fine dicit iudicatum à parte Reæ exceptionem declinatoriam bene fuiſſe oppoſitam, & cauſam remittendam eſſe, Theſaur. *deciſ. 22. num. 1. in fin.* prout huiuſmodi cauſas de rebus Eccleſiæ profanis in Regno Hiſpaniæ apud ſæculares tractari, conteſtis eſt Couarr. *pract. concl. 35.* vbi & *in fine* addit, quod non ſtatim obediendum ſit litteris Apoſtolicis, quæ ſub- & obreptitiè obtentæ ſunt, ſed de ſtatu rerum & cauſæ informatio mitti poſſit, ita quoque docet Chriſtinæus *volum. 1. deciſ. 353. in fin.* quod Iudex Eccleſiaſticus conſeruator non faciat vim procedendo per cenſuras à dicto D. Cramer priuatim minatas, maximè attento, quod ipſi non concedam vineam noſtram eſſe vel fuiſſe bona Eccleſiaſtica, vel directum dominum ad illius vicariam ſpectare, vnde præiudicium hic vertitur, cuius ſit tam directum quam vtile dominium & conſequenter ſubintrat cognitio Iudicis loci ſuper qualitate aſſerta & negata per notata *cap. praced.* plus docet Chriſtinæus *volum. 5. deciſ. 29. num. 7 & 8.* quod ſi quis negaret ſe Emphyteutam, & tamen dicit ſe teneri ad ſolutionem, dominus tenetur probare vel oſtendere, pro qua re cenſum ſoluat, quia in dubio præſumitur magis perſonalis quã realis obligatio, ſecus dicit ſi ſe Emphyteutam fatetur, tunc Emphyteuta tenetur oſtendere, pro qua re ſoluat, alias de omnibus vel pro toto patrimonio ſoluiſſe præſumitur, ita iudicatum dicit

Digitized by Google

dicit, vide tamen eundem *volum.6.deciſ.88 & ſeq.* & ibi præiudicia, pro quo facit quod Barboſa *in cap.ſi clericus laicum,nu.6. x.de foro compet.* cum ibi allegat. DD. docet, quod dominium vtile mere laicum & prophanum, ac proinde legibus & ſtatutis Principum ſęcularium ſubiectum ſit: adde Chriſtinęum *volum.5.deciſ.222.* vbi & ampliatur iuxta veriorem DD. ſententiam, quod per modum reconuentionis in perſonalib. conueniri poſſit coram ſæculari, etiam tunc, quando reconueniretur ſuper re plane diuerſa, vide *ibi* præiudicia.

2. Sed in præfato & eidem ſimilibus caſibus nulla opus eſt cognitione ſuper aſſerta qualitate, quia vt dixi, ſpatio temporis immemorialis hic ita obſeruatum puto, quod clerici laicos in realibus coram Iudice loci rei ſitæ conuenire debeant, etiamſi eſſet Emphyteuſis Eccleſiaſtica, quemadmodum in Camera Imperiali concluſum fuiſſe teſtatur Mynſing. *4.obſeruat.95.* præterea quoque reſpondi, quod in dubio potius bona cenſitica quam Eccleſiaſtica, etiam contra ipſam Eccleſiam præſumantur, Berlich. *p.2.pract. concluſ.47.num.22.* Caualcan. *p.1.deciſ.45. num.86. & ſeqq. & in indice, in verb.conductor & Emphyteuta,* vbi notabilia, ac ita reſolutum fuiſſe in Rota, teſtatur Gratianus *tom.1. diſcept.forenſ. cap.188. num.28.* allegaui quoque notabilem deciſionem Raudenſis *tract. de Analogis, lib.1. cap.74. numer.33. & ſeqq.* vbi formaliter ita loquitur: Pone quod Titius tanquam dominus directus vel Emphyteuta agit contra tertium poſſeſſorem rei vindicatione directa vel vtili, probetq́; ſe alias percepiſſe Canonem vel recognitum fuiſſe, vel poſſediſſe tanquam Emphyteutam, an ſufficiat hæc probatio, & dicit quod non, per Iura & DD. *ibidem* allegatos, quia ſunt actus æquiuoci, vltra quod actus iſte ſolutionis ſit res inter alios acta non præiudicans poſſeſſoribus, quare Reus abſoluendus erit, niſi actor probet dominũ per media vniuoca, aliud quam dominum minime importantia, non autem æquiuoca & aliud importantia, ita formaliter ſcribit conſuluiſſe Caſtr. & Alex. cum Bened. de Bened. quia probatio numquam concludit per poſſibile, ſed neceſſario concludere debet, vnde ſubdit Bened. non prodeſſe actori de dominio contendenti probare quod rem emerit, pretium ſoluerit, & res ſibi tradita fuerit, niſi probet talem rem ad ipſum venditorem, à qua cauſam habuit, pertinuiſſe, ius dominij per talia media, quæ dominium & non aliud de neceſſitate concludunt, dicitq́; hoc procedere, etiamſi Eccleſia eſſet actrix, & fama viciniæ cõcurreret, quod res erat ſua, vel etiamſi probaret, quod rem locauit, vel in Emphyteuſin tradidit, & tamquam de re ſua diſpoſuit, vide ad eum, vbi hoc ipſum proſequitur per aliquot ampliationes dicendo quoque, cum nomen Emphyteuſis ſit hodie æquiuocum, non inferri ex conceſſione facta ſub nomine, quod ſit vera Emphyteuſis: quemadmodum & anteceſſores noſtri dictam vineam ſuo iure poſſediſſe præſumuntur, Gratian. *diſcept forenſ. lib.1. cap.69. n.11.* immo & illa copia, quam dictus Vicarius in medium proferebat (eandem vti copiam neq; alias contra tertium poſſeſſorem probare ex varijs Iurium & DD. allegationibus oſtendi) continebat has dictiones, Erblich vnd Ewiglich / hoc eſt, hæreditariè & perpetuò, de quibus pulchre ad propoſitum Roſenthal *de feudis, cap.12. concl.14. num.3 & ſeqq.* quodq́; tranſlatio Iuris faciat contractum cenſiticium, etiamſi partes eundem

Digitized by Google

Emphyteuticum appellaſſent, Barboſa *tractat. clauſ. Iur. vſu freq. clauſ.* 181. *num. 3.* idem docet Caſp. Ant. *Theſ. lib. 1. quæſt. for.* 12 *n.* 2. imo plus docet Wameſ. *tom. 2. conſ. 335. per tot.* vbi pulchre defendit, quod ſit contractus cenſiticus, licet dicatur, quod cadat in commiſſum, aliæq; ſint adiectę qualitates & conditiones, quandoquidem hoc ad informandum contractum cenſiticum refertur, non vero eo ſpectat, vt hoc ipſum ad aliam contractus ſpeciem extendatur, quia multa poſſunt ineſſe ex pacto informante, quæ non inſunt ex natura contractus, DD. *in l. paciſci contra ff. de pactis*, quin imo aduerſus dictum Vicarium, præter alia ſolida fundamenta, allegaui rurſus Raudenſem, *de Analogis, lib. 1. cap. 38. per tot.* ibi Iura & Doctores, etiam in caſu, vbi bona Eccleſiæ ſunt Emphyteutica, dicit pro antiquiſſimis poſſeſſoribus, in varijs tribunalibus iudicatum fuiſſe contra Eccleſiam allegantem forte defectum ſolemnitatum & ſimilia, vide ad eum, quia caſus ſæpe occurrit, iuncta doctrina Anton. Fabri *in Cod. de iure Emphyteut. def. 53.* vbi & in terminis Emphyteuſeos, quod Emphyteuſis Eccleſiaſtica non poſſit reſcindi prætextu nullitatis, ob non ſeruatas ſolemnitates maximè poſt tẽpus longiſſimũ, ſi non læſio nec ea quidẽ minima interueniſſe proponatur & probetur, hinc concluſiue dixi, quod debuiſſet me vel ſocrum meam conuenire coram Iudice loci, ſub quo vinea prædicta ſita eſt, neque dubium eſt, quin huiuſmodi conſuetudines immemoriales valeant, & iuxta eaſdem practicandum ſit, tum quia & vtile dominium ſubeſt poteſtati domini territorij, tum etiam quia reſolutis contrarijs docet Couarr. *pract. quæſt. cap. 31. num. 1,* quod ne quidem ipſi Clerici iure diuino exempti ſint à Iuriſdictione Iudicis ſæcularis, ſuper quo nolo contendere, hoc mihi ad propoſitum ſufficiat, quod alia ſit ratio in realibus, ex qua tales conſuetudines ipſo etiam iure defendi & ſuſtineri poſſunt, Gail. *1. obſerv. 37. num. 4.* vide *infra de ſtylo & ſtatuto,* interim hic Caualcanum *part. 2. deciſ. 17. num. 67. & ſeqq.* an Oratoria, Hoſpitalitates, Confraternitates ſint & quando dicantur Eccleſiaſtica vel Religioſa, & quando non, & an illorum bona ſubiaceant ſolemnitatibus, quibus ſubiacent bona Eccleſiaſtica in alienationibus, dicitque quod Iudex Eccleſiaſticus tamquam dignior debeat cognoſcere an cauſa ſit Eccleſiaſtica vel prophana, vide Tepatum *in Compendio deciſionum, tit. 30.*

Verum enimvero Regula ſit in praxi indubitata, quod Clericus in realibus tam conueniri poſſit coram Iudice laico, quam ipſe quoque alios ibidem conuenire debeat, prius tamen limita, quoad bona mobilia, quandoquidem illa bona tamquam perſonæ adhærentia, non poſſunt exequi per Iudicem ſæcularem, Borellus *in ſumma deciſionum lib. 1. tit. 7. num. 48. vbi in ſeqq.* ampliationes & declarationes, & quando Clericus dicatur clericaliter viuere, idcirco ratione mobilium non poterit Clericus coram ſæculari conueniri, ſecundo limitando tentari poſſet, ſi ratione immobilium actione perſonali ageretur, prout hoc fieri poſſe eleganter oſtendit Deckerus *lib. 2. diſſert. 10. num. 14. & 15.* & ita cum Doctoribus allegatis interpretatur *l. fin. Cod. vbi in rem actio.* Zanger. *de except. part. 2. cap. 1. num. 343. & ſeqq.* quando agitur actione reali, in loco rei ſitæ actio inſtitui debet, ſi vero aga- 3.

Digitized by Google

agatur actione perſonali, tunc in foro domicilij Reus conueniri poteſt, adeoque hoc caſu etiam de iure *l. Iuris ordinem, Cod. de Iuriſdict. cum concord.* Clericus conueniri debebit coram ſuo Iudice, oportet ergo ad formulas actionum attendere, num actione reali vel perſonali agatur, Deckerus *lib.1. diſſert. 4. num. 2.* vbi tradit quæ ſit formula actionis realis & perſonalis, Cardinal. Tuſchus *practic. concluſ. litt. A. concluſ. 99. num.6. & ſeqq.* Doctores *in §. omnium, Inſtit. de actionib.* tunc & qualitas rei non inſpicitur, ſed tantum perſonæ apud quam res inuenitur, Bart. *in l. Paulus, num.3 ff. de acq. hered.* Tiraquell. de vtroque retractu *lib.1. §. 2. Gloſſ.13. num.12.* vide & Doctores *in l. cunctos populos, Cod. de ſumma Trinitate*, ſicuti perſonali actione concludere poſſum, quod ſim petitæ rei dominus forte ex legato vel alijs cauſis, Wameſ. *cent. 1. conſ.72. num.3.* in quo conſilio quoque docet, an qui ſuccubuit in reali, poſſit agere actione perſonali, ſed quia idem iudicamus de actione ad rem immobilem competente, quod iudicamus de ipſa re immobili, Gail. *2.obſ.11. num.9. & ſeq. cum ibidem illatis*, vix in praxi obtinere poteris, quod agas in alio iudicio, quam ſub quo bona ſita ſunt, neque enim tam inſpiciendum eſt, quæ ſit petitionis cauſa, quam quid & quomodo petatur, Wameſius *tomo 2. conſil. 436. num. 3.* & quo tendat tua petitio, videlicet ad habendum rem, hinc licet Iudicium Eccleſiaſticum ſit competens ſuper reditibus vel Canonibus ceſſis, tamen ſecus eſſe apparet, quando ipſum ius reale reditus controuertitur, vti colligitur ex Zypæo *in Iure nouiſſimo ad Ius Pontificium, tit. de foro compet. num.23. vbi in praced.* de edictis Principum, ne bona in Clericos & Religioſos diuendantur, vel ipſimet illa acquirant, an autem illa ſtatuta valeant, ſi de iure contendas, dubia redduntur ex traditis per Vaſquium *de teſtatoris potentia, lib.1. §.10. num.648. & multis ſeqq.* vbi iura & DD. allegat, vide omnino, atque pro iuſtificatione eorundem, quę tradit *n.651.* & ego latius *infrà de ſtylo & ſtatuto c.6.*

Regula ſecunda eſto, quod cauſa poſſeſ- 4.
ſoria etiam beneficialis cognoſcatur à Iudice ſæculari, infinitos Doctores atteſtantes de vniuerſali praxi allegat Borellus *in ſumma deciſ. lib.1. c.43. num.20. & multis ſeqq.* ita quoque ſeruari in Camera, teſtatur Mynſ. *2.obſ.67. num.3. & 4. & cent.5. obſ.93. in fin.* dicit, quod etſi Eccleſiſtica perſona ſpolietur à laico in ſua præbenda vel bonis ad prębendam ſpectantibus, Camera ſit Iudex, Gail. *1.obſer.37. num.5. & obſ.38.* hoc ipſum ex vſu magis ita ſeruari, quam de iure, præſertim in poſſeſſorio retinendæ dicit Wameſ. *ad Ius Can. tit. locati, conſ.312. num.5.* addens tamen pro declaratione, hactenus nulla conſuetudine obtentum eſſe, quod Iudicis laici officium aduerſus perſonam Eccleſiaſticam implorari poſſit pro defenſione poſſeſſionis illius, qui proprium interdictum propter defectum veræ poſſeſſionis non habet, plures Doctores allegat Schvvanmann. *obſ. Cam. 8.* vbi Doctores pro & contra allegantur, an hoc caſu Iudex ſæcularis ſolus & priuatiue ſit Iudex competens, negat Menochius *Remed. recuper.15. num.220.* Couarr. *pract. concluſ. cap.35. in pr.* conſulas in caſibus occurrentibus præfatos DD. & quos citat innumeros Borellus *in ſum. deciſion. dict. loco*, vbi plures caſus videbis deciſos & determinatos: quid

Digitized by Google

quid autem, inquam, ſi ſint poſſeſſoria mixta? quid ſi ſit poſſeſſorium rei ſpiritualis, de quo plene Gratianus *tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 238. & ibi num. 49. & ſeqq.* quid ſi conſuetudo cognoſcendi deſuper eſſet in contrarium, & *num. 74. & ſeqq.* quid de recurſu clerici turbati ad laicum, & late *paſſim per tot.* an laici in cauſis vigore prætenſæ conſuetudinis cognoſcere poſſint, & hoc modo inter cæteras declarationes limitat Regulam, quod cauſa ſpiritualis in arbitrium laicum compromitti non poſſit, Borellus *in ſumma deciſ. lib. 1. tit. 63. num. 63. & ſeqq.*

5. An vero ratione præcedentis doctrinæ, quod cauſa poſſeſſoria ſit temporalis & poſſeſſio facti, DD. *in l. naturaliter, §. nihil commune ff. de acquir. poſſ.* ſequatur, quod & Iudex per modum violentiæ inter Clericos cognoſcere poſſit, prout illos quandoque violentiam inferre ſolere, aut in perſonis aut in rebus ſeu beneficijs, conſtat, affirmatiuam defendit, & in praxi receptam teſtatur Ignatius Lopez *in pract. can. c. 106.* pro quo inducit *cap. filijs 16. quæſt. 7.* de quo conqueritur Barboſa *in cap. in Eccl. S. Mar. x. de conſtit. nu. 7. & ſeqq.* quod hoc ipſum in multis prouincijs ſit obſeruatiſſimum, adiri ſæculares ab Eccleſiaſticis de vi & alio modo oppreſſos, ſed diſſolutis contrarijs dicit hanc praxin eſſe iniuſtam, & à Rota Romana multiſque ibidem relatis DD. deteſtatam, atque ideo DD. *in cap. Regium officium eſt 23. quæſt. 5.* in contrarium allegatos non eſſe audiendos, vide & Gratian. *d. cap. 238. num. 75.* Sed quid ni hoc ipſum licebit, ad hunc ſaltem finem, vt forte ſcandala euitentur, vt quies publica Regni vel Prouinciæ non turbetur, vt non excitetur tumultus, & ſimilia ad effectum minimè perducantur, quibus caſibus limitari vel declarari poſſet doctrina Barboſæ, & DD. *ibidem* allegatorum, ſicuti Gail. *lib. 1. de pace public. cap. 10. num. 12. & ſeqq.* tradit, quod & conſtitutio fractæ pacis Eccleſiaſticas perſonas, quæ ratione dignitatis Regalium & feudorum Imperialium Imperatori immediatè ſubſunt, liget, & licet illas in perſona punire nequeat, tamen in bonis poſſit, ſed quid ſi forte ſint bona Epiſcopatui incorporata, vide Wameſ. *cent. 1. conſ. 12. num. 10. & ſeq. & tom. 2. conſ. 480.* & quid ſi Imperij feudum ob læſam Maieſtatem committatur, cui deferatur Roſenthal *de feud. cap. 10. concl. 31. num. 62.* an contra notoriè rebelles ſine citatione procedi poſſit, Gratianus *tom. 1. diſceptat. forenſ. 54. num. 21. & ſeq.* item late Annæus Robert. *lib. 1. rer. Iud. cap. 6.* an ſæcularis ſuper veneficio Clerici cognoſcat, ſcio Sacerdotem traditum fuiſſe Magiſtratui Eccleſiaſtico, qui poſtea eum ſontem repertum degradatum tradidit Magiſtratui ſæculari puniendum, per notata Gailij *dict. loco.* Aliquot caſus refert Hunnius *in Encyclopædia par. 2. tit. 37. verſ. Sunt tamen, quibus Clericus coram ſæculari iudicio conueniri poſſit.*

Principalis autem regula, quod actio coram Iudice rei ſita inſtitui debeat, fallit notabiliter, 6. quando bona in diuerſis territorijs ſita ſunt, tunc enim omnium ſuperior adiri poteſt ex capite connexitatis vel continentiæ, de quo DD. *in l. nulli, Cod. de Iudicijs,* quemadmodum aliquoties præiudicijs Cameralibus ex Roſenthal allegatis proceſſus in Aula Cæſarea & in Camera ex hoc capite impetraui, præiudicium Camerale allegat Mindanus *de contin. cauſ. cap 3. vide & ſeqq. & Deputation* Abſchied / *de Anno 1600.* §. bey vnſerm / Mynſinger. *1. obſeru. 4.* quæ

autem

Digitized by Google

autem ſint & dicantur connexa, & quæ ſeparata, notabiliter deducit Munnoz *tract. de Ratiocinijs, cap. 17.* & præter Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. caſu 93. per tot.* & Felin. *in c. cum inter, num. 70. de ſent. & re iudicata*, vide quæ annexa, quæ vnita, & quæ ſeparata ſint, Pacianum *de probat. lib. 1. cap. 26. & duob. ſeqq.* late Scaccia *de iudicijs, lib. 2. cap. 11. num. 632. & multis ſeqq.* & quæ actio dicatur connexa alteri, Zanger. *de except. cap. 1. num. 387. & ſeqq. p. 2.* adde Gilmannum *tom. 4. ſymphor. p. 1. voto 28. num. 9. & ſeq. & tom. 2. p. 1. vot. 30.* de cauſis connexis & continentibus agit quoque Hunnius *in Encyclopædia ſua p. 2. tit. 35. cap. 3. verſ. hinc quando, & ſeq.* ſublimita autem hanc limitationem ſiue declarationem, vt non procedat ſi bona ſita ſint in diuerſis dominijs ad vnum Principem ſpectantibus, verbi gratia, in Ducatu Iuliæ & Montium, hoc enim caſu coram illorum Principe agi debet, niſi quis forte plures conuenire vellet, qui quidem eidem Principi ſubſunt, ſed ſub diuerſis Regiminibus degunt, vel etiam niſi ſuper rebus in dominio Ravenſtein & dictis Ducatibus ſitis ageretur, nam quamuis illa omnia habeat Sereniſſ. Princeps Neoburgicus, tamen quia diuerſa ibi habet regimina, Iuriſdictio Cameræ Imperialis vel Imperatoris fundata foret ex capite continentiæ, iuxta Gilmannum *in præiud. Camer. verb. continentia cauſæ, verſ. dubitatum an ſi vnus*, vbi plura notabilia præiudicia in materia Continentiæ cauſarum, inter cætera quoque, quod & principales debitores & fideiuſſores faciant continentiam tam ratione perſonarum quam rei, vt ibi cauſa fideiuſſionis tractetur, vbi & principalium debitorum, de quo Hering. *de fideiſſion. cap. 30. num. 28. & ſeqq.* & Chriſtinæus *volum. 2. deciſ. 160. num. 8. & ſeqq.* Cum autem Iuriſdictionem Superioris in quadam cauſa fundaſſem, fruſtra pars conuenta renunciauit bonis in alterius Principis territorio ſitis, quia hoc ipſum in præiudicium & illuſionem Iuriſdictionis & commiſſionis Cæſareæ fieri aſſerui, renunciatio autem in præiudicium tertij non valet, Bart. *in l. ſi quis in conſcrib. num. 3. Cod. de pactis*, iunctis traditis per Gail. *1. obſeru. 60. num. 2.* proindeque decretum in puncto competentiæ obtinui.

Quandoque tamen vnum, dum referri auditem, valde miratus fui, quod lite alibi introducta & pendente proceſſus ex capite Continentiæ in Camera obtenti fuerint, quaſi ob continentiam cauſarum, proceſſus alibi factus non valeat, & d. l. nulli deneget audientiam, Marant. *in ſpec. diſp. 6. num. 30.* quodque hæc exceptio poſt litis conteſtationem obijci poſſit, Afflict. *deciſ. 354.* verum Chriſtinæus *d. deciſ. 160.* exceptionem, continentiam cauſæ non debere diuidi, non poſſe opponi niſi ante litis conteſtationem cum DD. ibi allegatis docet, idem *vol. vlt. deciſ. 151. num. 18. & ſeq.* Menoch. *de arbitr. caſ. 371. num. 20.* ibi quoque alios allegat & Mynſing. *decad. 3. reſp. 23.* adeo vt cauſa præuenta in vno loco, non poſſit alibi tractari etiam per priuilegium, Franc. Marcus *part. 2. deciſ. 414.* vt ne quidem minor aduerſus hanc exceptionem omiſſam reſtituatur, vti iudicatum refert Chriſtinæus *volum. 1. deciſ. 259. num. 17.* quin imo & Iudex Eccleſiaſticus poteſt ſe immiſcere ſæculari Iuriſdictioni ratione connexitatis, iuxta Barboſam *in c. ſicut ex ſuſcepto, num. 7. de foro compet.* ſic quoque in Camera Imperiali in cauſa 7.

Digitized by Google

poſſeſſoria proceſſus prius ob tranſmiſſum inſtrumentum papyraceum denegatos, ſed inſtrumento apprehenſę poſſeſſionis in pergameno conſcripto,& ita de more ibi exhibito, ſcio ex capite continentiæ & ob bona in diuerſis territorijs ſita decretos fuiſſe.

Ad materiam propoſitam vide DD. *ad tit. Cod. vbi in rem actio exerceri debeat, item tit. Cod. vbi de hered. agatur,* hoc caſu conſulas quoque Cothm. *vol.3. reſp.33. item tit. Cod. vbi de poſſeſſione agi oporteat,* item vbi miſſio petenda,& à quo, vide Tilman. *de Benignis pentecoſt. 2. obſ. Cam. Imp.23.* Menoch. *de acq. poſſ. rem.4. nu.54.* Iudex executionis in varijs caſibus quis, Ricc. *p.5. collect.1809.* adde Berlich. *p.1. concl.79 & ſeqq.* Gail. *1. obſ.113 per tot.* Iudex confirmans exequitur ſententiam, *Auth. ſi quis litigant. C. de Epiſcop. aud.* limita vt apud Gail. *1. obſ.113. n.14.* Mynſ. *4. obſ.94. & 5. obſ.94. & ſup. de Iudice requiſito.*

8. Porro quia domicilium eſt perfectiſſimum Iuriſdictionis fundamentum, concludit Zypæus *in Iure noniſſimo ad Ius Can. tit. de foro compet.* quod & extra Iuriſdictionem peccantem vel exiſtentem Iudex citare, iudicare, & exequi poſſit, per cenſuras quidem in perſonam, ſequeſtrationem vel ſubtractionem in bona vel fructus, alioquin extra territorium nemo Iuriſdictionem exercere poteſt, niſi quod officiarius delinquentem proſequi poſſit extra ſuum territorium fugientem, & apprehenſum domum reducere, ſed ſicuti eſt cõtrouerſum, an abſque turbatione Iuriſdictionis alterius, captũ in meo territorio poſſim ducere per alterius Iuriſdictionis locũ ad meũ, altero irrequiſito, vt videre eſt apud Reinking *de Regim. ſec. & Eccl. lib.2. c.8. à n.4. vſq; ad 39.* de quo vide Beſold. *tr. de Iure territ. c.3.* ibi diſtinctè, alias & Mynſ. *3. obſ.28.* & Gail. *lib.1. de pac. p. c.4. n.36. & ſeqq. & c.16. n.25. & ſeq.* ſic & prius valde cõtrouerſum eſt, vt patet ex traditis *cap. præce.* & multi DD. allegantur apud Ignat. Lopez *in pract. can. cap.8.* docentes, quod de Iure communi nec Iudex domicilij nec originis poſſit crimina extra territorium cõmiſſa punire nec inquirere, Gram. *dec.26* Pariſ. *conſ.149. n.8. vol.4.* & alij ibi alleg. & dicitur cõſuetudine generali recepta opinio, ipſe tamen quoad Iudicẽ originis cõtrarium verius eſſe dicit, quem defendit Couar. *prac. quæſt. c.11. n.6.* Clar⁹ *§. fi. q.39. verſ. ſed quæro,* & plures ibi alleg. & iuxta cuius loci ſtatuta tunc crimẽ puniendũ ſit, vide quoq; DD. ibi & Felin. & DD. *in c. licet, de for. cõp.* Clar. *§. fi. q.85.* & quærit Ign. Lopez *c. ſeq. 9.* an idem ſit quoad Iudicẽ domicilij, & quid ſi delinquẽs ſit vagabũdus, adde tradita per Zaſ. *in l. à Dino Pio, §. ſententiã, n.10. ff. de re iud.* criminoſus cõdemnatus qũo alibi puniatur, priorem quæſt. DD. opinionibus relatis exactè & diſtinctè tractat Peguera *deciſ.87. per tot.* vbi inprimis ponit regulam, ꝙ delinquẽs ſupponatur Iuriſdictioni Iudicis inquirentis videl. ratione loci, delicti, originis & domicilij, extra hos tres caſus Iudex dicitur incõpetens, ita vt neq; ad inſtantiam partis contra delinquentẽ procedere poſſit, ſed quoad Iudicem originis vel domicilij, ſi ꝓcedat querela partis, nemo dubitat quĩ Iudex originis vel domicilij cõtra delinquentẽ procedere poſſit, Viui⁹ *deci.303. n.8 & 9.* verũ an ex officio hoc facere poſſit, ſuper hoc referũtur ibi contrariæ opiniones, ſed affirmatiua conſuetudine recepta dicitur, Clar⁹ *d. q.39. verſ. ſed quæro,* idẽ teſtatur Boſſ. alleg. per Tẽnin. *de cautelis caut.41.* cum qua & ille pertranſit, limitatur vero hæc opinio à Farinac. *de inquiſ. q.7. n.1.* cũ DD. alleg. vt nõ procedat, ſi ſciatur Iudicẽ loci, delicti, procedere & inquirere, de eodẽ deli-

Digitized by Google

delicto, quod rurſus ſublimatur à Peguera, ſi delinquens à Iudice loci delicti citatus contumax maneret, & ita dicit obſeruari, nec tunc remiſſioni locum eſſe, de remiſſione, & an delinquens remittendus ſit, *deciſ.66. per tot.* vbi vides de conſuetudine obſeruari, quod non fiant remiſſiones inter Regna vel territoria diuerſorum dominorum, quorum vnus alterum in ſuperiorem non recognoſcit, imò adhuc viget illa conſuetudo in Regnis, quod de vno ad aliud non fiat remiſſio, etiamſi vnum ſuperiorem recognoſcant, vt ibi teſtatur, & *deciſ.2.* vbi quoque pro & contra diſcutitur illa inter DD. controuerſa opinio, an Iudex, qui eſt incompetens, poſſit capere delinquentem, ſibi nec ratione loci delicti, nec ratione originis vel domicilij ſubditum ad effectum remittendi ad Iudicem loci delicti, vbi multi ſtant pro affirmatiua, ſed tamen pro negatiua dicit fuiſſe iudicatum, & exemplificando hoc ipſum Boſſius ibi dicit non eſſe credendum, quod à quolibet Iudice remiſſio poſſit peti, ſed tantum ab eo, qui habet Iuriſdictionem in delinquentem, vt eſt Iudex domicilij, ſecus ſi nullam habeat Iuriſdictionem in delinquentem, hinc delinquens ab incompetente captus dimiſſus fuit, ibi quoque examinatur, §. *ſi vero quis, Auth. vt nulli Iudicum, &c.* vide apud Corat. *de except. contra praiud. ſententias, except. 22. q. 130. & ſeqq.* vbi plura de Iudice executionis, & DD. ibi allegatos, late quoque Tepatus *in Compendio deciſionum, tit. 134.* vbi de criminalibus agi oporteat, interim quoque notandum, quod ad euitandum lites quandoque partes hinc inde compromittere ſoleant cauſas & cõtrouerſias decidẽdas in priuatos, de quo, & de diſtinctione inter arbitros vide Chriſtin. *vol. 1. deciſ. 247.* vbi varia & notabilia.

CAPVT X.

De prorogatione Iuriſdictionis.

QVando loquimur de prorogatione Iuriſdictionis, intelligimus Iuriſdictionẽ ei, cui prorogatur, competere, nam ſi aliquis non eſt Iudex, nullamq; habet Iuriſdictionẽ, ſubintrant tradita per Vantium *de nullit. ex defect. Iuris*, Schwan. *obſ. Cam. 1.* vbi defectũ Iuriſdictionis duplicẽ tradit, totalem & partialem, & qualis vterque, vide & quanta ſit nullitas ex defectu Iuriſdictionis, quodque confeſſio coram Iudice incompetenti facta non ſufficiat ad condemnandum, Barboſa *in cap. at ſi Clerici, x. de Iudicijs*, ſed quia hæc materia latiſſimè in omnibus caſibus tractata reperitur apud Scacc. *tract. de ſententia & re iud. Gloſſ. 7. quæſt. 1. & aliquot ſeqq.* qui & late de prorogatione Iuriſdictionis, de impedimento prorogationis ex errore, ex metu, compulſione, ex pœnitentia, ex inhabilitate perſonarum, de prorogatione temporis, item de ea, quæ fit per reconuentionem, compenſationem, & alia multa tradit, ideo ad eum breuitatis cauſa fit relatio, iunctis ijs, quæ de prorogatione Iuriſdictionis tradit Borellus *in ſumma deciſionum lib. 1. tit. 41. num. 91. & multis ſeqq.* & ibi DD. allegati, & Vigel. *in method. Iuris contr. lib. 2. cap 2. in replicat. generalib. repl. 18.* ibi limitationes, quando prorogatio facta non obſtet, *& lib. 5. cap. pen. in verb. prorogatio.* 1.

Perſæpe contingit, quod ſubditi Iudicis extranei Iuriſdictionem prorogent, ac ſe inuicem coram eo conueniant, & quamuis attentis moribus hodiernis hoc ipſum in præiudicium domini fieri non poſſe pro indubitato teneant, Schwanmann. *d. obſ. 1.* & cæteri allegati apud Berlichium *part. 1.* 2.

Digitized by Google

concl. 5. vnde & dominus à ſententia contra ſubditos in puncto competentiæ lata, pro ſuo intereſſe appellare, ſuoſque ſubditos auocare poteſt, Gail. *1. obſ. 126. & 47.* Bredenrod. *de appell. part. 1. tit. 13. litt. D. verb. Dominus*, & Greuæus ad Gail. quemadmodum vni ſubditorum alium coram alio Iudice conuenienti pœnaliter mandatum fuiſſe ſcio, vt cautam alibi introductam coram mandante Iudice ordinario ſuo proſequeretur, quod & Scaccia *de appellat. quæſt. 7. num. 33. & ſeqq.* extendit ad Barones, quod poſſint prohibere vaſallis ne in derogationem ſuæ Iuriſdictionis vadant ad Curiam Regiam, vbi & ex Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 20.* docet, quod omnes cauſæ etiam beneficiales cognoſci debeant in prima instantia coram ordinario, nec mirum videri debet prędicta pœnalis prohibitio, quia poteſt Magiſtratus Iuriſdictionem ſuam mandatis pœnalibus defendere, DD. *ad tit. ff. ſi quis Ius dic. non obtemp.* Meiſner. *tom. 4. deciſ. Cam. Imper. 27. & lib. 1. deciſ. 12* iunctis traditis per Magerum *de aduoc. arm. cap. 10. n. 552. & ſeqq.* ratio prioris doctrinæ eſt, quod Iuriſdictiones hodie ſint ad inſtar patrimonialium, quaſi prorogandi facultas propterea abolita ſit, nec ſubditi amplius inuito domino ſe alterius Iuriſdictioni ſubiicere poſſint, videatur Cacher. *deciſ. 78. n. 12 & 13.* Sola ad Conſtit. Sabaudiæ *Rub. de foro comp. verb. ſubditos noſtros gloſſ. 1. num. 9.* Surdus *conſ. 47. nu. 25.* Couarr. *lib. 1. var. reſ. c. 10. n. 7.* Lancell. *de attent. p. 2. c. 28. n. 9.*

3\. Nihilominus contrarium verius eſſe puto, cum prorogatio de iure licita eſt. *L. 1. ubi* DD. *ff. de Iud.* nec hodie prohibetur abſolutè, ſed in præiudicium domini, ne ve ſui illo inuito. Et conſequenter quod partem licita eſt, vt ſi cauſa per dominum reuocata vel pro re nata partibus inhibitum non fuerit, haud dubito quin ſententia Iudicis, cuius Iuriſdictio prorogata eſt, liget, & ita determinat Berlich. *d. loco*, & veriuseſſe dicit Roſenthal *de feud. cap. 12. concl. 1. num. 77. & ſeqq.* quin imo ſententia etiam alias nulla validatur in vim pacti & conuentionis, Anton. Gabriel *in comm. concl. tit. de ſent. concl. 2. num. 7.* Vincent. Caroc. *de except. contra præiud. ſent. except. 22. quæſt. 18. nu. 5. & ſeqq.* vbi & dicitur ad hoc ſufficere tacitum conſenſum, ſicuti apud omnes in confeſſo eſt, quod valeat pactum de non appellando, quod ipſum eatenus æquiparari videtur prorogationi, vt ſicuti iuxta diſſentientium DD. opinionem prorogatio alibi ſeu coram Iudice extraneo facta non valet, ita quoque non valeat pactum propter rationis identitatem vel ſimilitudinem, & tamen quotidie in inſtrumentis guarentigiatis debitores priuilegio fori renunciare, & arreſtis, nec non in ſpecie huic vel illi Iudici & foro ſeſe ſubmittere videmus, quæ materia tractatur *in l. ſi conuenerit, ff. de Iuriſd.* de cuius intellectu pulchre Freder. Martini *de conſtit. cap. 6. num. 3. 22. & ſeqq.* Pels *in proceſſ. tit. 9. num. 29. & ſeqq.* vbi dicit, ſufficere generalem fori renunciationem, & conatur reſpondere ad Myſinger. *1. obſeru. 88.* præter allegat. in Arnold. Reyger *in Theſauro Iuris lit. I. de Iuriſd. num. 91.* docentes, quod ad hoc requiratur ſpecialis fori renunciatio, & ita in Camera iudicatum, & forte poſſet intelligi Myſ. quod loquatur in cauſis Auſtregarum, vel qui ſpecialiter priuilegiati reperiuntur, quaſi hoc priuilegio per generalem renunciationē non cēſeatur renunciatū per ea quę *ſupra de grauere* demonſtrata fuerūt, ſed vidi & tales arreſtari, nam arreſti cauſa in inſtrumentis

mentis licita ſunt, *Ordinatio Imperij de Anno 1594.* aliàs mandata pœnalia de relaxando captiuum in ſpecie auff die Cöllniſche Sachen/ decreta fuiſſe teſtatur Hering. *de fideiuſſ. cap. 18. num. 94. & ſeq.* quemadmodum illa ſæpius vidi decreta, ſed tamen cum clauſula de præſtando cautionem, quam ſi præſtare non poſſunt, ſufficiet regulariter iuratoria per notata à Heringio, an verò oblatio bonorum hypothecatorum ad dimittendum Reum ſufficiens ſit, dubitatum fuit, de quo DD. *in Authent. hoc niſi, Cod. de ſolutionib.* cuius requiſita vide *infra de tempore*, feudatarius verò non poteſt prorogare Iuriſdictionem Carocius *de except. contra præiud. ſent. except. 22. quæſt. 6. num. 11.* an autem error impediat prorogationem, & quando, vide *cap. ſeq. in fin.* ſummatim, paſſim receptum dicit Chriſtin. *volum. 2. deciſ. 160. nu. 4.* nemini hodie licere alterius notionem prorogare, quod ego intelligo iuxta declarationē ſuperius relatam, adde tradita *c. ſeq.* ſic indies fit proteſtatio de non prorogando neque conſentiendo in Iuriſdictionem, niſi quatenus & in quantum, &c. de quo Felin. *in c. cum M. Ferrarienſis n. 27. vſque ad num. 80. x. de conſtitut.* ibi pleniſſimè tractat materiam proteſtationis & prorogationis Iuriſdictionis, latiſsimè quoque Hoſten. & Marian. Socin. *in cap. ſignificaſti, x. de foro competenti.*

CAPVT XI.

De euocatione & auocatione Cauſarum, item de Iuriſdictionis conceſſione, an priuatiuè, an verò cumulatiuè facta cenſeatur, & aliqua inde illata; & de eiuſdem prorogationis in caſu propoſito repetitione.

1. HIc Coloniæ habemus priuilegium Sigiſmundi Imperatoris de non euocando, ſimile quoque habent Conterranei mei in Patria Cliuenſi, habent & Brabanti, iuxta auream Bullam à Carolo IV. Imperatore Anno 1349. conceſſam, & ab Imperatore Maximiliano confirmatam, quòd Brabantus, exceptis caſibus denegatæ iuſtitiæ & fugæ, extra patriam in ius trahi & arreſtari non poſſit, nec in bonis, nec in perſona ſub grauiſſima pœna, Chriſtin. *vol. 1. deciſ. 345. num. 25. & ſeqq.* de quo & facit mentionem *deciſ. 258.* poſſunt tamen ſubditi Regis Galliarum & Ducis Brabantiæ citari per edictum Gail. *1. obſ. 56. num. 7.* quod extendi poteſt ad ipſos Brabantos, quando citantur ad proponendum actiones *ex l. diffamari*, vel quatenus intereſſe habent ſuper bonis in Imperio ſitis, vel contra ſubditos Imperij actiones, vt illas proponant, nam hoc caſu imprimis ſunt Rei voluntarij & nō neceſſarij, deinde quatenus ad citationem *l. diffamari* comparere & ius ſuum deducere volent, actores vtique fient de iure obligati forum rei ſequi *l. 2. Cod de iuriſd.* & ita citatus propriè Reus non eſt, ſed defenſio voluntaria non neceſſaria, Gail. *de pace pub. lib. 1. cap. 12. n. 25. & ſeq.* & licet præfata opinio ſit inter Doctores controuerſa, tamen, quòd vtens hoc remedio reus dici debeat, verior, communior & in Camera Imperiali recepta eſt teſte Mynſing. *6. obſ. 90. n. 3. & 8.*

Quemadmodum haud pridem obtinui decretum Ampliſſimi Senatus in cauſa Domini Erckelens Senatoris citantis ciues Colonienſes *ex l. diffmari* ad iudicium Aquiſgranenſe ad proponendum iactitatas actiones ſuper ædibus ad ipſum citantem ſpectātibus, nam licet Coloniæ habeamus Priuilegium de non euocando, ac ſtrictè prohibitum inueniatur, ne ſudditus ſubditum ad aliena tribunalia trahat, tamen illud ipſum 2.

 in rea-

Digitized by Google

in realibus permittitur, eſt enim iudicium *l. diffamari* duplex ſcil. ipſius diffamationis & cauſæ principalis, ſic quoque reſpondi Affini meo Domino Leonardo Vbelgun Senatori Colonienſi, viro integerrimo & ſinceriſſimo, citato à quodam Hamburgum ad proponendum actiones contra ipſum impetrantem iactitatas, ſiquidem hoc caſu dictum priuilegium non releuat quo minus comparere teneatur, niſi velit ſibi perpetuum ſilentium imponi, poteſt enim comparere vel non, ſed ipſo non comparente perpetuum ſilentium imponitur, multa namque cauſatiuè fiunt, quæ directò non conceduntur Cardin. Tuſchus *lit. C. concl. 161.* & ita in terminis notat Scaccia *de iudic. lib. 2. cap. 2. ſub num. 187.* quòd actor etiam ſequatur forum rei voluntarij, & Doctores *ad tit. Cod. vt nemo inuitus agere vel accuſare teneatur,* tradunt, quod id in materia l. diffamari non procedat.

3. Porrò cum ſubditi Regis Hiſpaniarum nimis promiſcuè (Brabantis enim conceſſa fuit Aurea Bulla, ac proinde ad alios extendi de iure non poteſt vel debet) vtantur beneficio Aureæ Bullæ, ego in cauſa Prænobilis ac Strenui Domini Tenaquagel penſiones ex diuerſis bonis ſibi hypothecatis (quorum aliqua in territorio Colonienſi reperiebantur) ſoluendas exigentis, in ſupplica petij colono prædij hypothecati mandari, ne quid de fructibus dicti prædij, ipſi Domino ſoluat tradatvè, ſed omnia in firmo arreſto detinerentur, donec & quouſque ſibi impetranti plenè ſatisfactum fuerit, & in hunc finem citationem ad videndum immitti in bona hypothecata pro tali debito decerni petitum fuit, nam licet debitor ſub proteſtatione comparuerit, variaque Priuilegia allegarit, obtinui tamen ſententiam Anno 1644. mirum autem mihi videbatur in alia cauſa, quòd Brabantus vigore Aureæ Bullæ intenderet euocare ſubditos Imperij ad tribunal Brabantiæ ad inſtar actorum, qui Reum coram diuerſis tribunalibus conuenire poſſunt, dum eorum ſit optio, ad quod eorum Reum conuenire velint Schwanman *obſeruat. Camerali 8. in fin.* Chriſtinæus *volum. 2. deciſ. 160. num. 1.* vbi probat, quandocunque eſt fori diuerſitas, quod tunc actoris ſit electio, in quo Reum conuenire velit, niſi Reus habeat id priuilegium, vt poſſit conueniri coram pluribus Iudicibus Gratian. *diſc. forenſ. c. 169. tom. 3. num. 1.* quia intelligi hoc debet, vt actor poſſit Reum conuenire in foro competenti ſiue foro Rei, de quo in materia l. diffamari extat pulchrum conſilium apud Wameſium *cent. 1. conſ. 10.* atqui verò Aurea Bulla Ius euocandi ſubditos Imperij non dat Brabantis, & conſequenter electio debet competere Reo conuento, qui ſemper poteſt declinare forum incompetens, vt conueniatur in foro ſuo, intellige vt Brabanti quoties conueniuntur, non poſſint alibi, quàm coram ſuo Iudice conueniri, ſi autem illi velint alios conuenire, debeant forum Rei ſequi, reperiuntur tamen priuilegiati, vt Studioſi & miſerabiles perſonæ, quæ habent ſingulare forum, vide Treutler. *par. 1. diſp. 3. theſ. 10.* & quæ ſint tales Guido Papa *deciſ. 566.* Afflict. *deciſ. 257.* Couarr. *Practic. Quæſt. cap. 6. num. 3.* quibus tamen non ita fauendum vt alteri iniuria fiat, *cap ex tenore, x. de foro compet.* regulariter tamen qui poteſt conueniri coram pluribus Iudicibus nō eligit, ſed actor Balb. *deciſ. 161.* Caualc. *deciſ. 2. de iudic.*

Cæterum in puncto auocationis, ſi de 4. iure

iure reſpondendum ſit, non dubito, quin Superior cauſas auocare poſſit, tamen ex quibus cauſis hoc fieri poſſit, an propter iuramentum perhorreſcentiæ, & quomodo, videatur Scaccia *de iudic. lib.* 1. *cap. 66.* prędictum ampliat Riccius *p.5.collect.*2022. procedere, etiamſi priuilegium eſſet in contrarium, & dat rationem iſtius ampliationis, de qua tamen dubito, niſi in caſibus ſpecialibus, ſi fortè Iuſtitia protraheretur vel denegaretur, de quo *infra tit. de Negligentia*, agetur, & quòd euocatio cauſarum Principi permiſſa ſit, tradit quoque Wameſius *cent.* 1. *conſ. 5. & conſ.* 11. *num. 14. & 16.* latè de auocatione cauſarum Berlich. *pract. concl. par.*1. *concl. 6.* Borellus *in ſumma deciſionum lib.*2. *tit. 26.* Veſtrius *lib. 3. cap. 9.* ibi & quòd cauſa ſemel commiſſa in Curia non extrahatur, ſicut & auocata non exit, niſi remittatur, Barboſa *in cap. vt noſtrum, x. de appellat.* vide præter Rebuff. de euocatione diſtinctè Chriſtinæum *volum.*1. *deciſ. 259. per tot.* de euocationibus, auocationibus & reuocationibus quid, & quotuplices ſint, & quomodo diſtinguantur, ibi & quòd Principes non recognoſcentes Superiorem cauſas auocare poſsint, ſicut & materiam auocationis & euocationis tractat Meiſnerus *tom. 4. deciſionum Camer. Imper. 5.* vbi & ex quibus cauſis licita ſit, iunctis traditis per Gail. 1. *obſeru. 41.* an autem auocatione facta, valeat proceſſus Iudicis antequam euocatio ad eius notitiam peruenit, videatur Couarru. *Practic. Quæſt. 9. per tot.* viduæ quoq; habent priuilegium, vt ſi conueniantur coram inferiori Iudice, poſſint petere eandem remitti ad Curiam Principis ante litis conteſtationem coram alio factam, quod & extenditur ad alias miſerabiles perſonas Theſaur. *deciſ. 177. num. 9.* quod Iudex Regius poteſt ad ſe euocare cauſam cœptam coram Iudice Eccleſiaſtico, ſi continentia cauſæ coram eo ventiletur, ſic idem Chriſtinæus *volum.*1. *deciſ. 45. num. 3.* tradit, quando Iudices Eccleſiaſtici de cauſis cognoſcere volunt, quæ ad eorum Iuriſdictionem non ſpectant, quòd Senatus cauſas ab illis euocare ſoleat.

Prædictis quoque euincitur, quod de iure communi iuriſdictio cumulatiuè & non priuatiuè conceſſa cenſeatur quoad Iudices ordinarios Chriſtinæus *volum.*1. *deciſ. 346. num. 7. & ſeqq.* vbi & ampliatur, etiamſi inferiori Prælato competeret iuriſdictio ex fundatione & ita iudicatum refert (de Iudicum delegatorum tanquam conſeruatorum authoritate vel iuriſdictione agit idem Chriſtinæus *in deciſ. ſeq. 347.*) Princeps namque Iuriſdictionem concedens non cenſetur derogare propriæ vel ordinariæ Gramm. *deciſ. 30.* Couarr. *Practic. Quæſt. c. 4. num.*2. Menoch. *de arbitr. lib.*1. *caſ. 40. & lib.* 2. *præſ. 18.* item quando iuriſdictio priuatiuè an cumulatiuè conceſſa videatur Munnoz *de Ratiocinijs cap. 6. num. 40. & ſeqq.* Magerus *de Aduocatia armata cap.17. num. 129. & ſeqq. cum ampliationibus & limitationibus*, vide quoque Gratianum *tomo* 1. *diſcept. forenſ. cap. 154.* vbi & *num. 38. & ſeqq.* tradit, quod in caſibus in quibus aliquis habet iuriſdictionem priuatiuè, veluti inferior ab Epiſcopo, nunquam ſit talis, quin apud Epiſcopum remaneat Iuriſdictio in habitu, vt data negligentia inferioris exerceatur per ſuperiorem, ibi & de Concilio Tridentino *cap. 4. ſeſſ. 6. & cap. 6. ſeſſ. 25. de reformat.* ſi tamen aliquis eſt exemptus, ordinarius non poteſt in eum exercere aliquam iuriſdictionem, neque in 5.

eius

Digitized by Google

eius Eccleſiam, etiamſi fortè Abbas exemptus eſſet negligens, ibi ratio & deciſio Rotæ allegatur, pulchrè Surdus *conſ 56. nu. 19.* & paſſim, prius quoque cum limitationibus tradit Riccius *p. 4. collect. 1227.* cum DD. ibi allegatis, & adiecta declaratione.

6. Rurſus an Iuriſdictio cumulatiuè, an priuatiuè conceſſa cenſeatur, præter Scacciam *de iudic. lib. 1. cap. 66.* Tuſchum *lit. I. concl. 556. & lit. P.* præſcriptio quando ſit priuatiua vel cumulatiua cõtra Ordinarium *concl. 585.* videatur Borell. *in ſumma deciſionum lib. 1. tit. 41. num. 75. & ſeq. vbi & num. 241.* quòd Papa & Imperator concurrant in Iuriſdictione cum quocunque alio ſubdito, prædicta quoque confirmantur in Heigio *par. 1. quæſt. 9.* vide tamen Borell. *d. tit. 27.* vbi ex Pragmaticis Germaniç hoc ipſum declarat; & nota 1. quòd ſi abdicatiuè vel priuatiuè eſt conceſſa Iuriſdictio, inter cæteras vtilitates hæc eſt, quod eam ſic habens poſſit indubitanter prohibere, ne Iuriſdictioni ſuæ ſubiecti, accedant ad aliorum tribunalia in illius præiudicium Riccius *par. 5. collect. 1513.* ſecundò nota quòd Imperator cauſas à Camera Imperiali auocare nõ poſſit, Gail. 1. *obſer. 29. num. 3. & 7.* vbi agit an Camera Imperialis poſſit cognoſcere de feudis Imperij, & ita limitatur principalis doctrina in Cammer Gerichts Ordnung zu Wormbs *de Anno 1495. Rubr.* das Cammer Gericht ſoll keinen ſtarcken Lauff haben, *cum concord.* licet hoc controuertatur apud Heigium *p. 1. quæſt. 9. per tot.* ſed prius verum eſt.

7. Tertiò quoad Principes, Comites & Barones Imperij, Ciuitatesq; Imperiales, cum illi de Regalibus omnimodaque iuriſdictione inueſtiti, poſſint in ſuo territorio, quæ Imperator poteſt in Imperio, quod vltimum tamen declara vt ſupra *de Clementia cap. 12.* & *hoc tit. cap. 6.* nihilominus prius indubitatum eſt, & ita docet Karpzouius *p. 1. conſtit. Saxon. 27. defin. 11.* quòd conceſſio Iuriſdictionis & Regalium titulo feudi non cumulatiuè facta cenſeatur, quemadmodum & per præſcriptionem acquiſita Iuriſdictio vel Regalia priuatiuè reſpectu Superioris acquiſita intelliguntur, ita Dominus infeudans vaſallum de omnimoda Iuriſdictione ſiue de Regalibus, ea abdicatiuè & priuatiuè in accipientem contuliſſe cenſetur non cumulatiuè, vbi quoque feudum dicitur vſusfructus, atqui verò proprietarius non poteſt impedire quo minus vſufructuarius vtatur, fruatur prædio vſufructuario, & quia vtile dominiũ directo præfertur quoad fructuum perceptionem Roſenthal *de feudis cap. 5. concl. 15. num. 3.* Lucas de Penna *in l. prædia, num. 55. Cod. de locat. præd. ciuil.* & quoad commoda fundi vtile dominium longè potentius eſſe directo docet quoque Crauett. *conſ. 411. num. 26.* Knichen *de veſtit. pact. p. 2. cap. 1. num. 31. & ſeqq.* & proinde inconueniens eſſe propter dominij directi vtilitatem vaſallum ſua vtilitate priuari Valaſcus *de iure emphyteut. cap. 22. num. 3.* adeò vt & *num. 1.* tradat, ne quidem ex occurrente & improuiſa neceſſitate Emphyteutam vel vaſallum expelli poſſe vel debere & ſi contra fiat vel vaſallus & Emphyteuta turbetur, poſſe ordinarium illo non obſtante & lite pendente ipſum poſſeſſorem turbatum manutenere, nec per Superiorem vt attentatum reuocari debere, quemadmodum quoque ex alijs docet Barboſa *in cap. cum teneamur, num. 2. x. de appellat.* datur namque manutentio in poſſeſſorio ſummariſſimo pendente lite in ordinario, etiamſi ſimus in cauſa appellationis Gratianus *tom. 3. diſcept. forenſ. cap. 569. num. 34.* quibus ita in cau-

Digitized by Google

in cauſa Domicellę Licentiati Kettelers deductis ſuſtinui Don. Walterum Lopez Comitem de Zapata Regiæ Maieſtatis Catholicæ Ambaſſiatorem diuertentem apud ipſam locagium de iure ſoluere obligatum fuiſſe, nec dubito quin ita Bruxellis pronunciabitur, niſi doceatur Ius ad illud competere, nam illa inſolita obſequia præſtare non tenetur Crauett. *conſ. 517. num.* 1. *& 4.* neque obſtat prædictis, quòd Superior maius imperium in eadem Iuriſdictione habeat, quodque ipſius ſuperuenientia faciat ceſſare iuriſdictionem inferioris & vt vulgò dicitur, vbi ſuperior manus appoſuit, ceſſat iuriſdictio inferioris vel ipſius manus ligatę cẽſentur, qui cenſetur tunc cauſam auocaſſe Riccius *par. 5. collect. 1763.* ſed vt docet Karpzouius *d. loco* hæc vera ſunt in conceſſione temporalis Iuriſdictionis, quæ eſt reuocabilis ad beneplacitum, prout eſt mandata vel delegata Iuriſdictio, ſecus verò in Iuriſdictione ac Regalibus feudi titulo vel alias in perpetuum conceſsis, atq; ita iudicatum refert, qui & *par.* 1. *Conſtitut. Saxon. 26. defin. 29. num. 8. & ſeq.* tradit, vaſallis non cumulatiuè ſed priuatiuè Iuriſdictionem cenſeri conceſſam, adeoque nec ſuperiorem in exercitio Iuriſdictionis inferiorem Iudicem turbare poſſe, & dicit Gail. 1. *de pace pub. cap. 13. num. 15.* quod etſi Iudex appellationis habeat in territorio Iudicis ordinarij Iuriſdictionem, eam tamen exercere nequeat, niſi poſt appellationem legitimè interpoſitam & coram ſe introductam.

8. Prædicta igitur hodiernis moribus attentis vel maximè procedunt, quandoquidem Domini territoriales non amplius temporanea, ſed perpetua Iuriſdictione, & iure hæreditario & quidem tranſmiſſibili ad hęredes inueſtiuntur, & conſequenter dicendum erit, quòd hoc caſu Iuriſdictio priuatiuè conceſſa cenſeatur, ita vt Superior omnem poteſtatem Iuris dicendi, niſi in cauſa appellationis, à ſe abdicaſſe videatur, cauſæque cognitio ad inferiorem Dominum pertineat, ita reſoluit Coler. *de proceſſ. execut. par. 2. cap. 1. num. 153. & ſeqq.* quemadmodum in Gailio alijsque videmus in certis quibuſdam caſibus Cameræ Imperialis Iuriſdictionem immediatè fundari, ſic & Imperator quoad primam Statuum Imperij inſtantiam, niſi in caſibus exceptis, Iuriſdictionem non habet, nec eidem pro arbitrio derogare poteſt Roſenthal *de feudis cap. 12. concluſ. 1. num. 30. & ſeqq.* iuxta doctrinam Gailij 1. *obſer. 41. num. 4.* & ita quoque Ciuitates Imperiales Iuriſdictionem ſcilicet priuatiuè conceſſam prætendunt Zangerus *de except. par. 2. cap.* 1. *num. 161. & ſeqq.* Roſenthal *dicto loco num. 33.* & hoc ipſum ſuadent rationes in locis remiſſiuè ſupra *de Clementia, & hoc tit. cap. 3.* allegatæ, iunctis denuò traditis per Roſenthal *de feudis cap. 5. concl. 5. & 15.* ibi DD. quod Regalibus per inueſtituram conceſsis, concedens iiſdem vti non poſsit Iaſon *vol. 3. conſ. 70.* Schraderus *de feudis par. 10. ſect. 1. num. 131.* declara, vt ibi, quoad ea, quæ Maieſtatis ſunt vel quæ Maieſtati competunt, quia hæc ne quidem conceſſa, minus priuatiuè conceſſa cenſeri debent.

Porrò quoad aliorum Principum ſiue E- 9.
lectorum, Comitum, Baronum & Ciuitatum Imperialium Iudices, Iuriſdictio accumulatione conceſſa cenſetur Can. *in cap. ceterum de iudic.* neque ordinario Iudici in dubio prę iudicatum præſumitur per ſpecialis Iudicis deputationem *cap. ſuper eo de offic. deleg.* Heig. *d. quæſt. 9. n. 25.* nam inferio-

Digitized by Google

bus iudicijs ſua quidem eſt Iuriſdictio, ita tamen vt Principi ſemper concurrens reſeruata cenſeatur Beilich. *lib.1. concl.3. in fin.* Wurmeiſter *de iuriſd. lib.2. cap.6. num.30. & ſeq.* cui & conſequens eſt, quòd & cauſas coram ijſdem pendentes auocare poſſint, prout vidi auocatas fuiſſe in caſu, vbi aliqua partialitas, vel inordinatus proceſſus, vel nimis magnæ expenſæ factæ erant, quas pars litigans ſoluere non poterat, vel etiam in caſu miſerabilium perſonarum & in ſimilibus, poſtea quoque inueni Chriſtin. *vol.5. deciſ. 224.* de pleriſque prædictis agentem.

10. Verum dubitatum fuit, an ſupremis Iudicibus vel Conſiliarijs hæc poteſtas auocandi cauſas conceſſa ſit, ratio dubij fuit, quòd ſupremis Iudicibus Iuriſdictione generali cõmiſſa non contineantur ea quæ Princeps de plenitudine poteſtatis exercere poteſt, Vaſq. *de ſucceſſ. & vlt. volunt. lib.1.* de teſtatoris potentia §.*6. n. 4.* ibi illata, adde quędam in Farinacio *lib.2. deciſ. crim.27.* & de ſupremis conſilijs & eorum poteſtate Wameſ. *cent.1. conſ.2. & 3.* iunctis ijs, quæ tradit Græuæus *in præf. ad Gailium*, nihilominus per conſilium priuatum cauſas auocatas fuiſſe videmus apud Chriſtin. *volum.1. deciſ. 259. nu.7.* prius limita procedere, vbi Superiores cum Magiſtratibus & Ciuitatibus inferioribus certas deſuper capitulationes fecerint, prout illas in introitu Principum paſſim fieri videmus, quod promittant imò & iurent ſe priuilegia & iura Ciuitatum conſuetudinesque laudabiles ſarta tecta conſeruaturos, quo caſu nec diminuenda nec interturbanda ſunt, quia dictis capitulationibus obligantur per notata Zaſij *lib.2. conſ.10 n.5. & 6.* Ant. de Petra *de poteſt. Princ. c.10. n. 24.* intellige vt ſupra *de adminiſtratione Iuſtitiæ.*

Rurſus pro notabili quoque limitatione 11. adduco caſum nunc controuerſum in cauſa Dñi Abbati in Branweyler / contra Prænobilem Domicellam ab Elſt in qua vti feudo caducato Dominus Abbas apprehendit poſſeſſionē, impetratą; commiſſionē Cęſaream in terminis poſſeſſorij, in quo cum eſſet relatum, & ipſa relatio cũ voto ad Cæſaream Maieſtatem miſſa, noua decernitur commiſſio vt extrahantur iura & plene adeoque ſuper meritis cauſæ cognoſcatur: Excellentiſſimus Dn. Licentiatus Bruin Reipub. Colonienſis Syndicus meritiſſimus, & ego ſubdelegati Cõmiſſarij Cęſarei addubitauimus quid faciendum, quippe commiſſioni præciſe videbatur inhærendum, nec tamen iniuſta proteſtatio Dñi Abbatis petentis litem non niſi in poſſeſſorio determinari, inueſtigandum igitur, an Imperator cauſam ita cõmittere vel cauſam in effectu à paribus Curiæ auocare, & directo Domino præiudicare potuerit, inprimis docet Zaſius *lib.1. conſ.16.* quòd ſupremi Principes tertio præiudicare velle non cenſeantur, & rurſus *lib.2. conſ.10. nu. 5. & 6.* quòd ex contractu obligetur, & conſequenter huic Iuri cognoſcendi in petitorio derogare non poteſt, ſicut teſtatur idem Zaſ. *in l. iuſtè, in fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* quòd quidam Nobilis reſcriptum occupandi bona feudalia ab Imperatore impetrauerit, ſed tamen pares Curiæ contra eum pronunciauerint, & in terminis docet Iaſon *vol. 3. conſ.57.* quòd Imperator non poſſit Iuriſdictionem vaſallorum diminuere & dum conceſſit caſtrum in feudum, non poſſit cognoſcere in prima inſtantia, vide ad eum in propoſitis terminis *num.11. & ſeqq.* nec ipſe Dominus feudi poterit manus ponere ad iura vaſalli Afflict. *deciſ.128.* Iuriſdictio feudi lege conceſſa, priuatiuè conceſſa cenſetur

Cacher.

Digitized by Google

Cacher. *deciſ.29. num.8.* Knichen *de veſtit. pact.p.2.cap.1.num.21.* ſic & Dominus eandem cõceſſiſſe cenſetur Schuiff *cent. 1. conſ. 26.num.2.& 3.* Weſenb. *conſ. 95.num.27. & ſeq.* ac proinde ſuperiori ac directo Domino integrum non eſt ſe in iuriſdictionem vaſallorum abſque legitima cauſa intromittere, Ant. de Petra *de Princip. poteſt. cap. 3. quaſt.4. num. 58.* vbi ponit regulam, quòd concedens nõ poſſit ſe intromittere in ſubditos vaſalli in primis cauſis, niſi in cauſis appellationum, hoc tamen limitat, niſi ſe intromittat in defectum iuſtitiæ non adminiſtratæ, in ſubſidium, in crimine læſæ Maieſtatis, hæreſis, falſæ monetæ, denegatæ vel protractæ Iuſtitiæ, adde Gail. 1. *obſeru.*1. & Mynſ. *5.obſer.82.* in quibus cauſis Superior in prima inſtãtia cognoſcere poſſit, & Chriſtinæum *vol.2. deciſ.160.* tamen nos attenta commiſſione Cæſarea procoloratione poſſeſſorij admiſimus articulos, iure impertinentium & non admittendorum ſaluo.

12. Denique alijs omiſſis in hac materia nimis latè patente, eſt & hodie caſus ſatis dubius in cauſa Domini Fickenij contra Dominum Cramer ratione cuiuſdam Vicariæ cuius poſſeſſio per Sereniſſimum Principem Neoburgicum iuxta concordata adiudicata fuit Fickenio (alias an ſæcularis in poſſeſſorio Iuris patronatus cognoſcere poſſit, vide Chriſtinæum *vol.5.deciſ.222.n.44.& ſeqq.* & tradita ſuperius *cap. 10.*) ſed D. Cramer Dominum Fickenium conuenit coram Dominis Officialibus, primò Bonnenſi & poſtea Colonienſi & vtrobique prorogata Iuriſdictione adiudicata fuit poſſeſſio dicto Cramero, ego poſtmodum in Aduocatum aſſumptus cauſæ ſubuenire volens fundaui me imprimis ſuper concordatis à Sereniſſimis Principibus Electore Colonienſi & Neoburgico initis, quorum intuitu altè memoratus Princeps in poſſeſſorio Iuris patronatus cognoſcere potuit, & conſequenter ius fuit quæſitum ex prædicta ſententia, neq; putaui obſtare, quòd Dominus Fickenius vltra ſe intromiſerit, & ius ſuum de nouo diſputari permiſerit, quandoquidẽ ſtantibus concordatis dixi Fickenium non potuiſſe hoc caſu prorogare iuriſdictionem Sereniſſimi Principis Electoris Colonienſis, vel eiuſdem Officialium, ſed Ius cognoſcendi ſuper poſſeſſorio per iſta concordata priuatiuè translatum eſſe in Principem Neoburgicum, prout in ſimili, quando per ſtatutum diſponitur, vt coram certo Iudice remedium aliquod intentetur, alius Iudex eſt incompetens, ita vt alibi agi non poſſit, niſi coram illo ſpeciali Iudice Gratian. *diſcept. forenſ.cap.154.num.1.& 10.* quo præſuppoſito conſequens eſſe, quòd dictæ duæ ſententiæ non mereantur nomen ſententiæ, tanquam latæ à non habente in hoc caſu ſiue inter ſubditos Principis Neoburgici Iuriſdictionem, per ea, quæ notantur à Carocio *de except contra praiud. ſent. except. 22. quaſt.18.num.1.ibi DD.* prout cum DD. allegatis docet Barboſ. *in c.cum tempore.n.4. x.de arbit.* quòd exemptus priuilegio ſuo renunciare non poſſit, & ſi renunciet proceſſus vel ſententia non teneat, eò quòd Superioris vel Principis ſui fauorem reſpiciat tale priuilegium, ne ſuus ſubditus iudicetur ab alio, ſic etiam quando alicui competit Iuriſdictio virtute priuilegij, non eſt locus præuentioni vti ex Gramm. *deciſ 3.num.12.* refert Baiardus *ad Clarum* §. *fin. quaſt. 38. num.90.& 91.* qui & quæſtione 42. agit de prorogatione Iuriſdictionis, vbi & quod Iuriſdictio limitata prorogari non poſſit, quod nota contra eos Iudices, qui tantum

Digitized by Google

concl. 5. vnde & dominus à ſententia contra ſubditos in puncto competentiæ lata, pro ſuo intereſſe appellare, ſuosque ſubditós auocare poteſt, Gail. *1. obſ. 126. & 40.* Bredenrod. *de appell. part. 1. tit. 13. litt. D. verb. Dominus*, & Greuæus ad Gail. quemadmodum vni ſubditorum alium coram alio Iudice conuenienti pœnaliter mandatum fuiſſe ſcio, vt cauſam alibi introductam coram mandante Iudice ordinario & ſuo proſequeretur, quod & Scaccia *de appellat. quæſt. 7. num. 33. & ſeqq.* extendit ad Barones, quod poſſint prohibere vaſallis ne in derogationem ſuæ Iuriſdictionis vadant ad Curiam Regiam, vbi & ex Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 20.* docet, quod omnes cauſæ etiam beneficiales cognoſci debeant in prima inſtantia coram ordinario, nec mirum videri debet prędicta pœnalis prohibitio, quia poteſt Magiſtratus Iuriſdictionem ſuam mandatis pœnalibus defendere, DD. *ad tit. ff. ſi quis Ius dic. non obtemp.* Meiſner. *tom. 4. deciſ. Cam. Imper. 27. & lib. 1. deciſ. 12* iunctis traditis per Magerum *de aduoc. arm. cap. 10. n. 550. & ſeqq.* ratio prioris doctrinæ eſt, quod Iuriſdictiones hodie ſint ad inſtar patrimonialium, quaſi prorogandi facultas propterea abolita ſit, nec ſubditi amplius inuito domino ſe alterius Iuriſdictioni ſubijcere poſſint, videatur Cacher. *deciſ. 78. n. 12 & 13.* Sola ad Conſtit. Sabaudiæ *Rub. de foro comp. verb. ſubditos noſtros, gloſſ. 1. num. 9.* Surdus *conſ. 47. nu. 25.* Couarr. *lib. 1. var. reſ. c. 10. n. 8.* Lancell. *de attent. p. 2. c. 20. n. 9*

3\. Nihilominus contrarium verius eſſe puto, quia prorogatio de iure licita eſt, *l. 1. ibi* DD. *ff. de Iud.* nec hodie prohibetur abſolutè, ſed in præiudicium domini, neve fiat illo inuito, & conſequenter quoad partem licita erit, vt ſi cauſa per dominum euocata vel pro re nata partibus inhibitum non fuerit, haud dubito quin ſententia Iudicis, cuius Iuriſdictio prorogata eſt, liget, & ita determinat Beilich. *d. loco*, & verius eſſe dicit Roſenthal *de feud. cap. 12. concl. 1. num. 77. & ſeqq.* quin imo ſententia etiam alias nulla validatur in vim pacti & conuentionis, Anton. Gabriel *in comm. concl. tit. de ſent. concl. 2. num. 7.* Vincent. Caroc. *de except. contra præiud. ſent. except. 22. quæſt. 18. nu. 5. & ſeqq.* vbi & dicitur ad hoc ſufficere tacitum conſenſum, ſicuti apud omnes in confeſſo eſt, quod valeat pactum de non appellando, quod ipſum eatenus æquiparari videtur prorogationi, vt ſicuti iuxta diſſentientium DD. opinionem prorogatio alibi ſeu coram Iudice extraneo facta non valet, ita quoque non valeat pactum propter rationis identitatem vel ſimilitudinem, & tamen quotidie in inſtrumentis guarentigiatis debitores priuilegio fori renunciare, & arreſtis, nec non in ſpecie huic vel illi Iudici & foro ſeſe ſubmittere videmus, quæ materia tractatur *in l. ſi conuenerit, ff. de Iuriſd.* de cuius intellectu pulchre Freder. Martini *de cenſib. cap. 6. num. 3. 22. & ſeqq.* Pels *in proceſſ. tit. 9. num. 29. & ſeqq.* vbi dicit, ſufficere generalem fori renunciationem, & conatur reſpondere ad Mynſinger. *1. obſeru. 88.* præter allegat. in Arnold. Reyger *in Theſauro Iuris lit. I. de Iuriſd. num. 91.* docentes, quod ad hoc requiratur ſpecialis fori renunciatio, & ita in Camera iudicatum, & forte poſſet intelligi Mynſ. quod loquatur in cauſis Auſtregarum, vel qui ſpecialiter priuilegiati reperiuntur, quaſi huic priuilegio per generalem renunciationē non cēſeatur renunciatū per ea quę *ſuprà de genere* demonſtrata fuerūt, ſed vidi & tales arreſtari, nam arreſta cauta in inſtrumentis

mentis licita ſunt, *Ordinatio Imperij de Anno 1594.* aliàs mandata pœnalia de relaxando captiuum in ſpecie auff die Cöllniſche Sachen, decreta fuiſſe teſtatur Hering. *de fideiuſſ. cap. 18. num. 94. & ſeq.* quemadmodum illa ſæpius vidi decreta, ſed tamen cum clauſula de præſtando cautionem, quam ſi præſtare non poſſunt, ſufficiet regulariter iuratoria per notata à Heringio, an verò oblatio bonorum hypothecatorum ad dimittendum Reum ſufficiens ſit, dubitatum fuit, de quo DD. *in Authent. hoc niſi, Cod. de ſolutionib.* cuius requiſita vide *infra de tempore*, feudatarius verò non poteſt prorogare Iuriſdictionem Carocius *de except. contra præiud. ſent. except. 22. quæſt. 6. num. 11.* an autem error impediat prorogationem, & quando, vide *cap. ſeq. in fin.* ſummatim, paſſim receptum dicit Chriſtin. *volum. 2. deciſ. 160. nu. 4.* nemini hodie licere alterius notionem prorogare, quod ego intelligo iuxta declarationē ſuperius relatam, adde tradita *c. ſeq.* ſic indies fit proteſtatio de non prorogando neque conſentiendo in Iuriſdictionem, niſi quatenus & in quantum, &c. de quo Felin. *in c. cum M. Ferrarienſis n. 27. vſque ad num. 80. x. de conſtitut.* ibi pleniſſimè tractat materiam proteſtationis & prorogationis Iuriſdictionis, latiſsimè quoque Hoſten. & Marian. Socin. *in cap. ſignificaſti, x. de foro competenti.*

CAPVT XI.

De euocatione & auocatione Cauſarum, item de Iuriſdictionis conceſſione, an priuatiuè, an verò cumulatiuè facta cenſeatur, & aliqua inde illata; & de eiuſdem prorogationis in caſu propoſito repetitione.

1. HIc Coloniæ habemus priuilegium Sigiſmundi Imperatoris de non euocando, ſimile quoque habent Conterranei mei in Patria Cliuenſi, habent & Brabanti, iuxta auream Bullam à Carolo IV. Imperatore Anno 1349. conceſſam, & ab Imperatore Maximiliano confirmatam, quòd Brabantus, exceptis caſibus denegatæ iuſtitiæ & fugæ, extra patriam in ius trahi & arreſtari non poſsit, nec in bonis, nec in perſona ſub grauiſſima pœna, Chriſtin. *vol. 1. deciſ. 345. num. 25. & ſeqq.* de quo & facit mentionem *deciſ. 258.* poſſunt tamen ſubditi Regis Galliarum & Ducis Brabantiæ citari per edictum Gail. 1. *obſ. 56. num. 7.* quod extendi poteſt ad ipſos Brabantos, quando citantur ad proponēdum actiones *ex l. diffamari*, vel quatenus intereſſe habent ſuper bonis in Imperio ſitis, vel contra ſubditos Imperij actiones, vt illas proponant, nam hoc caſu imprimis ſunt Rei voluntarij & nō neceſſarij, deinde quatenus ad citationem *l. diffamari* comparere & ius ſuum deducere volent, actores vtique fient de iure obligati forum rei ſequi *l. 2. Cod de iuriſd.* & ita citatus propriè Reus non eſt, ſed defenſio voluntaria non neceſſaria, Gail. *de pace pub. lib. 2. cap. 12. n. 25. & ſeq.* & licet præfata opinio ſit inter Doctores controuerſa, tamen, quòd vtens hoc remedio reus dici debeat, verior, communior & in Camera Imperiali recepta eſt teſte Mynſing. *6. obſ. 90. n. 3. & 8.*

Quemadmodum haud pridem obtinui decretum Ampliſſimi Senatus in cauſa Domini Erckelens Senatoris citantis ciues Colonienſes *ex l. diffmari* ad iudicium Aquiſgranenſe ad proponendum iactitatas actiones ſuper ædibus ad ipſum citantem ſpectātibus, nam licet Coloniæ habeamus Priuilegium de non euocando, ac ſtrictè prohibitum inueniatur, ne ſudditus ſubditum ad aliena tribunalia trahat, tamen illud ipſum 2.

Digitized by Google

in realibus permittitur, eſt enim iudicium *l. diffamari* duplex ſcil. ipſius diffamationis & cauſæ principalis, ſic quoque reſpondi Affini meo Domino Leonardo Vbelgun Senatori Colonienſi, viro integerrimo & ſinceriſſimo, citato à quodam Hamburgum ad proponendum actiones contra ipſum impetrantem iactitatas, ſiquidem hoc caſu dictum priuilegium non releuat quo minus comparere teneatur, niſi velit ſibi perpetuum ſilentium imponi, poteſt enim comparere vel non, ſed ipſo non comparente perpetuum ſilentium imponitur, multa namque cauſatiuè fiunt, quæ directò non conceduntur. Cardin. Tuſchus *lit. C. concl. 161.* & ita in terminis notat Scaccia *de iudic. lib. 2. cap. 2. ſub num. 187.* quòd actor etiam ſequatur forum rei voluntarij, & Doctores *ad tit. Cod. vt nemo inuitus agere vel accuſare teneatur,* tradunt, quod id in materia l. diffamari non procedat.

3. Porrò cum ſubditi Regis Hiſpaniarum nimis promiſcuè (Brabantis enim conceſſa fuit Aurea Bulla, ac proinde ad alios extendi de iure non poteſt vel debet) vtantur beneficio Aureæ Bullæ, ego in cauſa Prænobilis ac Strenui Domini Tengnagel penſiones ex diuerſis bonis ſibi hypothecatis (quorum aliqua in territorio Colonienſi reperiebantur) ſoluendas exigentis, in ſupplica petij colono prædij hypothecati mandari, ne quid de fructibus dicti prædij, ipſi Domino ſoluat tradatvè, ſed omnia in firmo arreſto detinerentur, donec & quouſque ſibi impetranti plenè ſatisfactum fuerit, & in hunc finem citationem ad videndum immitti in bona hypothecata pro tali debito decerni petitum fuit, nam licet debitor ſub proteſtatione comparuerit, variaque Priuilegia allegarit, obtinui tamen ſententiam Anno 1644. mirum autem mihi videbatur in alia cauſa, quòd Brabantus vigore Aureæ Bullæ intenderet euocare ſubditos Imperij ad tribunal Brabantiæ ad inſtar actorum, qui Reum coram diuerſis tribunalibus conuenire poſſunt, dum eorum ſit optio, ad quod eorum Reum conuenire velint Schwanman *obſeruat. Camerali 8. in fin.* Chriſtinæus *volum. 2. deciſ. 160. num. 1.* vbi probat, quandocunque eſt fori diuerſitas, quod tunc actoris ſit electio, in quo Reum conuenire velit, niſi Reus habeat id priuilegium, vt poſſit conueniri coram pluribus Iudicibus Gratian. *diſc. forenſ. c. 169. tom. 3. num. 1.* quia intelligi hoc debet, vt actor poſſit Reum conuenire in foro competenti ſiue foro Rei, de quo in materia l. diffamari extat pulchrum conſilium apud Wameſium *cent. 1. conſ. 10.* atqui verò Aurea Bulla Ius euocandi ſubditos Imperij non dat Brabantis, & conſequenter electio debet competere Reo conuento, qui ſemper poteſt declinare forum incompetens, vt conueniatur in foro ſuo, intellige vt Brabanti quoties conueniuntur, non poſſint alibi, quàm coram ſuo Iudice conueniri, ſi autem illi velint alios conuenire, debeant forum Rei ſequi, reperiuntur tamen priuilegiati, vt Studioſi & miſerabiles perſonæ, quæ habent ſingulare forum, vide Treutler. *par. 1. diſp. 3. theſ. 10.* & quæ ſint tales Guido Papa *deciſ. 566.* Afflict. *deciſ. 257.* Couarr. *Practic. Quæſt. cap. 6. num. 3.* quibus tamen non ita fauendum vt alteri iniuria fiat, *cap ex tenore, x. de foro compet.* regulariter tamen qui poteſt conueniri coram pluribus Iudicibus nõ eligit, ſed actor Balb. *deciſ. 161.* Cauale. *deciſ. 2. de iudic.*

Cæterum in puncto auocationis, ſi de iure 4.

iure reſpondendum ſit, non dubito, quin Superior cauſas auocare poſſit, tamen ex quibus cauſis hoc fieri poſſit, an propter iuramentum perhorreſcentiæ, & quomodo, videatur Scaccia *de iudic. lib.* 1. *cap. 66.* prędictum ampliat Riccius *p.5.collect.*2022. procedere,etiamſi priuilegium eſſet in contrarium, & dat rationem iſtius ampliationis, de qua tamen dubito, niſi in caſibus ſpecialibus, ſi fortè Iuſtitia protraheretur vel denegaretur, de quo *infra tit. de Negligentia,* agetur, & quòd euocatio cauſarum Principi permiſſa ſit, tradit quoque Wameſius *cent. 1. conſ. 5. & conſ. 11. num. 14. & 16.* latè de auocatione cauſarum Berlich. *pract. concl. par.1. concl. 6.* Borellus *in ſumma deciſionum lib.2. tit. 26.* Veſtrius *lib. 3. cap. 9.* ibi & quòd cauſa ſemel commiſſa in Curia non extrahatur, ſicut & auocata non exit, niſi remittatur, Barboſa *in cap. vt noſtrum, x. de appellat.* vide præter Rebuff. de euocatione diſtinctè Chriſtinæum *volum.1.deciſ. 259. per tot.* de euocationibus, auocationibus & reuocationibus quid, & quotuplices ſint, & quomodo diſtinguantur, ibi & quòd Principes non recognoſcentes Superiorem cauſas auocare poſsint, ſicut & materiam auocationis & euocationis tractat Meiſnerus *tom. 4. deciſionum Camer.Imper.5.* vbi & ex quibus cauſis licita ſit, iunctis traditis per Gail. 1. *obſeru. 41.* an autem auocatione facta, valeat proceſſus Iudicis antequam euocatio ad eius notitiam peruenit, videatur Couarru. *Practic. Quæſt.9.per tot.* viduæ quoq; habent priuilegium, vt ſi conueniantur coram inferiori Iudice, poſſint petere eandem remitti ad Curiam Principis ante litis conteſtationem coram alio factam, quod & extenditur ad alias miſerabiles perſonas Theſaur. *deciſ. 177. num. 9.* quod Iudex Regius poteſt ad ſe euocare cauſam cœptam coram Iudice Eccleſiaſtico, ſi continentia cauſæ coram eo ventiletur, ſic idem Chriſtinæus *volum.1. deciſ. 45. num. 3.* tradit, quando Iudices Eccleſiaſtici de cauſis cognoſcere volunt, quæ ad eorum Iuriſdictionem non ſpectant, quòd Senatus cauſas ab illis euocare ſoleat.

Prædictis quoque euincitur, quod de iure communi iuriſdictio cumulatiuè & non priuatiuè conceſſa cenſeatur quoad Iudices ordinarios Chriſtinæus *volum.1. deciſ.346. num. 7. & ſeqq.* vbi & ampliatur, etiamſi inferiori Prælato competeret iuriſdictio ex fundatione & ita iudicatum refert (de Iudicum delegatorum tanquam conſeruatorum authoritate vel iuriſdictione agit idem Chriſtinæus *in deciſ. ſeq. 347.*) Princeps namque Iuriſdictionem concedens non cenſetur derogare propriæ vel ordinariæ Gramm. *deciſ. 30.* Couarr. *Practic. Quæſt. c.4.num.2.* Menoch. *de arbitr.lib.1.caſ. 40. & lib. 2. præſ. 18.* item quando iuriſdictio priuatiuè an cumulatiuè conceſſa videatur Munnoz *de Ratiocinijs cap. 6. num. 40. & ſeqq.* Magerus *de Aduocatia armata cap.17. num. 129. & ſeqq. cum ampliationibus & limitationibus,* vide quoque Gratianum *tomo 1. diſcept.forenſ.cap.154.* vbi & *num.38. & ſeqq.* tradit, quod in caſibus in quibus aliquis habet iuriſdictionem priuatiuè, veluti inferior ab Epiſcopo, nunquam ſit talis, quin apud Epiſcopum remaneat Iuriſdictio in habitu, vt data negligentia inferioris exerceatur per ſuperiorem, ibi & de Concilio Tridentino *cap.4.ſeſſ.6. & cap.6. ſeſſ.25. de reformat.* ſi tamen aliquis eſt exemptus, ordinarius non poteſt in eum exercere aliquam iuriſdictionem, neque in 5.

eius

Digitized by Google

eius Eccleſiam, etiamſi fortè Abbas exemptus eſſet negligens, ibi ratio & deciſio Rotæ allegatur, pulchrè Surdus *conſ 56. nu. 19.* & paſſim, prius quoque cum limitationibus tradit Riccius *p. 4. collect. 1227.* cum DD. ibi allegatis, & adiecta declaratione.

6. Rurſus an Iuriſdictio cumulatiuè, an priuatiuè conceſſa cenſeatur, præter Scacciam *de iudic. lib. 1. cap. 66.* Tuſchum *lit. I. concl. 556. & lit. P.* præſcriptio quando ſit priuatiua vel cumulatiua cõtra Ordinarium *concl. 585.* videatur Borell. *in ſumma deciſionum lib. 1. tit. 41. num. 75. & ſeq. vbi & num. 241.* quòd Papa & Imperator concurrant in Iuriſdictione cum quocunque alio ſubdito, prædicta quoque confirmantur in Heigio *par. 1. quæſt. 9.* vide tamen Borell. *d. tit. 27.* vbi ex Pragmaticis Germaniæ hoc ipſum declarat; & nota 1. quòd ſi abdicatiuè vel priuatiuè eſt conceſſa Iuriſdictio, inter cæteras vtilitates hæc eſt, quod eam ſic habens poſſit indubitanter prohibere, ne Iuriſdictioni ſuæ ſubiecti, accedant ad aliorum tribunalia in illius præiudicium Riccius *par. 5. collect. 1513.* ſecundò nota quòd Imperator cauſas à Camera Imperiali auocare nõ poſſit, Gail. 1. *obſer. 29. num. 3. & 7.* vbi agit an Camera Imperialis poſſit cognoſcere de feudis Imperij, & ita limitatur principalis doctrina in Cammer Gerichts Ordnung zu Wormbs *de Anno 1495. Rubr.* das Cammer Gericht ſoll ſeinen ſtarcken Lauff haben/ *cum concord.* licet hoc controuertatur apud Heigium *p. 1. quæſt. 9. per tot.* ſed prius verum eſt.

7. Tertiò quoad Principes, Comites & Barones Imperij, Ciuitatesq; Imperiales, cum illi de Regalibus omnimodaque iuriſdictione inueſtiti, poſſint in ſuo territorio, quæ Imperator poteſt in Imperio, quod vltimum tamen declara vt ſupra *de Clementia cap. 12.* & *hoc tit. cap. 6.* nihilominus prius indubitatum eſt, & ita docet Karpzouius *p. 1. conſtit. Saxon. 27. defin. 11.* quòd conceſſio Iuriſdictionis & Regalium titulo feudi non cumulatiuè facta cenſeatur, quemadmodum & per præſcriptionem acquiſita Iuriſdictio vel Regalia priuatiuè reſpectu Superioris acquiſita intelliguntur, ita Dominus infeudans vaſallum de omnimoda Iuriſdictione ſiue de Regalibus, ea abdicatiuè & priuatiuè in accipientem contuliſſe cenſetur non cumulatiuè, vbi quoque feudum dicitur vſusfructus, atqui verò proprietarius non poteſt impedire quo minus vſufructuarius vtatur, fruatur prædio vſufructuario, & quia vtile dominiũ directo præfertur quoad fructuum perceptionem Roſenthal *de feudis cap. 5. concl. 15. num. 3.* Lucas de Penna *in l. prædia, num. 55. Cod. de locat. præd. ciuil.* & quoad commoda fundi vtile dominium longè potentius eſſe directo docet quoque Crauett. *conſ. 411. num. 26.* Knichen *de veſtit. pact. p. 2. cap. 1. num. 31. & ſeqq.* & proinde inconueniens eſſe propter dominij directi vtilitatem vaſallum ſua vtilitate priuari Valaſcus *de iure emphyteut. cap. 22. num. 3.* adeò vt & *num. 1.* tradat, ne quidem ex occurrente & improuiſa neceſſitate Emphyteutam vel vaſallum expelli poſſe vel debere & ſi contra fiat vel vaſallus & Emphyteuta turbetur, poſſe ordinarium illo non obſtante & lite pendente ipſum poſſeſſorem turbatum manutenere, nec per Superiorem vt attentatum reuocari debere, quemadmodum quoque ex alijs docet Barboſa *in cap. cum teneamur, num. 2. x. de appellat.* datur namque manutentio in poſſeſſorio ſummariiſſimo pendente lite in ordinario, etiamſi ſimus in cauſa appellationis Gratianus *tom. 3. diſcept. forenſ. cap. 569. num. 34.* quibus ita in cau-

Digitized by Google

in cauſa Domicellę Licentiati **Kettelers** deductis ſuſtinui Don. Walterum Lopez Comitem de Zapata Regiæ Maieſtatis Catholicæ Ambaſſiatorem diuertentem apud ipſam locagium de iure ſoluere obligatum fuiſſe, nec dubito quin ita Bruxellis pronunciabitur, niſi doceatur Ius ad illud competere, nam illa inſolita obſequia præſtare non tenetur Crauett. *conſ. 517. num.* 1. *&* 4. neque obſtat prædictis, quòd Superior maius imperium in eadem Iuriſdictione habeat, quodque ipſius ſuperuenientia faciat ceſſare iuriſdictionem inferioris & vt vulgò dicitur, vbi ſuperior manus appoſuit, ceſſat iuriſdictio inferioris vel ipſius manus ligatę cēſentur, qui cenſetur tunc cauſam auocaſſe Riccius *par. 5. collect. 1763.* ſed vt docet Karpzouius *d. loco* hæc vera ſunt in conceſſione temporalis Iuriſdictionis, quæ eſt reuocabilis ad beneplacitum, prout eſt mandata vel delegata Iuriſdictio, ſecus verò in Iuriſdictione ac Regalibus feudi titulo vel alias in perpetuum conceſsis, atq; ita iudicatum refert, qui & *par.* 1. *Conſtitut. Saxon. 26. defin. 29. num. 8. & ſeq.* tradit, vaſallis non cumulatiuè ſed priuatiuè Iuriſdictionem cenſeri conceſſam, adeoque nec ſuperiorem in exercitio Iuriſdictionis inferiorem Iudicem turbare poſſe, & dicit Gail. 1. *de pace pub. cap. 13. num. 15.* quod etſi Iudex appellationis habeat in territorio Iudicis ordinarij Iuriſdictionem, eam tamen exercere nequeat, niſi poſt appellationem legitimè interpoſitam & coram ſe introductam.

8. Prædicta igitur hodiernis moribus attentis vel maximè procedunt, quandoquidem Domini territoriales non amplius temporanea, ſed perpetua Iuriſdictione, & iure hæreditario & quidem tranſmiſsibili ad hęredes inueſtiuntur, & conſequenter dicendum erit, quòd hoc caſu Iuriſdictio priuatiuè conceſſa cenſeatur, ita vt Superior omnem poteſtatem Iuris dicendi, niſi in cauſa appellationis, à ſe abdicaſſe videatur, cauſæque cognitio ad inferiorem Dominum pertineat, ita reſoluit Coler. *de proceſſ. execut. par. 2. cap. 1. num. 153. & ſeqq.* quemadmodum in Gailio alijsque videmus in certis quibuſdam caſibus Cameræ Imperialis Iuriſdictionem immediatè fundari, ſic & Imperator quoad primam Statuum Imperij inſtantiam, niſi in caſibus exceptis, Iuriſdictionem non habet, nec eidem pro arbitrio derogare poteſt Roſenthal *de feudis cap. 12. concluſ. 1. num. 30. & ſeqq.* iuxta doctrinam Gailij 1. *obſer. 41. num. 4.* & ita quoque Ciuitates Imperiales Iuriſdictionem ſcilicet priuatiuè conceſſam prætendunt Zangerus *de except. par. 2. cap. 1. num. 161. & ſeqq.* Roſenthal *dicto loco num. 33.* & hoc ipſum ſuadent rationes in locis remiſsiuè ſupra *de Clementia, & hoc tit. cap. 3.* allegatæ, iunctis denuò traditis per Roſenthal *de feudis cap. 5. concl. 5. & 15.* ibi DD. quod Regalibus per inueſtituram conceſsis, concedens ijſdem vti non poſsit Iaſon *vol. 3. conſ. 70.* Schraderus *de feudis par. 10. ſect. 1. num. 131.* declara, vt ibi, quoad ea, quæ Maieſtatis ſunt vel quæ Maieſtati competunt, quia hæc ne quidem conceſſa, minus priuatiuè conceſſa cenſeri debent.

Porrò quoad aliorum Principum ſiue Electorum, Comitum, Baronum & Ciuitatum Imperialium Iudices, Iuriſdictio accumulatione conceſſa cenſetur Can. *In cap. ceterum de iudic.* neque ordinario Iudici in dubio prędiudicatum præſumitur per ſpecialis Iudicis deputationem *cap. ſuper eo de offic. deleg.* Heig. *d. quaſt. 9. n. 25.* nam inferio- 9.

bus iudicijs ſua quidem eſt Iuriſdictio, ita tamen vt Principi ſemper concurrens reſeruata cenſeatur Beilich. *lib.1. concl.3. in fin.* Wurmeiſter *de iuriſd. lib.2. cap.6. num.30. & ſeq.* cui & conſequens eſt, quòd & cauſas coram iiſdem pendentes auocare poſſint, prout vidi auocatas fuiſſe in caſu, vbi aliqua partialitas, vel inordinatus proceſſus, vel nimis magnæ expenſæ factæ erant, quas pars litigans ſoluere non poterat, vel etiam in caſu miſerabilium perſonarum & in ſimilibus, poſtea quoque inueni Chriſtin. *vol.5. deciſ. 224.* de pleriſque prædictis agentem.

10. Verum dubitatum fuit, an ſupremis Iudicibus vel Conſiliarijs hæc poteſtas auocandi cauſas conceſſa ſit, ratio dubij fuit, quòd ſupremis Iudicibus Iuriſdictione generali cōmiſſa non contineantur ea quæ Princeps de plenitudine poteſtatis exercere poteſt, Vaſq. *de ſucceſſ. & vlt. volunt. lib.1.* de teſtatoris potentia §.*6. n. 4.* ibi illata, adde quędam in Farinacio *lib.2. deciſ. crim.27.* & de ſupremis conſilijs & eorum poteſtate Wameſ. *cent.1. conſ.2. & 3.* iunctis ijs, quæ tradit Græuæus *in præf. ad Gailium,* nihilominus per conſilium priuatum cauſas auocatas fuiſſe videmus apud Chriſtin. *volum.1. deciſ. 259. nu.7.* prius limita procedere, vbi Superiores cum Magiſtratibus & Ciuitatibus inferioribus certas deſuper capitulationes fecerint, prout illas in introitu Principum paſſim fieri videmus, quod promittant imò & iurent ſe priuilegia & iura Ciuitatum conſuetudinesque laudabiles ſarta tecta conſeruaturos, quo caſu nec diminuenda nec inturbanda ſunt, quia dictis capitulationibus obligantur per notata Zaſij *lib.2. conſ.10 n.5. & 6.* Ant. de Petra *de poteſt. Princ. c.10. n. 24.* intellige vt ſupra *de adminiſtratione Iuſtitiæ.*

Rurſus pro notabili quoque limitatione 11. adduco caſum nunc controuerſum in cauſa Dñi Abbati in Brauweiler / contra Prænobilem Domicellam ab Elſt in qua vti feudo caducato Dominus Abbas apprehendit poſſeſſionē, impetrauitq; commiſſionē Cęſaream in terminis poſſeſſorij, in quo cum eſſet relatum, & ipſa relatio cū voto ad Cæſaream Maieſtatem miſſa, noua decernitur commiſſio vt extrahantur iura & plene adeoque ſuper meritis cauſæ cognoſcatur: Excellentiſſimus Dn. Licentiatus Bruin Reipub. Colonienſis Syndicus meritiſſimus, & ego ſubdelegati Cōmiſſarij Cęſarei addubitauimus quid faciendum, quippe commiſſioni præciſe videbatur inhærendum, nec tamen iniuſta proteſtatio Dñi Abbatis petentis litem non niſi in poſſeſſorio determinari, inueſtigandum igitur, an Imperator cauſam ita cōmittere vel cauſam in effectu à paribus Curiæ auocare, & directo Domino præiudicare potuerit, inprimis docet Zaſius *lib.1. conſ.16.* quòd ſupremi Principes tertio præiudicare velle non cenſeantur, & rurſus *lib.2. conſ.10. nu. 5. & 6.* quòd ex contractu obligetur, & conſequenter huic Iuri cognoſcendi in petitorio derogare non poteſt, ſicut teſtatur idem Zaſ. *in l. iuſtè, in fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* quòd quidam Nobilis reſcriptum occupandi bona feudalia ab Imperatore impetrauerit, ſed tamen pares Curiæ contra eum pronunciauerint, & in terminis docet Iaſon *vol. 3. conſ.57.* quòd Imperator non poſſit Iuriſdictionem vaſallorum diminuere & dum conceſſit caſtrum in feudum, non poſſit cognoſcere in prima inſtantia, vide ad eum in propoſitis terminis *num.11. & ſeqq.* nec ipſe Dominus feudi poterit manus ponere ad iura vaſalli Afflict. *deciſ.128.* Iuriſdictio feudi lege conceſſa, priuatiuè conceſſa cenſetur

Cacher.

Digitized by Google

Cacher. *deciſ.29. num.8.* Knichen *de veſtit. pact.p.2.cap.1.num.21.* ſic & Dominus eandem cõceſſiſſe cenſetur Schurff *cent. 1. conſ. 26.num.2.& 3.* Weſenb. *conſ. 95.num.27. & ſeq.* ac proinde ſuperiori ac directo Domino integrum non eſt ſe in iuriſdictionem vaſallorum abſque legitima cauſa intromittere, Ant. de Petra *de Princip. poteſt. cap. 3. quæſt.4. num. 58.* vbi ponit regulam, quòd concedens nõ poſſit ſe intromittere in ſubditos vaſalli in primis cauſis, niſi in cauſis appellationum,hoc tamen limitat,niſi ſe intromittat in defectum iuſtitiæ non adminiſtratæ,in ſubſidium, in crimine læſæ Maieſtatis, hæreſis, falſæ monetæ, denegatæ vel protractæ Iuſtitiæ, adde Gail. 1. *obſeru.*1. & Mynſ. *5.obſer.82.* in quibus cauſis Superior in prima inſtãtia cognoſcere poſſit,& Chriſtinæum *vol.2. deciſ. 160.* tamen nos attenta commiſſione Cæſarea procoloratione poſſeſſorij admiſimus articulos, iure impertinentium & non admittendorum ſaluo.

12. Denique alijs omiſſis in hac materia nimis latè patente, eſt & hodie caſus ſatis dubius in cauſa Domini Fickenij contra Dominum Cramer ratione cuiuſdam Vicariæ cuius poſſeſſio per Sereniſſimum Principem Neoburgicum iuxta concordata adiudicata fuit Fickenio (alias an ſæcularis in poſſeſſorio Iuris patronatus cognoſcere poſſit, vide Chriſtinæum *vol.5.deciſ.222. n.44. & ſeqq.* & tradita ſuperius *cap. 10.*) ſed D. Cramer Dominum Fickenium conuenit coram Dominis Officialibus, primò Bonnenſi & poſtea Colonienſi & vtrobique prorogata Iuriſdictione adiudicata fuit poſſeſſio dicto Cramero, ego poſtmodum in Aduocatum aſſumptus cauſæ ſubuenire volens fundaui me imprimis ſuper concordatis à Sereniſſimis Principibus Electore Colonienſi & Neoburgico initis, quorum intuitu altè memoratus Princeps in poſſeſſorio Iuris patronatus cognoſcere potuit, & conſequenter ius fuit quæſitum ex prædicta ſententia, neq; putaui obſtare, quòd Dominus Fickenius vltra ſe intromiſerit,& ius ſuum de nouo diſputari permiſerit, quandoquidẽ ſtantibus concordatis dixi Fickenium non potuiſſe hoc caſu prorogare iuriſdictionem Sereniſſimi Principis Electoris Colonienſis, vel eiuſdem Officialium, ſed Ius cognoſcendi ſuper poſſeſſorio per iſta concordata priuatiuè translatum eſſe in Principem Neoburgicum, prout in ſimili, quando per ſtatutum diſponitur, vt coram certo Iudice remedium aliquod intentetur, alius Iudex eſt incompetens, ita vt alibi agi non poſſit, niſi coram illo ſpeciali Iudice Gratian. *diſcept. forenſ.cap.154.num.1.& 10.* quo præſuppoſito conſequens eſſe, quòd dictæ duæ ſententiæ non mereantur nomen ſententiæ, tanquam latæ à non habente in hoc caſu ſiue inter ſubditos Principis Neoburgici Iuriſdictionem, per ea, quæ notantur à Carocio *de except contra præiud. ſent. except. 22. quæſt.18.num.1.ibi DD.* prout cum DD. allegatis docet Barboſ. *in c.cum tempore.n.4. x.de arbit.* quòd exemptus priuilegio ſuo renunciare non poſſit, & ſi renunciet proceſſus vel ſententia non teneat, eò quòd Superioris vel Principis ſui fauorem reſpiciat tale priuilegium, ne ſuus ſubditus iudicetur ab alio, ſic etiam quando alicui competit Iuriſdictio virtute priuilegij, non eſt locus præuentioni vti ex Gramm. *deciſ 3.num.12.* refert Baiardus *ad Clarum §.fin. quæſt. 38. num.90.& 91.* qui & quæſtione 42. agit de prorogatione Iuriſdictionis, vbi & quod Iuriſdictio limitata prorogari non poſſit, quod nota contra eos Iudices, qui tantum

rebus certis iudicare poſſunt, neque prædictis rurſus videtur obſtare, quòd caſus prorogationis, non videatur excluſus in concordatis, ſed tantum hoc præcautum, quod Sereniſſimus Princeps Neoburgicus in cauſis poſſeſſorijs Iuris patronatus in ſuo territorio controuerſis poſſit cognoſcere & iudicare, adeoque altè memorati Principis Electoris cognitio deſuper, per exceptionem demum fit elidibilis, non verò inhibitum ipſis partibus, ne ſuſpenſam illam Iuriſdictionem prorogare queant, aliud enim eſt quid eſſe ſuſpenſum & aliud eſſe extinctum, vti exornat Zaſius *in l. ſtipulationum, num. 46. & ſeq. ff. de verb. oblig.* quemadmodum contra Aretinum *conſ. 73. col. pen.* verius eſſe docet Carocius *d. except. 22. quaeſt.* 11. ſi Iuriſdictio erat elidibilis per exceptionem, quæ oppoſita non fuit, quòd ſententia valet & venit exequenda, ſed tunc non ſufficit tacita pronunciatio, vt exceptio reiecta cenſeatur iuxta Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 58. num. 27.* de quo tamen vide tradita *tit. de Litibus.*

13. Verum enimuerò in tertia demum inſtantia prædicta ſed vt declinatoria ſerotenus oppoſita ex aduerſo dicebatur Menoch. *lib. 2. praeſ. 64. nu. 4.* vnde remanet dubium an non Princeps Elector quoad ſubditos Ducatus Iuliæ & Montium cauſas huiuſmodi in poſſeſſorio cognoſcendi facultatem à ſe abdicauerit, deinde allegatum ex parte Fickenij quod ius patronatus Caſtro per Principem Prænobili Domino Eyberg in feudum dato inhæreret, quis igitur fructus aliarum ſententiarum expectari poterit, etiamſi poſtrema reformaretur, cum Iudex alioquin rectè prorogatus poſſit quidē ſententiam ferre, ſed non poteſt eam exequi Carocius *d. except. 22. quaeſt. 6. num. 13.* vbi *& num. 15.* quòd ſi prorogati Iuriſdictio adaptari non poteſt, videtur ex prædictis dicendum, quòd nec in caſu præſenti prorogata dici poſſit, ſed potius ex errore facta non ſubſiſtat, atqui verò error in ſubſtantia, vſu & exercitio Iuriſdictionis vitiat proceſſum, prout exornatur apud Gratian. *d. cap. 154. num. 5. & ſeqq.* accedit quòd iſta concordata fuerint erecta ſub fide Principis inuiolabiliter ſeruanda, ergo actus in contrarium fieri nullatenus poteſt per notata Caroc. *d. except. 22. quaeſt. 9.* ſed quicquid ſit, niſi verba concordatorum expreſſe hoc enuncient, paſſus meo iudicio manet dubius, videtur tamen deciſus apud Vaſq. *de ſucceſſionum reſolutione lib. 1. §. 9. num. 94. & ſeq.* vbi exemptus, licet ſine conſenſu ſui Superioris non poſſit priuilegio exemptionis renunciare, quaſi etiam de ſui Superioris pręiudicio agatur, nihilominus ſi talis exemptus ſuo ſe Epiſcopo vel Prælato ſubmiſerit, valet talis ſubmiſsio, quia per hoc Iuriſdictio ad primum ſtatum reuertitur, quēadmodum cauſæ beneficiales, ſpirituales & perſonarum Eccleſiaſticarum de facili ad Curiam deuoluuntur Vantius *de nullit. ex defectu iuriſd. ord. num. 67. & ſeq.* nec obſtant, quæ de effectu erroris congerit *num. 51. & multis ſequentib.* & quòd laici Eccleſiaſtici Iudicis Iuriſdictionem prorogare poſſint, probat Franc. Marcus *p. 1. quaeſt. 82.* vide tamen ſupra *cap. 2. in fin.* rurſus prædicto caſu non obſtat, quòd exceptio erroris circa Iuriſdictionem, etiam poſt ſententiam rectè opponatur, quia hoc fallit ſi Iudex ſe competentem declarauerit, & appellatum non fuerit, valet enim proceſſus Iudicis incompetentis, ſi non appelletur Mynſ. *decad. 3. reſp. 23. num. 15. 20. & 23.* Wameſ. *cent. 2. conſ. 57. num. 10. & ſeqq.* & Batt. *in l. 1. num.*

Digitized by Google

num. 3. Cod. Si à non competente Iudice iudic. eſſe dicatur, docet, quod & Iudex incompetens ſuper re planè extranea à ſua Iuriſdictione per modum reconuentionis & prorogatæ Iuriſdictionis cognoſcere queat, qui tamen *in l. 4. Cod. d. tit.* diſtinguit, quando error impediat prorogationem Iuriſdictionis vel non. Deinde quod error impediat prorogationem, notabiliter declarat Schwanmann. *practic. obſerv. 1. num. 20. limitat. 4.* in eo Iudice tantum procedere, qui penè de iure incompetens eſt, ſed ſi competens fuerit (talis autem dicitur, qui cauſæ Iuriſdictionem habet cum exercitio, licet per exceptionem elidi poſſit, Pels *in proceſſ. tit. 16. num. 5.*) at declinari poſſit aliquo exceptionis priuilegio, tunc prorogatio valet, etiam per errorem facta, præſertim ſi lis conteſtata, vel ſuper fori competentia cognitum fuerit, iunctis ijs quæ tradit Gratianus, *d. cap. 154. num. 17. & ſeqq.* Quibus attentis riteque ponderatis ſententia propter merita cauſæ per Dominum Officialem virum præclariſſimum reformata cenſeri poterit, quæ tamen iterum Ann. 1645. in Octobri reformata fuit, hæc eſt illa Iuriſprudentiæ noſtræ infœlicitas, hæc dolenda Iudiciorum conditio, de qua *part. 1. tit. 1.* actum fuit. Cætera vide in Doctoribus hoc titulo allegatis, & prædeducta vti quotidie occurrentia nota, iuncta doctrina Gailij, *lib. 1. de pace publica, cap. 12. de prorogatione Iuriſdictionis in criminalibus.*

Tu verò, Domine IESV, *qui cunctarum Iuriſdictionum es Princeps, omniumq; tam viuorum, quam mortuorum Iudex adeo exactus, vt iuſtitias noſtras iudices & Ieruſalem in lucernis ſcruteris, Sophon. c. 1. & cui nos miſeri mortales de omni verbo otioſo (otioſus quis dicatur, vide Summam Angelicam* in verb. Intentio, ſub num. 8. *& Bonacinam* de peccatis diſp. 3. quæſt. 3. punct. 4. propoſ. 1. & 2.) *quod locuti ſumus, in die Iudicij rationem reddere tenemur.*

Iudex ergo cum ſedebit,
Quidquid latet, apparebit,
Nil inultum remanebit.
Quid ſũ miſer tũc dictur⁹,
Quem Patronũ rogaturus,
Cum vix iuſtus ſit ſecurus.
Rex tremendæ Maieſtatis,
Qui ſaluandos ſaluas gratis,
Salua me fons pietatis.
Recordare IESV pie,
Quod ſim cauſa tuæ viæ,
Ne me perdas illa die.
Quærens me ſediſti laſſus,
Redemiſti crucem paſſus,
Tantus labor non ſit caſſus.
Iuſte Iudex vltionis,
Donum fac remiſſionis,
Ante diem rationis.
Ingemiſco tanquam Reus,
Culpa rubet vultus meus,
Supplicanti parce Deus.

prout latius orat Eccleſia Catholica in Precibus Defunctorum, quoniam licet in omnibus Dei operibus eluceat eius miſericordia, ſingulariter tamen in remiſſione peccatorum, quare damnata eſt vox deſperabundi Cain Gen. 4. *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear; ſed quia Omnipotenti Medico nihil eſt inſanabile, ideo maximopere precor, ne intres in iudicium cum ſeruo tuo, Domine, qui veniſti pro me, vt redimeres me, & tantum me dilexiſti, vt Sanguinem tuum in pretium dares pro me*, S. Ber. ſer. 3. de Natiu. *imo dilexiſti me plus quam te, quia mori voluiſti pro me*, S. Aug. Soliloq. c. 13. *Ideo rogo te, ne accendas omnem iram tuam in me, quia caro ſum, ſed ſtatuas (obſecro) merita Paſſionis tuæ inter iudicium tuum & miſeram animam meam, quia Domine commiſſa mea paueſco, & ante te erubeſco, dum veneris iudicare, noli me condemnare.*

Digitized by Google

TITVLVS SECVNDVS.

Juſtitia in Litibus vulnerata.

CAPVT PRIMVM.

De malis & effectibus Litium.

1. PEruetuſtum eſt dictum, 'Foro te para, hoc eſt, ad forenſes actiones imparatus non accedas, ne Iudici faceſſas negotium & tibi diſpendia, belliſſimè igitur Cic. monendo non in foro diſcas, ait, ſed doctus in forum venias, nam multitudo cauſarum, inquit Plutarch. tanquam fluminum magnorum confertim in vnum incidit forum, feruetq; res, & commiſſa ſunt certamina perdentium & pereuntium, ſi vt homines, ita cauſam quoque & litem vnamquamque examines, vnde orta vnde profecta ſit, inuenies aliam à contumaci ira, aliam à furioſo contendenti ſtudio, aliam ab iniuſta cupiditate originem traxiſſe, vnde Iuriſconſulti præcipiunt, vt actor inſtructus ad cauſam veniat, quæque conſiderare debeat, docet Scaccia *de Iudicijs, lib.1.cap.10.* conſideret autem, quod vulgo dicitur, litigaturo opus eſſe ſacco pleno pecuniæ, patientiæ & Iuris, & teſtatur Simon de Prætis *de interpret. vlt. volunt. lib.5. interpret.2. dub.2. num.2.* quod litiganti incumbat, vt Iure duce, & comite pecunia telam Iudicij prætexat, vbi hoc pulchre declarat, ſed multi hodie litem incipiunt, antequam prædicta ponderent, vel norint, quid ſit lis, & cuius effectus, quid autem ſit lis, vide Doctores *in l. litis nomen, ff. de verbor. ſignific. cap. forus, §. lis, x. eod. tit.* & Barboſam *de appellat. iuris vſu freq. app. 136.* & de effectu Marcellum Calam de modis articulandi & probandi, *gloſſ.1.§.1. num.1. & ſeqq.* ibi per varia Iura & DD. probat, quod lites multos deducant in egeſtatem, & ſint criminum occaſiones, partibus litigantibus igitur occini poterit illud Poëtæ:

Si quis habet nummos veniens, exibit inanis,
Atque domum mœrore grauis, leuis ære redibit.

Litiũ namq; ingreſſus infœlix, progreſſus infœlicior, & exitus infœliciſſimus dici poterit.

2. Porro litis incommoda ſatis accuratè Prætorio Mediolanenſi inſcripta vides apud Karpzouium *p.1. Conſult. Saxo.1. def.9.* hiſce formalibus: In controuerſijs cauſarum capitales inimicitiæ oriuntur, fit omiſſio expenſarum, labor animi exercetur, corpus quotidie fatigatur, multa & inhoneſta incommoda inde conſequuntur, bona & vtilia opera poſtponuntur, & qui ſæpe credunt obtinere, frequenter ſuccumbunt, & ſi obtinent, computatis laboribus & expenſis nihil acquirunt, addit vlterius: En monſtrum horrendum, & quartum Dei flagellum, quod diuitibus applicandum, qui peſtem fugiunt, fame diteſcunt, bello triumphant, ſed ex litibus redduntur pauperes, ex pauperibus mendici, hinc, vt poſtea dicetur, ſatius eſſe perhibent, ſemel hic vinci quam decies vincere, ad inſtar Pyrrhi Epirotarum, nunc

Digitized by Google

nunc Albania dicta, Regis, quem duas de Romanis victorias magna cum laude reportaſſe ferunt, poſt ſecundam autem cum recenſeret exercitum, adeo diminutum eum ſenſiſſe, vt dicere minimè dubitauerit, ſi adhuc vno prælio Romanos vicerimus, actum eſt de nobis, quippe infœlix victoria, quæ tanto acquiritur diſpendio, eadem eſt litium victoria, taliter omnibus, quotquot in foro aliquamdiu verſati ſunt, vel proceſſus habuerunt, nota: Non enim abſimiles ſunt litigantes chymiſtis, qui laborioſè quærunt lapidem, donec omnia dilapidauerint, & ita litigantes ſe & opes conterunt, donec triſtiſſimum litis euentum experiuntur, & chymiſtarum præmium, ſcilicet extremam paupertatem, ſentiunt, Heringius *de fideiuſſ. cap. 1. num. 75.* adde Lipſium *lib. 2. polit. cap. 10.* Lucam de Penna *in l. litibus, Cod. de agricol. & cenſit.* & late Paulum Montanum *de iure tutelæ & curatelæ, cap. 33. num. 254. & multis ſequentib.* vbi ex profeſſo proſequitur litis incommoda, vnde ſententia ex Cicerone deſumpta admonet à litibus quantum liceat, abhorrere nos debere, eſſeque non modo liberalè de iure ſuo decedere, ſed etiam interdum fructuoſum, nihilque tam ſimile Dæmonum moribus, quam litigare.

3. Hinc iocosè idiota quidam ab alijs, me præſente, interrogatus quid eſſet lis & proceſſus (conſcriptionem actorum intelligebat) ſibi ipſi reſpondendo, dixit, eſſe puluinar Diaboli, vtpote qui prius homines ad ruinas & diſcordias inſtigat, ac illis poſtea iudicio contendentibus, actis conſcriptis inſidet & conquieſcit, iam ſibi ocium eſſe ratus, dum partes hinc inde litigantes mutuis diſſidijs, odio & rancore inter ſe concertant & viuunt, quod non minus lepide ille dixit, quam re ipſa, præſertim in Germania, illud verum eſſe experimur, quamprimum enim litigatur, ſtatim peccatur, quicquid latet, effunditur, crimina publica & occulta ſcriptis deteguntur, atque hoc modo acta ſæpe in immenſum excreſcunt, quod in Curijs & Iudicijs tam familiare eſt, quam obſonium in prandio, ipſis partibus vero & ſæpe animę amarũ, cum raro hodie verum ſit illud vulgare, der Sachen Feind/deß Manns Freund/ hoc eſt, cauſæ inimicum, perſonæ vero amicum eſſe, frequentius bonorum & fortunarum periculum, quippe quod leges neminẽ in paupertate viuere, nec in anxietate mori permittant, *Nou. 1. c. vlt.* non ipſis partibus, ex quo prima, media & vltima cautio litigiorum eſt de expenſis ſoluendis & inſumendis, *Auth. offeratur, Cod. de Iudic.* ſed potius ipſis Iudicibus, Aduocatis, Procuratoribus & ſollicitatoribus, alijsq; conſortib. dictum cenſetur, illi enim litibus exhauriuntur, & pręmium chymiſtarum, de quo loquitur Pontifex *in Extrav. de crimine falſi*, mendicitatẽ ſentiunt, in quos perappoſitè quadrat Chilonis inter ſeptem Sapientes relati ſententia, quondam Delphis aureis litteris conſecrata, Comitem æris alieni & litis eſſe miſeriam, vti ex Plinio *lib. 7. cap. 32.* refert Greg. Tholoſ. *de Republ. lib. 1. cap. 6. ſect. 14.* è contra hoſce ex litibus viuere & ditari conſtat, de quibus cecinit Poëta:

Ære patrocinium vendunt, producere cauſas,
Et lites pendere diu, vindemia quædam eſt.

Melius igitur eſt emigrare cum gratia, inquit S. Ambr. *in lib. de Patriar.* quam cohabitare cum diſcordia, melius eſt ſine lite abire, quã cum iurgio reſidere, quia & inter illos, quos togatos vides, nulla pax eſt, ait Seneca *lib. 2.*

de

de ira, c.7.& 8. alter in alterius exitium leui compendio ducitur, nullus niſi ex alterius damno quęſtus eſt.

4. Hinc non mirum eſt, quod ſæpe lis litem pariat, & noxam noxa, vti eſt apud Suidam, ſic lis ſæpe ſeritur de lite viciſſim, & lis plicatur litibus, tantaq; verborum pompa exornatur, vt quidam bene dixerit, verborum quidem flumen eſt, mentis vera gutta, vel vt alter, longum ponit thema, ſed parum habet ſubſtantiæ, quibus acta complentur, & ſalarium adaugetur, iniuſtè taliter exactum, quandoquidem non ex mole & multitudine ſiue ex pluralitate foliorum, ſed ex induſtria auctoris & doctrina ſcripta, atque ita expenſæ æſtimari & taxari debent, *Ord.Camer.p.1.tit.46.*§. damit auch / vnde prouerbialiter dicitur, Gaudent breuitate moderni, non multa verba, inquit Laërt. *lib.1.* prudentis animi ſunt indicium, qui enim moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt, *Prou.17.* eſt autem breuitas, cum nullum niſi neceſſarium aſſumitur verbum, Tull. *1.Rhet.* vel breuitas eſt, in qua commode principale tangitur, & vtile acceſſorium enarratur, non enim multis opus eſt, ſed efficacibus, plurimum quippe proficit ſermo, qui minutatim recipitur animo, vt ait Seneca *ad Lucillum Epiſt.38.* prædicta latius exornantur in Luca de Penna *in Rubr. Cod. de legat. num.34. & 35.* contra tales & ſimiles (nihil hîc vel alibi contra bonos dictum vel accommodatum exiſtimare debes) inuehitur Caſſiod. *ſuper Pſal.75.* Irritet aduerſarius nomen tuum, vbi malorum Iudicum, Aduocatorum & Rabularum forenſium impoſturas deſcribit, hi ſunt, inquit, qui cauſas protendunt adhibiti, impediunt prætermiſſi, faſtidiunt admoniti, obliuiſcuntur locupletati; hi ſunt, qui emunt lites, vendunt interceſſiones, deputant arbitros, iudicata dictant, dictata conuellunt, attrahunt litigatores, protrahunt audiendos, per plicas inextricabiles retrahunt tranſigentes, vt pluribus ibi, quapropter belliſſime dixit Bald. *conſ.218.lib.3.* litigare cum pari anceps, cum ſuperiore furioſum, & cum inferiore ſordidum putatur, imprudens ergo regulariter, quicunq; volet cũ potentioribus contendere, quippe victoria priuatur, & præter dolores conuitia patitur.

Quemadmodum vſu venire cernimus, vt qui auctoritate minus valet, idcirco in cauſa alioquin iuſtiſſima inferior euadat, Gueuara *in Horolog. Princip. lib.2.cap.37.num.365.* Fugiens igitur pacem, iuxta Heſiod. quærat litem, ſi te imbecillior læſit, inquit Seneca *3.de ira, cap.3.* parce illi, ſi potentior, tibi; nam vbi vinci neceſſe eſt, expedit cedere, Fab. *6.cap.5.* Cum igitur ſint tot litium incommoda & damna, fœlices merito reputari debent, qui ijs carent: fœlices igitur in hoc Turcæ & Ethnici, apud quos lites noſtris ſimillimas nullas eſſe, ſed ſi quid diſſidij ſit inter ſubditos, in continenti determinari audiui, ſic Plin. *lib.6.c.22.* cum Taprobanem inſulam & Antichtonum Indiæ gentem fœliciſſimam deſcriberet, dixit apud eam neq; fures neque lites vllas eſſe. Caueant autem incentores litium, ne contra doctrinam S. Ambroſij *lib.3.offic.cap.4.* alienis incommodis ſua lucra quærant, quemadmodum videmus, quod nec Iudices, nec Aduocati, nec Procuratores iſtorum incommodorum gnari, in hoc genere certaminis paſſiui, ſed potius actiui eſſe velint, & quandoque neglecto foro Iuſtitiæ ad forum vtilitatis tranſeant, in quo nihil honeſtum vel iuſtum eſt, niſi quod & vtile, Bodin. 5.

de

Bodin. de Republ. *lib.* 1. *cap.* 8. vnde vulgò dici ſolet.

Cauſa perduntur qua paupertate reguntur.
Qui hic eſt auarus nullu eſt charus.

Volunt enim eſſe ſocij conſolationis non paſſionis iuxta illud Martialis.

Et Iudex petit, & petit Patronus
Soluas cenſeo Sixte creditori.

Quia nō vna hic expenſa eſt, ſed quotidianæ ſummulę, quæ progreſſu, vltra quā quis computet, augentur, dum credita petuntur, propria perduntur, ſæpius ætatis quam rixæ finis eſt, & in hæredes actiones paſſionesque tranſeunt.

6. Nihilominus tot litis incommodis perſpectis (eſt enim litis comes miſeria, rancor animi, labores, vana ſpes. perpetuæ curæ, timor, odium, ſimultas, diſſidium, inquietudo & ſimilia) adhuc in ore omnium eſt dubius litis euentus, litium haud certus vſquā exitus, certæ curæ, quæ enim pax animi, vbi nec rerum pax vlla, litigantes ab euentu pēdere & ſpe decipi ſæpiſſimè videmus, quandoquidem vt Cicero 4. *in Verrem dicit*, non dubium eſt, quin omnes, omnium pecuniæ ſint in eorum poteſtate, qui iudicia dant, & eorum qui iudicant, quod & probatur *in l. qui explicandi Cod. de accuſat.* ita vt Rebuffus ſentētiam Iudicis iactui aleæ comparauerit, & vt ait S. Leo *ſerm. 5. quadrag.* ſub humani Iudicij errore ſuperior eſt plerumq; iniqui cauſa quam iuſti, plura allegat Karpzouius *p. 1. conſtit. ſaxon. 26. defin 21. n. 2. & ſeqq.* hinc rectiſſimè dicitur, ſatis eum lucrari qui à lite diſceſſerit, Anton. Faber *in C. lib. 9. tit. 22.* quodq; verecunda eius cogitatio, qui lites execratur, vituperanda non ſit, *l. 4. §. 1. ff. de alienat. iud. mut. cauſa fact.* belliſſimè ergo olim dictū fuit, cum licet fugere, ne quęre litem, quod ab Alcibiade ortum dicitur, ipſe enim cū ab Atheniēſibus è Sicilia citaretur, vt ſuper criminibus reſponderet, abdidit ſe negans litigandum eſſe, ſi quoq; modo liceret effugere, at alijs replicantibus nō igitur confidis Patriæ de te iudicaturæ, reſpondit, ne matri quidem crediderim, metuerem enim, ne fors imprudens albi calculi loco (de albo latiſſimè agit Borellus *de Magiſtratuum edictis lib. 3. cap. 18. à n. 1. vſq; ad num. 24.*) nigrum immitteret, vnde credo natum illud vulgatum Eſt iſt beſſer in den Reiſeren/ als in den Eiſeren/ hoc eſt, melius eſt in competis eſſe quam in compedibus, nullus itaque tribunal ingrediatur, niſi qui ſe innocentem nouit Pacianus *de probat lib. 2. cap. 44. num. 95.* imo & qui talis, ſæpè patitur, quippè vt ait Pindar,

Vincitur heu præſtans etiam ſapientia donis.

Et potiſſimum veri affectus & Iudicij venenum ſua cuique vtilitas, deindè fauor ſemper officit Iudicijs, Chriſtus eſt pax, inquit S. Ambroſius *lib. 3.* de virginibus, in foro lites, Chriſtus eſt Iuſtitia, in foro iniquitas, Chriſtus fides eſt, in foro fraus atque perfidia, hinc quod Alcibiades metuit, hodie adhuc alijs metuendum eſt, cum in Iudicijs ſæpè odio, inimicitia, corruptione, imperitia, negligentia & ſimilibus modis non pauci iuſto etiam ſub clypeo pereant, alij vero malam cauſam fouentes victoriam reportent, ac ita appareet hodie non eſſe verum illud ſcitum, victor eſt, cui iura fauent, ſed potius verum eſſe illud. victor eſt, cui Iudex fauet, vnde vulgo dicitur, plus valet fauor Iudicis, quam lex in Codice, quibus occinit Ovvenus. 7.

Certa tibi lex e ?, lis eſt incerta clienti
Tu lucri, damni certus & ille ſui.

Digitized by Google

Idcirco diſſidiorum vepribus & litigiorum anfractibus ſubductis ſequaris monitum S. Ambroſij *lib de Tobia cap.* 8. dicentis, dum vadis cum aduerſario ad Magiſtratum, da operam liberari ab illo, ne forte producat te ad Iudicem, & Iudex tradat te Exactori, & exactor mittat te in carcerem, vt minuas peccata, abſtineas à lite *Eccleſ.* 28. cum inſuper honor ſit homini qui ſeparat ſe à contentionibus *Prouerb. cap.* 22. vnde recte Caſſiodor. 2. *var. Epiſt.* 18. conuenit legalibus inſtitutis ait, vt prudens ante controuerſiam iuſtitiam ipſe diſcutiat, quam de Iudicio victus diſcedat, ad abbreuiandum litis incommoda apud exquiſitos & doctos iudices conduceret, ſi nudum factum reſecatis DD. opinionibus allegaretur, & probatum vel non, per prudentiſſimos Iudices lis decideretur, ſic quoad illos dici poſſet, Curia Pariſienſis ſcit iura modo factum benè narretur, venite igitur ad factum, Mynſ. 5. *obſ.* 88. *nu.* 16. & relinquite allegationum ineptias, vide infra de negligentia Aduocatorum & procuratorum, ſed hæc & ſimilia nunc inualido & exarmato legum auxilio fruſtra dixeris, fruſtra præſcripſeris, ita omnia conturbata & conquaſſata videmus, vt vitia remedijs fortiora ſint, placebit tamen aliqua remedia proponere, etiamſi illa exequi & effectuare non poſſim, quandoquidem in virtutibus ad mores pertinentibus ſufficit voluntas, quare iuſtus erit aliquis, etiamſi iuſtè agere non poſſit, modo velit & affectionem iuſtitiæ habeat prout, exornatur in Grotio. *in tract. florum ſparſio ad ius Iuſtinianeum ad lib.* 1. *Inſtit. de Iuſtitia & iure.*

(***)

CAPVT II.

De remedijs abbreuiandarum litium.

PRædictis attentis non erit operæ pretium cauſam inquirere, cur Principes non ſolum lites dirimere, ſed etiam earundem diſpendijs occurrere debeant, *cap. diſpendia litium de reſcript. in* 6. *Clem. diſpendioſam de Iudic. cap finem litibus de dolo & cont. l. properandum in pr.* ibi Zaſius quia cauſa finalis legis eſt, inquit, ne lites ſint immortales præſertim in executiuis, *Cod. de Iudic.* ſit lex Chriſtianis, iurgia amouento, vt olim *l.* 12. *tab.* cautum, ferijs iurgia amouento, neque enim mediocre lucrum eſt, lite hodie carere, S. Ambroſius 2. *offic. cap.* 21. quippe non fuerunt concordes vnquam, inquit Plato, aut inter amantes ciues, vbi mutuæ lites iudiciales ſunt, ſed vbi eæ breuiſſimæ & pauciſſimæ, nam ſi Magiſtratus ſuo iure funguntur, nihil opus eſſe multiplici lege putauit, vbi vero horum improbitate aliò detorquentur, ex legum multitudine perniciem afferri dicebat, & iuxta ſententiam eximij P. Rectoris Raij *fruſtra eſt omnis lex & cautio, cuius nulla eſt obſeruatio,* non multæ leges, ſed paucæ benè ſeruatæ bonum ius conſtituunt, hinc quia tot leges (prout memini me legere in Pandectis 9198. *in Codice* 4554 *atque in Nouellis* 168. ab alijs numeratas fuiſſe, & innumerabiles commentarij infinitæque DD. opiniones exiſtunt, quid mirum eſt, ſi altecationes quoque ſint infinitæ & innumerabiles quoque lites, vt modo iuſtitia mole earum corruat, & leges ipſæ nullo grauiore morbo quam varia explicatione, ac interpretatione, ſeu ius magnitudine ſua laborare videantur, quia tamē abſq; iurgijs & litibus non viuitur iuxta illud. 1.

Lis

Digitized by Google

Lis genuit lites, legum lis filia, viui
Non ſine lite ſolet, nec ſine lege poteſt.

2. Et hodie ita fere eſt, vt qui ne decipiatur vix caueat, cum etiam cauet, iuxta Plautum, multi præſtantiſſimi Iuriſconſulti varia remedia preſcripſerunt ad quos me breuitatis cauſa remitto, ſicut quoque DD. allegat Wehneri *pract. obſ. lit. 1. verb.* Iuſtitia Weſen / vbi inter cæteros allegat Ant. Fabrum *in C. ad tit. vt intra certum tempus crim. quæſt.* nam Iudicia cum rectè procedũt, delubra ſunt æquitatis, cum deprauantur foueæ fallaces & cœcæ Ammian. *lib.* 30. Iudicia publica vt dixit Plut. virum acrem & audacem ſimul, & conſilio inſtructum flagitant, puta tales ſuperiores qui iuſtitiæ adminiſtrationem ac modum procedendi in melius emendant, quoniam ſi vitium ſine emendatione relinquitur, aliquid abſurdũ & inelegans euenire neceſſe eſt, l. Sancimus *Cod vſuris rei iud.* mala exempla, quæ ex bonis initijs orta ſunt, vt dicit Cæſar apud Saluſtium corrigantur, nam diſſimulatione culpabili nefanda licentia corroboratur *l. fin. in fin. C. de inceſt. & inutil. nupt.* hoc enim eſt Regum & Principum officium, vt patet ex ijs quæ *p* 1. *tit.* 1. *&* 2. dicta ſunt, quo me breuitatis cauſæ refero, hic admonuero omnium Iudicum eſſe, diligenter præcauere ne litigantes fruſtra laboribus & ſumptibus vexentur Menoch. *de arbit. lib.* 1. *qu.* 16. *num.* 4. *vbi & num.* 3. quod calumnioſè litigare volentem debeat à limine Iudicij remouere & maximè *deciſ. Rota lucenſis* 8. *n.* 7. de quo latius alio cap. agetur hoc tit.

CAPVT TERTIVM.

Remedium finiendarum litium ex ſacris litteris deductum.

1. OPtimum remedium finiendarum litium datur vero perfecto apud Lucam *cap.* 18. *& Matth. cap.* 10. *& rurſus cap* 5. vbi ſi quis voluerit tibi tunicam tollere & in Iudicio tecum cõtendere, dimitte ei & pallium, dimitte inquam aduerſario hoc, quod ille petit, & eris ſecurus à lite iuxta illud.

Si duo de noſtris tollas pronomina rebus
Pralia ceſſarent, pax ſine lite foret.

Quippè hæc duo pronomina meum & tuũ turbare dicuntur quietem humanam, vndè Seneca ait, ſi meum & tuum non eſſet, noſtri eſſemus, quia vt inquit lib. de moribus, quietiſſimam vitam agerẽt homines in terris, ſi hæc duo verba à natura omnium rerum tollerent, quia procedunt ab iniquitate *cap. dilectis* 12. *quæſt.* 1. quemadmodum de iure naturæ nihil proprij habemus *c. ſicut diſt.* 47. ſed aurum & argentum ſunt litis incentiua *cap. ora.* 11. *quæſt.* 3. ſublato autem malitiæ ſemine inquit S. Ambroſ. nequitiæ fructus areſcunt, & iuxta illud ſcitum, viri mites renuunt lites, & qui aſſiduè rixatur à paucis amatur, magis Chriſtianum eſt iniuriam & fraudem pati, quam iudicio contendere Apoſt. 1. *Corinth.* 6. & ad *Roman.* 12. hortatur Chriſtianos, benedicite inquit his, qui vos inſectantur, quamuis hæc & ſimilia Theologi noſtri conſilij & præcepti eſſe dicant & quaſi perfectis dictum.

Enimuero hodie non habemus conſuetudinem, vt ſequamur Crat. Thebanum 2. qui cum ad philoſophandum Athenas pergeret, abiecit aurum exiſtimans ſe ſimul & diuitias & virtutes poſſidere non poſſe neque doctrinam, conſimiliter S. Lucas *cap.* 14. *in verb.* ſic ergo omnis ex vobis, inquit, qui non renunciat omnibus, non poteſt meus eſſe diſcipulus, & quæ ſunt ſimilia, hoc inquam quia durum eſt & in mundo non practicatur, ſed prædicta pronomina plus æquo amantur, ad illa duo pro-

 pugnan-

pugnanda vel maximè iudicia neceſſaria ſunt, nam quemadmodum iſta pronomina vt peccati originalis conſecutiua quietem ſtatus innocentiæ turbarent, ita & in ſtatu innocentiæ, quo locum habent, quietem non turbant ſed producunt, ita pulchre docet Scaccia *de commerc. & Camb.* §.1.*q.*1.*n.* 50. & 57. quare ſi quod petitur, tuum non ſit, reddas petenti, & ſic quoque liber eris, quoniam omnia Iudicia etiam in quacunque parte litis ſunt abſolutoria dato vel facto quod petitur, §.*fin.inſtit. de perpet. & temp.act.* Wameſius *tom.*1.*conſ.* 70.*numer.*2. *in fin.* quod ipſum tamen ſi per te conſequi non valeas, in medio Iudex eſt, & iudicio contendendum, nam vti ingenui & verecundi animi eſt, non facile ad lites proſilire, ita deſidis & abiecti non velle iure propulſare iniuriam, qua debilitatur tuus honos, vnde vulgatum, crudelis eſt, qui famam ſuam negligit, quam auxilio Magiſtratus implorato vindicare & illæſam tutari quis licitè poterit.

CAPVT IV.

Remedium finiendi lites eſſe concordiam & tranſactiones. & qua ratione illa valeant.

1. VVlgo innotuit vtilius eſſe macre concordium, quauis pingui ſententia, cum in foro litigandi ſtudium & artes litigandi indies creſcant & ipſæ lites perpetuentur, inciſæ ſint licet leges 12. *tabulis* inquit S. Cyprian. *Epiſt.* 1. & publicè ære præfixo iura præſcripta ſint, tamen inter ipſas leges delinqui, inter iura peccari, innocentiam nec illis, vbi defenditur, reſeruari, inimicum inſimulare, calumniatorem impugnare, criminum proſtitutæ vocis, venalem audaciam, vt reus innocens pereat, fieri nocentem iudicem, ideo tanto magis Iudex concordiam partibus ſuadebit non tamen imperabit, Menoch. *lib.* 2. *de arbit caſ.* 442. de quo Doctores & Iaſon *in l. quidam exiſtimauerunt ff. ſi cert. petatur*, Karpzouius *part.* 1. *conſtit. Saxon.* 1 *defin.* 11. vbi tamen refert quoſdam caſus, in quibus quandoque concordia per ſuperiores Iudices imperari poſſit, de quo vide Felin. *in rubr. de treuga & pace* & Barboſam *in cap. ex parte de tranſact. & ibi alleg. Doctores*; & ſic ſubintrat illud Caſſiod. *lib* 1. *Epiſt.* 5. quoniam agi poteſt, ait, vt ſit quietus, qui renuit ſuo vitio eſſe pacificus & garrulitatem aliquorum inconſultam ſilentij talione frenari par eſt Sidon. *lib.* 5. *cap.* 53. & tradit Gail. *lib.* 2. *de pace publ. cap. vlt. numer.* 24. & *ſeqq.* quod ſi expediat Reip. vel Capitulo pacem habere, poſſit Princeps damna & ſolus Prælatus iniuriam remittere, & tutor pacem facere idem Gail. 2 *obſ.* 72. & *rurſus liber* 2. *de pace publica cap.* 18. *numer* 6. & *ſeqq.* aliquot caſus refert, in quibus partes ad concordiam compelli poſſint, vidi quandoque ad finiendum lites fuiſſe compromiſſum in Conſiliarios, qui tamen non aliter, quam iuxta Iuris diſpoſitionem controuerſiam dirimebant, vide Zaſium *lib.* 2. *conſ* 12 *numer.* 47. & *ſeqq.* vbi & quid ſit Rechtlich entſcheiden/ ſicuti & Iudex ad compromittendum, niſi in certis caſibus, aliquem inducere & cogere non poteſt, Scaccia *de Iudic. lib.* 2. *cap.* 2. vbi multa de arbitris & compromiſſis, præſertim autem litigantibus in Camera Imperiali, concordiam ſuadendam fore docet Knichen *de Saxon. non prouoc. iure num.* 50. & *ſeqq.* addens quod priuilegium de non

Digitized by Google

non appellando à ſententijs Ducum Saxoniæ ſit antidotum contra abuſum appellationum.

2. Cauendum autem vel maximè, ne ſolum ideò litiges (vt ſæpè proh dolor hodie videmus practicari illud Senecæ *lib.* 1. *de ira*, aut tu me perde, aut ego te) vt tandem aduerſarium oneri ferendo fortè imparem, vel pecunijs exhauſtum (vti dici ſolet, Ich wils dir woll machen oder außherden/) ad concordiam adigas, quandoquidem tranſactio ſuper re clara dicitur continere turpitudinem, & data repeti poſſunt Crauett. *conſ.* 152. *numer.* 10. debet enim abeſſe calumnia, vt validetur tranſactio Meiſnerus *lib.* 1. *deciſ. Cam. Imp.* 18. *numer.* 23. & paſſim, cuius requiſita enumerat Gaill. 2. *obſ.* 70. vnde Bonacina *ad* 8. *Decalogi præceptum diſp.* 10. *quæſt.* 10 *propoſ.* 3. *numer.* 6. monendo Conſiliarios & Aduocatos, ait, quod peccent inducentes partem iuſtitiam fouentem ad tranſactionem, nec obſtat quod Doctores *in l.* 2. *Cod. de tranſact. per illum textum* tradunt ad validitatem tranſactionis ſufficere, ſi timor litis ſubſit, imo neque iniuſtitia ad eius reſciſſionem ſufficit, nec dolus, ſi cognitus fuerit. Cacheran. *deciſ.* 58. *numer.* 15. Surd. *deciſ.* 260. *numer.* 15. *& ſeq.* adeo vt nec remedium *l.* 2. *Cod. de reſcind. vend.* detur, iura & Doctores allegat Karpzouius *part.* 2. *conſtit. Saxon. defin.* 3. referens ita iudicatum, quandoquidem prædicta ſatis declarantur per Martinum Monter à Cueua *deciſ. Regni Arrag.* 10. *numer.* 13. videlicet quod timor litis idem operetur, quod lis ipſa, vt verum ſit, quando coniecturæ ſubſunt, quæ de præſenti vrgent, ad ea ita credendum, ſic quod lis ſit in potentia propinqua, ſecus vbi agitur de timore litis futuræ non inſtantis de præſenti, ideoque ſit in dubijs non in claris, vel lis ipſa ſit probabilis, Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 400. *numer.* 25. *& ſeq.* quippè abſurdum eſſe dicit Ariſt. contendere cum ijs, qui non rationem, ſed mulctam merentur, in tali tranſactione coacta oportet contentioſius loquaris, quod probare non poſſis, affirmando ex homine, quod non habet ex veritate Quintil. *declam.* 18. adde Zaſium *in l.* 1. *num.* 4. *ff. de condict. cauſa data*, vbi licet honeſtum ſit accipere vt à lite diſcedas, tamen fallit ſi lis euidenter ſit calumnioſa, tunc enim ſine pecunia à lite quis diſcedere debet, teſtatur tamen Mynſ. 6. *reſp.* 60. *num.* 12. de frequentia amicabilium compoſitionum in Germania, ſicut quoque ex Bart. tradit Caſtrenſ. *lib.* 2. *conſ.* 333. *nu.* 4. quod occaſione vnius litis fiat tranſactio multarum etiam non motarum, quod ego intelligerem iuxta prædicta & ita video quoque diſtingui apud Zaſium *in l. ſi conuenerit numer.* 15. *ff. de re iud.* quod Iudex in principio litis vices ſuas interponere poſſit, vt partes concordentur, non vero poſtquam ex meritis cauſæ didicit, quæ pars foueat iuſtitiam vel non, durum enim eſſet perſuadere, quo alterius iuſtitiæ detraheretur.

Cæterum ſtatuta diuerſorum locorum circa compromiſſum inter conſanguineos quando locum habeant vel non, vide Card Tuſchum *lit. S. concl.* 487. in ſumma qui in pace fundantur, non eradicantur, non immerito Rudolphus Primus Auſtriacus conſulendo dixit, quicunque tres lites habet, duas ſi poterit, componat, quod refert & cõmendat Lipſius *miſcel. epiſt.* 78. addens etiã tertiã litẽ componẽdã eſſe 3.

ne vllum huic cerebro caput ſuperſit, nec enim quicquam verius dici poteſt, quam quod de ijs effatus eſt Publius Fauſtus:

Ille breui fiet miſero mendicior Iro
Triſtia qui litu bella forenſis amat.

Ad tranſactiones facilitandas partes litigantes ponderare deberent illud vulgatum beſſer icht dan nicht / beſſer ein halb Ey / dann ein ledige ſchale / item illud Heſiodi, dimidium plus toto, nam vt totum ſerues, pars eſt perdenda, & melius eſt de iure ſuo ſubinde aliquid tradere cum pace, quam totum litigando conſequi Æneas Syl. *epiſt.* 67. imo viciſſe dicitur, qui cauſa concordata à lite diſcedit apud Heigium *p. 2. q. 34. nu.* 28. & in hac materia locum ſibi vindicat vetus illud adagiũ, præſtat aliquid quadam nihil.

CAPVT V.

Remedium finiendarum litium eſt reductio quarundam legum in forum quæ vſu, antiquatæ ſunt.

1. EQuidem dubium non eſt. quin diſpoſitio dicatur fauorabilis, quæ nos ad ius commune reducit, cum è contra receſſus ab eodem ſit odioſus, Menoch. *rem.* 4. *adipiſc. poſſeſſ. num.* 38. *& num.* 40. proindeque dolendum quod *l. properandum C. de Iudicijs*, conſuetudine Germaniæ antiquata dicatur Meiſnerus *lib.* 3. *deciſ. Cam Imp.* 16. *nu.* 1. *&* 2. quod & in cauſis criminalibus verum eſſe multis authoritatibus teſtatur Bullæus *ad conſtit. crim. Caroli V art.* 12. vbi ad illum art. & ad Mynſ. 2. *obſ.* 48. reſpondet, ſimiliter & *tit. Cod.* ne liceat in vna eademque cauſa tertio prouocare non obſeruari teſtatur Gail. 1. *obſ* 72. *num.* 3. & Mynſ. 1. *obſ.* 15. ſicut & fatalia in conſiſtorio Principis non currere teſtis eſt idem Gail. *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 9. *num.* 15. ſicuti & vidi Iudices delegatos & commiſſarios ad multos annos continuari (cum tamen DD. in Surdo *conſ.* 61. *in princ.* allegati doceant, quod officiales ad ius reddendum vltra annum & biennium deputari non poſſint, vide tamen ad eum, vbi *nu.* 10. video probari, quod in quodam loco fieri audiens non licere dicebam in eadem Curia & Iudicem & auctuarium agere, neque hoc Surd. ſimpliciter ſed propter neceſſitatem admittit) maximo Reipub. Chriſtianæ incommodo propter litium immortalitatem ſiue veritatis inueſtigandæ viam iudiciariam nimis tritam, quam proceſſibus inuolutus triginta & plurium annorum ſpatio (horrendum dictu & tamen ita quaſi de induſtria hodie inſanimus & cæcutimus) abſoluere non poteſt, quod quidam ridere volens pleno die lucernam in loco Iudicij vndique ſub ſcamnis & ſubſellijs diligenter quæſiuit, & Interroganti, quid tam ſeduló quæreret, reſpondit veritatem ab alijs huc vſque fruſtra hic indagatam & diſputatam, ab illis inquam, quibus in votis eſt illud vulgatum, præcipitantia eſt nouerca iuſtitiæ, nam iniquitas omnia præcipitat, virtus autem lenta eſt omnium percunctatrix, & ideò ſententia præcipitanter lata, eſt nulla, prout ſingula probat Gail. *de arreſtis Imperij cap* 1. *num.* 12. quæ tamen eo non ſpectant, vt tanto tempore litigari debeat, ſed potius vt omnia & ſingula debite fiant & cum cauſæ cognitione decidantur ſine longo litis ſufflamine, atque vt non ab executione ſed citatione incipiatur, Gail. *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 5. *num.* 4.

Neque enim video cauſam aliquam ſolidam, cur tam diuturnis altercationibus ac tot inſtantijs opus ſit, niſi quod replicetur 2.
præcipitantiam eſſe nouercam iuſtitiæ & len-

ſententiam præcipanter latam nullam, è contra veritatem diu agitatam magis ſplendeſcere, & diu & pluries examinatam melius inueniri inſtar Fabij, qui cunctando & morando afflictas Imperij vires recreauit & reſtituit, rectè equidem in omnibus ijs caſibus, in quibus totum ſibi ratio vendicat, ſed vellem ſcire, an non hoc ipſum biennio vel triennio fieri & abſolui poſſit? ad quid tot recapitulata producta aliud ſæpius inſeruiant, quam ad exhauriendum partes litigantes? nunquid enim hæc maior iniuſtitia eſt cum diſpendio aliorum & quidem ſæpius quantitatem ſummæ, de qua eſt quæſtio, expẽſis tranſcendentibus protrahere iuſtitiã? adeo ſumptus litium & expenſæ ſplendida patrimonia conſumpſere atque illuſtres familias diuitiasque ad nihilum redegere teſte Borello *in ſumma deciſionum lib. 2. tit. 39. num. 6.* hinc appoſitè dixit Poëta.

Curia cor vrit, nec curat Curia curas
A grauibus curis. Curia nomen habet
Curia cauſarum genitrix nutrixq́; malorum:

Neque obſtant ſuperius adducta, quia breuitas temporis non conſideratur nec ſententia dicitur præcipitanter lata, quando ex cauſæ qualitate conſiderari poteſt, quod index de cauſa ſatis inſtructus eſſe poſſit Borellus *in ſumma deciſionum lib. 2 tit. 30. nu.* 112 hinc appoſite accommodatur illud vulgatum, feſtina lentè præſertim in dandis conſilijs iuxta illud Poëtæ:

Conſilio adde moram, præceps ſententia fallit.

Iunctis traditis per Viuium *deciſ.* 302. *nu.* 16. *& ſeqq.* alias præter illud vulgatum diuerbium, bis dat, qui cito dat, accelerationis cõmoda in multis enumerat Lucas de Penna *in l meminimus n. 3. C. quando & quibus quarta pars*, à quo celerior remuneratio, videtur in eum voluntas noſtra propenſior inquit *Cicero 1. offic.* caſus in quibus celeritas laudatur & improbatur, enumerat *gloſſ. in cap. fin. de elect. in 6 & Viuius deciſ.* 375. vbi plura allegat & aliquæ moralia, ſicuti & prouerbialiter dicitur, melius eſt hodie habere ouum quam cras gallinam, & in iure noſtro minus dat, qui tardè dat, hinc beneficium inopi bis dat, qui cito dat, & Auſonius.

Gratia quæ tarda eſt, ingrata eſt, gratia namq́;
Cum fieri properat, gratia grata magis.
Si benè quid facias facias cito, nam cito factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

Quippe omnibus in rebus moleſta ſemper exſpectatio teſte Polyb. *lib. 3.* ita vt & minus ſoluere dicatur, qui tardius ſoluit Barboſa *tract. Axiomata iuris vſufreq. ax.* 210. *nu.* 9 honeſtius eſt ait Hug. de S. Victore negare, quam longos terminos dare, quia minus decipitur, cui celeriter negatur, vnde res ad longam inſtantiam exhibita, cara videtur emptori.

Quinimo dicit Comicus, tu non intelligis tantum te gratiæ perdere, quantum moræ adijcis, vnde ad euitandam infinitatem, quæ in iure prohibetur (an & quando licita, videatur Gail. *de arreſtis Imperij c. 11. n. 11.*) vt negotiorum aliquis ſit terminus, non datur ſeruitus ſeruitutis, nec vſura vſurarum nec vſuarius vſuarij, nec commoditas commoditatis, nec ſubdelegatus ſubdelegati, nec in procuratore ſubſtitutus ſubſtituti, nec exemplum exempli etiam ſolenniter extractum, nec fictio fictionis, nec præſumptio præſumptionis, nec reconuentio reconuentionis, nec acceſſio acceſſionis, nec officium officij nec vſusfructuarius proprie ſumptus vſufructuarij, quemadmodum prædicta probat Barboſa *in cap. clericos num. 2. x. de offic. vic.* vtinam & hoc in 3.

Digitized by Google

officina iuſtitiæ fieret, vtinam Principes & Magiſtratus eò intenderent, nam ſemper officio fungitur inquit *Cic. 3. offic.* vtilitati hominum conſulens & ſocietati, vt enim tutela, ſic procuratio Reip. ad vtilitatem eorum, qui commiſſi ſunt, non eorum, quibus commiſſa, gerẽda eſt Cic. *d. loco* nec dubiũ eſt vlli, quin prædicta vtriq; parti expediant, haberent namq; expoſita, ditioresq́; exiſterent, quam ex victoria tot curis, laboribus, moleſtijs & pecunijs reportata, quippe tunc fiet victus & ipſe victor propter immenſos ſumptus perijt, & nihilominus dantur inſtantiæ inſtantiarum, & rurſus Inſtantiarum Inſtantiæ, propter quas ſatis cauſæ eſt cur exclamare liceat cum Perſ.

O curas hominum O quantum eſt in rebus inane.
O Curuæ in terris animæ, & cæleſtium inanes

4. Nonne poſſem hic dicere illud Cæcilianum, *ô triſtes ineptias, ridiculæ ſunt*, Senec. *Epiſt* 113. difficilis eſt exitus veterum iurgiorum inquit Symm. *lib.* 10. *Epiſt*.39. res enim multis agitata iudicijs & actionum varietate & cognoſcentium motu & perſonarum mutationibus implicatur, imo ex ipſarum legum ſenſu male detorto, vel etiam ex ipſis legibus malè applicatis, ſæpè etiam conſuetudine aut diſſuetudine abrogatis, infinitæ & controuerſiæ & vulgares querelæ, nec non litium tanta copia, quanta nec vllo æuo, credo fuit, nec hodiè inter ipſos Mahumetiſtas & Ethnicos eſt, prout ab ijs, qui apud illos commorati fuere, probè intellexi, imo ne quidem decimam litium partem ibidem extare, & ſi quæ ſint lites, illas ſine Iudiciorum ſtrepitu indilatè per officiatos ad illud conſtitutos determinari, quod vidi poſtmodum confirmatum ex alijs per Wilhelmum Anthonij *de Moratorijs reſcriptis tit.*10. *concl.* 68. *ſub num.* 82. *in verbis*, *vſque adeo* vt etiam apud ipſos Turcas hac parte melius iuſtitia adminiſtrari dicatur, vt pluribus videre eſt apud Renatum de Lulinga *de increment. conſer. & Occaſ. Imperiorum lib.* 2. *c.* 4. *n.* 5. vti & idem Wilh. Anthonij teſtatur controuerſias hodie in infinitum produci, quod moribus noſtris inueteraſſe dicit, præſertim Spiræ in ſummo tribunali, vbi lites ſpirant nunquam exſpirant, litigantes adeo diu ſperant, nunquam aſpirant, ac proinde dicit melius eſſe etiam iuſtam alioquin cauſam fouentibus, vt liti renunciando de iure ſuo aliquid remittant, prout vulgo dicitur nicht auß ſchuldigkeit/ ſed pro redimenda vexa, quæ dolenter refero dum cogito & recogito lites inter Chriſtianos, quibus ſũma pax concredita & præcepta fuit, fieri perpetuas, vel in longiſſimum & immemoriale tempus protendi, vt merito plurimæ leges, iniuria potius temporum antiquatæ, hoc eſt correctæ iuxta Menoch. *rem.* 4. *adipiſc poſſeſſ n.* 20. vigori priſtino reſtitui deberent, quia in definitione & extinctione litium publica verſatur vtilitas Martinus Monter à Cucua *deciſ. Regni arrog.* 21. *numer.* 5. *iuncta.* doctrina Zaſij *in l. cum quæritur numer.* 5. *ff. de except. rei. iudic.* vbi ait in publicum vtile eſſe, finire lites, & non ſeminare lites ex litibus, ne reſecemus capita Hydræ, quemadmodum reuera quælibet inſtantia & ſuas reperit lites ſuper emergentibus & incidentibus quæſtionibus, quinnimò vidi cauſas vltra triginta annos in executiuis ventilatas & propter vnum vel alterum incidens, cauſarum iudicatarum executionem in infinitum protractam fuiſſe contra illud Caſſiodori *lib.* 1. *Epiſt.* 5. in immenſum trahi non debent finita litigia, quæ enim dabitur diſcordantibus pax, ſi nec legitimis ſententijs acquieſcatur.

Porro

Digitized by Google

5. Porro ad obuiandum hiſce & ſimilibus malis vidi in Curijs Eccleſiaſticis, in quibus potiſſimum dantur iſtæ Inſtantiæ Inſtantiarum, executionem non fuiſſe retardatam in caſu vbi erant tres conformes ſententiæ, Clem. *vt calumnijs de ſentent. & re iudic.* pro quo vide deciſiones in Riccio *par.1.collect. 77.* & Maſcard. *concl. 1280.* vbi dicit, quando ſunt tres conformes ſeruatâ formâ dictæ *Clem.* ſtatim mittuntur executioni ſed non ſi aduerſus eaſdem petatur reſtitutio in integrum, quæ declaratio non practicatur iuxta Mynſ.*3.obſ.84.* pro cuius opinione, item & pro declaratione Riccij & diſſent.DD. allegat Borellus *in Summa deciſionum lib. 2. tit. 36. num.53. & ſeqq.* vbi & præfata doctrina aliquot modis declaratur, quemadmodum pro vtriuſque opinione varia præiudicia allegat Carotius *de except.contra praiud.ſentent. except. 48. num. 24. & ſeqq.* vide ibi, quando autem dicantur ſententiæ conformes, pulchrè tradit Theſaur. *deciſ. 122.* dicitque Zabarell. *in d. Clem.* eandem quoque in ſententijs interlocutorijs locum habere, ex quibus ſatis apparet in quantum vtile foret prædictas leges non ſolum ſuo vigori reſtituere, ſed etiam producta coarctare & Procuratorum receſſus præſcindere, ſed cum nullitas ex ijſdem actis apparens impedire ſoleat executionem, quomodo illa probetur vide Marcellum Calam. *de modo articul. & proban. gloſſ.vn.num.1372.* vtinam conſtitutio Auguſtana tempore Caroli V. in Imperio promulgata *par.3.tit.76.* §. Wo aber/ *& tit. 29.* Wo aber ſolches *in fin.* relata per Coler. *in rubr. de except.n.5. & 6.* ſtrictiſsimè obſeruaretur, qua diſputationes & altercationes in exceptionibus dilatorijs ad duo producta vtriuſq; partis reſtriguntur, & in exceptionibus peremptorijs progreſſus fit ad triplicationem incluſiuè.& in eâ gradus ſiſtitur, quæ hodie in omnibus inſtantijs quaſi in infinitum ampliatæ ac dilatatæ inueniuntur, ac ita verificatur vel maximè hodie vetus querela, Iuriſprudentiam multorum Camelorom onus eſſe, & quo plura iudicia & leges, eò plures ſuſcitari lites, & in perpetuis litibus, perpetua odia.

CAPVT VI.

Cauſas paruas, ſiue parua quantitatis, ad ordinarium Proceſſum non ablegandas, ſed extraiudicialiter expediendas & decidendas eſſe.

Cauſas minimas nunquam ad ordinarium Iudicium dimitterem non ideo, quòd rei minimæ non detur actio, quemadmodum aliqui malè ſentiunt ex illo vulgato, modicum non curat Prætor, nam egregium eſt, inquit, Plinius *8. epiſt. 2.* vt foris, ita domi, vt in magnis ita in paruis, vt in alienis, ita in ſuis cogitare iuſtitiam, & præclare S. Auguſtin.*lib.4.de doctrina Chriſt.c.16.* ſcribit: Paruas res, ſi de Iuſtitia agatur, magnas eſſe, ſed quia ſumptus ordinarij Proceſſus abſumere ſolent illud modicum, de quo eſt controuerſia, ideo non debet ordinario proceſſu peti, prioris prouerbij intellectus examinatur à Mauritio *tr. de reſtit. in integr.c.328.n.14. & ſeq.* quia illud dictum procedit in caſibus iure expreſſis, non verò regulariter; quippe Iuſtitia ſuum cuique tribuens, non diſtinguit inter magnum & modicum, Valaſcus *in praxi partitionum c.40. n.4. & 5.* vbi & docet ex Couarr. *lib.1. var. reſol.c.3.n.11.* Menoch. *de arbitr.lib.2.c.75. n.2.* minoribus etiam in modicis dari reſtitutionem, nec ex hoc offendi *l.ſcio ff. de reſt. in integrum*, quia d. lex ſcio non negat reſti- 1.

tutionẽ pro re minima, niſi quando per eam offenditur & deſtruitur actus maioris quantitatis, vti latiùs tradit *cap. praced. 39. nu. 38. & ſeqq.* aliàs in quibus caſibus minimi non habeatur ratio, vide Schrader. *de feud. p. 10. ſect. 7. n. 64. & ſeq.* Card. Tuſch. *lit. M. concl. 239.* DD. *in d. l. ſcio*, & præter Coraſ. *de iur. ciuili in artem redig. c. 24.* exornatum apud Vaſquium *de ſucceſſ. reſol. lib. 1. §. 1. num. 35. vſque ad num. 58.*

2. An rei minimę detur furtũ, & an eius furtum ſæpius iteratum, fiat mortale, vide apud Barboſ. *in c. fur autem, 14. q. 6.* imo nec in foro poli veniale iteratum ſæpiùs fit mortale, ſed tamen illud maximè cauendum eſt, quippe plerumq; res paruę maxima trahunt Plin. *lib. 1. ep. 20.* quia procedente vno malo, ſequuntur & alia, quemadmodum vulgò dicitur: ein Unglück kompt nie allein / cui aduenit vnum, non aduenit ſolum, nihil ergo tam leue, quod nõ magnæ interdum rei momentum faciat Plin. *d. loco.* S. Bernard. *de ord. vit.* Mens, inquit, Deo dicata ſic caueat minora, vt maiora, quia qui à minimis incipiunt, in maxima proruunt, vnde rectè dicitur, in maiora incidit, qui leuia temnit; & Sponſa *in Cant. cap. 2.* Capite nobis vulpes paruulas, ait, quæ demoliuntur vineas, à paruis initijs rebusqúe, lites ſæpius ortæ ſunt, quæ poſtea nullis viribus tolli potuerũt, ligatur enim pars litigans inſtantia iuxta tradita Gratiani *lib. 1. diſcept forenſ. cap. 118. num. 51. & ſeq.* & Martin. Monter à Cueua *deciſ. Regni Arrag. 22. num. 14. & ſeqq. l. 3. §. 2. ff. de peculio*, de quo vide Borellum *in ſumma deciſionum lib. 2. tit. de ſentent. defin. num. 218. & ſeqq.* quemadmodum quoque iudicium redditur in inuitum, hinc ad propoſitum benè dixit Seneca, facilius eſſe à certamine abſtinere, quàm abducere, quare belliſſimè Auguſtus, **Cæſar aureo hamo** eos piſcari, ait, qui magno ſumptu aut periculo de rebus paruis dimicant; & Quintil. In rebus paruis tragœdias mouere tale eſſe, quaſi velis perſonam Herculis illiusqúe cothurnos aptare infantibus, deinde experimur, quòd cauſa parua tantos requirat ſumptus & aliquando maiores, quàm cauſæ magnæ alioquin importantiæ, & dum vtraque diſceptatur, iuſtitiæ æqualitas requiritur, licet paruitas rei limitet generalitatem ſtatuti, prout exornatur in Alderado Maſcardo *tract. de Statutorum interpret. cap. 5. nu. 47. & aliquot ſeqq.* vbi & in quibus res minima vel modica non conſideretur; latè Vaſquius *de ſucceſſionum progreſſu lib. 1. §. 7. num. 35. vſque ad num. 58.* modica in quibus rebus non curentur vel remittantur, modus itaque procedendi planè diuerſus eſſe deberet, vt in hac ordinariè, in illa verò ſummariè & extraiudicialiter procederetur iuxta illud:

Ne foueat litem lana caprina diu.

Ne iuxta illud Virgil. in Ætna:

Leues crucient animos & corpora cauſæ.

nec enim propter res paruas eſt nouandum aut turbæ mouendæ, Zaſius *in parat. de reſtitut. in integrum*, iunctis traditis per Tepatum *in Compendio Deciſionum tit. 179. de cauſis minimis*, & rurſus Zaſius *lib. 1. conſ. 20. num. 10. & ſeqq.* docet, quòd modicus exceſſus in iure non curetur, quòdque veritates legales ad punctum non ſint redigendæ.

Præſertim hodie, vbi tantus eſt opinionum conflictus, tanta intellectuum varietas, & tot excogitantur cauillationes & impoſturæ à Principalibus, Cauſidicis, Procuratoribus, tanta quoque eſt negligentia Iudicum, tanta quandoque inſcitia, adeo eorum 3.

Digitized by Google

rum charitas refrigeſcit in dirimendis litibus, vt ſæpe videamus verificari illud Germanicum adagium, Man hatt leicht mehr verrecht/ dann errecht/ ſæpe impenſarum onus, dicit Scaliger *3.poëm.17.* opprimit rei controuerſæ vtilitatem, præſertim tunc, quando ſunt, qui ex parua cauſa magnam, atque ex riuolo fluuium deducere ſiue paruas controuerſias extollere, Iudiciorumque tricis in infinitum protrahere norunt, peſſimæ Reipublicæ peſtes, quia dum litigia ſopiri deberent atque extingui, excitantur atq; accenduntur, & quidem vt inquit S. Bernardus *lib.1.conſid.ad Eugenium Papam cap.4.* Quotidie perſtrepunt in Palatio leges, ſed Iuſtiniani, non Domini, hæ autem non tam leges quàm lites ſunt & cauillationes; O tempora, ô mores, non imponitur finis liti, niſi alter ex litigantibus reducatur ad mendicitatem, ita formaliter Saccia *de appellat. quæſt.17. limit. 40. ſub num. 4. vbi per tot.* quod appellatio non habeat locum in cauſis minimis & breuioribus (de quo tamen referuntur opiniones *num.13. & ſeqq.* vt affirmatiua vera ſit de Iure Canonico, negatiua verò de Iure ciuili) vide ad eum, quia præter Card. Thuſcum *lit. M. Magna res & parua ex quibus cauſis iudicatur concl. 4.* & ibi remiſſiuè, item Marant. *in Speculo par.4. tit. de Iudic. ſummario,* vbi *nu. 189. & ſeqq.* quæ ſint cauſæ modicæ, breues & magnæ, per plures concluſiones tractat; quæ ſint cauſæ minimæ, vti per Menoch. *de arbitr. caſu 72.* hoc arbitrio Iudicis relinquitur, & remittit ſe ad *quæſt.17. limit.6. membro 9. num. 14. & ſeqq.* vbi reperitur doctrina pro declaratione priuilegiorum de non appellando infra certam ſummam, quemadmodum Sereniſſimus Princeps Elector habet priuilegium ſummæ 1000. Ciuitas noſtra 700. Ciuia 600. aureorum, vt quicquid eſt infra illam ſummam, ab eo non poſſit appellari, & dicit Scaccia (loquendo de appellatione actoris) non conſiderari quantitatem ad quam condemnat ſententia, ſed conſiderari quantitatem, ad quam Iudex omiſit condemnare ex quantitate petita, vti ibi exemplificat, ſicuti & cauſam Iudicij ex iure Actoris potiùs, quàm ex defenſione Aduerſarij metimur *l. 1. §. 1. ff. ſi pars hæred. pet.* at verò loquendo de appellatione Rei attenditur quantitas ad quã ſententia condemnat, vbi & latè de appellatione à poſſeſſorio, an & quando illa licita ſit, multa quoque ex prædictis vide illuſtrata apud Knichen *in comment. de Saxonum non prouoc. iure ad verbum Ius, cap.2. num.152. & ſeqq.* vbi & lepidi verſus contra Aduocatos & Medicos, quòd ipſis tres facies aſſingantur, & quales, vide ibi.

4. Porro an iuramento boni viri, vel valde honeſtæ perſonæ in rebus minimis ſtetur, video quoque controuerſum, affirmat Tiraquellus *de rebus exiguis*, & Guido Papa *deciſ. 614.* docet, quod in modicis expenſis ſtetur iuramento perſonæ honeſtæ, dicitque ita ſeruari, & in quibus cauſis ſtetur iuramento partis, exactè tradit Chaſſan. *in conſ. Burgun. rubr.1. §.5. num. 176. & ſeqq.* vbi referuntur 36. caſus, in quibus ſtetur iuramento, ſed quomodo, vide Paponem *de arreſtis lib.9. tit. de iureiur. arreſt. 3.* & pulchrè apud Carocium *tract. de except. contra praiudic. ſentent. except. 49. num. 162. & ſeqq* vbi ân viri boni iuramento ſtetur, quis talis, & quid in practica obſeruetur, ſed prædicta affirmatiua dubia redditur ex traditis per Coraſium *de iure ciuili in artem redig. cap.6. num.4. & ſeq.*

vbi ne quidem Scipionis Africani teſtimonio in re propria credi aſſerit, & loquitur de modicis, poteſt igitur declarari prædicta doctrina, quòd in minimis non requiratur plena probatio, Tuſchus *lit. M. concl. 239. num.* 22. deinde etiamſi affirmatiua obſeruari dicatur, tamen ſemper admittitur probatio in contrarium, Tiraquel. *de retract. conſ.* §. 4. *gl.* 1. *num.* 1. *& ſeq.* Roland. *conſ.* 87. *vol.* 4. & diſputatur apud Maſtrillum *deciſ.* 60. an valeat pactum quod ſtetur alterius aſſertioni iuratæ circa damna & expenſas, & an hoc ipſum extendatur ad tertias perſonas, de quo vide Colerum *de proceſſ. execut. lib.* 1. *c.* 10.

5. Nihilominus multi caſus, quibus res modicæ probantur iuramento, referuntur in *Tractat. Regulæ fallentiarum Iuris ciuilis & Canon. lit. P. verb. probatur impedimentum,* in rebus paruis defertur iuramentum in ſupplementum probationis, ſecus in magnis & arduis DD. *in l. admonendi,* ibi latè Iaſon *ff. de iureiur.* vbi videndus Iaſon, quando dictum iuramentum locum habeat vel non; in ſumma, hodie maxima de minimis, de maximis minima cura eſt, imò ne quidem ſuper paucis, quorum retributio æterna eſt, amplius vel ſaltem rara fidelitas, & tamen nihil paruum inquit Curt. *lib.* 9. in quo magnæ gloriæ locus eſt, in paruis rugiunt vt leones, in magnis formicæ ſunt; qui contemnit modica, inquit Eccleſiaſt. *c.* 19. paulatim decidit, vide exornatum in Fab. Iuſtiniano *in Tobiam c.* 4. *verſ.* 23. *doc.* 3. quòd peccata venialia valde noceant, licet minima; qui errat in minimis, inquit Sareſb. 2. 27. paulatim ad maiora prolabitur, facilè namq; ſerpit vitiorum contagio, Philo *de fortit.* maiores metus minores excludunt, & res maior trahit ad ſe minorem, de quo Zaſius *in l. fundum, n.* 3. *ff de except. & præſcrip.* Sapientis igitur eſt malorum initijs occurrere Ariſtot. *lib.* 4. *Polit. c.* 8. quia à ſcintilla vna augetur ignis *Eccleſ. c.* 11. igitur dum paruus eſt hoſtis, eum interfice, in ore omniū eſt, modicum non curat Prætor, in corde paucorũ, qui modicum verbum, nedum graues iniurias perferant, modicũ pro Chriſto pati dediſcimus, pro mundo maxima pati ſcimus, corporis mala deploramus, animam à qua receſsit Deus, non curamus, modica quærimus & magna negligimus; cum tamen modicum à nobis requirat Chriſtus *Matth.* 11. modicum paſsionis æternaliter, hæc vero temporaliter tantum, imò vix remunerantur, dura ergo patienter toleranda, & modica peccata euitanda cõſtanter, quid enim iuuat magnam ciuitatis obſeſſę portam fortiter propugnare & tueri, dum hoſtis per porticum intrat.

Enimuerò præter adducta ex Royſio *deciſ.* 3. *tit. præced.* leuia vel grauia delicta, quæ dicantur in iure noſtro vide *l. leuia ff. de accuſat.* Bart. *in l. non ſolum,* §. *ſi mandato ff. de iniurijs,* latiùs Franciſc. Marcus *par.* 1. *q.* 905. vbi & quæ dicatur leuis vel atrox iniuria. & *quæſt.* 81. *n.* 3. quæ notanda ſunt in caſu, ſuper quo hodie conſultus reſpondi, quòd licet communio bonorum ſit inter coniuges, tamen ſecus eſſe in delictis, & conſequenter adulterium viri non debere redundare in præiudicium mulieris ſiue vxoris, quippe noxa caput ſequitur, prò quo eſt pulcherrimus textus *in l. ſancimus, Cod. de pœnis.* & aliqua moralia in Papone *de arreſtis lib.* 24. *tit.* 12. *in prin.* neque æquum eſt alieni criminis infortunio aſtringi vxorem *l. res vxoris, Cod. de donat. inter vir. & vx.* & in caſu publicationis bonorum ita iudicatum reperitur apud Gail. 2. *obſ.* 86. *n.* 14. iura DD. & con- 6.

ſue-

Digitized by Google

ſuetudines conformes, quòd ſocius etiam omnium bonorum ex delicto ſocij non teneatur, adducit Lambert. Goris *tr. aduerſar. iuris ſubcciſinor. c.16.n.7. & ſeq.* vti & Grot. *in introduct. ad Iuriſprud. Belg.* atteſtatur de conſuetudine Holandiæ, in qua eſt cõmunio omnium bonorũ inter coniuges, bona vxoris nõ comprehendi, ſi maritus propter delictum in bonis mulctetur, & licet Lamb. Goris *n.* 12. diſtinguat inter delictum graue & leue, tamen *n.13* & hoc caſu æquũ putat, vt dum coniunx coniugi iniuriam facit, & damnum infert, teneatur ad reſtitutionem damni illati; vbi remittit ſe ad Valaſcum *in praxi partit. cap. 24.* pleniſſimè hoc tractantem. Immo vxor indotata ſeu inops non obſtante confiſcatione, etiam in crimine læſæ Maieſtatis, capit quartam, de quo & in ſimilibus latius Beſoldus *in Theſauro practico litt. C. verb. Confiſcation.* in conſilio ibi ſubiuncto, latè agit Gail *lib.2. de pace pub. cap.16.* an vxor, marito bannito, dotem repetere, eamq; ſaluam habere poſſit.

7. Placet ad propoſitum de re minima adiungere quæſtionem, An. 1645. 7. Octobris à ſocru mea Clara Vbelgun condicta Beckers, fœmina valde honeſta & pia, ſed ſatis ſcrupuloſa, mihi propoſitam, num ſibi liceret die Dominico tunc inſequenti, vuas exprimere, quemadmodum & antehac D. Paſtorem deſuper conſuluerat, & licere tempore neceſſitatis pro reſponſo acceperat, ſed ego prædictam quæſtionem nec affirmatiue nec negatiue reſoluere volui, eiuſdem determinationem ſaniori Theologorum iudicio relinquens, ne hoc caſu contra viri prudentis officium ſcrupulum facerem vel augerem, illo caſu ne præcepti de Sabbatho ſanctificando habenas laxarem, vel etiam ne extra profeſſionem meam in rebus ſpiritualibus & peccatum concernentibus quicquam determinarem: nam ſicuti illi, qui alios ad iuſtitiam erudiunt, vt ſtellæ in cœlo fulgebunt, ſic hi, qui alios iniuſtitias docent, in æternũm ardebunt, à quo non multum diſtat Admodum Reuerendi atque Eximij Patris Rectoris Ray cognati mei mihi tranſmiſſa ſententia, qui librum pernicioſum edendum promouet, ſibi cibum in inferno edendum præparat, quia errorum patroni ſunt hæredes inferni, hinc Poëta:

O mihi contingat nunquam ſapientia talis,
Auctori quæ ſit pernicioſa ſuo.

Nam quamuis in propoſito doceat Wameſius *tom.1. conſil.75. num.2.* quod infinita ſint opera ſeruilia, quæ ſub prædicto præcepto non cadant, ſed excuſationem mereantur, quodq; eam faciat modus ipſius operis, videlicet ſi modicum id ſit, & tam modicum, vt non impediat ſpiritus libertatem, vel diuini cultus obſeruationem, ita quod operis quantitas omnino ſit conſideranda, quę ſi parua eſt, ad peccatum referenda non ſit, quia, vt ait, modica in conſideratione non habentur, quod video ampliari à DD. allegatis per Bonacinam *circa tertium Decalogi præceptum, diſput.5. quæſt. vn. punct.3.* quod paruitas operis excuſet à mortali peccato ſeruiliter laborantem ſpatio vnius horæ, quod aliqui reſtringunt ibi ad vnum, duos, vel tres horæ quadrantes, de qua materia latius ibi, quam tractant Canoniſtæ *in cap. licet*, ibi plures allegat Barboſa, *x. de ferijs, & in terminis, num.6.* docet licitum eſſe, ſegetes iacentes in agris, & fœnum in pratis, ad locum ſecurum in feſtis deferre, ſi immineat tempeſtas vel pluuia, quæ corrumperet, ſi in agro remanerent, atque ex eadem cauſa licitum eſſe ait tempore vindemiarum vuas colligere, ne pereant, &

proſequi opus inceptum, quando notabile damnum ſequeretur ex dilatione & omiſſione operis. Prædictis accedit communis obſeruantia, deinde quod benè memorata mea ſocrus vuarum, die præcedenti torculari impoſitarum, expreſſionem continuare, & prioribus expreſſis nouas ad exprimendum imponere cogitaret, ad quod opus tres quadrantes horæ non requiruntur.

8. Verum ex cauſis prædictis nolui me ſuper propoſita quæſtione reſoluere, interim pro conſtanti teneo, Neceſſitatem & Charitatem in omnibus externis diſpenſare, quemadmodum eius exempla habemus in Chriſto, apud Lucam *cap. 14.* Marcum *cap 2.* Matthæum *cap. 2. & 12.* hinc quoque Canoniſtæ docent, ferias non procedere in cauſis pietatis, miſerabilium perſonarum & debilium, quia ſunt miſericordiæ opera, in quibus dierum diſtinctio non admittitur, *cap. vtinam, diſtinct. 77. cap. numquam de conſecratione, diſt. 5.* exempla rurſus habes apud Ioannem *cap. 5.* Lucam *cap. 6* hinc videmus & audimus, Monaſterij Weſtphaliæ pacem & concordiam inter Chriſtianos, tam diebus feſtiuis quam Dominicis tractari, immo & prælia illo die committi, quemadmodum & Machabæi in Sabbatho (cuius Iudæi multo obſeruantiores erant, quam nunc Chriſtiani diei Dominici) pugnaſſe leguntur, extra quos caſus videlicet neceſſitatis, charitatis, & maioris vtilitatis, ſeu ad maiorem Dei gloriam, ſeu in bonum commune (hoc enim caſu epicheiæ locus eſſe poteſt) non audeo determinare ſeruilia opera, ne quidem per quadrantem horæ licita eſſe, quia habemus præceptum clarum & expreſſum, cuius violatio eſt mortale, ac obſeruatio eius indiuidua, quemadmodum & legitur quod Chriſtus Dominus noſter in die Sabbathi ab omni opere ſeruili abſtinuerit, cuius vita, noſtra debet eſſe inſtructio, & ſicut ſcriptum eſt, *1. Ioan. 1.* qui dicit ſe in Chriſto manere, debet, ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare, alias Chriſtianum fuiſſe magis nocebit, quia damnabilior eſt falſitas in veritatis profeſſore, vnde Iſidorus *de Etymol.* Non ſe glorietur Chriſtianum, inquit, qui nomen habet, & factum non habet. conuenientia ergo ſint opera noſtra præceptis diuinis, neceſſe eſt. Quemadmodum autem legis diuinæ habentis varios intellectus violatio non eſt peccatum mortale, Barboſa *in cap. Capellanus, nu. 4. x. de ferijs,* ita eiuſdem clara diſpoſitio per DD. non eſt interpretanda, iuxta tradita DD. *in l. 1. Cod. de legib.* & per me ſupra de Æquitate, minus exceptio in lege diuina non contenta per modum diſpenſationis, ab inferiori contra legem Superioris inducenda eſt, cum alibi docuerim, ſignanter *tit.* de opinionibus & de quæſtionibus, diſtinctiones & declarationes Theologorum & exceptiones limitationesq́; Iuriſconſultorum contra Regulas & præcepta ſæpe periculi plenas eſſe, & vergere in propriam ac conſulentium perniciem.

Nec puto obſtare reſolutionem à Domino Paſtore factam, quandoquidem illa in caſu præſenti nimis generalis eſt, & quæſtionem non determinat, quandoquidem neceſſitas, quæ poteſt eſſe non neceſſitas, non releuat, vnde iuxta illud vulgatum, Ius ex facto oritur, prius videri debet, an in caſu præſenti ſit aliqua neceſſitas, alias præſuppoſito ceſſante, ceſſat quoque diſpoſitum, quemadmodum Barboſa *in d. cap. licet, d. tit. ſub num. 16.* dicit ex illo textu vulgo colligi, quod neceſſitas inſtans & moræ imminens 9.

Digitized by Google

minens periculum non recipiat dilationem, quo caſu, & non alias, licitum eſſe à regulis iuris vel præceptis diuinis recedere, iunctis traditis ijs, quæ contra vulgò prætenſas neceſſitates infra de tempore dicta & probata exiſtunt. Neque obſtat quod de re minima ex Wameſio dictum eſt, quia *in princ. cap.* ex S. Auguſt. doctum fuit, paruas res, ſi de iuſtitia ſeu obſeruatione præcepti diuini agatur, magnas eſſe, & quia prior doctrina Brocardica eſt, ad conſequentias contra regulas prohibitiuas induci non debet, qui enim iuſtitias noſtras iudicabit, qui de verbo otioſo requiret rationes, qui Ieruſalem (puta homines cæteris meliores) in lucernis ſcrutabitur, putasne illum non iudicaturum, ſi opera ſeruilia die Dominico feceris? vbi agitur de iure communi, etiam minima curantur, Barboſa *tract. Axiomata Iuris vſu freq. axiom. 150. nu. 5. & per tot. & ax. ſeq.* quando modica conſiderentur, vel non, ſed quæſo quis hic ex DD. interpretabitur modicum eſſe, quod fit contra præceptum diuinum?

10. Sic nec obſtare exiſtimo DD. apud Bonacinam allegato loco, quandoquidem maius & minus non diuerſificant ſubſtantias rerum, neque ſpecialitates facile inducere debemus, ſed ſenſus, per quem inducitur ſpecialitas aliquo caſu, eſt fugiendus, Alexand. *in l. quid de bonis, §. cum fideicommiſſum, in fin. ff. ad leg. Aquil.* hinc qui dicit permiſſum eſſe aliquid in caſu ſpeciali (v. g. modica opera ſeruilia die Dominico facere) id probare, & rationem ſpecialitatis allegare debet, Dec. *in cap. conſuluit, num. 4. x. de appellat.* Crauett. *conſil. 229. num. 15.* Cephal. *conſil. 207. num. 15.* præſertim in caſu præſenti, vbi ratio & æquitas dicti præcepti Diuini generalis exiſtit, & conſequenter illud generaliter intelligendum & practicandum. Rurſus non obſtat doctrina Barboſæ, quia loquitur in caſu neceſſitatis & periculi, ac proinde quoad cætera manet ſub regula, nec reſiſtit prætenſa obſeruantia, quia non quid Romæ fiat, ſed quid fieri debeat, attenditur, *l. ſed licet ff. de offic. Præſid.* quemadmodum nec prætenſa continuatio, quia actus à principio licitus, ſi incidat in caſum illicitum, à quo incipere non potuiſſet, tunc actus erit punibilis, & non inſpicitur initium, vt probat Zaſ. *in l. clam, n. 10. ff. de acq. poſſ.* ideoq; nec opus die Sabbathi inchoatum, die Dominico continuare & perficere licebit, alias ſartores & ſutores poſſent ſemper die Dominico laborare, quod permaximè abſurdum eſt, vnde & illud à quo dimanat, quod argumentum in iure noſtro dicitur fortiſſimum, præcepto igitur Diuino innitendum ſuadeo, vt ab eo, extra caſus exceptos ſupra relatos, ne latum quidem vnguem diſcedamus.

Prędictis attentis non caret apud me difficultate, quod quidam bonus meus amicus aiebat, Religioſos dixiſſe, poſſe ſe in caſuis iuſtitiæ celerem expeditionem requirentibus, vel moram non permittentibus, die Dominico laborare, abſque eo quod teneatur Sacrum audire, quia etſi putem & ego quod diebus Dominicis liceat cauſas iuſtitiæ expedire, & ea opera facere & exercere, quæ non ſunt ſeruilia, dummodo eiuſmodi exercitium de ſui natura non ſit illicitum, ſeu alteri non præbeat cauſam ad illicitum, tamen in caſu propoſito reſpondi illum fuiſſe obligatum maturius ſurgere, & Sacrum audire, ſi & hoc tempus ad expeditionem cauſarum neceſſarium non fuerit, video quoque controuerſum eſſe inter Doctores, an diebus feriatis liceat ſtu- 11.

ſtudere, & magis vera opinio eſt licere, vnde ſcitum eſt illud prouerbium:

Scholares, qui obſeruant feſta,
Male ſciunt Codicem, peius Digeſta.

12. Quinimo & Aduocatos pro lucro ſtudere videmus diebus Dominicis & alijs feſtiuis, quod multi reprobant, vel illicitum putant, cum tamen ſtudere non ſit opus ſeruile, quia & alias vt opus ſeruile dicatur, requiritur quod opus tendat principaliter ad lucrum, & per oppoſitum non ſeruile, quando non tendit præcipue ad lucrum & commodum, Scaccia *de Iudic. lib. 2. cap. 5. n. 120.* in quo cap. multis agit de ferijs, & quę in illis fieri & expediri poſſint, vel nõ poſſint, prout & Borellus *in ſumma deciſionum lib. 2. tit. de ferijs 38.* ad quos Lectorem remitto, iunctis traditis per Bonacinam d. loco, aliosque Theologos per Barboſam allegatos, quibus hac in re nihil præſcribo, ſed tantum rogo, vt Diuinis pręceptis, Conciliorum & SS. Patrum decretis inſiſtant, neve leuiter per prętenſas horum vel illorum, ſeu etiam proprias diſtinctiones & declarationes ſeceſſionem faciant, ſed ijſdem potius pro re nata firmiter inhæreant, quandoquidem ſecundum illorum præſcriptum viuentes vti nunquam damnatos, ſic ab illis aberrantes nunquam legi ſaluatos, niſi ad extremum pœnitentiæ remedium relapſi fuerint, ac proinde etiam quoad Magiſtros dici poterit, quemadmodum

Nil ſcire, tutiſſima fides.

Sic firmiter credere, & bene facere, certiſſima ſalus. Quis enim dubitat, multis ſatius fuiſſe litteras plane neſciuiſſe, quam exorbitantes diſtinctiones, declarationes, exceptiones & limitationes docuiſſe, nec dubito, quin illi, qui huius vel iſtius ſatis alioquin demonſtratæ rei vel doctrinæ contrarium volunt, ſat multas, antequam victas manus dare, vel cedere velint, ratiunculas hinc inde conquiſitas allaturi ſint, nec corrigi velint, quia vt, teſte Eccleſiaſte *cap. 1.* peruerſi difficile corriguntur, & ſtultorum infinitus eſt numerus, qui eheu! magis reſpiciunt vitam præſentem, quam terminum ſequentem, & quamuis vitia ſub obtentu nominis celent, & tales dici nolint, tamen re ipſa ſeu doctrina ſua comprobant, ſe ſatis contra regulas & præcepta eſſe obſtinatos, confer notata infra de Opinionibus *cap. 1. 2. & vltim.* & Ianſenium in quatuor Euangel. *cap. 42.* Matth. 5. & Luc. 6. ibi & vides quæ ſint præcepta minima, ſed hoc præceptum de Sabbatho ſanctificando, non eſt minimum, cur ergo ab alijs, quid faciendum ſit, quærimus conſilium? Quærimus conſilium, inquit S. Auguſtinus, *in libr. de lapſu Mundi*, habemus copiam non ſapientis, ſed Sapientiæ: Teneamus ergo doctrinam Magiſtri, & relinquamus declarationem diſcipuli; & de veritate, quidam inquit, Nemo poteſt ſtultitiam à vera ſapientia in tanta opinionum varietate diſtinguere, niſi Deum eſſe credat, & eius verbum primùm complectatur fide, qua imbuti & edocti, non diſputandum, ſed diem Dominicum ſanctificandum eſſe ſcimus: Ergo & in minimis caute age, quia non eſt minimum, in vita hominis negligere minima.

* * *

CAPVT

CAPVT VII.

Diminutum numerum Aduocatorum & Procuratorum ad extirpandas vel abbreuiandas lites conducere vulgo putatur, & quid in re ſit, in quo docti laudantur & indocti reprehenduntur, & de remedio.

1. EQuidem non inficias eo, ſed vidi quãdoq; per quoſdam lites calumnioſas, viles, & inutiles excitatas. & ſæpius promotas, hinc applauſum inueniunt, qui ſi non totalem extirpationem ſaltem diminutum numerum Aduocatorum & Procuratorum ſuadent, varijs inſtructi argumentis, inter alia quaſdam venditant hiſtorias, quod Columell. *in præfat.* dicit, ſine cauſidicis olim ſatis fœlices fuiſſe futuraſque etiamnum eſſe vrbes, & de malitijs Aduocatorum, digna quæ legantur, habes apud Ammianum atq́ue illud Anacharſis Schytæ apud Laertiũ dicentis, forum eſſe locum deſtinatum ad fallendum inuicem, atque ad dandas auaritiæ man᷑, & vt Seneca inquit, Iuridicos velut canes acerrimos non niſi oblato cibo manſueſcere, præter nonnulla alia relata à Magiro *in florilegio in verb. aduocatus* & Tiraq. *de nobilitate cap.* 29. ſicuti Tertull. *de Pallio, inquit*, plus togæ læſere Rempubl. quam loricæ, vtcunq́ue autem prædicta & ſimilia aliquem colorem habere videantur, tamen carent ſapore, ſunt argumenta dicit Zaſius *in l. ſi à te §. ſi quis num. 8. ff. de except. rei iudic.* lunaria, lunatica, ſplendent quidem ſed non calefaciunt, imo dico potius cauillationes & ſcommata quam argumenta eſſe, in malos ritè quadrãtia, in bonos iniurioſiſſimè detorta, & plerumq́ue per ignorantes ingeſta, tot enim ſunt artis hoſtes, iuxta Boët. quot ſunt ignorantes, *qui & lib. 1. de conſol. proſ. 3.* teſtatur, mundi ſapientes ſemper odio habitos fuiſſe, quia diſpares mores, vt inquit Cic. *de amicit. poſt med.* diſparia ſtudia ſequuntur, quorum diſſimilitudo diſſociat amicitias, nec ob aliam cauſam vllam boni improbis, & improbi bonis amici eſſe non poſſunt, nam omne ſimile appetit ſuum ſimile vt dicit Philoſ. & innuit Ouid.

Scilicet ingenijs aliqua eſt concordia iunctis,
Et ſeruat ſtudij fœdera quiſque ſui

Et Horat:

Oderunt hilarem triſtes, triſtemq́, iocoſi.
Sedatum celeres agilem, gnauumq́, remiſſi.

Cohærere namque & coniungi nõ poſſunt, 2.
quibus & ſtudia & vota diuerſa ſunt *cap. in act. 16. q. 7.* ea propter iuxta illud Palingenij,

Inuiſa eſt vulgo ſapientia, propter
Diſſimiles nimium mores.

Imo quo quiſque indoctior eò etiam impudentior eſt iuxta Fab. *in declam.*

Quemadmodum & ſacra ſcriptura teſte 3.
in *Prouerb.* ſapientiam & doctrinam ſtulti deſpiciunt, hi ſunt eorum Magiſtri qui veritatis diſcipuli eſſe nolunt *c. nos ſi 2. q. 7. c. quid autem 24. quæſt.* 3. nemo quippè virtuti fauet, niſi qui ſequi poteſt, ait Lactantius *de diuino præmio, lib.* 7. coram quibus non ſunt dicenda verba prudentiæ *Prouerb.* 23. contra quos S. Hier. *ſuper illud Eccleſ.* 10 *verba oris ſapientis, gratia. & labia inſipientis præcipitabunt eum, ſic loquitur*, ſtultitia ſi ſua eſſet ruſticitate contenta, minus haberet mali, nunc vero contra ſapientiam bellum gerit, & quidquid prudentiæ in viro docto viderit, ſtimulata zelo non recipit, & latius ibi, damnat quiſque, quod ignorat, hi autem dimittendi ſunt ſibi, quia eorum conuiuium ſeparatum eſt Oſeæ *cap.* 4. quippè ſi forum tollas, ſi aduocatos extirpes, iudiciũ tolles & defenſionẽ

Digitized by Google

oppreſſorum extirpabis, pulchrè dicit textus *in cap. cum inter x. de except.* ſatis abſurdum eſſe, ſi Actore impugnãte, Reo defenſionis copia denegetur, quia ſic condemnaretur multoties abſoluendus, non fideliter agit, qui poteſtatem iure ſuo vtendi partibus adimit, qui defenſionem quæ iuris naturalis eſt, tollit, vel quocunque modo ſubtrahit, hinc belliſſimè Feſtus *in actib. Apoſtol. cap.* 25. reſpondit Iudæis S. Paulum interficere volentibus, quod Romanis non ſit cõſuetudo dãnare aliquem hominem priuſquam is, qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina, quæ ei obijciuntur, qui igitur Aduocatos extirpat, non lites tollet, ſed augebit, & ſi non augeat tamen præſentibus erit remedio opus, partibus litigantibus neceſſaria defenſio, vndecunque illa depromatur, qui eam ſuppeditat, aduocatus vtique, vtcunque non promotus eſt, eorum quæ norit vnuſquiſque optimus Iudex eſt, inquit Sapiens, extirpatis promotis, ſuccedanei nõ promoti haud meliores ſed deteriores erunt, promotio ſiquidem non eſt cauſa vitij, ſed potius virtutis, illi iuris ignari ignotiora producent & ſcribent, quod vide exornatum in Luca de Penna *in l. omnes num.* 33 38 *& ſeqq. C. de Decurionib.* nunquid Cerdones errabunt? nunquid de bono & æquo, cuius inexperti, rectè iudicabunt? miror itaque cur ij, qui ita ſentiunt, non etiam diuitias & fortitudinem aliaque ſimilia, quibus ſæpè delinquitur, in crimen vocent, nam ſi propter malos Iuriſconſultos & Aduocatos Iuriſprudentiæ & aduocatiæ iraſcuntur, etiam cætera bona vituperare, & res iudicandas non Iuriſperitis quidem relinquere debent.

Præclariſſima illa, cunctarum virtutum reginæ Iuſtitiæ, ſocia, omnium prima, (quæ in Paradiſo terreſtri initium ſuum habuit,) fuit Iuriſprudentia, in qua fundatus fuit ille proceſſus eodem ordine, qui adhuc ſeruatur, ita vt & pars citaretur & proponeretur actio, quam ſequebatur reſponſum Rei Adami, & demum ſententia Iudicis & condemnatio, quo igitur antiquior & venerabilior eſt ipſa Iuriſprudentia, eo magis illius ſimus ſtudioſi, amatores, & imitatores, è contra abſint mali & indocti, quibus euenire videtur, quod imperitis accidit textoribus, qui principio vel capite fili amiſſo, quo magis penſum voluunt aut reuoluunt, eo magis intricant, & ijs dum plagas aliquot velut nimium patulas conſuere nituntur, plures & grauiores infligunt, quemadmodum reuera vidi cauſas per tales ita intricatas redditas, vt ad exemplum Alexãdri Magni, inexplicabilem Gordium nodum gladio abſcindentis, non aliter extricari & emendari potuerint, niſi omnibus reſciſſis, cauſa magno partium incommodo diu peſſimè tractata, de nouo acta & reaſſumpta fuerit, nam iuxta Poëtam: 4.

Nil facit interpres, ſi litem lite reſoluat.

Quod ipſum quoque per imperitos Doctores fieri videmus, tales Doctores vocantur fontes ſine aqua, nebulæ turbine exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur, & Aſinæ Balaam comparantur, doloreſque dicuntur vel Doctores in Culina ſecundum Rebuff. *de nominat q.* 21. *num.* 12. & prouerbialiter vocantur Doctores neceſſitatis, id eſt ſine lege, quia neceſſitas non habet legem, neque illi ſubijcitur *cap.* 2. *& ibi gloſſ. de obſer. ieiunij,* vel Doctores tales dicuntur moneta tonſa, id eſt, ſine litteris, cũ

tales

Digitized by Google

tales monetæ non habeant litteras, plura contra indoctos refert & exornat Gratianus *tom. 1. diſcept. forenſ. cap. 186. paſſim per tot.* quod indocti Doctores non gaudeant priuilegijs, quodque inſufficientia præbeat iuſtam cauſam Officialem remouendi ab officio, & quod non habens peritiam artis, quam exercet, ſit in culpa, quemadmodum & illi aduocati, qui profitentur eam ſe artem ſcire & exercere, qua qui inferior eſt, ſuperior euadere, reclamanteque iuſto & æquo vincere poſſit, vndè vulgatum diuerbium, nulla cauſa tam mala quam peritus Aduocatus non poſſit bonam facere, *gloſſ. in l. quod ſi nolit §. ſi mancipium ff. de ædilit. edicto.* Merito quoque vituperandi ſunt, qui ſcientiam in fas & nefas habent, cum tamen in iure non detur iſta peritia, qua Patronus hoc facere poſſit, in quos quadrant obiecta Scommata, hinc Apuleius tales aduocatos & cauſidicos & oratores forenſes vocat vulturios Togatos, vt quibus præuaricari, reos prodere, vendere aduocationem & ſanguinaria rapacitate homines excarnificare frequentiſſimi ſit moris, & conceſſum in medio foro latrocinium, vt Colum. dixit, & plura ibi, hoc addito, quod tales non debeant nominari aduocati, cauſidici, Patroni & oratores, togati, quaſi ea appellatione abutantur, hæc enim nomina conueniunt probè diſertis ſolum, quorum munus etiam cauſidiana dicebatur ab Amminiano *lib. 3.* eâ forma qua Tertull. *lib. de Pallio* dixit iuridicinam & Apul. *lib.* 7. iudicinam vide ibi & de priuileg. DD. & qui illo gaudeant, vel non.

5. Hinc efficitur, vt qui hoc munus exercet, ſit vel debeat eſſe omnino vir bonus, nam ſi ars iſta malitiam inſtruxerit inquit Gudelinus *de iure nouiſſimo lib. 4. cap. 4. verſ. cæterum quod potiſſimum, &c.* nihil futurum eſt in publicis priuatiſque rebus iſto officij genere pernitioſius, vbi & vnde bonitas aduocati æſtimari debeat, nihil eſt inquit Caſſiod. *lib. 1. Epiſt. 12.* aduocationis officio, ſi purè impendatur, ornatius, Aduertendum interim eſt, illud vulgatum dictum, tene certum puta lucrum & relinque incertum videlicet lites, dubium euentum nihil æſtima, ad malos quoque ſiue ad illos applicari, qui defendunt cauſas per argumenta ſubtilia, vt videantur ingenioſi & merces eorum augeatur, ſæpè cadentes à cauſa, cum tutioribus argumentis vti potuiſſent, ex quibus victoriam reportaſſent Zaſius *in l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus ſub num. 17 ff. de re iudic.* quid prodeſt inquit Sareſb. 8. 8. verbis inanibus ventilare in ſcholis virtutis officia, ſi non actibus & vita ſolidentur, ſiquidem boni malique in Repub. nihil eſt inquit Aurel. Victor *de Caſ. c. 13.* quod in diuerſum traduci nequeat moribus præſidentium, ſed prædictum quoque in culpam cadit, ne no enim ſe periculo exponere & negotia periculoſa & lubrica vel inſolida gerere debet, quia & ſic quis de caſu fortuito tenetur, *l. ſi negotia ibi & gloſſ. ff. de negot. geſtis l. vel vniuerſorum ibi quoque gloſſ ff. de pign. act.* quemadmodum & Medicus, de quo *in l. medicus 3. ff de variis & extraord. cognit.* volens dolori oculorum mederi per aduerſa medicamẽta punitus fuit, ex qua l. originem ſumpſit Æſopi Fabula de qua Alciat. *lib. 2. Parerg. c 3.* nec dubiũ eſt apud nos reperiri, qui cauſas in infinitum protrahunt, ex certis incerta reddunt, veritati tenebras offundunt, & ſacrum iuſtitiæ templum multifariam coinquinant & profanant, inter quos ſunt, qui ſequuntur Phocionem, qui cùm à ſuis reprehenderetur, quod hominem impium

in Iudicio defendiſſet, reſpondiſſe fertur, quod nemo bonus patrocinio indigeat, Plut *in Phoc.* nullum vitium inquit Seneca *Epiſt.* 116. eſt ſine patrocinio, improbi pariter ad ſe tuendos & ad bonos petendos armati Liuius *lib.* 31. cui tandem vitio Aduocati deſunt? Seneca 2. de ira *cap.* 13. ſæpiſſimè calumnioſa obrepunt, & pro veris defenduntur, calumnioſa autem dicitur aſſertio quæ è veſtigio ſubuerti poteſt Zaſius *in l. quidam exiſtimauerunt numer.* 17. *ff. ſi cert. petatur*, prædictorum igitur irreleuans imo pernitioſa ſit oportet, ſi enim audacia & improbitas defenſionem ſibi ſciat paratam, quem non impetere & euertere volet? quis Magnatum impetus & violentias effugiet? quis Diuitum opprobria, vexationes ac iniurias ſuſtinebit?

6. Verum quia innocens hominum genus violentiæ & vexationibus aliorum maximè obnoxium eſt, illud quaſi præda ferocium deſtituendum, hoc maximè tuendum erit, quemadmodum niſi quis in aperto calumniari velit, fateri nos oportet inter cauſarum Patronos multos reperiri bonos, qui laudabile vitæque hominum neceſſarium teſte Imp. *in l* 23. *C. de aduoc. diuerſ. Iud.* aduocationis officium peragunt, qui dirimunt ambigua fata cauſarum, ſuæque defenſionis viribus in rebus ſæpè publicis ac priuatis lapſa erigunt, fatigata reparant, & non minus prouident humano generi, quam ſi præliis ac vulneribus patriam parenteſque ſaluarent, qui laborantium ſpem, vitam & poſteros defendunt, *l.* 14. *C. d. tit.* in ſumma qui veri boni ſunt, hos propter illos exterminare vel malè velle, ſtultitia plenum foret, ſi quid enim mali per illos contingat & fabricetur, non artis ſed perſonarum vitium eſt, abuſus autem ſubſtantiam rei non tollit, nec opus ex ſe ſed ex cauſa fit crimen, neque ex natura rerum, quibus vtimur, ſed ex cauſa vtendi & modo appetendi probandum vel improbandum eſt opus, quod facimus *cap. quiſquis diſt.* 4. prædicta exornantur per ea quæ tradit Guiliel. Anthonij *de moratoriis Reſcriptis titul.* 5. *concl.* 7. *numer.* 5. *& ſeqq.* vbi & ex Seneca 5. *natur. quæſt.* 18. tradit in natura ſua bona eſſe, quæ vitio male vtentium nocent, quoniam abuſus ſemper præſupponit vſum, & abuſus ſemper eſt abuſus, hoc eſt, res nihil derogans vſui, nec abuſus tollit rem ipſam vel eius ſubſtantiam & reſpondet ad ea, quæ in contrarium obijci poſſunt, vbi & illud Poëtæ.

Optimus in rebus modus, vſurpatio praua eſt.

Et pulchre dicitur, quod propter malos piſces retia rumpere non oporteat *cap.* 1. *cauſ.* 23. *quæſt.* 7. nec propter vnius aut alterius improbitatem intermittendæ ſunt benè de quam plurimis merendi occaſiones Philip. Comin. *lib.* 2. *comment.* nec malum cenſetur, quo benè vti licet. imo nullum vitium ita contra naturam eſt, vt deleat naturæ etiam extrema veſtigia S. Aug. 5. *de ciuitate Dei* 19. vileſcunt aliquibus aduocati & Procuratores propter multitudinem, iuxta illud:

Omne charum rarum, vileſcit quotidianum.

Sed forte thraſonibus, quis enim tam perfrictę frontis eſſe vult, vt neget ad decus Ciuitatis pertinere, illam repleri bonis & doctis ciuibus, ergo iuxta Poëtam:

Noli paucorum crimen diffundere in omnes

Quia:

Non res in vitium ſed male facta cadunt.

Vnde refert *ſumma Angel. in verb. ornat.* quod ornatus nō ſit peccatum ex ipſis rebus, ſed

ex

ex parte hominis, & ſic non vſus rerum ſed libido eſt in culpa, adeo vt & illa, quæ de ſui natura bona ſunt, vt orare, dare eleemoſynam, ieiunare & ſimilia, poſſint ex malis circumſtantijs fieri mala, fortè ſi fiant ad pompam more Phariſæorum Abb. *in cap. cum ab omni, numer. 2. de vita & honeſt cler.* quamobrem nec à probis & decentibus rebus ceſſandum, ob quorundam improbitatem ijs abutentium. melius eſt, ait S Chryſ. malis iniuſta præſtare, quam bonis ſubtrahere.

7. Hinc licet multi Iuriſprudentia abutantur, (quid ſit abuti & abuſus pulchrè explicat Zaſius *in l. aut Prætor § ſi cum iurauero nu. 8. ff. de iureiur.* & quomodo abuſus in rebus, priuilegijs, Iuriſdictionibus &c. eorũ priuatione puniatur per exempla tradit Huſanus *tract. de propriis hominibus cap. 8. numer. 24. & ſeqq* & an & quomodo aduocatia ex abuſu admittatur latè tradit Magerus *de aduocatia armata cap. 16. numer. 599. & ſeqq. & vide numer. 678. & ſeqq.* & quotidiana in materia vſusfructus apud Caſtilio *tract. de vſufructu cap. 35.* & deterioratione rei & quomodo Emphyteuta ob eam cadat latè Franſciſc. Milanenſis *lib. 2. deciſ. 17. numer. 30. & ſeqq.* adde Chriſtinæum *in Auth. ingreßi & Auth. hoc ius porrectum Cod de SS. Eccleſ.* ſint inquam, qui abutantur Iuriſprudentia, ſiquidem abutentibus nihil ſacroſanctum, inſipientibus nihil periculoſum) tamen propter malos boni luere vel exterminari non debent, neque enim Iuriſprudentiæ ſtatus ita corruptus exiſtit, vt in eo ſtatu non ſint, qui vitam honeſtè tranſigant & iuſtè viuant, iuſtitiáq; adminiſtrent, meliores igitur imitari ſtudeamus ſpretis & neglectis abuſibus & iniuſtitijs aliorum, quippè nemo propter Zizania in meſſe cõburenda excedit agro, nemo propter vaſa in cõtumeliã facta migrat ex domo Domini, bonorum exempla, quibus meliores fieri poſſumus, ſequenda nobis proponere debemus *l. facta § fin. ff. de pœnis* malos toleremus neque extirpemus, nunquid enim ipſa Eccleſia virgo & formoſa eſt? & tamen ipſa in quibuſdam Prælatis næuos habet, pura eſt & illuſtris, & tamen eiuſdem ſplendor vitijs quorundam & erroribus obſcuratur, & quæſo quis hodie ſtatus, qui non & ſuos habeat næuos, ſiuè in quo non multi in multis excedunt & delinquunt? qui ſtatus tamen propterea vituperari non debet. ſic inter duodecim Apoſtolos vnus fuit Iudas, ſic & in ſegetibus lolium, & inter ſalubres herbas noxiæ & venenoſæ pullulant, propterea tamen homines neque triticum neque olera innoxia aſpernantur, non magis quam Nilum in Ægypto frugiferum, eò, quod Crocodilum habeat, aut aſpidem, ſiquidem non poteſtas mala eſt inquit S. Ambroſius in Luc. *cap. 4.* ſed is qui male vtitur poteſtate vel Iuriſprudentia, habet enim hoc inſigne & præcipuum Iuriſprudentia, ſi iuſto fine diſcitur, vt virtutes vel reddat illuſtriores quas inuenerit vel non inuentas velut manu introducat, ſed & ſæpè fit, vt quæ in medium vtiliter à doctis conſulta ſunt, parum gratè recipiantur.

Sed tu vide ne in cauſa ſis, quod ſanctitas legum iniquiſſima corruptione aduocatorum & procuratorum ad quæſtum calumniandiq; libidinem vel in infinitam diſputandi licentiam proſtare cernatur Zaſius *ad tit de origine Iuris ad verb. Symphronius n. 8* ibi quoq; ad verb. Iuris ciuilis ſcientiam ex Cic. alijsq; inſigniter Iuriſprudentiam & 8.

Digitized by Google

merito extollit. & ex S. Hier. conqueritur, etiam ſacram ſcripturã multis patere ad abuſum, non exemplis prauorum, ſed legibus res ipſa vel Iuriſprudentia iudicanda eſt *l. nemo Cod. de ſen. & interr.* nec praua hominum exempla ſequẽda ſunt *l.1. in prin. ff. ad Senatuſconſultum Maced.* ſed iuxta bonorum exemplo noſtra vita regulanda eſt, proinde ſatius hoc caſu foret prodeſſe malis propter bonos, quàm bonis deeſſe propter malos Seneca *lib. 4. de benef. cap. 78.* Non licet igitur, quod hominibus familiare eſt, inuidiam rerum ex cauſa ſed ad voluntatem perſonaſque dirigere, vt Velleius Paterculus *lib. 2.* inquit, viderint illi in die illo, quo cum alijs in Valle Ioſaphat comparituri erunt, in æternum miſeri, tunc namque videbunt & re ipſa experientur, quod in mala cauſa nullum felix patrocinium, imò ne quidem in hoc ſæculo iuxta illud, nunquam fraus ad finem vſque felix, viderint & illi ad quos cura Reipublicæ hodiè multis modis corruptæ ſpectat, quod illorum malefacta non reprimant, audaciam refrenent, inſolentiam compeſcant, & totum proceſſum certis limitibus reſtringant.

5. Hoc quo melius fiat, in aliquibus locis ſunt tantum & admittuntur aduocati iurati, & olim certus erat numerus, quique ex eo erant numero, temporanei non perpetui *l. cum aduocatio* 8. *Cod. de aduocat. diuerſ. Iud.* licet poſtea penuria & paucitas Iuriſperitorum fecerit, vt perpetuarentur, Cuiac. *lib. 16. obſ. cap* 22. in mea patria materijs & productis Aduocati ſeſe ſubſcribunt, vt ita appareat an perſona legalis fecerit competenter & modeſtè iuxta præſcriptum *l. quiſquis Cod. de poſtul.* vt ita compareant degeneres ab illis, de quibus vulgò dici ſolet, So recht krumb machen / ex his inquit ſunt Terent. in Phorm. qui recta praua faciunt quod Sophiſtarum & prauorum non verorum Iuriſconſultorum officium eſt, quia vt dicit Caſſiod. *lib. 8. Epiſt. 18.* profeſſionem conſtat eſſe iuſtitiæ, legum peritos Iudices ordinare, quia vix poteſt negligere, qui nouit æquitatem, nec facile erroris vitio ſordeſcit, quem doctrina purgauerit, illorum vero eſt, conquiſitis ratiunculis veritatem offuſcare, quemadmodum Protagoras hoc ſe eloquentia & verborum induſtria effecturum pollicebatur, vt cauſa infirmior fieret fortior, Gellius *lib 5. cap. 3.* ita teſte Quintil. *declam. 334.* conſtituit natura arma nequitiæ, per quæ abducantur Iudicum animi, hinc exclamare licet.

Prô ſuperi quantum mortalia pectora cæca
Noctis habent.

Ammianus Marcellinus *lib* 30. ex Cic. refert, cum nihil tam incorruptum in Repub. eſſe debeat quam ſententia, non intelligo, cur qui pecunia corruperit, pœna dignus ſit, qui eloquentia laudem etiam ferat, ſed & hos compeſcendi modus reperitur in Scaccia *de ſent. & re iudicata gloſſ 9. numer.* 28. vbi referendo hiſtoriam Manl. è medio tollentis proprium filium, qui non ſeruato Iuris ordine & præcepto fœliciter dimicauerat, dicit quandoque ita fieri debere contra tranſgreſſores legalis diſciplinæ, quando ſcilicet Iudices depoſito timore, contempta religione, abiecta verecundia & vulnerata Iuſtitia nõ præceptis Iuris, ſed fauores commendationum, munera, & alias ſordes attendunt, nonne fur quinque aureorum ſæpè in altum tollitur, alijque gladio feriuntur, vel alijs ſupplicijs afficiuntur, qui minora ſæpius perpetra-

petra-

Digitized by Google

petrarunt & conſequenter hic quoque remedio & curatione opus erit, nam vt pulchrè dicit Iuſtin. *in Nou.39.de reſtitu.in prin.* decurſio & varietas humanæ naturæ paulatim egens curatione, non aliter ad benè ſe habendum reuocatur, (licet prima eius gubernentur principia) niſi etiam quod particulariter ei reſiſtit, corrigatur atque conſtituatur ſub tranquillitate & quiete, vt legi conueniens eſt. & rurſus *in l. Imperialis Cod. de nupt.* neceſſe eſt illorum improbitatem tolerabili remedio curare & è medio tollere, vt improbi ſpreta mala conditione ad meliorem migrent ſententiam, quippè quos diuinus timor à malo non reuocat, temporali pœna cohibendi ſunt *cap. clericorum de vita & honeſt. Cler.* ita Siſamenes Iudex ob iniquam ſententiam à Cambyſe excoriatus fertur & filius Othanes Patris corio inſidere coactus
10 Herod. *lib.* 4. Cogitemus interim cum Cicerone *in Rhet.* in nullo genere bonorum quid eſſe tam rectum, in quo abutendo vitium non reperiatur, & conformiter Seneca dicit, quod nihil inuenies tam manifeſtæ vtilitatis, quod non in contrarium transferat culpa, quam pulchrum igitur erit pariter doctum eſſe probumque & ſcire & ſapere: quandoquidem inſipiens doctrina timenda eſt, vt furioſus habens gladium, ſic doctus iniquus, doctos ergo & probos amemus, pro alijs oremus, vel malos emendemus, ſat quippè deplorata eſt Reſpublica, vbi optimorum eſt ſterilitas, & peſſimorum vbertas, thus Dijs, laus verò bonis viris tribuenda eſt Socrates apud Stobæum *ſerm. 1.* imò ad laudem Ciuitatis tendit doctos ibi eſſe viros probosque, confer tradita per Lucam de Penna *in d. l. omnes numer. 31. & ſeqq. Cod. de decurionib.* vbi dicit ſcientiam repellere & non competem mentis eſſe paria, gloria regni eſt inquit Caſſiodor. 8. *Epiſt.* 16. reperiſſe Iudices exquiſitos, obganniant igitur alij quicquid velint, & ſinamus Ciconias crocitare, aſinos rudere, ranas coaxare, canes latrare, anſeres glacitare anates tetrimare, cuculos cuculare, ſi noctuæ ſolem non appreciant, non erit vitium ſolis, nec Iuriſprudentiæ ſi alij eam vituperent, vel mali eadem abutantur, cum nihil vnquam adeo recte inſtitutum fuerit, in quod fiducia licentiæ, quæ prauis ingenijs agnoſci ſolet, abuſum aliquem non inueheret Claud. Catiuncula *de officio Iudic. cap.* 8. & hæc ſit in omni re animorum conditio, vt à neceſſarijs orta primo, cuncta peruenerint ad nimium Plin. *lib.* 26. *hiſtor. cap.* 4. imo lex ſimul ac lata, fraus præſto eſt, quę latius exornatur à Wilhelmo Anthonij *d. concil.* 7. *numer.* 1. *& ſeqq.* nam Aduocatos adhuc bonos reperiri quis dubitat? quis contrarium ſalua conſcientia dicere poterit? hos denegare eſſet magnam defenſionis partem tollere Chriſtinæus *vol.* 5. *deciſ.* 169. *num.* 5. & 6. & quoad illos vti poſſum verbis Ciceronis, quid etenim præclarius digniuſque inter mortales excogitari poteſt, quam homines reperiri, qui communi vtilitati ſeruiant, qui communia pro ſuis, ſua pro communibus habeant, qui velint & ſciant perſonam ciuitatis gerere, dignitatem decuſque ſuſtinere. Quæſtio interim facti eſt, an boni Aduocati in Repub. Chriſtiana plus boni, an mali plus mali faciant, hoc facilius credidero, propterea tamen bonos expellendos fere nullatenus ſuaſero, quam multi enim multum boni Reip. attulerint & adferant haud ignotum eſt,

ita

Digitized by Google

ita vt Xerxes dixerit, ſe non poſſe grauius malum optare ſuis hoſtibus, quam vt dementia capti viros ſapientes à ſe expellant, qui, quam ſæpe Rempub. & Patriam defenderint & ſaluarint, infinitæ hiſtoriæ teſtatum reliquerunt, quare de Doctoribus, Aduocatis, poſtulando, & ſcolaribus eorumq; priuilegijs vide varios caſus in Tepato *in compendio deciſionum tit.* 86.

CAPVT VIII.

Ad abbreuiandum lites ſummarius proceſſus conducit.

1. IN multis locis ſola veritate inſpecta & ſine figura & ſtrepitu Iudicij proceditur, de priori vide infra de veritate, & Marcellum Calam de modo articulandi & probandi *gloſſ.* 4. vbi latè, & de poſteriori eundem *gloſſ.* 3. clauſula autem, ſola veritate facti inſpecta, plus operatur, quam illæ clauſulæ ſummariè, ſimpliciter, de plano, ſine figura Iudicij, de quo & eius effectu Tepatus *in compendio deciſionum titul* 80. *&* *ibi* Doctores, vnde haud pridem conſului, vt actor impetraret commiſſarios, coram quibus cauſam inſtrueret, ſummarieque procederet, qua commiſſione durante non eſt lis agitanda coram ordinario Karpzouius *p.* 1. *conſtit. Saxon.* 1. *defin.* 12. nec in cauſis ſummarijs exceptiones altiorem indaginem requirentes admittuntur, ſed ad cauſam principalem reſeruantur, Gail. *de arreſtis Imperij cap.* 3. & licet Doctores velint, quod ſolus ſupremus Princeps poſſit, & non alius, cauſam ſummariè & ſine ſtrepitu Iudicij cognoſcendam committere Marantha *in ſpec. p.* 4. *diſt.* 9. *num.* 3. Ant. de Petra *de poteſtate Principis cap.* 8. *nu.* 27. *& cap.* 28. neque vnquam ordo ſolitus Iudiciorum remiſſus intelligitur, *l.* 35. *Cod. de in offic. teſtam.* Ant. Faber *in Cod. qui pro ſua iuriſd. def.* 3. *num.* 9. traditque Zangerus *de except. p.* 1. *cap.* 1. *nu.* 58. quod omnis cauſa regulariter ſit ordinaria, & quæ ſummariæ recenſetur, & quamuis in cauſis ordinarijs rariſſimè præfatæ commiſſiones decernantur, nihilominus tenendum eſt, quod Principes, Comites, & liberæ Ciuitates Imperij idipſum poſſint, per notata *p.* 1. *de clementia cap.* 12. & ibi remiſſiue.

Si tamen prædicti iubeant præcipiantq; iudicibus ſuis vt cauſas ſummarie cognoſcant & decidant, videtur hoc intelligendũ abſque diſputationibus otioſis & ſcrupuloſis, quæ ad remorandum cauſam tendunt, vt illæ cito expediri debeant Bart *in extrau. ad reprimendum verb. ſummariè* Lancellot *de offic. Præt. tit. de clauſulis ſummariè* Rebuff. *ad conſtit. Galliæ tom.* 1. *de ſent execut. art.* 9 *gloſſ.* 2. *n.* 13. *&* 25. vbi addit, quod in Francia ferè in ſummarijs vti plenarijs procedatur, debeatque ad petitionem partis libellus offerri Capell. Tholoſ. *deciſ.* 288. quemadmodũ in praxi videmus, quando ſũmarie proceditur (hic vocatur nothgedings weiſs procediren/ alibi quãdo extraiudicialiter de die in diem cauſa ventilatur, ſiue proceditur, tũc audientiæ eæq; extraiudiciales iterãtur ſæpius) quod caſu eo plena fieri debeat probatio, alias abſolutio fit à petitis, præſertim vero non præcipitandum eſt in ijs Iudicijs, quæ rectè vel ſecus adminiſtrata, plurimis felicitatem aut calamitatẽ afferũt. Philo *de charitate*, hinc hodiè in praxi videmus ſummariam cauſam differre tantum ab ordinaria circa Iudicij abbreuiationem, nõ autem circa ſolennitates probationum Puteus *deciſ.* 130. *lib.* 3. Franciſ. Marcus *p.* 1. *q.* 716. Bart. *in l.* 9. *ff. de offic. Proconſ.* & quomodo in illis procedatur Cacheran. *deciſ.* 1. & Guido Pap. *deciſ.* 369. adde notata *p.* 1. *de æquitate cap.* 8. 2.

Præ-

Digitized by Google

3. Præterea notandum ex Vaſquio *de ſucceſſionum reſolutione lib.1.§.9.num.105.* poſſe cauſam ordinariam pacto partium fieri ſummariam, ſaltem vt ſummariè coram Iudice procedatur, & quid ni hoc ipſum, Iudice ita permittente, ſi æquum ſpectes, ita fieri poſſet? è contra vero in litium progreſſum, vel etiam vt inſtantia litis prorogetur, conſenſus præſtitus non valet, per ea quæ docet idem Vaſq. *de teſtatoris potentia lib.1. §.7.n.40.& ſeq.* vbi notabilia illata, ante omnia vero iudicata exequenda erunt, vti patet in exornatis apud Weſenbec. *in paratit. ff. de except. rei iud.* & infra de negligentia Iudicum, Aduocatorum & Procuratorum. Hiſce tamen addiderim, quod in praxi ſæpius in proceſſibus ſummarijs, vbi facta intricata erant, & ſummarie procedebatur, propter omiſſam articulationem proceſſum valde intricatum redditum, & poſtea, dum ſperabatur ſententia definitiua, formalem & concludentem actionem iniunctam, varijsq; articulis propoſitam & editam fuiſſe, porro ad horum aliorumq; proceſſuum accelerationem haud male conſultum vidi, quod nihil ex Iure, ſed tantum factum Iudici proponeretur, & probaretur, deſuperq; ſententia peteretur, & ſimul cum actorum præſentatione ſcriptum Iuridicum exhiberetur, nec malè ita Reipubl. Chriſtianæ conſuli puto, ſi modò Iudices tales eligerentur atque eſſent, quales eligi deberent, hoc enim caſu belliſſime applicari poſſet illud peruetuſtum: Curia Pariſienſis ſcit Iura, modo factum bene narretur: Iura enim dum vtrimque allegantur, tempus teritur, finguntur enim & refinguntur Leges, torquentur & retorquentur dicta & ſcripta DD. imo & Aduocatorum partibus inſeruientium, ſæpe iiſdem repetitis, quæ ita ſumptu & expenſis partium fieri cernimus, prædictis adde quæ accommodate de clauſula, ſummariè, ſimpliciter, de plano, ſine figura & ſtrepitu Iudicij late tradit Barboſa *tract. de clauſulis vſu freq. clauſ.176. per tot.* vti & *clau.173* late agit de clauſula, ſola facti veritate inſpecta, & alia de ſummario proceſſu, & de clauſula, ſummarie, de plano, ſine ſtrepitu & figura Iudicij, item de cauſis ſummarijs, Scaccia *de Iudic. lib.1. cap.53.* & de ſummarijs cauſis, & ſummaria cognitione, agit quoque Tepatus *in Compendio deciſionum tit.178.*

CAPVT IX.

Ad abbreuiandum lites, pœnam temere litigantium reuocandam & partes victas ſemper in expenſis condemnandas eſſe.

1. ALijs omiſſis reuocanda foret pœna temere litigantium, prout in Camera Imperiali friuole appellantes quandoque mulctantur, atque in expenſis condemnantur, ſic in inferiori patria pars victa ſemper, immo & ipſe Rex in Brabantia condemnatur, quo ipſo Rex tantùs ſe Iuri ſubiectum profitetur. Vtinam omnes alij illo inferiores idem facerent. Non contendas (præcipit Salomon *Prou.3.*) aduerſus hominem, cum ipſe nihil mali tibi fecerit. Hinc non admitterem cauſas paſſim apud DD. relatas ab expenſis excuſantes, quarum plurimas vide apud Borellum *in ſumma deciſionum lib.2. tit.39.* Berlichium *part.1. concluſ.78.* Karpzouium *p.1. Conſtit. Saxon.31.* Si quis tamen iuramento in ſupplementum probationis victor euadat, putarem compenſationem expenſarum iuſtam & æquam, DD. *in l. generaliter, Cod. de Epiſc. & Cler.*

Berlich.*d.loc.num.24.&ſeq.* Aſinius *in praxi iud. limit.14.* Tuſch. *litt.E. concluſ.626. num.75.&ſeq.* quod tam ad actorem quam Reum extendunt, Karpzou. *d.loc.def.27. in fin.* Lanfranc. *in praxi, cap.11. num.3. verſ. quarto.* Vide tamen Maſcard. *de probat. concluſ. 956. num. 59.* Anton. Fabr. *in Cod. de fructib. & litis expenſis, deciſ.76. & ſeq.* & de priori *ad tit. Cod. de reb. cred. def.1.*

2. Deinde pręter cauſas aliquas relatas à Menoch. *de arbitr. caſu 177.* & ibi remiſſiue declarantur ſtatuta, partes victas in expenſis condemnantia, limitari adhuc poſſet, quando Reus conuentus ſuccedit in ius alterius, quo caſu ſæpe ſatis iuſta poteſt eſſe expenſarum compenſatio, *Arg. l. qui in alterius, ff. de reg. Iur.* quod limita, ſi hæres eſt actor, Mauritius *de in integrum reſtit.cap.78.nu.3.* vbi redditur ratio diſtinctionis, cum autem Reipublicę principaliter interſit lites minui, Vaſquius *in l.ſi quis in tuo, num.15. C.de inoffic.teſtam.* optat ibidem temerarios litigatores puniri pœna talionis, in quos valde inuehitur, ſicuti & *d.§.7. num.40.* & rurſus ſi Reus vel actor partim obtinet, dubium eſt, an ita ſuccumbens, in omnibus expenſis condemnari debeat, quo caſu diſtinguit Zaſius *in l.quidam exiſtimauerunt, num.17. ff.ſi certum petatur.* Rurſus pro & contra DD.allegantur in Arnold.de Reyger *in theſauro Iuris, litt.E. verb. Expenſæ, num.47.* an totum petens, cum tantum pars ad eum pertineat, poſſit in expenſis condemnari, vide Borellum *d.lib.2.de expenſis, num.143. & ſeqq & num.139.& ſeqq.* dubium autem non eſt, quin is, qui reſpectu partis totum retinet, ſi non in dolo, ſaltem in mora ſit, Ant. Fab. *in Cod. ſi certum petatur, defin.18. in addit.num.6.* vbi allegatur quoque Bart. *in l.qui ſolidum 78.ff.de legat.2.* qui diſtinguit, & an talis condemnandus veniat in expenſis, vide ibi, qui tamen rurſus declaratur per Verallum *part.1. deciſ. Rotæ Rom.299. num.51.*

Quinimo & ipſas DD. opiniones diſſen- 3.
tientes eliminari, vna inſtar legis valitura præſcribi, Receſſus Procuratorum, & producta Aduocatorum minui poſſent, quemadmodum enim his multa inania & ſuperuacanea adferuntur, ita tot hodie videmus DD.opiniones inter ſe diſſentientes, vt nulla ſit fere opinio, corruptiſſima Republ. plurimæ leges, Tacit.*3.Annal.cap.27.* vnde Iſocrates admonet Regem ſuum Nicoclem, eas vt leges ferat, quæ vel nullius litis habeant ſeminarium, vel exortas controuerſias ſtatim dirimant, ac *in ſuo Areopagitico* laudat priſcos Athenienſes, quod forum fugerint, nec eo deſcenderint vnquam, niſi coacti & magno pudore, ſic Legati Athenienſium apud Thucydidem reijciunt notam litigioſorum quaſi admodum probroſam & infamem, ac Cauſidicus ille Demoſthenes: Oportet, inquit, nonnihil cedere ac remittere, ne videamur cupidi litium eſſe, idem admonet Cicero *2. Offic.* Sed quia in omnibus ſecus fit, viderint illi, qui ſeminaria litium edictis, pœnis & legibus non tollunt obligati, immo in tantum vero abeſt, vt hoc præſertim Martio magis quam artium æuo fieri videamus, vt aliqui volupe ducant lites alere, ex quibus certam quantitatem & ſummam accipiunt, quod de truculento iſto Imperatore Caligula refertur, qui tributum litium exegit, ita vt nec liceret litem motam componere, bono publico non, ſed ſuo fiſco conſulens, Gregor. Tholoſan. *de Republ.lib.3. cap.6.*

Digitized by Google

cap. 6. quod ad refrænandum temeritatem & calumniam litigantium non omnino improbat Bodinus, *lib. 6. de Republ. cap. 2.*

4. Verum cum hoc turpe exiſtat, alia remedia proponi & præſcribi debent, apud alios legi, quod apud Mahumetanos temere litigantes publicè flagellis cædantur, magis igitur vt in noſtro foro ſemper in expenſis ad minimum condemnentur, ſed noſtra ætate lites ſeminare, atque Iudicio contendere, adeo impune eſt, vt etiam comperta ſit improbitas eorum, qui reducunt in quæſtionem, ſententijs, pactionibus, vel etiam tranſactionibus terminata, & per impatientiam quietis, finem prioris iurgij ſecunda lite commutent, Symmach. *lib. 7. Epiſt. 109.* Idem 10. 5. In negotijs, inquit, tempore ac iudicatione finitis, ceſſare æquum eſt longæ orationis excurſum.

CAPVT X.

Ad abbreuiandas lites vt plurimum inſeruiunt prouiſionales adiudicationes & Inſtrumentorum executiones.

1. PRæmitto contra iuſtitiam commutatiuam peccare eos, qui debita non ſoluunt, prout exacte docet Barboſa, *in cap. peccatum non dimittitur, de reg. Iur. in 6.* Vnde & Aduocatus & Procurator ſub pœna maledictionis æternæ debitori dicere tenentur, vt ſoluat, ſi ſciuerint illum debere, Hering. *de fideiuſſ. cap. 20. num. 32.* Nam æquiſſima vox eſt, inquit Seneca, *lib. 3. de benefic. cap. 14.* & Ius gentium præ ſe ferens, Redde quod debes: Et rurſus, *lib. 4. cap. 17.* Quæ iactatio eſt, ſoluiſſe quod debebas, habita fides fidem obligat, ſed proh dolor! ita hodie eſt conſtitutum, vt debita vel negentur penitus, vel debitores aliquas exceptiones quantumuis friuolas in medium adducant, ſe ſatis obtinuiſſe rati, ſi diſtulerint tempora ſolutionis, eamque in infinitum protraxerint, moleſtiſſima ipſis vox eſt creditorum poſtulantium, vt dicit Boëtius: Vnde vidi actiones iniuriarum contra creditores credita ſua rigoroſius exigentes intentatas, ſed per bonos Iudices non admiſſas, vel ſi cum vera iniuria exactio crediti facta fuerit, poſt ſolutionem dilatas, in manifeſto negotio, inquit Valerius Maximus *2. cap. 3.* tempus non terendum; in his, quæ clara ſunt, non diu vagandum, Oratio enim rebus dubijs inuenta eſt, inquit Titus Liuius, *3. ab Vrbe condita*: Nec enim quæ lucida ſunt, ab obſcuris locis præiudicium pati debent, ait Arnobius *in Pſalmum 91.* quod genus hominum omnium ſceleratiſſimum eſſe dicit Cothmannus, *volum. 2. conſil. 68. in fin.*

Quemadmodum & quotidie videmus, 2. quomodo partes circa præoccupationem poſſeſſionis bonorum laborent & præcurrant, licet vero huiuſmodi præoccupatio parum proſit, per notata à Gailio *de Arreſt. Imperij, cap. 1. num. 21. & 22. & cap. 10. in fin.* quod fruſtra tentabatur in illis partibus, in quibus teſtamenti factio ſuper immobilibus prohibita erat, nam cum quidam miles in mea patria conderet teſtamentum, in eoque cuiuſdam Ciuis filiam hæredem inſtitueret, ipſe vero pro illa ante meos Clientulos poſſeſſionem apprehenderet, ego ſuſtinendo notorij Iuris mu-

municipalis eſſe, quod ſuper bonis immobilibus teſtamenti factio haud permitteretur, ſententiam manutenentiæ pro Ioanne Boenen contra Ioannem Schmidt/ in ſummariſſimo Anno 1639. 26. Iulij Cliuis latam obtinui, in qua cauſa inter alia fundamenta hoc quoque allegaui, quod vitium ſit viſibile, & immiſſio prohibeatur, quando quis teſtatus fuit de bonis, de quibus teſtari non poteſt, Cothmannus *volum.3.reſp.45.num.123. & ſequentib.* prout nec in terra Iuliacenſi de bonis auitis teſtamenti factio admittitur, præterea contra creditores præoccupantes poſſeſſionem in Iudicio Aulico obſeruatum, & pro meis principalibus hæredibus Rees contra Viduam Drachter pronunciatum fuiſſe memini, nam Creditores competentibus actionibus experiri, & debitum petere debent, quemadmodum & *part.1. de Dubijs, cap.6.* dictum eſt, non eſſe tutum in conſcientia, qui poſſeſſorio innititur, ſciens ſe in petitorio Ius non habere.

3. Vnde belliſſime concluditur, nullatenus in Iure defendi eam, quam aliqui iactitant, poſſeſſionem non ſoluendi, rectius dixeris poſſeſſionem vel quaſi iniquitatis, iniuſtitiæ & malitiæ, non ſoluendo id, quod ex contractu debes. Rex & Propheta Dauid inquit *Pſalm. 37.* Impius, æs alienum conflat, nec diſſoluit; iuſtus vero beneficus eſt, & dat: Quod ita vertit Poëta:

Iniuſtus cumulans alienum æs ſoluere non vult.
Mens pia dans gratis debita ſponte refert.

Rurſus contra fideiuſſorem, *Prouerb. 6.* quod extendi poteſt ad alios debitores, è contra, Iuſtum, inquit Euripides, non ſibi, ſed alijs natum videri, & Ariſtoteles *lib.5. Ethic. cap.1. & 6.* Iuſtitiam dicit eſſe bonum, quod alteri communicatur, & non ſit proprium eius, à quo proficiſcitur, ſed alterius, cui communicatur. Iuſtitia igitur, maximè in præfato caſu, vires ſuas erga alium producere, puta Inſtrumenta publica (de requiſitis Inſtrumenti videantur Greuæus *lib.2. pract. concluſ.14.* Chriſtinæus *volum.5. deciſ.54. num.37. & ſequentib.* & ibi allegati Doctores) item confeſſata vel liquida, exceptionibus obmotis reſeruatis, exequi debent, prout Status Imperij Anno 1600. *in Receſſu deputationis*, §.35. gleicher geſtalt, ſtatuerunt, propter verba ohne Recht/ Inſtrumentis inſerta licere Creditori capere bona, atque dicta verba aperire viam mandatis ſine clauſula, ſiue illa verba ohne Recht/ ſiue æquipollentia ponantur, cum eundem effectum operari debeant, ita habet Statutum, *Reſolutio. ad 15. dub.* Symphor. *tom.1. in fin. & in d.§.35.* de qua clauſula ſiue prædictis verbis agit quoque Beſoldus *in Theſauro practico litt.M.num.54.* mit oder ohne Recht.

Mandata autem pœnalia ad viam Executionis pertinere, extra dubium eſt, *Ordin. Camer. part. 2. tit. 23. in princip.* Gail. *1.obſerv.13.& 19.num.3.* Et ab hiſce proceſſibus Executiuis & immiſſorialibus (vnde patet, quod alia ſit cauſa executiua, quam ordinaria & ſummaria, cum & in hac, petitio, Capitula, probationes, aliaque neceſſaria ſint ad expeditionem cauſæ; illa vero pro expedita habetur, & ſolum requiritur ſolutio vel ſolutionis probatio in continenti, ita docet Caualcan. *part.2.deciſ.18. num.76. & ſequentib.* cuius natura eſt, non admittere exceptionem altiorem indaginem requirentem, 4.

num.

*num.*11.19.39.42.*& 90.)* vel ab eorum decretis non licet appellare, ſaltem quoad effectum ſuſpenſiuum, & præter DD. in varijs locis, & apud Tuſch. *lit. S. ſtatutum circa executionem inſtrumentorum concl.* 532. & textum *l. ſatu apertè. C. ad l. Cornel. de falſis,* vbi ſi quis fatetur debitum, ſed dicit inſtrumentum falſum, compellitur ad ſolutionem debiti reiecta exceptione, ſalua nihilominus accuſatione falſi, ſi velit eam intentare, ſic ſi condemnatus fatetur delictum, ſed allegat exceptionem nullitatis, fit executio, Zaſius *in l. ſi ſe non obtulit, §. condemnatum, ſub num. 5. ff. de re iudic.* & de pacto ingrediendo poſſeſſionem propria auctoritate, & de materia *l. Creditores, C. de pign.* Karpz. *p.1. Conſtit. Saxon. 32. def. 27.* extat edictum Iuliacenſe de Anno 1596. quod An. 1597. à Cæſarea Maieſtate confirmatum, & Cameræ Imperiali inſinuatum fuit, quo cauetur quod ab executionibus & immiſſionibus, quæ vigore inſtrumentorum fiunt, ſo auff Siegel vnd Brieff gerichtet / appellatione interpoſita non obſtante, ad executionem realem procedendum ſit, idem comprobat SCtum Cameræ de Anno 1618. *de Reuiſionibus, & quando operentur effectum ſuſpenſiuum,* quo declaratur quòd in cauſis paratam executionem habentibus, reuiſiones appellationis ſuccedaneæ non operentur effectum ſuſpenſiuum, quod etiam natura proceſſus paratæ executionis & mandatorum ſine clauſula dictitat, vti & in Ordin. Cam. Imper. *d. tit. 23. verſ.* Wollen aber / traditur, prius parendum & poſtea altiorem indaginem habentia proponenda & dijudicanda eſſe, cum verſemur in ſummariſſimo executorio proceſſu extra quem & eius naturam ſi exceditur, actori ius ex illo pacto vel inſtrumento acquiſitum tollitur, & conſequenter manendo in terminis executiuis non ſunt admittenda illa, quæ extra tenorem & placita pactorum vel inſtrumētorum ſunt, ſic reſolutum fuiſſe in Rota dicit Farinacius *par. 1. deciſ. 415.* video tamen prædicta limitari à Scaccia *de appellat. q. 17. limit. 9. num. 61. & 62.* vt ſi aliqua exceptio admiſſibilis reijciatur, poſſit appellari tanquam ab exceſſu executionis, quem allegat Wilhelmus Anton. *de Moratorijs Reſcriptis tit. 7. concl. 46. num. 15. & per tot.* de Guarentigia & inſtrumentis guarentigiatis, vbi multis probat, quòd & moratorijs contra inſtrumenta guarentigiata locus ſit, & quòd obligatio Cameralis non habeat paratam executionem in his, quæ non leguntur in inſtrumento, ſed veniunt tacitè ex interpretatione iuris per modū agendi Scacc. *d. loc. nu. 15. & 16.* deinde probat ibi Wilhelm. Ant. exceptiones in continenti probabiles non reijci, iunctis traditis per Tepatum *in Compendio Deciſionum tit. 279. per tot.* de prædictorum inſtrumentorum executione, quando locum habeat vel non, quibus caſibus executio impediri poſſit vel non.

Quanta alias vis ſit inſtrumenti publici, optimè deducit Schraderus *de feud. part. 9. part. priori, ſect. 11. num. 51. & ſeq.* iunctis ijs quæ tradit Mind. *pro proceſſ. Camer. lib. 2. cap. 69. & ſeq.* & Berlich. *p. 2. concl. 80. num. 1. & ſeq.* ex quibus cauſis detur parata executio, *& concl. 81.* tradit formam qualis petitionis pro parata executione impetranda, quibus non obſtat exceptio vſurariæ prauitatis Gratianus *diſcept. forenſ. cap. 118. n. 43.* vide tamen ibi declarationes, ac iuris eſt, quòd petitio ſuper inſtrumento paratæ executionis aliena, & in illis non contenta, quæ altiorem indaginē requirunt & proceſſum 5.

Digitized by Google

*num.*11.19.39.42.*& 90.)* vel ab eorum decretis non licet appellare, ſaltem quoad effectum ſuſpenſiuum,& præter DD. in varijs locis, & apud Tuſch. *lit. S. ſtatutum circa executionem inſtrumentorum concl.* 532. & textum *l.ſatu apertè. C.ad l. Cornel.de falſis,* vbi ſi quis fatetur debitum, ſed dicit inſtrumentum falſum,compellitur ad ſolutionem debiti reiecta exceptione, ſalua nihilominus accuſatione falſi, ſi velit eam intentare, ſic ſi condemnatus fatetur delictum, ſed allegat exceptionem nullitatis, fit executio, Zaſius *in l.ſi ſe non obtulit,* §. *condemnatum, ſub num.5.ff. de re iudic.* & de pacto ingrediendo poſſeſſionem propria auctoritate, & de materia *l.Creditores,C.de pign.* Karpz. *p.1.Conſtit.Saxon.32.def.27.* extat edictum Iuliacenſe de Anno 1596. quod An. 1597. à Cæſarea Maieſtate confirmatum,& Cameræ Imperiali inſinuatum fuit, quo cauetur quod ab executionibus & immiſſionibus, quæ vigore inſtrumentorum fiunt, ſo auff Siegel vnd Brieff gerichtet / appellatione interpoſita non obſtante,ad executionem realem procedendum ſit, idem comprobat SCtum Cameræ de Anno 1618. *de Reuiſionibus, & quando operentur effectum ſuſpenſiuum,* quo declaratur quòd in cauſis paratam executionem habentibus, reuiſiones appellationis ſuccedaneæ non operentur effectum ſuſpenſiuum, quod etiam natura proceſſus paratæ executionis & mandatorum ſine clauſula dictitat, vti & in Ordin. Cam. Imper. *d. tit. 23. verſ.* Wollen aber/ traditur, prius parendum & poſtea altiorem indaginem habentia proponenda & dijudicanda eſſe, cum verſemur in ſummariſſimo executorio proceſſu extra quem & eius naturam ſi exceditur, actori ius ex illo pacto vel inſtrumento acquiſitum tollitur, & conſequenter manendo in terminis executiuis non ſunt admittenda illa, quæ extra tenorem & placita pactorum vel inſtrumentorum ſunt, ſic reſolutum fuiſſe in Rota dicit Farinacius *par.1. deciſ.415.* video tamen prædicta limitari à Scaccia *de appellat. q. 17. limit. 9. num. 61. & 62.* vt ſi aliqua exceptio admiſſibilis reijciatur, poſſit appellari tanquam ab exceſſu executionis, quem allegat Wilhelmus Anton. *de Moratorijs Reſcriptis tit.7.concl.46.num.15. & per tot.* de Guarentigia & inſtrumentis guarentigiatis, vbi multis probat,quòd & moratorijs contra inſtrumenta guarentigiata locus ſit, & quòd obligatio Cameralis non habeat paratam executionem in his, quæ non leguntur in inſtrumento,ſed veniunt tacitè ex interpretatione iuris per modū agendi Scacc. *d.loc. nu.15. & 16.* deinde probat ibi Wilhelm. Ant. exceptiones in continenti probabiles non reijci,iunctis traditis per Tepatum *in Compendio Deciſionum tit. 279. per tot.* de prædictorum inſtrumentorum executione, quando locum habeat vel non, quibus caſibus executio impediri poſſit vel non.

5. Quanta alias vis ſit inſtrumenti publici, optimè deducit Schraderus *de feud. part 9. part.priori,ſect.11.num.51. & ſeq.* iunctis ijs quæ tradit Mind. *pro proceſſ. Camer. lib. 2. cap.69.& ſeq.* & Berlich.*p.2.concl.80.num. 1. & ſeq.* ex quibus cauſis detur parata executio, *& concl.81.* tradit formam qualis petitionis pro parata executione impetranda, quibus non obſtat exceptio vſurariæ prauitatis Gratianus *diſcept.forenſ.cap.118.n.43.* vide tamen ibi declarationes, ac iuris eſt, quòd petitio ſuper inſtrumento paratæ executionis aliena,& in illis non contenta,quæ altiorem indaginē requirunt & proceſſum

(quæ autem accidentalia & extranea ſint, vide Manticam *de tacit. & ambig. lib.1. tit. 14.*) non admittuntur, quippe natura proceſſus executiui eſt, vt quamprimùm paritio fiat, deinde ſi quæ obijcienda reus exiſtimet, poſtea proponat Coler. *de proceſſ. exec. p.4. cap.1.* Carol. de Graſ. *de except. parat. exc. imped. in prælud. num.148.* Mindan. *de proceſſ. lib. 2. cap. 70. §. 23. verſ.* Wolte / & hoc optima ratione introductum cenſeri debet, ne debitores longis diſputationibus & Iudiciorum tricis ſolutionem in infinitum protrahant, Gail. *de Arreſt. Imp. cap. 9. num. 18.* ſic etiam traditur apud Wameſ. *cent.1. conſ.38. num.10.* quòd fiduciaria ſolutio ex obligationibus impetrari poteſt ex conſuetudine, ita vt ibi, quod in continenti ſolui debet, non patiatur moras, ſed exacta reciproca cautione de reſtituendo, ſi cui plus, quàm oportuit, ſolutum eſſe ex euentu litis comperiatur *& conſ. ſeq. 39. n.18. & ſeq.* ibi etiam prouiſio peti poteſt in executione, ſi obijciatur aliqua exceptio altiorem requirens indaginem, limitat niſi ſemel propoſita & ad vlteriora reiecta fuerit.

6\. Caſus prouiſionali iudicio diſpoſiti quinam ſint, tradit Rebuff. *in Conſtitut. Regni Franciæ tom.1. tit. de ſent. prouiſio. à num.37. vſque ad num. 140.* ſed in terminis inſtrumenti guarentigiati executio ſuſpendi non debet, nec ex executiuo proceſſu ordinarius formandus eſt, ſed abſque omni proceſſu Iudex parti poſſeſſionem iuxta tradita per DD. *in l. Creditores, C. de pign.* tradere poteſt & debet, Roder. Zoar. *in repet. l. poſt rem iudicat. §.1. num.12. ff. de re iud.* Rebuff. *ad Ordin. Regni Gall. tom.1. tract. de litt. oblig. art.6 gloſſ.2. num 8. & in gloſſ.3. num.27* latè poſt alios Colerus *de proceſſ. execut. p.1. c.5. num.35. & ſeq.* qui & *par.3. cap.12.* latè tractat, quòd ingreſſus fundi ex pacto contrahentium deinceps ſubſecutus, tribuat ingreſſo ius reale, & ſic poſſeſſionem cum lucro fructuum, quod abſque hypothecatione bonorum non fit, Beſoldus *in Theſauro practico, lit. M. num. 61.* clauſula mit verpfändigung aller meiner Haab vnd Güter; at verò in caſu, vbi pro & contra, actio cum exceptionibus diſcutitur, non poterit dici Iudicium executiuum, ſed ordinarium, in quo interpoſita appellatio operaretur vtrumque effectum tam deuolutiuum quàm ſuſpenſiuum Gratian. *lib.1. diſc. forenſ. c. 41. num. 8.* ſecus ſi maneamus in terminis executiuis, quemadmodum & ſententia prouiſionalis ſtatim executioni demandanda venit Wameſ. *d. conſ.39. num.26.* neque enim ſentētia prouiſionalis præiudicat cauſę principali iuxta Coſtal. & DD. communiter, confer tradita per Card. Tuſch. *lit. S.* ſtatutum circa executionem inſtrumentorum, quando habeat locum vel non *concl. 532.* iunctis traditis per Beſoldum *in Theſau. practico lit. L. verb.* liquidierte Schulde / & ibi quæ exceptiones non cenſeantur reiectæ.

Ego cum aliquando vigore inſtrumenti publici pro mandato ſine clauſula de ſoluendo annuas penſiones in Camera ſupplicarem, illud ipſum verò non decerneretur, cum Aduocatis & Procuratoribus locutus quæſiui quid eſſet cauſæ denegationis, & audiui eorum iudicium in eo conſiſtere, quòd non ſatis prægnantes clauſulæ executiuæ in ipſo inſtrumento reperirentur, ſed poſtmodū vidi Schwanman. *obſ. Cam.130.* docentem, quòd ſi obligatio, vel inſtrumētum obligationis non expreſsè punctum executionis, ſed alias generales & prægnantes clauſulas contineat, tunc mandatum cū clauſula non in perſonam, ſed tantum in 7.

rem

rem &bona hypothecata decernendum ſit, & hoc ipſum extenditur *obſeru.132.* etiamſi inſtrumento obligationis iuramentum inſertum foret,quod tamen ſummoperè apud DD. controuerſum reperitur in Cothman. *vol.1.reſp.18.n.383.& ſeq.* rurſus Schwan-*obſ.134.*tradit,quando & contra quos mandata ſine clauſula decernenda,& quomodo contra ea excipiendum ſit,& *obſ.117.& ſeq.* quomodo paritio fieri debeat vide ibi.

8. Enimuerò,quia inſtrumenta publica prędicto modo non exequi, ſed exceptiones obmotas in longiorem diſputationem trahi,quotidie experimur, atque exinde lites, easqúe immortales, cum maximo partium detrimento & Iuſtitiæ violatione, (tam enim apparentes obmouentur exceptiones, quæ Iudicem,ſi de iure veræ & incontinenti probabiles forent, vtique mouerent) inprimis putarem attendi ſaltem poſſe imò debere exceptiones, quibus negatur eſſe inſtrumentum per not. Menoch. *Remed. 3. adipiſc. poſſ. num. 164. & ſeqq.* proinde requiſita inſtrumenti notari debent relata per DD. apud Gail. 2.*obſ.13. in fin.* & in Conſtit. Imperij zu Cölln *de Anno 1512.* ſecundo admitterem exceptiones ex ipſo inſtrumento prouenientes, nam ſicuti ex inſtrumento prouenit actio, ſic & exceptio,& vti illa eſt guarentigiata, ſic & hæc Munnoz *de Ratiocinijs cap.38.num.*11. quod in tantum procedit, vt & in caſu ſtatuti prohibentis obijci exceptiones, adhuc poſſint opponi exceptiones quæ ex facie inſtrumenti apparent Seraphin. d*e priuil.iuram.pr.31.nu.72.* ſic etiam nullitas ex ijſdem actis apparens impedit executionem Carocius *de except. contra præiud.ſent. except.47.num.50.* vide ibi declaratum *& inſeqq.* quòd tres oriuntur pro inſtrumento publico præſumptiones: quòd ſit verum, ſolemne, & probatio probata,quòdque caſus inſtrumenti dicatur caſus legis, quod rurſus ibi declarat, ſic & Maſcard.*de probat.concl.*1110. *num. 13.* docet ſententiæ & inſtrumenti executionem impediri per exceptionem nullitatis ex actis relucentis,ita &correſpectiua hinc inde diſpoſita admitterem, vt ſi fortè Reus excipiat Actorem non adimpleuiſſe, qualis exceptio etiam poſt ſententiam in executione opponi poteſt Gail.2.*obſ.17.* vbi & Græueus plures DD. allegat Borellus *in ſumm. deciſion. lib.1.tit.48.num.104. vbi & inſeqq.* declarat exceptionem rei non traditæ eum non poſſe opponere, qui ſciebat rem eſſe locatam, & *num. 97. & ſeqq.* de exceptione non facti implementi,ampliat procedere, etiamſi obligatio eſſet iurata & defectus in vno nummo, declarat illa, videlicet ſi opponitur ex eodem contractu, ſecus verò eſt ſi agitur ex diuerſo contractu,ſecundò limitat locum non habere, ſi antequam opponeretur exceptio,fieret implementum,ſecus ſi fieret cœpto iam iudicio,vel oppoſita exceptione,ibi præter alios allegat Ceph.*conſ. 586.vol.4.* adde Gratian. *tom.2. diſcept.forenſ.cap.246. vbi num.*12.*& ſeqq.* quòd exceptio non implementi adeo attendatur, vt nec impedimentum, quod quis non impleuerit, non excuſet, ſed ipſum implementum per liquidiſſimas probationes demonſtrari debeat, imò iuxta Farinac. *p. 2. deciſ. 686.num.1.*ſi exceptio non implementi turbida ſit vel requirat altiorem indaginem, non impeditur executio inſtrumenti, vidi tamen quandoque appellatum fuiſſe à mandata executione quaſi exceptio, quæ non admittitur contra grauamen, admittatur contra executionem grauaminis Marc. Anton.de Amat.*deciſ.Florent.58.nu.9.*Interim pro-

Digitized by Google

propter præfatum edictum Iuliacenſe & illis ſimilia ſuperius adducta iura, vix eſt quod Iudex retardare debeat executionem. Tertio experimur quotidie in praxi quædam etiam in hac materia opponi, quæ opponuntur quoque in caſu ſtatuti nullas exceptiones admittentis, de quo vide Franciſcum Milanenſ. *lib. 2. deciſ. 1. & 2. & 8.* vbi notabilia, item Cardin. Tuſch. *lit. S. concl. 525.* Zanger. *de except. p. 3. cap. 24. nu. 54. & ſeq.* & Carot. *d. except. 47.* & rurſus Milanenſ. in hac materia oppoſitionis contra inſtrumenta *lib. 1. deciſ. 3. & 12. & 14.* ibi quædam repeiuntur exceptiones, & apud Meiſner *tom. 1. deciſ. Cam. Imp. 27. nu. 982. & deciſ. 28. & tom. 3. deciſ. 14. num. 53.* ſed quia materia nimis lata eſt, ideo me breuitatis cauſa remitto ad Berlich. *pract. concl. p. 1. cap. 80. num. 56. & plurimis ſeq.* ex quibus cauſis detur vel impediatur parata executio, item *concl. 64. de except.* quæ opponi poſſint ad impediendam paratam executionem, *Conſult. Saxon. par. 3. quæſt. 24.* vbi multæ exceptiones quæ huiuſmodi inſtrumentis opponi poſſunt, adde Card. Tuſch. *lit. S.* Statutum circa exceptionem non habet locum multis caſibus *concl. 525.* Tepatum *in Compendio deciſ. tit. 151. cap. 11.* quæ exceptio admittatur vel excludatur, & Borell. *in Summa deciſ. lib. 2. tit. 32.* & de debitis liquidis recognitis & liquidandis Gratian. *tom. 1. diſcept. forenſ. cap. 183.*

9. Porrò quotidie quoque in praxi allegari audimus liquidum non eſſe, quod requirit probationem vel interpretationem extrinſecam, Schrad. *de feud. p. 2. quarta p. prin. ſect. 11. num. 61.* ſed illud demum liquidum exiſtimari, quod quacunq; exceptione oppoſita tergiuerſari nequit Carol. de Graſſis *de except. ad mater. ſtatuti, except. 36. nu. 12.* Cavalc. *p. 1. deciſ. 46. nu. 19.* vbi ſubdit præſumptionem pro inſtrumento, quod verum ſit, procedere, quando nihil ei opponi poteſt, aut nullas patitur exceptiones, alias ſecus Martinus Monter à Cueua *deciſ. Regni Arragon. 30. num. 2.* & generaliter inſtrumenta non inducere euidenter probationem, quando aliquid allegatur, per quod aliqualiter offuſcentur, reſpondit Burſat. *conſil. 343. num. 9. & ſeq. vol. 4.* Maſcard. *de probat. concl. 1106. num. 26.* videatur omninò Farinac. *in praxi crimin. lib. 1. quæſt. 21.* quemadmodum & de litterarijs obligationibus, multas notabiles definitiones tradit Karpzouius *p. 1. Conſt. Saxon. 17.* & de multis exceptionibus, quæ opponi poſſunt vide eundem *d. p. 1. conſt. 8.* vbi paſſim & *conſt. 6.* quidquid ſit, ego pro hoc præſertim tempore, quo lites immortales fiunt, ſaltem prouiſionaliter & regulariter inſtrumenta guarentigiata realiter exequenda fore exiſtimarem, etiamſi de iure, quo non reperiuntur tot nec tam annoſæ inſtantiæ, alij aliter dicant, vti & Gratianus *lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 146. num. 42. & ſeq.* tradit, quòd inſtrumenta de iure non habeant paratam executionem, DD. pro & contra allegat Borellus *in ſumm. deciſ. lib. 1. tit. de inſtantia cauſarum 64. num. 9. & ſeqq.* an in executiuis & inſtrumentis guarentigiatis detur inſtantia *lib. 2. tit. 18.* latiſſimè de fide & effectu inſtrumentorum, vbi & diſtinctè de teſtibus inſtrumento contradicentibus an id reprobent, de quo & Tepatus *in Compend. deciſ. tit. 221.* & Farinac. *de falſit. & ſimul. quæſt. 158.* latè quoque Maſcard. *de probat. concl. 919.* quemadmodum modo eſt in facto, quòd teſtes dicant aliter à Notario ſcriptum quàm actum, de quo vide Guid. Pap. *deciſ. 540.* & quid ſi Notarius tam mortuus

ſit

Digitized by Google

ſit, Boër. *deciſ.* 116. & paſſim DD. & copioſe allegatos apud Borell. *d. tit. 18. ſummatim.* doleo & illos nimis hodie audiri, qui ſuſpenſa interim inſtrumentorum vel confeſſatæ obligationis executione, verbotenus ſe in continenti exceptionem probaturos offerunt, vti ita ſolutionem Iudiciorũ tricis in infinitum protrahant, cum tamen exceptiones de ſui natura requirant altiorẽ indaginem, quia in earum cognitione venit ſubtilitas Aret. *in* §. *in bonæ fidei inſtit. de except.* Benintend. *deciſ. 77. num. 14.* vbi quòd reus non debeat admitti, qui verbo in continenti probare ſe offert, ſiquidem verba non ſufficiunt vbi facto opus eſt.

CAPVT XI.

Ad Lites abbreuiandum Exceptiones Litis finitæ in initio Proceſſus obmotas, meritò attendendas, & altiorem indaginem requirentes, vel in continenti non probabiles, reſeruandas eſſe, & quæ tales ſint, & reſeruari poſſint & debeant.

1\. NOtandum quòd exceptiones litis finitæ ſint exceptio tranſactionis, iuramenti, præſcriptionis & iudicati *cap. 1. de litis conteſtat. in 6.* & quòd illæ dupliciter poſſint proponi: Primo modo ad Proceſſum, vt ſi Reus conuentus excipiat de tranſactione, præſcriptione, re iudicata & quod iuratum ſit, ac ideo Actorem ſine actione agere dicat, & hinc petat agentem repelli vel actionem ei denegari, ſecundo caſu proponitur ad merita cauſæ, dum litem conteſtatur petitque actorem codemnari, quia ſine actione agit, quia tranſegit, iurauit, vel rem iudicatam habet Zaſius *in l. ait Prætor, num. 9. & ſeqq. ff. de iureiurand.* vbi tamen ipſe fatetur ſibi probanti actionem non competere litis conteſtationem iniunctam fuiſſe, quo caſu exceptiones prędictæ, alięque peremptoriæ ad proceſſum obmotæ, & tacitè vel expreſsè reiectæ, poſſunt iterum opponi ad merita cauſæ, quia Reus illas non ſimpliciter tanquam peremptoriè ad merita cauſæ, ſed tanquam præambulas impedientes litis ingreſſum propoſuit, & ita quotidie videmus practicari, ſicuti & in Saxonia obſeruari teſtatur Colerus *de proceſſ. execut. p. 4. cap. 1. n. 190.* quod per obiectum actionis rei iudicatæ, tranſactionis vel aliter finitæ, de quibus non habetur prompta nec de pręſenti probatio, non impediatur litis conteſtatio, ſed iniungatur, imò & tunc exceptiones relatæ *in cap. 1. de litis conteſt. in 6.* (vbi Franc. *num. 18. & ſeqq.* quadraginta quinque fallentias iſtius capitis enumerat) ad merita cauſæ reſeruantur, ſicut & aliæ peremptoriæ, vide ibi in præceden. de exceptionibus prædictis & peremptorijs, ſi ſint in continenti liquidabiles, & de diſtinctione inter exceptiones notorias & requirentes altiorem indaginem plenè de materia, rurſus Colerus *d. par. 4. cap. 2.* latè tradit quid dicatur fieri in continenti & quomodo illa ita liquidari dicantur, iuncta noſtra Reformatione *tit. 26.* in termino reconuentionis liquidandæ; Ego quandoque ad tollendam omnem difficultatem exceptiones huiuſmodi, decreto litis conteſtationem iniungente, reſeruatas vidi, & probat Maſtrillus *deciſ. 149. num. 33. & ſeqq.* quòd exceptio oppoſita ad impediendum litem reiecta poſſit opponi ad merita cauſæ, vnde videtur quòd præfata expreſſa reſeruatio ſeruiat de vẽto, niſi fortè cauſa tollendi dubium expreſſa fiat reſeruatio, ſed vide Wameſium *cent. 1. conſ. 69. in fin.* agens de reiectione exceptionis, quòd illa iterum ad merita

Digitized by Google

rita opponi poſſit, dicit ita intelligi debere, quòd Iudex procedendo ad vlteriora, exceptiones Iudicij impeditiuas ſolum reijcere cenſeatur Meiſner. *tom. 3. deciſ. Cam. Imp. 19. num.* 1. de effectu reſeruationis exceptionum vide Hyppolit. de Marſil. *ſing. 696.* & de ſententia Iuris reſeruatoria Munnoz *de ratiocinijs cap. 41. num. 4.* de reſeruatione exceptionum cum definitiua, quæ poſſint & debeant reſeruari Gratianus *lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 170.* ibi & quando reſeruatis exceptionibus appellari poſſit vel non, pro & contra rationes apud Gilmannum *tom. 4. Symphor. p. 1. voto 28. num.* 21. *& ſeq.* de quo & diſtinctè Felin. *in cap. except. num. 24. de except.* alias tradit Alex. *lib. 6. conſ. 182. n. 5.* quòd Iudex non poſſit reſeruare exceptiones declinatorias poſt litem conteſtatam, & *num. 3. & 4.* quod reſeruatio peremptoriarum in ſententia non valeat, quodque ſententia ſuper peremptorijs habeat vim definitiuæ, vnde fit, quòd Iudex ad vlteriora procedendo tacitè ſe competentem declaret. quo caſu appellari debet, alias tenet iudicium & valet proceſſus, Meiſner. *tom. 2. lib. 2. deciſ. 1. num. 92.* Wameſ. *cent. 1. conſ. 40. num.* 2. Gratian. *tom. 1. deciſ. forenſ. c. 76.* latè Ant. Gabriel *in commun. concluſ. tit. de except. concl. 1. ibi & concl. 2.* an exceptio in vno iudicio principaliter deducta & reiecta, poſſit in alio iudicio contra eandem perſonam per modum actionis deduci, de quo vide Bartolum *in l. qui Romæ, §. duo fratres ff. de verb. oblig.* & exemplificat Mindanus *de interdictis cap. 24. num. 41. & ſeq. & 79.* quomodo quid tam agendo quàm excipiendo peti poſſit, de quo in puncto ſpolij, Maranta *in ſpecul. p. 6. de iudicio conuentionali & recon. num. 50.* & in cauſa reductionis Wameſius *cent. 1. conſ. 88. nu. 21.* tradit, quando reductio tàm actiuè, quàm paſſiuè deduci poſſit, de modo proponendi exceptiones peremptorias agit Schwanman. *lib. 1. de proceſſ. cap. 59.* vide omninò Pacianum *de probat. lib. 1. cap. 58. num. 31. & 41. & ſeqq.*

2. Quid igitur ſi vigore tranſactionis &c. conuentus ſit verſutus, habens procuratores, qui libenter hodie lites fouent, vt dicit Zaſius *in d. l. ait Prætor, n. 9.* vt cum Oweno optandum foret:

Tanta vel in vobis vtinam lis eſſet amoris
Quantus in hoc lacero tempore litis amor.

Excipiens talia, per quæ tranſactio dubia reddatur? ego hoc caſu prouiſionaliter illum condemnandum putarem, cum non ſufficiat excipere, ſed etiam excepta probari debeant, neque enim negatio hoc ipſum, quod à parte rei liquidum eſt, vel vt tale probatur, dubium reddere poteſt per tradita ſuperius *par. 1. de Dubijs cap. 3.* vnde Reos prouiſionaliter ſaltem ad diſpoſitionem iudicialiter faciendam per decreta iudicialia, condemnatos ſæpius vidi.

3. Si verò Iudex hæſitet, oportet aduertere an exceptiones obmotæ ſint litis remoratoriæ, vel incontinenti probabiles, ſiquidem priori caſu, cum partes ad Iudicium ordinarium prouocant, & potius litigare quàm ſoluere volunt, notandum eſt, quòd Iudex etiam inferior calumnioſè litigare volentem poſſit ex officio repellere, *Gloſſ. approbata in l. qui cum maior. §. ſi patris, ff. de bonis libert.* textus *in l. vlt. in fin. Cod. vt nemo priuat.* Iaſon *in Rubr. ibidem num.* 2. Maranta *in ſpec. par. 6. de inquiſitione num. 199.* idem obtinet in Reo, ſi appareat eum differendæ litis tantum cauſa calumnioſas opponere exceptiones Innocen. *in c. 1. de offic. vic.* Bald. *in l. 1. Cod. de ſent. quæ ſine certa quantit.* & hoc

Digitized by Google

hoc procedit non ſolum quando conſtat exceptiones, quæ proponuntur, eſſe calumnioſas, ſed etiam quando vehemens calumniæ ſuſpicio ſubeſt, tunc enim Iudex eas ex officio reijcere, & ad executionem procedere poteſt, vti à DD. communiter concluditur, & Iaſon *in l. ſi ſe obtulit, §. condem. ff. de re iud. num. 10.* Abbas *in cap. poſt elect. num. 13. de conceſ. prabend.* ibi pulchram ponit practicam, ſcil. quando Iudex præſumit exceptionem aliquam tantum differendæ executionis cauſa obijci, quòd debeat pronunciare ad executionem procedendum eſſe reſeruata Reo poteſtate id, quod ſoluit, via actionis repetendi, vnde quoque Felin. *in cap. de cætero col. 4. de ſentent. & re iud.* tradit, quòd licet Iudex ex ſtatuto teneatur pronunciare ſecundùm conſilium ſapientis, ſi tamen illud per calumniam peti animaduertat, poſſit illud denegare, ita & iuſtitiam & audientiam aliquando denegat Iudex, Alex. *ad Bart. in l. prolatam. Cod. de ſent. & interlocut.* ita vt ſi quæ exceptiones calumnioſæ forent receptæ, vti proponitur apud Zaſium *in l. à Diuo Pio, §. ſed ſi emptor, ff. de re iudic.* Iudex eaſdem ex officio reijcere debeat *l. 2. Cod. de falſis, l. poſt rem, ff. de tranſact.* multa ſimilia congerit Hypol. de Marſil. *in praxi crimin. §. oportere, num. 76. & ſeqq.* & pulchrè Alexan. *lib. 1. conſ. 66. num. 5.* quod Iudex non ſolum agentem calumnioſè poteſt non audire imò tranſire, ſed etiam tunc quando exceptio eſt efficax & iuſta, & Iudex vehementer opinatur, eſſe factum cauſa morandæ litis, poterit illum reijcere, & in iudicio ſummario ex leui, in iudicio autem ordinario ex vehementi præſumptione, quodque Iudex præſumatur motus ex cauſa repellere exceptionem, vide DD. ibi in cauſis miſerabilium perſonarũ, idẽ Alex. *lib. 1. conſ. 121. n. 5.* priora declar. Contard. *in l. diffamari, c. 4. n. 140*

Ex prædictis autem colligitur, quòd non potuerit defendi illa ſententia, qua iniungebatur ſolutio, reſeruatâ rationũ liquidatione præpoſterè propoſito effectu cauſæ W'ameſ. *cent. 1. conſ. 76. ſub nu. 32.* cum imò exceptio liquidationis etiam opponi poſſit inſtrumento publico per tradita à Borel. *d. tit. 48. n. 138.* nihilominus videmus ſi quid iſtorum caueatur vel ſolutio iniungatur, protinus appellari, & per appellationẽ cum maxima iactura partis victricis ſententiam ſuſpẽdi, quando in vno condemnatus, illud quod liquidum eſt, non ſoluit appellans, qui tamẽ in liquidis deberet exequi, niſi fortè vterque appellaſſet, vel poſtæ eſſent cõnexæ, de quo diſtinctè Boër. *deciſ. 73.* & hoc ita declarabã in caſu vbi inſtrumento publico obijciebatur exceptio vſurariæ prauitatis, ex hoc fundata, quod contra conſtitutionem Imperij ſex de centũ petita & ſtipulata fuerint, nam licet hic cõtractus iuxta Conſtitutiones Imperij dicatur vſurarius, tamen nõ debuit ſuſpendi ſolutio liquidi, ſed potius vtile ab intili ſeparari, vt in ſimili ſuper liquido pronũciatur, & ſuper illiquido vlterior probatio iniungitur apud Gail. 1. *obſ. 64.* niſi fortè cõtractus abſolutè & in omnibus dicatur vſurarius, quia tunc per talem exceptionem, ſi veriſimilis eſt, impediri executionem inſtrumenti guarentigiati dicit Gratianus *tom. 2. deciſ. forenſ. cap. 118. num. 48.* poſteriori verò caſu, qui ſymboliſat cum priori, Iudex diligenter aduertere debet, an obmotæ exceptiones requirant altiorem indaginem, prout ſunt exceptiones per teſtes, & inſtrumenta probandæ Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu 12.* Meiſner. *tom. 3. deciſ. Cam. Imper. 13. num. 332.* & ita dicit Colerus *cap. 1.*

4.

Digitized by Google

num.166. quod exceptiones altiorem indaginem requirentes, hoc eſt liquidationem per viuæ vocis teſtimonia, in ſummario executionis iudicio repellantur, & *cap. ſeq. 2. per tot.* de exceptionibus incontinenti probabilibus agit, & plurimos DD. allegat Borellus *in ſumma deciſ. lib. 2. cap. 32. num. 106.* quod ſtatutũ reijciens omnes exceptiones, non cenſeatur reijcere, quæ in promptu & in continenti apparent & demonſtrantur, & aliqua in Karpzouio, *p.1. Conſtit. Saxon. 8. def. 16. & ſeqq.* quæ exceptiones impediant executionem inſtrumenti guarentigiati, quę dicantur in continenti liquidabiles, & quomodo quid non dicatur in continenti probari Meiſnerus *tom. 3. deciſ. 13. n. 94. & ſeq.* adde Menoch. *rem. 1. recup. poſſ. num. 252. & ſeqq.* de dictionibus protinus, illico, in continenti, & quid dicatur taliter probari, ibi & de regula, hodie conſtat; hodie agatur, hodie decidatur.

5. Altera exceptio traditur à Farinacio *p. 1. deciſ. 526. n. 12.* Afflict. *deciſ. 63.* ſi mea intentio, exceptio in continenti (in continenti quid fieri dicatur vide Zaſium *in l. ſi ſe non obtulit, §. ſi quis condemnatus num. 5. ff. de re iud.*) probata, ſed ex tua replicatione aliquid diſcutiendum venit, hoc non facit, quòd exceptio debet reijci tanquam habens altiorem indaginem, ſed reprobatur per Surdum *lib. 2. conſ. 252. n. 16. & ſeq.* nam vt probatio non dicatur prompta ſeu in continenti probata non refert, an dubietas inſurgat ex probatione allegantis, vel potius ex replicatione aduerſarij, & hoc extendit ad inſtrumentum cui aliquid opponitur, poſſet tamen declarari, ſi ex facie inſtrumenti aliquo modo appareret vel probabiliter dubium deduci poſſet, vel ex eodem fonte proueniret, Borellus *d. tit. 48. num. 32.* ibi Doctores & Surdus, quòd confeſſio iudicialis non inducat notorium, quando effuſcatur ex aliqua cauſa, & per totum quando exceptio dicatur requirere altiorem indaginem, quod & tunc fieri dicitur quando continet ſolum dubium Iuris vide latè Borell. *d. tit. 48. num. 107. & multis ſeqq.* vbi ponit regulam, quod exceptio requirens altiorem indaginem non admittatur, ſed ad merita reſeruetur, nec executionem impediat, quod procedit quoq; in poſſeſſorio, ſi habeat difficultatem; illa autem exceptio dicitur habere altiorem indaginẽ, quę nõ poteſt incontinenti probari vel breui liquidari, in continenti autẽ dicitur probari exceptio; 1. quæ ex publico, 2. quæ intra triduum probatur; 3. ſi abſq; aliquo termino incõtinenti probatur; 4. ſi apparet ex proceſſu & actis; & deniq; quod verius eſt, remittitur arbitrio Iudicis, quando quid in continenti dicatur probari Menoch. *caſ. 17.* & alij quos ibi allegat, & Borell. *lib. 2. tit. 32. num. 78. & ſeqq.* quæ dicantur incontinenti probari vel altiorẽ indaginem requirere & DD. vtrobique allegati Caualc. *p. 2. deciſ. 28. num. 11. & 12.* quod alia eſt cauſa executiua, alia reconuentionis, quæ ſi non poſſit terminari eadem inſtantia, non differtur executio, ſed reconuentio dicitur habere altiorem indaginem.

Enimuerò quia & in foro noua ſuboritur controuerſia, an & quid dicatur habere altiorem indaginem, quæ quæſtiones ſæpe vltra tempus inſtantię à lege definitum diſputantur & non decidantur, ſed deciſionarios allegat Tepatus *in Compendio deciſ. tit. 278. cap. 9. verſ.* omnes exceptiones dicuntur requirere altiorem indaginem, præter illas, quæ reſultant ex actis, dic propter præfatas altercationes, ſeu hodiernas diſputationes, 6.

præ-

Digitized by Google

præter illas, quæ apparent ex ipſo Inſtrumento ad effectum ſaltem impediendi eiuſdem executionem, nam ſi legiſlator hodie conſuleretur ſuper obligationum & inſtrumentorum executione, nullatenus dubito, quin reſeruatis huiuſmodi altercationibus reſponderet inſtrumenta & obligationes regulariter ſub præfata cautela exequenda, vel ſaltem promiſſa in obligatione, in iudicio deponenda, & propter infinitatem litium eius contrarium vix ac ne vix quidem practicandum eſſe, ne Reo detur aliud remedium, quam vt ſoluat, & poſtea repetat, ſi habuerit iuſtam excipiendi cauſam, conuertendo ſcilicet exceptionem in actionem, vel de exceptionib. viuæ vocis teſtimonijs probandis, quod non impediant executionem, ſed reſeruari debeant, docet Zangerus *de except. 3. cap. 26. num. 116. & ſeq.* prius tamen declarari poteſt, ſi forte Iudex ex cauſis mouentibus iuxta locorum, temporum, perſonarum, & obligationum circumſtantias aliud expedire, vel d. inſtrumentum exequi non debere iudicet, prius tamen permaxime hodierno tempore æquitati conſentaneum eſſe exiſtimo, quamuis ſi iuxta tempus à Iure præfinitum cauſæ terminarentur, ſatis quoque æquum putem exceptiones etiam priuilegiatas ad proceſſum oppoſitas non audiri, ſi altiorem requirant indaginem, ſed tantum in vim peremptoriæ opponendas fore, tamen ſi omnia manifeſta ſint, non ſolum illas, ſed & alias exceptiones peremptorias, per quas ſuſtinetur actiones ipſo Iure non competere, ad proceſſum opponi poſſe non dubitem, prout ſub hac diſtinctione an apertæ ſint, an altiorem indaginem requirant, vſus forenſis illas admittit iuxta Additionatorem ad Dauth. *de teſtam. num. 141* prout quandoque vidi exceptiones peremptorias ita propoſitas, ſed tamen in euentum litem quoque conteſtatam fuiſſe: Alioquin quæ exceptiones adhuc proponi poſſint ſtante ſtatuto excludente ad interim exceptiones, tradit Riccius *part. 2. collect. 464.* quæ non poſſint *p. 4. collect. 958.* de quo latius Carolus de Graſſis *in tract. de except. non reiectis per ſtatutum.* & aliqua in Vantio *de nullitate, tit. quis poſſit dicere de nullit.* Menoch. *lib. 2. praeſ. 48.*

CAPVT XII.

Ad abbreuiandas lites multa hic relata, lite pendente fieri & exequi poſſe, & quando lis pendere dicatur.

PRæmitto quod exceptio litis pendentiæ, ſymboliſet cum exceptione rei iudicatæ, & ijſdem fere regulis inſiſtant, ideoque vbi non poteſt obijci nouæ liti exceptio rei iudicatæ, ſic nec poteſt obijci exceptio litis pendentiæ, Wameſ. *tom. 1. conſ. 142. num. 1.* Ant. Fab. *in Cod. vt lite pendente, def. 8.* vbi cui iudicio non obeſt ſententia, ei nec litis pendentia obeſt. Plura autem requiruntur ad hoc, vt obſtet exceptio rei iudicatæ, de qua *l. cum quæritur, & ſeqq.* ibi DD. *ff. de except. rei iud.* ſicut & notabilis eſt deciſio in materia litigioſi, quando non obſtet, & quod poſſeſſio vitio litigioſi affecta transferatur, quodque lite mota ſuper poſſeſſione, res non dicatur litigioſa, in Benintent. *deciſ. 48.* late diſputatur per Cothman. *vol. 3. reſp. 3.* an libellus Principi oblatus, item an ſola citatio faciat litis pendentiam, quod ipſum ſæpe controuertitur in locis, vbi plures Iuriſdictiones diuerſæ ſunt apud diuerſos Dominos, quibus addo Zaſ. *lib. 1. conſil. 10. num. 72.* quod lis non dicatur pendere, niſi lite conteſtata, Iudicij autem initium duplex dicitur, ſed quando illud dicatur in- 1.

Digitized by Google

choari ſub diſtinctione, reſoluit Lucas de Penna *in l. hac lege, num. 4. & 5. C. de proxim. Sacr. Scrin.* & quod iudicium proprie dicatur à litis conteſtatione incipere, docet quoque Gail. *1. obſ. 37. & ſeqq.* quem vide, quia illata ibi in praxi quotidiana ſunt, adeo vt ſecundum Zaſium *in l. cum fundus, num. 5. & 6. ff. de rebus cred* citatio, citationis reproductio, exceptio contra Iudicem, & ſimilia, in his non dicatur iudicium acceptum, ſed præparatum, hinc citationem actionum inſtituendarum principium, non autem iudicij initium dicit Textus *in §. fin. inſtitut. de pœnis temer. litigant.*

2. Porro vt litis pendentia inducatur, quæ neceſſaria ſint, inter alios docet Mynſing. *4. obſerv. 26.* Cothmann. *volum. 3. d. reſp. 3.* latè Lancellott. *de Attentat. lite pendente*, adde Guid. Pap. *deciſ. 337. & 488.* Zanger. *de except. part. 2. cap. 13.* ibi & an per capturam inducatur litis pendentia & effectus litis pendentiæ apud Riec. *part. 1. collect. 139.* adde Maſcard. & alios DD.

3. Præterea notandum eſt, quod per citationem, ſequeſtrum, & capturam nullam, nulla inducatur litis pendentia, Magon. *deciſ. Florent. 31.* vnde Caualc. *part. 2. deciſ. 28. num. 41.* dicit, ad hoc, vt per citationem inducatur præuentio (quæ per ſolam citationem inducitur, iuxta Gail. ſuperius allegatum, non vero litis pendentia, quamuis ad commodum & effectum citationis lis pendere dici poſſet, ad hoc autem, vt citatio inducat litis pendentiam, requiri docet Caual. *p. 3. deciſ. 10. nu. 64.* 1. vt ſit decreta à Iudice competente, 2. vt ſit executa, 3. facta perſonæ ad domum vel perſonaliter, ſi non latitet, aut per edictum perſonæ incertæ, niſi conſuetudinis ſit, vt per edictum citentur perſonæ certæ, vti memini aliquoties hic factum, ſed tamen quid in caſu conſuetudinis fieri debeat, tradit Caualc. *ibi*, ſic & quoad alios effectus per citationem litis pendentiam induci teſtatur Gail. *2. obſ. 24. num. 16. & ſeqq.* vbi & ſex requiſita neceſſaria eſſe dicit ad hoc, vt per citationem inducatur litis pendentia) requiritur vt legitimè & valide fiat, non in die feriata, alias poterit ſecundus in cauſa procedere, & alteri inhibere, & ita vidi procedi per ſecundum Iudicem, quando quis à primo nulliter vel etiam ab incompetenti citatus erat, de præuentione ſupra de Iuriſdictione dictum fuit, hic agitur de litis pendentia, quæ quando pendere dicatur, late quoque agit Barboſ. *in c. cum lite,* vt lite pendente nihil innouuetur in Clementinis.

Ex prædictis infertur, quod in caſibus, 4. quibus lis nondum pendet, vel introducta eſt, locum non habeat, *l. vbi acceptum de iud* vide tamen huius legis ampliationes & limitationes, in Ant. Gab. *in cõmunib. concluſ. tit. de iud. concl. 1.* & omnino Marcell. Calam *de modo articulandi & prob. gl. 1. §. 1. n. 27. & ſeq* vbi pulchra infert, vndecim limitationes refert Barboſa *tr. Axiom. Iuris vſu freq. ax. 132 n. 2.* vbi dicit *d. l. vbi acceptũ* non procedere: 1. in contumacem, 2. vbi prior Iudex negligens eſſet, 3. ſi non poteſt accipere complementum iuſtitiæ à primo, 4. ſi ſuperuenit vrgens neceſſitas, vnde hoc tempore belli non obſtante prçuentione in puncto competentiæ pronunciaui, vbi in iudicio præuento nec Iudex, nec Scabini reſidebant, 5. ſi ex priuilegio poſſit declinari, 6. in delegatis cum clauſula, ſi non omnes, 7. in crimine hæreſis, 8. ſi actum eſſet coram arbitro, quia poterit agi coram ordinario ſoluta pœna, 9. in iudicio executiuo, 10. ſi primum iudicium

Digitized by Google

cium eſt nullum, & tale, per quod non poſſit procedi ad definitiuam, 11. ſi per appellationem, recuſationem, vel ſuperioris reuocationem aliud fieri contingat, vide & Cardin. Tuſch. *lit. I. concl. 487. num. 18. & ſeqq.* Iaſon *in l. nulli, num. 6. & ſeqq. Cod. de Iudic.* limitatur item prædicta l. quoad miſerabiles perſonas, Theſaur. *deciſ. 177.* iunctis traditis per Scacciam *de appellat. q. 7. n. 113. & ſeqq.* vbi probat, quod hæ perſonæ etiam in prima inſtantia poſſint adire Principem omiſſo medio ordinario, vbi multis modis ampliatur & limitatur.

5. Interim primo notanda eſt deciſio apud Gratian. *lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 113. num. 28 & ſeqq.* quod penſionarius manutenendus ſit, pendente nullitate penſionis, & iniuſtitia poſſeſſionis, neque requiritur tituli probatio, ampliatur procedere, etiamſi cenſus prætendatur ſolutus, quid ſi vero æquum putetur, vt recipiens penſionem caueat, vide *in ſequentib.* declaratum, vbi præter declarationes relatas, inuenies vnam ſupra de Genere, *cap. 4.* & ita iuxta principalem doctrinam quandoque pronunciaui, an autem cenſus perpetuus aut redimibilis in pecunia numerata & forma probanti, probetur & præſumatur conſtitutus ex eo, quod quis ſoluerit reditus ei correſpondentes creditori, item an hæc præſumptio ſufficiat in poſſeſſione & proprietate, late diſcutitur apud Flores Diez *practic. quæſt. 2. & q. 23.* egregie tractat, vtrum ex curſu longi temporis præſumatur titulus aut ſolemnitas in actu requiſito, ad quem breuitatis cauſa ſit relatio.

6. Hinc belliſſime docet Maurit. *tract. de reſtitut. in integrum, cap. 423. num. 5.* quod cenſum ſibi debitum exigens etiam lite & appellatione pendente non dicatur innouare, adde præter Farinacium *part. 2. deciſ. 666. num. 1.* Lancellot. *de attentatis reſtit. in integr. pendent. num. 145. & ſeqq. & cap. præcedent. num. 159.* ibi & ſolutio ſub prætextu nullitatis quaſi ex errore facta differri non debet, confer tradita per Gail. *2. obſerv. 75.* & quod lite pendente danda ſit manutenentia, Gratianus *diſcept. forenſ. cap. 569. & cap. 488. num. 8. & 9.* dicit, quod cenſus inualidus cenſeatur approbatus per ſolutionem fructuum, & lite pendente ſuper ſolito grauamine exactoris, debitor non cogitur ad integram ſolutionem, ſed tantum iuxta ſolitum Klock *de contribut. cap. 18. num. 85. & ſeqq.* adde tradita *inferiùs verſ. quarto.*

Eodem modo termino ad conficiendum inuentarium pendente, hæres non poteſt à creditoribus vel legatarijs conueniri, *l. fin. §. donec, C. de iure deliber.* ſed tamen, vt hoc fieri poſſit, quid probandum, vide Marcell. Calam *de modo articul. & probandi gloſſ. vnic. num. 1012. & ſeqq.* vbi præter alios allegat quoque Duen. *Regul. 267.*

Secunda quoque notabilis eſt deciſio eiuſdem Gratiani *lib. 1. cap. 118. n. 40. & ſeqq.* 7. cum, vt ſupra dictum fuit, in executiuis locum non habeat exceptio litis pendentiæ, poteſt creditor, qui ratione iudicati ſoluendi Titium alibi conuenit, in bonis hic ipſum arreſtare, prout factum ſcio, & ita pronunciatum fuit apud Mollerum *lib. 3. ſemeſt. cap. 36. num. 2. & 3.* vide Berlichium *part. 1. concluſ. 80. & 81. num. 39. & ſeqq.* Menoch. *remed. 4. adipiſcend. poſſeſſ. numer. 423. & ſeqq. & remed. 5. num. 158. & ſeqq.* Verum ego in cauſa aliqua plane contrarium ſuſtinui, ex quo via ordinaria ſemel electa non liceat, ad extraordinariam redire, Guido Papa, *ſing. 609. & 563.*

&in

& in terminis allegaui Caualc. *part. 1. deciſ. 1. num. 15. & 31.* idem reſolutis contrarijs docet Martinus Monter à Cueua *deciſ. Regni Arrag. 22. per tot.* per rationes ibi adductas, de iure verius eſſe, quod iudicio ordinario coram vno Iudice intentato non liceat ad executionem coram alio Iudice procedere, ad cuius confirmationem faciunt tradita per Gratianum *d. cap. 118. num. 49. & ſequentib.* vbi declarat, quem omnino videas, quia ſimul docet, quod ceſſionarius poſſit petere executionem inſtrumenti non obſtante pendentia nullitatis vel vſurariæ prauitatis, Borellus *in ſumma deciſionum lib. 2. tit. 32. num. 244. & ſeqq.* quoque tradit eſſe controuerſum inter Doctores, an in materia executiua quis vna via exequendi electa cogatur in illa perſeuerare & perſiſtere, affirmatiuam autem dicit veram in executione rei iudicatæ, illam in actione hypothecaria, ſed relinquit cogitandum, Putarem autem ego, niſi ratio quoad præiudicium tertij, vel quoad Iudicem aditum aliud ſuadeat, æquum eſſe, vt litium anfractibus amputatis Reus cogatur ad ſolutionem, cum cauſa iuſta eſt, ait Sopoh. in Electra, nihil attinet diſputare, ſed rem decet exequi, de quo tanto minus dubito, quo plures & prægnantiores Clauſulæ Executiuæ hodie inſtrumentis inſeri ſolent, qualia remedia non alternatiuè, ſed coniunctim in arbitrium creditoris collata ſunt, Beſoldus *in Theſauro practico, litt. S. verb.* Schuldverſchreibung, *num. 54.* Conſimiliter docet cum Doctoribus allegatis Chriſtinæus *volum. 5. deciſ. 213. num. 20.* quod creditor, qui plures habet obligatos in ſolidum, pendente iudicio contra vnum poſſit adhuc alium conuenire, qui *& eod. volum. deciſ. 218. num. 34. & ſequentib.* tractat illam quæſtionem, quæ haud pridem in facti contingentia fuit, an videlicet pendente lite vir vxorem alere teneatur, & ad quem dos pertineat, vide *ibi.* Rurſus docet Peckius *de iure ſiſtendi, cap. 4. num. 6.* quod de fuga ſuſpectus etiam lite pendente arreſtari poſſit, & *num. 15.* quod miſſus in bona ſui debitoris, adhuc eum arreſtare poſſit, vbi reſoluit contraria.

Tertio, an pendente nullitate vel petita reſtitutione impediatur executio ſententiarum trium conformium, item an tertius illam impediat, vide Borellum *d. titul. 32. num. 16. & multis ſequentib.* ibi & quæ ſint tales, item *num. 47. & ſeqq.* an nullitate non obſtante exequi debeant, rurſus *num. 55. & plurimis ſequentib.* an reſtitutione in integrum petita ſuſpendatur illarum executio, item *num. 107. & plurimis ſequentib.* an tertius comparens illam impediat, quæ omnia & ſingula in praxi quotidiana ſunt, & aliqua dixi ſupra *cap. 10.* ibi & Coracius allegatus, quem cum Borello in caſibus occurrentibus conſulito, adde omnino & diſtincte Florez Diez *in practicu quæſtion. 5. §. 3 num. 49. & ſeqq. & §. 4. num. 71. & ſeqq.* vbi perplures concluſiones tractat, an petita reſtitutione in integrum, impediatur executio ſententię. De tertio oppoſitore agit quoque Couarr. *pract. quæſt. cap. 13. & tribus ſeqq.* Mynſing. *3 obſer. 73.* Tepatus *in compendio deciſionum, tit. 278.* DD. *in l. à Diuo Pio, § condemnatum, & §. ſi ſuper alios,* ibi Zaſius *ff. de re iud.* vbi adducit caſus aliquot notabiles, quibus non repellitur contradictor propter cautionem præſtitam, latè quoque Chriſtinæus *volum. 1. deciſ. 297.* item an prætendens dominium rei mutuatæ, depoſitę, 8.

Digitized by Google

poſitæ, & commodatæ, poſſit eius reſtitutionem petenti impedire, Gratianus *diſceptat. forenſ. cap. 261. num. 26. & ſeqq.* vbi & an impediatur poſſeſſorij executio per prætendentem dominium, & licet nullitatis exceptio poſt tres conferentes ad effectum impediendi executionem regulariter opponi non poſſit, tamen hoc ipſum fallit in nouem caſibus, iuxta Romanum *conſil. 291.* vbi & Additionator prædicta aliquot modis declarat, & de conformitate ſententiarum, & quando ſit conformitas trium, videatur in Scaccia *de appellat. quaeſt. 17. limit. 1.* ſæpius in cauſis adduxi Anton. Theſaurum *deciſion. ſuperius alleg.*

9. Quarto, lite pendente poſſeſſor manutenendus eſt, neque vt caueat arctandus quamuis pauper ſit, Anton. Faber *in Cod. vt lite pendente, def. 9.* ibi an ſequeſtrum fieri poſſit, exornatur per ea, quæ adducit Vantius *de nullit. tit. Quoties & intra quod tempus, vbi in ſpecie num. 27. & ſeqq.* quod citatio nulla, non inducat litis pendentiam, & de ſimilibus ibi, confer & Gail. *1. obſerv. 147. & ſeq.* vbi & exornatur, quod poſſeſſor pendente appellatione poſſeſſor dicatur, ratio prioris, quod non teneatur cauere, videtur colligi ex Gail. *1. obſerv. 63. num. fin.* quod poſſeſſori ſiue victori in poſſeſſorio debeantur fructus, etiamſi poſtea in petitorio ſuccũbat, & cõſequenter nulla neceſſaria videtur cautio, ſed vide iura & præiudicia Cameralia apud Heringium *de fideiuſſ. cap. 10. num. 319. & ſequentib.* quod victor in poſſeſſorio cauere teneatur, & ita ſæpius vidi obſeruari, quidni igitur & pauperi, ſi Iudici ita videbitur, ad petitionem partis iniungetur cautio? *Arg. l. in omnibus ff. de iudic.* Viuius *deciſ. 403.* vbi debitor in diem poteſt compelli cauere, vt adueniente die ſoluat, imo dilatione data pendente poteſt condemnatus cogi, vt ſatiſdet, Iaſon *in l. 2. in fin. ff. de re iud.* Ant. Gabriel. *in comm. concl. tit. de dilat. concl. 1. in fin.* vtcunque poſſeſſor tantum iuris habere cenſeatur, vt armatus poſſeſſionem ſuam defendere, & oſtium domus effringere poſſit, ſi à conſocio ædibus arceretur, Crauett. *conſil. 4. num. 10.* Menoch. *remed. 9. recup. poſſ. num. 238. & ſeqq.* Magerus *de aduocatia armata, cap. 11. num. 254. & ſeq.* vbi ampliatur, & *num. 282.* ipſe confirmat doctrinam per varia à DD. tradita, quod nemo lite pendente debeat commodo poſſeſſionis ſuæ priuari, nec vaſallus etiamſi agatur ſuper commiſſo feudi, pro confirmatione prædictorum ſcio iudicatum, quod appellatione pendente cautio apud inferiorem Iudicem petita & iniuncta fuerit, quia punctus cautionis diuerſus eſt à cauſa principali, ad cuius faciliorem exitum potius tendit, & videtur hæc ſententia hiſce temporibus (quia qui tempore inchoatæ litis ſoluendo erant, facultatibus labuntur, & ſæpe pauperes fiunt, talis beſtia eſt bellum cuncta deuorans & abſumens) magnam propter emergentia continere æquitatem, alias notandum, quod cautio regulariter ante litis conteſtationem peti debeat, & poſt illam peti non poſſit, an autem ille, qui tempore fideiuſſionis poſſeſſionatus, iterum ſatiſdare debeat, vide Berlich. *p. 1. concl. 19. n. 27. & ſeqq.* item an creditor qui accepit prius chirographum, poſſit poſtea petere inſtrumentum, Hering. *de fideiuſ. c. 15. n. 89. & ſeqq.* adde Surdum *conſ. 18 per t. & de alimen tit. 7. q. 20.* pulchrè Barboſ. *de clauſul. vſufreq. clauſ. 16. n. 2. & 7.* in ſumma debitor quantumcunq; obligatus efficaciter, debet ſatiſdare ex cauſa ſuperueniente

Digitized by Google

Caſtil. *de vſufr. cap. 19. num. 11.* Bartol. *in l. ſi conſtante matri. ff. ſolut. matr.* adde *l. 10. ff. qui ſatisd. cog. & caſum gloſſ. in l. qui ſtipulatus, §. fin. ff. de verb. oblig.*

10. Si quis autem petat reſtitutionem aduerſus contractum, officio Iudicis requiſiti incumbit, vt interea contractum tenere, vireſque habere pronunciet, hinc alter petere poterit contractus adimplementa cum proteſtatione, Karpzouius *part. 1. Conſtitut. Saxon. 26. def. 22.* quia iudicandum eſt ſecundum ſtatum præſentem, Crauett. *conſil. 325. ſub num.* 1. cum illatis, & quomodo declaretur, & alias ſub diſtinctione reſoluit, an petitio reſtitutionis in integrum impediat executionem, Zaſius *in l. ſi ſe non obtulit, §. ſi quis condemnatus, nu. 14. & ſeqq. ff. de re iud.*

Quinto, præter notata DD. *in cap. cum teneamur, x. de appell.* & Lancellott. *de attent. p. 2. cap. 12. limit. 4.* Ant. Gabriel *in communib. concluſ. lib. 5. de acq. poſſ. concl. 6. n. 1.* Surd. *conſ. 35. n. 11. & ſeqq.* vide doctrinam *ſuperiùs verſ. quarto* traditam, notabiliter exornatam, ampliatam, & declaratam apud Vincent. Carocium *tr. de except. contra præiud. ſent. except. 44. nu. 241. & plurimis ſeqq.* quod continuando poſſeſſionem lite & appellatione pendente non dicatur attentare, imo deſiperet, qui timore litis à poſſeſſione deſiſteret, etiamſi inhibitum foret, & poſſeſſio eſſet contra ius, & competeret ratione priuilegij, dummodo priuilegium allegetur & exhibeatur, & hoc verum eſt, ſi ſimus in Iudicio ordinario, nec prius cognitum ſit in ſummario, vnde quoque infert, quod Notarius condemnatus de falſo, ſi appellet, poſſit conficere inſtrumenta, de quo præter notata à Boërio *deciſ. 149. & 150.* an adeptus officium remoueri, & an lite pendente illud exercere poſſit, late & diſtinctè agit Pacianus *lib. 2. de probat. cap. 22.* An inſtrumenta Notarij accuſati de falſo, vel inquiſiti, aut condemnati, valeant, & *cap. 21. n. 132. & 140. & per tot.* exactè tractatur, an valeat inſtrumentum Notarij putatiui, qui eſt in poſſeſſione conficiendi illa, & an iſta quaſi poſſeſſio transferat onus probandi in aduerſarium, pariter & condemnatus de delicto teſtari poteſt, ſi appellat, de quo & Bredenrod. *de Appell. lib. 1. tit. 19. lit. C. de confiſcatione*, & an pendente appellatione reus criminis poſſit ad ordines promoueri, Barboſa *in cap. omnipotens, de Accuſationibus*, accuſatus non debet ſacerdotij ſui poſſeſſione priuari, *c. 2. vt lite pendente*, immo nec depoſitus ſi prouocauit, prohibetur Iura Epiſcopalia exercere, *Gloſſ. in cap. ſæpe, de Appellat.* tunc enim non cenſetur damnatus, qui prouocauit, *l. furti, §. 1. ff. de his qui notan. infam. l. 2. §. fin. ff. de pœn.* manetque eiuſdem ſtatus integer, vt interim dignitatis ſuæ honoribus fungatur, *l. vn. §. penult. ff. nihil nouari appellat. pend.* tamen Procuratori & Aduocato exercitium interdici docet Mandoſius *de inhibit. quæſtion. 555. per l. rerum, Cod. de Procurat.* Vide tu multos caſus apud Pacianum *ſuperius cap. 21.* allegatum, hinc etſi lite pendente cepi poſſeſſionem, non dicor attentare, ſed eam continuare, vbi plura infert, & ampliatur præcedens doctrina, etiamſi præfata continuatio fieret per modum recuperationis, continuare enim dicitur, qui poſſeſſionem ſuam in continenti recuperat, niſi ante recuperationem conuenerit cauſam committi, tunc enim amplius propria authoritate non poſſet recuperari, vbi hoc declarat & docet ſimul, quid ſit in continenti recuperare; hæc autem

tem dicit vera eſſe in rebus ſtabilibus, ſecus in mobilibus, quas lite pendente non licet leuare de manu alterius, licet quis prætendat intereſſe in ijs, & ita iudicatum fuiſſe in Rota.

11. Requiritur autem in taliter continuante poſſeſſionem, vt conſtet, 1. de poſſeſſione vera vel præſumpta, nec ſufficit poſſeſſio turbida & defectiua, 2. quod non alteretur modus primæuæ poſſeſſionis, & continuando vtatur eo modo, quo vtebatur ante litis conteſtationem, 3. quod poſſeſſio non ſit de iure ſpeciali, 4. quod cauſa non ſit auocata, 5. vt non procedat in poſſeſſione noua, 6. niſi continuantis notaretur perfidia, quid autem ſit in cauſa inappellabili, an capta poſſeſſione pro parte victrice, appellans poſſit eam continuare, & quia aliqui habent priuilegium de non appellando à ſententijs in poſſeſſorijs latis, ideo ſententia in poſſeſſorio lata executioni mandatur, & petitorium reſeruatur, alias etiam ob contumaciam condemnatus, ſtante appellatione manutenebitur Gratianus *diſcept. forenſ. c. 217. num. 19.* vide *in ſeqq. ibi*, modo controuertitur in terminis collectarum, ſed quod illas lite pendente abſq; metu attentati quis ſoluere compellatur, deciditur per Flores Diez *lib. 2. pract. q. 21 n. 154. & ſeqq.* per DD. ibi alleg. ibi declarat procedere, ſi quis ſit in poſſeſſione ſoluendi collectas, ſi vero alter nunquam ſoluerit, & aliquid allegaret, quod concludat allegantem non eſſe debitorem, hoc ipſum audiri debere, quod rurſus ſublimitat de conſuetudine in materia collectarum Regi ſoluendarum, pro quo dicit ſtare præſumptionem, & ideo ſemper ſe vidiſſe executiuè procedi, non obſtante litis pendentia, & proh dolor! hodie ita proceditur in Germania.

Sextò, de intruſo lite pendente, vide Coratium *d. tract. except. 3.*

Septimò, petente beneficium ceſſionis non poteſt incarcerari, etiamſi ſtatutum diceret, quod inſtrumenta per carcerationem debitorum exequi debeant, Gratianus *to. 2. diſcept. forenſ. cap. 222. num. 42. & ſeqq.* vbi contraria diſſoluit, quod notari poſſet ab aliquo, cuius perſonę apprehenſio mandata fuit, quemadmodum lite pendente in cauſa matrimonij vitium litigioſi non contrahitur, iuxta Franciſ. Marcum *p. 2. deciſ. 713.* de quo vide Pariſium *conſ. 59. n. 34. & ſeqq. lib. 4.* & Lancellott. *de Attentat. p. 2. cap. 4. ampliat. 1. n. 21.* & de matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ, Papæ vel Iudicis, agit quoque Franciſ. Marcus *p. 2. deciſ. 711 & ſeq.* & Chriſtinæus *vol. 1. deciſ. 319.*

Octauo, filiæ cum agnato, aſſerenti bona eſſe feudalia, contendenti poſſeſſio lite pendente ſuper bonis feudalibus danda eſt, Karpzouius *p. 1. Conſtit. Sax. 27. def. 8.* quod licet controuertatur inter DD. certo tamen modo hoc ipſum ad longum defendit Knichen *de veſtit. pact.* vide & Caualc. *ſuperius* allegatum.

Nono, pendente lite in puncto Iuriſdictionis quid decidendum, vide Caſparum Guliel. *Rota Spirenſis lib. 3. cap. 89. & c. 105. & ſeq.* & de lite pendente circa erectionem furcarum, Wehner. *pract. obſ. litt. Z. verb. Zent. verſ. ſi tamen inter duos, &c.* ſicuti in vſu practico quotidie videmus, quod lis ex lite inſurgat, ſed ea demum illa lite, ex qua illa inſurgit, finita, intentari debeat, de qua pulchra eſt reſolutio *in deciſionib. Supremi Senatus Hollandiæ, deciſ. 44.* ſicuti & de cauſa iniuriarum ex lite exſurgente, & de cauſis quæ in pendenti ſunt, & de quarum veritate & falſitate adhuc diſceptatur, agit Coth- 12.

man.*vol.3.reſpon.4.nu.125.* & *vol.1.reſp.10.n.266.& vol.1.reſp.59.nu.4.*Gail.*de Arreſt. Imper.cap.vlt.n.4.& 6.& de pace publ.lib.1 cap.11.n.26.* Meiſner.*lib.1.deciſ.Cam.Imp.4 num.1.* late Berlich.*practicarum concluſ.p.5 cap.65.num.44.& ſeqq.*ibi præiudicia,ſicut & Rutg.Rulandt *de Commiſſ.p.4.cap.7.& 6 n.11.* refert præiudicium, quod cauſa iniuriarum, ſi dependeat à cauſa principali, illa demum finita,veniat intentanda,de Theorica,quod de iniurijs agi non poſſit,niſi lite finita,quomodo procedat & limitetur,vide Cothm.*vol.2 reſp.88.n.16,& ſeqq.*ibi & ſentent.Cameral.& Nicol.Eucrhard.Iun.*vol.1. conſ.66.nu.3.& ſeqq.* Felin. *in c.1.n.15.de except.*& aliqua quæ lite pendente fieri poſſint apud Tepatum *in Compendio deciſionum tit.145.cap.4.& per tot.de litigioſis.*

Decimo, A t F. b. *in Cod.de dignit.def.7* qui initio litis vt plebeius habebatur, poteſt lite pendente prouiſionaliter immunitatem tanquam Nobilis obtinere. Similis caſus refertur ſuprà de Æquitate, & apud Chriſtinæum *vol.1. deciſ.226. n.16. & ſeqq.* an ſola qualitatis poſſeſſio, ſufficiat ad gaudendum lite pendente qualitatibus & attributis Nobili conceſſis, & Ant.Faber *in Cod.tit.arbitrium tutela, def.5.* non poteſt adminiſtratori vlla prouiſionalis adiudicatio fieri ante redditas rationes, ne quidem ſalarij, niſi alter ſit in mora, Idem *tit.locati, defi.17.* quod conductor non ſit condemnandus pendente lite, ſi certam alleget ſolutionem, quouſq; actor eam negauerit, vide ibi, & *defin.39.* Idem *tit. plus valere quod agitur,&c. def.4.* inſtrumento ſtandum pendente quæſtione ſimulationis, & *tit.Cod.de oblig.& act.def.8 & 12.* vbi ex inſtrumento non ſit prouiſionalis adiudicatio pro milite.

13. Vndecimo, notabilia ſunt, quæ tradit Magerus *de Aduocatia armata, cap.11. numer. 276. & ſequentib.* vbi pro & contra arguit, an protector lite pendente, ſiue quando Ius controuerſum eſt, clientes defendere teneatur, & dicit quod ſic, ſicut & vaſallus pro feudo ſuper quo lis mouetur, lite pendente ſeruire tenetur, ita & poſſeſſor Iuris patronatus lite pendente poteſt præſentare: nam omnia quis poteſt, quæ ante litem quis poterat, & inde illata, iunctis traditis per Caroc. *d.except.44.nu.277 & ſeqq.* vbi & ampliat, etiamſi fuiſſet Iudici à quo, canonicè inhibitum, adhuc tamen poteſt prouidere, ne quis in ſua poſſeſſione turbetur, poteſtq; ea omnia, quæ ad faciliorem appellationis exitum tendunt, & ampliat Magerus, præfatam doctrinam procedere, etiamſi protector Iuris reſiſtentiam haberet, vt poſt alios allegatos docet Ant. Gab. *d.concl.6.* vel etiam ſi deſtitutus eſſet titulo, puta priuilegio, nam & poſſeſſione, quam quis ſola conſuetudine abſque priuilegio comparauit, lite pendente quis exui non debet, late Couarr. *pract.quæſt.cap.17 num.6.verſ.verum huic opinioni, & verſ.ſecundo oportet*, vide & Vaſquium *lib.2.controuerſ.cap.85.*& Maſcardum *de probat.concluſ.1202.*& Mager.*d.c.n.310.& ſeqq.* quod ſi aduocatia ſequeſtraretur.

Duodecimo, ſuperius dictum fuit, quod pendente lite ſuper reſtitutione in integrum interea adimpletio fieri debeat, quia ſic in effectu validus præſupponitur, ſi tamen lis pendeat, eſſe vel non eſſe debitum, conuentus debitor non poteſt cogi ad ſoluendum, ſed executio ſuſpenditur, Iaſon *conſil.109.num.4.* adeo vt nec inſtrumentum, de cuius fide diſputatur, poſſit habere interim effectum, Cephal. *conſil. 627. numer. 27.* ſi tamen ex aduerſo validitas allegatur, 14.

Digitized by Google

gatur, & probatio affertur, executio differenda eſt, donec Iudici de his liqueat, Bald. *in l. cum teſtam. in fin. Cod. de teſtam.* enumeratis à Gilmann. *tom. 5. Sympho. relat. 13. ſub num. 13.* vide ibi, vnde hæres non tenetur per prouiſionem ſoluere legata, ſi teſtamentum impugnetur, & nullitatis arguatur, exceptio non adimplementi, non retardat manutentionem quaſi poſſeſſionis, Gratianus *tom. 1. diſcept. forenſ. cap. 113. numer. 38.* Confer tradita ſuperiùs de hærede, quod ei litiganti alimenta prouiſionaliter adiudicata fuerint, de quo DD. *in l. ſi inſtituta, ff. de inoffic. teſtam.* de cuius intellectu vide Gratian. *tom. 2. diſcep. forenſ. cap. 336. & cap. 112.* vbi quomodo æſtimanda alimenta, item an obligatus præſtare alimenta, poſſit alere in hoſpitali, & quæ dicantur neceſſaria alimenta & ſimilia ibi, & Aluar. Valaſc. *tom. 1. conſult. 1.* quæ etiam præſtantur donec executio facta fuerit Surdus *de aliment. tit. 5. q. 5.* & quomodo taxanda Farinac. *p. 1. deciſ. 538.* & Card. Tuſch. *lit. A. alimenta pendente lite & quibus debeantur concl. 305.* an cauendum, contra Couar. affirmat Hering. *de fideiuſſ. cap. 10. n. 13.* quid iudicatum vide Berlich. *p. 1. concl. 7. num. 66. & ſeq.* & Wameſ. *cent. 1. conſ. 41.* de prouiſionali iudicio ob alimenta legata, quòd cauſæ præiudiciales non impediant prouiſionem, quòdque per Iudicem ſæcularem prouiſio alimentorum fieri poſſit, licet cauſa principalis ſpectaret ad Eccleſiaſticum, de cætero vide Surdum *d. tract.* ſicut quando tenuioris fortunæ homines proceſſibus defatigati ad eoſdem proſequendos ſumptus facere non poſſunt, ſunt plurimi DD. allegati apud Colerum *de proceſſ. execut. p. 1. c. 2. num. 120.* quòd Actori pauperi præſumptionem Iuris vel Iuſtitiæ pro ſe habenti, Reus conuentus ſumptus litis adminiſtrare cogatur, vtinam hoc obſeruaretur, vide tamen ibi ampliationes & declarationes *& n. ſeq. qui etiam part. 4. paſſim per tot.* in materia exceptionum executionem in varijs caſibus impedientium vel non, videri poterit, *& d. p. 4. cap. 3.* de formulis & quo pacto exceptiones executionis impeditiuæ producãtur, & proh dolor executiones ita hodiè protrahi & tam diù impediri videmus, vt impendia fructibus ſint maiora, quod eſt contra commune cuiuslibet domeſticæ adminiſtrationis votum Ariſtot. *lib. 2. OEcon. in prin.*

15. Decimotertio pendente lite ſuper caducitate Emphiteutica, ceſſans in ſolutione incurrit caducitatem Verall. *par. 1. Deciſion. Rota Rom. 299.* Capyc. *deciſ. 10.* & ita hodie procedo contra aliquem; quid tamen ſi ob damnum non ſolueret iuris ſit, vide Verallum *deciſ. praeced. 298.* ſed quid ſi qualitas emphyteutica negetur vide in ſimili pulchrum caſum in Gratiano *tom. 2. c. 394. num. 34. & ſeq.* item caſum qui haud pridem in facti contingentia fuit, & requiritur apud Borellum *in ſumma deciſ. lib. 1. tit. de foro compet. num. 94.* ſi obligatus coram ſæculari Iudice ſoluere ſtatuto tempore, petat coram Iudice Eccleſiaſtico abſolutionem à iuramento, prætendendo non poſſe exequi ob litis pendentiam, quod illo non obſtante Iudex ſæcularis exequatur obligationem, ita deciſum fuit apud Afflict. *deciſ. 30.* adde ad materiam in Lancellot. *de attentatu lite pendente.* Carocium *d. tract. except. 47.* Tepatum *in Compendio deciſ. tit. 145. cap. 4.* vbi quæ lite pendente fieri poſſint vel non, aliosque infinitos vtrobique inuenies, quibus innodatus difficilius te extricabis, quam ex quodam labyrintho, ita vt viderim ſæ-

pius hominis perpeſſis tot litium incommodis *cap.* 1. enarratis, tandem ſententiam cõpenſatis expenſis reportantes ſummo gaudio affectos fuiſſe, nam vt dicit Caſſiodor. *lib. 8. epiſt. 10.* diſcrimina cum fœliciter cedunt ſuauiſsimæ memoriæ ſenſum relinquunt, non attento quòd hoc modo Cardinæam obtinuerint victoriam, qua & perit Iuſtus, & luget victor, hilaris tamen quod huiuſmodi tricis ſeſe extricauerit, & melioribus incumbere vel vacare poſſit, quemadmodum Zeno Philoſophus dicere ſolebat, nunquam ſe commodius nauigaſſe, quàm cum naui fracta ampliſſimis opibus naufragio amiſſis enatarit, tunc enim rectiſſimè ſe Philoſophiæ operam dare cœpiſſe aſſeuerabat Laërt. *lib. 7.*

Pòſtquam verò per lites diſſoluitur concordiæ vinculũ quo vno ſalus Reipub. continetur, vt iam olim dixerit Plato *de Legib. dial. 5.* quòd vbi lites multæ & multæ iniuriæ ſunt, ciues inter ſe non ſint amici, quare Patriarcha Abraham *Gen. 13.* Ne quęſo, ait, ſit iurgium inter te & me, & inter Paſtores meos & Paſtores tuos; nam ſi inter vos zelus & contentio, nonne carnales eſtis & ſecundùm hominem ambulatis? inquit Apoſt. 1. *Cor. 3.* tamen quia hodie omnia cupiditatibus plena ſunt, plena ergo & vbique iudicia litibus & altercationibus, quia vt Innoc. *de vtilitate conditionis humanæ* teſtatur, radix malorum eſt cupiditas, hęc ſacrilegia cõmittit, furta & rapinas exercet & prædas, bella gerit & homicidia, ſimoniacè vẽdit & emit, iniquè petit & recipit, & iniuſtè negotiatur & fœneratur, inſtat dolis & imminet fraudibus, diſſoluit pactum & violat iuramentum, corrumpit teſtimonium, & peruertit iudicium, hæc autem habendi cupiditas in hominibus tolli non poteſt, cum tria maximè ſoleant homines affectare, opes, voluptates & honores, & de opibus praua, de voluptatibus turpia, & de honoribus vana procedant, & hinc ex cupiditatibus lites, odia, diſſidia, ſeditiones & bella naſcantur, adeoque prædominante vbique cupiditate lites exiſtant & futuræ ſint neceſſe eſt, niſi radix earum ſuffocetur, vel extremis remedijs refrænetur, reliquum ergo cenſeo vt oremus cum Eccleſia Catholica:

Diſſolue litis vincula
Aſtringe pacis fœdera,
Ne litis horror inſonet
Extingue flammas litium.

Vel cum Poëta:

Lites, quas præſens ætas, nec poſtera tollet,
Tu tolle aduentu CHRISTE benigne tuo.

Quia teſte S. Bernardo ſuper Cant. lib. 3. ad verba: Veni in hortum meum, &c. *Venis vt errantes corrigas, & infirmantes adiuues, dubitantes in fide confirmes, & benè agentium fructibus perfectis quaſi ſuauiſſimis paſcaris, & certantes ab hoſtium defendas inſidijs, & victores hoſtium perpetua viſionis tua corona muneres, veni ita ad me Domine & adiuua me.*

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS TERTIVS.

Iuſtitia in Munerum acceptatione vulnerata.

CAPVT PRIMVM.

Munerum acceptationes prohibitæ.

1. REfert Carocius *de except. contra praiud. ſentent. exc. 105. ſub num.* 1. iuſtitiam adhuc hodie eſſe claudam, cœcam, & ſurdam, ſed non pecunijs, quod ipſum quoque teſtatur Luc. de Pen. *in l. ſi quis, num. 34. in fin. & num. 59. Cod. de deſert.* quod rara ſit hodie in Regnantibus manus clauſa, & aperta iuſtitia, contra illud Caſſiodori *6. var. epiſt. 20.* Inſtitue, inquit, pecunias non quærere, & agnoſces tibi copioſa munera prouenire, hoc enim humanis artibus diuina poſuerunt, vt ille magis poſſit diteſcere, qui lucra turpia neſcit optare & *4. epiſt. 36.* melius eſt, ait, præſentia damna contemnere, quàm exiguo quæſtu perpetua commoda non habere. Bona terrena, ait S. Auguſtinus, contempſit Chriſtus, vt contemnenda omnia terrena monſtraret, & mala mundi ſuſtinuit, vt ſuſtinenda mala doceret, vt neque in illis quæreretur fœlicitas, neque in iſtis timeretur aduerſitas, quare pecuniam in loco vel tempore negligere, dicit Publius, interdum eſt lucrum, ſeminanti namque iuſtitiam merces fidelis dicitur *Prouerb.* 11. cum autem ipſe Chriſtus ſit Iuſtitia, damnabilior eſt illius, quam præbendæ venditio, ſiquidem culpa tanto grauior eſt, quanto res, in qua culpatur, eſt ſanctior, vnde quoque Maranta *in Spec. par. 3. num. 67.* apertè tradit, quod Iudex, qui accepta pecunia peruertit Iuſtitiam, iniuſtam ſententiam proferendo, dicatur Chriſtum vendere, prout pecunia Iudicium vel Iuſtitiam peruerti dicit textus *in cap. quatuor* 11. *quaſt. 3.* nihil verò iniuſtius eſt; quam Iuſtitiæ præmium quærere, nam teſte Cicer. *de legib.* ius per ſe eſt colendum & expetendum, eſt enim res ſanctiſsima Iuris Ciuilis ſapientia quæ pretio nummario non eſt dehoneſtãda *l. 1. §. 5. ff. de var. & extraor. cogn.* vt ne quidem præmium remunerationis inde exſpectare debeamus *cap. qui rectè* 11. *quaſt. 3.* quod ampliatur, etiamſi quis ſponte daret, nam vbi quid exigi prohibetur, ibi etiam à ſpontè dante accipere nefas eſt *cap. ſtatutum, §. acceſſ. de reſcript. in 6.* Felin. *in c. fin. de ſimon.* plures ampliationes & limitationes tradit Neuizan. *lib. 5. ſyl. nupt. n. 94. & ſeqq.* male namque ſe res habet, cum id, quod veritate agi debet, tentatur pecunia, ex horum genere opinor ſatus eſt ille, quem mirabiliter Socrates ſolebat execrari, qui primus vtilitatem à natura, ratione & à lege ſeiunxit, mens enim alligata cupiditatis viſco, citò à veritate deuiare ſolet, *cap. bene quidem, diſt. 90.* & facile eſt, quem mentiri ſpe lucri, ſcripſit Bald. *in l. magis puto §. imprimis, ff. de rebus eorum,* qui enim petit locupletari, auertit animum à iuſtitia, vt in Leuitico

Digitized by Google

uitico habetur, & dicitur *cap. accuſatores 2. queſt. 5.* quòd auaritia plerumque ſenſus hebetat humanos & opiniones peruertit, vt pecuniam putent, quaſi mercedem prudentiæ Decian. *p. 1. tract. crim. lib. 3. cap. 21. num. 8.* vnde in Prouerbio eſt: Aurum ſi placet, vitium non longè abeſt; quod refert S. Gregorius *in regiſt. lib. 6. cap. 116.* Germani dicunt: Das Gelt das ſtum iſt/
Macht recht was krum iſt.

Hinc & Poëta:

Quid faciunt Leges, vbi ſola pecunia regnat,
Aut vbi pauperies vincere nulla poteſt,
Venditur arbitrium, dum parcè alienus initur
Sumptus, pane tuo veſcere liber eris.

2. Qui autem mercede bonus eſt, mercede quoque malus erit, precio parata fides, dicit Publius, vincitur precio fides; item qui propter munera fidus eſt, iiſdem muneribus ad perfidiam adduci facillimè poteſt, & vt dicit Fab. *declamat.* 1. Cum propter pecuniam ames, idem & amoris & ſpei finis eſt, nam nunquam tibi fideles putes fore, quos precio corrupiſti Cicer. 2. *Offic.* ſic & Boët. *3. conſol. 5.* quem fœlicitas amicum facit, inquit, infortunium faciet inimicum, quia muneribus induci ad iuſtitiam eſt ſcelerati hominis, Philo de Iudice, vnde vulgò rectè dicitur, proditorem odi, proditionem amo, quia vt dicit Petrarcha *de remed. vtriuſque fortunæ lib. 2. dial. 80.* illius obſcœnitas tanta eſt, vt qui artificio eius egent, execrentur artificem, & qui cæterorum ſcelerum famam quærunt, huius infamiam reformident. Idem rectè dici poteſt, de Iudice muneribus corrupto tanquam proditore Iuſtitiæ, vnde dicere quis poterit Iudicem munera accipientem odi, ſed ipſam ſententiam pro ſe latam amo, meritò tamen explodendam per notata *par. 1. de iuſtitia for. & pol.*, neſciunt autem auari Iudices, quantum delinquant, nam cum vendunt aliena crimina, ſua faciunt eſſe peccata Caſſiod. *lib. 6. epiſt.* 21. ſed hodie ita ſunt mores, niſi des nihil accipias, iuxta illud Poëtæ:

Qui caret argento, fruſtra vtitur argumento,
Qui dare ſcit, non qui dicere, Rhetor erit.

Et rurſus:

Licet ipſe venias Muſis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Rapere non accipere ſciunt, inquit Ammianus *lib. 16.* agentes in rebus præſertim illi, qui cum ſuffragio ad hoc munus electi ſunt, de quo valde & eleganter conqueritur Iuſtin. *in Nouell. 8. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio fiant*, præſertim *cap.* 1. quandoquidem iuſtitiam vendere, iniquitas eſt, inquit Saresb. 5. 11. Iniuſtitiam iniqua inſania, quoniam Legem & Iuſtitiam cum puris manibus ſeruare debemus *Nouell. 17 cap. 5. §. 2.* quis autem neſcit, quòd amor munerum, acceptio perſonarum, & facilitas credendi, corrumpunt Iudicium.

Enimuerò ſicut Sacerdotes templorum ſanctè Sancta tractare debent, ita & Iuriſconſulti, qui Antiſtites in templo Iuſtitiæ Sacerdotes appellantur *l. 11. ff. de iuſt. & iur.* Iuſtitiam quæ paſſim virgo pingitur; tractare tenentur, vt quemadmodum virgo incorrupta eſt, ita Iuriſconſulti & Iudices animi incorrupti & non conſtupratæ voluntatis eſſe debent; quia vt præclarè Cicero *de Legib.* Omnium, inquit, quæ in doctorum hominum diſputatione verſantur, nihil profectò eſt præſtabilius, quàm planè intelligi nos ad Iuſtitiam natos, & cum per ſe expetatur, nihil exſpectat præmij, nihil precij, cum Iudex iuſtam ſententiam etiam gratis dicere debeat, iniuſtam nec precio quidem, ideo turpiſſimum cenſetur Iuſtitiam precio contaminare; Iuſtitia quippe virtutum Re- 3.

gina

gina erubeſcens eſt quouis pretio permutari, belliſſimè igitur Poëta.

Cauſidice vanos ſtulte qui quæris honores
Munere fac careas, iudice dignus eris.

Nam ſi lucro pecuniaque capiatur, veluti ſubiectus atque degener inter viliſſimos numerabitur *l. quiſquis Cod. de poſtul.* actum eſt de rebus humanis, inquit Fab. *declam.* 16. ſi ſola ſeruatur vtilitatum fides, gladius conditur ait Caſſiod. 7. *Epiſt.* 1. vbi aurum ſuſcipitur, verum iudices amore pecuniæ excæcati putant verum eſſe illud, Vell. *lib.* 2. nihil violatur turpe quod eſt quæſtuoſum, tam raro & male hodie iuxta Lucam de Penna *in l per illyricum Cod. de cohort.* ad talia attenduntur, vt potius impletum cernamus illud Iſaiæ *cap.* 1. principes tui infideles ſocij furum, omnes diligunt munera, & ſequuntur retributiones, pupillo non iudicant & cauſæ viduæ non intrant ad eos, hinc videmus Iuſtitiam auaritia pulſam ab hominum Societate iuxta illud Ouidij *lib.* 1. Metamorph.

Victa iacet pietas & virgo cæde madentes,
Vltima cæleſtum terras Aſtrea reliquit.

Quaſi dicat Virgo aſtrea, hoc eſt iuſtitia, quæ Aſtrei gigantis filia fuiſſe dicitur, reliquit terras, quippe & in ſacris literis munerum acceptationes ſeueriſſimè prohibentur *Exod.* 23. *deut.* 16. *Eccleſ.* 10. & 20. & alibi ſæpius, & nihilominus fortius trahunt tales illecebræ, quam deterrent pœnæ; ingens eſt inquit Gueuarra *In horologio principum lib.* 3. *cap.* 33. cupiditas, quam nec hominum verecundia reprimit, nec mortis timor eripit. ſi afferas, patent, ſi non eſt quod des ædes non patent, ideo.

Temporibus noſtris quicunque placere laborat,
Det, capiat, quærat, plurima, pauca, nihil.

Lucri enim bonus eſt odor ex re qualibet Iuuenal. 14. verum vt teſtatur Imp. *in Nou.* 13. *de Prætoribus populi cap.* 4. nihil horum, quæ ita congregantur, manere, ſed male colligi & ſtatim deperdi, vnde profluxit:

De male quæſitis non gaudet tertius hæres

nihilominus tamen ſæpiſſimè replicatum audiui, tempus vindictæ, longe abeſſe & diſtare, ſed modo vel de præſenti bona habere oportere, verũ audiant illi S. Bernar. ſuper Cantic. relatũ per Viuium *deciſ.* 467. *numer.* 99. *in fin.* veniet dies illa, in qua plus valebunt pura corda, quam aſtuta verba, conſcientia bona, quam marſupia plena, quoniam Iudex ille non falletur verbis, nec flectetur donis, tunc experimento compertum habebimus illud Tertull. *apolog.* 39. lucrum eſſe, pietatis nomine facere damnum, & alias de pœna ciuili, qua tenentur, qui euentum & victoriam litis promittunt, & de fumi venditoribus. & pœna corruptionis, vide Menoch. *de arbit. caſ.* 343. *& ſeq.* quid igitur præſentibus confidis mœſtus futurorum Plin. 9. *Epiſt.* 13 fruſtra mihi quiſquam blanditur remedio, inquit Fab. *decl.* 14. cuius patior tormenta, vti Germani dicunt Süß gedruncken / Sawr bezahlt / nam improbum eſt inquit, Cic. 3. *off.* relinquere honeſtatem propter vtilitatis magnitudinem, videatur Menoch. *de arbitr. caſu* 517. vbi diligenter explicat, quæ dona & munera Iudices ac Magiſtratus capere & honeſtè retinere poſſint vel non, quo lectorem remitto.

De Iudice corrupto agit quoque Iulius Clarus §. *fin. quæſt.* 73. Et Iudex, qui corruptus pretio vel precibus iniuſtam protulit ſententiam efficitur infamis, & tenetur parti læſæ ad æſtimationem Caſtrenſ. *in l fin. C. de pœn. Iudic. qui malè iud.* quam execrabiles autẽ Iudicis extorſiones, docet 4.

Digitized by Google

Card. Tuſchus *lit. O. concl.* 98 adeo vt referant Hiſtoriæ Hollandiæ, Iudicem propter vaccam, licet prece & precio aliquo dato extortam, ſententia Comitis tunc Hollandiæ damnatũ & ſuſpenſum fuiſſe, ſi huiuſmodi pœna hodie in vſu eſſet, quam multi ſibi merito timerent? quam multa forent patibula.

CAPVT II.

Propter affectum & effectum pecuniæ, munerum acceptatio prohibita.

1\. OMnes inquit Cic. *lib. 3. offic.* vtilitatem expetimus, ad eamque rapimur, nec aliter facere vllo modo poſſumus, quis enim eſt, qui vtilia fugiat? qui pecuniam non ſtudioſiſſimè proſequatur? quilibet pecuniam appetit, nullus eandem renuit, nam omnia hominis ſtudia, inquit Arn. *lib. 2.* commoditatem ſemper ſpectant priuatam, nec à finibus propriæ vtilitatis abſcedunt, ac propterea pauciſſimi hodie inueniuntur lucrifugæ, quia iuxta Poëtam:

Obſequio generatur amor, pars maxima lucrum
Pars hominum ſequitur, nummos & munera cuncti.
Affectant, donis multi acquiruntur amici.

Ita vt dicat Gueuarra in Horologio Principum *lib. 1. cap. 15.* non eſſe quemquam adeo vel prudentem, vel veracem, vel iudicio rectum, quem non tranſuerſum proprij emolumenti impetus auferat, quæ habendi cupiditas etiã ad Reges progreditur, ſiquidem cum Regina Semirannis ſepulchrum admirandi ſumptus cõſtituiſſet & hæc verba adſcribi iuſſiſſet, quicunque Rex pecunijs indiget, aperto monumẽto, quod voluerit, accipiet, quo lecto Darius ne quidem ſepulchris mortuorum abſtinuit, ſed lapidem reuolui mandauit, quo reuoluto litteras vidit in hunc ſenſum ſcriptas, niſi Rex auarus eſſes, & pecunia inſatiabilis mortuorum monumenta non violaſſes, ſed iuxta Poëtam:

Vnde habeas quærit nemo ſed oportet habere.

Difficilis namque abſque pecunia ſtatus ſui conſeruatio, difficileque onus matrimonij abſque diuitijs eſt. Vanderan. *de priuil. cred. cap. 5.* quare vel maxime à iudicandi munere arcendi, quotquot ſunt auari & pecuniæ cupidi, dubitandum ſiquidem nõ eſt, Magiſtratum vel Iudicem pecuniæ & muneribus inhiantem affectibus indulgere & deflectere à tramite iuſtitiæ, licet alias vir bonus eſſet, in quem finem dari conſueuit, iuxta illud. 2.

Munera qui mittit ſperat maiora remitti.

Puta ſententiam fauorabilem ſiue pecunia venalem, vel ſaltem mente hoc agit & cogitat Vaſquius *lib. 4. contr. cap. 37.* vnde alter vix quidquam ſperare habet, quoniam iniuſta ab iniuſtis petere inſipientia eſt inquit Plaut. à corrupto Iudice iuſtam exſpectare ſententiam inſanum, nihil enim eſt tam ſanctum inquit, Cic. quod non violari, nihil tam eſt munitum, quod pecunia expugnari non poſſit, & rurſus, abducuntur, inquit, homines nonnunquam etiam ab inſtitutis ſuis magnitudine pecuniæ, non manet integra fides inquit Tacit, vbi magnitudo quæſtuum ſpectatur, adeo vt teſte Saluſtio *in Iugurtha* Senatus Romanus, quem Cic. ſanctiſſimum & grauiſſimum vocare non dubitat, auro ſe corrumpi, & ab auaritia vinci paſſus ſit, ita vt Iugurtha Romam exiens dixerit, ô Roma venalis, ſi ſolum habens emptorem, Lucullus vir alioqui per omnia laudabilis inquit Vell. *l. 2.* & bello penè inuictus, pecuniæ expũgnabatur cupiditate,

tate, idem dicitur de Demoſthene, quod legati Mileti Reipub. cauſa Athenas miſſi eloquentiam eiuſdem auro ſtrangulauerint, vnde in eum facete cauillatum fuit, Demoſthenem non anginam pati ſed argentanginam, quod vates Germanicus ita expreſſit.

Die Herrn mit ſchmiralien ſaffe
Sein vbergulden worden.
Daherr kombt die arme Burgerſchafft/
In dieſen ſchweren orden.

Idem de proditore Iuda legimus, qui pretio accepto Dominum ſuum & omnium vendidit, ſiuè Iudæis tradidit, Eſau pecunia, imò cibo tantum primogenita ſua *Geneſ. cap.* 24. iram Eſau munere placuit Iacob *Geneſ. cap.* 32. pecunia Ioſeph à fratribus vēditus fuit Iſmaelis *Geneſ. cap.* 37. quippe tanta eſt munerum & pecuniæ vis, vt DD. allegati apud Scacciam, *de ſent. & re iud. gloſſ.* 14. *quæſt.* 21. *num.* 45. inter alios Menoch. *de arbit. caſ.* 360. *num.* 51. doceat, quod mulier, ſi muneribus & auro ſollicitata cognoſcatur, dicatur per vim cognita, in quo tamen Scaccia *num.* 57. rectè contrarium decidit, quia eſt ſpontanea honoris venditio vide ſupra de honor. *cap. vlt.* conuenit illud Poëtæ:

Iupiter admonitus nihil eſſe potentius auro,
Corrupta pretium virginis ipſe fuit,
Dum merces aberat, durus pater, ipſa ſeuera,
Ærati poſtes, ferrea turris erat,
Sed poſtquam ſapiens in munera venit adulter,
Præbuit ipſa ſinus, & dare iuſſa dedit.

3. Sicuti ſuem iniecto naribus circulo inquit Fab. Iuſtin. *in Tobiam cap.* 6. *verſ.* 13. *inf.* trahere facile eſt, ita mulierem pulchram, ſed fatuam, oblato monili aureo ad libidinē allicere, vbi explicat illa verba *Prouerb.* 11. circulus aureus in naribus ſuis, &c. infinita alia ſunt exempla, vtinam orbi Chriſtiano hodiè non nota, vtinam dico, non in vſum & praxin præſentiſſimo Reipub. detrimento, tracta, rurſus dico, vtinam Regina Iuſtitiæ in foro pecunia non diſtrahatur, mira res quod vendatur & ematur ab illis, qui eam non habent, ſed Plautus in perſ.

Tace, ſtulta inquit. non ſunt nunc hominū mores,
Vides quoiuſmodi? hic cum mala fama facile nubitur,
Dum dos ſit, nullum vitium vitio vertitur.

Et Germaniæ adagio dicitur:

Biſt Hur oder Dieb/
Haſt Gelt ſo biſtu Lieb.

Sed caue ne nimis carè emas frænum vitioſi equi, pluſue ames accidentia quam ſubſtantiam, quia ſic experimento verum eſſe comperies illud Iuuenalis:

——— *Venerunt à dote ſagittæ.*
Intolerabilius nihil eſt quam fœmina diues.

Quod ipſum expertus Plautinus ille Demenetus ait, argentum accepi, dote imperium vendidi, quem refert Fabinianus Iuſtin. in Tobiam *cap.* 6. *verſ.* 13. *docum.* 2. vbi & illud *Prouerb. cap.* 31. mulierem fortem quis inueniet, hoc eſt prudentem, ſapientem, animo conſtantem, ibi ſubijciuntur plures concluſiones Theophraſti Philoſophi, quare à viro ſapiente non ſit ducenda vxor, porro ſimul quoque experieris hoc æuo, ſi muneribus ſis diues & liberalis, illud peruetuſtum

Forſan & innocuum culpet vir ſauus & acer.

Quod putatur eſſe Homeri dictum in 4.
Demoſthenem, eo, quod aliquando pecunia accepta malos defenderet, vnde verſus.

Ipſe probe noſti Senior, quod eſt ferus ille
Culparit facile innocuum culpaq; vacantem.

Eraſm. in adag. apud tales igitur euades, licet mille vitijs ſis innodatus, pro inſonte declaraberis, quamuis ſis nocentiſſimus, nam vt Poëta dicit.

Quiſquis habet nummos ſecura nauiget aura,
Fortunamque ſuam temperet arbitrio.

Digitized by Google

Nec non in bello arma facit ferroque vtiliora Cic. *pro l. manilia*, vnde vulgo dici ſolet pecunia eſt neruus Belli, prout in Comitijs hodiernis frequentiſſimum punctũ eſt de contributionibus pecuniarum, hinc Paulus Iouius argute dixit pecuniam eſſe ſummam comitiorũ Germanicorum Additionator ad Beſold. *in Theſaur. pract. lit. R. verb.* Reichsſteur / *num* 38. ſiquidem iuxta *Eccleſ. c.* 10. pecuniæ obediunt omnia vnde Poëta de auro & argento tranſpoſitis literis canit.

Mutnegra cum murua, faciunt rectiſſima curua
& Propertius:
Vndiq; diſertis ceſſant ſacraria lucis,
Aurum omnes victa iam pietate colunt,
Auro pulſa fides, auro venalia iura.
Aurum lex ſequitur, mox ſinè lege pudor,

Item alius effectum auri deſcribens inquit.
Aurum ſenectam dimouet,
Aurum Lippas corrigit,
Aurum rugas explicat.
Aurumq; fœda perpolit.

Hinc quidam lepide dixit, hodie non ferrea vt vulgo putatur, ſed.
Aurea nunc vere ſunt ſecula, plurimus auro
Venit honos auro conciliatur amor.

Auro fides, auro ius, auro leges, & quicquid eſt in hac vita auguſtiſſimum, auro venale proſtat.

5. Ex alijs refert Fabian. Iuſtin. in Tobiam *cap.* 4 *verſ.* 19. *docum* 3. *poſt lit. P.* impoſſibile eſſe, quemquam iuſtitiam, & pecuniam ſequi, aut enim cuiuis illorum quilibet adhærebit, aut alterum contemnet, aut torquebitur altero melioris expers, conſonat Prouerb. German. Wie das gelt / alſo iſt auch die Welt / pecuniæ cunctæ difficultates ſunt peruiæ, namque ſolent adamantinæ etiam fores pecunia perfringi, plura apud Luc. de Penna *in l. ad ſplendidioris num.* 2. *Cod. de diuerſ. off.* vnde ſæpe fit, qui munere potior, ſit & iure potentior, dum obliquata mente legum & canonum iniuſta profertur ſententia, hoc ipſum cauſante pecunia mercedem Iudici retribuente, quæ tamen iuxta Poëtam:

Dicitur à pecude muta pecunia recte,

Fiat pecus ergo vt habeat quod ſuum vocauit, Inter ipſa iudicum ſubſellia inquit S. Hier. *Eccleſ.* 3. non veritas valet ſed munera, Quippe dans munera aufert animam accipientis *Prou. cap.* 23. belliſſimè Alanus *de complanctu naturæ contra malos cauſidicos dicit*, ſi quis armatus pecunia tanquam loricis argenteis, torrentis impetum ſuſtinet, Tulliani fulgur, incurſus Hectorei, robur virtutis Herculeæ nõ nocent, verſipellis Vlyſſis vilipendit aſtutias, in tantum enim habendi facultas incanduit, vt dialectica muta ſit, ſubtilitas Rethoricæ langueſcat, ciuilitas vbi nummorum perorat pluralitas, & quia hoc malum iam dudum humanis influxit mentibus, ideo hoc effugere Regnum eſt, & vincere, lucrum. nam vt Poëta dicit:

Ardua res hæc eſt opibus non tradere mores.

Et qui pecunia corrupti in aperto iuſtitiam violare timent, latebras quærunt, & cautelas, vel etiam hunc vel illum Doctorem in ſententiam ſuam trahunt, & tunc verum eſſe videmus illud Caſſiod. *lib.* 1. *Epiſt.* 44. cautela prodit affectum, permaxime vero ſolent illi lucra quærere, quibus res eſt anguſta domi, dum ſalutari quærit, inquit *S. Amb.* 1. *Theſ. cap.* 5. à iuſtitia deſiſtit & iuxta Poëtam

In mare fluctiuagum ne me premat aſpera egeſtas
Præcipitabo altis deſiliamq; iugu

ideo multi ſunt Socij menſæ, pauci abſtinentiæ, præſertim Iudices auari, nihil enim tam atrox quod refugiat auarus, nihil turpe, quod erubeſcat, nihil ſequendũ putat, niſi quod ad præſens lucrum, nihil hone-

Digitized by Google

honeſtum, quod pecunia vacuum, ſed pro effuſione munerum cuncta complcantur Lucas de Penna *in l ad ſplendidioris n.3. C. de diuerſ.off.* auaritiæ autem Student omnes, in regno auaritiæ nihil damno adſcribi dicit Petrarch. *Epiſt. 16.* modo pecunia ſalua ſit, recte quoque Propert.

Natura inſidians pontum ſubſtrauit auaris.

Munera, inquit Philo *de Iudice*, excæcant oculos, iuſtitiæ officiunt mentẽ, à recta via cogunt diſcedere, rurſus Luc. de Pen. *in l. comparationi nu.8. C. de quibus muner.* imo & iuſtus peruertitur iuxta Poëtam:

Deuiat à vero corruptus munere Iudex
Falcidiumq́; facit impia gaza pium.

Refert & exornat hoc Boër. *deciſ.147.n.26.* vbi & ſacræ & prophanæ ſcripturę loca cõtra munera, appoſite inquit Iſidor. *lib.3. de ſummo bono*, grauius lacerantur pauperes à prauis iudicibus, quã à cruentiſſimis hoſtibus, nullus enim prędo tam cupidus in alienis, quam Iudex iniquus in ſuis, nam lucrum pudori pręſtat, lucro etiam prudentia irretitur dicit Pindar. & exclamãdo Virgil.

——— Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames? *(auari?*
Quis metus aut pudor eſt vnquam properantis
Munera crede mihi placant homineſq́; Deoſq́;
Placatur donis Iuppiter ipſe datis:

Peſſimum eſt, dicebat Galba apud Plin. *li.1. hiſtor.* veri affectus venenum ſua cuiq; vtilitas, oblatio muneris, teſte Caſſiod. *in epiſt.* eſt tinea regiminis, tres autem ſunt numerum acceptiones iuxta Iſidor. *lib.1. de ſummo bono*, quibus contra humanam iuſtitiam vanitas militat id eſt fauor amicitiarum, adulatio laudis. & corporalis acceptio muneris, facilius tamen peruertitur animus rei corporeæ munere, quã gratiæ laudiſq; fauore.

6. Non mirum igitur hominẽ mercede cõductum, inquit Curt. *li.5.* omnia habere venalia, apud ipſos nihil eſt cum lucro malum, quæ non proderunt in die vltionis *Prou. 11.* ſpongiæ illę exprimentur, poſtquam hic ſatis biberunt, & licet modo non videant auri cupiditate excæcati, tamen vero verius in caput eorum redundabit, & tamen.

Non facile inuenies multis de millibus vnum
Virtutem pretij qui putet eſſe ſui
Ipſe decor recti facti, ſi præmia deſint,
Non mouet, & gratis pœnitet eſſe probum.

Aurum multum multis, ait Publius, ſæpe ſuaſit perperam & vt Poëta:

Auro ſæpe ſolent multa ſubeſſe mala.

Et Ouid:

Omnia vincit amor, ſed amorem munera vincũt
Excæcant oculos, præcipitantq́; gradus.
Munera ſi ceſſant, ceſſabunt iurgia, lites,
Mars cadet, & veneris nullus amicus erit.

ſic & Teren. teſtatur, ſine Cerere & Baccho frigere Venerem, quod explicat Eraſ. Chil. *2. cent. adagio 97.* pecunia peruertit Iudices facitq; verũ eſſe illud, de quo grauiter conqueritur Innoc. *de vtilitate conditionis humanæ*, clamat pauper, inquit, & nullus exaudit, loquitur diues & quilibet applaudit, diues locutus eſt & omnes tacuerunt, & verbum illius vſq; ad nubem perducunt pauper locutus eſt, & dicunt quis eſt hic, & ſi offenderit, ſubuertunt eum, clamat vim patiens & nullus exaudit, vociferatur, & nõ eſt qui iudicet, diuiti dicunt tu ſede hic benè pauperi vero, tu ſta illic, vel ſede ſub ſcabello pedum meorum, S. Iacobus *cap 2.* nam vt dicit Senec. vbique tanti quiſque, quantum habuit, fuit, & præualuit in vanitate ſua, vel vt alter dicit, quantum nimirum auri habebis, tantum eris, quod ſordidum adagium ex Horatio fortè deſumptum, qui ait.

At bona pars hominum decepta cupidine falſi
Nil ſatis eſt inquit, quia tanti quantũ habeas ſis.

Quemadmodum & pecunioſus non dãnatur per Iudices, quibus omniũ dulciſſimũ eſt accipere, immodicæ diuitiæ & enormia 7.

Digitized by Google

gubernacula dicit Apul. *Apolog.* I. facilius mergunt quam regunt, Hinc memorabile eſt dictum Alcamonis, qui, cum quis interrogaſſet, quam ob rem munera à Merſanis oblata, ita recuſaſſet, reſpondit, cum legibus pacem habere non poteram, Raudenſis *de analog. cap. 31. num.* 37. vel vt eum vocat Pacian. *de probat. lib. 2. cap.* 44. *nu.* 76. *& ſeqq.* Alchamenem, ibi plures refert, qui conſtanter munera recuſarunt, nam, inquit, qui munera accipit, neceſſarium eſt vt iniuſtitiam committat, quia ſi contra leges imperat, ob id iniuſtus eſt, ſi vero ſecundum leges, etiam iniuſtus quia ingratus eſt, obligationis enim leges offendit, & dicit Raudenſis *d. loco num* 35. quod corrupti Iudices omnia mala agere præſumantur, quod confirmatur per notabilia apud Couar. *in d cap. peccatum p. 2. §. 3. de regul. iur. in* 6. vbi *num.* 1. *agendo de l. 2. ff. de condict. ob turpem cauſam,* inter cætera refert ex. S. Gregor. quod & ille qui recte iudicat, & præmium remunerationis exſpectat, fraudem in Deo perpetrat, quia iuſtitiam, quam gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ vendidit, *cap. qui rectè, 11. quæſt.* 3 ſiquidem iuſtus non eſt, qui ob aliam cauſam quam ob ipſam virtutem iuſte agit, vide ibi illuſtratum pulchris hiſtorijs, adde plurimas alias in Polyanthæa *lit. M. verb. munera* quo me breuitatis cauſa remitto, vnde apparet, quod Iudices auaritiæ ſtudere non debeant, ne de illis dicatur illud Diogenis dicentis de Officialibus furem ducentibus, ecce magni fures paruum ducunt, iniuſtè enim qui accipit, quid ni talibus comparabitur? videatur Barboſa *in d. cap.* peccatum, caueant igitur omnes, ne manus ſuas ad munera & pecunias extendant, nam munera excœcant ſapientes & ſubuertunt verba iuſtorum *Exod. 23. Pſal 25. Eccleſ. 20. & rurſus Eccleſ. cap.* 7. dicitur, ſicut protegit ſapientia ſic protegit pecunia.

Ex prædictis apparet, quod hodie plus ſit multiplex cenſus, quam humanus ſenſus, quod conteſtatur Poëta dum ait. 3.

Muta loquor quiduis nummus præſentibus opta
Et veniet, clauſum poſſidet arca Iouem.

Quod conteſtatur alloquium Iudicis corrupti cum ſuo corruptore.

Heus aperi, tu quis? tuus eſt, quid quæris? vt intrē.
Fers aliquid? non, eſto foris. Fero, quid? ſatis intra.
Quid fers? oua, quid ille? capos, quid tertius? Agnum,
Nemo magis? ſūt qui adducūt, quid? cū boue porcū,
Vos laudo, tamen ſi forſan plus iuris habebunt,
Dic quare? Oua, capos, ſus, bos male perdit & Agnum.

Et ſic bilanx hodiernæ iuſtitiæ in eā vergit partem, in qua maius eſt pondus, quemadmodum ſatis notum eſt illud de iudice multis ducatis, quibus cataphractæ erant impreſſæ bellatoris imagines, corrupto, dicente, captiuū me tenetis, quis enim tot armatis reſiſteret? Quem verſum cum alijs multis refert Vaſquius *in l ſi quis in ſuo C. de in off. teſtam. ibi* & de auaritia & effectu diuitiarū, ſi vero mirabilem vim & effectum pecuniæ videre velis, legas Damhaud. *in Enchirid. parium aut ſimilium lit. P. verb. pecunia* quo me breuitatis cauſa refero, maiore tumultu inquit Iuuenalis *Sat.* 3. planguntur nūmi quā funera, & dicit *Auctor onus Eccleſiæ cap. 25. §. 2.* magiſtratus hodie ſolent quærere vtile peculiare, non bonum publicum, gaudent de ſubditorum malefactis, vt pecuniæ pœnam conſequātur nec attendūt quis vel quantū deliquerit, ſed quantum quis ſoluere poſſit, per pecuniam omnis reus etiam à pœna capitis liberatur, & velut innocens abire ſinitur, omnis deniq; noxa, omnis error, omnia malefica, etiamſi horrenda ſint, propter quæ-

Digitized by Google

quæſtum laxantur & delentur, & latius ibi, adde ſi placet S. Chryſoſt *in cap. Geneſ. 35. homil. 59. lit. H. & in expoſitione Pſ 90. & in cap. Matth 4. homil. 12. & cap. 15. homil. 52 lit. A. & cap. 9. homil. 9. & in cap Matth. 26. homil. 84. lit. R. & ſæpius alibi, præſertim in cap. 12. homil.* 65. hæc inquit, Giezi pro diſcipulo & propheta leprâ perfodit, hæc Ananiam & Saphyram perdidit, hæc Iudam proditorem effecit, hæc Iudæorum principes corrupit, cum dona acciperent, & furibus communicarent, hæc innumera bella indixit, vias ſanguine, fletibus & lamentis ciuitates implet, hæc menſas ſcelestas reddidit, & cibos iniquitate aſperſit, ideo Idololatriam eã appellauit, S. Paul. non tamen tam formidabilis eſt Idololatria, ſed cur ita appellauit? vide latius ibi. cum ſecum omnia, inquit Tacit. *lib.* 15. anne præmia reputet ſimulque immenſa pecunia & potentia animo obuerſatũ, cedet fas & ſalus aliorũ, hinc rectè Poëta.

Quidquid id eſt, timeo Danaos & dona ferentes.

9. Vnde Plutarchus appoſitè narrat, olim in publico poſitas fuiſſe Iudicum Statuas abſque manibus, quo indicarunt, quod nihil à quoquo acciperent, aſt hodie nõ ſunt tales ſtatuæ, verum Iudices nunquam manus clauſas habent, ſciunt enim peculium verbis non augeri, (verba non implent ſaccum, ſed munera) ac proinde nunquam claudent, vacuas enim ſemper apertas habebunt ad recipiendum & refertas muneribus claudere non poterunt, niſi reducatur illa *l. 12. Tab.* qua cautum fuit, Iudicem capite puniri, qui ob rem dicendam pecuniam accipit, generaliter quidquid præter ſalarium de publico eis conſtitutum recipiunt, hoc redolet iuſtitiam apud illos eſſe venalem contra illud,

Virtus non venditur auro.

Coraſ. *in l. 18. ff. de offic. Præſid. numer.* 1. auari Iudices, inquit Caſſiod. 6. *Epiſt. 21. cum* vendunt aliena crimina, ſua faciunt etiam peccata. per oppoſitum bene moritur inquæ, Seneca, qui dum moritur lucrũ facit, poſſide tu igitur diuitias, ne tu ab illis poſſidearis, hinc bene monet verſus.

Regna ne regnem, temere me tangis & angis
Auratum nummum, qui facis eſſe tuum.

Et ita legitur in Euangelio, nolite cogitare de craſtino, quod tamen ad hoc dictum non eſt, vt nihil pecuniæ, vel etiam à ſanctis ſeruetur, ſed ne Deo propter pecuniam ſeruiatur & propter inopiæ timorem Iuſtitia deſeratur *cap. habebat 12 quæſt* 1. *& per totam cauſam quid, & quomodo Eccleſiaſtici bona habeant*, pulcher admodum eſt textus ibi *in cap. Clericus & ſeqq.* videlicet quoad eos reprobatur ſuperfluitas Lucas de Penna *in l. Emphyteuticarios num. 3. Cod. de mancipiis & Colonis & in l. nec venditio Cod de prædiis curialium num. 8. & ſeqq.* quando & quæ diuitiæ bonæ, quod ſacerdotes diuitijs ſtudere non debeant, quia earum dilectores fortes ſunt in terrenis, at debiles in cœleſtibus *cap. omnes diſt.* 47. & latius Lucas de Penna *in l. meminimus Cod. quando & quibus quarta pars deb. vbi latè de diuitiis*, hinc quidam cecinit modo inſequenti.

Fœlix qui potuit mundum contemnere
Prudens qui gloriam conceſſam ſpernere,
Fortis qui munera mundi deſpicere,
Æterna præmia doctus eligere, nam.
Bonis hic fruimur,
Ibi igne exurimur,
Momento fruimur,
Æternum vrimur.
Bonis hic paſcimur,
Ibi ignem patimur
Quis pro his opibus
Tormenta deligat?

Pro

Pro mundi gaudijs
Diuina negligat?
Pro mundi honoribus
Cæleſtes abigat?
Pro tam fugacibus,
Quis flammas eligat?

CAPVT III.

An igitur munerum acceptio ob pecuniam datam iniuſta? ſintque iniuſtæ diuitiæ? & an paupertate meliores exiſtant?

1. SIcut munerum datio & acceptio de ſe non eſt mala, ſed potius liberalitas quædam & ita virtus, cui lex contraria non datur, ita etiam diuitiæ in ſeſe non ſunt malæ, quia & illas & theſaurum quis beneficio Dei & naturæ habet, *l.* 1. *Cod. de Theſaur.* Luc. de Penna *in l. meminimus num.* 21. *Cod. quando & quibus quarta pars, &c.* neque abuſus illarum ſubſtantiam mutat, neque ex natura rerum, quibus vtimur, ſed ex cauſa vtendi & modo appetendi, probandum vel improbandum eſt, quod facimus *cap. quiſquis, diſt.* 41. ſi quis eas vt dicit Seracides, non polluat peccato, diuitiæ inquit Franciſcus Patritius, opes & potentiæ, ſi iuſtitiam comitantur, ſplendorem ſuum retinent, & ſi ab ea ſecernuntur, obſcuræ fiunt, & turpitudinem temeritatemque augent, quod pluribus illuſtratur à Scaccia *de commerc. & Camb.* §. 1. *quæſt.* 1. *numer.* 60. *& ſeqq.* vbi dicit, diuitias habere eſſe peccatum, quando propter eas deſeritur iuſtitia, vel cum homo in eis ſpem ſuã ponit, alias diuitiæ ſunt bonæ, ſi ad bonum finem dirigantur quia ſecundum regulam Phyſicam, cuius finis eſt bonus, ipſum quoque bonum eſt, Simanca *de Cathol. inſtit. titul.* 45 *ſub num.* 30. *tom.* 11. *p.* 2. *& numer.* 31. vbi oſtendit diuitiarum vtilitatem tam pro corpore quam pro anima, quare diuitiæ ſunt bonæ, dummodo, qui eas habet, noſcat quod tranſibunt, & ideo de eis non fiat ſuperbus, ſed miſericordiam faciat cum non habentibus, bona eſt ſubſtantia, ſcilicet bonorum temporalium, inquit *Eccleſiaſticus cap.* 13. cum non eſt peccatum in conſcientia.

2. Eodem modo & aliæ res ſic ſe habent, quales enim ſunt qui vtuntur, tales etiam res ipſis ſint neceſſe eſt, *vbi & numer.* 82 *& ſeqq. reſpondet ad obiecta ex SS. litteris, Matth.* 19. *Eccleſ.* 11. *&* 1. *ad Thimoth.* 6. & S. Hiero. *Epiſt.* 69. deſumpta, qui ibi dicit, quod omnis diues ſit iniquus, aut iniqui hæres, & Plato *de legibus* fieri non poteſt, inquit, vt diuitijs ſimul quis præſtet & probitate & S. Ambroſius *ad Theſſ.* 1. diuitiæ ait negligentiam pariunt ſalutis, & Publius, nunquam vir æquus diues euaſit cito, ea propter triplicem facit diuitum & diuitiarum ſpeciem, enim verò vide ibi, hodiernum tempus belli pleroſque cito deprimit & omnibus ſpoliat, vt qui hodie diues, breui pauper ſit, iuxta illud:

Irus eſt ſubito qui modo Crœſus erat.

Hinc magnificentia diuitiarum non magni facienda eſt, ſed diuitiæ bonis bonæ & malis malæ ſunt, qui apud Deum diues eſt inquit Lactant. 6. *cap.* 12. pauper nunquam eſſe poteſt, quare ſi ſapis, eris contentus menſura quam tibi menſus eſt Deus, nam quod amplius eſt inquit S. Bern à malo eſt, quia pecuniam ſeruas ait, S. Cypr. *ſerm.* 1. quæ te ſeruata non ſeruat, patrimonium cumulas quod te perdere ſcit, onerat, quamobrem, dicit *text in cap. dilectis*, 12 *quæſt.* 1. quod pronomina meum & tuum, turbent hominum otium,

otium, & inuenta ſunt propter hominum iniquitatem,hoc eſt cauſa iniquitatis peccati ſcil. originalis, quo diſſoluta eſt hominum natura,& propter mala,quæ iuſtè timebantur,ex iure gentium diuiſio facta eſt, & pulchrè S.Bernar.*ſerm.4.* Aurum & argentum, inquit,& cætera huiuſmodi,quantum ad animi bonum ſpectant; nec bona ſunt nec mala, vſus tamen horum bonus (cuius vſus in S. Laurentio martyre præclarum exemplum habemus, & commendatur nobis in ſacris Literis, vt faciamus nobis amicos de Mammona iniquitatis) abuſio mala,ſolicitudo peior,quæſtus turpior.

3. Porro videmus quòd maiores noſtri Eccleſias, Collegia, Monaſteria ampliſſimè dotauerint & rerum facultatibus fulcierint; tum vt Eccleſia à populo Chriſtiano,qui rerum ſplendore moueri ſolet, maieſtatem repræſentans maiori haberetur in pretio & veneratione, Sotus *de iuſtit. & iure lib. 10. q.4. art.5.* tum etiam vt eiſdem ad conſecutionem vltimi finis vterentur,ne planè egeni & ſoliciti de victu & amictu propter temporalia à Diuinis laudibus retraherentur aut impedirentur, neque obſtat illorum ſtatui illud *Matth.19.* Si vis perfectus eſſe,vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Item illud *Luc.14.* Niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſſidet,&c.

4. Quandoquidem non procedit, de renunciatione quoad effectum,ſed quoad affectum, iuxta illud. Omnia habentes tanquã nihil poſſidentes,ſicut & ipſemet Chriſtum & Apoſtolos in particulari & communi quędam poſſediſſe patet *in Extrauagant. cum inter nonnullos, de verbor.ſign.* vbi contrarium eius aſſerere dicitur hæreticum, & Barboſa ibi reſpondet *ad cap.Exijt de verb. ſignif.in 6.* ſicuti per loculos, quos habebat Iudas, diſcipulorum Chriſti vel pauperum neceſſitas ſubleuabatur *cap.duo iſta 23.q.4.* vnde rectè S. Auguſtinus *de mendacio, c. 10.* ait, præcepiſſe quidem Chriſtum, non eſſe cogitandum de craſtino, ſed ad hoc non fuiſſe præceptum,vt nihil pecuniæ à Sanctis cuſtodiatur, ſed ne Deo propter iſta ſeruiatur, & propter inopiæ timorem iuſtitia deſeratur, quemadmodum & hodie videmus, ſingulos Religioſos nihil proprij ſibi,ſed reditus & bona in communi poſſidere,eadem per Prælatos gubernari & adminiſtrari, vt ſuorum neceſſitatibus ſubueniant, cum verò creuerit decus Eccleſiæ, & charitas dantium vel Chriſtianorum hodierno tempore refrigeſcat, mirum non eſt quòd nunc ampliora,quàm in primitiuo Eccleſiæ ſtatu habeant bona, & per tales diuitias, boni ſaluantur, *Eccleſiaſt.cap.31.* neque enim diuitiæ per ſe ſunt cauſa peccati,ſed ex modo vtendi fit crimen, & quodlibet peccatum ex voluntate naſcitur,*cap. ille autem,& cap.ſicut,32.q.5.* quiſquis igitur his malè vtitur, eas iniuſtè poſſidet,*cap quod dicam,14.q.4.* Diuitiæ ſunt bonæ,inquit S. Auguſtin.*ſerm. 236.de tempor.* vnde homo faciat non quæ ipſum faciunt bonum, quippe veræ diuitiæ in virtute ſunt poſitæ, Cicer. 1.*& vlt.Paradox.* & hoc modo diuitiæ iuſtè acquiſitæ, ſunt bonæ, vt docet Tiraq. & Scaccia *d.loc.* non enim diuitiæ per ſe noxiæ ſunt, inquit Saluian. *lib. ad Eccleſ. Cathol.* ſed mentes malè vtentium criminoſæ, vnuſquiſque ait S. Hieron. *de ſeruand. Virgin. lib.3. epiſt.5.* non hominum,ſed rerum pondere iudicandus eſt,nec diuiti obſunt opes, ſi eis benè vtatur, nec pauperem egeſtas commendabiliorem facit,ſi inter ſordes & inopiam peccata non caueat. De diuite & paupere vide S.Iacob.*cap.2.* & Ioan.Geyler *in nauic.fat.*

Digitized by Google

*turb.*17.ibi & quod ſecunda nola ſiue ſtultitia ſit, pauperibus non credere ſed diuitibus (vide tamen Cynum *in l.ſi quis, C. de Epiſc. & Cler.*) quia iuxta Prouerbium dicit, Diuites habent fidem in ciſta, & addit pro tertia nola, quòd hodie pauperes in conſilium nõ vocentur; interim de priuilegijs & laudibus paupertatis, deq; illius damnis DD. tractantes allegantur in Barboſa *in extrauag. cum ad. de ſent. excom. ſuſp. n.4.* ſi hodie Salomon viueret, & diues non eſſet, ſed pauper, in Senatum non reciperetur, vnde vulgò dicitur, multa perit ſapientia in vtero pauperis, quaſi diuites cerebrum habeant in pera, ſicut laniones ſuper perã, vide latius ibi, *& poſt turbã 21.* in ſermone de ſapientia, optime probat, quòd diuitię non ſunt vera bona, neque ſatiant, ſed potius cruciant, vbi & hoc ipſum pulchra & notabili quadã parabola de quadam auicula illuſtratur, è contra demonſtrat, quòd virtus & ſapientia vera bona ſint, tria genera bonorum eſſe dicit Scaccia *de appell. q.17. limit. 4. n.7. & ſeq.* bona fortunæ, quædam bona animi, & quædam bona animæ, vbi & illi verſus:

Curia pauperibus clauſa eſt dat cenſus honores.

Item:

In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias pauper vbique iacet.

quare vt inquit Senec. *declam. 1. lib. 2. verſ. magnum,* &c. nunc facilius eſt paupertatem laudare, quàm ferre, diuitiæ ſunt, quæ in omnibus præualent & abſorbent omnia priuilegia, nam vt ait idem Seneca, Senatorium ad gradum cenſus aſcendere facit, cenſus Romanum Equitem à plebe diſcernit, cenſus in caſtris ordinem promouet, cenſu in foro Iudex legitur, hinc concluditur, quòd licet paupertas habeat multa priuilegia, tamen dicere poſſimus cum Gloſſa, à tali paupertate libera nos Domine, quia vt inquit Scaccia, paupertatis priuilegia in praxi non obſeruantur.

Prioribus ita præſtructis, in ſæculo aſſerere, diuitias malas eſſe, fatuum reputabitur, vanum gloriæ genus dicit Senec. *lib. 5. controuerſ. 2.* odium diuitiarum, quas maxima pars hominum colit, quarum effectum tradit Vaſquius *in præfat. controuerſ.* vbi paſſim extollit diuitias & potentiam, iunctis traditis per Tiraquell. *de nobilit. cap. 3.* quod diuites pauperibus ad honores & magiſtratus præferantur, ita de obſeruantia multarum ciuitatum, quòd pauperes ac non poſſeſſionatos Senatorij Ordinis incapaces faciant, teſtatur Iacobus Draco *de origine & iure Patriciorum lib. 3. cap. 7. in fin. & in præced. de diuitiarum præſtantia & effectu, vbi & de familia & ſtemmatis bonis,* hinc quidam lepidè dixit, quòd mundus ſolas diuitias ſapiat, iuxta illud: 5

Vos ſapere & ſolos, ait, benè viuere, quorum
Conſpicitur nitidis fundata pecunia villis.

Et acutè Owenus:

Diuitias & opes, Hon. Lingua Hebræa vocauit
Gallica Gens aurum, or, indeq; venit honor.

Tanti namque ferè hodie quiſquis ſit, quantum poſſidet, multa contra pauperes & paupertatis effectus adducit Lucas de Penna *in l. ad ſubeundum, Cod. de decurion.* & quis dicatur pauper docet Scaccia *de appell. q.17. limit. 40. num. 9. & ſeq.* & notorium, quòd qui ſoluendo non ſit, docet Zaſius *in l. ſtipulat. num. 11. ff. de verb. oblig.* interim pulchrè diſcurrit de pauperibus, paupertate, eius commodis & incommodis, & quotuplices ſint pauperes idem Luc. de Penna *in l. meminimus, Cod. quando & quibus quarta pars,* & rurſus *in l. eos, Cod. de his qui numer.* vbi 44. priuilegia & 17. incommoda paupertatis

Digitized by Google

pertatis recenſet, quamobrem in materia occurrenti recurre ad eum, an verò pauper ſit idoneus teſtis, latè tractat Borell. *in ſumma deciſ. lib. 2. tit. 15. num. 330. & ſeqq.* vbi & illud Iuuenal. *Sat. 3.*

Quantum quiſque ſua nummorum ſeruat in arca
Tantum habet fidei.

iunctis traditis in *Eccleſiaſt. cap. 13.* vbi & illud diuiti decepto multi recuperatores; & alius quidam:

Vita hominum pelagus eſt. Regina pecunia Nauta,
Nauigat infœlix, qui caret huius ope.

Ideo:

Haſtis pugna argentatis atque omnia vinces.

6. Porrò in hoc mundo opes & diuitię tanti æſtimantur, vt & vulgò innotuerit verè Reipub. intereſſe, ſubditos non redigi ad paupertatem, quod probatur & exornatur in Magero *de Aduocatia armata cap. 1. num, 288.* rerum & belli neruus alibi vocatur pecunia, vide latè in Polyanthea *verb. pecunia, & in verb. diuitiarum*, ibi de varijs latiſſimè, quo me breuitatis cauſa remitto. quinimò ipſa Nobilitas ſine diuitijs ducitur ſola ludibrio, &c. ſicut fides ſine operibus, quippe ſine diuitijs familiæ ſordeſcunt, & conſeruatio impoſſibilis, Knichen *de veſt. pact. par. 1. c. 4. n. 6.* hinc in Italia ſtatuta fæminarum excluſoria fundantur, hinc etiam renunciationes filiarum in fauorem fratrum inter Nobiles in Germania introductę ſunt, de quo vide Beſold. *in Theſauro pract. lit. V. verbo* Verzigh Adelicher Töchter / *num. 34.* pro quo facit & illud Poëtæ:

Et genus & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.

& Demoſth. Opus ſunt opes, & ſine eis nihil fiet quod opus.

7. Quibus autem diuitiæ vel paupertas meliores exiſtant, credo equidem hoc ipſum determinare difficile eſſe, quandoquidem quibuſdam diuitiæ ſunt bona, quibus paupertas eſſet mala, quibuſdam verò paupertas eſſet bona, quibus diuitiæ ſunt malæ, nihilominùs veriſſimè dicere potero, diuitiæ paucis ſunt bonæ, paupertas verò erga plurimos eſt bona, prout vita Religioſa & contemplatiua, paucis ſunt optima, toti vero generi humano nō expedirent, quemadmodum in comperto eſt, quibuſdam in particulari melius fuiſſe, nunquā ſtatum religioſum intraſſe, quā malè ſeruaſſe, quippe multi benè inceperunt, qui malè finiuerunt, pulchrè S. Hieron. *ad Fur. de viduit. ſeru.* Non quæruntur, inquit, in Chriſtianis initia, ſed finis; Paulus malè cœpit, at benè finiuit; Iudæ laudantur exordia, ſed finis proditione damnatur; ratione prædictorū tamen minimè efficitur, quod quis alium ſtatū religioſo præferre poſſit, per notata *tit. præced. cap. 7.* in communi dici poteſt, quòd bona ſit bonorum mediocritas iuxta illud Salom. *Prouerb. 30.* Quamuis diuites præ pauperibus hoc habeant, quod videri velint:

Nos poma natamus, illi namque
Altos ſpiritus gerunt,
Alios deſpiciunt,
Bonis replentur,
At curis abſorbentur,
In commeſſationibus viuunt,
Quibus nunquam ſaturi fiunt.
Ab alijs ſe honorari affectant,
Qui in diuitijs & honoribus ſe delectāt.
Et fortes amatores in terrenis,
Debiles verò in cœleſtibus.
Quia tentant diuitiæ, corrumpunt pecuniæ,
Tument potentia, & inficiunt delitiæ.

Hinc exclamare licet: O infœliciter fœlices Diuites: Quemadmodum & de pecunia dicit Propertius: 8.

Tu vitijs hominum crudelia pabula prabes,
Semina curarum à capite orta tuo.

Digitized by Google

Belliſſimè ergo quidam dixit: ſunt diuitiarum gaudia laruata ſepulchra, foris dealbata, ſunt cuncta laqueis conſtricta, in ijs omnia decipula, fuge tu earundem pericula, cum magis obſint quàm proſint, vbi earum amatores ſunt, qui ante pauca tempora nobiſcum erant vel ante nos fuerunt, quid illis profuit diuitiarum iactantia & potentia, vnde ita exultabant, ridebant & bibebant, atque in bonis ducebant dies ſuos, & in puncto ad infernum deſcenderunt, de tanta lætitia, quanta triſtitia; de tanta potentia, quanta miſeria; quia vt S. Hieronymus dicit, difficilè eſt, imò impoſſibile, vt quis præſentibus fruatur bonis & æternis, vt de delitijs ad delitias tranſeat, vt hic ventrem, illic mentem repleat, vt in vtroque ſæculo ſit primus, & in vtroque appareat glorioſus, è contra paupertatis bona, & quibus diuitiæ exitiales fuerunt vide in Viuio *deciſ.*222. & præter textus de ſaturitatis & affluentiæ diuitiarum periculo 2. *Eſdra cap. 9. Deut. 31. & 32.* Ioan. Geyler *in nauic. fat. turb.* 83 vbi enarrat mala & incommoda diuitiarum, & bona paupertatis, cum pulchra ſententia S. Gregorij dicentis: Magna ſecuritas cordis eſt, nihil concupiſcentiæ habere ſæcularis, nam qui nihil habet in mundo quod diligat, nihil eſt in mundo quod pertimeſcat, è contra: Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum *Matth. 6.* iunctis ijs quæ latè tradit Magirus *in florilegio verb. diuitiæ & diuites.* Securius eſt inquit S. Hieronymus *de vitando contuber. epiſt. 9. lib. 2.* perire non poſſe, quàm iuxta periculum non perijſſe, in altero tranquillitas eſt, in altero gubernatio, ibi gaudemus hic euadimus. Diuitiæ, ait Senec. *epiſt.* 86. periculum poſſidentium aut onus, flagitia diuitiarum alumnos eſſe dicit. Apul. *apolog. 1.* quinque vel ſex mala, quibus diuites abundant, enumerat; Luc. de Pen. *in l. ſi quis, n. 3. C. Ne Ruſtic. ad vl. obſeq.* ſicut & diuitias, homines vitioſos reddere tradit, Mager. *de Aduoc. cap. 1. n. 372. & ſeq.* vbi & pulchra ſententia Cicer. & quod maximum eſt, diuitię plerumque animos poſſidentium à Dei obſequio & propria ſalute auertunt, quia opum cupiditas indiuulſas comites habet vigilias, & animæ labores, Nazian, *Ecclеſ. 3.* conſimiliter Poeta:

Tanta parta malis cura maiore metuq;
Seruantur miſera & magni cuſtodia cenſus.

Pluribus opus habent adminiculis diuites, inquit Boët. ad tuendum pretioſæ ſuppellectilis varietatem. & Senec. *epiſt.* 60. Iſta, quę ſic petimus, tanquam datura lætitiam & voluptatem, cauſa dolorum ſunt, quis igitur fructus eſt, quæve vtilitas, ea indeſinenter cupere, quæ etiamſi non deſerant, deſerenda ſunt, S. Leo *ſerm. 5. in Epiph.* & S. Greg. *lib. 5. moral.* Sic mens noſtra, inquit, ad contemplanda interna non perducitur, niſi ab his, quæ exterius implicant, ſubtrahatur, & conſimiliter Idiota in contemplationibus *cap. 33.* contra amorem diuitiarum dicit, quòd harũ acquiſitio magni ſit laboris, poſſeſſio magni timoris, & amiſſio magni doloris, qui illos amat, te Dominum amare nõ poteſt, ſed cũ illis labentibus, labitur in perditionem, & qui eis innititur, per amorem cum ipſis defluit in mœrorem, & latius ibi; hinc Poëta:

Ergo ſollicita tu cauſa, pecunia, vita es,
Per te immaturum mortis adimus iter.

ita è contrario, dimiſſa ſollicitudine ſæculi, ait S. Ambroſ. *1. Cor. 7.* Dei rebus propenſiùs vigilatur, nam iuxta Poëtam:

Luxuriant animi rebus plerumque ſecundis.

Saturitatis germana proles eſt petulãtia, inquit Philo de agricultura, vnde rurſus Poëta:

Naſcitur ex nimijs opibus petulantia magna.

Verum

Digitized by Google

Verum iuxta Horatium:

Quem res plus nimio delectauere ſecundæ
Mutata quatient.

9. Quo magis ſunt in ſollicitudine diuitiarum diſtracti, eo minores ſunt in pietate, non male ergo Cicero *2. offic.* inquit, corrupti ſunt deprauatique mores admiratione diuitiarum, & *4. ad Heren.* difficile eſt, ait, virtutes eum reuereri, qui ſecunda fortuna eſt vſus, & plura apud Zaſium *ad tit. ff. de origine iur. ad verbum, ergo Sabino,* & ibi Coraſ. *ad verbum, & vt obiter, num. 23. & ſeqq.* vbi & datur ratio, quare Sapientes & docti non ſint diuites, & quare alij ſint diuites, ſed etiam diuitiæ ideo non optimæ, quia abſque conſcientia plerumque poſſidentur, & cum maxima cura & periculo conſeruantur, à quibus non longe abeſt, quod & S. Ambroſ. *Theſſalon. 5.* dicit, diuitiæ negligentiam pariunt ſalutis, quemadmodum pulchrè illuſtrat Fab. Iuſtin. *in Tob. cap. 5. verſ. 25. docum. 1. & ſeqq.* quod pecuniæ & diuitiæ plus noceant poſſeſſoribus ſuis, quam proſint, & quod ſola paupertas animi noſtri cupiditatem ſedare poſſit, è conuerſo plures nimia, inquit Iuuenal. *ſat. 10.* congeſta pecunia, cura ſtrangulauit, vnde belliſſime Horatius:

Non poſſidentem multa, vocaueris
Rectè beatum, rectius obtinet
Nomen beati, qui Deorum
Muneribus ſemper vti nouit,
Duramq́; callet pauperiem pati,
Peiusq́; letho flagitium timet.

O quid ſolutis eſt beatius curis? Catull. quippe non eſt in carendo aliqua difficultas, niſi cum eſt in habendo cupiditas, S. Aug. *3. doctr. Chriſt. 18.* Omnis cupido acquirendi, inquit Apul. *apol. 1.* ex opinione inopiæ venit, adde Zaſium *d. loc. num. 9.* quare mendicitas commendabilis ſit, & inopia præ auaritia, quia inopiæ pauca deſunt, auaritiæ omnia, vt iuxta vaticinium Iſaiæ, deſideriorum quorundam non ſit finis, nam vt alibi legitur, auaro non tantum id deeſt, quod non habet, ſed etiam quod habet, qui non impletur pecunia, *Eccleſ. 5.* ſed magnas inter diuitias inops eſt, Horat. *3. od. 6.*

Pauperies nihil eſt quam miſer vſus opum.

Prius vero etiam apud quoſdam Eccleſiaſticos videmus obtinere, qui vna Præbenda ornari pluralitatem deteſtantur per rationes allegatas à Griuello *deciſ. 89. num. 1. & extrauag. execrabilis, de prabend. & dignit. tit. 3* iunctis ijs, quæ tradit Pater Contzen *lib. 6. pol. cap. 4.* vbi & in quibus diſpenſatio circa pluralitatem beneficiorum licita ſit, vel non, ſed cum duas habent, tertiam illicitè habere affectant, qua adepta plures præ pudore non ſunt in verbis, ſed in affectu, non aliter quam diuitiarum deſiderium per diuitias augetur, iuxta illud:

Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

Quippe magna indigentia naſcitur non ex magna inopia, ſed ex copia magna, ſitim non extinguunt diuitiæ, ſed augent, vnde Iuuenal. de Alexand. Magno dixit: 10.

Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis.
Quo plus ſunt pota, plus ſitiuntur aqua.

Quemadmodum permultis indigere eos, qui permulta poſſident, res ipſa teſtatur, quales in ipſis diuitijs ſunt inopes, quod genus egeſtatis grauiſſimum, velle cibum, ſed offendi ſumptu, teſte Ariſtippo, Auarum eſt, ſic enim gliſcit auaritia, maiorq́; ibi auri fames, vbi iam vtendi faſtidium, quare rectè dixit Diogenes, ſibi nihil deeſſe, diuitibus autem omnia non ſufficere, quia iuxta Senec. Si ad naturam vixeris, nunquam eris

pauper, ſi ad opinionem, nunquam eris diues, exiguum natura deſiderat, opinio immenſum. Quid igitur tibi diuitijs opus eſt, inquit Curt. *lib.7.* quæ te eſurire cogunt, ſic & Præbendæ in vna perſona combinatæ ſitim ſui facere videntur, dolenter amittitur, dicit Caſſiod. *5. Epiſt.17.* quod ad delitias poſſidetur, vel vt dicit *Eccleſ.3.* peccator adijcit ad peccandum, & fucum vitio facit, cauſamque ipſe diſcutit, quaſi ad conſeruationem ſtatus & dignitatis plures Præbendas habere poſſit & debeat, & quemadmodum Ariſtoteles *1. Ethicorum* dicit, Tempus eſt bonus cooperator horum, & per tempus artium additamenta fiunt, eodem modo in argumentum defenſionis trahit ita iam præbendatus iniuriam horum temporum, quaſi hæ Præbendæ additamenti cauſa ſint, ſeu quod plures habere poſſint, quis autem eſt tam compoſitæ fœlicitatis, vt non cum ſtatus ſui qualitate rixetur, ait Boëtius *conſ.3.* ſed huiuſmodi excuſationes vulgo obuiæ ſunt, & pallio vtuntur omnes, vt operta vilitate honeſtius ambulent.

11. Sed præter tradita ad tit. de Perſonarum acceptione vereor, ne de talibus nimis vere dixerit S. Sulpitius Seuerus Epiſcopus Bituricenſis, *Decal. 1.* Si quis Clericus, *inquit*, fuerit effectus, dilatat continuo fimbrias ſuas, gaudet ſalutationibus, inflatur occurſationibus, ipſe enim vbique diſcurrit, & qui antè pedibus vel aſello ire conſueuerat, ſpumante equo ſuperbus inuehitur, parua prius ac vili cellula contentus viuere & habitare, erigit celſa laquearia, conſtruit multa conclauia, ſculpit oſtia, pingit armaria, veſtem reſpuit groſſiorem, indumentum molle deſiderat, atque hæc charis viduis & familiaribus mandat tributa virginibus, &c. Adde pulchrum Textum *in cap. gloria Epiſcopi 12. quæſt.2.* & præter notata à Peckio *in reg. beneficium, num 3. & 4. de regulis iuris in 6.* vbi S. Hieron. Tibi, ô Sacerdos, ait, de Altari viuere, non luxuriari permittitur, & ibi quoque allegatur S. Ambroſ. Sed, inquam, præter iſtos belliſſimè S. Bernard. *in Cant. Cantic. ſerm.34. ſub fin.* Inter cætera ita dicit: Sic ſerpit hodie putrida tabes per omne corpus Eccleſiæ, quo latius, eo deſperatius, eoq; periculoſius, quo inteſtinius, quæ ſua ſunt, quærunt omnes, miniſtri Chriſti ſunt, & ſeruiunt Antichriſto, honorati incedunt de bonis Domini, cui honorem non deferunt, hinc eſt eis, quem quotidie videmus, meretricius nitor, hiſtoricus habitus, Regius apparatus, inde aurum in frænis, aurum in ſellis & in calcaribus, plus nitent calcaria, quam cibaria, inde menſæ ſplendidæ & cibis & ſcyphis, inde comeſſationes & ebrietates, & rurſus, Pauci admodum ſunt, qui quæ ſua ſunt, non quęrunt, diligunt munera, nec poſſunt pariter diligere Chriſtum, qui manus dederunt Mammonæ, intuere quomodo incedunt nitidi, ornati, circumamicti varietate, tanquam ſponſa procedens de thalamo ſuo, vnde vero hanc illis exuberare æſtimas rerum affluentiam, veſtium ſplendorem, menſarum luxuriam, congeriem vaſorum aureorum & argenteorum, niſi de bonis Sponſæ? Inter hæc eſt, quod illa pauper & inops & nuda relinquitur, facie miſeranda, inculta, hiſpida, & exſanguis, propter hoc non eſt hoc tempore, ornare ſponſam, ſed ſpoliare, non eſt cuſtodire, ſed perdere, non eſt defendere, ſed exponere, non eſt inſtituere, ſed proſtituere, non eſt paſcere gregem, ſed deuorare, dicente Domino de iſtis, Qui deuorant plebem meam, ſicut eſcam panis, *Pſal.13.* & iterum, Qui

Digitized by Google

Qui comederunt Iacob, & locum eius deſolauerunt, *Pſalm.78.* & in alio Propheta, Peccata populi comedunt, *Hoſeæ 4.* quaſi dicat, peccatorum pretia exigunt, & peccantibus ſollicitudinem non impendunt, *latiùs ibi*, & alibi contra affluentiam inuectus tandem concludit, his verbis: Multus erat nitor veſtium, & delicatus ciborum apparatus apud illum diuitem Euangelicum, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide, mortuus tamen eſt & ſepultus in inferno. O dirum & execrabile, ac horrendum ſepulchrum, vbi eſt fletus & ſtridor dentium, vbi ſunt aquæ niuium, vbi vermis qui non moritur, vbi ignis qui non extinguitur. Viden' ergo, magni laboris eſſe, iuxta Petrarch. *in præfat. de remed. vtriuſque fort. part.9.* ferre hanc proſperitatem. Et rurſus S. Hieron. *in vita Malach.* Poſtquam Eccleſia, inquit, ad Chriſtianos Principes venit, potentia quidem & diuitijs maior, ſed virtutibus minor facta eſt. Quare ait S. Bern. Non ſunt ſolliciti de ſuperfluis in pauperes erogandis, ſed omnia iſta ad luxum & pompam non ſufficiunt, ſed inſuper magnum ſępe ęs alienum poſt mortem ex nullis bonis iam amplius reſtantibus ſoluendum relinquunt, quod nouum falliſamenti genus eſt, ſed quid ad me fortè alter dicet? videas ergo Ezech. *cap.34.* iuncto *cap. Eccleſia, diſt.35.* ignominioſum namque eſt Prælatis alijsque, delicijs affluere, qui debent IESVM Crucifixum pauperem prædicare, ad priorum vero excuſationem Griuellum *deciſ.89. num.16.* vbi vt beneficium ſufficiens ſit ad honeſtam Clerici ſuſtentationem, requiritur vt ſit ſaltem reditus annuus 120. ducatorum, & *in præced.* docet, quod alia ſint beneficia titulata, Curata, & ſimplicia, quodque ſine diſpenſatione obtineri poſſint, quæ non aſcendant ad dictum reditum.

Sed vereor rurſus, hic illud vulgatum diuerbium: GOttes Barmhertzigkeit vnnd Pfaffen Kargheit wehret in Ewigkeit / quamuis enim prius vero verius ſit, tamen vnde poſterius ortum ſuum ducat, ingenuè fateor me ignorare, ſed potius reſpectu multorum me ſcire iſtius fallentiam, quemadmodum præter cæteros optime noui admodum Reuerendum, Nobilem & Clariſſimum Dominum Toppium I. V. Doctorem & Canonicum ad S. Seuerinum, virum candidum & ſincerum, ſatis liberalem, interim quamuis non ipſæ pecuniæ, tamen opum abundantia perniciem adfert Eccleſiæ, vt authoritate Concilij Hipponenſis teſtatur Gueuara *in Horologio Principum, lib.1.c.27. verſ. ſancimus, vt tertio quoque anno,* quemadmodum quoque experientia compertum eſt, quanta mala multis Monaſterijs & Collegijs attulerit ſuperfluitas bonorum, ad conſecutionem vltimi finis non directe tendens, adde Boër. *deciſ.69.* & pulchre ad propoſitum Chryſoſt. *ſuper illud Act.2.* Et appoſita ſunt in die illa, &c. rogat, quid in cauſa ſit, cur in primitiua Eccleſia tanta primorum Chriſtianorum fuerit pietas & feruor, modernorum vero tepor & remiſſio, & reſpondet, quod tunc cum Diabolo pugnaturi nudi in arenam deſcenderent, ſe rebus, bonis & facultatibus denudando, modò autem prodeunt beneficijs, poſſeſſionibus & honoribus veſtiri, ita quoque diuitiæ Populum Romanum corruperunt, nec enim ante eorum collapſa virtus, quam diuitijs lapſi mores, è contra tam diu clarus, iuſtus & integer, quamdiu pauper in egeſtate, victor gentium, & quod glorioſius, victor ſui, domitorq; vitiorum, & tamen hodie an diues, 12.

inquit

inquit Publius, omnes quærimus, nemo an bonus, abijt illa egregia ac ſupereminens dudum primitiuę Eccleſiæ beatitudo, inquit Saluianus *libr. 1. ad Eccleſ. Catholic. p. 316.* qua omnes Chriſtum agnoſcentes, caducas rerum mundanarum facultates in ſempiternas Cœleſtium poſſeſſionum opes conferebant, quibus & ſimilibus tamen non efficitur, quin Collegia & Monaſteria habeant bona in communi, non ſinguli Religioſi, quorum ſtatui & voto inſeparabilis creditur annexa paupertas, caſtitas & obedientia, non minus tales tamen Religioſi, licet ipſa Collegia & Monaſteria bona in communi habeant, vt ſingulorum neceſſitati prouideatur, *cap. futuram, & ſeqq. 12. quæſt. 1.* vnde in quoſdam Religioſos ob hoc ſolum, quod acquiſitione bonorum temporalium futuris neceſſitatibus prouideant, nimis petulanter ac iniurioſè ſæpe debacchatum audiui, cum tamen Villici dicentis, Fodere non valeo, & mendicare erubeſco, prudentiam Chriſtus ipſe laudet apud Lucam *cap. 16.* non quod Religioſi idem dicant, ſed quod hodierno tempore, quo non amplius feruet donandi vel dandi eleemoſynas affectus, quo primi Chriſtiani ardebant, plerumque ſine fructu mendicent, vel non mendicant, ne ſibi & ſæcularibus oneri ſint, qui vitę neceſſarijs deſtituti potius perirent, quam vt rerum inopia laborantes ſuo fungi officio, & pro nobis & ſeipſis orare poſſent, exteriora & interiora pariter nobis ſeruanda ſunt & ordinanda, quia vtraque expediunt ad profectum, Thomas de Kempis *de Imitatione Chriſti, cap. 19. lib. 1. verſ. exteriora noſtra, &c.* in ſe ſuoſque iniurius eſſet, qui neceſſaria non procuraret, per notata *p. 1. de Iuſtit. fori & poli.* Quippe ad facultates iuſte comparandas omnibus conceſſa eſt facultas, ita tamen vt in ijs non occupentur potiori neglecto, ſed ita acquirantur, vt inſeruiant neceſſitatibus, inſeruiant quoque bona ita acquiſita ad dignitatem Eccleſiæ conſeruandam, ad vim & iniuriam propulſandam, prout cuiuſque ſtatus expoſtulat, nec obſtat quod Chriſtus aſello inſederit, & cum Apoſtolis precario vixerit, quia, vt lepide quidam reſpondit Burgimagiſtro ſiue Conſuli oppidano, hoc tunc temporis eſſe factum, quando digni ad officia eligebantur, nunc vero Aſinos promoueri, & proinde illis inſidere, iam prohibitum eſſe. Serio autem reſpondeo, quod Chriſtus infirmis & abiectis fortia & ſublimia ſuperare & confundere voluerit, decreuerat enim Omnipotens humilitate expugnare ſuperbiam, egeſtate auaritiam, imbecillitate poteſtatem, ſimplicitate verſutiam, ignominia & confuſione gloriam, infirmitate robur, ſermonis inopia eloquentiam, inſcitia mundi ſapientiam, crucis patibulo ſolium, denique Sanguine & Morte Regnantem & Triumphantem, ſola vi & robore Spiritus Sancti, miſſo ad hoc myſterium conſummandum Chriſto IESV Saluatore noſtro.

Porro quemadmodum obtenta victoria, depulſoq; hoſte fulgere, & de hoſte & ſpolijs triumphare licet, ita prædictis dudum peractis & conſummatis hominum moribus indecens reputaretur, nec tempori hodierno conueniret, ſi nunc Epiſcopi & Prælati pannoſi incederent, & vti mendici viuerent, argumento eorum, quæ infrà de Tempore, *cap. 1.* & ibi remiſſiue dicta ſunt, proindeq; non aduerſatur, ſed nunc maxime ad ſe ſuoſque tuendum conueniens eſt, Eccleſiam opibus augeri vel auctam eſſe ad eum videlicet finem, quem ipſa Eccleſia ex 13.

Spi-

Digitized by Google

Spiritus Sancti inſtinctu & Chriſti inſtituto intendit, nam vti terrenos terrena, ſic ſpirituales ſpiritualia ex medijs decentibus propaganda delectant, ad rationem igitur diuitiæ reuocandæ ſunt & acquirendæ, vt inſtituto inſeruiant, exceſſu vtique & nimietate reprobatis, ſapientes diuitias in domum quidem, ſed non in animum recipere ſolent, omnia ad Dei cultum & Eccleſiæ decus referunt, ita acquirunt, ne miniſterio deſint, atque acquiſitis vtuntur, ne charitate dantium refrigeſcente, fame pereant, omnia ad maiorem Dei gloriam & proximorum tum etiam propriam ſalutem referunt. Laudandi igitur, quibus diuitiæ ſunt organa virtutum, inſtrumenta ſcilicet pietatis & eleemoſynarum, quibusque opes ad frugalitatem contigerunt, qui diuitijs vtuntur, non abutuntur, qui bona temporalia poſſident, & non ab his poſſidentur, nec enim diuitiæ per ſe noxiæ, inquit Saluianus *lib.1. ad Eccleſ. Cathol.* ſed mentes malè vtentium criminoſæ, nos vſum tantum earum rerum accepimus, quas tenemus, commodatis enim à Deo facultatibus vtimur, & quaſi precarij poſſeſſores ſumus, tenuimus quod licuit, tenuimus quoad permiſit ille, qui præſtitit, quid rectius, quid honeſtius, quam vt vbi res ab eo diſcedit, qui vſum habuit, reuertatur ad eum poſſeſſio, qui vtendum conceſſit, interim non poſſum non facere, quin verba S. Bernardi de bonis Eccleſiæ & eorum vſu adijciam: Non eſt locus otio, inquit, vbi ſedula viget ſollicitudo omnium bonorum Eccleſiaſticorum, nam quid tibi aliud dimiſit S. Apoſtolus: Quod habeo, inquit, tibi do, quid illud? Vnum ſcio, non eſt aurum & argentum, cum ipſe dicat: Aurum & argentum non eſt mihi, cum tamen habere contingat, vtere non pro libito, ſed pro tempore, ſed ſic eris vtens illis, quaſi non vtens, ipſa, quantum ad illud, quod ad animi bonum ſpectat, nec bona ſunt, nec mala, vſus tamen horum bonus, abuſio mala, ſollicitudo peior, quæſtus turpior, hactenus ille. Qui igitur bonis temporalibus ita vtitur, vt ſibi & proximo viuat, & hiſce pro ſubleuandis neceſſitatibus inſtructus Deo alacrius ſeruiat, illum habere bona, vtique proficuum eſt. Diuites ſunt, inquit Lactantius *lib.5. de Iuſtitia, cap.16.* non qui diuitias habent, ſed qui vtuntur illis ad opera iuſtitiæ. Obganniant igitur alij, quomodocumque velint, quod alijs conceditur, his non prohibetur, multos pietas minus reſpuit, inquit Saluianus *lib.3. ad Eccleſ. Cathol. p.394.* quam quos præcipue Religio commendat, quæ enim eſt maior vel melior cura Præpoſitorum, ait S. Cyprianus *lib.3. Epiſt.13.* quam diligenti ſollicitudine & medela ſalubri fouendis & conſeruandis ouibus prouidere, vt qui plantant vineam, de ea fructus faciant, qui paſcunt gregem, de lacte manducent, S. Paulus *1. Corinth.9.* poſſumus autem non odiſſe bona temporalia, neque eiſdem adhærere, quibus conſequens eſt, quod temporalia procurare tanquam media ad ſpiritualia, *cap. ſi quis obiecerit 11. quæſt.3.* in tantum abeſt, vt irrationabile vel illaudabile cenſeatur, vt vel maxime huiuſmodi mediorum procuratio ad prædictum finem abſque nimia ſollicitudine iuri & rationi conueniens ſit. Boni, inquit S. Auguſtinus *de Ciuit. Dei, lib.5. cap.7.* vtuntur mundo, vt fruantur Deo; mali, vt fruantur mundo, vti volunt Deo. Exulet ergo omnis inuidia, abſit & indignatio ſuper bono alterius, Chriſtianis interdicta.

Digitized by Google

Concluſiue autem cum S. Ambr. *de Nabuc. cap. 14.* dicendum: Neſcis, inquit, ô homo, ſtruere diuitias; ſi vis diues eſſe, eſto pauper ſæculo, & ſis diues Deo, diues fidei; diues eſto Deo, qui diues eſt in miſericordia, hic diues eſt in Deo, mundi diuites eguerunt & eſurierunt, *Pſal. 33.* Væ vobis diuitibus, qui habetis conſolationem veſtram; væ vobis, qui ſaturati eſtis, quia eſurietis, *Luc. 6.* plorantes, vlulantes in miſerijs veſtris, quæ aduenient vobis, diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt. Et latiùs *Iacob. 5.* In quibus, ait Merlo, cor faciliùs ſauciatur, quàm ſatiatur. Nulla ergo in ijs fœlicitas, vbi nulla ſatietas, quippe qui extra IESVM aliquid quærit, in fine nihil habebit. Habentes igitur alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus, S. Paul. *1. Timoth. 6.* quæſtus enim magnus eſt, pietas cum ſufficientia, de auaris autem diuitibus occini poterit,

Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas,
Nudus ad infernas ſtulte vehere rates.

Diuitijs ita vtendum eſt, ne quoad vtentem verum ſit, Extrema gaudij luctus occupat, continuus ſucceſſus rerum temporalium, ait S. Gregorius, æternæ damnationis eſt indicium. Hinc dicit Ioannes Geyler *in Nauicula fatuorum, turba 22.* Noli gaudere de illis, de quibus potius triſtandum eſt, vti latius ibi illuſtratur, ſicut diuitias eſſe ſpinas, teſtatur ipſemet Dominus, habent enim punctionem laborum in acquirendo, timores in cuſtodiendo, & dolores in amittendo. Sic dixit Propheta, *Oſeæ cap. 5.* Sepiam viam tuam ſpinis. Prædeductis adde Patrem Contzen *lib. 6. Polit. cap. 42.* vbi oſtendit, opes Eccleſiarum magnas Religioni & Politiæ vtiles eſſe, & *cap. 43.* quædam obiectiones proponuntur & diſſoluuntur. Idem facit Dominus Efferen *in Manuali Politic. de ratione ſtatus ſiue idolo Principum lib. 4. punct. 3.*

Quod tamen iuxta ſuperius dicta ita declararem, vt opes huic vel illi Religioſo ſeu in particulari non ſint bonæ. Hinc S. Hieron. *ad Exuperantium, lib. 1. epiſt. 29.* Proijce, inquit, ſarcinam ſæculi, ne quæras diuitias, nudus & leuis in cœlum euola, ne alas virtutum tuarum auri deprimant pondera, & eleganter S. Ambroſ. *lib. 2. off.* Qui ſine auro miſit Apoſtolos, ſine auro Eccleſias congregauit, quoniam iuxta S. Bernardum quamdiu anima noſtra poſſeſſionum atque redituum procuratione deuincta eſt, de Deo libere vigilare non poſſumus, quippe mens luto demerſa in terram defixa eſt, Lactant. *lib. 7. cap. 1.* pro cuius comprobatione eſt elegans textus *in cap. duo ſunt 12. quæſt. 1.* ibi & vnde Clerici dicti, quodque corona, quam habent in capite, ſit in ſignum Regni, quod in Chriſto exſpectant, raſio capitis vero ſit temporalium omnium depoſitio, quod refert cum pulcherrima ſententia S. Ambroſij Peckius *in reg. beneficium, num. 10. & 11. de regul. iuris in 6.* latius Pacianus *de probat. lib. 2. cap. 34.* ibi & quid deſignet tonſura & raſio circularis, & quare fiat in ſupremo vertice capitis, & cur aliqui capilli non radantur, vide iſta tanquam ad propoſitum deſeruientia, quemadmodum neque inter ſeptem vias, quæ ad ſalutem ducunt, relatas à Luca de Penna *in l. abſit, nu. 1. Cod. de priuilegijs Domus Auguſtæ,* videlicet Innocentia, Pœnitentia, Miſeria, Iuſtitia, tribulationis Patientia, Studium diuinæ ſapientiæ, & Charitas: diuitias neque honores reperio, ac proinde nec illa magni fore facienda exiſtimo, quod conteſtatur Senec. *Epiſt. 82.* Abſtrahunt nos à certo, inquit, diuitię, honores, potẽtia &c. 14.

quæ

quæ in opinione noſtra chara ſunt, pretio ſuo vilia, nihil habent magnificum, quo mentes noſtras in ſe trahant, præter hoc quod mirari illa conſueuimus, non enim quæ concupiſcenda ſunt, laudantur; ſed concupiſcuntur, quia laudata ſunt.

CAPVT IV.

Munerum & ſportularum acceptio quando & quatenus licita, & an pecunia data reddenda ſit?

1\. VIde inprimis Scacciam *de commerc. & camb. §.1.quæſt.7.p.2.ampliat.19. num.100.& ſeqq.* Bonacinam *ad 8.Decalogi Præceptum, Diſp.10.quæſt.2 puncto 8.prop.1. & ſeq.* Boër. *deciſ.153. num.16. & ſeqq.* diſtincte quoque Viuium *deciſ.113. per tot.* vbi vterque multa fundamenta contra munerum acceptationem adfert, tamen teſtatur Viuius de obſeruantia, quod tam Romę quam in Orbe Chriſtiano dentur & recipiantur munera ab Officialibus, magno vtique Reipubl. damno, nam ſi non corrumpunt, ſaltem placant animum Iudicis, & magnum quid eſt, ſi non plane peruertunt, per ſuperiùs tradita, quia plurima inde mala oriuntur, iuxta Poëtam:

Ex donis, hominum generi mala plurima fiunt,
Namq; hominũ mentes cum factis munera fallũt.

Vnde Scaccia *de iudic.lib.1.c.87.n.12.& ſeq.* ſuperiùs relata ad eſculenta & poculenta reſtringit, & quando illa licita ſint, & quæ ſint eſculenta & poculenta, item an Iudex ex publico ſalariatus ea accipere poſſit, ibi docet; contra ſalariatos de publico accipientes munera quadrant relata apud Spondanum *in Annalibus Eccleſiaſticis de Anno 1167.* hiſce formalibus: Nam qui ſic Regio capiuntur auro, plumbei iſti redduntur deformes exiſtimatione, flexibiles leuitate, graues pondere conſcientię, Deo inuiſi, hominibus expoſiti, ſubſannandi & conculcandi, vt ſal infatuatum, quod ad nihil vltra valet, & notata per Lucam de Penna *in l.per Illyricum, Cod.de cohortat.* vbi & dicit, quod Officiales hodie propter lucra plus quærant adminiſtrationes, quam vt eorum diligentia Reipubl. conſulatur, hodie Magiſtratus non lupis depellendis vacant, ſed ouibus depilandis, imo velleribus euellendis, an autem Iudex, ſi poſt ſentẽtiam ei remuneretur, crimen baratariæ incurrat, ſiue repetundarum, vide Raudenſem *de Analogis.cap.31.nu.55.*

Secundo diſtinguit Wameſ. *to.1.conſ.161 n.5.in fi.& n.6.* dicens, quod quidem reprehenſibilis ſit ob iudicandum datio vel non datio, & acceptio munerum, tolerabilis tamen, ſi detur ob gratioſe aliquid impetrandum, aut diligentię vel accelerationis cauſa, nam vt Symach. *lib.2.epiſt.10.* iuſtitia quidem ſuffragium non requirit, ſed plerumque annunciatione reſpectu cauſarum celeritas adiuuatur, ampliat hoc ipſum procedere Wameſius, vt etiam attendatur in moderatione expenſarum, quod ſatis durum puto, vt videlicet datio non neceſſitata ad alterius iniuriam extendatur, neque enim vlla hic præciſe neceſſitas eſt, & quamuis aliquid cauſatiue ſaltem dandum ſit, hoc ipſum tamen ad iniuriam tertij porrigi non poteſt, per notata Ioannis Baptiſtæ Coccini *deciſ. Rota Romana 151.n.1.* ſed potius ad delicatas & voluptuarias expenſas hoc reſtringi debet, quarum nullam rationem haberi teſtatur Gail. *1.obſ.151.n.1.* præſertim cùm nulla ſit neceſſitas, vbi ipſa datio ex voluntate dantis procedit, per notata Crauettæ *conſ. pro genero,* immo ipſa datio lege non cauta, ſed magis prohibita & exoſa reperitur. 2.

Digitized by Google

Tertiò limitarem aſſertam conſuetudinē, vt eatenus liceat munera accipere, ne ipſa datio & acceptio eorum, naturā corruptionis inducat, quod tūc fieri puto, ſi in magna quantitate dentur, quod reſpectu iudicantis turpitudinem aliquam inducere hoc ipſo ſatis liquet, quod rubore ſuffundatur ſi huiuſmodi datio pluribus innoteſcat, ideoq; altū de illa optat indici ſilentium, è contra habitaturus eſt ille in excelſis, qui manus ſuas excuſſit ab omni munere, *cap. non licet, cum ſeqq. 11. q. 3. & c. cum ab omni; in fi. x. de vita & honeſtate Clericor.* vnde dolendum, quod hodie tam pauci reperiantur lucrifugæ, reſpicientes potiùs illud Iuuenalis:

Bonus eſt odor lucri ex re qualibet,
Dummodo materia fuerit honeſta.

Et illud Homeri *Odiſſ. 6.*

Donum reijcere haud quenquam decet.

3. Deniq; quid ſit in foro conſcientiæ, vide Ludou. Lopez *in ſuo inſtructorio conſcientiæ, c. 29.* Nauar. *in manuali, c. 13. n 30.* aliosque: Eodem modo in locis, in quibus dantur Iudicibus ſportulæ, eas reſtringerem, quatenus de conſuetudine forent permiſſæ vel cōſuetę, quas adhuc pro re nata, vti exceſſiuas moderandas cenſerem, ne victus bis miſer, qui ſemel victus ſat miſer eſt, deinde ne detur alijs malignandi vel partem condemnatam grauandi occaſio, notandū porro eſt, quod ſportulæ datæ Iudici, (qui, vt plurimum hic fieri aſſolet, impartiales aſſumit referentes, vel cauſam mittit ad cōſilium ſapientis) vti ego quandoq; reſpondi, vna cum ſalario ad ipſum Iudicem ſpectent, qui tamen inde iuxta induſtriam & laborem, condecens & honeſtum ſalarium aſſumpto Referenti ſoluere tenetur, & ita docet Caualc. *p 2. deciſ. 28 n. 122.* cæterum de ſportulis vide DD. *ad tit. Cod. de ſportulis.* Berlich. *in pract. concluſ.* Chriſtin. *C. eo. deciſ. 118. & ad tit. Cod. de proxim. ſacr. ſcrin.* ſic etiam nota, quod, barateria & muneris acceptio cum fiat clandeſtinè, admittuntur probationes, quæ alias non admitterētur, Ioſeph. de Seſſe *deciſ. Arr. 214*

CAPVT V.

De muneribus alijs quibuſdam perſonis datis, quatenus data valeant & retineri poſſint, & quomodo diuitiæ & paupertas probentur, & quomodo quis ad inopiam reducatur?

DE muneribus Legatis vel Ambaſſatoribus datis vide Pacian. *de probat. lib. 2. c. 33. in fin.* refert Iuſtin. *lib. 18.* quod Cyneas Romam cum ingētibus à Pyrrho donis miſſus, neminem, cuius domus muneribus pateret, inuenerit; & de muneribus ſponſæ miſſis Gratian. *diſcept. forenſ. c. 189.* quo caſu ſæpius vidi in praxi controuerſum, an data v. g. iocalia, aureus torques, veſtis pretioſa, aliaque, poſt ſponſæ mortem à marito vel eiuſdem hæredibus repeti poſſint, ego, non obſtante, quod Kopen *quæſt. vel deciſ. 14.* atteſtetur, de conſuetudine Germaniæ non repeti, tamen haud pridem conſului repetitioni locum eſſe, & reſponſum datum, ſubſcriptum fuit per duos excellētiſſimos Iuriſconſultos DD. Godefridum Schnell, Seren. Principis Neoburgici Conſiliarium, & Doctorem Sierſtorphium Syndicum Colonien. pro fundamentis remitto te ad Gail. *2. obſerv. 91.* Berlichium *p. 3. concl. 32.* Clarum §. *donatio, quæſt. 10.* Menochium *de arbitr. caſu 218.* Sanchez *de matrim. lib. 6. diſp. 22. & 25. de donation. inter virum & vxorem.* Theſaur. *deciſ. 195.* late Surd. *deciſion. 66.* Marcell. Cala *de modo articulandi & probandi, Gloſſ. vnic. num. 1442. & ſeqq.* 1.

diſtin-

diſtinctè Gratian. *lib.1.diſcept.forenſ. c.189.* Honded. *volum.2.par.3.conſ.30.* vide omnino Caualcan. *par.2. deciſ.18.* Karpzou. *p.3.Conſtit.Saxon.33.* & ſic vidi in alto ſæculari Iudicio in cauſa viduæ Henſch contra Gisbertam Pewels iudicatum, & ſententiam per DD. Commiſſ. confirmatam, nec non Anno 1644. per DD. Conſiliarios Sereniſſimi Principis Electoris pro facienda executione remiſſam fuiſſe, vide tamen DD. diſtinctiones, & de muneribus meretricibus promiſſis vel alias datis *par. 1. tit.1.* in dantes quadrat illud Horatianum:

Quem damnoſa Venus, quem praeceps alea nudat.

Conſimile eſt illud Germanicum:

Wer ſich mit Huren nehrt/
Und mit loſen Narren fehrt/
Dem iſt Vngluck beſchert.

an autem illis promiſſa peti & in cõſcientia retineri poſſint, vide Gutier. *in Quaeſt. Can. lib.2.c.10.* & *lib.1.c.27.n.19.* item Couarr. *in Reg.peccatum,par.2.§.2.de regul.iur.in 6.* DD. *ad l.4.§.1.ff.de condict. ob turp. vel iniuſtam cauſam, Geneſ.36.* ſed caueant ne talia munera accipiant, caueant & alij munera accipere, quæ hic aliter iudicantur, quàm alibi, caueant munera accipere, vnde poſſunt ſuperbire:

Nam cum fex, cum fimus, cum res viliſſima ſimus,
Vnde ſuperbimus, neſcimus quando perimus.

2. Sic ergo redige te ad parua, inquit Sen. *epiſt.20.* ex quibus cadere non poſſis, ſuperbiæ remediũ eſt ſumpſius cogitare tenuitatem, S. Auguſt. *lib. 83. quaeſt.* Item de alijs promiſſis & datis ob turpem cauſam, & an peti & retineri poſſint vide DD. *in l. ſi ex plagis,* & ibi pulchrè Zaſ. *ff.de verbor. oblig.* item *ad d.tit.ff.de condict.ob turp.vel iniuſt. cauſam,* docet tamen Ioan. Baptiſt. Fragoſ. Soc. IESV *de Regim.Reip.Chriſt. lib.4.diſp. 9.§.3.* quòd datum ob maleficium perpetratum in conſcientia retineri poſſit. Ceterum quis paupertatem vel diuitias probet, vide Couar. *lib.2.var.reſol.c.6.* & Menoch. *lib.6. praeſ.25.* alia de diuitijs & paupertate vide apud Arnol. Reyger *in theſauro iuris lit. P. verb. paupertas,* vbi & *num.62.* an & quando pauperi ſumptus ſubminiſtrari debeant, item quando quis dicatur non ſoluendo, Hering. *de fideiuſſ.c.21.n.199. & ſeq.*

CAPVT VI.

Remedium contra Munerum acceptionem eſt ſalarij conſtitutio, vbi & varia notabilia de ſalariis.

VSu probatum eſt, inquit Tacit. *1. Annal.* Leges egregias, exempla honeſta apud bonos ex delictis aliorum gigni, ſic Oratorum licentia Cinciam rogationem, Candidatorum ambitus, Iulias Leges, Magiſtratuum auaritia Calpurnia ſcita pepererunt, nam culpa quàm pœna, tempore prior emendari, quàm peccare poſteriùs eſt, idem Tacit *lib.15. Annal.* Cum igitur videamus ex munerum acceptione, tot mala & inconuenientia orta eſſe, ea propter iiſdem remedio opus eſt, quod inuenitur *in tit. C. de prab.ſalario,* & Menoch. *de arbit.caſ.514* vbi oſtendit ſalaria Magiſtratibus & ius dicentibus à Principibus ſeu Dominis conſtitui oportere, & exornatur in Paciano *lib.2. de probat.cap.45.n.82. & ſeq.* & eſt pulchra *Nouel.17.cap.6.§.2.* vulgata enim eſt Theorica, qui Altari inſeruit, de Altari viuere debet, Cephal. *conſ.39.n.33.& ſeq.* & qui ad onus eligitur, repelli non debet à mercede *c. cum ſecundum, x. de prabend.* nam iuſtum eſt, vt illi conſequantur ſtipendium, qui pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſe-

obſequium, *cap. charitatem 2. quæſt. 1.* nuſquam enim operam eſſe ſine emolumeto, nec emolumentum ſine impenſa dixit Appius Claudius apud Liuium *lib. 5.* Merces, inquit Dio *lib. 52.* quæ cuiuſque honori ac functioni reſpondeat, danda eſt, quia vt dicit Ouidius *6. Faſtor.*

——— *ſit dulcis mercede labor.*

& ſpecimen eſt florentis Reipublicæ, inquit Symmach. 1. *37.* vt diſciplinarum Profeſſoribus præmia opulenta pendantur, & textus *in cap. Eccleſiaſticis 12. quæſt. 2.* dignum eſt, inquit, rerum remuneratione gaudere, vt qui voluntarijs obſequiorum neceſſitatibus ſponte ſe ſubijciunt, digne noſtris prouiſionibus conſolentur, vnde Prædicatori Euangelij alimenta ſuppeditáda ſunt, & per quos conſuluit Surdus *conſ. 254.* nam vt S. Paulus *ad Corinth. 1. cap. 9.* ſcriptum reliquit, quis militat ſine ſtipendijs vnquam; & Imperator *in §. ſi quis autem, in Authent. de iudic.* legem abhorrere ſine præmio homines laborioſis officijs præfici, cum officium ſuum nemini debeat eſſe damnoſum *cap. cum non deceat, de elect. in 6.* concordat illud *Deuteron.* Os bouis triturantis non alligabis, adeo vt qui fraudat aliquem mercede ſua, ſanguinem effundat, *cap. immolans 24. quæſt. 5.* neque enim labor à mercede vacuus eſſe debet *l. Seio amico, ff. de ann. leg.* vbi & pro modo aucti laboris, augeri debet ſalarium, & vt belliſſimè dicit Imper. *in l. in nomine, Cod. de offic. præfect. Prætor Afric. in verbis:* Cum ſufficientes & ipſis Ducibus & eorum officijs emolumenta præſtitimus, & ſemper prouidimus vnumquemque ſecundùm laborem ſuum ad meliorem gradum & maiores dignitates perducere. iuncto Menoch. *d. loc. num. 16. & caſu 223. in fin.* nam aliàs vt dicit Cato:

Si labor in damno eſt, creſcit mortalis egeſtas.

Et: *Clamitat in Cœlum, vox ſanguinis & Sodomorũ,*
Vox oppreſſorum, & merces detracta laborum.

Enimuerò dico primò dubium non eſſe, quin interſit Reipub. Iudices & Officiales ſtipendiarios eſſe, Ioan. Bapt. Fragoſ. *de Regim. Reipub. Chriſt. lib. 4. diſp. 9. §. 4.* Prouidendum eſt Poteſtati, inquit Saresb. *5. 9.* ne Conſiliarij eius indigeant, ne aliena immoderatius concupiſcant, pecunias illas volumus, inquit Caſſiod. *8. epiſt. 20.* quibus libra iuſtitiæ ſuffragatur, & rurſus *9. epiſt. 13.* Regalia dona, ait, quamuis parua, ſublimant, quia ſimul & multorum gratiam reperiſſe creditur, qui principali munere ſublimatus, prædicta latiùs exornantur à Luca de Penna *in l. omnes, num. 2. Cod. de Caſtrenſi omnium Palatinorum peculio, ibi & nu. 4.* quòd honoris præmia non otio, ſed multo ſudore parentur, ac proinde Domini temporales aut Prælati Eccleſiaſtici tenentur illis competentia ſalaria miniſtrare, non verò in pœnis & mulctis, quia ex hoc magna litigantibus poſſunt incommoda prouenire, ita ſignanter docet Florez Diez *var. pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 8. per tot.* vbi *nu. 7. & 8.* limitat prius dictum de conſtituendo ſalario, non procedere ſi Dominus vel Princeps ſit in antiquiſſima conſuetudine non ſoluendi ſalarium, vel conſtituendi diminutum. Secundò fallit quando fructus Iuriſdictionis æquiualeret competenti ſalario, vel quando labor eſt paruus, qui non meretur ſalarium, & *num. 10. & ſeqq.* dat aliquot limitationes ad regul. quòd Domini temporales teneantur ex proprijs bonis & reditibus ſoluere ſalaria, ad quem breuitatis cauſa fit relatio, quia exactiſſimè tractat materiam de ſalarijs Iudicum ſæcularium, & Eccleſiaſticorum Aduocatorum (ſalarium Aduocatis pro re nata 2.

Digitized by Google

nata à Principe dandum eſſe teſtatur Gloſſ. *in l.venditor,§.ſi conſtat,ff.communia præd.)* Procuratorum,ſollicitatorum, famulorum, filiorum laborantium in re Patris, vel Matris, Tutorum & Curatorum, Patronorum & Executorum Teſtamentariorum, & de Aſſeſſorijs & expenſis Iudicum non ſalariatorũ, quomodo in cauſa ſalarij procedatur, quando non conuentum debeatur & quale, quid ſi quis ſeruiat in remunerationem, vt ſæpè fit ſpe habendi aliquod officium, & Dominus ante adeptum officium moriatur, item an debeatur famulo infirmo, an vitricus teneatur ſoluere ſalarium priuigno ſeruienti, an præſcribatur ſalarium, & qui illud tranſmittant, & plura vide ibi, quæ in praxi ſunt quotidiana propterea recurras ad eum, de ſalario quoque agunt DD. *in l.diem functo,ff.de Aſſeſſorib.* item de ſalarijs & ſtipendijs aliqua notabilia in Willhelmo Ant. *de Moratorijs reſcriptis tit.77.concl.44.* ibi & quòd eximantur à moratorijs reſcriptis, vbi & pulchra verba Caſſiodori, quòd ſalaria omninò ſolui debeant, & quàm difficulter hodie ſoluantur.

3. Secundò de præſenti habeo in facto, quod docet Coratius *tract.de except.contra præiudiciales ſentent.except.44.nu.2.& ſeq.* quòd famuli mercenarij & ſimiles poſt tres annos præſumantur ſatisfacti, ſic & colonus ſuo tempore de fructibus reſpondiſſe, ſed quia illa præſumptiuè procedunt, ideo pro ſolutionis præſumptione adde aliqua ex Crauet. *conſ.334.num.16.& ſeqq.* Karpzou. *part.2. Conſtit. Saxon. 29. defin.12.* Nicol. Euerhar. iun. *volum. 2. conſ.38.* ibi tradit quoque quæ in praxi ſæpe occurrunt, & eſt declaratio *ad l.1. Cod. de probat.* propterea eos conſulas iunctis traditis per Borell. *in Summa deciſionum lib. 2. tit. 33. num.548. & ſeq.* vbi præiudicijs confirmat, quod decretum ſalariorum non ſit appellabile, & aliquot conſtitutiones refert inducentes ne poſt tres annos ſalarium peti poſſit, quas tamen declarat & ſimpliciter non valere aſſerit, quemadmodum Coratij aliorumque doctrina declaratur.

Tertiò, de ſalarijs vide caſus varios apud Beſold. *in Theſauro pract. lit. B. verb.* Beſoldung/ & ibi Additionat. & an ſint priuilegiata, vide & Borell. *in Summa deciſ.lib.2 tit.33. num.548.* de ſalario famulorum, an ſalarium alijs creditoribus præferatur in Berlichio & Karpzouio.

Quartò, notabilis caſus deciſus fuit Bruxellis in fauorem Prænobilis & Stenui Domini Adriani von der Düſſen qui magnificè ſtipendiatus à Rege Catholico in arduis & grauibus cauſis cum Domino Comite de Mansfeldt miſſus in Germaniam, petijt non cõſuetum (hoc enim negatum non fuit) ſed extraordinariũ ſalarium, ſed fiſcalis pro Rege interueniens excepit miniſtris in ſeruitio poſſe mandari, vt hoc vel illud agant, huc & illuc tranſeant, vel ad negotia perficienda extra Belgium ablegentur, quibus tamen non obſtantibus ſententiam cum expenſarum refuſione reportauit, cauſam deciſionis credo fuiſſe 1. quòd obligatus ſeruire in loco vel certa Prouincia non teneatur extra per notata ſuperius *de Iuriſdictione cap. 5.* 2. quòd ad extraordinaria nõ obligetur per notata quoq; ſuperius *de Genere.* 3. quemadmodum diminuto labore ſalarium minus, ita etiam pro modo aucti laboris illud augeri debet, vt patet ex traditis per Menochium *de arbit.caſ.223.* nam vt pulchrè dicit textus *in l.Scio amico,§.1.ff.de ann.legat.* tam labor quàm pecunia diuiſionem recipiunt, hinc quærit Chriſtin. *vol.3.deciſ.153. num.* 4.

Digitized by Google

num. 1. ſi Adminiſtratori conſtitutum ſit certum ſalarium certæ portionis, an hoc extendatur ad extraordinaria vide ibi.

5. Quintò, in cauſa eiuſdem aſſumpti in Generalem Cæſareę Maieſtatis Commiſſarium addubitatum fuit, num illis menſibus, quibus poſt datum Patentum Bruxellis hærebat, ſalarium computari debuerit, quidam dicebant in obſeruantia eſſe, quòd à dato Patento currat ſalarium; 2. dicebant quòd quis ſtatim veniat ad ſeruitium alterius, intelligendum eſſe, vt quis ſe paret, veſtiat, &c. prout alibi ex Zaſio oſtenſum fuit. 3. Bruxellis ſimul in negotijs Imperij moram traxit, ergo non otioſè abſens fuit, & conſequenter non debet diminutionem ſalarij pati per ea quæ notat Lucas de Pen. *in l. hac lege, num. 15. Cod. de proxim. ſacr. ſcrin. vbi & in ſeqq.* quis abſens & præſens dicatur, & de Clerico abſente, prout conſului quòd Clericus etiamſi ſua culpa in morbum inciderit, lucretur diſtributiones quotidianas, & hoc reſponſum ſubſcriptum fuit per duos excellentiſſimos Iuriſconſultos Doctorem à Lapide & D. Syndicum Bulderen cui conformis ſententia concepta, ſed ante promulgationem cauſa concordata fuit, vlterius vide Lucam de Penna *d. tit. in l. in ſacris, num. 10. & ſeqq.* quando ſalarium ſoluendum, & an conſilium ſapientis vel referentis per vtrumque litigatorem ſalariandum ſit, & dicit quod ſic, etiamſi ab vna parte tantum petitum fuerit.

Sextò, Præſes Prouinciæ, Magiſtratus, Iudex remotus ab officio ſua culpa, non conſequitur ſalarium pro eo tempore, quo fuit remotus, Bart. *in l. diem functo ff. de offic. aſſeſſoris*, licet poſtea per ſententiam à culpa abſoluatur, ita refert iudicatum Cabed. *deciſ. 8. num. 32.* ſic quoq; docet Gloſſ. *in d. l. diem functo*, Carocius *tract. locat. tit. de ſportulis, ad num. 73.* quos refert Fragoſ. *d. tract. lib. 4. diſp. 9. §. 2. num. 67.* nec ſufficere, ait, abſolutum fuiſſe, quia ſufficit licite ſuſpenſum fuiſſe, prout remotus vel ſuſpenſus ob ſuſpicionem culpæ propriæ, non habet ſalarium, niſi pro eo tempore quo ſeruiuit, Bald. *in l. mancipia, Cod. de ſer. fugit.* Surd. *conſ. 34. num. 15.* ideo ſi officium alteri committatur durante ſuſpicione, non lucrabitur ſalarium, licet abſolutus euadat, propter regul. qui non laborat, non manducat, Bald. *in Rub. Cod. de fructibus & litis expenſis*, ſi tamen Officialis remoueatur ob culpam alterius, & poſtea abſoluatur, lucratur totum ſalarium, etiam pro eo tempore, quo non ſeruiuit, Franciſc. Marcus *p. 2. deciſ. 676.* & habetur *in l. Cum. C. de re militari*, & ita deciſum fuiſſe refert Capic. *deciſ. 26. num. 2.*

Et quamuis hęc ita ex DD. referat Fragoſus, tamen prius dicta non leuem ſentiunt difficultatem, nam ſi poſteriori caſu totum lucretur ſalarium, cur non priori, quo abſolutus prǽſupponitur? vel enim abſolutus per viam Iuſtitiæ, vel per viam gratiæ, hoc caſu illius doctrina ſine aliqua difficultate poſſet tranſire, illo verò non, quia per viam Iuſtitię abſolutus dici debet à culpa, ipſi per alios imputata, ſed non reperta, adeo vt hoc modo culpâ alterius remotus vel ſuſpenſus dici poſſit, ſatis enim releuātes purgationis cauſas attulit, qui per ſententiam abſoluitur, ſic videmus in praxi illum, contra quem mandatum ſine clauſula decretum fuit, & à parte illius non ſatis releuantes, ſed ſaltem veriſimiles, apparentes, & coloratæ adducuntur (quæ tamen apud Iudicem non releuant) cauſæ, cur parere non teneatur, non protinus in pœnam declarari, ſed potiùs à con- 6.

contemptu & pœna excuſari, ita declarat Meiſnerus *tom.3. Deciſ. Cam. Imp.22.n.38. & ſeq.* niſi fortè in priori caſu dicatur, cauſam ſuſpenſionis vel remotionis ad tempus equidem ſufficientem, ſed ad condemnationem irreleuantem fuiſſe, debuit autẽ quis in officio ita ſe gerere, vt talis ſuſpicionis cauſas ipſemet non præbeat, per notata ſuperius *de Honoribus*, quod tamen poſteriori caſu, quando per alium accuſatus vel delatus fuit, non ſubintrat, prędictam quæſtionẽ tractat etiam ſub diſtinctione Additionator ad Beſold. *d.loc.verb.* Beſoldung / Surd. *conſ. 34.n.15.* Poteſtas, Aduocatus & ſimiles, ſi ab officio remoueantur propria culpa, habebunt ſalarium pro rata temporis, quo ſeruierunt.

7. Septima regula eſt, quòd ſalarium non conuentum nõ debeatur, quod reſtringebã ad viles perſonas, & artifices quandoq; voluptatũ, Iaculatores & ſimiles, quibus merces non conuenta non debetur, vti docet Gratian. *tom.1.diſcep.forenſ.c.185.num.40. & ſeqq.* & ita priorem doctrinam declarat Riccius *p.5. collect.1885.* ſecus eſſe in ijs qui honeſtis muneribus inſeruiunt. vide DD. *in l.nulli*, & ibi Lucam de Pen. quomodo illa lex procedat *Cod. de præbendo ſalario*, imò quoad viles perſonas conſiderari qualitatẽ perſonarum, & miniſterij docet Hippol. de Bonacoſ. *de ſeruis, cap.79.* pro quo facit & illud Dominicum, dignus eſt operarius mercede ſua, ſicuti Dauid *Pſal.105.* Beati, inquit, qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam omni tempore, quia non initium laboris remunerationem præmij conſueuit inuenire, ſed terminus, an verò ſalarium pręſtandũ ſit tutori vel curatori, maximè poſt officium, & quid probandum ſit, docet Marcel. Cala *de modo articul. & proban. gloſſ.vn.n.1204.* iuncta doctrina Chriſtinæi *vol.3. deciſ.153. n.2. & 3.* & *deciſ.154.nu.2.* vtrum impedimentum datum adminiſtratori per tertium in ſua adminiſtratione, ſic quòd non poſſit adminiſtrare, poſſit petere ſalarium, & ſalarium ab initio non conuentum quando peti poſſit Menoch. *de arbitr. caſ.512.*

Octauò, de ſalarijs & ſtipendijs, & quibus illa debeantur, vide in varijs caſibus apud Tepatum *in Compendio deciſ.87.* quo Lectorem remitto. 8

Nouò, inueni multos caſus à me annotatos *ad l. qui operas, ff. locati*, qui textus eſt notabilis; quòd integra merces vel ſalarium peti poteſt per eum, qui non impleuit, ſi per eum non ſtetit, quo minus impleret, quæ lex declaratur per Coratium *tract. locati & conducti, par. 2. tit. ſi non ſtet per locator. num.* 11. vt procedat ſi operæ ſint promiſſæ ſub conditione expreſſa, tunc enim nec caſus excuſat, ibi & agitur de impedito ſuo vel alterius facto, iunctis traditis per Peckium *in cap. imputari ei non debet 41.* & *cap. cum non ſtat, de regul. iuris in 6.* eſt textus ſimilis *in l.fin. Cod. de condict. ob cauſ.* vnde & quærit Valaſc. *tom.1. conſul.75.* an recipiens naulum & nauim transferens, ſed propter aduerſam tempeſtatem non perficiens, illud reddere teneatur, vbi pro & cõtra arguitur, tamen in caſu ibi, quo Nauta, ad iter perficiendum ſe expreſſe obligauerat, reperitur deciſum, quod naulum reſtituere non teneatur, & quòd de mancipijs naui impoſitis, quæ interim mortua erant, ſimilia in Cacher. *deciſ.98.* & deciditur apud Vaſquium *in l.ſi quando talis, nu.117.C. de inoffic. teſtam.* an famuli lucrentur mercedem pro eo tempore, quo ægrotarunt, ratio dubij contra negatiuam eſt, per eos non ſtetit, *ibi & num. 91.* conditio nuben-

Digitized by Google

di Titio volente, an impleta habeatur, ſi poſtea velit, ſponſa nolente, vide Manticam *de tacitis & ambig. lib. 14. tit. 45. per tot.* an conditio habeatur pro impleta, ſi is, qui implere debet, parere non poſſit, de quo latè quoque Vaſquius *lib. 3. controu. cap. 93.* ibi rurſus latè de conditione nubendi, & de famulis, Aduocatis, ægris, vel impeditis, an illi ſalarium petant, vide & Couar. *lib. 3. var. reſol. cap. 13.* de eo, qui propter morbum operas præſtare impeditur, Viuium *lib. 2. commun. opin. 208.* & Surdum *de aliment. tit. 4. quæſt. 23. n. 35. & tit. 1. q. 76. in deciſ. ſupremi Senatus Hollandiæ deciſ. 15.* reperies, quando nauis conducta, cauſa vrgentiore aliquâ impedita, deſtinatum iter conficere non poteſt, quod contrahentibus à contractu recedere liceat, & *deciſ. 32.* vbi conductor nullam mercedem præſtat, niſi locator re adhuc integra & tempore oportuno rem eandem & æquè idoneam offerat, erat autē ibi caſus de naui per Dünckerkianos intercepta, & per Nautam alia oblata; caſum de Nauta impedito, an poſſit petere ſalarium quandoque decidi ex Chriſtinæo *volum. 2. deciſ. 202. num. 5. & 6.* & *deciſ. ſeq. num. 8. 14. & 15.* adde Stracham *de nauibus par. 3. num. 18. & ſeqq.* in caſu verò noſtro nauigatio cœpta, ſed impedita fuerat, verum docet Wameſius *tom. 2. tit. de Magiſt. conſ. 573. num. 2.* quòd merces ante promeritum, non debeatur operario, ac proinde repelli poſſit, quod limitat, quoad liberales artes, vide ibi illata, an merces tota debeatur non ſeruienti toto tempore, & quòd ſi duo ſint conſtituti, vnus autem faciat opus, an hic accipiat totum ſalarium, vide Colerum *p. 1. deciſ. 201.* per totū de mulctis prædictis, iunctis traditis per Griuell. *deciſ. Dolana 84.* plura tractat Munnoz *de Ratiociniis c. 27. & 28.* cætera vide ibi in DD. & Speculatorem *lib. 1. par. 4. §. 1. de ſalariis Iudicum, §. 2. de ſalariis Procuratorum & Tabellariorum, §. 3. de ſalariis Aduocatorum, & §. 4. de ſalariis Medicorum & aliorum,* & docet Zaſius *in l. tale, §. Pater, n. 4. ff. de pactis.* quòd ſuccedens in locum demortui eodem gaudeat ſtipendio ſi induſtriç & doctrinç ſit ſimilis, licet non ſit conuentum, aliàs an ſalarium non conuentum debeatur, & quomodo peti poſſit docet Wameſius *tom. 1. conſ. 48.* conſului quandoque ſuper caſu, quem decidit Valaſcus *lib. 1. conſul. 32.* quòd filius teneatur quidem laborare patri, non nouercæ, ſed repetat quoad illam laborem quoad medietatem, tamen Karpzouius *p. 1. Conſt. Sax. 28. def. 31* non negat, quin liberi parentibus operas obſequiales præſtantes poſſint petere mercedem, ſi parens loco alimentorum bonis aduentitiis vtatur, ſecus dicit eſſe aliàs, quod ſublimitat *def. 32.* ſi ipſis merces promiſſa fuerit, tunc enim indiſtinctè tenetur, de ſeruitiis cum alimentis compenſandis & quomodo, agit Marialan. *deciſ. 6.* latè Caualcan. *p. 4. deciſ. 26.*

CAPVT VII.

An Aduocati & Procuratores ratione ſalarii quotam litis, & qui illam paciſci poſſint?

AN Aduocatus in propria vel communi cauſa patrocinium præſtans, conſequatur ſalarium, tradit Mynſing. *cent. 2. obſeru. 1.* Boër. *deciſ. 10.* diſtinctè Munnoz *de Ratiociniis cap. 27. num. 52. & ſeqq.* Valaſc. *par. 1. conſult. 25. num. 21. & ſeqq.* vide & Chriſtinæum *volum. 5. ad tit. Cod. de lucro Aduocator. deciſ. 169. & vol. 6. deciſ. 91. num. 28. & ſeqq.* vbi quid iudicatum fue- 1.

fuerit, pactum verò de quota litis reprobatur, Cuno *tract. de pactis cap. 15.* vbi ampliatur procedere, etiamſi Aduocatus conſtituatur in rem ſuam & cedantur ipſi actiones cum pacto, quòd certam partem retineat, & reſiduum clientulo reſtituat; ſed 1. limitatur, ſi poſt litem finitam huiuſmodi pactum celebretur, Bart. *in l.1.§.ſi cui, ff. de var. & extra cognit.* 2. quando iuramentum interpoſitum eſt, Seraph. *de priuil. iuramentorum. pr. 170.* quod reprobatur per Neuiz. *conſ.21. num.22.* 3. limitatur ratione palmæ ſeu victoriæ, Gail. 1. *obſeru. 44. num.1.* quod declara ex Anton. Fabro *in C. mandati, def.1.* niſi eo nomine litis portio promittatur aut præſtetur, quatenus autem pactiones Aduocatorum & Procuratorum ſuper ſalario licitæ ſint, docet Chriſtinæus *d. deciſ.169. num.20.* 4. limitatur quoad alios, qui ſunt nec Aduocati nec Procuratores, Peregrinus *de iure fiſci, lib.7. tit.7. num. 16. in fin.* vt & cum eo, qui vicariam amici operam præſtitit, pactum initum valet, vt in appendice ad Paponem *de arreſt. lib.12. tit.2.* vide eundem *lib.6. tit.4. nu.19.* quod planè diſtat ab illo, quando laici acquirunt & emunt actionum lites, tamen redemptiones litium inter laicos non potentiores licitas eſſe, docet Scaccia *de comm. & camb. §.1. quæſt.1. num.430.* quodq́ue iiſdem detur actio ad quantitatem datam, nam actio non poteſt emi pro minori pretio, quam ſit in ea, habito reſpectu ad expenſas & labores, & ita docet Anton. Gabriel. *in comm. concl. tit. de actionibus concl. 5.* quòd ceſſio actionis, ſi pretium non correſpondeat actioni ceſſæ, tanquam ſimulata non valeat, Karpzou. *par. 2. Conſt. Sax. 30. def. 32. & 35. 36.* & exornatur in Tiraq. *de retractu lign. §.1. gloſſ.10. ſub num.48.* & ita quoque docet Anton. Fab. *in Cod. de hæred. vel action. vend. def. 5.* quòd ceſſio non valeat, niſi ad concurrentem reuera dati pretij ſolutionē, nota tamen quod ibi dicat reuera quantum datum eſt, quia quando ceſſio fit titulo oneroſo, non probatur ipſe titulus aſſertione partium, Riccius *p.4. coll.1426.* interim quoque notandum, quòd prællegati DD. loquantur de ceſſione certi, liquidi, & exigibilis debiti, deinde quòd non ſemper æſtimari poſſit, quanti actio vel lis ſit æſtimanda, reſpectu eiuſdem qualitatis, ſed potius quanti æſtimari poſſit dubius litis euentus, ob quam læſio vltra dimidium, quandoque locum non habet, Wameſius *ad ius Canon. tit. de rebus Eccleſ. non alien. conſ.291. nu.2.* vidi ego, quòd Redemptores litium plus laboris & expenſarum inſumpſerint, quam valuerit tota actio, 5. limitatur, licet pactum de quota litis & iure Cæſareo *l. ſumptus, ff. de pactis, & Can. cap. infames, verſ. præterea non licet 3. quæſt.7.* improbatum reperiatur, tamē Ioan. Bapt. Frag. *de Cynoſura Aduoc. cap.8. n.132. & ſeq.* diſputat, an illud de iure Canonico valeat. 6. limitatur, ſi Aduocatus ſit ex conſortibus litis, tunc enim ei tota lis cedi poteſt, ita iudicatum refert Franciſc. de Barri *tract. de ſucceſſ. teſtati & inteſtati, lib.1. tit. 8.* vbi & alias tradit, quòd eidem poſſint cedi expenſæ & adiudicata damna, vbi & quomodo reducatur ſalarium alijs promiſſum, adde ſi placet Greuęum *ad Gailium d. loc.* ſuper prædictis in praxi ſæpè conſului, & inueni allegatum Farinac. *in praxi crimin. tit. de var. & diuerſ. crim. q.116.* vbi fuſiſſimè hanc materiam pacti de quota litis tractat in adductis 22. ampliationibus, & 8. limitationibus, imò pœna paciſcentis de quota litis eſt infamia & remotio ab officio, & conſil. criminal. 76. quos per te videre

 pote-

Digitized by Google

poteris, innctis traditis per Menoch. *de arb. iud. lib. 2. caſu 522. & Ordin. Cam. Imp. p. 1. tit. 46.* & de ſalario Aduocatorum loquitur *l. 1. §. in honorarijs, ff. de varijs & extraord. cognit.* de quo latè agit Tiraq. *de Nobil. c. 24 nu. 28.* Chriſtin. *vol. 5. deciſ. 170.* vbi & quo tempore honoraria vel ſalaria Aduocatorũ præſtanda ſint, & quid iudicatum fuerit, *deciſ. præced. 169.* de pacto quotæ litis. Porrò neſcio ego quo Iuriſprudentiæ vel doctorũ Virorum malo fiat, quòd defunctis Aduocatis & Procuratoribus nemo eorum ſalaria ſtudeat ſoluere, ſed clientis quaſi non eſſent debitores hęredibus illa petentibus, detractent nedum vt vltro ſoluant, hinc benè conſultum reperi:

Dum Ægrotus infirmatur
Et proceſſus ventilatur
Studeas accipere,
Nam: *Ægroto releuato,*
Et proceſſu terminato
Nemo curat ſoluere.

2. Poſtquam ergo ex prædictis colligitur, quòd nec diuitiæ nec paupertas conducant, ſed vno verbo de ijs dici poſſit, bonæ ſunt bonis, malæ malis, de quibus celebre eſt Democritis dictum: Gloriæ & diuitiæ, inquit, ſine prudentia non ſunt tutæ poſſeſſiones; & Seneca: Diuitiæ, ait, cœcæ ſunt ſine prudentia, & acutum cernunt quando prudentiam ſequuntur, in quibus perpetuitatem & ſtabilitatem homines mundani optant, ſed ſuper quo ſtant, ſtabile non eſſe haud ponderant, è contra verò non vilibus præmijs ad probam vitam imitantur, quibus æterna promittuntur; & iuxta Iſidorum: In multis contriſtatur natura, mediocri gaudet, quæſtus eſt magnus pietas cum animo ſorte ſua contento, Apoſt. *ad Timoth. 6.* hinc Poëta:

Paucaq; ſufficiunt homini virtutis amanti
Qui ſibi, quod ſatis eſt, optans nil cætera curat.

Siquidem:

Quid tibi? ſi gemmas omnes cumularis & aurũ,
Si tua tartareis mens cruciatur aquis.
Fœlices nimium quorum ſuper æthera mentes
Sublata, cuncta hac infera deſpiciunt.

Sic quoque Owen.

Nec paupertatem, nec opes deſidero magnas
Nolo parum, nimium non volo, ſat mihi ſat.

Quandoquidem vt rectè cecinit quidam alter Poëta:

Optima ſunt homini mediocria, ſumma pericla
Obuia, contemptum ſordida vita parit.

Reuoco igitur in memoriam vetus illud: Eſſe præſtantiſſimum, in te qualibet nouiſſe quid ſit ſatis.

Nobis enim omnibus vita functis nihil ſupereſt, niſi quod bene ſancteq; geſſimus, huc nudi intrauimus, hinc nudi abibimus Iob c. 1. in fin. S. Paulus 1. Tim. 6. & 7. *talem quiſq; diſcedit ad terminum*, inquit Sidon. epiſt. 6. lib. 4. *quale cœpit habere principium, quandoquidem igitur ſit eundem per temporalia ne amittamus æterna, obſecro te Domine cum Salomone* Prouerb. c. 30. *Mendicitatem aut diuitias ne dederis mihi, tribue autem victui meo neceſſaria, ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam quis eſt Dominus, aut egeſtate compulſus furer & periurem nomen Dei mei; ea propter benigniſſime & liberaliſſime* IESV *digneris me adiuuare, & delere maxima tua miſericordia omnia peccata mea, ſegregare mentem meam à deſiderijs terrenis, eleuare illam ad diuitiarum cœleſtium deſiderium, quæ in ſolo tuo conſiſtunt amore, vt eas auxilio tuo conſecutus te perpetuo diligam, & amore tuo fruar in ſæcula ſæculorum.*

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS QVARTVS.

Juſtitia in Negligentia vulnerata.

CAPVT PRIMVM.

De negligentia communi & quod quilibet quæ ſui ſunt officij exactè facere teneatur, & quam periculoſum ſit illa negligere, ac pluribus incumbere.

1. POſt Protoplaſti lapſum, corruptamq; humani generis naturam eò deuentum eſt, vt non quod decet, ſed quod lubet, communiter peragatur, contra *l ſemper, ff. de ritu nupt. & l. ſemper, ff. de regulis iur.* imo nihil fere tam impium & neglectum, quod non ab excuſatione laruam aliquam honeſtatis accipiat, quippe excuſationes, in virtutes abijſſe vidētur, quemadmodū quotidie cernimus, quod qui Galliam aliquando ſuis oculis aſpexerunt, vel de la modo dici audiuerunt, ſtatim eandem hiſtronica temeritate & ſtultitia probant, iactitant atq; extollunt, Germanicis própriјs neglectis, faſtiditis & reiectis, quaſi cum alijs potiùs inſanire, quam nouitatem, præſertim veſtium, negligere oporteat, vniformis amictus hodie faſtidium parit, eapropter & ſartorum in excogitandis nouitatibus induſtria & ingenium laudatur, nam iuxta Poëtam,

Et ſemper varium plus micat artis opus.

Sic ipſa ſatietas varietate vincitur, & vt Cicero dicit, varietas ſatietati occurrit, vnde patet quod plus ſatient variata, iuxta illud vulgatum, Varietas delectat, & illud Ouidij:

Eſt quoque cunctarum nouitas gratiſſima rerum.

Adeo vt plerique nouitatibus exterioribus ſatiari, interiora negligant, ad inſtar filiorum Iſraël, qui quamuis in manna, quem volebant, ſaporem guſtabant, *Sapient. 16. verſ. 20.* attamen quotidiani iſtius mannæ nauſeam habebant, *Numer. 21. verſ. 6.* Quippe præſentia, inquit Sulpitius Seuerus 1
lib. 1. faſtidio, inſueta deſiderio ſunt, multis præſentia, licet meliora, adeo tamen tædioſa ſunt, vt mutationis cupidine ſuis quoque lætentur periculis, & iuxta Petron.

Non vno contenta valet natura tenore,
Sed permutatas gaudet habere vices.

Quippe ſatietas tædium parit, & quidquid licet, minùs deſideratur.

Sic rerum & vices perſonarum verſa eſt 2.
conditio, vt non aliter ſplendeſcere ſibi videatur, niſi qui à la modo ſe condecorat, tamen vanitas eſt la modo, quæ nec pulchritudinem confert, nec honeſtatem, ſed reuera non leuem vilitatem, & tandem magnam calamitatem, quemadmodum Iudæis accidit, nam cum illis Chaldæorum veſtitus & habitus mirum in modum arrideret, factum eſt, vt non multo poſt in ipſam Chaldæam deportarentur, & captiui abducerentur, *Ezech. 23.* in quos quadrat illud, quod de Adam dictum eſt,

Pellitus nunc es, fueras ſine veſtibus antè,
Nudus eras purus, crimen amictus habes.

Verùm, quamdiu ſolita decurrunt, ait Seneca *lib. 2. nat. quæſt. in pr.* magnitudinem rerum conſuetudo ſubducit, ita enim compoſiti ſumus, vt quotidiana, etiamſi admiratione digna ſint, nauſeam pariant, vel minima eorum cura habeatur. Omnium rerum copia, inquit Plinius *8. Epiſt. 20.* langueſcit, cùm facilis occaſio eſt, contra, minimarum etiam rerum, ſi inſolita prodierunt, ſpectaculum dulce fiat, adeo naturale eſt magis noua quam magna mirari, ita & nos noua cupimus, & vetera negligimus, quia vt dicit Poëta:

Quod vetus eſt, fœtet, ſunt mage grata noua.

Vicinum habent, inquit Pacatus *in Panegyr. ad Theodoſium*, permiſſa faſtidium, ardentiùs appetitur, ait S. Hieronymus *lib. 2. epiſt. aduerſus Vigilantium*, quidquid eſt rarius, & nihil æque gratum adeptis, quam concupiſcentibus, Plinius *lib. 2. Epiſt. 15.* Ecce, inquit Ioannes Geyler *in Nauicula fatuorum, turba 57.* Proni ſumus ad diſcendum artium ſubtilia propter curioſitatem, Iura ciuilia propter vtilitatem, artem bellandi propter ſtrenuitatem, artem negociandi contra paupertatem, & ſic de alijs, quæ ad vitæ præſentis promotionem & adminiſtrationē ſpectant, cæterùm ad diſcendum artem bene viuendi, Deo ſeruiendi, peccata vitandi, omnes quaſi ſe negligentes exhibent, bone Deus! qualis ſtultitia, eligere temporalia, & negligere æterna, vti ibidem latiùs exornatur, quamuis enim honeſtum non ignoretur, tamen negligitur, contemnitur vel palliatur, ita vero palliati ſemper deteriùs habent, nam non tollitur neglectus, ſed tantùm obducitur. Plures mali, inquit Auſonius, qui ius & æquum, & ſacros mores negligunt, nemo fere ſua vocatione contentus viuit, quo plura quis appetit & accipit, eo maior eſt in reliquis neglectus, dum alter in alterius demandatas & commiſſas à Deo ſibi vices inquirit, irrepit, falcem in alienam meſſem mittit, ita curioſus circa aliena, propria negligit; peſſimum vero eſt aliena notare vitia, & propria diſſimulare. Belliſſimè igitur Abbas Antonius ad quendam Monachum: Age, Frater, inquit, ſalutis tuæ curam geras, cùm certè neque Deus (qui hominibus liberum dedit arbitrium) neq; ego vnquam tibi rectè conſulere poterimus, rationis itaq; lance & officij neceſſitate penſentur omnia, vt vnum tali moderatione agatur, vt alterum, quod officij tui eſt, non negligatur, ſed hoc ipſum ſemper præmittatur vel diligentiùs perficiatur. Optimus ſanè æſtimator rerum, inquit S. Bern. *Serm. 30. in Cant.* qui nihil ſuorum ſibi præferendum putat, quemadmodum & Dominus *Luc. 10. verſ. 4.* dicit: Neminem per viam ſalutaueritis, id eſt, ne implicetis vos alijs non neceſſarijs vel inutilibus confabulationibus aut diſtractionibus (vt in eundem locum commentatur Iacobus Tirinus) ne impediant iter veſtrum, ſeu negotium differatur in principio, medio & fine, Speculat. *de Aduocato, §. 7. num. 2.* & Moyſes *Deut. 8. verſ. 11.* obſerua & caue, ait, ne quando obliuiſcaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius, atque iudicia, & cæremonias, quas ego præcipio tibi hodie.

Tamen quam inuerſo ordine Mundus ſua peragat, videre licet in eius effigie, quem multi tranſuerſum depictum habent, quemadmodum ſæpiùs vidi, & rem ipſam intuitus in admirationem raptus fui, ſed 5.

Fortè putant homines, tandem Michaële repulſo
Lucifer ad Cœlum reſtituendus erit?

& in-

Digitized by Google

& inſtar Horatiani iſtius:

Optat ephippia bos piger. optat arare caballus,
Quod petit. ſpernit. repetit, quod nuper omiſit,
Æſtuat. & vita diſconuenit ordine toto.

Quomodo autem per negligentiam Prælatorum iſta cauſentur, vide S. Bern. *in expoſitione Regulæ S.Bened. p.3.c.3.* tractans illud *Prouerb.25. verſ.3.* Cœlum ſurſum & terra deorſum, &c. Hinc olim recte dictum fuit, Piſcis extra vndas & Monachus extra cellam ſeu Monaſterium æquè deficiunt, qui id facit, quòd ad ſe non pertinet, etiamſi bonum ſit, improbatur, *Cap. bene quidem, diſt.96 & in cap. dilectis filijs, & ibi Gloſſa de appellat.* quia bonum facere non ſufficit, niſi & fiat bono animo, *Cap. non ſatis, diſtinct. 96.* Vnde licet Chriſtum crucifigi bonum & vtile fuerit propter redemptionem noſtram, tamen Crucifixores digni punitione fuerunt, quia malo animo fecerunt. Conſimiliter alibi dixi, quod Deus non ſit remunerator nominum, ſed aduerbiorum, *Gloſſ. in cap.1. de colluſ. deteg.* ac proinde non ſufficit bonum facere, niſi & bene fiat: nihilominus homines aberrantes à ſcopo non viuunt ſua ſorte contenti, varijs ſeſe immiſcent negocijs, quæ ad officium eorum non ſpectant, plura appetunt, quam quæ ſaluti animarum conducunt, vel vocationi principali conueniunt. Hinc S. Auguſtinus ſuper illud *Corinth. 6.* Sæcularia iudicia, &c. Hi, inquit, terrenas cauſas examinent, qui exteriorum rerum experientiam perceperunt, qui autem ſpiritualibus donis ditati ſunt, terrenis non debent negotijs implicari, vt dum non coguntur bona inferiora diſponere, valeant bonis ſuperioribus deſeruire, & S. Gregorius *in Paſtoral.* Sæpe ſuſcepta cura regiminis, ait, cor per diuerſa diuerberat, & impar quiſque inuenitur ad ſingula, dum confuſa mente diuiditur ad multa. Neque enim, vt pulchre dicit Pontifex *in cap. te quidem oportet 11. quæſt.1.* Iudicem aut cognitorem ſæcularium negociorum hodie te ordinare vult Chriſtus, ne præfocatus præſentibus hominum curis, non poſſis verbo Dei vacare, iſta opera, quæ tibi minus congruere videntur, exhibeant ſibi inuicem vacantes laici, nunquid huius generis eſt, quod Hiſpania Epiſcopum in ſeſe ſenſerit armatum militem? nunquid Germania inferior vidit Abbatem in ſe arma ſumentem, vel promouentem? nunquid Germania de ſimilibus dolet, quorum arma, iuxta Apoſtolum, debent eſſe preces & lachrymæ, non gladius in nos ſtringendus, quod ſi ſæculi milites ſęculari militiæ ſtudent, quid ad Epiſcopos & milites Chriſti, niſi vt vacent orationibus, *Cap. reprehenſibile, 23. quæſt.8. & in cap. conuenior* dicitur, ad Imperatorem ſpectare Palatia, ad Sacerdotem Eccleſias. Sacerdos igitur faciat, vt ſe res bene habeat, S. Chryſoſtomus *ſuper Matth.* inquit: Tria Mundus mirabitur, Chriſtum poſt mortem ſurrexiſſe, cum carne in Cœlum aſcendiſſe, & per duodecim Apoſtolos piſcatores totum Mundum conuertiſſe, huius autem quadruplex fuit cauſa, ſcilicet pecuniæ contemptus, glorię deſpectus, ſęcularium occupationũ ſegregatio, & terribilium perpeſſio.

Sed quia hodie non in paucis eius contrarium plane cernimus, videlicet multorum bonorum vel redituum acquiſitionem, 4.
ad ſummas Cathedras & dignitates ambitionem, temporalium ſuſceptiones & curas, & ſuauem vitam, mirum non eſt, quod ceſſante cauſa ceſſet effectus, veræ ædificationis & conuerſionis aliorum, adeo vt hodie res mira ſit, ſi vel vnus conuertatur, & con-

& conuerſus ſuſtentetur, vel promoueatur, immo vulgo quandoque in patria mea Cliuenſi audiui, Die Sünd von der Cleriſey iſt ein Mutter der Ketzerey. & ita verendum ne illi (quemadmodum dicebat apud Liuium *lib.3.* L. Quintus Cincinnatus) imitentur turbam inconſultam, & qui exemplo alijs eſſe debent, aliorum exemplo peccent potiùs, quam alij eorum exemplo rectè faciant. Viuant ergo ad officium, & profeſſioni & vocationi ſuæ conuenienter, & videant S. Ambroſium *in ſuo Paſtoral.* vbi valde præclare, quid facere debeant, & quid eorum ſit officium; & Clerici vnde ſint dicti, *Cap. Cleros, diſtinct.21.* militiæ arma, non ſint carnalia, quos cœleſtis Spiritus ad res ſummas delegit, vt in Euangelium ſegregati eſſent à temporalibus, videantur *cap. non pila, cap. ſi in mortem, cap. conueniat, & cap. reprehenſibilis 23. quæſt.8.* S.Paul. *ad Timoth. 2.* quo altior eſt profeſſio virtutis, eo altiorem, inquit Gloſſa, debet tenere viam viuendi, quemadmodum Epiſcopi quondam fuerunt paupertate locupletes, humilitate ſublimes, & gloria neglecta glorioſi, & ideo inunguntur, vt ſint procuratores animarum, & diſtributores ſpiritualium, intendantque lectionibus, orationibus, prædicationibus, & alijs pijs operibus, per quæ hominibus ſalus datur, ſi quis autem eorum officia exactiùs ponderare velit, legat Auctorem Tractatus qui inſcribitur, *Onus Eccleſiæ, cap.20.* vbi & ad propoſitum dicit, quod quidam Epiſcopi promptius indicant bellum, quam inconſuetum flagellum, qui ad pacem firmiter tenendam mutuum inter ſe conſilium & auxilium impendere, & diſcordantes ad concordiam inducere, bellaque inter Principes ſæculares exorta omni conatu ſedare tenentur, fatetur etiam ibi tales ſe nouiſſe, qui ipſimet Duces & Capitanei exercitus fuerunt, qualia opera dicit ipſis cedere in damnationem, & in Chriſtianorum ſcandalum, qui tamen colligunt improbos Theologos, nec non Iuriſperitos aſtutos, qui Iura tanquam ceram flectunt, quo volunt; dictant, quod ipſis placet, quod diſplicet, tacent. Hinc Seneca: Nihil peius, inquit, quam Adulatores in Curijs Principum, vbi exacte deſcribitur, qualis Epiſcopus eſſe debeat, & quales nunc ſint, item *cap.21.* de Prælatorum aliorumve Curatorum vita vitioſa agit, quales promoueri debeant, & quales nunc promoueantur, quæque inde oriantur & orta ſint mala, additis quibuſdam prophetijs Sanctorum, quibus perpenſis non mira debet eſſe nobis ira, & flagellatio diuina, vel propter noſtra & talia peccata belli continuatio.

Hoc ſaltem ex illo addidero, quod & ſ. ſæpiùs referre audiui, ex malo Laico malus fit Clericus vel Monachus, & è contra ex malo Clerico vel Religioſo malus fit Prælatus, de quorum vita agit *cap. 22.* habitu milites profeſſione Clericos, actu neutrum exhibent, nam neque vt milites pugnant, neque vt Clerici euangelizant, vt alibi dicit S. Bernardus. Pigri vocabulo, ait Venerabilis Beda, denotatur, qui vult regnare cum Deo, & non laborare pro Deo; delectant præmia, cùm pollicentur, detrectant certamina, cùm iubentur. Cùm tamen, teſte Iſidoro, ab integris celebrari Sacra oporteat. Quid igitur hoc aliud eſt, quam Canonum & Legum laxatis habenis iuſtitiam ipſam negligere, & quaſi pedibus conculcare, dum penſum non ſoluunt, vti eſt apud Plautum, hoc eſt, debito non

per-

Digitized by Google

perfunguntur officio, in quo ſita eſt vitæ honeſtas, & in negligendo turpitudo, Cic. 1.*offic.* at ſcio multos prętextus, imo & finem bonum & ſanctum nobis opponi, ſed quid ſi Chriſtus huiuſmodi prætextus & prætẽſas rationes in te, ad ſtatum Eccleſiaſticum vocato, non acceptet? & aliter in illo die quã tu putes iudicet? nemo Dei ſententiam inquit Lactant. 6. *cap.* 18. effugere poteſt, nec defenſione, nec gratia, nulla eſt negligentiæ venia ait Voget. 3 *c.* 5. vbi de ſalute certatur, illis & ſimilibus occini poterit illud Poëtæ.

Danda opera eſt magnis, ſed non cum vulnere mentis
Danda opera eſt magnis, ſed comitante metu.

Quandoquidem iuxta Senec. *in Hercul. fur.* nemo ſe tuto diu periculis offerre tam crebris poteſt, quem ſæpe tranſit caſus, aliquãdo inuenit, inuenietur inquam, & inuentus negligẽs in officio ſtricte iudicabitur, quippè noſtra ſalus hic vertitur, & tamen ingentia negligũtur, paruis vero vel minimis magno ſtudio occurritur, qui autem negligentiores in officio ſuo fuerunt, non immerito culpæ eorum, quod accidit, adſcribendum eſt: *l. Diuus in fin ff. de offic. præſid.* quia cũ opera ſeu officio orta eſt cuſtodia Luc. de Pen. *in l. iubemus C. de curſu publ.* & negligentes dicuntur illi, qu , quod ad eos ſpectat, facere ſpernunt, vndè dolus præſumptus oritur *l. mancip. C. de ſeruis fugit & not. in l. 2. ff. quod quiſque iuris*, & Bald *in l. quamuis ff. de condit. & demonſt.* à nobis exigitur inquit S. Cyprianus *de ſingul. virg.* quidquid per inertiam noſtram malè commiſſum eſt, in quos quadrat illud Plaut. *in ſticho act. 2. ſcen. 1.*

Sed curioſi ſunt hic quam plures mali
Alienas res qui curant ſtudio maximo
Quibus ipſis nulla res eſt, quam procurent ſua
Quis non eſſe putet ſtultum, qui rebus omiſſis,
Vtilibus proprijſque aliena & inania quærit.

Nihil tam periculoſum inquit S. Ambroſ. 1. *Timoth.* 5. quam ſi profeſſioni geſta repugnent, hinc quidam exclamando cecinit.

Væ conſecratis Chriſmate,
Væ frontibus mitratis,
Væ quotquot in re Numinis,
Verſantur oſcitanter,
Decreta quiſquis Iudicis
Neglexeris ſupremi.
Eſt lata iam ſententia
Flagrabis heu flagrabis,
Semperque funeſtiſſima
Flagrabis in fauilla
Sed heu mica e neſciunt,
Tantum crepare nolunt,
Qui Chriſtiani vixerant
Parumque Chriſtiane.

Quinimo & ſancti corruunt, inquit S. Hier ſi fuerint negligentes, è contra peccatores, priſtinum recipiunt gradum, ſi ſordes peccatorũ fletibus lauerint, hinc quoq; patet, quam grauis eorum exiſtat negligentia, qui alijs præſunt, nam vt S. Leo *Epiſt.* 3. inferiorum ordinũ culpa, inquit, ad nullos magis referenda, quam ad deſides Rectores, facile facit inferior, dicit S. Ambroſ. *Roman.* 1. quod fieri viderit à priore, iunctis traditis per me de Clementia *cap.* 3. igitur memento officij, ait Plini. 8. *Epiſt.* 24. & Iſiod. *de præl.* ille à Principibus rationem exiget, qui eorum poteſtati Eccleſiam tradidit, in maiore gradu ſine dubio maior eſt pœna, idem de cõtemptu mundi. quemadmodum & I. Ctus dicit, cui plus committitur, ab eo plus exigitur, magna conſecuti, magnis nominibus ſunt obſtricti Nazian. *Epiſt.* 72. quantò maior eſt excellentia, tantò grauior eſt ruina Innoc. *in Pſalm. pœnit.* 4. hinc ille apud Ælian. *lib.* 20. bellè dixit, Regnum nobis eſt ſeruitus, quare

Digitized by Google

Rex Antigonus Regium intuens diadema, pileum quidem paruum eſſe dictitabat, ſed ſi quis conſideraret, quantis curis intus ſubductus eſſet, neminẽ ſe tam ab omni ratione alienum exiſtimare, vt ſi humi iaceret, eum attollere vellet, ea propter apud ipſos Ethnicos reperti fuere qui imperium depoſuerunt, multis enim partibus intolerabilius eſt animum curis oneratum, quam pedes & colla ferro vincta habere Gueuara *lib.1. horol. Princip.29.* ſeruo. ſi bonus eſt, cætera laxantur, & magiſtratus quo maior eſt, eo grauioribus obruitur curis, hinc recte Lucret. *lib.5.*

——— ——— Satius multo parere quietum,
Quam regere imperio, res velle & Regna tenere.

Videatur Maſtrilius de Magiſtrat. *lib.1. cap. 30. n. 21. & ſeqq. & Gueuara in horolog. Princip.* occupatio ſæcularium dignitatum, inquit S. Gregor. *in moralibus,* tanto facilioribus vitijs premitur, quanto maioribus curis grauatur.

7. Conſimiliter Tacitus 1. *Annal.* cuncta mortalium ait incerta, quantoque plus adeptus, tanto magis in lubrico es, recte igitur Sidon. 2.13. ſententiæ tali ego, dicit, nunquam aſſentior, qui Reip. præcipitibus ac lubricis culminibus inſiſtunt. ita vt priuatim cum gloria viuere, quam Regnum cum periculo gerere præſtet, Dio. *lib.* 35. hinc vt refert Val. Max. Antigonus Rex cuidam Anui ipſum beatum prædicanti, ſi ſcires, inquit, ô mater, quam multorum malorum & ærumnarum ſit hic pannus (diadema oſtendens) eum in ſtercore iacentem non tolleres, quia non hoc ſolum eſt quod:

Aurea rumpunt tecta quietem,
Vigileſque trahit purpura noctes.

Sed iuxta Senecam in Hercul. Oete, & alterius cuiuſdam Poëtæ dictum.

Suſtinet innumeros fulgens diadema labores,
Maximo & imperio maxima cura ſubeſt.

Hinc recte Germani dicunt:

Der Hirten ſtab hat beſſer leben
Als Cron vnd Scepter mögen geben.

Nam multum incumbit oneris magiſtratui, & cura animarum, corporum, bonorum, exiſtimationis ſuorum ſubditorũ, &c. veriſſimum igitur eſt quod iam olim dixit Dio *lib.* 38. cui minimum eſt negotium, is maximè tutus, nam quod magis eſt, tam de ſeipſis quam de grege ſibi commiſſo exactiſſimam in illo die villicationis rationem reddere tenentur, & non ſolum de commiſſis, ſed & de omiſſis & neglectis reſpondere debent, ſiquidem non minus peccat quis omittendo id, ad quod tenetur, quam committendo contra illud, quod delictum in omittendo dicitur commiſſum & perfectum ſtatim, quando obligatus facere potuit & non fecit, nam cum omiſit, quod facere debebat, præſumitur in dolo Meiſnerus *tom.4. deciſ. cam. imp. 22. nu. 49. & ſeq.* paria namque ſunt, facere non facienda, & non facere facienda, *vt eſt textus in tutore & curatore in l.1. ff. de tut. & rat. diſt.* qui crudelius, quam cæteri puniuntur, ſcire enim debent prælati, ſi peruerſa vnquam perpetrant, tot cædibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos proditionis exempla tranſmittunt, vnde neceſſe eſt, vt tanto ſe cautius à culpa cuſtodiant quanto per praua, quæ faciunt, non ſoli moriuntur, *cap. præcipuè 11. quæſt. 3.* reatu maiori delinquit, dicit *cap. nulli fas 25. quæſt. 1.* qui potiori honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccatorum, ſublimitas peccantium, meminerint, quod timere debent, qualiter comminetur Deus negligentiæ ſacerdotum apud *Ezech. cap. 34. verſ. 2. & ſeqq.* exornatur latius à Luca de

Penna

Digitized by Google

Penna *in Rubr. C. de Colonis Illyr.* non minus pulchra ſunt, quæ tradit idem *in l. ſi quis nu. 17. & ſeqq. C. vt nemo ad ſuum patrocin.* quod maiori reatu delinquat, qui potiori honore fruitur, & grauiora faciat ſublimitas peccantium, iudicium peccatorum, quia iuxta Quintil. *in milite Mariano*, quo ad altiorem quiſque ſe honoris gradum extendit, magis in exemplum ſpectantibus patet, & D. Thomam, quod in his, quæ pertinent ad ſtatum Religionis, in eodem peccati genere grauius peccet Religioſus, quam ſæcularis *d. cap. nulli fas ſit*, in illo die fortuna ſeu ſublimitas dignitatis fallacem proſperitatis vultum in multis prælatis mutabit & aduerſitatis alteram faciem oſtendet, prout hoc legi & ita eſſe vel fieri firmiter credo.

8. Haud immerito igitur quidam Sanctus Eremi cultor ſenex admodum, nepotem ſuum quærentem, vtrum Epiſcopus electus munus hoc acceptare deberet, ſuper diſco ſatis altè à terra diu fecit rotari, cumque ille poſtremo caſum ſe timere dixiſſet, iuſſit vt deſcenderet, atque iterum ſuper latam mollioris ſoli planitiem ſeſe agitaret, ac iam ex multa agitatione ſudanti & defeſſo, ſurge inquit, & iam facere perge, quod tibi tutius factu exiſtimas, vndè nepos iſte edoctus de præeminentiæ periculo, electioni renunciauit, & non diu poſt, cum obijſſet, ſeni apparuit, & poſtquam gratias egiſſet, dixit, ſcio quia nunc eſſem de numero damnatorum, ſi fuiſſem de numero Epiſcoporum, vti legitur apud Auctor. *regul. monach. cap. 15.* inter opera S. Hier. *tom. 9.* quare igitur tu in vtramque aurem dormis nimium ſecurus, qui ſarcina tot tantarumque commiſſionum, dignitatum, Prælaturarum, Præbendarum, atque officiorum oneratus exiſtis, quarum vni te legitimè & decenter præeſſe & vacare vix & ne vix quidem dicere poteris iuxta illud Iobi. *cap. 9. verſ. 28.* verebar omnia opera mea ſciens, quod non parceres delinquenti, & iuxta Senec. *de ira cap. 31.* vbi maximè gaudebis, ibi maximè metues, quippè multi ſunt vocati, pauci vero electi Matth. 20. *verſ. 16. & rurſus cap. 7. verſ. 14.* quam anguſta porta, & arcta via eſt quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniant eam, hinc vulgo dici ſolet, mit Wagen vnd Pferd kombt man nit jm Himmel / conſimiliter Poëta cecinit:

Semita Cælorum eſt anguſta, pedeſtribus apta,
Ambulat in latâ currus equuſque viâ.
Quiſquis apes vndaſque timet, ſpinaſq; roſeti
Non mel, non piſces, non feret ille roſas.

Ac proindè hæc via haud facile admittit magnas longè lateque patenter ſarcinas, & quod amplius eſt, omnia malè geſta exigentur cum vſura pœnarum, & quidem quanto quiſq; in ſuperiori conſtitutus eſt loco, tanto in maiori verſatur condemnationis periculo, Iſiod *de Prælat.* cauſa erit, ait Theophylact. *Luc. 12. 48.* dignitatis magnitudo & Lactant. *lib. 7. de diuino præmio*, virtutis via, ait, non capit magna portantes onera, anguſtus admodum trames eſt, per quem iuſtitia hominem deducit in cælum, hunc tenere non poteſt, niſi qui expeditus & nudus eſt, perditio namque late dominatur, omnis igitur adeundi honoris Eccleſiaſtici abſcinderetur, ambitio, dicit Origin. *ſuper Epiſt. ad Rom.* ſi ſe iudicandos potius, quam iudicaturos, hi, qui præeſſe volunt populis, cogitarent.

Referam ad priorum confirmationem, 9.
videlicet quod pauci ſaluentur, exemplum auditu horrendum, nam S. Chryſoſt. *hom. 6.* ad populum, cum in inſigni & ſatis ampla ciuitate Antiochiæ Syriæ Metropoli con-

Digitized by Google

cionaretur, quot, inquit, eſſe putatis in hac noſtra ciuitate, qui ſalui fiant, infeſtum quidem eſt quod dicturus ſum, dicam tamen, non poſſunt in tot millibus, Centum inueniri, qui ſalui fiant, quin & de his dubito, hæc ſunt formalia illius ſancti verba, quomodo igitur ſuſcepto Paſtorali onere inquit S.Gregorius *in lib. 4. reg. cap. 68.* habere ſerenitatem cogitat omni poſſetis, cum ſcriptum ſit, ecce Gigantes gemunt ſub aquis, etenim iuxta S.Ioannis vocem, aquæ ſunt populi, & gigantes ſub aquis, gemere eſt, quia quiſquis in hoc mundo quaſi quadam mole corporis ordine poteſtatis exercuerit, tanto pondera maiora tribulationis ſentit, quanto ſuper ſe regendorum populorum curam ſuſcepit, omnis quippè dignitas habet onera annexa. quid enim eſt poteſtas culminis, niſi poteſtas mentis, in qua cogitationum procellis ſemper nauis cordis quatitur, huc illucque inceſſanter impellitur, vt per repentinos exceſſus oris & operis, quaſi per obuiantia ſaxa frangitur, vt dicit idem *in Paſtorali.* Et S.Bern. *in Epiſt.* admonente, quid eſt poſtea ab ijs, quæ poſſeſſa onerant, amata inquinant, amiſſa cruciant, ſed vt dicit S. Hier. *ad Demetriadem,* mens potentiæ auida, nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere conceſſis, nec pietati adhibere conſenſum *cap. virum diſt.* 47. quæ latius refert Lucas de Penna *in l. iubemus, num 3. & ſeqq. Cod. de proxim ſacr. ſcrin. & ibi remiſſiue.*

10 Porro prædicta magis procedunt quoad eos, qui maioribus & diuerſis officijs, curis, commiſſionibus, dignitatibus & Prælaturis onuſti ſunt, ſemita ipſis calcanda anguſta eſt, qua vtramque & mundana & ſpiritualia officia exercenda non tam facile recipiet nec capiet, quippè ratio & ſtatus tuus te ad ſtatum tuum trahit, ſenſualitas vero ad mundana, periclitatur caſtitas inquit S. Bern. in quodam ſermone, in delitijs, humilitas in diuitijs, pietas in negotijs, veritas in multiloquio & charitas in hoc mundo, neque enim poteſt quis duobus Dominis inſeruire, & quatenus putes te hoc ipſum poſſe, fatearis tamen neceſſe eſt, te multis occupatum multum diſtrahi, vt conueniat tibi illud Poëtæ:

Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.

Nam ſicut homo inuitus non benè ſeruit, ita nec occupatus benè commendata cuſtodit, & tamen ſedulo & mente & opere laborandum eſt, vt ad finem optatum perueniamus, nam vt S.Auguſt dicit, operari carne & non operari ſpiritu, quamuis videatur, vtile non eſt, operari autem ſpiritu & non operari carne, pigrorum eſt, labore terrenis ait S.Hier. *ad Heliod. lib. 2. Epiſt. 6.* at nemo Athleta ſine ſudore coronatur, ſed eheu!

Difficilè eſt fateor ſed tendit in ardua virtus
Et talis meriti gratia maior erit.

Quid aliud eſt in mundo inquit S Cyprian. *ſerm. 4. de mortal.* quã pugna aduerſus Diabolum quotidiè geritur? quam aduerſus iacula eius & tela conflictationibus aſſiduis dimicatur? niſi præceſſerit pugna non poteſt eſſe victoria, & ſolis vincentibus datur corona, ſed ſi verum amamus in modicis quoque deficimus, in prauis operatio noſtra plus deſiderat, quomodo igitur plura officia gerentes iuxta magnitudinem exaltandi operis ſubſiſtent? Qui patitur ſtudium inquit S. Ambroſ *lib. 10.* deriuat affectum, nam ſi vix valet animus peccata euitare quietus, quanto minus occupatione ſeculari deuinctus Iſiodo *de præl.* omnia quidem tentas, nihil vero conſummas, qui ex

varijs

Digitized by Google

varijs baliſtis ſagittaræ nititur, raro tangit metam, multi currunt, vnus accipit brauium, ſatis horrendum eſt illud adagium Germanicum, Ambtman ein Verdamber Man/ aliud itaque eſt dicit S. Cypria. *lib.* 7. *Epiſt.* 2. *ad Antonianum* ad veniam ſtare, aliud ad gloriam peruenire, cum ſinguli teneantur ad ſingula, Principes ſeu prælati ad vniuerſa Sareb. *lib.* 1. *cap.* 1. Rex es, inquit Publius, tam times, quam timeris, & quamuis ſis multo ſtipatus comitatu, ad periculum tamen ſolus es, virtutis via inquit Lactant. *d. loco* 7. 1. non capit magna onera portantes, plerumque altis & excelſis adiacent prærupta Plin. *lib.* 2. *Epiſt.* 26. nunquid igitur ſtultum eſt, cum capram portare nõ poſſim, vt dicitur prouerbialiter, mihi imponam bouem, vni oneri ferendo impar cum ſim, plura peragenda aſſumam?

11. Ex quibus efficitur eam quemq; artẽ exercere debere, cui præpoſitus eſt, & in qua vocatus eſt, ita vt relictis alieni muneris fũctionibus, ſedulo, quæ ſui ſunt Officij, peragat, ad quod factitandum quoq; ab ipſo officio monetur, videlicet, bene viuere, & alijs prodeſſe, officiales namq; dicuntur ab officio, quia nulli officiunt, omnibus vero proſunt Luc. de Pen. *in l. prohibitum n.* 15. *C. de iure fiſci*, officium autem eſt nomen generale ad quodlibet miniſterium, vt quilibet teneatur diligenter ea agere quę ad tale miniſterium ſpectant, ad hoc enim ſtricte obligatur, adeo vt ſi quæcunq; opera pia & ſupererogatoria faceret, ea autem quæ ex officio ei facienda incumbunt negligeret, ipſa facta ad ſalutem nihil proderunt, etiamſi corpus ardeat Apoſt. 1. *Corin. cap.* 13. *verſ.* 3. fœlix igitur cuius cogitatio omnes actiones ad iuſtitiam dirigit, vt & intentio ſana ſit & operatio recta S. Bern. *Serm.* 4. *fer.* 4. *hebd. pœnit.* vnde & ridendi illi, qui bonas quidem operationes faciunt, ſed non eo modo, quo decet, hinc Ierem. *cap* 1. viderunt, inquit, eum hoſtes, puta dœmones, & irriſerunt, Sabbatha ſua, quibus homo ab operibus ſeruilibus & à peccatis abſtinet, & in virtute tanquam in ſancto otio eius requieſcit, ea rident dum negligenter fiunt, vel ſi non iuxta præſcriptum regulæ & officij fiant, quod pulchre exornatur per Fabianum Iuſtinianum *in Tob. cap.* 4. *verſ.* 23. *docum.* 4. hoc eſt quod alibi dixi, non nomina ſed aduerbia beant, virtutem non poteſt amare neglectus, ait Caſſiodorus 2. *Epiſt.* 26.

Negligentia autem in multis arguitur, 12. potiſſimum vero in executione boni operis & in retribuendo miſeris, in corripiendis peruerſis, in eruditione prædicationis, in defenſione pauperis, prout latius Lucas de Penna *in l. ſi quis numer.* 12. *& ſeqq. Cod. de Naufrag.* vbi & quod negligentia Prælatorum cadat in crimen ſubditorum, item an magis peccet, qui peccat ſcienter & ex ſubtilitate, quã qui ex negligentia & ſimplicitate, & refert ex mente D. Tho. quod negligentia dupliciter poſſit eſſe mortale peccatũ & quomodo vide ibi, & plura de effectu negligentiæ, qui autem ratione officij ad aliquid tenetur, non excuſatur ignorantia facti, *cap. innotuit ibi Abbas & ant. de Butr. & alij de elect. & cap. qui in diuinis* 12. *quæſt.* 2. Felin. *in cap. quoſdam de præſumpt.* de quo tamen vide diſtinctius ſupra de dubijs, ſicut & in Luca de Penna *in Rubri Cod. littorum & itinerum cuſtodia*, agit, de Paſtoris & Mercenarij officio, & ibi pulchræ referuntur ſentẽtiæ S. Bern. & Hieron. maledictus dicitur à Deo, qui facit opus Dominĩ negligenter, quilibet igitur iuxta ſtatum

Digitized by Google

& vocationem ſuam viuat, eaque agat, quæ eidem annexa & præſcripta ſunt, perſona venuſtat officium inquit Sareſb. 1. 4. dum ſuo inſiſtit officio & non præripit alienum, inhæreatur ergo Regulæ, tanquam Carocio Bononienſi, vt loquitur Raudenſis *de Analogis cap. 36. num* 119. qui quamuis & alibi allegatus, multas adducat declarationes *ad titul. ne Clerici immiſceant ſe rebus ſæcularibus*, & in ſpecie Innocent. *in cap. olim cauſam num. 7. de reſtit. ſpoliat.* quando & quomodo Clerici arma ſumere poſſint, non tamen ſemper fidendum limitationibus Regulæ ab his vel illis DD. inductis, permaximè in re tãti momenti, vndè dependet æternitas, dum in rebus tranſitorijs, quæ numquam ſatiant, ſumus diligentes, in ijs vero vndè ſalus animæ dependet & quæ in æternum ſaturant, ſatis notorie negligentes, nam juxta Poëtam:

Viuimus in vetitum ſemper cupimuſque negata.

13. Quoniam dociles imitandis turpibus ac prauis omnes ſumus Iuuen. *Sat.* 14. & quod non licet, acrius vrit, ea enim eſt hominibus inſita vis & natura, vt nihil auidius appetant, quam quę ſanctiſſimè vetantur, attendant autem vel maximè Prælati, Principes, & Magiſtratus, quorum negligentia tanto periculoſior, quanto grauior, ac eo magis grauat quo citius alias generat, quemadmodum in facie plus offendit næuus aut verrucula, quam in reliquo corpore grandes maculæ, aut cicatrices, inquit Plutarch. *in præf. polit.* ſic exigua delicta magna videntur in Principe & Magiſtratu, cuius vita in conſpicuo eſt, vbi ſublimior eſt prorogatiua ibi quoque maior eſt culpa & negligentia, ſicut leuius eſt de plano corruere, ſic grauius eſt, qui de ſublimi ceciderit dignitate, quia ruina, quę de alto fit, grauiori caſu colliditur, honor quidẽ Epiſcopalis, Regius, Senatorius &c. corã hominibus præclarus eſt, ſed ſi ruinam ſuſtineat, dolor maximus eſt, nam quanto præ cæteris gradus Epiſcopalis altior eſt, tanto, ſi per negligentiam dilabitur, ruina grauior eſt, non enim tanti gaudij eſt excelſa tenere, quanti mæroris eſt de excelſis corruere, nec conſtat tantam gloriam ſequi victoriam, quantam ignomiam poſt ruinam, S. Ambro. *in ſuo Paſtoral.* plura ibidem, penſet igitur Sacerdos inquit S. Greg. in Moral. ſeu Magiſtratus, vel Princeps, quia ad ſatisfaciendum diſtricto Iudici, de ſuâ tantummodo animâ fortaſſe vix ſufficit, & quot regendis ſubditis præeſt, reddendæ apud Deum rationis tempore, vt ita dicam, tot ſolus animas habet.

CAPVT II.

De negligentia Iudicis eiuſque pœnâ & effectu.

AD materiam neglectæ iuſtitiæ & pœnæ Iudicis vide diſtinctè Menochiũ *de arbit. iudic. caſu* 341. Iulium Clarum *§. fin. quæſt.* 73. vbi de negligentia Iudicis & quomodo puniatur, latè Nicol. Euerh. Iun. *vol.* 1. *conſ* 55. de negligentia Iudicis, quando de ea teneatur & quomodo probetur, adde ſi placet Iaſon. *in §. præterea Inſt. de action.* quid faciendum ſit, ſi Iudex negligens ſit & ea impendere nolit, quæ ex officio facere tenetur, item Paridem de Puteo *in tract. de ſyndicatu litt. N. de negligentia cap.* 1. vbi, intra quantum tempus iudex dicatur negligens, & quando dicatur ſtare per iudicem vel nõ, latius ibi, *item cap.* 2. an Officialis perpetuus poſſit deponi propter negligentiam, & intra quale tempus dicatur negligens, quam materiã latius proſequitur Amedeus *tract. de*

de ſyndic. in proœmio num. 69. *& ſeqq.* vbi negligentia Iudicis in multis caſibus detegitur, item quomodo probetur, qualiter puniantur Officiales de negligentia, cuius tractatus præinſertus reperitur tractatui d. Puteo, & Barboſa *in cap. ex tenore nu.* 3. *in fin. d tit.* tradit, quod propter negligentiam Iudicis inferioris iuriſdictio deuoluatur ad ſuperiorem, *cap. licet & ſeqq. d tit.* Zangerus *de exceptione p.* 2. *cap.* 1. *nu.* 3. Beſoldus *in theſauro practico litt. R. verbo* Richtervetweigerung/vbi quoque allegatur, Nou. 17 *cap.* 3. *idem de appellat. cap.* 7. *numer.* 12. Scaccia *de apppellat. quæſt.* 7. *num.* 43. *& ſeqq. & de iudicijs lib.* 1. *cap* 66. *ſub num.* 5. Mynſ. 1. *obſ.* 67. Ant. de Petra *de poteſtate Principis cap.* 15. *num* 28. Lucas de Penna *in l.* 2. *numer.* 2. *Cod. de lucris Aduoc.* quia officium deſertum dicitur, ſi fiat negligenter, quod fieri debuit diligenter, idem Lucas de Penna *in l. patrimonialis num.* 2. *C. de fund. patr.* prout & negligens & remiſſus æquiparantur, ac proindè iuſtitiæ exhibitionis iuſta requiſitio denegari, protrahi aut difficultari non poteſt, *ca excomm. §. vlt. de hæret.* quamobrem ſimili peccato ſe inquinant, negantes iuſtitiam protelantesque eius executionem, & lites huc vſque remittentes & differentes, nam licet prædicta facies diuerſas habeant, tamen habent caudas ad inuicem alligatas, quia de prauitatis exceſſu conueniunt in id ipſum vt loquitur *d. cap excomm.*

2. Porro ſciendum eſt, quod iudex non ſolum litem propterea ſuam faciat, ſed etiam requiſitus differens executionem ſententiæ, poſſit per partē læſam conueniri actione iniuriarum Zaſius *in l. à Diuo pio §. ſententiam num.* 3. *ff. de re iudicata,* & ex negligentia tenetur in conſcientia parti ad damna, de quo latius Bonacina *ad octauum decalogi præceptum diſp.* 10. *quæſt.* 2. *punct.* 3 *propoſ.* 3. quia iuxta Poëtam:

—— —— Grauiorum turba malorum
Texitur, ignauis dum nectunt tempora votis.

Sæpe iudices praui inquit Iſiod. *de ſummo bono lib.* 3. cupiditatis cauſa aut differunt aut peruertunt iudicium, non fiunt cœpta partium negotia, quouſque marſupia eorum, qui cauſantur, exhauriant, quando enim iudicant, non cauſam ſed dicta conſiderant, & ſicut negligentes ſunt in diſcuſſione cauſarum, ſic in eorum damno ſolliciti ſunt, ſic quoque, quod Iudex litem ſuā faciat negligens facere iuſtitiam, docet Barboſa *in cap. cum ſit generale numer.* 5. *x. de foro compet.* & poteſt ab officio remoueri DD. apud Tepatum *in compendio deciſionum titul.* 81. *cap.* 8. *&* 9. *vbi* & ex Claro §. *fin. quæſt.* 73. quod hodie officiales non ſyndicentur, propter negligentiam, niſi de dolo & barateria, an autem Iudex illiteratus faciat litem ſuam, ita quod parti teneatur ad intereſſe, & quid ſi aſſumpſerit Aſſeſſorem, quid de magiſtratu, quid de conſultoribus vel de iure reſpondentibus &c. diſtinctè tractat Zaſius *in l. hoc edicto ff. quod quiſque iuris*, tu interim vide Nicol. Euerh. Iun. *d. conſ.* 55. *numer.* 64 *& ſeqq.* quod Iudex negligens non teneatur ex quaſi maleficio, quaſi litem ſuam fecerit, ſed magis eſt vt teneatur ad totale intereſſe, quod pars conſequitur actione in factum, & ſic magis punitur Iudex, qui negligit facere iuſtitiam, quam qui malè Iudicat, nec refert, ſi forte allegat imperitiam aut imprudentiam, ob quam dicit ſe non teneri ad totum intereſſe, ſed tantum quod religioni iudicantis viſum fuerit, quia reſpondet iudicis imperitiam vel imprudentiam non debere præiudicare tertio, ad inſtar Aduocati & procura-

Digitized by Google

curatoris, qui ita tenentur, qualicunque eorum vitio cauſa perdatur, & hæc opinio aſſeritur communis, licet *& alia ibi num.* 69. allegetur communis, quod iudex negligens faciat litem ſuam & teneatur in quantum iudicantis religioni videbitur, *vbi num.* 70. concordatur, ſed nunquid indiſtinctè tua negligentia læſus recipit totum intereſſe, ſeu in quantum illud tua negligentia cauſatum fuit? quod vtique dicendum eſt & ampliatur prædictum *numer.* 71. procedere, vt non ſolum Iudex negligens ſed magiſtratus eum conſtituens ad hoc teneatur Roman. *conſ.* 338. ſed declaratur quod magiſtratus tantum conueniatur in ſubſidium, & quod indignum promouens teneatur de omni eo, quod promotus malè agit, vti probat Lucas de Penna *in l.* 1. *nu.* 28. *Cod. vt nemo ad ſuum patroc.* iunctis traditis per Tepatum *in compend. deciſ. titul.* 81. *per tot. de pœna iudicis, qui malè iudicauit, qui in officio deliquit, qui iuſtitiam facere neglexit, quomodo & quando litem ſuam faciat, & in ſyndicato conueniri poßit, vbi varia, & titul.* 82. *de magiſtratibus conueniendis, & titul.* 83. *de Officialibus conſiliariis & Adminiſtratoribus ciuitatum,* & quomodo Iudex, Medicus atque alij de damno ex imperitia teneantur, præter alios docet Barboſa *in cap. non eſt ſine culpa: de regul. iuris in* 6. & aliqua de negligentia Iudicis in Viuio *deciſ.* 302. *nu.* 18. *& ſeqq.*

3. Enimuero non monuiſſe ſufficiat. dum iudices facere debent quæ ſui ſunt officij, cogitent breue eſſe tempus audientiæ, vt inquit Sidon. 4. *Epiſt.* 6. ſed diuturnum iniuriæ, non ſolum audientiæ, ſed & iuſtitiæ famulus eſt magiſtratus, hinc decet Principem facilitas in audiendo, & in ſatisfaciendo diligentia vt Cic. *ad Q. Frat. epiſt.* 1. dicit, onus officio annexum ſupportandum eſt, commoda ſuſcipiantur vt incommoda & officio annexa non negligantur *l. neminem ibi Bart. ff. de legat.* 2. exornatur per Crauett. *conſ.* 333. *numer.* 19. quippè æquitas Iuris Ciuilis nihil tam abhorret, quam vt qui ſocius eſt lucri, non idem ſit ſocius damni, *l. ſi non fuerint l. Mutius ff. pro ſocio*, officium igitur & prouentus eius amantibus nihil durum ſit, quia nihil amanti difficile, nullus difficilis cupienti labor eſt S. Hieron. Epiſt. *ad Euſtochium de cuſtodia virg.* optimum eſt, vt Arthenodorus dicebat, actione rerum & tractatione Reip. & officijs Ciuilibus ſe detinere Sene. *de tranquill. cap.* 3. ſi labor te terret, inquit S. Bernar. merces te inuitet, ſi non terreſtris ſaltem cœleſtis, vide præclarum *cap. niſi cum* §. *ibidem x. de renunciat.* nullum enim bonum apud Deum irremuneratum manebit, hodie rebus ita in mundo conſtitutis vix aliqua remunerationis liberalis ſpes ſupereſt apud Dominos temporales, ſed potius iuxta Plautum *in pœnulo act.* 3 *ſcen.* 6.

Si quid benè facias, leuior pluma eſt gratia,
Si quid peccatum eſt, plumbeas iras gerunt.

Porro pro iudice notandum erit, quod diligens præſumatur Ludouic. *deciſ.* 1. *numer.* 51. *&* 52. *& deciſ.* 3. *numer.* 39. latius Tepatus *d. titul. & aliqua in ſeqq.* & in ſpecie probat Surdus *conſ.* 198. *num.* 14. *& ſeqq.* quod Iudex præſumatur iudicare prout ius diſponit, & prout tenebatur, quodq; actus præſumatur in dubio factus, prout ius didiſponit, quod etiam quoad reliquos procedere *p.* 1. *de dubiis* edoctum, fuit, & rurſus Surdus *conſ.* 403. *numer.* 68. quod factũ præſumatur eo modo, quo fieri debuit, hinc Iudex preſumitur facere prout de iure tene-

Digitized by Google

tenebatur, iunctis traditis per Tuſch. *lit. O. concl.96. pro Officialibus*, & de eorum priuilegijs, & quando non.

4. Verùm de delictis in officio, cuius culpa & negligentia præſumantur commiſſa, videatur Rom. *ſing.289.* vbi & Additionator, & rurſus *ſing.78.* vbi addit, quod Iudex non præſumatur fuiſſe in negligentia, niſi pars proteſtetur, ſi tamen Iudex eſt timoratus in procedendo aut ſimulat procedere & non facit, cautela eſt, vt pars faciat illum compelli per ſuperiorem, vel inſtet humiliter, & ſi tunc non procedat, poterit appellari, quodque Iudex teneatur parti ad intereſſe, ſi differat, vel eſt negligens, ibi quoque probatur; ſi autem Iudex vel vnico contextu, vel tribus vicibus humiliter requiſitus pro adminiſtranda iuſtitia, nihil reſpondeat, aut nihil ad propoſitum faciat, iuſtitiam denegare dicitur, à qua iuſtitiæ denegatione ad ſuperiorem datur appellatio, Scaccia *de appellat. quæſt.17. ampliat.16. num.46. & ſeqq.* Salgad. *de Regia poteſt. p.2. cap.1. num.198.* ex Philipp. Franco *in cap. ex ratione, num.49* ſeu *in §. impedimento, quæſt.2. in fin. de appellat.* de prædictis eorumque declarationibus videnda quoque ſunt, quæ *cap. ſeq.* traduntur, interim notetur contra Iudicem protrahentem iuſtitiam, vt impetretur mandatum à ſuperiori, quo ipſi conſtituatur terminus, intra quem procedat, & iuſtitiam faciat, quo neglecto adiri poteſt ſuperior abſque appellatione, ipſo Iudice vero denegante iuſtitiam, poteſt, hoc probato, adiri ſuperior, per viam ſimplicis querelæ, & notet ipſe Iudex, quam grauiter ille peccet, ſi in officio delinquat, & quod falſi pœna teneatur, ſi negligat iura & conſtitutiones in iudicando, docet Lucas de Penna, *in l. ſi quis, num. 18. & ſeqq. Cod. vt nemo ad ſuum patroc.* & multos caſus refert idem *l.2. num.3. Cod. de Numer. auctu.* quibus Iudex litem ſuam faciat, inter alios, ſi ſuperſederit lites determinare, & Iudex qui facit litem ſuam, fit aduerſarius & inimicus litigatori, & quid ſi fecit quod potuit, & *in ſeqq.* quando per errorem iudicans excuſetur, immo Iudex non eſt, in quo non eſt iuſtitia, *cap. iuſtum 23. quæſt.2.* quid autem, ſi quis, ob negligentiam in iuſtitia non adminiſtranda, moriatur, forte arreſtatus vel detentus in loco vel alias captus, Textus eſt *in l. ſi quos, Cod. de offic. præf. orient.* & Boërius *deciſ.187. num.20.* vbi quomodo fuerit condemnatus, & *num. 31. & ſeqq.* illud Bald. quod in mente Iudicis debeant eſſe duo ſales, videlicet ſal ſcientiæ, ne ſit inſipidus, & ſal conſcientiæ, ne ſit diabolicus, & quales eligi debeant.

Prædictis addere placet, quæ tradit Wilhelmus Anthonij de Moratorijs Reſcriptis, *tit.7. concl.17. num.32. & ſeqq.* quod ſicuti petentis negligentia reprehenditur, vbi de dantis miſericordia non dubitatur, ita & Princeps ſi in cauſis iuſtis ſupplices non admittit, iuſtitiam omnino denegare cenſetur, *cap. cum ex litteris de in integr. reſtit.* iuſta namque & ſolita petentibus Princeps vel Iudex auxilium ſeu aſſenſum ſuum denegare non debet, immo & gratia, quæ eſt ſolita dari, ſi non concedatur, iniuria fieri cenſetur petenti illam, quo collimat illud Claudiani: 5.

———Non improba poſco,
Non inſueta dabis.

& illud Plautinum in Sticho.

Bonum ius dicis,
Impetrare oportet,
Quia æquum poſtulas.

Vide latiùs in Wilhelmo Anthonij.

CAPVT III.

De effectu & probatione neglectæ, protractæ & denegatæ Iuſtitiæ.

1. Nihil eſſe, quod magis offendat, quam dilata & denegata Iuſtitia, teſtatur horrendo exemplo interfecti Philippi Regis Macedoniæ, Iuſtinus *lib. 9.* & Ammianus Marcellinus *pag. mihi 218. 219. & 244.* aliiſque. Vnde non mirum, cautum eſſe *in Ordin. Camer. p. 2. tit. 1. §. fin. & tit. 27.* quod Cameræ Iuriſdictio fundetur, ſi per Iudices inferiores Iuſtitia denegata probetur, & hoc caſu fiat auocationi locus, quando Iudex eſt negligens, aut aſſerit ſe cauſam expedire nolle, Scaccia *de Iudic. lib. 1. cap. 66. num. 12.* addens, quod iuxta Concil. Trident. *cap. 20. ſeſſ. 24. de Reformation.* in cauſis ad forum Eccleſiaſticum ſpectantibus, ſi ab Ordinario loci terminatæ non fuerint, intra biennium à die motæ litis, liceat partibus adire alium Iudicem ſuperiorem competentem, immo dicit in Regno ſtatutum eſſe, vt cauſæ (tempus ſemeſtre inchoandum à die litis conteſtationis) renouentur ad audientiam Curiæ Vicariæ, ibique reaſſumantur in iiſdem terminis, in quibus reperiebantur, ſed hodie non ſeruari, quippe hodierno tempore commodum & ſalutare putatur, lites in immenſum protrahi, è contra præcipitium eas ſtatim dirimi, quia vt pulchrè dicitur *in cap. 34. de pœnitent. diſtinct. 3.* certa virtus & cunctatrix non ante iudicat, quam quod honeſtum & decorum inſpexerit, velox autem iniquitas, quæ ad nocendum occaſionem quærit, omnia præcipitat, quippe res omnino diſcrepantiſſimæ maturitas & celeritas, Sidon. 9. 16. quod tamen ita moderandum eſt, vt quicquid ritè expediri poteſt, accelerandum ſit, & quod conſultiore tractatu indiget, differendum, Sareſb. 5. 12. vnde dimanauit illud diuerbium: Feſtina lente, quia feſtinatio à ſolemnitate & rectitudine iuſtitiæ abhorret, Martinus Monter à Cueua *deciſ. Regn. Arrag. 45. n. 35. & 38.* de quo latiùs & eius declarationem vide *ſupr. de lib.* Aduerti autem debet aliud eſſe, ſi Iudex moram nectat, quod pertinet ad protractam Iuſtitiam, & aliud, ſi audientiam deneget vel audire nolit, quod ad denegatam Iuſtitiam ſpectat, quamuis differant Iuſtitiam eſſe denegatam, & audientiam eſſe denegatam, teſte Borello *d. tit. 33. num. 158. & ſeqq.* Exemplum denegatæ audientiæ habemus *lib. 3. Reg. c. 12. & lib. 4. c. 18.* quam differentiam euidentia rei ſeu illud vulgatum diuerbium euincit: Quod differtur, non aufertur, licet & illud ſatis graue & moleſtum ſit, bis enim dat, qui cito dat; hilarem datorem diligit Dominus, Apoſt. *2. Corint. cap. 4. verſ. 7* qui eſt hilaris dator, hunc amat Saluator, quod ipſum merito quidem ad Iudicem traducere poſſumus, vt promptum & expeditum in Iuſtitiæ munere & adminiſtratione ſeipſum exhibeat, cuius functionis ipſe Deus & auctor & protector eſt, aliter faciens ſiue Iuſtitiam denegans vel protrahens, viam facti eligit, & ius iniquum dicit, ſeu rem iniuſtam facit, Cothm. *vol. 3. reſp. 33. num. 164.* quam expeditionem ipſa ratio ſuadet, leges Pontificiæ & Cæſareæ præcipiunt. Quæ igitur cauſa vel ratio in infinitum hodie protractæ, nedum denegatæ Iuſtitiæ aſſignari poterit? Exurgat Deus Iudex, ſi vos hæc nec audiatis, nec curetis.

De requiſitis autem denegatæ & protractæ 2
Iuſtitiæ vide DD. Camerales, Gail. *1. obſ. 28.* Mynſ. *5. obſ. 82.* Schwanman. *obſ. Cam. 167.* vbi

vbi latè, & *obſ.ſeq.* docet, quod denegata Iuſtitia ante iudicium cœptum deuoluat cauſam, ſed cœpto iam iudicio volunt aliqui appellatione opus eſſe, quod nouiſſimè deciſum reperitur *in Deputation*-Abſcheid *de An.1600.* zu Speyr/ §.*28.ob curſ.promotoriales Ord.Camer.p.2.tit.26.* vnde hodie expeditum eſt, de quo multum altercantur DD. apud Borellum *in ſumma deciſionum lib.2.tit.33.num.149. & aliquot ſeqq.* an ſuperior adiri debeat per viam querelæ, ſed quod appelletur, docet quoque Mynſing. *3.obſerv.53.* contra DD. per Borell. allegatos, qui & *lib.1.tit.27. num.13. & ſeqq.* cum DD. ibidem adductis docet, quod auocatio cauſæ, ob tarditatem & negligentiam in eius expeditione, licitè fieri poſſit, quia à negligentia excuſari nequit Iudex, qui cauſas coram ipſo pendentes ſine cauſa differt expedire, ſed vt illa auocatio ſubſequi poſſit, Cenſeo, inquit, debere præcedere monitionem, & tunc, ſi id, quod fieri debuit, non fiat intra tempus conſtitutum, negligentia eſt, quæ ex ſola ceſſatione inducitur, Anton. Faber *in Cod. libr.2.tit.22. defin.1. num.7. & 8.* & licet nec alias negligentia præſumatur, Maſcard. *de probation. concl.1092.* tamen in Officialibus probatur eo ipſo, ſi non faciant id, quod facere debent, niſi doceant de impedimento, Pacian. *de probat.lib.1.cap.51.num.49.* limita vt ibi.

3. Enimuero ne cauſa temere auocetur, & ne Iudex, pro quo militat præſumptio iuxta tradita *cap.præced.* negligentiæ inſimuletur, ſiquidem negligētiæ iſtius effectus eſt, quod Iuriſdictionē ac officium perdat in illa cauſa Arn. à Reyg. *in Theſaur.iur.lit.N.verb.negligentia,* vbi & allegati DD. qui latiùs de effectibus negligentiæ ſcribunt, inter cæteros Seb. Medic. *de caſib.fortu.p.1.q.9.* ſciendum eſt, quod non data primi Iudicis negligentia non poſſit adiri ſuperior, *cap. cum plures, §.porro, de off.deleg.in 6.* nec aliter de hac iuſtitiæ denegatione, quem cōqueri poſſe tradunt DD. quam ſi quis de ſua diligentia, & Iudicis negligētia, vel ipſa denegatione proteſtatus fuerit, Bald. & Alex. *in l.properandū, §.ſin autem, C.de iudic.* quinimo ad hoc, vt dicatur denegata iuſtitia, requiritur quod ſit ſine iuſta & ſufficienti cauſa denegata, nam ſi cum cauſa denegata fuerit (vt ſi forte ſine ordine Iuris vel extraiudicialiter petas, quæ iudicialiter petenda ſunt, vel alia cauſa ſubſit, quia tunc ſubintrat illud Ouidij:

Ah nimium eſt, quod, amice, petis, moderatius opta.
Et voti, quæſo, contrahe vela tui.)

non dicitur denegata Iuſtitia, Vaſquius *in l.ſi quis in ſuo, §.legis autem, nu.17. & ſeqq. C.de inoff.teſt.* quia petentes decet, inquit Panor. *de Alphon. Rege lib.2.* vt iuſta & conſentanea à Regibus poſtulent, deinde ad hoc, vt Iudex dicatur iuſtitiam denegare vel negligere, eſt conuincendus de contumacia, quod non fit niſi trina interpellat. & requiſitione præcedente, textus & DD. *in cap.1.x.de ſupplend. negl. & Gloſſ. in cap. dudum de ſepultur.* & proinde poſt primam & ſecundam requiſitionem non dicitur denegare iuſtitiam, ſed potiùs cunctari, Vaſq. *d.loc.* qui conſulendus eſt, refert autem Gilm. *in præiudic. Cameral. lit.I. verb. iuſtitia denegata*, quod de iure communi duę requirantur interpellationes, vt quis agere poſſit ex capite denegatę iuſtitiæ, de quo videndi Surdus *conſ.173.n.77. & ſeqq.* Cacher. *deciſ.12.* Raudenſ. *de Analogis c.33.nu.185. & ſeq.* Borell. *d.tit.33.n.144 & ſeqq.* prædicta declara ex Tuſcho *litt. N. concl.32.* quod negligentia in faciendo iuſtitiam non probetur, niſi facta ſit interpellatio coram Iudice pro tribunali ſedente, iu-

ſtitia vero non dicitur adminiſtrata, quando notoriè conſtat de iniuſtitia, Scaccia *de appell q.7.n.78.*

Porro ſciendum quoque eſt, quod ad obtinendum proceſſus ex capite denegatæ vel protractæ iuſtitiæ in Camera Imperiali plura requiſita præſto eſſe debeant, quā alibi forte requirūtur, quemadmodū quotidie in ſimili videmus à iudicijs inferioribus ad nuda narrata partis implorantis proceſſus *ex l. diffamari* decerni, qui tamen in Camera Imperiali, non probatis conſtitutionis iſtius requiſitis, denegantur, tu occaſione data hac in re conſulere poteris D D. Camerales & Maulium *tr. de denegata & protracta iuſtitia*, qui Tractatus duorum vel trium foliorū eſt, & conformat ſe ſtylo Camerali, eiusq; præiudicia refert, ad quos Lectorem breuitatis cauſa remitto.

4. Remedia autem varia habet ille, cuius cauſa vel protracta vel Iuſtitia denegata eſt, Pacian.*lib.1.de probat.c.58.nu.48.& ſeq.* dicit, quod appelletur à Iudice nolēte procedere in cauſa, & in longum protrahēte iudicium, quodq; Iudex nō expediens cauſam dicatur grauare partē, adde Bredenrod. *de appellat. p.1.tit 20.lit.D.à denegatione, & lit.N.à negligentia*, cum quibus & notandum, ſi quis ſupplicans pro proceſſibus Appellationis appellauerit ad ſuum Iudicem, ſed denegentur, vel reſcribatur, iſt abgeſlagen/ tunc cæteris paribus ab eo appellari poteſt, tanquam à denegante iuſtitiam, præiudicia refert Schwanman.*obſ.Cam.169.* contra Mynſin. *3.obſ.55.* intellige procedere in cauſis appellabilibus. Similiter video quoque pro cautela tradi, vt actor Magiſtratum ſuum ob denegatam Iuſtitiam principaliter in ſuprema Curia conueniat, ſimulq; agat contra aduerſarium ſuum Curiæ mediatè ſubiectum, hoc enim caſu volunt ipſum iuramento non fore onerandum, ſed quod principaliter Iuſtitiam ſibi denegatam cōqueratur, cuius probatione tam ipſum Magiſtratū, quam Reum quoad libelli contenta conuincit, ſic Vlric. *obſerv. Curialium, cap. 86.* & tota cauſa in Curia retinetur, Daniel Moller. *2.ſemeſtr. cap 30.* ſi tamen Magiſtratus ad Iuſtitiæ adminiſtrationem ſe offerat, pronunciatur cauſam ad eundem remittendam eſſe cum mandato, vt intra certum tempus Iuſtitiam faciat, Vlric. *d.cap.86.* immo multi DD. ſunt in tali opinione, quod iuramento aſſerentis, ſe non ſperare conſequi iuſtitiam, probetur, Marcellus Cala *de modo articul. & probandi, Gloſſ. vn. num.841.* vbi inter cæteros pro hoc allegat Mynſing. *3.obſ.58.* quemadmodum vtraque opinio habet ſuos Auctores apud Chriſtinęum *vol.2.deciſ.148 n.8.* quemadmodum & ego aliter & aliter obſeruari vidi, videlicet in Curia Eccleſiaſt. quandoque proceſſus decretos, in iudicio ſeculari ita appellātes mulctatos fuiſſe, quaſi Iudicem abſq; iuſta cauſa recuſare & ſiniſtre inſimulare, ſit facere ei iniuriam. Videbis igitur & experieris in foro, dū protrahitur vel etiam denegatur Iuſtitia (hoc rarius, illud autem quotidianum eſt) nouas inſtitui altercationes, an hoc factum ſit, an pars conquerēs iuſtam deſuper cōquerendi cauſam habeat, ac ita lites in infinitum protrahuntur, miſer ergo & in hoc, Iuriſprudentię noſtrę hodiernus ſtatus eſt, de quo *p.1. de adminiſtratione iuſtitiæ, cap.2.* & paſſim alibi actum fuit.

5. Caſus & DD. allegat Chriſtinæus *vol. 5. deciſ.223.nu.5.& ſeqq.* qualiter illis ſuccurratur, quibus Iuſtitia denegata fuit, vbi & quod Iudex inferior propter denegatam Iuſtitiam amittat Iuriſdictionem, & quot requiſitiones neceſſariæ ſint, vide *ibi*, & de ple-

Digitized by Google

pleriſq; prædictis, videmus quoq; ob denegatam iuſtitiam ſæpius ad repreſſalias deueniri, quemadmodum hoc caſu illis locum eſſe, docet DD. ſed quomodo, vide Peguer. *deciſ.11.per tot.* vbi pulchra de repreſſalijs, quòd antequam conceduntur, debeat prius legitima cauſa præcedere, & poſtea certa ſolemnitas ſeruari, quæ conſiſtit in hoc, vt is, cui ab alterius Regni hominibus damnum datum eſt, adeat ſuum Principem, eique oſtendat iniuriam vel prædationem commiſſam, quo cognito, mittit Princeps legatum ad Principem vel Præſulem illius ditionis, vbi Rei, qui damnum dederunt, habitant, vt iubeat res ablatas reſtitui, iniuriam reſarciri, aliàs ſe bellum indicere, vel repreſſalias concedere velle proteſtetur, & pulchrè probat, quòd à Romanis bellum ab alijs ob hoc indictum fuerit; Additionator autem iidem dicit, de ſtylo & obſeruatione curiarum nullibi obſeruari, teſte Guid. Papa *deciſ.33* vt prius adeatur Princeps vel Præſul, ſub cuius ditione conſtitutus eſt ille, qui damnum vel iniuriam fecit, ego in cauſis priuatos concernentibus, vidi tales requiſitiones fieri, ſed tamen aliquando arbitrarias fuiſſe, in publicis verò cauſis rarius fieri prius requiſitiones, cuius proceſſus iuſtitiam examinat Vaſquius *in l. ſi quis, §. legis autem, num.12. & ſeqq. Cod. de inoffic. teſtament.* vbi inprimis dicit, repreſſalias prohibitas, & ad eas deueniendum non eſſe, niſi in defectum, protractionem vel denegationem iuſtitiæ, & cum deeſt copia Iudicis, ſi enim is adeſt, non forent licitæ, niſi ſit idem Iudex, qui denegat iuſtitiam, tunc enim eſt ac ſi deficeret, item quod repreſſaliæ concedendæ non ſint à Principibus, quorum ſubditi iniuriam paſſi dicuntur, niſi tunc demum, quando præter defectum vel denegationem iuſtitiæ conſtat de debito, cuius probationem expreſſè requirit Bartolus allegans D. Thomam, quia ſatis temerarius, incautus & iniuſtus eſſet Princeps, qui tam credulus eſſet, vt ſimul ac quiſquam ſe iniuriam accepiſſe vel violentiam paſſum fuiſſe diceret, ſtatim ei fidem adhiberet, ſed oportet plenam legitimamque probationem prius vidiſſe, ne dum iniuria conqueritur, ipſemet iniurius exiſtat, exemplificat hoc in caſu naufragij, ibi quomodo probetur, & omnino requirit præcedentem monitionem, vt damna illata reſarciantur, & quid requiratur ad hoc, vt Iuſtitia denegata dicatur, vide ibi, & præter iam allegatos in caſu occurrenti Cothman. *volum.3. reſponſ.33. num. 130. & plurimis ſeqq.* vbi quoque tradit, quæ requirantur vt repreſſaliæ ritè decernantur, aliqua in Gail. *de Pignorat. cap. 2.* & in Mindan. *de proceſſ. & mandat. lib.1. cap.46. §.2.* Grotio *de iure belli lib.3. cap. 2.* Luca de Penna *in l. Graue, C. vt nullus ex vican.* vbi & graue crimen dicitur denegare iuſtitiam, denegans pro condemnato habetur, poteſtque ei indici bellum, ibi latius de repreſſalijs. Iuſta verò bella ſolent definiri, inquit S. Auguſt. *in lib. Quæſt.* quæ vlciſcuntur iniurias, ſi gens vel ciuitas plectenda eſt, quæ vel iudicare neglexerit, quod à ſuis improbè factum eſt, vel reddere, quod per Iniuſtitiam ablatum eſt, cæterum nota ex Gail. *d. cap.2.* quod in Imperio Germaniæ ne quidem ob denegatam iuſtitiam concedantur, & ibi per tot. an & quatenus de iure licitæ ſint repreſſaliæ, & *Tract. de arreſt. Imp. c.9.* an Ciuitas ſingulos ciues & eorum bona ſub pœna repreſſaliarum obligare poſſit, item de repreſſaliarum vſu, forma, an contra Clericos concedi poſ-

Digitized by Google

ſint, & ad quid teneatur, qui earum cauſam dedit, Chriſtin. *vol. 5. ad Auth. ſed novo iure, deciſ. 183.* & de repreſſalijs, an & quando licitę vel non, Tepat. *in Compend. deciſ. tit. 369.*

6. Finio hic cum honorifico & veritati conſono dicto: DEI opus eſt Iuſtitia; & qui opus Domini negligenter facit, maledictus dicitur in ſacris Litteris, *ad tit. 2. de Bello*, magis autem maledictus dicitur, qui denegat quã qui protrahit aut negligenter facit, væ vtrique, væ igitur hodie multis, ſi non plurimis, qui etiam iuſtas cauſas earumqúe deciſiones protrahunt, cum tamen iuxta Ouid.

Eſt nullus iuſtis reddere iura labor.

Oportet autem vitia in Iudice abeſſe, nam vitijs & affectibus dominantibus, fruſtra iuſtitia imploratur ac petitur, Iuſtitiam tum quærere Herculis labor eſt, & quidem omninò fruſtraneus, quia prædicto caſu nec patentibus oculis lucem videre poterit, vereor itaq; ne lucem videat in illo die, quo eam libenter aſpicere volet, ſed non poterit, quia ſtipendium delinquentię inquit Tertull. *de reſur. carn.* mors eſt, donatiuum autẽ Dei, vita æterna in Chriſto IESV Domino noſtro, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, premens, pungens, & malè tandem præmians, ſtipendium enim mors, & ſic inquietudo conſcientiæ, è contra virtus clarum, bona conſcientia ſecurum reddit.

Placet hic addere Supplicationem, quã quidam Senex octogenarius, vti mihi in Camera Practicanti relatum fuit, pro maturanda ſententia & acceleratione Iuſtitiæ in Camera Imperiali exhibuit, hiſce ſequentibus verſibus contentam.

REVERENDISSIMO EPISCOPO, AMPLISSIMISQVE VIRIS DD. Iudici & Aſſeſſoribus Cameræ Imperialis.

Sollicitare Deos fuit olim Gentibus vſus,
Omnibus & licuit ſollicitare Deos.
Vnicus ille DEVS verus vult ipſe rogari,
Sollicitare iubens vnicus ille DEVS,
Qui mare, qui terras, qui ſidera cuncta creauit,
Qui regit ac ſeruat quicquid in orbe viget.
Ille DEVS vos eſſe Deos ait, & ſua vobis
Iura recommendat, Iuſtitiæqúe thronum.
Cur igitur tales ego ſollicitare Patronos
Non auſim? veſtrum cogor adire forum.
Ac cur ſollicitem, cur Numina veſtra requiram?
Aſſueti ſatis hoc denotat ordo ſtyli,
Res concluſa patet, nil quàm ſententia reſtat,
In lucem tandem prodeat illa, peto.
Litis & expecto finem, quia tempora finem
Tranſactæ vitæ diſpoſuêre meæ,
Nunc octoginta currunt mihi circiter anni
Hic hominum vitæ terminus eſſe ſolet.
Pſalmographus veluti teſtatur carmine vates,
Hunc hominis ſummum prædicat eſſe diem.
Quis non ante ſuum cupiat cognoſcere finem,
Quomodo ſit domui res ſtatuenda ſuæ?
Præſertim ſi quem ſors debilitauit iniqua,
Et cauſam, cur quid Iure repoſcat, habet.
Quid faciam? ſi non ſententia certa feratur,
Ante mihi referant quam fera fata necem.
Sollicitare quidem cogor, ſi talia mecum
Cogito, ſollicitum quæſo iuuate ſenem,
Cũ petit æger opẽ tunc ſunt medicamina grata.
Sed data poſt mortẽ pharmaca nulla valent.
Prætetea nihil eſt cauſam quod differat iſtam,
Sunt ſortita ſuum ſingula quæque modum.
Omnibus eſt vobis mea ſpectatiſſima cauſa,
Acta probata docent, res manifeſta patet.

Ergo

Ergo peto tantum, ſententia certa feratur,
Ne mora me miſerum longior exagitet.
Laus eſt Iuſtitiæ celeberrima ſi citò fiat,
Sed mora debilitat longa facitq; mori.
Bis prodeſt, cito qui prodeſt, & gratia maior
Rebus ineſſe ſolet, quæ caruere mora.
Illuſtret DEVS omnipotens pia pectora veſtra,
Procuretque meas pondus habere preces.
Damna reſarciri debere fatebitur Orbis,
Atque Polus, quamuis machina tota ruat.
Sic nihil ambigui reſtat, ſunt omia plana,
Reſtituatur honos reſtituantur opes.
Sollicito vos Iudicij pia Numina ſacri
Inuoco Sidereum, qui regit iſta, DEVM.
Vt poſſim viuis viuus quoque reddere grates,
Et veſtras laudes concelebrare ſimul.
Iuſtitiam veſtram totus cognoſcat vt Orbis
Et canat Empyreus tam pia facta polus.
Ac dicāt homines, tandē bona cauſa triumphat,
Eſt qui Iuſtitiam dirigit ipſe DEVS.

CAPVT IV.

An neglecta protracta vel denegata Iuſtitia à Iudice ſæculari adiri poſſit Eccleſiaſticus, vel è contra?

1. IN caſu denegatæ Iuſtitiæ Papam adiri poſſe, Wameſius alijque docent cum Tuſcho *lit. E. Epiſcopus eſt ſuperior omnium denegantium Iuſtitiam, concl. 240.* iunctis traditis per Canon. *ad tit. decretal. de ſupplenda neglig. Prælat.* non ita eſſe è contra ſecundùm eundem Card. Tuſchum *lit N. concl. 35.* quod tamen non admittit Cacheran. *deciſ. 68. in fin.* iunctis traditis per Menoch. *remed. 3. adipiſc. poſſ. num. 345. & ſeq.* vbi & probat, quòd Iudex laicus ſuppleat negligentiam Eccleſiaſtici, & Princeps ſæcularis poſſit liberare oppreſſos violentia Iudicis Eccleſiaſtici *c. filijs 16. q. 7.* vbi & in quibus hic & ille cognoſcat, & inducit ad practicam, quem cum ibidem allegatis & Couarr. *Pract. quæſt. cap. 35.* videas, ſed cum Tuſcho ſentit Caſp. Anton. Theſaurus *lib. 2. quæſt. forenſ. cap. 15.* latiùs Bonacina *de Cenſuris in Bulla Cœna contentis, diſp. 1. quæſt. 14. punct. 1. propoſ. 2. num. 3. & ſeq.* idem *tract. de legibus, diſp. 10. quæſt. 2. punct. 1. §. 1. propoſ. 1. num. 8.* imò Innocent. dicit, quòd & Eccleſiaſticus ſæcularem denegantem vel protrahentem Iuſtitiam excommunicare poſſit, nam Princeps etiam abſolutus non poteſt denegare iuſtitiam vel audientiam, & ſi deneget Clericis & Eccleſiaſticis ter monitus non deſiſtens, priuatur Iuriſdictione, ſi verò deneget laicis, tenetur ad intereſſe, incurrit indignationem ſummi Principis, & poteſt per Superiorem puniri, Alexan. *conſ. 11. num. 1. & 5. lib. 1.* diſtinctè Chriſtinæus *vol. 1. deciſ. 203. num. 25. & ſeq.* an Iudice Eccleſiaſtico negligente, poſſit adiri ſæcularis.

Verum ſcio doctiſſimos Viros eius contrarium in multis docere, tamen per iura probat Scaccia *de appellat. quæſt. 7. num. 43.* quòd recurri non poſſit ad Iudicem Eccleſiaſticum, quando ſæcularis negligit facere Iuſtitiam aut opprimit, & quòd iſte recurſus haberi debeat ad immediatè Superiorem, vide ibi prius declaratum, ſicut & *num. 74.* dicit cum Papa non intendat præiudicare iuriſdictioni ordinariorum, ideo non admittit appellationes, niſi in caſu non inuentæ iuſtitiæ, & quando alia remedia iudicialia in eo ſtatu deficiunt, ſunt enim diſtinctæ Iuriſdictiones inter Papam & Imperatorem, vt vnus non ſe intromittat in Iuriſdictionem alterius; de prædictis latiùs ſupra *de Iuriſdictione cap. 2. & 6.* 2.

Digitized by Google

& 6. actum fuit, diſtinctionesq́ue & declarationes adductæ fuere, ita vt putem veriſſimum, quòd ſæcularis in caſu denegatæ iuſtitiæ non poſſit ſupplere in cauſis ſpiritualibus, cum quoad illos ſit planè incompetens, imò incapax, vt ne quidem ratione incidentiæ de ijs cognoſcere poſſit, Gratianus *tom. 3. diſceptat. forenſ. cap. 226.* hinc acta coram ſæculari ventilata concidunt, etiamſi Clericus non oppoſuerit, Chriſtinæus *volum. 5. deciſ. 223. num. 26. & ſeqq.* ſi verò de cauſis ſæcularibus quæſtio formetur, in ijs Eccleſiaſticus non eſt competens, niſi replicetur, quod hoc limitetur in caſu neglectæ, denegatæ vel protractæ Iuſtitiæ, vide igitur ſupra *d. loco,* interim firmiter credo, ſi quis iſtiuſmodi in Germania practicare vellet, eum grauiter mulctatum iri, ne autem ſocordia ſuperemur, neceſſum erit cogitare & agitare, quæ noſtri ſint officij, quæ nobis facienda incumbant, & quam ſtrictam de omnibus & ſingulis rationem villicationis Deo reddere teneamur.

3. Quotquot ergo Viri Religioſi, laborent, vt in abuſiones non incidant negligenter, quas abuſiones refert Hugo *de clauſtro animæ lib. 2. 12.* quibus tota Religionis ſumma corrumpitur, ſunt autem tales abuſiones: Prælatus negligens, Diſcipulus inobediens, Iuuenis otioſus, Senex obſtinatus, Monachus curialis, Clericus cauſidicus, Habitus pretioſus, Cibus exquiſitus, Rumor in Clauſtro, Lis in Capitulo, Diſſolutio in Choro, Irreuerentia circa Altare; iunctis ijs quæ habentur *in Clement. de Statu Monachorum vel Canonicorum Regularium.* Fugiant & Sæculares abuſiones ſæculi, quarum duodecim refert S. Auguſtinus, videlicet: Sapiens ſine bonis operibus, Senex ſine Religione, Adoleſcens ſine obedientia, Diues ſine eleëmoſyna, Fœmina ſine pudicitia, Dominus ſine virtute, Chriſtianus contentioſus, Pauper ſuperbus, Rex iniquus, Epiſcopus negligens, Plebs ſine diſciplina, Populus ſine lege, hinc vt ſingula, ſinguli euitemus; memoriæ noſtræ ſæpiùs occurrat illud Pind.

Sic tota decurrat dies
Ne lingua, mens, aut manus,
Oculivè peccent lubrici,
Ne noxa corpus inquinet,
Speculator aſtat deſuper,
Qui nos diebus omnibus
Actusq́; noſtros proſpicit.
A luce prima in veſperum,
Hic teſtis, hic eſt arbiter,
Hic intuetur quidquid eſt,
Humana quod mens concipit,
Hunc nemo fallet Iudicem.

Si nec hæc ſufficiant, placebit addere illud S. Bernar. de primordijs, medijs, & nouiſſimis noſtris; Quid horribilius, inquit, morte? quid iudicio terribilius? Gehenna nihil poteſt intolerabilius cogitari, quid metuet? ſi quis ad iſta non trepidat, non expaueſcit, non timore concutitur, quæ hic addere placuit, cum videam ſubditis quandoque pro & contra, ſeu à diuerſis diuerſa mandari, vt proceſſum coram Eccleſiaſtico caſſent, & è contra, vt prædeducta aliquo modo moueant in parendo ijs, quibus de iure maximè parere debemus, ad inſtar doctrinæ Gellij *lib. 2. cap. 7.* vbi diſputat, an in omnibus parendum ſit parentibus, & pulchrè concludit, honeſta facienda etiam ſine imperio parentum, ſed quæ his contraria, quæq́ue turpia & omninò iniqua ſunt, ea ne ſi imperent quidem, & quid in rebus indifferentibus vide latiùs ibi, iuncto *cap. in malis,* & *cap. vnuſquiſque 22. quæſt. 4.*

CAPVT

CAPVT V.

De Iudicum, Aduocatorum, & Procuratorum negligentia.

1. IVuenis quandoque à Concionatoribus referri audiui tremendam & horrendam de quodam ſubulco hiſtoriam, quam poſtea reperi apud Cæuall. *in Speculo communium opinionum contra communes tom. 4. in exhortatione ad Aduocatos,* quod Dux porcorum non valens illos includere iracundus dixerit: Intrate ſtabulum, prout Iudices & Aduocati ingrediuntur infernum, quo dicto porci tumultuoſe ſtabulum ingreſſi fuerunt, quod videns quidam Iudex ſeu Aduocatus planè perterritus ſæculo renunciauit, amplexusquè fuit Ordinem ſancti Franciſci de minori Obſeruantia, vbi & ipſe profitetur Aduocationis officium periculoſum eſſe, quod & ſupra *de Dubiis c. 8.* oſtendi, cuius rei rationem puto & in *Negligentia* poſitam eſſe, etiamſi alibi probauerim, culpam in omittendo regulariter non tam grauem eſſe, quàm in committendo, minimè quoad quoſdam Iudices, Aduocatos, & Procuratores excuſabilem, Primò, quoad illos, qui inſtruunt clientulos ſuos, vt negent, quod tamen à parte rei verum debitum eſt, vt ita onus probandi in Aduerſarium transferant, & quia hoc ipſum nimis ſæpè hodie practicatur, rectè accommodari poterit illud ſancti Hieronymi *contra Ruffinum,* Vſque adeonè, inquit, obduraſti frontem, vt mendacium ponas ſpem tuam, & exiſtimes te protegi poſſe mendacio, & quidquid finxeris tibi credendum putas, quia iuxta Plautum:

Noſtra atas non multum fidei gerit,
Tabula notantur, adſunt teſtes duodecim,
Tempus locumq́; ſcribit Auctriarius
Tamen inuenitur Rhetor qui factum negat.

Aduocati hoc modo delinquunt in officio inſtruentes Reum ad tacendum veritatem & non leuiter peccant, Delrio *lib. 5. Diſquiſitionum Magic. quaſt. 38.* vbi inter cæteros allegat D. Thomam *2. 2. quaſt. 69. artic. 1. & 2.* plenius Scaccia *de commerc. & camb. §. 1. quaſt. 7. par. 2. ampliat. 19. num. 100. & ſeqq.* de Iudice, Aduocato, Medico, Artifice & ſimilibus, an & quando teneantur reſtituere, quod in eorum officio extorſerunt, qui & *§. 7. gloſſ. 5. num. 116.* tradit, quòd veritas in iudicio contentioſo poſſit occultari, ſi ex ea orietur damnum, & iniuſtitia in foro interiori.

Contra prædictos induco doctrinam Ploti *Tract. de in litem iurando §. 36. num. 2. & 3.* vbi tradit, quòd aliqui Aduocati, & Procuratores, & peſſimi ſollicitatores, clientulos ad negandum poſitiones inſtruant, dicendo, ſi illas fateris perdis cauſam, non tamen dicunt, ſi eas negabis, perdis animam, quos ob talem inſtructionem ad damna teneri ibidem probat, quin imò hi & iiſdem ſimiles etiam in hoc mundo hanc inde mercedē reportant, vt qui ſemel mentiuntur, eis poſtea non credatur etiam vera dicentibus, cum, vti dici ſolet, mendacem oporteat eſſe diu memorem, quemadmodum & mendax dicitur ſcelerum inuentor, cum quo conuenit illud vulgatum: Wer leugt/ der ſtihlt/ hoc eſt, qui mentitur, ille & furatur, de quo latius Wilhelmus Anton. *de moratoriis reſcriptis tit. 7. concl. 25. num. 3. & ſeqq.* vbi & de pœna mendacii, quam dicit locum non habere, ni- 2.

ſi propter dolum & fraudem, de quo poſſent videri DD. *in l. 22. §. 1. ff. de re iudic.* Wameſius *cent. 2. conſ. 64. num. 2. & 3.* vbi recenſet aliquot pœnas mendacij, & *ad ius Canon. tit. de probat. conſ. 96. num. 6.* Næuius *in vſibus feudor. lib. 2. tit. 26. §. vaſallus,* de pœna negationis, & quando committatur, latiſſimè Gratianus *lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 109.* vbi & declarationes & limitationes, quando videlicet locum non habeat pœna negationis, eapropter quemadmodum Aduocati appellantur Cauſidici, ita ſint ſemper Veridici, quia eorum laus non in tacendo, ſed benè dicendo vel veritatem ſcribendo conſiſtit, adeò vt Iuriſconſultus aſſerat, dolum non in eo tantum eſſe, qui fallendi cauſa obſcurè loquitur, ſed etiam qui inſidioſa obſcurè diſſimulat, *l. ea quæ commendandi. §. fin ff. de contrah. empt.*

3. Secundò quoad illos, qui debita liquida diſputant, & ſolutionem iudiciorum tricis protrahunt, quos in conſcientia grauiter peccare, & ad reſtitutionem teneri, ſupra *tit. de Litibus cap. 10.* probaui, & tamen hodierno tempore videmus eo deuentum eſſe, vt verè dici poſſit illud Oweni:

Eſt nummus nomen. verbum promittere. Quintus,
A quo ſperabam nomina, verba dedit.

Idem:

Quomodo non ſoluas maxima cura tua eſt.

Nec non:

Quæ tua ſtultitia eſt. quod debes non mihi ſoluas,
Solus Cauſidico, quæ tua ſtultitia eſt.

Eò inquit Terentius *in Phorm.* res rediit, vt ſi quis quid reddat, magna habenda ſit gratia.

Tertiò quoad eos qui multa inutilia vel ad cauſam nihil conducentia ſcribunt, eaque ſæpiùs repetunt, nam quamuis iuxta Platonem *in Dialog.* de legibus non noceat bis dicere, quòd benè dicitur, & nunquam nimis dicatur, quod nunquam ſatis eſt; quibuſdam remedia, inquit Seneca, monſtranda, quibuſdam inculcanda ſunt, tamen, quia apud illos:

Succeſſu audacia,
Vſu aſtutia creſcit.

fruſtraneis dictis & inutilibus repetitionibus acta complentur, & ſalarium augetur, ac ita auctum petitur, conſequens eſt, quòd illa in damnum clientuli vergant, ac proinde ſubintret illud Taciti *Annal.* Turpe eſt, difficiles habere nugas, & ſtultus labor ineptiarum eſt, neque enim, vt quidam bellè dixit, eſt ratio conandi, vbi non eſt ſpes vlla complendi, ideo ei labori incumbendum eſt, vbi effectus promittitur, nam iuxta Poëtam:

Quid iuuat in nugis argutos nectere nodos,
Aut ſpinas miſſis velle tenere roſis.

Satius eſt, inquit Seneca relatus per Symmanch. *de Cathol. inſtit. tit. 9. num. 124.* ire 4.
certâ viâ, quàm ſibi ipſi flexus diſponere, quos cum maxima moleſtia debeas relegere, ſed iuxta illud Plautinum relatum à Gail. *lib. 1. de pace publ. cap. 21. num. 21.*

Clientes ſibi volunt eſſe multos,
Boni aut mali ſint, haud quæritant,
Res quæritur magis quàm clientulorum fides.

Quæ non multum expediunt, ait Pontifex *in cap. Abbates ſanè, ferè in fin. de ſentent. & re iud. in 6.* ſæpè diſceptant, laborem non neceſſarium, inquit Nazianz nequaquam laborem voco, nam non neceſſaria negligenda ſunt, hinc Poëta:

Quæ nihil ad vitam faciunt, nihil vtile ponunt,
Quæ ſcire & neſcire, pari diſcrimine refert.

Multa ſcire inania, inanum eſt, è contra, multa vtilia ſcire, vtile eſt & fructuoſum, qua-

Digitized by Google

quare rogat Iuriſconſultus *in l. 26. ff. de liber. legat.* quotidiana plenius attingenda, & *Gloſſ. ibid.* plenius tractanda, & fauorabilius admittenda eſſe, magis autem in vitio ſunt, qui lites & proceſſus cauillationibus & iniurijs hinc inde ſcriptis & retortis protrahunt, & acta in damnum partium dilatant, contra quos valet illud Iſidor. *lib. 3.* Antiqui, inquit, forenſem eloquentiam caninam facundiam nuncupabant, eò quòd Cauſidici in certaminibus cauſarum omiſſis, quæ agunt, veluti alterutrum ſe lacerant, iurgiaque cauſarum ad iniurias ſuas commutant, ſcio ego quandoque ob ſcripta contumelioſa vel iniurioſa Auctores eorum mulctatos, vel etiam Procuratores ab officio fuiſſe ſuſpenſos, quemadmodum dicit textus *in l. moris, ff. de pœnis,* moris eſt aduocationibus quoque Præſides interdicere, exemplum eius interdictionis habes apud Symmach. dicentem, hoc inconſultæ linguæ pretium eſſe.

5. Quantum autem peccatum hoc ſit, ſupra *de Honoribus* ſatis oſtendi, ergo memineris huius dicti:

Conturbare graue,
Non eſt placare ſuaue,
Infamare caue,
Nam reuocare graue.

Et quamuis hinc inde iſtius ſcriptionis prohibitiuam *l. quiſquis, Cod. de poſtulando,* vtriuſque partis Aduocati allegent, nondum tamen video hoc vulnus ſanatum, & vix aliter ſanari poſſe, quàm ſi toties quoties hoc fit, grauiter mulctentur, non mirum igitur eſt, ſicuti & alibi oſtendi, in hoc & prædicto caſu, huiuſmodi ſcripta in benè conſtitutis iudicijs, in moderatione expenſarum minimè attendi.

Imò multi etiam dedita opera meliores conuitijs proſcindunt, vt eos ad contentionem exſtimulent, & hi referentes huiuſmodi opprobria, illorum ſimiles habeantur, & quia noti verſus:

Scommatibus certare licet, certemus vtrimq;
Noſtra magis pungent, cur? quia vera magis.

hinc certamina inter Aduocatos & Procuratores, hinc & contentiones naſcuntur, 6.
vidi tamen à bonis Aduocatis obſeruatum, quòd ad huiuſmodi valdè parum, vel nihil reſponderint, nam ſi vis vlciſci, ait S. Chryſoſtomus, ſile, & funeſtam dediſti plagam; quemadmodum Ianſenius *in Concord. Euangel. cap. 40. in fin.* refert ex S. Baſilio *libro de capienda vtilitate ex Gentil. libris, de Pericle, Euclide, Socrate,* ab his in tantum abeſt, vt iniuriam retorſerint, ſed percuſſi alteram præbuerint maxillam, quod magis Chriſtianum erit, qui ita edocti mercedem retributionis accipient, beati namque prædicantur *Matth. 5.* cum perſecutiones patiuntur propter iuſtitiam. item: Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſus vos, mentientes propter me, gaudete & exultate, quoniã merces veſtra magna eſt in cœlis; quid enim aliud eſt conuitio conuitium retorquere, quam ignem igni addere, oleum camino infundere, vel oleo incendium exſtinguere, & malum malo medicari, & lutum luto purgare velle, excellentium igitur Aduocatorum eſt, negligere huiuſmodi tricas, & contumelioſa verba, quæ à palam malis Aduocatis & Procuratoribus ſunt profecta, à quibus etiam laudari turpe cenſetur, videatur Plutarchus *in Lacon.* ad exemplum Dionis Philoſophi, qui conuitijs affectus, & tacitè domum properans,

gerans, quærenti nihilne reſponderi vellet, dixit, Ne gry quidem Stob. *ſerm.19.* Vir ſapiens ſi cum ſtulto contenderit, ſiue iraſcatur ſiue rideat, non inueniet requiem *Prouerb.29.* nec prius mirum, quia nullus illorum de quoquam benè dicere poteſt, reſpondit Damaratus, vt teſtatur Plutarchus *d. loco,* quod Laërtius *lib.2.* Socrati tribuit, vnde Seneca *epiſt.77.* Malè de me loquuntur homines, quia benè neſciunt, faciunt, non quod mereor, ſed quod ſolent, igitur mihi ſuis dictis non obſunt, quandoquidem talis non ſum, qualem me dicunt eſſe, vti de Socrate refert Eraſm. *lib.3. apoph.* & rurſus Senec. *in lib de morib.* valdè Chriſtiane monendo, diſſentio ab alijs, inquit, à te reconciliatio incipiat, cum ignoſcis, ita beneficium tuum temperas, vt non ignoſcere videaris ſed abſoluere, quia grauiſſimum pœnæ genus eſt, contumelioſa venia; quare Antiſthenes cuidam referenti, quòd quiſquam ei maledixiſſet, benè reſpondit, non mihi ſed illi, qui in ſe, quod ille culpat, agnoſcit, ſed etiamſi mihi maledicere curet, ego non curo, quia auditus linguâ debet eſſe robuſtior, cum ſingulis hominibus linguæ ſint ſingulæ, ſed aures binæ, aliquatenus tamen curo, quia eo ipſo me facio eſſe ſuperiorem, cum ſuperioris perſonæ vſus ſit hoc pati, inferioris verò facere, gauderem itaque, niſi vrgente humanitate compaterer, infœlici, Valer. Max. *lib.1.* nec enim verba lædunt eum, qui conuitia contemnere didicit Laërt *lib.6. cap.* 1. qua de re ſcripſit integrum Commentarium Seneca.

7. Sapientis itaq; Aduocati vel alterius probi hominis erit calumnias deſpicere, quia vt nunc, ſic & olim fuit, quòd viri boni patuerint morſibus Calumniatorum, qui ſtimulante inuidia deſpiciunt, quæ conſequi non poſſunt, & eos non ex iudicio, ſed odij præſumptione indeſinenter obtrectationibus lacerant, vt inquit S. Hieronymus *in Prologo ſuper Iſaiam*, nec ambigendum eſt, omnem humani eloquij ſermonem calumniæ atque æmulorum contradictioni obnoxium fuiſſe, quia diſſentientibus moribus diſſentiens quoque fit animorum ſenſus, habet namque virtus ſua obſtantia aduerſaque vitia. Vnde vulgo dicitur, Virtutis comes inuidia plerumque bonos inſectatur, Cicero *lib.4. ad Herenn. & pro Cor. Balb.* Eſt huiuſmodi labes quædam & macula virtuti inuidere. At Seneca ait, quod in Sapientem non cadat iniuria. Cogitet igitur bonus Aduocatus ſe Chriſtianum, qui nunc antiqua talionis lege non debet huiuſmodi retaliare: Deinde cogitet, quod iniuria iniuſte irrogata eius ſit infamia, qui facit, vt teſtatur Seneca, prouocet quoque ad conſcientiam ſuam, nam cum

Arbitrij noſtri non ſit quod quiſque loquatur,

Et:

Dum tibi tu conſtes, dum ſis ſine crimine vita,
Cur metues de te qualiacumque loqui?

Vir totus ex ſapientia virtutibusque factus, ait Boëtius *lib.2. de conſolat. Philoſoph. proſa 4.* ſuarum ſecurus, tuis ingemiſcit iniurijs: è contra, mali & indocti ſemper cauillant, vt quidam dicit, dum cauere neſciunt, cauillare autem deductum putatur ab antiquo verbo, Caluire, quod decipere & fruſtrari ſignificat, tracta metaphora à Caluis, qui eos fruſtrantur, à quibus per capillos prehendi videntur, Alciatus *in l. ſi caluitur 233. ff. de verborum ſignification.* vel, vt mauult Oldendorp. *Claſſ. 1. act. 10.* à militibus, qui omnibus deriſui

ſui eſſe ſolebant, prout apud conterraneos meos dicitur lingua Belgica ſyren / hoc eſt, contendere, quaſi cauillare. Sed quid ſit præuaricari,& an Aduocatus conſultus in aliqua cauſa, vel ſciens ſecreta cauſæ ab officio iudicandi abſtinere debeat, diſtinctè docet Franciſc. Marcus *part. 2. deciſ.912.* iunctis traditis per Alexandrum *in l. Prætor*, & Iaſonem *in l. ſolet*, *ff. de iuriſdict.* In hiſce & ſimilibus qui vicerit, victus eſt, in improbitatis certamine, inquit S. Baſilius, miſerior eſt victor, quam victus, propterea quod ille pluribus peccatis onuſtus diſcedit. Hinc belliſſime Iſidorus *ſermon. de Natali Innocentum*, *Epiſt. 126. lib. 3.* Noſtrum, ait, certamen eſt olympico prorſus aduerſum, illic enim qui cædit & ſuperat, palmam obtinet; hîc autem, qui cæditur & perfert, præconis voce celebratur; illic, qui viciſſim ferit, hîc qui alteri maxillam præbet, in Angelorum theatro prædicatur, non enim vltione, ſed patientiâ victoria ponderatur, quamobrem

Cum duo concertant, ſapientior ille putatur,
Qui moderari iram ſcit ratione ſuam.

Quartò, quoad eos, quibus cauſæ ſtatus quaſi Iuri conueniens enarratus, ſed poſtea eiuſdem iniuſtitia detecta fuit, qui tunc non deſiſtunt, parti aduerſæ ad damni reſtitutionem tenentur, cauſamque iniuſtam relinquere in conſcientia obligati exiſtunt. Aduocatus namque iniuſtam cauſam defendens, mortaliter peccat, & ad reſtitutionem tenetur, Soto *de iuſtitia & iure, lib.1. quæſt.29.* Non minùs puto peccare ipſum Clientem, qui Aduocatum ſuum non rectè inſtruit, ſed mala ſua informatione tot inconuenientia & damna cauſat, qui ſi curam medicantis exſpectat, neceſſe eſt, vt vulnus detegat, Baldus *conſil.146. num.6. verſ. caueat tamen, lib.1.* quia idem præſtant leges, quod medicamenta morboſis, morbum autem occultare funeſtum eſt, ita è contra facilior cura, vbi plaga perſpicua, S. Cyprianus *in ſerm. de zelo*, quemadmodum teſtatur Liuius *lib. 44.* Morbos antè cognitos neceſſe eſſe, quam remedia eorum. Hinc rectè ad propoſitum Owenus:

Integra Cauſidico narranda eſt cauſa perito,
Et Medico morbos, crimina Theologo.
Qui vis fortunas animam, corpusq; tueri,
His tribus in vita diſſimulato nihil.

Tamen videmus hodie perſæpe nec Clientulos rectè narrare factum, & per multos Aduocatos etiam poſtquam ſciunt rem aliter ſe habere, vltro non deſiſtere, ſed vel pro obſtinatione aut quæſtu patrocinari. Hi ſunt, de quibus quoque agit S. Bernardus *ſuper Cant. ſerm.36.* Sunt, inquit, qui ſcire volunt eo fine tantùm, vt ſciant, turpis curioſitas eſt, & ſunt qui ſcire volunt, vt ſcientiam vendant, v. g. pro pecunia & honoribus, & turpis quæſtus eſt, & ſunt qui ſcire volunt, vt ſciantur ipſi, & turpis vanitas eſt, ſunt quoque qui ſcire volunt, vt ædificent, & charitas eſt, & ſunt qui ſcire volunt, vt ædificentur, & prudentia eſt: meliùs eſt ergo, immo in conſcientia obligati ſunt, non ampliùs cauſâ iniuſtâ repertâ Aduocatum agere, atque ita variare licitum reperitur per notata à Chaſſan. *in Conſuetud. Burgund. rubr. 4. de droicts & apparten. §. 23. ad verba textus, à termino elapſo, verſ. & non eſt mirandum.* 8.

Quintò, quoad illos, qui nimia ſua ſubtilitate cauſas inuoluunt, & protrahunt; de priori Seneca *ad Lucil. Epiſt. 83.* Verba co-

ba copioſa, ait, componis, & interrogatus vincula nectis, & dicis, Acuta ſunt iſta, nihil acutius ariſtâ, & in quo eſt vtilis? Cur quædam inutilia & inefficacia ipſa ſubtilitas reddit, tale eſt multorum ingenium, quod ſola ſubtilitate laſciuiens nulla in ſe reſidet grauitate, ſi decretum fertur, illud protinus euertere ſtudet, aut reuocari petit, ſeu ſine mora appellat, lites litibus nectit, & cauſas per appellationes in infinitum protrahit. Hic eſt, de quo verificatur ille verſus:

Atq; per ambages ſeriem deducere rerum.

Diſputans vero non debet extra propoſitum vagari, alioquin audiet, Amice, quid vis, impertinens hoc eſt, vt ex alijs refert Wilhelmus Anthon. *de moratorijs reſcriptis, tit. 9. concl. 63. ante nu. 153.* Hi non ſunt, quos proprijs auribus Iudex audire debeat, dicit Anton. Faber *in Cod. de execut. rei iud. def. 32. num. 2.* qui id agunt, quantum poſſunt, vt inanis & illuſoria ſit Iudicis auctoritas, & Cic. *pro Cluent.* extremæ impudentię eſſe ait, iudicata labefactare conari, à quo non multum diſtat illud Terent.

Mihi non videtur quod ſit factum legibus
Reſcindi poſſe, & turpe inceptum eſt.

Quod & refert Grotius *in tract. florum ſparſio, ad tit. ff. de ſent. & re iud.* vbi inter alia refertur illud Symmachi, in negocijs tempore & iudicatione finitis, ceſſare æquum eſt longæ orationis excurſum, vnde & iſtud, quod contra rem iudicatam reſcribitur, & ſubreptitio more procuratur, ſuperuacaneum, irritum & inane eſſe, tradunt Doctores, Menochius *Remed. 4. adipiſc. poſſeſſ. num. 895. & ſeq.* Tuſchus *litt. R. concl. 219. num. 9. & ſeqq.* etiamſi reſcriptum ſit cum clauſula, non obſtante tali ſententia, Cacheranus *deciſ. 142. num. 25.* Gail. *2. obſerv. 58. num. 6.* vbi ita iudicatum reperitur, dummodo non fuerit additum, ſententiam in rem iudicatam tranſiſſe, Cacheranus *dicto loco, num. 16.* Carocius *de exception. contra praiud. ſentent. except. 168. num. 12. in fin.* Prius autem ob rei iudicatæ effectus ita procedit, de quibus Tuſchus *dicto loco, concl. 66. & ſeq.* Gail. *1. obſ. 113. num. 16. & ſeqq. & de pace publica, lib. 2. cap. 17. num. 2.* vt hinc res iudicata inter procellas humanas portus inſtructus dici poſſit, quem ſi homines feruida voluntate prætereunt, in vndoſis iurgijs ſemper errabunt, vt eleganter more ſuo inquit Caſſiod. *1. variar. Epiſt. 5.* Prædicta vero non ignorans Philippus Macedoniæ Rex, Macheram, quem iniuria condemnauerat, ad ſe prouocantem, vt vigilantiùs attentiusq; audiret, errore comperto noluit iudicium ſuum conuellere, ſed litis æſtimationem illi perſoluit: Plutarch. *in Apopht.* Chaſſan. *in catalog. glor. mund. part. 5. conſid. 24. num. 103.*

Pariformiter cum de ambiguo agro inter Aribinos & Ardeates Populus Romanus iudicaſſet, Ardeatibus de iudicij iniquitate apud Senatum querentibus, Senatus cenſuit, quod ſemel à Populo Romano ſcitum iudicatumque eſſet, eius ſalua Maieſtate reſcindi non poſſe, vt auctor eſt Liuius *lib. 3. & 4.* Borellus *de Magiſt. edict. lib. 2. cap. 2. num. 10.* Sed nunc eò deuentum eſt, vt nec amplius rebus iudicatis ſua relinquatur auctoritas, ſed eaſdem conuellere & violare in foro malorum nefas non putetur, immo ingenioſum, illas irritas facere poſſe. Sed videant illi, ne ſibi contingat, quod de alio teſtatur Doring. *tom. 1. Bibliothec. Iuriſconſult. in verbo Aduocatus, num. 778. ad fin.* quod inſtante hora mor- 9.

Digitized by Google

mortis ſine omni pœnitentia his verbis, Appello, Appello, in fata conceſſerit, cùm tamen illic appellationi non eſſe locum, iam alibi, & *tit. 1. de adminiſtratione, cap. vlt. in fin.* dixerim; ſicuti & aliud cuiuſdam Sophiſtæ damnati exemplum refert Petrus Gregorius Tholoſanus *lib. 16. de Republ. cap. 3. num. 17.* Potiùs igitur ſtudendum eſt conſcientiæ, quam tali ſcientiæ, olim homines ſe ſuamque vitam conſcientia direxerunt, nunc vero abbreuiatum eſt illud nomen, & mutilata prima ſyllaba ſucceſſit ſcientia, quia quidquid eſt & proponitur, in vtramque partem defenditur, & tandem etiam vera ſcientia degenerat in ſola entia rationis, in ſophiſmata & altercationes, & demum in æternam damnationem, iuxta illud S. Pauli Apoſtóli *1. ad Corinth. 1.* Perdet ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentum reprobabit, niſi ſe ſerio emendent.

Numquid igitur flagitium eſt, alijs dare conſilium, ſiue, vt quis executioni non ſubiaceat, pro illo appellare, & ita foris ſapere, ſibi ipſi vero non poſſe auxiliari? Vnde apparet, quod interdum Medicus, iuxta vetus prouerbium, ſeipſum curare non poſſit, Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 2. cap. 2. num. 44. Luc. 4.* Hæc igitur ſapientia, ſeu ſubtilitas (vide ſuprà de Æquitate) clara eſt, inquit Gregorius Nazianzenus, non quæ in verbis volat, ſed quæ virtutibus conſtat, nam licet quandoque ſua ſubtilitate Iudicem terrenum fallat, non tamen fallet illum, qui externa & interna pariter rimatur, qui corpus videt, & mentem, linguas & fibras, aperta denique & operta, Lipſius *lib. 2. de conſtant. cap. 16. & cap. 15.* Vigilat ſane ſemper Diuinus oculus, & cum dormire eum cenſes, conniuet, & tarditatem pœnæ ſupplicij grauitate compenſat, vt latiùs probaui ſuprà *de Clementia, cap. 2.* prout Germani dicunt: GOTT ſtrafft langſamb / aber wol apud Liuium. *lib. 2.* Marcus Fabius dicebat, Conſulem Romanum miles ſemel in acie fefellit, Deos nunquam fallet. Belliſſime ad propoſitum cecinit Poëta:

Fallitis ignaros homines, non fallitis ipſos
Cælicolas, imò his riſũ ſtomachũq; mouetis.
Nã veſtros mores occultaq; crimina norũt.

Hinc valde Chriſtiane monet Contardus *in Tract. l. diffamari, cap. 4. num. 140. & ſeq.* ne Aduocati iniuſtis vtantur cautelis in præiudicium animæ: nam, iuxta Cynum ibi relatum, qui huiuſmodi cautelis vtuntur, reportant quidem gloriam in hoc Mundo, ſed habebunt in futuro ſæculo pœnam æternam, quemadmodum ex Ang. refertur, quod quidam vir Sanctus dixerit, Dynum ſibi in ſomnio apparuiſſe, & reuelaſſe; quod ob malam conſultationem fuerit damnatus, quia ridiculum eſſe ait Demoſth. eos, dum legi patrocinantur, aliam legem interim violare, inſtar improbi & imperiti Medici, qui alterum curare appetit, & ipſe vulnus, quod patitur, neſcit, quare non eſt locus tibi ita facienti, quo fugias à Deo irato, niſi ad Deum placatum, quid hîc te torques & laceras in quæſtione, quam ſubtilius eſt contempſiſſe, quàm quærere, Seneca *Epiſt. 1. & Epiſt. 45.* Nulla eſt, inquit, ſine difficultate ſubtilitas, quare exclamat Richardus de S. Victore: O quanti veritatem quærunt, non in veritate, ſed in vanitate quæſitam inueniunt, non ad veritatem, ſed ad vanitatem, & quod miſerrimum eſt, in verbis vitæ, lucra mortis negociantur, dum

Facta retractari volumus, facienda caueri.

De

Digitized by Google

De hac ſubtilitate videri poſſet latiùs Senec. & Petrus Rauen. *in ſerm. quodam.*

Sextò, quoad eos, qui nimia inſcitia, vel cauſas perdunt, vel nimium inuoluunt, vtroque modo inutiles expenſas & damna cauſantes, nam quod dicit S. Aug. *Matth. 11.* Simplices & indocti Regnum Cœlorum rapiunt, & nos cum literis noſtris ad infernum deſcẽdimus, in priori parte quoad illos non, ſed potiùs in poſteriori verificatur, cùm Iura & ſtatuta Patriæ ſcire teneantur per not. *ſup. de dub.* permaximè enim hîc locum habet, quod non ſufficiat facere, ſcribere & conſulere, niſi bene facias, ſcribas & conſulas, iuxta illud Poëtæ:

Adiectiua parũ proſunt, Aduerbia multũ,
Non bona tã penſat, quã benè facta Deus.

& probat Breſſer. *de conſcient. lib. 5. c. 7. n. 58.* quod ignorantia rerum, quę ſciri debent ratione ſtatus vel officij, ſpeciale quoque ſit peccatum contra virtutem ſtudioſitatis.

11. Ad prædictorum confirmationem faciunt quæ tradunt DD. *in §. imperitia, lib. 4. inſtit. de l. Aquilia, & eodem lib. ad tit. de obligation. quæ ex quaſi delicto &c.* & quæ de Medico, Factore & tutore non bene agentibus tradit Caualc. *part 1. deciſ. 26.* & Annæus Robertus *lib. 1. rerum iud. cap. 5.* vbi judicatum contra illum, qui voluit extraordinarijs remedijs curare, & de Iudice ſi non condemnauit in id, ad quod debuit, quod teneatur ad intereſſe, item ſi malè, quod litem ſuam faciat, Riccius *part. 6. collect. 2118.* De Monacho exercens chirurgiam ſeu alienum officium, & æger moriatur, & de intellectu *cap. tua nos, de homicid.* Gutierrez *in quæſt. Can. lib. 2. cap. 6.* vbi & de cuſtode infirmorum, & quid ſi Medici nihil de contingentibus omiſerint, æger tamen mortuus fuerit, an ad ſacros Ordines poſſit promoueri, ad quod aliqua requiſita præſto eſſe debent, 1. quod illud officium non ſit ei prohibitum exercere, 2. quod ſit peritus in arte, 3. quod adhibuerit omnem diligentiam ſecundùm illam artem, 4. quod infirmum de his, quæ ſunt ægritudinis contraria, informauerit, alias tenetur, 5. quod ſuper hoc habeat probabilem conſcientiam, ſecus ſi ſint imperiti vel negligentes, & ex hoc probabiliter credunt vel dubitant infirmos perijſſe vel membris deſtitutos, quæ & notanda ſunt in caſu ab Annæo Roberto propoſito, ſicut docet Gail. *2. obſ. 111. num. 25.* quod quatuor concurrere debeant ad hoc, vt mors infirmi non imputetur; ſed ſi quis Medicum non adhibuerit, vel imperitum, vide Maſcard. *de prob. concluſ. 1038.* Rurſus, ſi quis conſuluerit peritos, & habuerit malum conſilium, excuſatur, ne ſibi noceat error Iuris, Iaſon. *in l. Iuris, nu. 9. C. qui admitti ad bonor. poſſeſſ.* vbi *& in fin.* quærit, an mulieri vel alij ſuccurratur actione in factum, contra Aduocatum, qui malum conſilium dedit, de quo & Bart. *in l. 2. in fin. & l. inter cauſas, §. ſi quis, ff. mandati*, & docet Zaſius *in l. ſi cum tibi, num. 5. Cod. de iudic.* quod maiores natu, licet Aduocatorum negligentia vel imperitia læſi ſint, & in triduo non contradicant, ac ſententia lata fuerit, non reponatur eis damnum, nec in integrum reſtitui poſſunt, inquit Demoſth. *declamat. 3.* quæ negligentiâ perierunt, quò & illos Iudices refero, qui relictis peritioribus pro concipiendis ſententijs imperitos, vel in praxi non ſatis verſatos, hinc prauas ſæpiſſimè ſententias ferentes, adhibent, mala electio namque eſt in culpa, & regula peccatum, de regulis iuris in 6. non ſolum pertinet ad res furto ſublatas, ſed etiam ad damnum dolo vel

Digitized by Google

vel culpa datum, cum & hoc caſu ipſius rei dicatur ablata commoditas *cap.fin.x de iureiur.cap.ſi quis de Clericis* 12. *q.*2. *l.cum prætor ff. de verb.ſignif.* quare merito & Iudex, Aſſeſſor, Aduocatus, Procurator, &c. pretio, vel prece, amore vel odio ducti, vel alias per imperitiam & negligentiam iudicantes ſeu cōſulentes ad reſarciēdum damnum & intereſſe tenentur, *l.fin. C. de pœna Iud. l.*14. *ff. de extraord. cognit.* nec enim alteri per alterum iniqua conditio inferri debet, *cap. non debet de regul.iuris in* 6. nec alterius facto prægrauari, adeo vt & litem differens Procurator duabus libris [illegible]ri puniri poſſit, CaſparGuliel. Scipio *li.*4.*deciſ.cam.imp* 110.*Ord Cameræ p.*1.*tit.*13. *iunctis traditis per* Iaſon. *in l.iuris nu.*9.*C.qui admitt. ad bonor.poſſ.* vbi alijs ſuccuritur actione in factum contra Aduocatum, qui malum cōſilium dederat: proindè rectè hoc caſu contra malè conſulentes accommodari poteſt illud vulgatum, conſiliū conſultori peſſimum, latiſſime quoq; Farinac.*de variis & diuerſis crim.q lib.*3. *q.*111.*art.* 15.*n.*398.*& ſeqq vbi plurimos DD.allegat.* docentes, quod Iudex ex negligentia litem ſuā faciat, & quid in hoc caſu ſit facere litem ſuam Menoch.*de arbitr.lib.*2.*caſu* 341.*n.*1.*&* 8 *& per tot.* Farinac. *quomodo iudex non faciendo iuſtitiam vel alias negligens ciuiliter & criminaliter teneatur, & art* 16. latiſſimè de iudice, qui per imperitiam malè iudicauit vel alias iniuſtitiam facit, contra iudicem negligentem iuſtitiam adminiſtrare in litem iurari poteſt Seraph.*de priuil.iur.pr.*31.*in addit. n.*70.*&* 71. iunctis traditis per Paridiem de Puteo *in tract.de ſyndicatu lit.N.in verb.negligentia cap.* 1. *& ſeqq.qui & lit.S. in verb.ſyndicatus docet*, quod ratione denegatæ iuſtitiæ ſyndicari poſſit, & tradit Karpzouius *p.*1. *conſt.*Saxon.29. *defin.*24. quod ſi Iudex pro decernendo arreſto requiſitus illud nō decernat vel deneget, & interim alij Creditores præueniant, quod teneatur ad intereſſe & æſtimationē quantitatis eius, in qua creditor debitorē habebat obligatū, alias etiā ob negligentiam, quę abſorbet ius partis, ad totum intereſſe tenetur, *idem conſt.*32 *defi.*1. *&* 2. conſimiliter prædictos ob imprudentiam, vel malū conſilium, ad intereſſe & dānum reſarciendū teneri docet Luc. de Pen. *in l.qui numerarij n.* 7. *C. de Nu.Auctuar* Speculat.*in ſpeculo p.* 4. *de Aduocatis n.*20.*vbi & n.* 10. *& ſeq.* hoc ipſū extendit quoad illos, qui cauſam de induſtria prorogāt, quemadmodum contra protelationem & dilationem cauſarum ipſosq; non derimentes agit Aluar.Pelag *de planctu Eccleſiæ, lib.*2.*cap.*41.

Perſæpe quoq; mecum cogitaui, an non & inter illos, qui tenētur ad reſtitutionem, annumerare poſſem eos Procuratores, qui producta ab Aduocatis parata habentes, & propter modicum, vltimū terminum ordinationū, quę in fauorem partiū menſis ſpatiū minus vel maius, vti hic quatuordecim dierum, ad producendum & exhibendū neceſſaria indulgēt, exſpectātes, producta penes ſe retinent, quæ in primo vel ſecundo termino producere poterant, nam videtur quod partibus ad reſtitutionē teneantur, pro quo induco illū textum Euangelicū, ꝙ tibi non vis fieri alteri ne feceris, iā vero vti præſupponitur, Procuratores in ſuis cauſis diligentiā maximā cuperent, & vellent vtiq; eas quā minimo ſūptu & expenſis expediri, cui conſequēs videtur, vt idē in aliorū cauſis faciāt, deinde cōſiderabā, quod illi teneantur ex officio ad obueniendū dānis partiū, per ea ꝗ tradidi ſupra de Clementia *ca.*3. niſi fortè dicas ipſas partes in modū procedēdi, terminos colligēdi, & vltimū exſpectādi, con- 12.

Kkkk

conſentire, ſed quis credet aliquem in ſui præiudicium tacitè conſentire? niſi dicas quod lege ſeu ordinatione permittente fit, ſcilicet neceſſaria in prædicto vltimo termino producere, pœnam non mereri nec peccaminoſum eſſe, ſed & hoc negari poſſet, quia quod ordinatio in fauorem induxit, non debet in partium incommodum per ipſos procuratores verti, arg. eorum quæ tradunt. *DD. in l. quod fauore C. de legib.* ea concedere inquit S. Cyprian. 3. *Epiſt.* 15. *pag.* 145. quæ in perniciem vertant, decipere eſt. Germani dicunt, Ein fauler Dieb iſt beſſer/dan ein fauler Knecht/ hoc eſt, melior eſt fur negligens, quam talis famulus, ille enim raro & pauca furatur, hic vero quotidie negligit ea, quæ poterant cedere in commodum Patrisfamilias, qui remiſſus eſt in opere ſuo, ait Scriptura, frater eſt diſſipantis ſua.

13. Ego illa, vti in foro noſtro quotidiana & hactenus à plurimis adeo licita exiſtimata, vt de ijs nè quidem dubitetur, accuratiori Theologorum examini reſeruando, nolo conſcientias aliorum illaqueare, vereor tamen ne prædicta comprehendantur ſub examine & iudicio Dei iuſtitias noſtras iudicantis, qui Ieruſalem ſcrutatur in lucernis, coram quo ſi quis cauſa cadat, in omne æuum eſt miſerrimus, qui animam mittit in Gehennam, via recta, non per obliquam incedendum eſt, illa autem via cum ſit ſtricta, pauci inueniunt eam, & eheu! pauciores per eam tranſeunt, *Matth.* 7. *& Luc.* 16. ſed quamplurimi ſpatioſam illam viam, quæ ducit ad perditionem, ingrediuntur, quia peruerſi difficile corriguntur *Eccle.* 1. & ſtultorum infinitus eſt numerus, qui magis reſpiciunt vitam præſentem quam terminum ſequentem, quibus loquitur S. Chryſ. dicens, non aſpicies quod aſpera eſt via, ſed attende quo ducit, nec conſidera, quod ardua eſt, ſed vbi definit, à qua ne latum quidem vnguem deflectere, nec nimis ſecuri eſſe debemus, quia ſecuritas eſt mater negligentiæ, vnde ſcriptum eſt, Beatus vir qui eſt pauidus & rurſus, ſeruite Domino in timore & exultate ei cum tremore, quia citra ſpecialem reuelationem nemo eſt certus certitudine fidei, de præſentis gratiæ ſtatu, ne dum futuræ gloriæ Concil. Trid. *ſeſſ.* 6. *cap.* 9. iuncto *Eccleſ.* 9. dixi certitudine fidei, quia ob bonam conſciētiam moraliter poteſt quis eſſe certus Apoſt. *Rom.* 8. 2. *Corinth* 1. ergo non illi, qui male agunt, quid igitur dicendum de illis, qui elapſis terminis à ſtatuto & Magiſtratibus conſtitutis, partium iura vel producta exhibent? quid de iſtis, qui aſtu & arte ſolutiones excogitant vel falſos prætextus ad producendum iura partium allegant, aliaque irreleuantia faciunt, hoc ipſo damnum per terminorum obſeruationem & completionem actorum cauſantes? quid de illis qui partium iura plane negligunt, neq; enim in iure noſtro dubium habet, quin factum procuratoris noceat domino, de quo Bart *& DD. in l.* 1. *§. ſi procurator ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. & in l. ſi ſe non obtulit ff de re iud. & rurſus in l.* 1. *§. fin. ff. quando appell. ſit.* quemadmodum hodie habeo caſum in terminis, vbi Procuratore ad acta conſtituto non appellante cauſa alioquin iuſta, deſerta pronunciata, adeoque refugiendo ad alia remedia iuris, non modicæ expenſæ cauſatæ fuere, quo caſu diſtinguunt communiter DD. vt ſi Procurator non ſit ſoluendo, detur parti reſtitutio in integrū, ſecus vbi eſt ſoluendo, qui, vt & alij, negligentes remedia oportuna, in dolo verſari dicuntur Hering *de fideiuſſ. ca.* 26. *num.* 11.

Digitized by Google

num. 11. prius tamen in fauorem Principalis mei declaratur procedere, niſi quid dolo Procuratoris omiſſum probari poſſit, hoc enim caſu ius Domini ſaluum & integrum manet, vt non opus habeat reſtitutione, *l. & eleganter* §. *pen ff de dolo, de quo latius* Hartm. Piſtor. *p.* 1. *quæſt.* 36. *per totum*, & præfato modo diſtinguitur apud Gail. 1. *obſer.* 143. *num.* 6. Mynſ. 2 *obſ.* 2. ſicut & excedens formam mandati, nullum domino adfert præiudicium, *l. ſi Procurator C. de procurat.* quam cum alijs iuribus & notabilibus doctrinis ad hoc allegat Oldendorp. *de actionib. claſſ.* 4. *act.* 24. Axiomata de Procuratoribus, de Procuratore non appellante vide in Gail. 1. *obſer.* 139. *num.* 7. & 8. & *obſer.* 143. *num.* 6. & quis de deſertione cognoſcat Berlichium *pract. concl. p.* 1. *concl.* 50. *num.* 181. & *ſeqq.* Bredenr. *de appellat. p.* 2. *tit.* 9.

14 Verum quis omnes & ſingulos curialium defectus & neglectus enarrabit? iam olim dixit Symm. 1. 37. in forenſi puluere rara cognatio facundi oris & boni pectoris, hodiè vero cauillis, aſtutijs, ſubtilitatibus & cautelis cœptum eſt agi, infinita rimarum millia, infinitæque elabendi occaſiones ſeſe aperuerunt, quibus omnibus & ſingulis obſtruendis, nullum ingenium, nulla adhortatio & prudentia ſufficit, quia circumuentionibus, fraudibus, machinationibus ſeu prædictis hodie nihil eſt frequentius, olim dictum fuit, Klein brieff vnd groſſer Glaub/ iam vero integra membrana pro interpoſitæ fidei cönſtantia complentur, & tamen nihil minus, quam pacta ſeruantur, hinc rectè quidam dixit, quos fugiamus, habemus, ſed quibus credamus quoſq; ſequamur ah quam pauci ſuperſunt hodie! nam politicum illud eſt, ſis prudens & memento diffidere, quanquam nulli fidere inhumanum, omnibus fidere ſtultum ſit, hoc honeſtius, illud tutius, tranſibo igitur hinc ad alia, dum interim monuero, quam periculoſũ ſit in caſtris iuſtitiæ iniuſtè & negligenter verſari, quæ ſemper obligat ad reſtitutionem eius, quod quocunque iniuſto titulo & indebite quis habet & retinet per notata à Barboſa *in cap. peccatum de regul. iuris in* 6. & conſequenter periculoſiora ſunt peccata præ cæteris, quæ ad reſtitutionem oblıgãt, vnde quidam illa peccata appellauit caudata, quippe periculoſus non minus quam difficilis punctus reſtitutionis, & tamen abſque reſtitutione non fit ſalus, non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum, quo nomine continetur quidquid iniuſtè poſſidetur Barboſa *d. loco* quibus alijſque infinitis, quæ dici deberent, attentis, videtur dicendum, quod ſatis probabilis ſit hiſtoria initio huius capitis relata, niſi in ſolatium bonorum dici poſſit, quod ſicuti ibi non omnium locorum porci ſtabulum præfato modo intrarunt, ita nec omnium locorum Aduocati infernum ingredientur, quod tamen, cum boni Iudices & Aduocati timere debeant per notata ſuperius de dubijs, cur non timebunt mali? ſi iuſtus vix ſaluabitur vbi manebit impius? ſi ſancti viri ita timidi fuerũt, vt dixerint cũ S. Hier. ſuper Matth. quoties diem illum conſidero, toties toto corpore contremiſco, ſiuè enim comedo, ſiue bibo, ſiue aliquid aliud facio, ſemper videtur illa terribilis tuba in auribus meis ſonare, ſurgite mortui venite ad iudicium, ſi inquam illi timuerint, quomodo mali iudices Aduocati & Procuratores non præuiâ reſtitutione iniuſte perceptorum, vel etiam eorum, quæ illi damna cauſarunt, de regno cælorum ſibi obuenturo benè ſperare poterunt? quomodo

tunc ſperabunt inemendati?S.Greg. *in moral.* de ſpe in caſsũ præſumit, ait,qui timere Deum in ſuis operibus neſcit, qui ſine iure præſumit, præſumptuosè agit, temerariè & ſuperbè,Garſias *de expenſis cap.* 8.*num.*37. ſpes eorum malè fundata, vana & prorſus incerta eſt, multa in ſpe inquit Petrarcha, multa eſt vanitas, multuſque fallendi aditus fortunæ, inde vt crura, ſic ſpem quoque non vltra extendere conuenit, quam fieri commodè poteſt, cum illa ſit lubrica inſtar anguillæ, imo à bonis operibus vidua,tapolitica potius, quam Chriſtiana ſpes dici debet, cum retributionem operum in corpore prout quiſque ea geſſit, præſupponere teneamur, & quidem retributionem tanto acerbiorem, quanto magis præ alijs, quid iuſtum vel iniuſtum fuerit, ſciuerimus, ad maiorem culpæ tumulum pertinere ait Iſidor. *de ſumm. bon. lib.* 2. ſcire quemquam, quid ſequi debeat, & ſequi nolle, quod ſcit, enimuero in vniuerſum magnum eſt ſalutis medicamentum, non iterare, quæ imperite geſſimus, nec priorum vulnerum cicatrices reſauſciare, S. Aug.*de temp Serm.* 66. prout vigilando, agendo benè, riteque conſulendo proſperè omnia cedunt, vbi ſocordiæ & ignauiæ te tradideris nec quippiam Deos implores,inquit Cato,irati infeſtique ſunt, ſic vnus Deus infeſtis erit infeſtus,bonus bonis & iuxta Poëtam.

Qui benè fecerunt, illos ſua facta ſequentur,
Qui male fecerunt.facta ſequentur eos.

15. Cum igitur finis ſit prior medijs, prius ſedulo perpendamus, quo tandem eundũ, & quibus medijs eò perueniẽdum ſit.Ergo:

Si vis ſaluari,ſemper ſtudeas imitari
Vitam Iuſtorum fugias exempla malorum,
Illis iungeris,quorum nunc facta ſequeris.

Certo certius autem eſt, multos Iudices, Aduocatos, Procuratores, Notarios iuſtiſſimo Dei iudicio damnatum iri,nam vulgo dicitur,S.Iuonem Iuriſconſultorum patronum, poſtquam ad cœlum peruenit,ſcalas attraxiſſe, & hactenus neminem eorum amplius eò perueniſſe, quod quamuis magis iocosè quam verè dici exiſtimem,tamen vereor,ah!nimis verè vereor,patrocinia hic ſæpe fœlicia ibi infœlicia futura, ac nimis multos prius dictum non iocoſum ſed ſerium experturos, qui per ſubtilia vincunt vtilia, qui cauſas differunt & partibus litigantibus damnum inferunt, qui plures faciunt expenſarum ſumptus, quam ſuis clientulis adferunt fructus, qui veluti ranarum ſonis & cantibus actorum molem efficiunt, & tamen nihil fructuoſum perficiunt, & quæ ſunt ſimilia in foro proh dolor! nimis nota imò infinita vt nec ab eo, qui illa perſpecta habet, ſatis deſcribi queant, & quod plus eſt forſan ridebunt hoc alij ad inſtar eorum, qui cum in profundum venere, omnia contemnunt, ſed in æternum lugebunt, vbi ignis Gehennæ lucebit miſeris ad augmentum, vt videant vnde doleant, & non ad conſolationem,ne videant vnde gaudeant Iſidor. *li.*1. *de ſummo bono.*

Quippe quod hic eſt moris.ibi arguetur erroris
Quod hic eſt zelus ibi erit ſcelus
Quod hic cẽſetur iuſtum, ibi reputabitur iniuſtũ.
Nec tranſibit inultum.

Timendum igitur in hoc ſtatu & non vanè ſperandum, in quo quis vix cauet, qui cauet, periculum namque hic ſemper præſens, incerta,victoria, inquit S. Aug.inter hoſtilia arma pugnare, & impoſſibilis liberatio eſt, flammis circumdari & non ardere, expedit ergo in hoc tam periculoſo 16

ſtatu

Digitized by Google

ſtatu benè timere, quam malè fidere, nimium præceps eſt qui intrare contendit, vbi alios cecidiſſe viderit, & vehementer infrænis eſt, cui non incutitur timor alio pereunte per efformatas opiniones & argumenta, quæ non ſunt tantum fallacia quia dubia, ſed etiam inſidioſa quia proficua, vel vt ita dicam pecunioſa, quorum oblectamenta ſunt verè periculoſa, nam cum nec alias, nemo poſſit eſſe tam prudens, tam circumſpectus, vt non aliquando labatur, quis in periculoſo ſtatu caſum non verebitur? quibus melius fuerat, vt loquitur S. Hier. neſcire aliquid quam cum periculo diſcere.

CAPVT VI.

De negligentia & culpa in genere aliqua dicta & remiſſiuè oſtenſa, quiq; illa onerentur, & quæ ſit maxima mundi negligentia?

1. QVemadmodum negligentia eſt vniuerſæ doctrinę & diſciplinæ nouerca, ita diligentia eſt magiſtra & mater operum, Luc. de Pen. *in l cunctis, n. 3. & 6. C. de mendic. valid.* de omni culpa & negligentia agit Tepatus *in compendio deciſionum tit. 93. vbi cap. 1.* inquit, negligentiarum vna magna eſt, alia diſſoluta, alia manifeſta, alia lata, quodque magna negligentia ſit lata culpa dolo æquiparata Guido Papa *deciſ.* 473. & quod culpa nihil aliud ſit, quam deuiatio ab ea diligentia, quam adhibent homines diligentes eiuſdem conditionis & profeſſionis Ludouic. *deciſ. Luc.* 10. *num.* 18. & quod lata culpa ſit nimia negligentia, id eſt non intelligere id, quod omnes intelligunt, *l lata* 223. *ff. de verb. ſignif. in qua DD. & in l. contractus ff. de regul. iuris & in l. quod Nerua ff. depoſiti tractant hanc materiā,* & rurſus Tepatus *ca.* 5. tradit, quod tribus modis quis dicatur in culpa 1. ſi non fecit quod diligens feciſſet, 2. ſi contra pactionem fecerit, 3. ſi fuerit in morâ, Ludou. *deciſ. Luc.* 44. *&* 205. & quæ ſit culpa lata, leuis & leuiſſima, *vide ibi & DD. in locis allegatis.*

Sciendum præterea quod Theologi culpam Theologicam eſſe dicunt, deuiationē à lege, & recta ratione, iuridicam vero ab æquo & bono, & ab eo quod homines communiter ſolent facere in tali cauſa vel negotio Fragoſus *de regimine Reip. Chriſtianæ li.* 5. *diſp.* 13 *§.* 13. *n.* 386 *&* 390. Latius Molina *de iuſtit. & iure tract.* 2. *diſp.* 293. *per tot.* & Fragoſus *d. loco tradit,* quomodo cuſtos Carceris de culpa & negligentia teneatur vel etiam excuſetur, ego quandoq; conſultus in caſu commētarienſis cuiuſdam, cuius culpa quidam ratione debiti captus è carcere aufugerat ſed poſtmodum repræsētatus fuerat, reſpondi, niſi debitoris ius interea deterius factum, ſed adhuc cætera ſalua ſint, ipſū nō teneri, quemadmodū fideiuſſor liberatur Reum aufugientē repræſentando Farinac. *lib.* 1. *tit.* 4. *de carcerib. q.* 34. *nu.* 92. *& ſeqq.* eo magis, quod mitius cùm lege quam cū homine agatur Marilianus *deciſ.* 15 *n.* 2. vide rationes apud Gramm. *deciſ.* 95. & apud Gratian. *li.* 2. *diſc. forenſ. ca.* 209. vbi quædam ſubtilia, & in terminis Hering. *de fideiuſſ. cap.* 20. § 25. *in fin.* & caſus, quando cuſtos carceris ob fugā carcerati non teneatur vide in Zaſio *in l ſi pecuniam* §. *ſed ſi acceperit n.* 8. *&* 9. *ff. de cōdict. cauſa data,* & alias Wameſium *cent.* 4. *conſ.* 65. *n.* 4. *& ſeqq.* fugæ periculum quomodo ſubeat Commentarienſis & quā culpam, & quid præſtet, vbi & quod fugitiui exhibitione non liberetur Bald. *in l. quoties n.* 2. *C. de exact. tribut.* Boër. *deciſ.* 217. *n.* 12. *&* 13. vide Chriſtinæum *in conſ.* Mechli. *tit.* 2. *art.* 39. *nu.* 4. *&* 41. 2.

Digitized by Google

tunc ſperabunt inemendati? S. Greg. *in moral.* de ſpe in caſsũ præſumit, ait, qui timere Deum in ſuis operibus neſcit, qui ſine iure præſumit, præſumptuosè agit, temerariè & ſuperbè, Garſias *de expenſis cap.* 8. *num.* 37. ſpes eorum malè fundata, vana & prorſus incerta eſt, multa in ſpe inquit Petrarcha, multa eſt vanitas, multuſque fallendi aditus fortunæ, inde vt crura, ſic ſpem quoque non vltra extendere conuenit, quam fieri commodè poteſt, cum illa ſit lubrica inſtar anguillæ, imo à bonis operibus vidua, ta politica potius, quam Chriſtiana ſpes dici debet, cum retributionem operum in corpore prout quiſque ea geſſit, præſupponere teneamur, & quidem retributionem tanto acerbiorem, quanto magis præ alijs, quid iuſtum vel iniuſtum fuerit, ſciuerimus, ad maiorem culpæ tumulum pertinere ait Iſidor. *de ſumm. bon. lib.* 2. ſcire quemquam, quid ſequi debeat, & ſequi nolle, quod ſcit, enimuero in vniuerſum magnum eſt ſalutis medicamentum, non iterare, quæ imperite geſſimus, nec priorum vulnerum cicatrices reſauſciare, S. Aug. *de temp Serm.* 66. prout vigilando, agendo benè, riteque conſulendo proſperè omnia cedunt, vbi ſocordiæ & ignauiæ te tradideris nec quippiam Deos implores, inquit Cato, irati infeſtique ſunt, ſic vnus Deus infeſtis erit infeſtus, bonus bonis & iuxta Poëtam.

Qui benè fecerunt, illos ſua facta ſequentur,
Qui male fecerunt, facta ſequentur eos.

15. Cum igitur finis ſit prior medijs, prius ſedulo perpendamus, quo tandem eundũ, & quibus medijs eò perueniẽdum ſit. Ergo:

Si vis ſaluari, ſemper ſtudeas imitari
Vitam Iuſtorum fugias exempla malorum,
Illis iungeris, quorum nunc facta ſequeris.

Certo certius autem eſt, multos Iudices, Aduocatos, Procuratores, Notarios iuſtiſſimo Dei iudicio damnatum iri, nam vulgo dicitur, S. Iuonem Iuriſconſultorum patronum, poſtquam ad cœlum peruenit, ſcalas attraxiſſe, & hactenus neminem eorum amplius eò perueniſſe, quod quamuis magis iocosè quam verè dici exiſtimem, tamen vereor, ah! nimis verè vereor, patrocinia hic ſæpe fœlicia ibi infœlicia futura, ac nimis multos prius dictum non iocoſum ſed ſerium experturos, qui per ſubtilia vincunt vtilia, qui cauſas differunt & partibus litigantibus damnum inferunt, qui plures faciunt expenſarum ſumptus, quam ſuis clientulis adferunt fructus, qui veluti ranarum ſonis & cantibus actorum molem efficiunt, & tamen nihil fructuoſum perficiunt, & quæ ſunt ſimilia in foro proh dolor! nimis nota imò infinita vt nec ab eo, qui illa perſpecta habet, ſatis deſcribi queant, & quod plus eſt forſan ridebunt hoc alij ad inſtar eorum, qui cum in profundum venere, omnia contemnunt, ſed in æternum lugebunt, vbi ignis Gehennæ lucebit miſeris ad augmentum, vt videant vnde doleant, & non ad conſolationem, ne videant vnde gaudeant Iſidor. *li.* 1. *de ſummo bono.*

Quippe quod hic eſt moris, ibi arguetur erroris
Quod hic eſt zelus ibi erit ſcelus
Quod hic cẽſetur iuſtum, ibi reputabitur iniuſtũ.
Nec tranſibit inultum.

Timendum igitur in hoc ſtatu & non vanè ſperandum, in quo quis vix cauet, qui cauet, periculum namque hic ſemper præſens, incerta victoria, inquit S. Aug. inter hoſtilia arma pugnare, & impoſſibilis liberatio eſt, flammis circumdari & non ardere, expedit ergo in hoc tam periculoſo 16

ſtatu

Digitized by Google

ſtatu benè timere, quam malè fidere, nimium præceps eſt qui intrare contendit, vbi alios cecidiſſe viderit, & vehementer infrænis eſt, cui non incutitur timor alio pereunte per efformatas opiniones & argumenta, quæ non ſunt tantum fallacia quia dubia, ſed etiam inſidioſa quia proficua, vel vt ita dicam pecunioſa, quorum oblectamenta ſunt verè periculoſa, nam cum nec alias, nemo poſſit eſſe tam prudens, tam circumſpectus, vt non aliquando labatur, quis in periculoſo ſtatu caſum non verebitur? quibus melius fuerat, vt loquitur S. Hier. neſcire aliquid quam cum periculo diſcere.

CAPVT VI.

De negligentia & culpa in genere aliqua dicta & remiſſiuè oſtenſa, quiq; illa onerentur, & quæ ſit maxima mundi negligentia?

1. QVemadmodum negligentia eſt vniuerſæ doctrinę & diſciplinæ nouerca, ita diligentia eſt magiſtra & mater operum, Luc. de Pen. *in l cunctis, n.* 3. *& 6. C. de mendic. valid.* de omni culpa & negligentia agit Tepatus *in compendio deciſionum tit.* 93. *vbi cap.* 1. inquit, negligentiarum vna magna eſt, alia diſſoluta, alia manifeſta, alia lata, quodque magna negligentia ſit lata culpa dolo æquiparata Guido Papa *deciſ.* 473. & quod culpa nihil aliud ſit, quam deuiatio ab ea diligentia, quam adhibent homines diligentes eiuſdem conditionis & profeſſionis Ludouic. *deciſ. Luc.* 10. *num.* 18. & quod lata culpa ſit nimia negligentia, id eſt non intelligere id, quod omnes intelligunt, *l lata* 223. *ff. de verb. ſignif. in qua DD. & in l. contractus ff. de regul. iuris & in l. quod Nerua ff. depoſiti tractant hanc materiã*, & rurſus Tepatus *ca.* 5. tradit, quod tribus modis quis dicatur in culpa 1. ſi non fecit quod diligens feciſſet, 2. ſi contra pactionem fecerit, 3. ſi fuerit in morâ, Ludou. *deciſ. Luc.* 44. *&* 205. & quæ ſit culpa lata, leuis & leuiſſima, *vide ibi & DD. in locis allegatis.*

Sciendum præterea quod Theologi culpam Theologicam eſſe dicunt, deuiationẽ à lege, & recta ratione, iuridicam vero ab æquo & bono, & ab eo quod homines communiter ſolent facere in tali cauſa vel negotio Fragoſus *de regimine Reip. Chriſtianæ li.* 5. *diſp.* 13 *§.* 13. *n.* 386 *&* 390. Latius Molina *de iuſtit. & iure tract.* 2. *diſp.* 293. *per tot.* & Fragoſus *d. loco tradit*, quomodo cuſtos Carceris de culpa & negligentia teneatur vel etiam excuſetur, ego quandoq; conſultus in caſu commẽtarienſis cuiuſdam, cuius culpa quidam ratione debiti captus è carcere aufugegerat ſed poſtmodum repræſẽtatus fuerat, reſpondi, niſi debitoris ius interea deterius factum, ſed adhuc cætera ſalua ſint, ipsũ nõ teneri, quemadmodũ fideiuſſor liberatur Reum aufugientẽ repræſentando Farinac. *lib.* 1. *tit.* 4. *de carcerib. q.* 34. *nn.* 92. *& ſeqq.* eo magis, quod mitius cùm lege quam cũ homine agatur Marilianus *deciſ.* 15 *n.* 2. vide rationes apud Gramm. *deciſ.* 95. & apud Gratian. *li.* 2. *diſc. forenſ. ca.* 209. vbi quædam ſubtilia, & in terminis Hering. *de fideiuſſ. cap.* 20. § 25. *in fin.* & caſus, quando cuſtos carceris ob fugã carcerati non teneatur vide in Zaſio *in l ſi pecuniam* §. *ſed ſi acceperis n.* 8. *&* 9. *ff. de cõdict. cauſa data*, & alias Wameſium *cent.* 4. *conſ.* 65. *n.* 4. *& ſeqq.* fugæ periculum quomodo ſubeat Commentarienſis & quã culpam, & quid præſtet, vbi & quod fugitiui exhibitione non liberetur Bald. *in l. quoties n.* 2. *C. de exact. tribut.* Boër. *deciſ.* 217. *n.* 12. *&* 13. vide Chriſtinæum *in conſ.* Mechli. *tit.* 2. *art.* 39. *nu.* 4. *&* 41. 2.

Digitized by Google

3. Cæterum ICti. docent, quod magna negligentia culpa ſit, & magna culpa, dolus, *l. magna negligẽtia 226. ff. de verb. ſignif. vbi DD.* ducentos quatuordecim caſus negligentiæ refert Gom. *ad Reg. Cancell. de triennali poſſeſ. poſt quæſt.* 28. adde Menochium *remed.* 7. *recup. poſſ. num.* 18. *& ſeqq.* & de negligentia agit idem Menoch. *de arbit. caſ.* 570. *& ſeqq.* Modo controuertitur quis ſentiat damnum pecuniæ iudicialiter depoſitæ & per milites ablatæ, vtique is, in cuius vſum depoſita fuit, ſi modo cætera ſint paria, *vide iura & DD. in* Reinkingk *de retractu conſang. quæſt.* 8. *num.* 132. *& ſeqq.* vbi retrahens obtulit pecuniam, quam emptor acceptare recuſauit, ſi poſtea ſecunda vice offerre volenti nummi eripiantur, damnum imputatur emptori; cum ipſe ex prima recuſatione anſam dederit ſecunda vice offerendi, ex quo occaſio ſpolij ſecuta eſt, pro quo facit illud Vulgatum, *quidquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati*, de quo axiomate vide Iaſonem *in l. ſi pecuniam num.* 18. *ff. de condict. cauſa data*, vbi dicit, cauſa cauſati licet ſit quidquid eſt cauſa cauſæ, tamen effectus attribuitur cauſæ immediatæ, & faciũt pro cõfirmatione prædictorum Iura in ſimili caſu allegata per Crauett. *conſ.* 8. *num.* 24. vbi bubulcum culpæ Reum facit, quod non benè ligauerit boues, vltima culpa namque nocet, & rurſus quod ipſius culpa fuerit immediata & proxima, ex qua damnum ſecutum fuit, quidquid autem ex cauſa conceditur, iubetur, ordinatur, id ſecundum eam regulari neceſſe eſt. Damhoud. *in patrocin. pupill. ca.* 3. *num.* 29. & quod cauſæ proximæ & non remotæ (quæ occaſio dicitur) effectus tribuatur, ideo vt culposè aliquid imputetur alteri, oportet quod culpa eius ſit immediata, *cap. de cætero x de homicid.* dans autẽ alicui occaſionem, dicitur cauſa remota, non vera, Meiſnerus *lib.* 1. *deciſ. cam. imp.* 29. *num.* 11. culpæ imputari dicit Gail. 2. *obſer.* 22. *ſub nu.* 7. quæ immediatè à culpa veniunt, non quæ mediatè, imo ſi agatur de damno dato, tunc cauſa remota à proxima non differt Surdus *deciſ.* 326. *num.* 72. quare prius poſſet intelligi in caſibus licitis Gail. *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 8. *num.* 16. ſecus in illicitis, tunc enim & occaſio attenditur, de quo tamen vide diſtinctè Gutierrez *in quæſt. Cano ca.* 6. *num.* 9 *& ſeqq* ſed optimè declaratum inuenies in Schradero *de feudis p.* 9. *cap.* 4. *nu.* 78. vide omnino, quia hæc quotidie in praxi occurrunt, ibi namque benè diſtinguit, & quando cauſa remota attendatur.

De inducta præſcriptione ex negligentia docta tradit Scaccia *de commerc. & cambio* §. 1. *quæſt.* 7. *p.* 2. *ampl.* 19. de negligentia domini latè Munnoz. *tract. de ratiociniјs cap.* 19. & de damnis ex malitia vel negligentia, quando adminiſtratores onerandi veniant, ibi in varijs caſibus, & de tutore odioſam pupilli pecuniam tenente, & de eo, qui, vt ab euentu apparet, non ſatis tuto illam locauit, & *cap.* 18. *nu.* 32. *& ſeqq.* de paſtore animalium alijſque, qui pro cuſtodia mercedem accipiunt, non ſufficit probare mortem vel interitum, niſi probent, ſe culpam mortis nõ fuiſſe, vel interitus, ſeu caſum abſque illorum culpa contigiſſe, adeoque de ſua diligentia probare debent, Guido Papa *ſing.* 171. & Munnoz. *num.* 34 *& ſeqq.* docet quomodo in hoc caſu probare mortem debeant, & licet non ſufficiat ſolum iuramentum Paſtoris, tamen vbi de caſu conſtat, tunc qualitas caſus probatur iuramento, Arnoldus Reyger *in theſauro iuris lit. Q. verbo qualitas num* 8. 4.

Negligentia & tunc dicitur dolus, quãdo quis

Digitized by Google

quis ex officio ad diligentiam tenetur Additionator ad Seraphinum *de priuil. iuramentum pr.33. num.42. vbi & num.32.* quod probetur negligentia ex eo, quod quis facere potuit,& non fecit, & qui non vſus eſt remedijs oportunis cum poſſet Viuius *deciſ.289. n.3* prædictũ etiam probat Schurff. *cent.2.conſ.5. num.12* quodquis æquè peccet omittendo ea, quæ ſibi ex officio incũbunt, quam committendo vetita, in quo *conſ.* docet, quod tutor teneatur de non geſtis & neglectis, quemadmodum dolus præſumitur in eo, qui non adhibuit diligentiam, ad quam tenetur ratione officij Cephal. *conſ. 230. num.4. vide ibi in ſeqq.* quando quis excuſetur.

5. Porro Inſana eſt illa mundi vel communis negligentia in emendatione vitæ & dilatione pœnitentiæ, nunquid enim inſania eſt in luto iacere, & indè nolle exire, cadit aſinus tuus in lutum, inquit Ioannes Geyler *in nauicula fatuorum turba* 24. & mox eundem vis extrahere, tu autem, ſi in maius incideris, vis differre; cadit aſinus, clamat S. Bernard. & eſt, qui ſubleuet, perit anima, & non eſt, qui recogitet, *vide latius ibi. & turba* 29. ſunt, inquit, qui omnes, præter ſe, vt prouerbialiter dicitur, cum naſo trahunt, omnibus vrinam conſpicuunt, & iudicant, ſuam autem negligunt, recordare inquit præterita peccata tua, quia neſcis, an ſint tibi dimiſſa, cogita præſentem, vt putas, iuſtitiam tuam, & intelliges, quod iuſtitiæ noſtræ ſint coram Deo, ſicut pannus menſtruatæ, cogita tandem futura ita vt licet modo iuſtus eſſes, neſcis tamen quo fine vita terminabitur, nondum globus in ſphęra quieuit, ſed iugiter voluitur, *& latius turba* 30 ibi exornatur, quam periculoſa ſit dilatio pœnitentię, confeſſionis, reſtitutionis, & è contra ſpes longioris vitæ, vbi pulchre accommodantur illa verba ſacræſcrip. *Sopho.* 2. vox cantantis in feneſtra & coruus in ſuperliminari, *& turba* 105, de periculoſa ſpiritualium negligentia.

CAPVT VII.

De modo articulandi & probandi culpam & negligentiam, & quando præſumantur, vel non, & quis de caſu fortuito teneatur vel non?

DEciſio Rota Genuenſis 76. *nu.* 7. *& ſeqq.* docet, quod culpa & dolus non præſumantur, & vt quis de culpa teneatur, certa & limitata obijci debet, vt dici poſſit eum fuiſſe in culpa, ex qua deprehendi queat, quod doloſè & culpoſè ſe in hoc vel illo geſſerit, ibi & de quâ culpâ teneantur Adminiſtratores, quâ doctrinâ ex Wameſio *cent.2.conſ.54. nu.* 13. ſæpius vſus fui in conſilijs, vbi dicit non ſufficere culpam aut negligentiam alicui in genere obijcere, niſi quoque addatur, ex qua culpa argui poſſit, vnde ſecundum Bart. incerta eſt poſitio, quod culpa Titij hoc vel illud acciderit, ita & teſtimonia in genere aſſeuerantia culpa Titij factum eſſe, nulla expreſſione facta, quo, ſeu per quid, culpa factum ſit, nõ probant ſiue agendo, ſiue excipiendo, ſiue denunciando, hoc allegetur, nam ex qualitate deprehenditur & iudicatur vtrumque, ideo ſpecifice & allegari & probari debet, hæc eſt clauis in Iure noſtro, & probatur à Mariliano *deciſ.84. num.2.* vbi dicit, quando alicui impingitur culpa, quod certa & limitata ſemper probari debeat, *& deciſ.91. num.* 14. *& 15.* quod qui obijcit culpam, ad caſum ordinatam debeat dicere, quod ſi non fuiſſet illa culpa, caſus non eueniſſet, adeo vt licet 1.

Reus

Reus fuiſſet in aliqua culpa, & caſus eueniſſet culpa ex ſtente, quæ tamen culpa caſui cauſam non dediſſet, reus non teneatur, Caſtr. *conſ.* 471. *lib.* 2. *& in l fin.* §. *ea conditio ff. ad l. Rhod. de iactu*, facit quod docet Surdus *conſil.* 39. *num.* 12. quod culpa & negligentia non ſolum certo & limitate deducenda, ſed etiam quod facile fuiſſet actum explicare, niſi interueniſſet culpa vel negligẽtia, clarius hoc explicat Gutierrez *cap. præced. allegatus*, vt quis ex culpa præcedenti obligetur ad caſum, dicit requiri, quod culpa illa ordinata fuerit ad caſum, & prætérea articulare & probare debet, quod caſus euenerit ob culpam commiſſam, quod ille ſolum contigerit propter culpam, nec potuiſſet aliter contingere, niſi culpa interueniſſet, plures DD. allegat Surdus *conſ.* 12.

2. Limitatur prius dictum per Gutierrez. quando culpa eſt commiſſa in faciendo, dando operam rei illicitæ, v.g. contra legem contractus, vel domino inuito, quia tunc etiam tenetur, licet culpa non fuerit ordinata ad caſum, culpa autem dicitur ad caſum ordinata, quando principaliter reſpicit illum caſum, vel quando culpa fuit cauſa proxima illius, ſecus ſi remota, in criminalibus vero ex ſola actione operæ illicitæ cõſideratur id quod in conſequentiam venit, & dicit quod hæc fallentia poſſit ſumi *ex l.* 30. § 3 *ff. ad L. Aquiliam*, vbi fit mentio de occaſione, quod qui occaſionem damni dat, damnum ipſum dediſſe cenſeatur, quæ propterea denotat cauſam in modo, præſertim quando talis effectus conſueuerat ſequi ex tali occaſione, *vide illata ibi, tamen num* 18 *& ſeqq. ex communi refert*, quod etiam in prædicto caſu requiratur cauſa propinqua, qualis eſt, quæ damnum dat non accedente alia cauſa extrinſeca, ſed quid ſi culpa non multum remota ſed proximè coniuncta ſit? quid ſi remota cauſa, ſit fundamentum cauſæ proximæ? quid ſi cauſa remota influat in proximam, vel ex cauſa remota transferatur aliquid in proximam? quid ſi cauſa remota talis ſit, vt ſine illa cauſa proxima non exiſteret? hiſce namque caſibus, dum agitur de damno dato reſarciendo vel æſtimando, non tantum culpam vltimam & immediatam ſed etiam remotam & mediatam attendi docet. Schrad. *cap. præc. allegat.* confer Tiraquel. *tr. ceſſante cauſa p.* 2. *limit.* 20. *num.* 14. *&* 18 *iunctis traditis per* Kopen *quæſt.* 18. *&* 36. ſic etiam limitari poterit doctrina Gailij 2. *obſer.* 22. *num.* 7. *& aliorum*, quod culpa ad caſum ordinata ſit noxia, (breuiter tamen hic nota, quod alias noxia, culpa ipſa ſit, noxa vero culpæ ſeu delicti pœna, Borellus *in ſumma deciſionum lib* 2. *tit.* 32. *num.* 436.) niſi velimus dicere, quod in caſu à Gailio propoſito culpa ſagittantis vel bombardam explodentis proximè & immediatè ad caſum ordinata fuerit, eò quod ruri in Columbam Columbario inſidentem, bombardam exploſerat, & inopinato, occulta vi pulueris, ſtramineum tectum incenderat, vnde merito ad emendationem condemnatus fuit, & dicit hanc eſſe inſignem limitationẽ ad illam theoricã, quod nemo ad caſum fortuitum teneatur.

Sed caſum habui ſimilem in facto, tractatum à Mariliano *deciſ.* 91. vbi probat, 3.
quod magiſter nauis non teneatur ad intereſſe domino præponenti, quando ſine ipſius Magiſtri culpa, nauis naufragiũ paſſa, eſt quia ſufficit caſum, ſc. naufragiũ probare, *l.* 2. *C. de naufrag.* qui autem caſum culpa Nautarum eueniſſe aſſerit, illud probare debet, præſertim quoad ea, quæ eueniunt frequenter ſine culpa, vt vis ventorum,

rum, impetus aquarum, tempeſtas, & ſimilia.

Similis caſus deciditur apud Gammam *deciſ.154.* de Magiſtro nauis obrutæ à mercatoribus conuento, vide Chriſtinæum *volum.5.deciſ.71.num.17.& ſeqq.* ad quid teneatur Nauta, quis probet caſum culpa euenisse, & ibi, quod teneatur, ſi aduerſus tempeſtatem nauiget, ſicut ſcio quod Nauta, qui aduerſa tempeſtate alijs reclamantibus nauigauerat, & tempeſtate inualeſcente plurimi ſubmerſi fuerant, depoſitus ſit, forte tamen plus meruerat, quemadmodum & nauigans tempore indebito de periculo tenetur, Næuius *ad l.qui Romæ 122. ff.de verb.oblig.* ibi & quando de dolo, lata & leui culpa teneatur, prioris ratio, quod dictus nauta plus meruerit, patet ex traditis per DD. *ad tit.Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi maleficio oriuntur,* adde Bart.*q.9.* ita iudicatum reperitur contra Medicum, qui extraordinarijs medijs curare voluit, apud Annæum Robert.*lib.1.rer.iud.c.5.* ſic de culpa tenetur, qui Medicum imperitum adhibuit, vel etiam nullum adhibuit, Maſcar.*de prob. conc.1038.* quę autem ad hoc concurrere debeant, vt mors infirmi non imputetur, tradit Gail.*2.obſ.111.nu.25.* priori ſimilem caſum habui & decidi ex textu *in §.2.Inſtit.de oblig.quæ re contrah.* nimis cæca eſt temeritas, dicit Seneca *in Agamemn.* quæ petit caſum ducem, omnis temeritas improbanda eſt, ſed maxime ea, quæ ſucceſſu aliquo nititur. Rurſus vide Chriſtinæum *vol.5.deciſ.65 vbi n.19.* euentus & fatale periculum à Nauta probanda eſſe dicit, & ibi multa de cuſtodia adde *vol.3.deciſ.201.& ſeqq.* vbi notabilia.

Bene ad propoſitum notandum eſt d.conſil.Surdi *lib.1.conſ.12.paſſim per tot.* quomodo culpa probanda, culpa caſum præcedens quando non obliget, & quando ſecus, vbi *nu.31.* exornatur, quod culpa imputetur ei, qui fecit contra pactum conuentum, etiamſi res perierit ex caſu, & *num.58.& ſeqq.* caſum pręſtare tenetur, qui eſt in culpa, etiamſi conuentum fuerit, ne teneatur de caſu, quodq; incendium & furtum, ſi caſus præcederet, non videantur caſus fortuiti, & quando culpa caſum præceſſit, præſumitur, quod res, ceſſante culpa, non perijſſet, & culpa ordinata ad caſum (ſufficit, vt ibi, quod poſſit eſſe ordinata) vel non, obligat, qui facit contra legem contractus, qui dedit operam rei illicitæ, caſumq; præſtet, qui eſt in dolo, & plura ibi, quæ ſæpe habui in praxi, & quotidie occurrunt.

Adde prædictis multa notabilia, quæ hodierno belli tempore ſæpius & alias in praxi occurrunt apud Hectorem Felicium *tract.de ſocietate, c.21.& 22.* vbi multæ recenſentur ſpecies, quę cadunt ſub leuiſſima culpa, & de cuſtodia & negligentia, vbi & aliquæ excuſationes, *c.23.* quæ deducenda & probanda ſint, vt culpa noceat, & de culpa ordinata ad caſum, quæ talis, & quando noceat, & *c.25. per tot.* de caſibus fortuitis, item Iaſonem *in §.ſed iſta, num.46.& ſeqq.Inſt.de Action.* vbi quando culpa non imputetur, & quod non ſit caſus, quem diligentiſſimus potuit prouidere, ibi & de illo, qui confidit alicui, in quo potuit poni confidentia, item de prædictis Karpzouium *p.2. Conſtit.Sax.26. def.1. & multis ſeqq.* quos conſulas in caſibus occurrentibus, inde namque multa decidere poteris, quibus adiungas Farinacium *lib.3. de pœnis temp. quæſt.88.* vbi latiſſimè de culpa lata, leui & leuiſſima, & quæ tales, & aliqua de negligentia apud Marcum Antonium de Amatis *deciſ. Florent.7.* quod culpa & negligentia etiam per vnicam in- 4

 terpel-

terpellationem contrahatur, ac ſoli negligenti nocere debeat, quodq; faciliùs in tutoribus & adminiſtratoribus negociorum, quam alijs conſideretur, & vbi agitur de propria vtilitate promouenda, non præſumitur. De negligentia in Curatore agit Peguera *deciſ.78.* vbi paſſim, & Hector Felicius *tr.de ſocietate,c.21.&ſeqq.*tradit notabilia de culpis,&in ſpecie *c.23.*quę ſint probanda, vt culpa noceat, & quando dicatur ad caſum ordinata.

5. De probatione negligentiæ, vide ſubtile Bartoli *cõſiliũ 102.*cui adde Muñoz *tr.de ratiocinijs,c.19.n.24.&ſeqq.* vbi ſi quis ſui famuli, factoris vel adminiſtratoris negligentiam probare velit,non poterit eam directè per teſtes probare,negligentia namque non eſt aliquod ens formatum, quod ſenſu corporeo percipi poſſit. Menochius *remed.7. adipiſc.poſſeſſ.quæſt.5.* vbi dicit, teſtes ſimpliciter deponentes aliquem negligentem fuiſſę in actu peragendo, potius iuſtificare, quam teſtificare dicendos fore, ac proinde eorum dicta inualidari poſſe, idem tenet Maſcard. *de probat.concl.1039.num.7.* pro quo facit illa vulgata Theorica, non entis nullæ ſunt qualitates, prout negligentia eſt qualitas, quæ non poteſt ſtare ſine ſubiecto, ideo negligentiam per indirectum quis probabit articulando illos actus, ex quibus in negligentia fuiſſe, quilibet arbitrabitur, & exemplificat hoc in illo, qui non exegit nomina, qui non collocauit pecunias pupillares, confer Verallum *part.1. deciſ. Rotæ Romanæ 266.* vbi quomodo quis non dicatur negligens fuiſſe, licet totum non exegerit, quodque præciſe negligentia non probetur, niſi quis teneatur ad factum certum limitatum tempore & loco, & ſemper inſpicitur, an poſſit facere illud, quod omiſit,& Tepatum *in compen.deciſ.tit.93.exc.4.* vbi,quomodo culpa &negligẽtia probetur, & *c.9.* negligens vt quis dicatur in curando infirmum, qualiter probetur ex Bart. *in l.ſi ſeruum*, ibi & reliqui DD. de probatione negligentiæ,& Næuius *ff.de verb.oblig.* rurſus negligentia in non curando infirmum qualiter probetur, docet Marcellus Cala *de modo artic.&prob.Gloſſ.vn.n 391.vbi&392* inuenio caſum in terminis nuper cõtrouerſum contra eos,qui maritum hæreditate ſibi in teſtamento per vxorem relicta indignum reddere volebant,quia non adhibuiſſet Medicum,determinatur namque ibidem,quod maritus non teneatur mittere pro Medico extra ciuitatem pro curanda vxore, verum dictus caſus erat de Ruſtico non mittente ad ciuitatem pro habendo Medico, vbi & *n.389.&ſeqq.* optimè deducit, quomodo probetur negligentia tutoris in non collocando pecunias pupillares, prædictis præter Menoch. adde Maſcard. *de probat. in verb. culpa, & verb.negligentia*, ex quibus infinitos caſus determinare poteris, quibus adde tradita de negligentia per Lucam de Penna *in l.ſi quis.C.de naufragis,* & quod culpa tribus modis fiat, *in l.per æquatores, num.2. Cod.de cenſib.*

CAPVT VIII.

An negligentia eo ipſo probetur, quod non probetur contrarium, & de probatione negatiua facti & implementi.

QVod verò probetur negligentia eo ipſo, quod non probetur diligentia, 1.
collige ex traditis per Hypol. de Marſil. *in rep. Rub. Cod.de probat.n.326.* vbi examinat ſpeciem probationis eo ipſo, quod non probetur contrarium, quemadmodum aliquando

quando dicitur, quod negligentia probetur eo ipſo, quod non probetur diligentia, quod tamen regulariter propter præſumptionem diligentiæ non eſt verum, niſi quoad illos, qui ex officio ad certum & limitatũ factum tenĕtur, quippe hoc ipſo, quod non faciunt quod facere debent, præſumitur in Officialibus negligentia, niſi de impedimento doceant, Pacian. *de probat.lib.1.c.51.n.49.* latiùs Felin. *in c.ſi autem,n.3.x.de reſcriptis*, adeo vt in carcere mortuus præſumatur culpa cuſtodis, niſi aliud probetur, iuxta Zaſ. *in l.ſi victum,n.5.ff.de re iud.* factum namq; illud nõ præſumitur, niſi probetur, & proponitur caſus de donatore & donatario, an ille probare debeat alimenta non eſſe præſtita, per Surd. *de aliment.tit.1.q.48.n.53.& ſeqq.* & pro donatore adducitur vulgata regula, ꝗ vbi quid implendũ eſt, negatiua ſit ipſo iure probata, ſi dicat donator non fuiſſe impletum, nam licet quis excipiendo fiat actor, *l.1 ff.de except.* tamen hoc fallit in exceptione non impleměti, quæ transfert probationem in aduerſarium, ita vt exceptio oppoſita nõ ſolùm iudicium ſuſpendat, donec is, qui agit implementum, probet, ſed etiam non probata, iudicium finit, vnde & litis finitę exceptio dicitur, Additionator ad Dauth *de teſtam.n.131.* ibi DD. & dicit ſe bis habuiſſe in facti contingentia, ego vero ſæpiſſime, & probat *l.Iulianus, §.offerri*, & ibi DD. *ff.de act. empti*, ſolebam quoque allegare Maſcard. *de prob.concl.1587.n.42.* & late de exceptione non implementi agit Borel. *in ſumma deciſ.lib.1.tit.48.n.97.& ſeq.* Gratianus *diſc.for.c.853.* & paſſim DD. pro quibus & facit vulgata theorica, quod facta non præſumantur, niſi probentur, *l.in bello, §.2.ff.de capt.& poſtlim.reuerſ.*

2. E contra pro donatario arguit Surdus dicens, negatiuam regulariter probandam ab eo, qui eam allegat, hinc eſt quod obijcienti maritum non adhibuiſſe Medicum incumbat probatio, ſicuti & ille, qui allegat diſpoſita per teſtatorem non fuiſſe impleta, tenetur hoc probare: verũ conciliando prædicta dicit Surdus pro donatore adductam regulam procedere, quando certum & liquidum illud erat, quod à donatario implendũ erat, nec indigebat extrinſeca probatione, tunc enim implementum à donatario probandũ eſt, aliàs ſecus, nam licet vulgo dici ſoleat, quod negans factum probare non debeat, quodq; negatiua non videatur directa probatio ſeu teſtificatio, ita vt aliquis non ſit compellendus ad probandum ipſum negatum, tamen iſta regula multis modis limitatur, in Hercul. *de probat.nega. latiſſimè q.3.* & Pacianus *de prob.lib.1.c.35.& aliquot ſeqq.* quem omnino videas, inter cætera vero dic non obtinere, 1. quando negatiua eſt coniuncta ſenſui teſtis, vt ſi dicat, Titium non habere pileum in capite, non habere manum, &c. 2. quando militat præſumptio contra negantem, 3. non obtinet, ſi quis neget, quę ſunt de genere permiſſorum, 4. qualitas intrinſeca negata probari quoq; debet, quod & obtinet in qualitate, quæ ineſt accidentibus, vt ſi quis habeat Dalerum Imperialem (quales daleros ex argento conſtare notorium eſt) & alter alleget non eſſe in argento, hanc negatiuam probare debebit, vide omnino ibi, & DD. *in l.ſciendum, ff.de verb.oblig.* quando præſumatur & probetur intrinſeca & extrinſeca qualitas, rite & recte quid factum.

Deinde reſpondetur ad d. Theoricam ex Viuio *deciſ.114.* eam fallere in omnibus caſibus præexiſtente cauſa, vel vbi eſt vrgens cauſa præſumendi factum, deinde niſi factũ 3.

ſit conſuetum vel notorium, ibi plures adducit limitationes, iunctis traditis per Menoch.*lib.6.præſumpt.14.*item vbi iam de facto conſtat, regulariter illud legitime factum præſumitur, DD.*in d.l.ſciendum*, vbi & probato facto, illud per me vel meo ſumptu factum præſumitur, vti & pupillus meo ſumptu alitus, meo ſtudio eruditus, & ſumptus in equum facti, præſumuntur ex meis bonis facti, vti exemplificat Zaſius *in l.cum ſeruus, n.11.& ſeqq.ff.de verb.oblig.* ſic quoque vbi de facto conſtat, præſumitur quod de iure fieri potuerit, quia non præſumitur inhabilitas, niſi probetur, Pacianus *lib.1. de probat. c.52. nu.25.* & quis præſumitur actum in ea qualitate facere, qualem actus requirit, Wameſ. ad Ius Can. *de præbend. conſ.256. n.21.* & præſtitum quod conſuetum eſt, Riccius *p.4.collect.*1174. & Balb.*deciſ.39.* & id factum, quod conuenienter fieri conſueuit, Ant.Fab.*in Cod.arbit.tut.def.3.n.5.& def.*1. *n.5.* Vnde verſus:

Conſuetum fieri, factum quoq; dicitur eſſe,
Concludit validè modus à communiter actis.

Item inueſtituram non debito tempore petitam allegans, probat Meiſnerus *tom.3. deciſ.Cam.Imp.18.n.3.* ſic tradit Magon *deciſ. Floren.*101. An dominus vel colonus probet de mala cultura: alias in factis regulariter nec negatiua nec affirmatiua præſumitur, *l.hoc iure*, vbi Bart. *ff.de verb.oblig.* & de negatiua facti promiſſi non impleti agit Tuſchus *litt. N. concluſ 29. per tot.* prædicta habui ſæpe in praxi, & quotidie occurrunt, eapropter conſulas DD. allegatos.

* * *

CAPVT IX.

De negligentiæ & culpæ excluſione, atque impedimenti probatione.

QVorum non poſſumus accuſare deſidiam, inquit Caſſiodorus *1.Epiſt.16.* releuandam eſſe fortunam, quapropter pro maiori elucidatione, præmitto ſcitu neceſſarium eſſe, quid ſit negligentia & culpa, de quo vide Doctores ſuprà allegatos, & ſignanter Tiraquell. *de pœnis temp. quæſt. 88.* ex Bartol. *in l. quod Nerua*, aliiſque, *ff. depoſiti*, conſiderat tres caſus, in quibus leuis culpa contingere poteſt, 1. ſcilicet in rebus alienis, deinde in rebus communibus incidenter, & 3. in rebus communibus ex conuentione, primo caſu culpa leuis eſt deuiatio incircumſpecta ab ea diligentia, quam adhibent homines diligentes eiuſdem conditionis & profeſſionis, ſecundo caſu deuiatio incircumſpecta ab ea diligentia, quam ipſe deuians tunc temporis adhibere ſolebat, quando contrahebat, ſeu ante contractum, ſed aliter Farin. & Menoc. *5.præſ.3.n.132.* definierunt, quos vide, vbi & Farin. *n.82.* leuiſſimam culpam dicit, deuiationem incircumſpectam ab ea diligentia, quam habent homines diligentes & diligentiſſimi eiuſdem conditionis & profeſſionis, & *n.83.* culpam eſſe leuiſſimam, imprudenter & ſine propoſito facere vel omittere ea, quæ non facerent vel omitterent diligentiſſimi, & hęc plerumq; ſub nomine diligentiæ ſignificatur, addens, an culpa lata, leuis & leuiſſima ſit, arbitrio Iudicis commiſſum eſſe, qui hoc iuxta rerũ, temporum & perſonarũ circumſtantias arbitrabitur, vide ibi varia & definitiones culparum, ſatis clare quoq; Zaſ. *in l.ſi mora.n.3.ſolut.matr.* culpam latã dicit eſſe ſimilẽ dolo, vt cũ aliquis ſub velamento negligẽtiæ iniqua vel exulcerata mente, rem alie-

alienã negligit, nõ neglecturus, ſi ſua fuiſſet, culpa vero leuis eſt, quando quis nõ facit, q̃ communiter ſolent facere Patresfamilias, in dubio autem, appellatione culpæ venit leuis, & culpa leuiſſima eſt, quando aliquis non facit, quod facit diligens Paterfamilias, qui ita eſſet diligens, vt nihil negligeret, vnde infert *num. 20.* ſi Medicus imperitè curaret, præſtaret tamen bonam fidem, & alius poterat meliùs curaſſe & diligentiùs, quòd teneatur, licet leuius ſit delictum in negligendo, quàm faciendo: Quid autem ſit caſus, tradit Vaſquius *lib. 1. contr. cap. 19. num. 3.* quibus ita præmiſſis & iunctis ijs, quæ ſuperiùs *de Dubiis* dicta ſunt, an & quãdo quis bonus vel malus, item an actus validus vel inualidus præſumatur.

2. Primò dico, quòd regulariter nec negligentia nec culpa præſumatur, ſed potius omnis interpretatio facienda ſit ad excluſionem culpę, ita docet idem Farinac. *quæſt. 89. inſp.* 1 adeo vt Tepatus *in Compend. Deciſionum tit. 93. cap. 6.* dicat, quòd quælibet cauſa excuſet à culpa, & non poſſit conſiderari culpa præordinata, quando quis fecit in re aliena, vt in propria, Rota Genuen. *56. num. 6.* quando autem quis excuſetur, vel non dicatur in culpa, vide Crauett. *conſil. 8. & conſ. 319.* Tepatum *d. loco cap. 3. 5. & 6.* interim hic quoque admonuero, quòd vt Fabius inquit, culpam deprehenſam pertinaciter tueri vel excuſare, alteram eſſe culpam, quod intellige procedere quando in confeſſo eſt, ſecus in dubio, confer igitur ad culpæ excluſionem Zaſium *lib. 1. conſ. 20. num. 14. & ſeq.* vbi inter cætera dicit, quòd ad euitandam culpam neceſſe non ſit, vt quis ſit in explorando curioſus, & quod culpa non ſit, ſi non prouideantur ea, quæ incerta ſunt, ſi credatur viro bono, qui facit, quod faceret maior pars, vel quòd factum non releuaret.

Secundò officium gerens pręſumitur benè geſſiſſe, & non negligenter Menoch. 2. *præſ. 85.* quia diligens quis pręſumitur in officio Crauett. *conſ. 240. n. 3.* & dicit Wameſius *tom. 2. conſ. 488. n. 8.* ſuo officio ſatisfacere, vnde legato alicui relicto pro celebrandis miſſis, in dubio ſtatur iuramento Curati, adde tamen quæ cap. præced. dicta ſunt ex Surdo, & quæ latiùs tradit ibidem. 3.

Tertiò negligentia vel culpa conſiderari non poteſt, quando quis hoc vel illud non procurauit vel fecit, quando ad id non eſt obligatus, quia qualitas ſine ſubiecto ſtare non poteſt, Surdus *conſ. 150. num. 81.* quod in euidentialibus hoc modo declarat, quando fortè conuenitur ex aliquo contractu de leui culpa, quam ipſe contractus non admittit, vel etiam ſimpliciter, quando non eſt obligatus, imò nec ex ſola negligentia quis perdit ius ſuum, niſi in caſibus à iure expreſſis Bart. *in l. ſolent, §. non vero ff. de offic. proconſ.* ſicut & in factis negatiuis nulla currit præſcriptio, ne quidem mille annorum, ſine præuia Aduerſarij contradictione, & ſubſecuto contradictioni conſenſu *cap. ſignificauerunt,* vbi Panorm. *de appellat. l. 1.* vbi Cyn. & Bald. *Cod. de ſeruitutib.* Guido Papa *deciſ. 298.* Couar. *in cap. poſſeſſor p. 2. §. 4. num. 6. verſ. huic, &c.* Maſcard. *de probat. concl. 1192. num. 82.* pro declaratione prædictorum aduertendum, vel maximè ad hoc, quam contractus culpam admittant vel reſpuant, de quo agit *l. contractus,* & ibi DD. *ff. de regul. iuris,* nam ſi in contractu ex quo agitur, non veniat leuiſ culpa, fruſtra ad probationẽ illius quis admittetur. 4.

Quartò negligentia nõ imputatur quando diligentia non profuiſſet, Riccius *par. 4.* 5.

collect.942. Capel.Tholoſ. *deciſ.257.* Crauett. *conſ.83. num.5.* & Chriſtinæus *vol.5. deciſ.88. num. 28. & ſeqq.*

6. Quintò, impoſſibilitas, difficultas & impedimentum excludit culpam & negligentiam, de duobus prioribus agam infra *de Tempore,* de hoc agit Gail. 1. *obſeruat. 143. num.3.* vbi docet, quod impedimenti allegatio & probatio, non ſufficiat, niſi &, ſe impeditum fuiſſe allegans, probet omnem adhibuiſſe diligentiam expediendi actum, ſed ob impedimentum illud ſuperueniens, remoratum fuiſſe, vti probatur & exemplificatur *in l. 2. §. quod diximus,* vbi DD. *ff. ſi quis caut. &c.* & dicit communem Gutier. *in Quæſt. Can. lib.2.cap.6. ſub num.*11. quòd impeditus non excuſetur, niſi probet talem ſe adhibuiſſe diligentiam, quòd niſi fuiſſet impeditus, impleuiſſet id, ad quod tenebatur, & exornatur apud Gratianum *tom. 2. diſcept forenſ.cap.223.num.16.& ſeq.* quando excuſatio non admittitur, ſed negligentia noxa eſt, qui non fecit quod potuit, non enim ſubueniendum eſt ei, qui non impetrauit, quod facile obtinere potuit, hinc rectè contra impeditum replicatur, ſi potuit contra impedimentum reclamare, & non reclamauit, ita vt non excuſetur per impedimentum valetudinis, quando potuit per alium mandare actionem mouendam, Maiorum nugæ negotia vocantur, ait S. Auguſtinus *lib.1. Confeſſ.* quæ in pueris puniuntur, vnde ille, qui non fecit diligentiam pro recuperanda poſſeſſione, priuatur fundo, licet non poſſideat, vide ibi, conſului tamen in cauſa admod. Reuerendi Domini Pauli Canonici ad S. Gereonem (quod conſilium per duos excellentes Iuriſconſultos D. à Rupe, & Syndicum Bulderen ſubſcriptum fuit) quod ſtante notoria illius aduerſa valetudine, ipſum quotidianas diſtributiones lucrari, etiamſi hanc ſuam malam valetudinem illuſtri Capitulo non notificaſſet, addidi & probaui, etiamſi propriâ culpâ in morbum incidiſſet, quia habetur pro facto, quod erat faciendum, quando quis fuit impeditus, Bald. *concl.57.col.2. vol.5.* etiamſi niſi culpa impediti præceſſerit, Menoch. *de arbit.caſ.153.nu.3.* Pinellus *in Auth. tricennale, num. 46. Cod. de bonis maternis,* quorum doctrinam pulchrè declarat Surdus *deciſ.262. num. 6. & 17. & ſeqq.* vt vera ſit, quando culpa non eſt ordinata ad illud, vel quando eſt præparatum, tunc enim ſiue ordinatum fuerit, vel non, ſemper priuat excuſatione tale præparatum impedimentum, & vbi de negligentia, an tertio noceat, dicit tamen Gomeſius *de annal.poſſeſſ. quæſt.14.* licet de iure ciuili impedito culpa ſua tempus currat, tamen hoc non procedere de iure Canonico, & vbi per totum, an ſtante impedimento currat tempus: alias vide paſſim apud DD. quod allegans impedimentũ ipſum probare debeat, & quidem tale, quod remoueri non potuit, deinde quod quantũ in ſe fuit, omnem diligentiam adhibuit, iura & DD. allegat Reinking *de retractu q.7. n. 311. & ſeq.* vbi & quod dicatur legale & iniuſtum impedimentum Menoch. *d. caſu 153.* Tuſchus *lit.I.concl.28.* latè Pacianus *de probat.lib.2.cap.45.num.30. & ſeq.* de eo, qui citatus impeditus fuit, an Procuratorem mittere, & comparere teneatur, & latiùs *cap. 46.* de impedimenti & caſus fortuiti probatione, & *nu. 73.* quod cauſa ſtudiorum, infirmitas, & aëris intemperies excuſent à reſidentia; & plura de impedimento, quando excuſet vel non, in Scaccia *de iud.lib.2.c.9.* at in caſu propoſito reſpondi Dñm Pauli pro præſente habendum quotidianas diſtri-

Digitized by Google

butiones lucrari, quemadmodum quoties quis ex iuſta cauſa abeſt, pro præſente habetur, quod ampliatur, etiamſi quis ex ſua culpa abeſſet, modo culpa ad iſtam abſentiam nō ſit ordinata, prout hoc ipſum probat Wameſius *tom.2.conſ.568.num.5.& 6.* & ſic in terminis quotidianarum diſtributionum ſentit Couarr. *lib.3.var.reſol.cap.13. num.8. verſ.ſeptimo,* item Moneta *de diſtribut.quotid.p.2.quæſt.6.num.12.* & ita declarat ſacra Congregatio Cardinalium teſte Bonacin. *tom. 1. tract. de horis Canon. diſp. 2.quæſt.5.punct.1. n.1. & 7.*

7. Afflicto enim non eſt addenda afflictio, ſed potius ipſius miſeriæ commiſerendum *c. ex parte de Cler.ægrot.* Nauarr. *conſ.10.&11. de Clericis non reſol.lib.3.* Moneta *d. tract. de diſtrib.per totum,vbi & num.20.* ampliat procedere, vt neque ſtatutum valeat volens, quòd infirmus, ſi abſit à loco Eccleſiæ, non percipiat diſtributiones, addens *n.10.* quòd diſcedens à ciuitate valetudinis cauſa, eas percipiat, iunctis traditis per Bonacin. *d.loc.* vbi ampliatur procedere in terminis præciſæ conſuetudinis, & illo caſu, quo abſens propria culpa infirmitatem contraxiſſet, dicitque leuiorem morbum excuſare ab onere intereſſendi choro, licet non ab onere recitandi diuinum officium, ita quoque tradit Riccius *in praxi variar.reſol. cap.44.* aperta eſſe iura, Clericum collegiatæ Eccleſiæ, durante infirmitate, percipere quotidianas diſtributiones, ac ſi verè & perſonaliter diuinis intereſſet, iuris enim interpretatione pro præſente habetur, vt fingatur Eccleſiæ deſeruire, & hoc notabiliter ampliat in caſu, de quo agebatur procedere, ſi acquirendæ ſalutis cauſa alio ſe conferat, vel ad ſalubrius ſeſe conferat, ſpatiando parum, vel, vt ibi, officientis aëris inclementiam effugiat, vt alibi meliorem conſequatur, ſeu mutando locum parum ſeſe recreet, quod commune Medicorum in reconualeſcentia præſcriptum eſt pro habenda meliori ſanitate, è contra, vt tunc templa non frequentet propter variorum hominū halitus, quorum iudicium in hoc ſtandum eſt, quid ſanitati conducat vel officiat, quis morbus grauis vel leuis ſit *cap.fraternitatis de frigid. & malef.* & ſecundùm eorum conſilium iudicari debet, Menoch. *de arbitr. lib.2.cent. 1. caſ. 60. num.5.* cuius morbi grauitas & leuitas non à fine (quia finis morbi ſanitas eſt) nec à medio, quòd ipſius morbi perſeuerantia eſt, ſed à principio eiuſdem determinari & iudicari debet per notata Chaſſan. *in conſuet.Burg.Rubr.7.§.8.ad verb.ex quo procedunt*, ſicuti dicimus, quòd origo cuiusque rei præcipua pars in iudicando & interpretando ſpectanda & ſequenda ſit, Cothman. *vol.5.reſp.35.num.2.& 3.* prædicta dicebam eò ampliùs locum habere, quo certiùs erat, quòd in negotijs Capituli extra ciuitatem morbum contraxerat, quo caſu & ſumptus, valetudine detentis, ſoluēdos eſſe voluerunt Bald. & Bart. *in l.ſi cui, §.tamdiu, ff. quibus ex cauſis maiores, &c.* neque enim plus grauari debet, qui neceſſitate officij ſeu commiſſionis grauatus fuit *l. ſed ſi quis ex ſignatoribus, ff. quemadmodum teſtam. aper.* nec quis debet duplici damno onerari *l.nauis onuſta §.cū autē & §.quod ergo.ff.ad l.Rhod. de iactu,* quæ latiùs tunc temporis deduxi, & quantum ob defectum notificationis illius morbi, ex ſtatuto requiſitæ dixi, quòd intentio ſtatuti, quæ ex cauſa finali dignoſcitur, & in omnibus attendi debet, Griuel. *deciſ.Dolana 114. num. 18.* hic ceſſaret, de quo cum notoriè omnibus de Capitulo conſtaret, illius morbi notificationem non fuiſſe neceſſa-

Digitized by Google

ceſſariam; Cætera quoad hanc materiam de diſtributionibus quotidianis, an, & quales abſentes eas lucrentur, vide plenè in Bonacin. iunctis ijs, quæ ad diuinum officium in Choro publicè recitandū faciunt. De abſentibus *diſp.2.q.5. pun. 3. & ſeq.* & de legibus *diſp.1.q.1.punct.vlt.§.3.num.10.& ſeqq.* docet, quòd non poſsit induci conſuetudo, vt qui nō intereſt vel præſens eſt anniuerſarijs, ſtipendium percipiat Cacheran.*deciſ.9. num. 4.* iuncta *deciſ. 10. num. fin.* & Wameſius *tom.2.conſ.558.num.8.* tradit proteſtationem aduerſus impedimentum non eſſe neceſſariam, quando eſt notorium, & diligentia ſine effectu futura, vnde in notorijs non requiritur inſinuatio, Knichen *in encyclopedia cap.10.num.284.* pro quo facit regula; ſemel certioratus, amplius certificari non debet, quæ, an obtineat, vbi notificatio eſt de forma, vide Magon. *deciſ.Florent.40.* & Alex. *vol.4.conſ.24.* latiùs Scacc. *de iudic. lib.1.cap.30.num.5.& per tot.* de denunciationibus, ſimile in Mynſing. *6.obſer.46.* ibi quando in actu requiritur ſcientia, an ſufficit notificatio.

8. Verùm prędicta cauſa amicabiliter compoſita, & diſtributiones quotidianæ illi datæ fuere: Quæ autem ſint iuſta impedimenta, tradit Peckius *in cap. imputari non debet, de reg iuris in 6.* de effectibus impedimenti, & quomodo probetur Contard. *in l.diffamari, Cod.de ingen.manum.c.4.num..110. & ſeqq.* ſicuti nec impedimentum voluntarium excuſat, nec tum quando quis ſe nimium arctauit, textus & Gloſſ. *in d.l.2.§.8.* cætera de impedimento vide in Maſcard. Tuſcho, Arnoldo Reyger & quædam docta in Pinello *in d. Auth. niſi triennale, num. 42. & ſeqq. C. de bonis matern.* varios caſus deciſos de impedimento vide in Tepato *in Compendio deciſionum, tit.131. & tit. ſeq. de abſentia & abſentibus.*

Sextò qui tenetur ad diligentiam, ſi vtiq; que euadere non poteſt, & res proprias ſaluauit, non tenetur de negligentia, vide Stephanum de Phœde *de interpret. leg. par. 1. num. 12. fol. mihi, 92.* ſuper quo caſu haud pridem conſului in cauſa cuiuſdam depoſitarij, qui irruentibus militibus res, quas habebat apud ſe depoſitas, reliquit, allegando quòd eaſdem ſaluare non potuerit, ſimilis caſus proponitur apud Magerum *de Aduocatia arm. c.11. n.556. & plurimis ſeq.* licet pro iſta opinione plura adducantur argumenta in caſu propoſito, vtrum tutor in periculo cuſtodiam propriorum bonorum, pupilli bonis præferre debeat, & deciditur ſub diſtinctione per Roman. *ibi in ſing. ſuis alleg.* pro & contra arguitur in Munnoz *de Ratiocinijs cap.19 num.57.& ſeqq.* an tutor in caſu ibi adducto, pupilli commodum proprio anteponere teneatur, vide DD. per eum allegatos. 9.

Septimò negligentia negligenti, & non alijs, imputatur Chriſtinæus *vol. 5. deciſ. 88. num.28. & ſeqq.* & Verall. *d.deciſ.266.n.4.* dicit, vt quis negligens dici poſſit, inſpiciatur an quis illud, quod omittit, honeſtè facere poſſit, ſed qualis adminiſtratoris debeat eſſe diligentia in recuperandis debitis ad hoc, vt ipſi negligentia imputari non poſſit, tradit quoque Munnoz *de Ratiocin. cap. 19. num. 28. & ſeqq. vbi & num. 44.* licet contrahentis conditionem quis inquirere debeat, alias teneatur, ſi tamen pater pupilli, depoſitiones apud mercatorem, qui poſtea decoxit, facere conſueuit, excuſatur; puta ſi tempore depoſitionis erat adhuc in priori & bono credito, nam vti probat *num. 52.* vtens opera alicuius, qui à fide dignis fuit ad- 10.

Digitized by Google

approbatus, à negligentia excuſatur, ita nec de tali ſubſtituto, ſi aufugit, tenebitur, præponens Ant. Gabriel *in commun. concluſ. lib. 7. concl. 8. num. 62.* de quo latiùs infra *de Perſonarum accept. cap. vlt.*

Octauò, Iudicis arbitrio videtur relictum, an quis negligenter vel tardè quid egerit, Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu 204.* cætera vide in DD. hoc titulo paſſim allegatis.

Ah Domine IESV *aliorum negligentias excuſo, meas vltro agnoſco, eſt enim negligentia iuxta* Hugon. *animi torpor, quo quis minus diligens eſt in exequendo, quod exequi debet. quemadmodum ego mandata tua ſeruare debui & non feci, tibi indeſinenter ſeruire volui, & neglexi; facilis enim ſum ad ſeducendum, debilis ad operandum, & fragilis ad reſiſtendum, ſi decernere volo inter bonum & malum, decipior, ſi tento facere bonum, deficio; ſi conor reſiſtere, deijcior & ſuperor.* S. Bernar. ſerm. 8. *Quippe in minimis cautus, in maximis negligens.* S. Hieron. de homine perfecto, *Hinc didici nihil temere de me præſumere, ſed in diuino auxilio humiliter confidere, quia vbi ego deficio, tu reficis; vbi ego negligo, tu adimples: imple me totum temetipſo, quod ipſum perficere eſt tua potentia, quomodo verò & qua ratione, ſapientia, operis denique conſummatio, eſt bonitatis tuæ, dignare ergo Domine me abſoluere ab omni occupatione inutili, & præueni me, vt acerbiſſima tuæ Paſſionis tormentum, ſit culparum mearum operimentum, & negligentiarum ſupplementum, vt in vita nouitate amodo refloream in te, terraq; mei cordis arida & inculta per te in ſpecioſum virtutum omnium ſpinetum conuertatur, & totum pondus iniquitatis, negligentiæ & defectuum meorum mortis tuæ meritum abſorbeat, quod ſolum efficax fuit ad ſoluendum vniuerſale debitum, mori namque nos debuimus, & tu Domine ſoluis? nos peccauimus, & tu luis? opus ſine exemplo; gratia ſine merito; & charitas ſine modo. Itaque dulciſſime* IESV, *in te nunc reſuſcita ſpiritum meum torpentem, in tua morte reſtitue mihi vitam tibi ſoli viuentem, da virtutem tuum beneplacitum perficientem, & hic concede vt recogitem omnes annos meos in amaritudine animæ meæ propter omiſſa & commiſſa, corde, ore & opere, nihil enim aliud peccata & negligentia mea exigunt, quam vt faciam fructus dignos pœnitentiæ, cum hic ſit tempus gratiæ, nunc dies ſalutis, in hac vita peccatores exaudis, quos in altera punies, ideo optabitur mos & non veniet, qui hic fuerunt negligentes, eorum animas ſolicitudo & vigilia macerabit, illic plorabunt, gement & dentibus ſtridebunt: ea propter recurro ad fontem miſericordiæ, qui eſt ſanguis tuus pro me miſero peccatore effuſus, vt ego inde à maculis & negligentijs extractus ſiſtam me coram te, quoniam in conſpectu Diuinitatis tuæ nemo dubitat miſericordiam conſequi, cum nullum peccatorem reuerſum reſpuat, qui peccatores redimere venit; veni etiam ad me Domine, qui per me ſtare non potui, ideo ſæpiſſime miſerabiliter cecidi, & adhuc quotidie cado; humi iacens miſer diuinam tuam opem imploro vt erigas me, & denuo applices mihi virtutem pretioſi tui Sanguinis; ne derelinquas me in finem, quem tanto comparaſti labore, tam caro redemiſti pretio, in hoc conſummetur vita mea, vt in æternum ſaluetur tota ſubſtantia mea.*

Digitized by Google

TITVLVS QVINTVS.

Juſtitia in Opinionibus vulnerata.

CAPVT PRIMVM.

Efformata Opinionis hodiernus abuſus eiuſdemq́; talis qualis propugnatio.

1. QVemadmodum prouerbialiter dicitur: Latet anguis in herba; Item: In nemore lupus habitat; ita verè dicere poſſum: hic latitat infenſiſſimus Iuſtitiæ hoſtis; & hinc vſurpare illud Maronis:

Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga,
Humidus ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba.

Siquidem vt alter teſtatum reliquit:

Sanior eſt tanto, quanto eſt occultior hoſtis
In nemore latitans, vipera ſæpe ferit.

Quippe iuxta Saresb. *35.* magis pernitioſa ſunt, quæ quodam cautelæ velamento ſtudioſius occultantur, quia facilior cautio eſt, vbi manifeſta formido eſt, nam tela præuiſa minus feriunt, S. Cyprianus *tract. 3.* igitur ſi non velimus decipi, vigilandum eſt, S. Leo *ſerm. 1. Quadrag.* Hic inquam Iuſtitiæ hoſtis hæret in inſidijs, multiplici lorica, potiſſimum philautia, inſcitia, ac proprijs affectibus paſſionibusqúe armatus, vnde concatinata quadam obſtinatione & pertinacitate opiniones propugnari, easqúe validiſſimis rationibus expugnatas, tamen retro ſublapſas referri videmus, pertinacia enim victa non cedit loco, quia cuique ſtulto ſua placet opinio, quãdoquidem in hunc mundum intrauimus, inquit Seneca *epiſt. 91.* in quo his legibus viuitur, placet pare, non placet, quacunque vis exi, quandoquidem animus prauitate & affectibus delectum hominum habet, & iuxta Poëtam:

Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas,
Natura ſequitur ſemina quiſque ſua.

In cauſis quidem ſemper eſt ſuſpecta potentia, inquit Caſſiod. *3. var. epiſt. 36.* dum velle creditur quod poſſe iudicatur, malitia ait S. Ambroſius *Rom.* 12. contra ſe agit, & dum vincitur, vincere ſe putat; argumentis conuictus obſtinatus, nullatenus credere vult, nec ſe victum putat, dum per illa, quæ cupit & intendit, quibusqúe delectatur, quodammodo totus abſorbetur, & conſequenter ex iiſdem ratio & voluntas diſordinatur Geyler *in Nauicula fatuor. turba 13* Non mirum igitur quòd homines ſæpe id non ament, quod ratio dictitat, ſed ad quod tali voluntate impelluntur. 2.

Nec quiſquam quod non placeat ſibi iudicat æquũ.

Id autem falſariorum ſtudium proprium eſt, vt ad imitationem boni & æqui, vel veritatis iuridicæ ſemetipſos maximè exerceant, cum nil aliud ſit falſitas, quàm veritatis imitatio *Nouell. 73. in pr. de inſtrumentorum cautela*, ideo fruſtra fit quicquid in contrarium argumentis euiceris, quia dum quis radices, puta affectus, paſſiones, & proprias vtilitates, non euellit, fruſtra conaris incidere ramos, puta opiniones inde pullulantes, *cap. quia radix de pœnitentia* 3.

tia diſt.2. à ceſpite ſuo, inquit Caſſiodorus *epiſt.14.* virgulta ſua non diſcrepat, talis eſt opinio, qualis affectibus præoccupata, quid ergo mirum ſi affectu corrupto, & actus corrumpantur: quia quod ſemel ſub ratione boni ſenſibilis quis concepit, etiamſi poſtea ſub ratione honeſti occurrat, plerumque mordicus defenditur, nam iuxta Horatium:

Quod ſapit affectus, actibus id reſapit.

Et;

Sincerum eſt niſi vas, quodcunque infundis aceſcit.

4. Quemadmodum parum in mundo verſato haud ignotum eſſe poterit, quod hodie ex prędictis opiniones, atque ex opinionibus conſcientiæ efformentur, proindeq; conſcientia taliter formata, audacter omni profligato timore, quiduis ferè homo audeat, defendat, peragat, atque excuſet, ſic enim perſuaſus facilè opinatur, nil hoc verius dicto, cui licuerit, quod vult, ſtatim volet, quod non licebit, ſiue vt apud Macrobium ait Cyrus, eum, cui plus licuit quã par eſt, plus velle quàm licet, vel iuxta Senec. *in Hippol.* quod non poteſt, vult poſſe, qui nimium poteſt, maximè hominum malitia indies ſuccreſcente, ob quam nunc locum ſibi vendicat illud Poëtæ:

Sis bonus, ſiuè malus, quid refert? Marte premuntur
Iure mali quaſi vi, vi quaſi iure boni.

quia vt vulgo dici ſolet, mundus opinionibus regitur, & quia proni ſunt ſenſus hominis ad malum ab adoleſcentia ſua *Geneſ. 6.* & Deus excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum vt non videant oculis, & intelligant corde, &c. S. Ioannes *cap. 12.* quia excæcauit eos malitia eorum *Sap. 2.* imò in tam impunita & libera opinione & interpretatione, qua Iuriſprudentia ad contemptum redacta eſt, Vorburg. *in Encyclopadia Iuris publici, lit. I. in verb. per tot interpretationes,* ſuaptè voluntate excæcamur, viuimus & diſputamus, ac ſi lumen veritatis nobis non affulgeret, & ipſa bona naturæ in nobis extincta forent, ſic veritati vanitas, & opinionibus lex ipſa cedit, nefas autem eſt, vt leges videantur voluntates hominum, hinc iuxta Poëtam;

Auſi omnes immane nefas auſoq; potiti.

5. Quandoquidem ex opinione ſic efformata, facta iudicantur tanquam in bona intentione ſignata, prout S. Ambroſius ait, quòd intentio tua, operi tuo nomen imponat, vt ſi mala fuerit, opus quoque malum ſit, & è contra, quaſi intentio bona ſit, indubitatum ſignaculum boni operis, cum quo conuenit illud vulgatum:

Quidquid agunt homines, intentio iudicat omnes.

& illud Chriſti: Si oculus tuus, hoc eſt, intentio fuerit nequam, totum corpus tenebroſum erit, nec non vulgata Theorica, quòd actus agentium; non operentur vltra eorum intentionem, *l. non omnis,* ibi DD. *ff. ſi cert. pet.* cuius limitationem vide apud Iaſon. *in l. ſi vnus, §. pactus, col. 3. ff. de pact.* de quo latiùs egi, *parte 1. de Dubijs,* ſicuti & ibi alia adducitur Theorica, quòd quælibet cauſa excuſet à pœna & dolo, DD. communiter *in l. vn. §. fin.* ibi Iaſon *ff. ſi quis iur. dic. non obtemp.* & Iaſon *in l. ſi quis 10. num. 34. ff. de iuriſdict.* tradit, mulctas contemptæ iuriſdictionis non committi, vbi aliqua cauſa colorata adferri poteſt, hinc eſt, quod probabiliter opinatus, & credens ex iuſta cauſa feciſſe, à pœnis excuſetur, Iaſon *in l. properandum, §. ſiue autem, num. 8. & 9. Cod. de iud.* & latè exornatur in Meiſnero *tom. 3. Camer. Imper. 16. in grauaminibus reuiſionis, ibi paſſim.* hinc quoque or-

tum arbitror illud vulgatum; quilibet eſt verborum ſuorum interpres, quanquam verba dicentis non aliter ſint interpretanda, quàm eius intentio fuerit.

6. Hæc & ſimilia ex cauſis prædeductis traducunt etiam ad forum conſcientiæ, ſiquidem intentionis propoſitum culpas diſcernit, & merita, quod pulchrè illuſtratur apud Luc. de Penna *in l. colonos, ſub num. 6. Cod. de colon. illyr.* & quidem ita, vt etiam in conſcientia ad regulandas actiones, non tam attendi debeat, quid opinio in ſe habeat, quàm qualis ſibi appareat, vti hoc ipſum Doctorum auctoritatibus firmat Ferdinand. de Caſtro Societ. IESV *de virt. & vitijs, tract. de conſcientia opinante, diſp. 2. punct. 1. num. 9.* iunctis ijs quæ tradit Bonacin. *de peccatis, diſp. 2. quaſt. 2. punct 3. propoſ. 1.* vbi inter cætera docet, quòd ad mortale peccatum requiratur plena & perfecta cognitio, ſeu expreſſa aduertentia malitiæ, vel periculi malitiæ, vel ſaltem expreſſa aliqua dubitatio ſeu ſcrupulus peccati, vel vt alij volunt, niſi obligatio ſciendi, diſcendi vel inquirendi fuerit præcognita (nam ſi quis ſcire, diſcere, inquirere poſſit, & non facit, ignorantia non excuſat, non eſt enim tunc inuincibilis, ſed vel craſſa vel affectata, & talem vt plurimum hodierno tempore, quo via diſcendi, ſciendi, & inquirendi veritatem patet, exiſtere autumo) nam quia homo per peccatum mortale fit reus æternæ pœnæ, non eſt credibile, inquit Bonacina, Deum velle, vt homo tantæ pœnæ reus conſtituatur, niſi expreſſe aduertat ad peccati malitiam vel dubitationem, ita vt non ſufficiat ſola ipſius actus, ſed etiam malitiæ ipſius actus aduertentia, alioquin inaduertentia ſeu obliuio cenſetur inuincibilis & inculpabilis, ibi inter cæteras obiectiones, & hanc ponit, quòd paria ſint ſcire & ſcire debere, ad quam reſpondet, ſcire æquiparari ſcientiæ, modo præceſſerit cognitio ſeu cogitatio malitiæ vel eius periculi, prout peccatum ne quidem eſt in intellectu, ſed in voluntate, in qua etiam eſt meritum, Couarru. *in cap. poſſeſſor, par. 2. §. 7. ſub num. 10.* & Iohann. Geyler *in Nauicula Fatuorum, turba 98.* facit differentiam inter voluntatem ſenſualitatis vt natura, & voluntatem rationis vt ratio, vnde qui dum ſenſum habent peccati alicuius & aſſenſionis, putant ſe illud commiſiſſe, vel qui ſentiunt affectum partis ſenſitiuę, malè faciunt, non diſtinguentes inter voluntatem appetitus ſenſitiui, & voluntatem appetitus intellectiui.

Imò poſito dicit idem Geyler *citato loc.* 7.
quòd quis moueatur nedum voluntate ſenſualitatis, ſed etiam rationis, vt natura, at non deliberatè, non peccet mortaliter, verum tum demum, quando voluntas deliberata conſentit, quæ videntur ſatis probari *in cap. ſed penſandum eſt, diſtinct. 6.* niſi quod illud caput dicatur palea, interim videatur quoque Bonacin. *Tractatu de ijs quæ pertinent ad vſum matrimonij, quaſt. 4. punct. 7. in ſubnexis propoſitionib. de motu ſenſualitatis & de duplici conſenſu*, certum autem eſt quòd delicti ſpecies ab intentione petenda ſit, quæ eſt menſura omnium humanorum actuum iuxta D. Thomam *in 1. 2.* DD. allegat Barboſa *in cap. merita 15. quaſt. 1.* quòd delicta ſine voluntate non committantur, nec puniantur commiſſa, cum à voluntate pendeant, hinc eſt, quod Pontifex nos ignorantes ligare nolit, niſi ignorantia craſſa & ſupina ſit, *cap. vt animarum, de conſt. in 6.* quem textum doctè ſuo more declarat Couarr. *in relect.*

Digitized by Google

relect. cap. Alma, p.1. §.10. ante, num.12. & nu.17. ibi & declaratur *l.1. ff. de leg.* quæ prędictis videbatur obſtare, ad quorum vlteriorem confirmationem & declarationē, vide tradita *p.1. tit.4. de dubijs*, & Bonacin. *diſp.2. in quæſt. ſubſeq.* & exornatur apud Lucam de Pen. *in l. inſignis, n.6. Cod. de paſcuis publicis.* Vnde quoq; videbis ſyluam opinionum paſſim apud noſtros, de quo quid tenendum & ſentiendum ſit, ſatis dictum fuit *p.1. præſert. d. tit.4.* quibus præſuppoſitis videtur vulgo contra nos accōmodari poſſe illud Martial.

Vt poſſis melius fallere, ſume togam.

Poſtquam iuxta Horat.

Acceſſit numeriſq; modiſq; licentia maior.

8. Quandoquidē huic, aut illi opinioni, ſua ſtat autoritas & parata defenſio, quod & in cæteris ſtudijs, imo & in ipſa Theologia impune fieri videmus, quemadmodum iam olim de Philoſophis Cic. *de Diuinat.* Neſcio, inquit, quō nihil tam abſurde dici poſſit, quod nō dicatur ab aliquo Philoſophorum, puta ab aliquo ICtorum, nihil non in vtramque partem defenderit, ait Euripides, ſi dicendi fuerit peritus, nullum eſt vitium, inquit Senec. *Epiſt.116.* ſine patrocinio, vitia noſtra, quia amamus, defendimus, & malumus excuſare illa, quam excutere, vt latiùs ibi, & rurſus *lib.2. de Ira, cap.14.* cui tandem vitio aduocatus defuit? nec enim negari poteſt, quin multiplices & licentioſæ huius æui opiniones, ad multa vitia atque inconuenientia plurima, ianuam aperiant, ad quę tamen, pręter illas, multę patent vię, iuxta Authen. *de nuptijs, §. mitiores, circ. med.* Vnde neceſſe erit, vt malitijs hominum ſiue huiuſmodi opinionibus obuietur, *l. in fundo, ff. de rei vind. cap. Auaritia, de Elect. in 6.* alias rebus ita ſe habentibus, & tot DD. opinionibus inter ſe diſſidentibus permanentibus, altercationum finis non eſt exſpectandus, niſi Deus ter Optimus Maximus prouideat, ſecundet, & ad vnitatem eas reducat, vel niſi iuxta illud eiuſdem Euripidis, Mors iurgiorum finis ſit mortalibus.

Tanta quippe eſt noſtræ ſenſualitatis ſagacitas, vt ſtatim multas rationes veriſimiles excogitet, atque inueniat ad id, quod illi ſapit, & placet amplectendum; ē contra quod non conuenit, vel non placet, abiudicandum, quia amor proprius, vel philautia, hoc eſt, amor ſui ipſius, & paſſiones in nobis dominantes, ita nos excæcant, vt facillimè nos inducant ad longe ſecius de re qualibet, quam reuera eſt, iudicandum & credendum, quod pulchrè exornat Pater Rodericius Soc. Ieſ. *in Exercitio perfectionis, & virtutum Chriſtianarum, tract.4. cap.9. de obedientia*, vbi & dicit, quod tua iudicia ita te tranſuerſum agunt, vt iam te credere faciant, non eſſe paſſionem, neque ideo te dicere, quod ita dicere permagni tua interſit, ſed ideo, quod res euidens ſit, quam nemo non apertè ad oculum videat, tunc enim in præſentiſſimo verſaris periculo, & vix perſanaberis paſſionibus tuis, boni ſpeciem & apparentiam præ ſe ferentibus, ita perit omne iudicium, cùm res tranſierit in affectum; quandoquidem affectus & paſſiones cauſa ſunt, quod intellectus attentiùs conſideret bonum ſenſibile, at leuius honeſtum, quod quoad paſſionem iraſcibilem in vtriuſque ſexus hominibus tam Nobilibus quam plebeis ſæpiſſime notaui, quod illis iratis maius bonum ſenſibile ſit & fuerit vindicta, quæ conuenientior erat eorum appetitui. Hinc dixit Poëta: 9.

Impedit ira animum, ne poſſit cernere verū.

Digitized by Google

Quare multo præſtantius eſt, cum honeſtate bene operando viuere, quam illa contempta vel neglectis Iuris regulis, vndique rationes & opiniones conquirere, per quas impiè agas, cum & ipſa natura ita comparatum ſit, vt nil eorum, quæ iſto modo defenduntur, & defenſa accumulantur, perdurent, ſed deſperent, *Nou.13. de prætore populi c.4. §.1.*

10. Ex huiuſmodi fontibus credo ebullire parturientia bella & arma, etiam in & contra ſuperiores ſumpta, nam licet habeamus textus Iuris diuini & humani, quod hoc ipſum ſubditis prohibitum ſit, nihilominus huiuſmodi bellorum & armorum infinitos reperies propugnatores, quaſi inobedientia, item bella aduerſus ſuperiorem & ſimilia, non habeant vitium vniuerſaliter ex ſuapte natura, ſed accidere poſſit, reſpectu alterius, vt bona ſint, & honeſtari poſſint; ſicuti & obedientia in delictis inofficioſa dicitur, Gail. *lib. 1. de pace publica, cap. 4. n.12.* quo caſu inobedientia reſpectu Superioris, eſt obedientia coram Deo, & ſubintrat illud vulgatum, Melius eſt obedire Deo, quam hominibus, Nemo, inquit S. Auguſtinus *de Catechiſ. Rudib. cap. 14.* ordinat melius, niſi qui paratior eſt non facere, quod diuina poteſtate prohibetur, quam cupidior agere, quod humana cogitatione meditatur. Vnde licet Princeps præſumatur recte facere, & ita iuſtè præcipere, hoc tamen aliquot modis limitat Felin. *in c. quæ in Eccleſ. n.60. x. de Conſtit.*

11. Sic etiam arma in & aduerſus Superiorem ſumpta, non bellum, neque reſiſtentia appellâtur, ſed potiùs propugnatio Iuris vel diuini, vel proprij, vel priuilegiorum, ſeu ſi mauis, erit reſiſtentia per modum defenſionis Iure non prohibita, *l. prohibitum, l. defenſionis, C. de iure fiſci*, Tuſch. *lit. I concl. 413.* Wameſ. *Cent.1. conſ.21.* & paſſim DD. de quo quoque actum fuit *p.1. tit.2.* & late Greſſerus *de conſcientia lib.4. c.14.* an ſubditi in dubio debeant obedire ſuperiori, ibi & allegatur pro affirmatiua *cap. quod culpatur 23. q.1.* quemadmodum & dicitur

——— pro lege voluntas
Principis eſſe ſolet, quidquid decreuerit ille,
Eſſe ratum mos eſt, & legis habere vigorem.

Quamuis ad ea quæ ratione ſubnixa ſunt, hoc ſpectare dici poſſit, vel quando non tendit ad alterius iniuriam. Atque ita, niſi nomina deſint, prætextus non deerunt, nomina enim huiuſmodi hodie ſæpe nil aliud ſunt, quam humanæ improbitatis ſpecioſus prætextus, non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris, quæ verſantur in corde eius, *Prou.17.* ratio eſt, vt dicit Lyra, quia ſibi deſipiunt, propter habitum contrarium, neque ad opiniones defendendum, & contrarium illis oppoſitum verius depellendum, humano generi deſideria ſua vnquam defuerunt, ſed iuxta Poëtam.

Cuiq; ſuum caput eſt, vt Pilleus improbat Hermes,
Approbat Hermannus, nec vnquam omnibus idem
Perplacet, ac raro eſt in binis animus vnus.

Hinc prouerbialiter dicitur, Quot homines, tot ſententiæ; imo tot doctrinæ hodie, quot voluntates. Et vt dicit S. Aug. *lib.13 Confeſſ. cap.25.* non nouerunt magis ſententiam, ſed amant ſuam, non quia vera eſt, ſed quia ſua eſt, nam totum durum eſt, quidquid imperatur inuitis, Saluian. *lib.4. ad Eccleſ. Cathol. pag. 455.* Eleganter Senec. *Epiſt.123.* Mecum de hoc ipſo loquor, quam nihil ſit graue, quod leuiter excipias, quam indignandum nihil, ipſe indignandum aſtruas, quia 12.

Hoc portat leuiter, quod portat quiſq; libēter.

Qui-

13. Quibus ita præſuppoſitis, dicitur quoque nullum inde oriri ſcandalum apud alios, & ſi quod forte oriatur, ſcandalum eſſe paſſiuum & non actiuum, ſecundum Theologos autem ad peccatum ſcandali actiui, quod proprie ſcandalum eſt, neceſſario requiri opus ſcandalizans eſſe malum, vel mali ſpeciem habere. Quapropter quando in ſe non eſt malum, neque mali ſpeciem habet, non cenſetur tunc præbere occaſionem ruinæ, licet alij inde accipiant, Ferdin. de Caſtro *de virt. & vit. tr.6. de charit. diſp.6. punct.1.* qui & *tract.2. de libert. diſp.1. punct.13.* docet actiones prohibitas eſſe in triplici differentia, & aliquas ita malas, vt nec ab ipſo Deo honeſtari poſſint, de quo latius ibi, & de vtroque ſcandalo, Bonac. *de peccatis, diſp.2. q.4. punct.2. §. vnic.* vide ad eos.

14. Ego vero plane exiſtimo, multa millia hominum huiuſmodi irregulatis atque inordinatis opinionibus ſeu potiùs phantaſijs in infernum detruſa, & adhuc ſingulis diebus eò detrudi, non attento quod *d. tit.4. de dubijs* tradiderim, & verum putem, quod quis ſalua conſcientia ſequi poſſit opinionem probabilem relicta probabiliori, quod pulchre proſequitur & declarat Bonacina *de peccat. diſp.2. q.4. punc.9. propoſ. vn. per t.* quò breuitatis cauſa Lectorem remitto, ita tamen vt abſint affectus, paſſiones, philautia & obſtinatio; pertinacia quippe ingeniorum ſacris conſilijs raro acquieſcit, & abutentibus nihil vnquam ſacroſanctum, ſicuti & affectibus præoccupati, honeſti rationem nullam ducunt, imo prædicta excæcant homines, vt *cap. ſeq.* latiùs dicetur.

Enimuero nos ICti non falſam, non fucatam, nec ex affectibus & philautia conflatam, ſed veram doctrinam affectare & profiteri debemus, *l.1. ff. de Iuſtit. & Iur.* è contra, quantum in obſtinatione proficimus, tantum in iure deficimus, ſed obſtinatione quadam nitimur, cum ratione ſuperamur, *cap. conſuetudo, in fin. diſt.8.* & vt dicit ſacra Scriptura, Oculos habent, & non vident, aures habent, & non audiunt, imo auertunt faciem ſuam, ne videant in finem, *Pſ.9. & 113 & 134.* ob eandem cauſam laborantes culpabili errore Iſai. *c.30.* filios mendaces, filios nolentes audire legem Dei, qui dicunt videntibus, id eſt, Prophetis, Nolite videre, & aſpicientibus, nolite aſpicere nobis ea, quæ recta ſunt, loquimini nobis placentia, videte nobis errores, ita, ita fiet vobis, vt hîc liberiùs indulgeatis appetitui ac genio veſtro, poſtea vero plorabitis.

CAPVT II.

Opinionis vſus non minus temerarius quam periculoſus, & receſſus à regulis maximè præcauendus.

PRopter opinionum abuſum & periculum vellem mihi hoc loco ad exequēdam earum indignitatem, parem negotio eloquentiam & perſuaſionem dari, vt tantum virtutis eſſet in querimonia, quantum doloris in cauſa, dum ad opiniones tanquam ad ſacram anchoram confugimus, & ibidem tanquam ius aſyli conſecuti tuto ſubſiſtimus, cum tamen reuera ignoremus quid ſupremus Iudex de huiuſmodi noſtris opinionibus iudicaturus ſit, è contra optime ſciamus, nobis mandatum eſſe, & Eccleſiæ & ſuperiori obedire, quid igitur mecum fiet, ſi præceptis Eccleſiæ non obediam, ſi traditionibus non credam? ſi arma aduerſus ſuperiorem ſumam? aliaque, quæ ſunt de genere prohibitorum, peragam? nihilominus in hoc genere prohibitorum hodie tanto liberius 1.

Digitized by Google

berius diſcurrimus, quanto lõgius à vero Iuſtitię tramite diſcedimus, quia vt dicit D. Th. *2.2.q.109.a.2.* cũ peccare ſit deficere à ſummo bono, ꝙ ſecundum naturam humanam nobis competit, inde fit, vt ſuapte natura ex peccati triſtitia, conſcientiæ aculeus oriatur, ex hoc vero miſerabilis illa, qua ſceleſti laborant imprudentia, & cæcitas mentis: qui autem in prohibitis vagantur, de illis dici poteſt illud S. Bernardi: Quis magis mortuus, quam qui portat ignem in ſinu, peccatum in conſcientia, & nec ſentit, nec excutit, nec expaueſcit, qui in prohibitis ambulant, ratiunculas pro ſe adferunt, & huius vel illius opinionem pro ſe ſtare clamant, non abſimiles Sacerdotibus Moloch ſtrepitum facientibus, ne parentes filiorum ſuorum immolatorum fletus perciperent, donec immolati in manibus candentis æneí Idoli toti abſumerentur ardoribus, nunquid enim docemur diſputare, & non viuere, vt ait Seneca *Epiſt. 95.* hodie ita quidem, vt obligatio quantumcunque firmiter clauſulata, infringatur.

Nullũ crimen habet, iurata reſoluere pacta
Interpres noxam ludere quiſque poteſt.

Et vt dicit S. Auguſtinus, ſine præceptore audent ferre ſententiam.

2. At in illo die experiemur magnum periculum eſſe, quocunq; modo à vera ſẽtẽtia aberrare, apparebitq; hic ſubtiliter diſputare, & fari recte, miſerum, & viuere praue, periculoſum fuiſſe, quia Deus nullum flagitium inultum vel impunitum relinquet, qui licet nobis vt priſcis temporibus non loquatur, tamen quę ſua ſit ſententia, quid à nobis fieri velit, ſatis ſcriptum, & per ſuos dictum reliquit, in illo die experiemur ſerius, aliam eſſe Theologiam Dei, aliam hominum, & aliud eſſe iudicium Diuinum, aliud humanum, paſſiones itaque & affectus inordinatos ſupprimere & cohibere debemus, quia nihil illis homine rationali eſt indignius nihil ad errores ingerendos periculoſius. Vnde S. Hier. dicit: Nugas tenemus, & fonte veritatis amiſſo opinionũ riuulos cõſectamur. In Eccleſia quamdiu viuimus, inquit S. Aug. *in Ioã. ſer. 42.* pugnamus, & quamdiu pugnamus, periclitamur. Semper igitur in futurum proſpice, eiuſq; temporis maiorem, q̃ præſentis rationẽ habe, Phil. de Ioſeph. Quippe qui obſequitur concupiſcentiæ, mox patitur aculeos cõſcientiæ, Th. de Kẽp. *de Imit. Chr. lib. 1. c. 9. in fin.* & vt dicit Daniel *c. 13.* Species decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum; nunc autem excuſatio tanto minus admiſſibilis, quanto clarior ex vnitate, antiquitate, miraculis alijſque, de quibus *d. tit. 4* latiùs dictum fuit, effulget Eccleſiæ authoritas, claritudo & certitudo, quæ etiam in politicis & Iuridicis ſatis apparens videri poterat ex traditis *p. 1. tit. 5. c. 3.* quo breuitatis cauſa fit relatio, & q̃uis ibi *tit. 4. c. 1.* dictum fuerit, ꝙ in tanto DD. conflictu de ſingulis quodãmodo dubitare licitũ videatur, tamen cõtra quoq; fatendum eſt, ꝙ in omni genere cauſarum tot extẽt lucubrationes, & tot habeamus deciſiones, vt Martha *in digeſtis deciſionum in praef. ad Lect.* alios, quam ibi digeſtos vel compreheſos caſus, ſuperaddi non poſſe arbitretur, quod tamen adſtipulante mihi quotidiana experientia verum non credo, ſicut Alciat. *in l. fin ff. de verb. ſign.* aperte fatetur, innumerabiles dubitationes ex facto oriri, quas niſi omnino Oedipus is ſit, ex legũ ſylua decidere nemo vnus poſſit, vt plane ſine Bart. alijſque DD. Ius noſtrum non conſtare auſit affirmare, addens, ſi exſtarent veterum ſcripta, hodiernas lucubrationes neceſſarias non fore.

Por-

Digitized by Google

3. Porro cum infinitæ infinitorum caſuum extent deciſiones, non æquè, vt Priſci, conqueri poſſumus, nam veritas, quæ ſecundum Gellium temporis filia eſt, planiſſimè & errores omnes à quibus caueamus, & doctrinas, quas amplectamur, demonſtrauit, quid enim reliquum eſt, ad videndum, quod viſum non ſit? quid reſtat patefaciendum, quod patefactum non ſit? quid proſpiciendum, cui prouiſum non ſit, quid decidendum, quod nō deciſum reperiatur, quid legendum, quod non ſit lectum, quid poteſt cognoſci quod non congitum ſit, quia nihil ſub ſole nouum dicit *Eccleſ. cap.1.* nec valet quiſquam dicere, ecce hoc recens eſt, iam enim præceſſit in ſæculis, quæ fuerunt ante nos, ſemper, vt ait Tucidides, eadem fabula in mundo agitur, omnia inquit Tacit. 11. *Annal.* quæ nunc vetuſtiſſima videntur, fuere noua, hinc Cyrus apud Xenophontem iam moriturus, filios hiſce alloquitur verbis, diſcite ex ijs, quæ antea facta fuerunt, ſeu ſi de præſentibus aut futuris agendum, alij conſulendi, ne eorum error, animæ perditionem pariat, mortemq; perpetuam, quantumcunq; tu ſapiens & prudens ſis ne innitaris, ait Salom. *Prou.3.* prudentiæ tuæ, nam iuxta S. Auguſt. dicendo te ſapientem ſtultus factus es, dic te ſtultum & ſapiens fies, idem qui ſibi placet, ſtulto placet, ſuperbus ſibi placet ergo ſtultus eſt, cæcitatem ſuam ſi non cognoſcat inſtar fatuellæ eſt, de qua Seneca ſcribit, quæ cum eſſet ſubito cœca facta, domum tenebroſam putabat, perbelle igitur, S. Aug. *lib. 1. cap.3. de Trinit.* quiſque hæc legit, inquit, vbi pariter certus eſt, pergat mecum, vbi pariter hæſitat, quærat mecum, vbi errorem ſuum agnoſcit, redeat ad me, vbi meum, reuocet me, quem ab alijs quoq; allegatū vidi *ibid. cap.2.* dicentem, nec pigebit me ſicuti hæſito, quærere, nec pudebit me, ſicubi erro, diſcere, quemadmodum & ego in omnibus meis ſcriptis non modo pium lectorem, ſed etiam liberum correctorem deſidero, quia præcipua prudentia eſt, alios prudentiores arbitrari, præcipua eruditio eſt. diſcere velle Plin. *lib 8. Epiſt.23. in pr.* nam proprio Iudicio facilis eſt error, & quiſq; propria in cauſa cœcus eſt arbiter, imo omnia illi deſunt, ait S. Bern. qui nihil ſibi deeſſe putat, & nihil vt ego arbitror, ſcit, qui ſe omnia ſcrire arbitratur, nam is à nemine doceri deſiderat cum tamen vulgaris verſus habeat.

Si quis forte velit Iuriſconſultus haberi
Inuigilet ſtudiis, velit à quocunque doceri.
Et Multa licet ſapias, non dedignare doceri
Quis, niſi mentis inops, omnia ſcire putet?

In præcipiti pedem porrigit ait S. Greg. qui menſurarum ſuarum limitem non attendit, & plerumq; amittit, quod poterat, qui audacter ea, ad quæ pertingere non valet, arripere feſtinat, & tamen multi ita inſaniunt, vt antequam rectè didicerint, docere velint, & antequam inſtruantur, inſtruere vſurpant, imperita ruſticitas inquit Veget. *lib.3. de re milit.* plura promittit & credit ſe ſcire, quæ neſcit.

Quippe via ſtulti recta in oculis ſuis, qui 4.
autem ſapiens eſt, audit conſilia *Prouerb. 12.* mihi hoc omnino certum eſt, inquit, D. Efferen, *in manuali Politico de ratione ſtatus ſeu idolo principum lib.3. punct. 6. ante verſ. in tertio gradu,* ſi Iudex Deum ſuum timeat, non facile leges & Iuſtitiæ terminos præteribit, ſi paſſionum ſuarum Dominus eſt, aliena recte iudicabit, ſi Principē ſuū amet, ſubditos eius nō opprimet in iudicio, ſed tamen hodie plurimi ſunt fœminis ſimillimi,

Nnnn qua-

quarum mos eſt vt ait S. Hieron. *in reg. ad Euſtoch.* vt ſemper contrarientur, imitantur enim originem ſuam, dum ex curua coſta factæ, recuruent ſe ad omnia, hinc quidam vxorem ſuam perditam in aqua contra fluuium quæſiuit, ita ſenſualitas veræ rationi contraria petit, cupit delectabilia, & quia præſentia intuetur & amat, negligit futura, ſicuti nobis res cordi eſt, ita de ea frequenter iudicamus, nam verum iudicium propter priuatum amorem, facile perdimus. & vltra proprium videre nemo libenter ducitur Thom. de Kemp. *de imit. Chriſti lib.* 1. *cap.* 14. quare iuxta Hugo. *lib.* 3. *didaſcalicon*, ab omnibus libenter diſce, quod tu neſcis, quia humilitas commune tibi facere poteſt, quod cuique proprium fecit, ſapientior omnibus eris, ſi ab omnibus diſcere volueris, qui ab omnibus accipiunt, omnibus debitores ſunt imò dixit Chriſippus *in Prouerb* quod tu non noſti, fortaſſe nouit aſellus. amemus itaque à ſingulis inſtrui, ne turpitudinis maculam contrahamus: quia turpe eſt nihil diſcere velle.

5. Equidem multi valde ſibi detractum putant, ſi alieno ſe egere conſilio & doctrina oſtendant, cerebroſi & vec rdes non minus, quam Xerſes Perſarum Rex, qui adeo proprio nitebatur conſilio, vt agnoſcens, quos conuocauerat conſiliarios, non approbare quod ipſe decreuerat, ne videar, inquit, meo id tantum conſilio aggreſſus, contraxi vos, cæterum mementote mihi potius imperandum, quam conſulendum, qui vt loquitur *Pſaltes Pſalm.* 72. tranſeunt in affectum cordis, magni affectus, inquit Quintil. *declam.* 296. Iura non ſpectant, & S. Hyer. multa nos facere cogit affectus, qui expers Iudicij eſt ait Calph. Flacc. *declamat.* 2. amor, non rationem habet, non ſanitatem, ille autem in vos dominatur affectus ait Senec. *lib.* 1. *cont.* 8. qui animum prius intrauit, vnde perbellè Grotius *de iure belli lib* 1. *cap.* 3. *ſub num.* 5. monet dicendo, meminerimus non omnia probare quæ à quamuis præclaræ famæ auctoribus dicuntur, ſæpe enim tempori, ſæpe affectibus ſeruiunt, & aptant, vnde non longe abit Ciceronis dictum, nemini vllam diſciplinam Philoſophiæ probari, præter eam, quam ipſe ſequitur, addit pleroſque teneri adſtrictos, antequam quid eſſet optimum, iudicare poſſint, qualis es, ita iudicas, qui paſſionibus ducitur, etiam bona peruertit in mala, ſub ſpecie veritatis, inquit Ferrand. Carthag. quondam Diaconus *in parenetico ſuo, cap.* 11. plerumque falſitas vindicatur, & quoties requirunt veritatem, miſerabiliter anteponunt humana diuinis, zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam, vt Apoſt. loquitur, ſæpe apparet opinio, quæ eſt legis obliuio, ſæpe apparet charitas, quæ eſt carnalitas, ſæpe apparet tibi zelus, quod eſt grande ſcelus, ſæpe apparet tuta conſcientia, in qua nulla eſt confidentia, & vt dicit Thom. de Kemp *lib.* 3. *de imit. Chriſti cap.* 15. non omne deſiderium eſt à ſpiritu Sancto, etiamſi videatur homini bonum & rectum, difficile eſt pro vero iudicare, vtrum ſpiritus bonus, an alienus te impellat, ad deſiderandum hoc vel illud, an etiam ex proprio mouearis ſpiritu, & hæc fiunt propter inordinatos motus & affectus, Deus ergo tollat eorundem præiudiciales affectus, quid enim remedij eſſe poterit, niſi hoc Deus ſingulariter faciat, an enim fieri poſſe putas, vt illud non imitetur aliquis, cui cum amore admirabundus adhæret, ait Plat. *lib.* 6. *de Rep.* an putas fieri poſſe, quod ratio humana, affectibus præoccupata, ſatis perſpiciat?

Digitized by Google

ciat? an putas fieri poſſe, quod in aliqua re, quis intereſſatus ſanè diſcernat & Iudicet?

6. Quoniam philautia detentus, affectibus & paſſionibus impeditus & inebriatus, ſuã opinionem ratiunculis quibuſdam expolitam mordicus tenet, & defendit, ſed tamen hoc ipſo, quod opinionem contra regulam Iuris, vel contra præcepta diuina vel Eccleſiæ, ſeu contra prohibita quis propugnat, non ſatis tutus erit, ſiquidem opinionem definit Layman. *in Theologia morali tract.* 1. *cap.* 5. §. 2. *num.* 1. quod ſit animi ſententia incerta & non carens formidine oppoſiti, & ex noſtris Menoch. *lib.* 1. *præſump. q.* 7. *num* 53. *ex Ripa.* quod ſit animi motus cum hæſitatione aliquid eligentis, & quandoque appellatur veriſimilis, vel vehemens ſuſpicio, *& per tot.* pulchre explicat, quomodo inter ſe differant præſumptio, inditium, coniectura, ſignum, ſuſpicio, iunctis traditis per Farinac. *de inditiis & tortura q.* 36. *nu.* 193. *& ſeq.* & D. Thom. 22. *quæſt.* 1. *art.* 4 vbi tradit differentiam inter opinionem, fidem, ſcientiam, dubium, & ſcrupulum, vel vt aliqui definiunt communem opinionẽ, quod ſit ſententia de iure non aperto approbata, quo ipſo, meo Iudicio, contra Coratium *de com. opin. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 11. *& ſeqq.* aperte ſequitur, quod communis non ſubintret vbi ius apertum eſt vel ratio legis expreſſa, quia ſic non opinio, ſed abſolutus error eſſet, quatenus vero communis opinio contra legem, vel eiuſdem rationem introducta inualuit, potius antiquata lege, vt obſeruantia vel conſuetudo præualet, non vero inſtar communis opinionis, quam contra legem, eiuſdemque rationem, peſtẽ appellat Zaſius *ad tit. ff. de orig. iur. ad verb. Atteius capito num.* 34. vbi in præcedentibus plura adducit, at hæc fiunt propter inordinatos motus, & affectus, vnde dolere debent, inquit Boëtius *de ſummo bono*, qui delectationibus ſenſualibus detinentur bona interiora omittentes, nam dediti bonis ſenſualibus ſumma bona non attingunt, quos ipſe de *Conſolat.* 4. comparat, veſpertilionibus, inquiens, quod nequeant oculos ſuos tenebris aſſuetos ad lucem perſpicuæ veritatis attollere, ſimileſque ſunt auibus, quarum intuitum nox illuminat, dies excæcat.

Communiter impietatis pœna eſt cæcitas, huius fructus obſtinatio & ſecuritas *Iſa. cap.* 28. *&* 30. de quibus dici poteſt illud *Pſalm.* 80. & non audiuit populus meus vocem meam, & Iſrael non intendit mihi, & dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus, vel vt dicit textus in *cap. ita corporis* 11. *q.* 3. æquitatem vel opinionem, tanquam iuri & æquitati conſona forent, argumentis tegere, & ſub quadam virtutis ſpecie, fucatis quibuſdam exquiſitis adinuentionibus obruere ſtudent, vera autem eſt tyrannis, vbi arbitria hominum, non leges dominantur, è contra vere ſapit ille, qui rationem non opinionem ſequitur, differt namque iuſtitia ſpiritus & carnis, multi veritatis errore, aut vitæ vitio, aut peruerſis rationibus decepti, ſeipſos magis decipiunt, nam licet opinio quid ſpontaneum ſit, non tamen omne ſpontaneum eligibile, ſed id, quod eſt præconſultatum, cum electio ratione exiſtat & cogitatione Borellus *in ſumma deciſ. lib.* 2. *tit.* 39. *num.* 78. Huiuſmodi autem deceptionis variæ cauſæ dari poſſunt, inter cæteras habes ex S. Gregorio 11. *moral. cap.* 21. in peccati pœna inquit, in mundi peregrinatione & exilio tanta cæcitate percuſſi ſumus, vt nobis ipſis ignoti ſimus, 7.

nam luce veritatis ab anima noſtra ſemel depulſa, nihil in ea præter ignorantiæ tenebras, remanet, quæ cauſa eſt, vt frequenter in foſſam peccati labatur, & tamen ignoret, ſicuti & teſte Hugo. *lib.* 3. *didaſcal.* multos decipit, quod ante tempus ſapientes videri velint, vt iam ſimulare incipiant, quod non ſunt, & quod ſunt, erubeſcant, & eo longius à ſcientia recedunt, quo non eſſe ſapientes, ſed putari, putant, & iuxta S. Gregor. in Paſtor. *cap.* 1. ſicut plerique, qui metiri ſe neſciunt, quæ non didicerint, docere concupiſcunt, qui pondus magiſterij tanto leuius exiſtimant, quanto vim magnitudinis illius ignorant, quorum opiniones ſibi ipſis periculoſæ, & alijs damnoſæ exiſtunt, ideo diſcere debet quilibet, antequam doceat, *cap. in his in fin. diſt.* 23. *cap. ſic viue* 16. *quæſt.* 1. *& Eccleſ. cap.* 6. antequam loquaris diſce, Boët. *in lib. de Scholaſt. diſcipl.* oportet, inquit, vt prius quis diſcat, quam doceat, miſerum eſt enim eſſe magiſtrum, qui nunquam ſe nouit eſſe diſcipulum *cap. prohibentur diſt.* 48. *cap. miſerum diſt* 61. hi ſunt fratres ignorantiæ, & iuxta Terent. *in Adelp.* homine imperito nihil, quicquam iniuſtius, qui niſi quod ipſe facit, nihil rectum putat, imo ſe ipſos ignorant, ſeipſum autem ignorare deſipere, & ſe noſſe ſapere eſt, hinc in Delphis hæc inſcriptio legebatur, noſce te ipſum, *de quo p.* 1. *titul.* 8. *cap.* 1. *& vlt. dictum fuit*, quo admonemur, noſtri ipſius ſedulam inſpectionem habere, & prudentiam & Iuſtitiam colere.

8. Sed neſcio quo fiat pacto, inquit Cic. *de offic.* vt magis in alienis cernamus, ſi quid delinquitur, quam in nobiſmetipſis, cui ſuccurrit Nazianze. *Epiſt.* 121. *ad Eudox.* dicens, facilius eſſe nobis in alienis, quam in proprijs Philoſophari, & Curtius *lib.* 7. *de geſt. Alexandri Magni*, in ſuo quiſque hebetior eſt, quam in alieno, nam in alieno oculatiſſimus quiſque eſt, è contra in proprijs & domeſticis caligat, & penitus cæcutit, aliena vitia, ait Senec. *lib.* 2. de ira, in oculis habemus, à tergo noſtra ſunt, aliorum Medici vulneribus ſcatemus, obſeruamus inuicem peccata, non vt ea deploremus, ſed vt exprobemus, non vt ſanemus ſed vt inſuper vulneremus, & pro defenſione noſtrorum vitiorum, habemus proximorum vulnera, ah! quam ſæpè non tamen Chriſtiane nec iuridicè audiui vitia propria aliorum ſceleribus defendi, cum tamen translatio criminis non excuſet, prædicta exornantur à Tiraq. *de pœnis temp. cauſ.* 51. *num.* 6. vbi effectus philautiæ ſeu amoris ſui ipſius: amans quid cupiat, inquit Mimus, ſcit, quid ſapiat, non videt, de hominum cæcitate vide plura loca ex ſacris litteris recitata per Auctorem *tract. onus Eccleſiæ cap.* 10. quemadmodum S. Hieron. *in Apolog. ad Pammach. & Oecean.* dicit, erga ſe ipſos & ſuos eſſe talpas viſu carentes, in alienis caprearum oculos habere, & iuxta ſacram paginam, feſtucam in aliorum oculis cernimus, trabem vero noſtris in oculis non videmus, quando quidem Perſ.

Nemo, ait, in ſeſe tentat, deſcendere nemo,
Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.

Quiſquis proximum corripere & corrigere vult, ſui corrector eſſe debet, quia ſeipſo nihil propinquius, verum amara ſunt, ait Lactan. *de falſa relig. lib.* 1. *cap.* 4. vitioſis & male viuentibus præcepta iuſtitiæ, vel vt dicit, S. Aug. 10 *de ciuit. Dei* 29. pudet corrigi, quod vitium niſi ſuperborum eſt, pertinacia ingeniorum ſanis conſilijs non acqui- 9.

Digitized by Google

acquieſcit, adeo omnes ſibi ipſis fauent, citiusque vitam, quam cauſam ſuam deſerunt, cum tamen maxima virtus ſit, veritatem agnoſcere, maior conſeruare, maxima non deſerere, ſed vt omnibus malis punicis ineſt granum putre, ita vix inuenies, qui affectibus & paſſionibus ſuis dominetur.

10 Huius deceptionis & cœcitatis cauſa quoque eſt philautia, inſcitia, affectus & paſſiones cap. præced. relata, quæ cum vitioſa ſint, impoſſibile eſt, quod radix infecta virentem ſtipitem producere poſſit, neque enim præſidio legum tuti, vel inſtructi, pro ſua à regula exceptuata opinione, ratiunculis conquiſitis, contra validiores concertant, & quicquid lubitum, id protinus licere ſibi perſuaſum habent, imo prioribus ineſcati, prætenſam ſuam opinionem validioribus rationibus validiorem vltro iactitant; qui ſi oculos haberent lucidos, & non pellicula affectionis, inſcitiæ, philautiæ ac pertinaciæ obductos, vel ſi propriæ æſtimationis faſcino non tenerentur, regulam vtique firmiorem cenſerent, à qua recedere in prohibitis, ſemper periculoſum putaui, cui conſonat Theorica, quod ſpecialitates non facile ſint inducendæ, ſed ſenſus per quem inducitur ſpecialitas aliquo caſu eſt fugiendus, proindeque qui dicit aliquid permiſſum in caſu ſpeciali, id probare, & rationem ſpecialitatis, aſſignare debet, prout prædicta probat, Beſoldus *in Theſauro pract. lit. C. verb. confiſcation in ſupplic. ad Cæſar* proinde Reuerendiſſimũ Dominum noſtrum ſuffraganeum Dominum Strauium I. V. D. Epiſcopum Ioppenſem Sereniſſimi Principis Electoris Colonienſis Vicarium in Spiritualibus & Metropolitanæ Eccleſiæ & ad S. Vrſulam Canonicum Prælatum omni exceptione maiorem, coram alijs ſæpius non ſatis laudare potui, atque ſummoperè laudo, quod iuxta Concilij Tridentini præſcriptas regulas viuendum, neque tam facile diſpenſandum eſſe ſtricte velit, omnes enim ſciunt quanta mala in orbe Chriſtiano cauſauerit facilitas diſpenſationum, & priuilegiorum multitudo, licentia enim, vt ait Comicus, reddimur omnes deteriores, & Syrus apud Macrobium dicit eum, cui plus licet, quam par eſt, plus velle, quam licet, nimis Priuilegiati & diſpenſati in moribus plerumque habent, vt faciant quod volunt, & quando volunt, tanta eſt in humanis ſenſibus procliuitas ad malum, tam faciles lapſus, vt arte opus ſit, vt quis ſtet, nec cadat, referente M. Anton. Natt. *lib 3. de Princip. doctrina,* qui tandem opinantur non eſſe iniuſtum, quod eſt fructuoſum.

Dum ſibi quæ proſunt cuncta licere putant.

Secundum impiam Euph. ſententiam apud Thucid. in ore omnium eſt, inquit Pontifex *in ca. Epiſcopalia de priuileg.* priuilegia vulgari nimis non oportet, ne honor, cui excellentiora debentur, ſui numeroſitate vileſcat, quo reſpectu illa, & diſpenſationes vulnera appellat S. Auguſt. *in cap. ipſa pietas 23. quæſt. 4.* prædictorum, prauos effectus recitat Poëta hiſce verſibus.

Actio ſi quemcunque poteſt quæſita tueri,
Exulet à mundo lex, Ratio, Ordo, pudor.

Quare nec actio ſeu color & exceptio quæſitæ, ipſum diſpenſatum ſatis tutum in conſcientia reddunt, ne quidem ſemper in illis caſibus, in quibus diſpenſatio locum habet, & natura ſua valida exiſtit, quia quoad diſpenſatũ, fucatas & cõquiſitas rationes 11.

Digitized by Google

obtrudentem, inualida diſpenſatio poteſt eſſe in ſpecie, quæ in genere alias foret valida aut æqua, iuxta tradita Superius *de Æquitate, & tit. ſeq. cap.* 5. hac de re horribilia adfero exempla, manifeſtato namque periculo excitatur diligentia cautionis ait S. Leo *ſerm. 5. de Ieiu.* vtile eſt inquit Symm. 5. *Epiſt. vlt.* in publicam proferre notitiam, quod velis correctum, vt denunciatione futuri periculi, ad conſulendum cunctorum curæ alter moueatur, (an & quando Religioſi agentes contra regulas conſtitutionum peccent vide Felin. *in cap. nam concupiſcentiam, num. 9. & ſeqq. x de conſt.*) neque etiam huic deceptioni prætextus ignorantiæ obtrudi poteſt, quamuis enim ignorantia à peccato excuſet, non tamen illa, quæ eſt vincibilis, nec illa quæ ex aliorum validioribus rationibus remouibilis eſt, cum hoc caſu ignorantia non conſtituat inuoluntarium, de quo vide latius & docte Couar. *in cap. alma mater* §. 10. *nu.* 12. *p.* 1. *& aliquot ſeqq. quomodo ignorantia excuſet vel non, in relect. Clement. ſi furioſus p.* 2. §. 1. vbi an dans operam rei illicitæ teneatur ad ea, quæ præter eius intentionem accidunt, & quomodo excuſet ignorantia vel non, iunctis traditis, *p. 1. tit. 4. de dubijs, ibi* & per Patrem Laym. allegantur certa requiſita vt Aduocatus tuta conſcientia in cauſis partium inſeruire poſſit, ſæpius autem tacitè mecum perpendo, quid futurum ſit in illo die, ſi fortè Deus contra hanc vel illam tuam opinionem iudicet, an non in æternum tunc miſerrimus, nec remedio locus futurus ſit, iuxta Claudian.

Quid iuuat errores merſa iam puppe fateri.

12. Miſerum eſt, ait Nazian. *ſerm.* 40. cum nundinæ effluxerint, negotiationem quærere, interim certum atque indubitatum manet, quod iuxta præſcriptum & ordinem, quibus ſimiliter omne genus hominum tenetur, viuere & ſapere debemus, ne nos inconſultæ pertinaciæ ſero peniteat, *l. vn. C. de conduct. & Procurate lib.* 11. inutilis eſt enim pœnitentia, quando eidem amplius non eſt locus *l. ea mente ff. de furtis*, medicina mortuorũ, inquit Fab. ſera eſt, & Senec. Theſſ. 1. ſerum eſt cauendi tempus in medijs malis, poſtquam autem S. Paul. qui vas electionis erat, & qui nihil mali ſibi conſcius, eo quod regulis & præceptis diuinis inſiſtebat, ſe in hoc non Iuſtificatum exiſtimabat, quia dominus eſt, inquit, qui iudicat, quomodo tu te tutũ arbitrari poteris, qui à regulis exorbitas & in prohibitis verſaris, niſi quod tu ipſe iſta iuſtifices, cum tamen ſæpius cogitare deberes illud Saluiani *lib. 3. ad Eccleſ. Catho. pag.* 390. ecce inquit, iturus es infœliciſſime omnium ad examen ſacrum, ad tremendum illud intolerandumque Iudicium, vbi peregrinanti animæ atque anxiæ nullum poteſt eſſe omnino ſolatium, niſi ſola tantummodo bona conſcientia, ſola tantummodo bona vita, aut quod proximum eſt bonæ vitæ miſericordia, nam quid euenturum ſit, docet Poëta:

Et coram hoc Domino Reges ſiſtentur ad vnum
Decidet è cœlis ignis & ſulphuris amnis.

Et vt Publ. dicit, non eſt ad aſtra mollis è terris via, & adhuc tamen reperiuntur, qui ſibi nimium fauent, Philautia & affectibus vel etiam proprio commodo faſcinati & præoccupati, ac proinde opinio illorum tãto perículoſior eſt, quanto proprius ad prędicta accedit, quippè nemo diu tutus eſt, inquit S. Cypria. *lib. 1. Epiſt.* 11. ad Pomp. periculo proximus, nunquam intra vnam caueam habitans cum Lupo, hoc eſt cum 13.

præ-

Digitized by Google

prædictis affectibus & proprio intereſſe, tutus eſt agnus, *idem* 3. *Epiſt.* 4. vbi audacia priores partes habet, ibi probitatem laborare neceſſe eſt, *Dio lib.* 41. igitur non quod in præſentia iucundum eſt, ait, ſed quod in perpetuum prodeſt, vtile Iudicetur, ac proinde ex eo curationis fiat initiũ, vbi magis noſcitur eſſe periculum Caſſiod. 5. *Epiſt.* 39. nam iuxta Poëtam:

Nemo cauenda timet, qui metuenda cauet.

14 Si Iudex es, ſic iudica quaſi mox ab alio iudicandus, vnus eſt enim omnium Iudex tribunal incorruptum habens, ante illud ſtabis, ô mortalis, ante illum inquam Iudicem, qui latebras cordis videt, qui irregulatis opinionibus ſemper infeſtus eſt, qui iuſtitias noſtras iudicabit.

Quid et miſer tunc dicturus
Quando iudex eſt venturus
Cuncta ſtrictè diſcuſſurus, &c.

Vbi nec pecuniæ, nec gratiæ, nec falſi teſtes, nec indignæ preces, nec inanes minæ, nec diſerti proderunt patroni, ſimus ergo docti vel indocti, omnibus ſedulo cogitandum erit, quod & iuſti pauebunt ad aſpectum Iudicis, quis enim poterit ſufferre iratum vultum iudicis, nec non terribile eſt, quod Apoſt. 1. *Corinth. cap.* 1. dicit, perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentum reprobabo, velut in *Iſaia cap.* 29. dicitur, peribit ſapientia à ſapientibus eius, & intellectus prudentium abſcondetur & per Prophetam. Abac *cap* 1. dicit Dominus, perdam ſapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Eſau, puta omnes ſapientes, qui iuxta leges diuinas, Canonicas & ciuiles non procedunt nec iudicant, ſed ſuis opinionibus contra eaſdem inſiſtunt, vt eorum occaſione merito in diuerbium abierit, Mundus regitur opinionibus, ſed iuxta Proph. ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt, opinio igitur tua ſit regulata non phantaſtica, legitima non cerebrina, neque innitaris prudentiæ tuæ, quia vt loquitur, Senec. *Epiſt.* 120.

Sunt bona mixta malis, ſunt mala mixta bonis.

Et virtutibus vitia continua & prouidè mentiuntur, *cap. niſi* §. 3. *x de renunciat*: vtpotè quæ tenui limite diſtant quandoque à virtutibus, & quia finitima ſunt virtutibus, virtutes videri volunt, vt dicit M. Anton. Natta. *de princip. doctr. lib.* 7. ac proindè appoſitè conuenit ſimilibus illud Ouidianum.

Et mala ſunt vicina bonis, errore ſub illo.
Pro vitio virtus crimina ſæpe tulit.
At homines ſtolidi falluntur imagine veri
Dum ſibi quiſque ſapit, & ſibi quiſque placet.

Cum tamen dubium non ſit, quod Cornel. Celſus *lib.* 8. *cap.* 4. Hypocratem laudans ſcripſerit, magnis nempè ingenijs familiarẽ eſſe ingenuam erroris confeſſionem, de quo eodem & Quintil. *lib.* 3. *declam, cap.* 4. teſtatus eſt, cum honeſtiſſimè feciſſe, cum quoſdam errores ſuos confeſſus fuerit, ne eius auctoritate decepti poſteri ſimiliter errarent, imo res conſcientiæ eſt reuocare nolle, quod quis malè docuit, vſque adeo ſatius eſt recurrere quam malè currere, ac optimus eſt portus erranti, mutatio conſilij Cic. *Philip.* 2. errori renunciaſſe, nõ vitium, ſed profectus eſſe dicitur S. Ambroſ. *in Pſal.* 118. videatur & Tuſchus *lit. M. concl.* 435. & latè exornatur apud Wilhel. Antonij *de moratoriis reſcript. li.* 9. *concl.* 63. *num.* 192. *& ſeqq.*

):(

CA-

CAPVT III.

A Communi DD. opinione in iudicando, & reſpondendo non eſſe recedendum & quando ab ea recedi poſsit?

1. HAnc concluſionem probant. DD. communiter, præter Bart. Bald *Guido. Pap. deciſ.* 134. *& ſing.* 291. *&* 212. Gail. 2. *obſ.* 39. *num.* 27. *& obſ.* 94. *num.* 18. quam multis extendit Carotius *in tract. com. opin. rationem* addit Maſcard. *de probat. concl.* 1138. pro quo facit & illud, Cai Plinij *in Paneg. ad Traianum Imper.* melius, inquit, omnibus quam ſingulis creditur, ſinguli enim decipere & decipi poſſunt, nemo omnes, neminem omnes feſellerunt, ſingulis Iudicium parum, inquit Plin. 7. *Epiſt.* 17. omnibus magnum, & vt ſonat Germanorum, Vier augen ſehen mehr als zwey / plus vident oculi quam oculus, omnium conſenſus naturæ vox eſt inquit Cic. 1. *Thuſcul.* plus pollent ait Liuius *lib.* 3. multorum ingenia conſiliaque, & Euripedes vnus vir, haud videt, & eſt ipſius ſententia in phœniſſis, vir vnus nemo cuncta diſpicit, vnde & aliud Græcorum vetus prouerbium profectum videri poteſt, vir quidem vnus, nullus eſt, quemadmodum Salomon prudentiſſimus exclamat, *Eccleſ.* 4. væ ſoli, cum paulo ante dixiſſet, melius eſſe duos ſimul, quam vnum, quod & vſurpatur. *in cap. in omnibus diſt.* 81. *& cap. illud* 7. *q.* 1. ſingulos inquit Plin. *lib.* 6. *Epiſt.* 13. integra re diſſentire fas eſſe, peracta re, quod pluribus placuiſſet, cunctis tenendum, quemadmodum olim ſolis legibus viuebatur, ſic hodie fere ſolis opinionibus, iiſdemque lis deciditur, ac proinde valdè difficile hodie eſt, & longe diuerſum, ſibi ipſi quid videri iuxta leges, & vt alijs videatur efficere, ſicuti memini, quandoque me leges in terminis allegaſſe & tamen nil profeciſſe, ita hodie DD. auctoritatibus & opinionibus inhæretur, duobus potius, quam vni creditur, neque enim aliquis, tantum rerum experimentum vnquam conſequi poteſt, vt omnia per ſe diſpiciat, nec in vlla re halucinetur, ac propterea ijs magis credere ſolemus, quæ plurium teſtimonio confirmantur, Ariſt. *problem.* 173. quia integrum eſt Iuditium, quod multorum ſententijs comprobatur, *cap. extra conſcientiam diſt.* 64. *cap. prudentem de offic deleg. Clem.* 1. *de ſent. excom.* conſimiliter ex Medicis Damaſc. *Aphoriſmo:* 26. inquit, vbi plurimi concordant, & experientia. & ratio atteſtatur, illud ante oculos pone, & Dominic. *in cap. per hoc*, §. *verum de heret. in* 6. per textum ibi dicit, quod per plures veritas melius inueniatur, hinc opinio à pluribus approbata, attenditur *l.* 1. *ff de offic. Quæſt.* ac proinde prudens, eſt monitum Poëticum:

Iudicium Populi nunquam contempſeris vnus.

Et pro confirmatione prædictorum multa ſolent adduci iura, *cap. vlt. diſt* 20. *cap.* 5. *diſt.* 64. & paſſim DD.

Principalis autem concluſio limitatur communiter, vbi adeſt textus, vel aperta eius ratio, tunc enim ſubintrat illud vulgatum, quod intelligentia dictorum ex cauſis aſſumenda ſit, *ca. intelligentia x. de verb. ſignif.* nec tam quis, quotue, aut qui dicant, quam quid dicatur, ponderandum *cap. ego diſt.* 9. vbi & ipſa ratio, optima lex dicitur, ideo allegati DD. apud Maſcard. rectè docent, quod vbi altera opinio contra communem melioribus rationibus innititur, hæc illi cedere debeat, neque enim ex numero, DD. ſed ex rationibus, argumentiſque probabilioribus communis authoritas petenda eſt 2.

Corſet.

Digitized by Google

Corſet. *ſing.265. in verb. opinio.* Matheſ. *ſing.103.n.2.& ſing.110.n.4.* Alex.*conſ.202. num.7.vol.7.* vſque adeo, vt noua vnius Doctoris opinio melioribus rationibus ſubnixa, præualeat communi, Ioann. Andr. *in cap.1.x. de conſt.* Coraſ. *in l. conſulari, num.21.ff.de ſenat.* pro quo faciunt tradita per Euerh.Iun. *conſ.160.num.11.p.2. & l.1. Cod.de iure vet.enucl.* pro comprobatione placet addere elegantiſſima verba Lactantij *lib.5.de inſt.c.20.* Illi miſeri dicuntur, inquit, qui inhærentes perſuaſioni vulgari libenter errant, & ſtultitiæ ſuę fauent, à quibus ſi perſuaſionis eius rationẽ requiras, nullam poſſunt reddere, ſed ad maiorum iudicium cõfugiunt, ꝙ illi ſapientes fuerint, illi probauerint, illi ſciuerint, quid eſſet optimum, ſeq; ipſos ſenſibus ſpoliant, ſapientia ſe abdicunt, dum alienis erroribus credũt, nam nõ à quo quid fiat, inquit Senec. *7.cont.2.* ad rem pertinet, ſed quid fiat, non quis dicat, ſed quid dicatur, attendi debet. Quid ergo vetat cõmunem DD. opinionẽ validiorib. argumentis & rationibus reprobari, Panor. *cõſ.1.* quia non cõcludit per neceſſe, Surd. *deciſ.58.n.9.*

3. Quandoquidẽ vt ſcribit Dauth *de teſtam.* multũ erratorũ eſt in Philoſophia, qua de re Lud. Viues ſcripſit, & multum erratorũ eſt in Medicina, vt proinde Hippocrati hodie cũ Theophraſtis pugnent, dicitq; Ariſt. artem medicã nihil certi habere, id eſt, in cõcreto, multũ etiam erratorũ eſt in Iure, vt interdũ à maioribus diſſentiamus, ſcilic. modeſte & reuerenter, deinde vbi veritas nos in cõtrariam vocat ſententiã, quippe rectiſſime dixit Ariſt. *lib.7.polit.c.13.* à fine frequenter aberrari, neq; ſemper eum recte poni, ꝙ in ipſis ferendis legibus haud raro contingit, quarũ tanta fuit apud diuerſas gentes diuerſitas, vt monſtri fere inſtar ſit, & quod huic pulchrũ, honeſtum & iuſtum fuit, alteri genti tale nõ eſt, nũquid n. Romanorum leges præ aliorũ populorum inſtitutis laudabiliſſimæ ſunt, & ad æquitatem vel maximè accedunt, vnde & tot ſęculis tot gentes diuerſę per eaſdẽ rectę fuere, nihilominus Plutarch. *in libello de tarda Numinis vindicta*, inuenit ꝙ in illis non meritò forte irrideret, velut in manumiſſionibus feſtucam, in teſtamentis venditionem per æs & librã, quemadmodũ & in antiquioribus, imo adhuc in nouis literis Scabinalib. videmus, & ſæpius vidi, quoad rerũ imobiliũ mancipationem contineri hanc clauſulam, mit Hand/ Halm vnd Mund verzeihen id eſt, renunciauit manu, feſtuca & ore, ꝙ ab ipſis Ruſticis, anteq̃ hæc recte intelligerẽ, appellari audiui das Halmgen verſcheiſſen ſicut illa in inferiori Germania notoria ſunt, quib. dubio procul vetus maiorũ noſtrorũ in mãcipationib. indicatur ſuperſtitio, qua venditor ſtraminis iactu proprietate ſe exuebat ea conditione, vt emptor ea re à Iudice inducretur, quæ in rerũ traditionibus vulgo Aufftrage/ adhuc hodie frequẽtantur, de quo latiùs agit Lãb. Goris *in lib. aduerſariorũ iuris, c.1.* ac proinde ſi talia in ipſis legib. & ſtatutis contingant, minus tutum & cõſtans ſemper reputari poterit, ꝙ per ipſos DD. pro rato & cõſtanti ponitur, ſed ſemper hic morbus literarũ ſtudia inuaſit & inuadet, ꝙ in diuerſas ſectas deducamur, Zaſ. *ad tit. ff. de orig. iur. ad verb. Atteius, Capito n.35.* quod vnus approbat, alter improbat, vnus pro conſtanti ponit, alter futile & fragile eſſe dicit, quod pulchris moralibus illuſtratur in Viuio, *lib.3. deciſ.401.n.24. & per t.* de deciſionum Romæ communiſque opinionis auctoritate, & quãdo non ſequẽdæ, & de effectu deciſionis in terminis, cuius rei luculẽtiſſima ſunt exẽpla, ꝙ Socrates à Platone, Plato ab Ariſtotele,

Digitized by Google

Ariſtoteles ab Auernoë, Cœcilius à Sulpitio, Lælius à Varrone, Marinus à Ptolomæo, Ennius ab Horatio, Seneca à Gellio, Erathoſtones à Strabone, Theſſalus à Galeno, Hermogenes à Cicerone, Cicero à Saluſtio, Origenes ab Hieronymo, Hieronymus à Rufino, Rufinus à Donato, Donat⁹ à Proſpero, Proſper à Lupo reprehenſi fuerũt, vt refert Gueuar. *in Horol. Prin. de vita Marci Aurel. Imp.* & præter aliquos ex prædictis nõ infimi nominis ICtos refert Cęuall. *in tr. cõ. opi. contra cõm. in ep. dedic.* quod nonnulli Accurſio iudicium inique negãt, Bartoli diſtinctionum longitudinẽ reprobãt, Alberici breuitatem, Baldi inconſtantiam, Alexandri perplexam methodũ, & vtriuſq; Raphaëlis nimiam ſubtilitatem culpant, in alijs alia reprehenduntur, vt latiùs ibi. Et hæc diſcordia DD. in opinionibus, eſt quid naturale ſecundũ Tuſc. *lit. D. concl. 561.* & ibi remiſſiue, *& concl. 568.* refert mordácia verba cõtra ſcribẽtes, à quo nec ipſi ICti, quorũ in condendis legibus opera vſi fuere legiſlatores, haud immunes ibi reperiuntur, illud autem inuidorũ eſt. Plura de librorum & Auctorũ reprehẽſione tradit Pet. Greg. Tholoſ. *de Rep. lib. 16. c. 8. per t.* vbi & vnde illa dimanet, & quando licitum, vel etiam vetitum ſit, aliorum doctrinæ detrahere, *& c. 10. de librorum & opinionum affectione,* iunctis traditis *lib. 17. cap. 7. de abuſu philoſophantium & remedio.*

4. Hoc interim indubitatum manet, quod ius commune faciat neceſſariam veritatem, opiniones vero tantummodo probabilem, Zaſ. *lib. 1. conſ. 3. n. 38.* & cõſequenter opinio DD. quantumuis communis, & iuri & veritati cedat neceſſum eſt, & Seneca *de tranq. animi 9.* ſatius eſſe dicit paucis te auctoritatibus tradere, quã errare per multos, & Plato *in Lach.* iudicandum eſſe docet ſecundũ ſcientiam, non multitudinem rectè iudicari debere. Hinc noſtri deducunt Theoricam, ꝙ ſpecialitas contra ius fugienda ſit, ꝙ argumentis non ſit vtendũ ad correctionẽ eius, ꝙ apertis teſtimonijs approbat Hering. *de fideiuſ. c. 6. n. 150.* ideo opiniones contra textus legis nõ ſunt ſeruandę, & qui ita docent, rectè vtique docent.

5. Verumenimvero aduertendum eſt, quod nemo, credo ego, ex DD. contrarium vnquã exiſtimauerit, vnde eo redigitur quæſtio, an nõ ſuppoſito dubio vna opinio ſit ipſi legi, vel veritati propinquior, vel plane conſona illa DD. opinio, quæ perhibetur pro vno intellectu legis, vel pro caſu cõtrouerſo communis vel cõmunior, tanq̃ verior amplectẽda & ſequenda ſit, quo caſu vix dubito, quin illud, ꝙ in cõmuni pro æquo & iuſto reputatur, ſeu vt tale dicitur, ſequendum quoq; ſit, pro quo facit, quod raro bene loquatur, qui contra oẽs loquitur, vt ex Bald. dicit Hering. *de fideiuſ. in præf.* quę cõmuniter ita videtur, fida ſunt, optimaq; probatio eſt, ſi in id, ꝙ dicimus, oẽs conſentiunt, & argumentum veritatis eſt, aliquid omnib. videri, ea quoq; pro certis habemus, in quæ cõmuni conſenſum eſt opinione, Grotius *de iure belli, lib. 1. c. 1. n. 12.* pro quo facit & illud peruetuſtum, Extra viam publicam ne deflectas, etenim vſu tuta non eſſe reformãda, præcipit Quintil. *lib. 8. c. 2.* illud quod cõmune ſequendum docuit Fab. *lib. 10. c. 2.* vnde factum, vt Cic. *in 1. de orat. lib. in prol.* tradiderit, quod à cõſuetudine communis ſenſus non ſit abhorrendũ, quapropter argumenta in cõtrarium adducta, item quod auctoritas DD. non ſit inueſtigãda, ſed rationis veritas, & non tam auctoris in diſputando, quam rationis momenta quærenda ſint, Cic. *1. de nat. Deor.* Miſerum eſt, ait Iuuenal. aliorum incumbere famæ,

Digitized by Google

famę, ſi quidem veluti horrea cito expēduntur, niſi augmento reponas, & theſaurus facile profunditur, qui non inſtauratur, & vt pulchre inquit Caſſiod. humanus ſenſus niſi nouo ſarciatur inuento, cito attenuatur de proprio; hæc, inquam, & ſimilia, ita intelligi & accipi poſſunt, vt vera ſint quando DD. vel ſine vel contra rationem loquuntur, vel vbi ratio, quæ nunc prius inueſtigatur & inuenitur ab ipſiſmet DD. non fuit præuiſa vel cogitata, quādoquidem alias (vti prô dolor! nimis ſæpe) nouitas ſemper inſurgeret impune, contra venerabilem vetuſtatē, ſemper prætextu huius vel illius aſſertæ & inuētæ rationis bene diſpoſita & docta impune corrigeret vel attroderet, quo caſu immortalia eiunt certamina, & tāquam nihil fixum latiſſima diſputandi ac altercandi via, eaq; tanto frequentior, quanto facilior eſt hominibus ad diſſentiendum naturalis inclinatio, *l. item, §. 6. ff. de arbitr.* quod comprobatur illo vulgato, Quot homines, tot ſententiæ; nunquid enim videmus, quod vnus ſuadet, alter diſſuadet, tertius nihil dicit, reijciens propoſita in altiorem conſultationem, *arg. cap. litteras, de reſtit. ſpoliat. in verb. ſanè circa ſolutionem propoſitæ quæſtionis diuerſæ ſunt ſententiæ diuerſorum*, alijs aſſerentibus reſtitutionem faciendam, alijs ſentientibus in contrarium, nonnullis viam mediam eligentibus ac dicentibus, eam faciendam interdum, quandoque penitus denegandam, ita quiſquis in ſuo ſenſu abundat, *cap. vtinam, diſt. 76.* conſimiliter Poëta:

Velle ſuum cuique eſt, nec Voto viuitur vno,
Qui valet ingenio, cedere rarus erit.
Quot capita, tot ſenſus, quot ſenſus, tot diſſenſus.

Et rurſus:

Plus alijs de te quam tu tibi credere noli
Nunc ſatis eſt ſcriptas ad vim allegare tabellas,
Viribus ad cerebrum publica ſcita fauent.

Adeo omnis ſibi ipſi fauet, ſuæ opinioni 6. magis, quam alteri, ex vitijs *in cap. 1. & 2.* telatis, mordicus inhæret, & ſe contra manifeſtam veritatem obdurat, vt per præcipitium labatur, communem viam derelinquit, in proprijs cæcus & debilis, quare rectè monet Apuleius, nemo ſponte capeſſat noua, niſi quem pœnituit priorum, à quibus tamen quis facilè tunc recedit, quando & debilis pro ea, quam ipſe defendit opinionem, contra communem validiorem & iuridicam ſtare rationem ſonora voce clamat, quæ tamen vti cerebrina Doctorum communiter aliter ſentientium, auctoritate debilitatur & euacuatur, huiuſmodi nomina validioris rationis ſeu melius fundatę opinionis, &c. ſępe ſunt cōtra cōmunes opiniones humanæ impietatis prætextus, in quorum auctores quadrat illud Socraticum, vti inanes vtres ventus inflat, ſic ſtultos homines opinio, & vt Cic. *Ac. 4.* dicit, nemini vllam diſciplinam Philoſophię probari, pręter eam, quam ipſe ſequitur, addit, pleroſq; teneri aſtrictos, antequam quid eſſet optimum, iudicare poſſent, & Origenes facilius quis alia ſibi conſueta exuat, quantumuis illis affixus ſit, quam ea, quæ dogmatum ſunt, ſi omnia argumenta ad lancem cœperimus exigere, inquit Senec. indicetur ſilentium, pauca enim admodum ſunt ſine aduerſario, cętera etiam, ſi vincunt, litigant, inuenio autem apud ſapientes honeſtiſſimum eſſe, ait Plin. *lib. 5. Epiſt. 8.* maiorum veſtigia ſequi, ſi modo recto itinere præceſſerint, non enim probis viris exiguam laudē affert, ſumorum virorum vel parua imitatio, Nazianz. *ora. 20 in laud. S. Baſilij, n. 102.* è contra inſolita nomina & inſueta non ſunt ſine periculo, vti probat Zaſ. *in parat. ff. de negot. geſt. n. 19.* cōtra eos, qui propter nouitatē (quæ Eccleſiam

Digitized by Google

& ſacras eiuſdẽ traditiones mire perturbat) peregrinas opiniones adducunt, quamuis *ad tit. ff. de orig. iur. ad verb. Atteius, Capito. n. 25. & ſeq.* dicat, *l. ſi negotia. ff. de negot. geſt.* quod ſcilicet noua & inſolita in rebus gerendis moliri non ſit ſine periculo, non obtinere in doctrinis, quæ cũ quotidie incrementa ſuſcipiant, ſemper laborandum eſſe, ſi acceſſione aliqua, ſtudia illuſtrari poſſint, quo ipſo tamen non efficitur, quod ſequi non debeamus cõmunem, quod fieri debere, DD. paſſim cum aliquot ampliationibus, inter cæteras vero tradunt, quod Iudex aliter faciendo litem ſuam faciat, ſed certe neſcit, dicit Caualc. *lib. 5. deciſ. 21. in fin.* ſi quis hodie affirmare poſſit, deciſiones communes & veras obſeruari, locumq; habere, quia in ore omnium eſt, Sic volo, ſic iubeo, ſufficit pro ratione voluntas. Sed illa die non erit, Venite benedicti Patris mei, poſſidete regnum vobis paratum à ſæculo mundi; ſed, Ite vos maledicti. Hactenus ille.

7. Qui autem obſtinati videri nolunt, opinionem, quam illi propugnãdam ſuſcipiunt, viuis rationibus euinci mordicus ſuſtinent, & ſimul allegant, quod opinio rationi contraria, nihil aliud ſit, quam fallax & futile de rebus omnibus iudicium, vana rationis imago & vmbra, male conſulens, male iudicans, vt eam deſcribit Lipſius *de conſtantia, c. 5. & 6.* Verum hæc & ſimilia contra communem opinionem, plerumq; ſunt ſpecioſi prætextus & fucati ſplendores, qui per communem opinionem, facile intercidunt, idcirco eandem declarato modo ſemper ſequendam puto, Gail. *1. obſ. 153. n. 15.* vbi hoc ipſum ſatis comprobat, & *n. 6.* non aliter ab ea recedẽdum fore colligitur, quam ſi communis opinio appareat falſa, vel alias euidẽtiſſimis rationibus ſubuerti poſſit, quando vero communis opinio ſequenda non ſit, præter Felin. & Barboſam, *in cap. Canonum ſtatuta. x. de conſt.* tradunt DD. per Barboſ. & Corat. *cap. ſeq.* allegatí, ita vt potior ſemper ſit ratio in l. expreſſa, potior adhuc ipſa lex, niſi abrogata fuerit, pulchre ad propoſitum Poëta:

Non vis aut numerus melior, ſed cauſa triumphat,
Diuerſis diuerſa placent ſua cuique libido eſt.
Sed melior recti eſt norma ſequenda modi.

Hinc & Iuſtinianus de conceptione Digeſtorum non ex multitudine auctorum, quod melius & æquius eſt, iudicari debere ſtatuit. Interim nota illud Ant. Fabri *in præf. Cod. ad lect.* qui ſe in Codice ſeu rebus iudicãdis ait, aliter ſentire, quam in alijs tractatibus, quia in iudicando ſententiam ex communi DD. opinione dicere cogimur, inuita plerumque non modo ſcientia, ſed etiam conſcientia, at non capio quomodo quis reluctante cõſcientia ſequi poſſit DD. opinionem, niſi dicatur quod hæc conſcientia deponi, & propter auctoritatem DD. credi debeat eorum opinionem in praxi veram & ſequendam eſſe, ita vt ſpeculatiuæ, & non practicæ ſcientiæ & veritati obſtet, & ita ſaluarem dictum Ant. Fabri, contra quod valde inſurgit Zaſ. *ad tit. ff. de orig. iur. ad verb. Atteius capito. n. 25. & ſeq.* vide, quia valde pulchra ſunt, fatetur tamen communes opiniones ſequẽdas eſſe, quando vel textibus muniuntur, vel nullus textus, nulla ve Iuris ratio apertè refragatur; nec ego aliter defendo communem opinionem, niſi quod aperte dicam eam, quam quis contra cõem opinionem affert rationem, ſi non aperto iure fundetur, & à DD. iam antea conſiderata fuerit, in dubio contra communem non eſſe attendendam, & quatenus ratio eſſet Iure fundata, & tamen contra eandem iuxta communem opi-

opinionem aliquoties iudicatum foret, hanc non vt talem contra rationem Iuris, ſed vt obſeruantia comprobatam ſequendam putarem, *l. de quibus, ff. de legibus*, & quæ ibi notantur per Doctores, inter quos non debet temerè credi, quod inueniatur contrarietas, quando quid in lege expreſſum, vel in ratione iuris apertè fundatum eſſe reperitur, quo præſuppoſito rectè meo iudicio dici poteſt, quod in foro, quo communior eſt DD. opinio, eò probabilior cenſetur, probabiliorem autem Iudicem in iudicando ſequi debere ex Theologis latè defendit Breſſerus *de conſcientia lib. 3. cap. 14.*

CAPVT IV.

Vnde communis opinio æſtimanda, & ibi de pluralitate votorum eiuſq; effectu.

1. In hoc paſſu facile in labyrinthum relabimur, quando vna pars numero Doctorum ſuperata allegat pro ipſa ſtare, qui ſunt maioris authoritatis, qui habent ſaniora vota & ſententias probabiliores pro ſe, nec dubitari poteſt, quàm verè olim dictum fuerit, ibi ſalutem eſſe, non vbi multorum (quòd imperitiores opinantur) ſed vbi multa ſunt conſilia, Ant. Fab. *in præfat. Cod. ad Senat. Sabudiæ*, hinc illa verba amplectenda ſunt, quæ ſunt ſaniora, non quæ numero vincunt, *l. 1. Cod. de iur. vet. enucl. ibi.* ſed neque ex multitudine Auctorum, quod melius & æquius eſt, iudicatur, cum poſſit vnus forſan & deterioris ſententia & multos & maiores aliqua in parte ſuperare, ſed & ſanior pars dicitur; quæ maiori zelo, & maiori pietate mouetur *cap. multi, diſt. 40. & cap. ſana, diſtinct. 9.* quæ autem vota ſint in maiori æſtimatione tangit Abb. *in cap. Eccleſia veſtra, de elect.* ſic etiam illa opinio tenenda eſt, quæ efficaciori ratione munitur, & quæ ſunt ſimilia, per quæ tamen nouæ inſurgunt altercationes, & noua iurgia, quibus lites in immenſum protrahuntur, cum autem periculoſum ſit, nec minus arduum & difficilè, vt ex S. Hieron. dicit Aret. *in conſ. 145. in pr.* de ſententijs Patrum vel doctiſſimorum Scriptorum variantibus doctrinis dijudicare, potius illud Palemonis apud Virgil. *in Eclog. 3.* carmen mihi hoc loco vſurpare fas erit:

Non noſtrum inter vos tantas componere lites.

Quippe meo iudicio magis difficile & 2.
periculoſum eſt, vnum altero præferre, illius doctrinam ſaniorem dicere, quàm pro qua ſtat maior numerus DD. cum hoc fieri debere in votando teneat diſſolutis contrarijs *Conſil. Neapolitanum* apud Afflict. *deciſ. 1.* pro quo faciunt iura allegata per Ant. Faber *in Cod. de ſenat. defin. 2. nu. 2.* vbi & fit mentio illius Legis Romanorum, de qua Cælius apud Ciceronem *8. epiſt., lib. 8.* quòd eorum iudicium maior pars iudicat, id ius, ratumque eſto, iunctis traditis per Gammam *deciſ. Luſit. 1.* & Anton. Theſaur. *deciſ. 1.* vbi varij varia docent, & ſunt qui maiorem numerum attendendum eſſe volunt, quod autem ab aliquibus dicitur maiorem & ſaniorem partem requiri, hoc procedit in actibus Canonicis & Eccleſiaſticis, ſecus in alijs, & ita vidi obſeruari in Patria mea, videlicet quòd Dominorum Conſiliariorum vota, numero excedentia in ſententijs & deciſionibus cauſarum prǫualuerint, quia teſte Cacherano *in præfat. deciſ ped. num. 7.* integrum & abſolutum eſt conſilium, quod plurimorum concordibus ſententijs ſuffulcitur, & notum eſt illud Varronis, contra

 om-

Digitized by Google

omnes ſapere, eſt deſipere, relatum à Tiraquell. *de pœnis tempor. cauſ.61.num.64.* ita quoque docet Borell. *in ſumm. deciſ. lib.2. tit.30. num.34. & ſeqq.* apud quos videbis quoque aliquas declarationes, prædicta confirmantur *in cap. ſi tranſitus, diſt. 79.* ibi vincat ſententia plurimorum, & reſpondet Coratius *in tract. commun. opin. lib.2. tit.8. num. 6. ad l.* 1. quod non loquatur in terminis noſtris, ſed de ijs, qui ius ciuile compilare debebant, habentes poteſtatem addendi & minuendi non ſecundùm id, quod ſcriptum reperiebant, ſed ſtatuere debebant, quod magis humano generi prodeſſe ſentiebant; deinde non dicit ille textus, quòd opinio multorum ſit contemnenda, & vnius ſeruanda, quando eſt verior, æquior, & melior, ſed vt dixi, hoc in dubio contra communem non præſumitur, ibi & in ſeqq. plures obiectiones reſoluit, quare ad eum ſit relatio, vbi per infinitos DD. probat, quod communis opinio attendenda ſit, & ampliat procedere etiam in articulis fidei & in foro conſcientiæ. Enimuero firmiter credo, quòd non ſemper DD. numerus, ſed etiam quandoque auctoritas præualeat. Res potius, quàm Auctores, ſpectandæ, inquit Liuius *lib. 6.* & non diſputantis auctoritas, ſed diſputationis ipſius requiritur veritas, verum & hoc caſu denuo in immenſum & inemergibile chaos incidimus, dum facile allegatur quod licet DD. numero vincant, non tamen auctoritate, & ita dici poterit, quòd ſæpe allegetur communis opinio, quæ non eſt communis, ſed cum hæc omnia exactè tractentur per Corat. *d. tract. commun. opin.* ideo ad eum breuitatis cauſa Lectorem remitto, qui *lib.* 1. *tit.*1. tradit, quid ſit communis opinio *tit.2.* ex quibus conſtituatur *tit. 3.* qui numerus & quę auctoritas conſtituat communem opinionem, *tit.4.* magis communis quo exceſſu numeri & auctoritatis Doctorum conſtituatur *tit.5.* auctoritas DD. maior & minor quomodo conſideretur & cognoſcatur *tit.6.* qui Doctores faciant opinionem & numerum in communi opinione *tit. 7.* Doctori atteſtanti de communi, quomodo ſit credendum, & *lib. 2. tit. 9.* latè quando communis opinio attendenda ſit vel non, Bonacin. *tract. de pecc. diſp. 2. quæſt. 4. pun. 9. propoſ. vn. num.*12. docet illam dici communem opinionem, non quam multi DD. nulla diſcuſſione præmiſſa ſequuntur, ſed illam quæ habet plures DD. claſſicos, qui ritè perpenſis vtriuſque partis rationibus eam opinionem ſequuntur.

De cætero vide Klock *de contrib. cap.6.* vbi plenè diſcutitur materia de pluralitate votorum, an maior pars & quando præiudicet minori, vbi & *num.26. & ſeqq.* deciditur caſus nuper controuerſus, quòd licet Patronus ſeipſum nō poſſit præſentare *cap. per noſtras de iure Patron.* tamen ſi alij compatroni eum præſentarunt, acceſſus voti ſui auget numerum in ſui fauorem, vt præualeat Peregrin. *deciſ. 100. num.1.* Lamber. *de iure patron. par.3. lib.2. art. 7. quæſt.5. prin.* vbi & *num.62. & ſeqq.* confirmat ſuperius dicta, quòd Ius Canonicum tam maioritatem numeri, quàm ſanioritatem voti in electionibus requirat *cap. Eccleſia veſtra, cap. congregatio de elect.* Pacianus *de probat. lib. 2. cap.43. nu.73.* ſecus in iure ciuili, in actibus Collegiorum maior numerus tantum requiritur, pro quo & allegat Mager. *de Aduocatia armata, cap.9. num.977. & ſeqq.* dicitque quòd hæc ſententia careat varijs turbis & contentionibus, è contrario altera ſæpe illis anſam præbeat, vnius ſiquidem 3.

com-

Digitized by Google

commendatio,inquit Tertull. *in Apol.c.12.* ſine alterius contumelia non videtur procedere; præcedentia confirmat Ant. Faber *in Cod. de Senator. def.2.* iuncta 3.

4. Prædicta materia tractatur per DD. *in l. quod maior pars,ff.ad municipal.* quam pulchrè declarat Coſtal. *in l nulli.ff. quod cuiuſcunque vniuerſ. nomine, & in l. item ſi vnus,§.1.ff. de arbit. cum ampliat. & limitat.* Felin. *in cap.cum omnes.de conſtit.* vbi plura de actibus capitularibus, & qui vt ſinguli vocandi ſint, an votum ſanius, an maius attendendum ſit,& quòd maior pars Capituli non reſpectu aliarum partium ſumenda, ſed reſpectu totius, quod non eſt in Patronorum præſentatione, pulchrè Boër. *deciſ. 111.*& quæ dicantur fieri à maiore parte Capituli, & qui in maiori numero computentur in materia electionis, Franciſc. Marcus *par.1. deciſ. 924. & deciſ. 1034.* de maioritate votorum & quæ dicatur maior pars, & *deciſ. 1032.* de abſentibus vocandis & quomodo, iunctis traditis per Tuſchum *lit. E. concluſ.65. & ſeqq.* & Bredenrod. *de appell. par.1.tit.20.§.ab electione Capituli facta,* vbi quoque agit de intellectu *cap. quia. x. de elect.* & præter notata à Luca de Penna *in l. nominationèm, num. 13. Cod. de decurionib.* an ſi Collegium aliqua faciat, omnes debeant conſentire, vbi latè exornatur, ſic & Bredenrod. vbi ex Panorm. tradit, quòd licet ſit ſtatutum, quòd omnes debeant conſentire,ſi tamen inſtaret vtilitas Eccleſię vel neceſſitas,valebit actus à maiori parte Capituli, & quæ talis Capyc. *deciſ.148. num.6.* vbi allegat Felin. *in c. cum omnes de reſcript.* In actu communitatis voluntario, vti & in gratioſis,& qui non fit ex neceſſitate,requiritur conſenſus omnium,&non ſufficit maioris partis, Cephal.*conſ.763.num.9.vol.5.* imò nec in his, quæ ſunt magni præiudicij iuxta Menoch. *conſ.426.num. 27.* nec vbi iuri alicuius particularis de Collegio vel Vniuerſitatis derogatur. Raudenſis *de analog. cap.39. num.124. & ſeqq.* alias regulariter per maiora concludere praxis quotidiana docet, ita vt non valeat ſtatutum in contrarium.Tuſchus *lit. D. concluſ. 454.*

Nota tamen diſtinctionem,qua quid dicitur ſpectare ad ſingulos vt vniuerſos, aut ad ſingulos vt ſingulos,in Riccio *par.2. collect.316.* & pulchrè exemplificat Wameſius *ad Ius Canon.tit.de donat.con.368.n.4.* quæ ſint illa, quæ pluribus vt vniuerſis cōmunia ſint, & Meiſn.*tom.2.deciſ.Cam.Imp.22.*quæ cōmunia ſunt vt ſingulis, vnus poteſt actum à reliquis omnibus approbatū impedire,Caſtren.*conſ.28.lib.2.* an autē pax habita à maiori parte ſufficiat, & alia ad materiam,latè Farinac.*lib.1.tit.2.de accuſat.quæſt.14.* quæ dicitur controuerſa quæſtio, an pax debeat haberi ab omnibus hęredibus apud Zaſium *l. ſtipulationū,& ſeq.§.Cato,n.55 ff.de verb. oblig.* ibi conciliat,vt in contractibus maior pars non ſufficiat, ſed omnes debeant conſentire, de quo cum alia limitatione vide Mozzium *de contract. tit.locati, de ſubſtantialibus eiuſdem nu.2. l.per fundum,*ibi DD. *ff.de ſeruit.ruſt.l.hæred.§. ſi vnus.ff.fam. erciſc.*& quoad Rectores limitatur per DD.*in l. ciuitas.ff.ſi cert.pet.* Coler. *de proceſſ.exec. par.2.cap.3.num.347.& ſeqq.* & limitationes ad regul. apud Socin. *regul.143.* Duennam *reg.298.& ſeqq.* Schrader. *de feud.p.10 ſect.11.in prin. & par.2. noxa princ.ſect.9.* & hodie conſulo ego ſuper caſu deciſo per Karpzouium *par.1. Conſt.Saxon.30 defin.12 & 13.* vbi nec ciues ſinguli, eorumuè bona pro debito Vniuerſitatis arreſtari poſſunt, etiamſi maior pars, bona Vniuerſitatis & ſin- 5.

Digitized by Google

ſingulorum bona obligauerint, niſi ſemetipſos ſingulatim obligaſſent, ita vt huiuſmodi obligatio afficiat quidem ipſos conſentientes, non verò illos, qui ſingulatim non conſenſere, & ita iudicatum fuiſſe teſtatur, vide Doctores & iura ibi allegata, tamen quando Ciuitas ſe & ſuos, ſua ſuorumque bona ſolemniter obligauit, tunc ciuis non ſolum pro rata & portione ſua, ſed & pro vniuerſo debito detineri & arreſtari poteſt, recuperaturus, quod dedit, à communitate, iuxta Peckium *de iure ſiſtendi, cap. 4. num. 17.* & ita ſæpe fieri & iudicari ſe vidiſſe teſtatur Chriſtinæus *ad conſuetud. Mechlin. tit. 1. art. 42. in addit. verſ. ciuis,* cæterum & Pacianus *lib. 2. de probat. cap. 43. num. 71. & ſeqq.* diſtinguit quando Iuriſdictio competat pluribus, non vt vniuerſis, ſed vt pluribus, vel quando competat pluribus vt ſingulis, vbi exemplificatur, vide ad eum, & quando maior pars ſufficiat vel non, ad prædicta vide omninò Felin. *in d. cap. cum omnes, num. 17. & ſeqq. x. de conſtit.* vbi de regula quod in rebus Collegij valeat, quidquid maior pars facit, an & quando hoc locum habeat, item quando non habeatur reſpectus ad partem ſaniorem, ſed maiorem, item maior pars, quomodo dicatur, quodque Canonici debeant collegialiter conſentire non ſingulariter, vnde haud pridem in cauſa grauiſſima dictum fuit, quòd votum datum extra Capitulum non valeret, prius aliquot modis declaratur in Felino, ibi & an abſentes vocandi ſint, & an Electores Imperij eligant vt ſinguli, an vt Collegium, & plura quotidiana ibi, in electione verò Prælati vel Officialis ſufficit adeſſe maiorem partem, non verò in eius deſtitutione Roman. *ſing. 669.* ibi quoque Additionator allegat Felinum & Wilhelmus Antonij *de Moratoriis reſcript. tit. 6. concl. 15. ſub num. 40.* tradit & allegat DD. quando non ſufficiat maior pars, de quo præter DD. diſtinctè agit Barboſa *in regul.* quod omnes tangit, *de regulis iuris in 6.*

CAPVT V.

Regula aliqua in Doctorum opinionibus eligenda.

PRima Regula ſit, quòd illa opinio eligatur, quæ comprobatur de conſuetudine, etiam in opinione de iure falſa, quæ tamen de conſuetudine obſeruatur. 1.

Secunda Regula eſt, quòd vbi non conſtat de conſuetudine, tunc illa opinio tenẽda eſt, quæ altero iure comprobatur, v. gr. ſi aliqua queſtio de iure ciuili non ſit expreſſe deciſa, & opinio varia ſit inter Legiſtas, at verò de Iure Canonico expreſſa, tunc illa tenenda, quæ eſt comprobata per Ius Canonicum, iunctis traditis per DD. *in cap. 1. de noui operis nunciat.*

Tertia Regula eſt, quòd vbi de conſuetudine vel altero iure non conſtat, eligenda eſt opinio quæ efficacioribus rationibus comprobatur, etiamſi plures in contrarium ſentiant, pro quo facit *l. ſed licet,* ibi Bart. *ff. de offic. præſid.* dicens non debere allegari gloſſam, quam diu inuenitur textus *l. 3. §. ſubtilius, ff. de condict. ob cauſam*, vbi Celſus reprehendit Patrem, quia rationem auctoritati poſtpoſuit, etiamſi Imperator contrariam amplecteretur, *l. Æmilius, ff. de minorib.* Decius *conſ. 284. num. 14.* iuncta doctrina Viuij *deciſ. 402. num. 3.* vbi dicit, quòd opinio, quæ ſerenioribus legibus & robuſtioribus rationibus confirmatur, tenenda ſit, dato quod contraria foret magis

com-

Digitized by Google

communis, ſed dubium eſt, quæ dicatur efficacior aut melior ratio, quandoquidem non temere credendum, DD. in illis caſibus, vbi quid lege expreſſum eſt, ſibi inuicem contrariari, cum ius omnino ſequendum ſit, *l. Gallus, §. ſi eius, ff. de liber. & poſthum.* ſed tunc demum DD, quando aliquid lege non continetur, vel continetur quidem, ſed valdè obſcurè; ſciendum itaque eſt, quòd illa ratio efficacior habeatur, quæ eſt ſecundùm ius naturale, quàm quæ eſt ſecundùm ius ciuile; item illa eſt efficacior, quæ eſt ſecundùm ius Diuinum, quàm quæ eſt ſecundùm Canonicum; item illa, quæ eſt ſecundùm æquitatem ſcriptam, quàm quæ eſt ſecundùm rigorem; item efficacior eſt quæ ſecundùm mentem, quàm quæ ſecundùm verba; item potior illa, quæ eſt ſecundùm verba, quàm quæ eſt ſecundùm ſimilitudinem, quæ fallax eſt; vti & illa, quæ fit per incertam rationem; item euidentior eſt illa, quæ eſt ſecundùm regulam iuris, quàm ea, quæ tenet vt ſit ſpeciale; in nauigando Gubernatori, in viuendi ratione meliùs ratiocinanti parendum eſſe dicebat Socrates.

2. Quarta Regula eſt, vt illa opinio eligatur, quæ eſt fauorabilis, & propter quam res valet & non perit, vnde inualuit Theorica, quod in dubio pro cauſa fauorabili iudicari debeat, Anton. Faber *in Cod. de Senat. defin. 2.* fauorabilis autem dicitur exceptio, qua datur regreſſus ad ius commune, & inter cætera publica vtilitas efficit diſpoſitionem fauorabilem, plura refert Wilhelm. Anton. *de moratorijs reſcriptis, tit. 5. concl. 8.* vbi paſſim *num. 5.* Doctores allegati, quòd ad cognoſcendum, an ſtatutum vel diſpoſitio ſit fauorabilis vel odioſa, debet effectus ſeu potius cauſa, ob quam principaliter inducta eſt, conſiderari, quæ ſi fauorabilis eſt, erit & ſtatutum vel diſpoſitio talis, & è contra, Mozzius *de contract. in Rubric. de condict. indeb.* Raudenſis *de Analogis lib. 1. cap. 29. num. 26.* Peckius *in regul. odia, num. 8. de regul. iuris in 6.* & Viuius *d. deciſ. 402. num. 2.* tradit iura limitatoria ſemper extendi, quando fauorabilia ſunt.

Quinta Regula eſt, vt vbi de euidentioribus rationibus non conſtat, eligenda ſit opinio quæ tutior eſt.

Sexta Regula eſt, illa opinio tenenda, quæ eſt approbata à prudentioribus, licet in contrariam partem plures ſint.

Septima Regula eſt, quòd illa opinio tenenda eſt, quæ à pluribus comprobatur, quas regulas ita tradit & latiùs probat Stephanus à Phœde *de interpretationibus Legum, art. 3. §. extrema nunc pars, nu. 65. vſque ad finem,* de Gloſſæ auctoritate aliqua in Gail. *1. obſ. 153.*

Ad comprobationem prædictorum videatur quoque Ant. Maria Coratius *tract. commun. opin. lib. 2. tit. 9.* ex quo etiam aliquas Regulas colligere poteris, & *num. 70. & ſeqq.* quòd dicta Sanctorum ſint omninò attendenda, puta ſi ſint roborata auctoritate veteris vel noui Teſtamenti, vel quando tractant de materia ſpirituali; vel concernente peccatum, & ita intelligi poteſt, quod dicitur *in cap. Nonnulli 16. quaſt. 1.* exemplis ſanctorum Patrum, periculoſum eſt refragari, magis vtique ſacræ Scripturæ, quo caſu tamen notandum venit, quòd iudicialia & cæremonialia præcepta per Aduentum Chriſti & Legis Euangelicæ promulgationem omninò ceſſarint, *cap. 1. x. de Purificatione, cap. translato, x. de conſtitut.* non verò moralia, diuiſionis autem illorum conuenientiam aliqui in eo conſiſtere pu- 3.

Pppp tant,

tant, vt dum omnes actiones humanæ inſtitui debeant vel in ordine ad Deum, vel in ordine ad proximum, vel in ordine ad ſeipſum, velint per ceremonialia homines inſtitui ad cultum Deo exhibendum; per iudicialia ad iuſtitiam & æqualitatem cum proximo, per moralia verò ad actiones proprias in ordine ad ſeipſum componendas; hanc trimembrem diſtinctionem expreſſit Apoſtolus *ad Roman. 7.* his verbis: Mandatum ſanctum, iuſtum & bonum; ſanctum ad ceremonialia videtur retuliſſe, quia ſpecialiter circa DEI cultum verſabantur; iuſtum ad iudicialia; bonum id eſt honeſtum ad moralia, vt aduertit D. Thom. *1.2. quæſt. 99. art. 4.* quem omnes ſequuntur, & ita vnumquodqúe præceptum hoc ſpeciale habuit; negari tamen non poteſt, quin per moralia quoque homines in multis ad Deum & homines ordinentur, vt ex Præceptis Decalogi apparet; moralia n. ſunt naturales obligationes, quę verſantur circa actus vitiorum & virtutum, oſtenduntqúe quomodo malum fugiendum & bonum ſit faciendum, latiùs Barboſa *in cap. non eſt. diſt. 6.* ac propterea in hoc meo Tractatu plurima inuenies moralia, quæ vti naturalia ſunt duratura in perpetuum, videatur & in Barboſa differentia inter Legem veterem & nouam Euangelij, prædictis adde tradita per Felin *in c. ne innitaris x. de conſt.* vbi ponit regulam quòd dicta SS. Patrum ſint imitanda, dic & ſequenda vbi concordant, nam ex illis licet veritatem indagare & quæ obſcura ſunt, ea multorum per omnia conſentiens relatio aperit explicatqúe.

4. Prædicta regula fallit: 1. vbi ſunt retractata; 2. vbi eſt varietas, tunc quis poteſt eligere opinionem quā vult, vt de Salomone damnato, vel ſaluato, vbi allegat S. Hieron. qui eum ſanctum appellat, atque ita quibuſdam à Domino reuelatum; 3. vbi dicta ſanctorum Patrum eſſent contraria deciſioni ſummi Pontificis, ſed quando dicta SS. Patrum præualeant vide ibi, & *in cap. Canonum Statuta, num. 54. & ſeq. x. eod.* quando ſequendæ ſint DD. opiniones, adde & Viuium *deciſ. 160.* quem refero infr. *de Veritate cap. 1. in fin.* item quod in materia legali magis credatur Legiſtis, quàm Canoniſtis; item in materia morali de iure diuino vt vſurarū & ſimilium, magis credatur Canoniſtis quā Theologis, & *nu. 86 & ſeq.* vbi infiniti DD. quòd communis opinio non eſt ſequenda, quæ eſt contraria vrgenti rationi, vbi declarat ac inquit, quòd rationes, ad conuincendum communem, quæ ſint, relinquatur arbitrio Iudicis, ita tamen vt ſi opus ſit, Iudex defendere teneatur, quod rationes, quibus ipſe ad pronunciandum contra communem motus fuit, ſint adeò vrgentes & efficaces, vt per eas licitum fuerit à communi recedere, aliàs in ſindicatu damnaretur, quod comprobatur ex traditis *num. 135. & ſeqq.* & *num. 151. & ſeq.* per aliquos caſus declaratos docet, quando in contrarijs Legiſtarum & Canoniſtarum opinionibus ſeruandum ſit Ius Canonicum vel Ciuile, tu indiſtinctè teneas; quòd in materia ſpirituali, vel concernente peccatum, vel etiam quando agitur de rebus Eccleſiaſticis, ſeruandum ſit Ius Canonicum.

Sic etiā quotidie in praxi audimus, quòd 5.
Doctori diſtinguenti, magis credendum ſit, tanquam magis appropinquāti veritati, Caualc. *lib. 5. deciſ. 35. num. 1.* & ex Senec. comprobat Salicet. *in l. filia cuius, num. 5. Cod. famil. hercíſ.* vnde vulgò dici ſolet, qui bene diſtinguit bene docet; qui diſtinguere ignorat, diſputare neſcit, Magon. *de cynoſ.*

Ad-

Aduocat.cap.2.num.4. qui omnia indiſtinctè vult intelligere, confuſe vt intelligat, neceſſe eſt, Caualc. *d.loco*, idem *par.3.deciſ.20 num.39. & 40.* quòd Doctori in terminis magis credatur quàm multis argumentis in genere, & Cephal. *conſ.283.num.3.* quòd opinio concilians tenenda ſit, quæ dirimit lites, & parcit ſumptibus Caualcan. *par. 1. deciſ.25. num.14. & ſeqq.* adde, quando vna opinio eſt communis de rigore, altera de æquitate minus communis, attendi debeat minus communis, ratio prioris eſt, quod per opinionem diſtinguentem, vtraque ſaluetur, excuſeturqúe præſumptum illud vitium, quod nobis naturaliter dicitur ineſſe, vt faciles ſimus ad diſſentiendum *l.17.§.6.ff. de arbitr.* & ex duobus contrarijs medium ſit optimum, Barboſ. *tract. axiom. iuris vſufr. ax.81.* pro quo & faciunt ſubſequentia moralia & dicta Poëtæ:

Cum media ſemper gaudebam ludere forma
Maior enim medijs gratia rebus ineſt.

Item:

——— *medium tenuere beati.*

Et:

——— *medio tutiſſimus ibis.*

Item:

Sanior eſſe potes, ſi cum moderamine potes.

6. Aduertendum autem quòd prædicta procedāt in electione opinionum, nam vbi habemus legem, ſubintrat illa vulgata Theorica, vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, de qua, Gloſſ. *in l.29.§.2.ff. de ædil.edicto*, & Card. Tuſch. *lit.D.concl.508.* vbi declaratur & limitatur. Ceterum quæ ſit communis, quæ verior, quæ amplectenda, Menoch. *lib.2. præſumpt.71.per tot.* illos autem in praxi plurimum poſſe & præſtare, qui inſigni iudicio pollent vel præditi ſunt, ſemper ego obſeruaui, eoſque ſemper præfero, etiamſi alij vberiori lectione referti ſint, quod ipſum confirmatū poſtea vidi in Scaccia *de commerc. & camb.§.1. quæſt.7. par.2. ampliat.19.num.46.* ſicut & Zaſ. *in l. hoc edicto, num.5.ff.quòd quiſque iuris, &c.* peritum in practica ait Doctori æquiparari, ibi & quòd non omnes Doctores ſint Iuriſtæ, iunctis traditis per Vaſq. *cap.ſeq in fin.* iudicium autem practicum intelligo, quod in ſpecie & in particulari dictat, quid ſit hic & nunc faciendum vel nō, nam ſicut iudicium ſpeculatiuum dictat in genere aliquid eſſe faciendum vel non, v.g. diebus Dominicis Sacrum audiendum, & in Quadrageſima ieiunandum; ita iudicium practicum dictitat hoc vel illud, iam vel illo tempore eſſe faciendum vel nō; hoc hypotheticè illud theticè agit, iunctis traditis *par. 1. de Dubijs*, quæ Iudex in iudicando obſeruare & ſequi teneatur, & docet Nicol. Euerh. iun. *vol.1. conſ.1.num.3.* quando inter plures DD. vna eſt per conſuetudinem approbata, tunc illi adhærendum eſt, licet conſuetudo non tam exactè probetur; in ſumma, DD. opinio quo cedat legi, veritati, & euidenti rationi, vt ſupra declaratum fuit; ſic è contra Contard. *in l. diffamari, cap.5.num.84.* tradit, quoties DD. dicunt, quòd hæc opinio ſit verior vel æquior, quod tunc contraria ſeruetur in praxi; confer tradita *p.1. de Dubijs c.20.in fin.* latiùs *cap.22.* & rurſus *23.&8.in fin.& tit.de Æquitate cap.7.*

Placet hic addere regulam quam Theologi ponunt in imitandis DD. prout eam lumen illud Theologicum D. Leonardus Marius Doctor profundiſſimus, in doctiſſimo Commentario *ad Pentateuch. in prolog.* ex Sixto Senenſi refert; hiſce verſibus:

Hiſtoriam Hebræis & Græcis fontibus hauſtam
Hieronymo diſces duce.
Allegorias, Anagogenq; recludent
Origenes, Ambroſius.

Exponent ſenſus formandis moribus aptos
Chryſoſtomus. Gregorius.
In dubijs aliaq; locis caligine merſis
Aurelius lucem feret.
At breuis & facilis non eſt ſpernenda Tyroni
Lyrenſis expoſitio.

Item commune & illud:

Littera geſta docet; quid credas Allegoria,
Moralis quid ages; quo tendas, Anagogia.

CAPVT VI.

Vtrum Deciſiones, Lecturæ vel Conſilia Doctorum præualeant.

1. DEciſiones præualere *p.1. de Genere c.2.* demonſtratum fuit, quæ valdè conferre dicuntur ad ſedandas Iudicum conſcientias teſte Vinc. de Franch. *deciſ. 266. n.3.* iunctis traditis per Munnoz *de Ratiocin. comput. 13 n. 80.* de earundem effectu & auctoritate vide Gr çu çum ad Gail. *lib.1. in præf.* & ſatis apparet ex traditis *d. loc.* cõfer Reichs abſcheidt zu Speyer *de An. 1570. §.* Alſdann/ & §. Da auch/ Vigel. *in meth. Iuris contro. in præf & arg. § fin. inſt. de ſatiſd.* inferunt multi, quòd præiudicia Cameralia deficiente lege, inſtar legis ſeruanda ſint Fichar. *conſ. 148 n.19. vol. 2.* Mynſ. *1. obſer. 81. n. 8.* Schrad. *de feud. p. 10 ſect.* 11. *nu.* 110. & de Rotæ Rom. auctoritate Maſcar. *de probat. concl. 484.* ita vt ego ſemper pro cõſtanti tenuerim, quòd in quęſtionibus iuris dubij, deciſiones & reſolutiones ſupremorum tribunalium tutiſſimæ cenſeri debeant, quæ tamen in quæſtionibus facti propter variantes circumſtantias nõ ſemper ſunt accommodabiles, Knichen *p. 1. tit. 1. c. 1.* allegatus, ſic apud Marianum ſeniorem, *in cap. 88. de litis conteſt.* habetur Ægidium Bellar. Cardinalem atteſtare Rotam Roman. aliquando conſueuiſſe inaduertenter iudicare, & Menoch. *conſ. 395. n. 5* ait ſe meminiſſe, legiſſe apud Gloſſam in Procemio Regularum cancellariæ, quòd Rota Romana aliquando rotet, & multa contra ſtylum Curiæ Romanę, & quod non ſit ſeruandus in partibus, adducit Cæuall. *in ſpec. comm. opin. quæſt. 237. num. 20. & ſeq.* ſed aduertendum eſt, quòd loquatur de ſtylo Curiæ, vel quod contra ius ſcriptum non debeat obſeruari, alias ex Gregor. Tholoſ. *in ſyntag. iur. vniuer. lib 15. cap. fin. diſt. 15.* Rotæ Auditores Romæ dicti ſunt, quòd in orbem ſedentes, controuerſias rotant, & abbreuiant, vt pro Oraculis habeantur eorum dicta, licet dicatur quòd exemplis non ſit iudicandum *l. nemo, Cod. de ſent. & interl.* quod illuſtratur in Chriſtinæo *vol. 6. deciſ. 69. num. 38. & ſeq.* quòd rurſus pulchrè declaratur per Crauett. *conſ. 2. pro genero, n. 22.* iuncta diſtinctione Wameſij *tom. 2. conſ. 371. nu. 3. & ſeq.* & *conſ. 421.* & rurſus *cent. 1. cõſ. 49. num. 18.* & *cent. 2. conſ. 45. nu. 12. & 13.* & exornatur in Barboſa *tract. axiom. iur. vſufreq. ax. 86.* quod exempla declarant regulam & aperiunt, & quaſi digitis oſtendunt, non reſtringunt regulam, non excludunt ſimilia, ibi & quod *d. l. nemo*, vel quod (exemplis non ſit iudicandum) procedat in malis exemplis, & in practica erronea iudiciorum ea procedat, quando res in contrarium eſt certa, non verò in caſu dubio, vel quando conſtat, quòd veritas eſt contra exemplum; & rurſus de præiudicijs Rotæ Roman. Coratius *de comm. opin. lib. 2. tit. 9. num. 54. & ſeq.* ibi, quid ſi deciſio Rotæ ſit contra communem, hoc addidero quod communi opinioni in genere derogetur per opinionem in ſpecie in caſu indiuiduo Barboſa *tract. axiom. iur. vſufr. ax. 107. n. 17.* nec dubium, quin particulares deciſiones præualere debeant in iudicando.

2. Porro controuerſia eſt inter DD. vtrum opinio in lecturis vel conſilijs præualeat,

Card.

Tuſch. *lit. D.* Doctores varij ſi ſint in lecturis & conſilijs, ſtatur conſilijs, *concl. 562.* quæ quæſtio exactiſſime tractatur à Martino Monter à Cueua *in proœmio deciſionum ſuarum*, vbi declaratur & diſtinguitur, at in foro hæc opinio vana cenſetur, dum parum tribuitur conſilijs ad fauorem vnius partis, eaque ſola informante fabricatis, quemadmodum & Menoch. *præced. cap.* allegat. & Camer. Imperialis teſte Mynſing. *6. obſ. 60.* deciſiones ſequitur, nam vel parum in praxi verſato haud ignotum eſt, qnod non pauci conſulentes, leges pretio figant atque refigant, & per conquiſitas ratiunculas atque omnis generis argumenta, explicationesque ad propoſitum ſuum trahant. Hinc lepide quidam interrogat, vtrum melius ſit præceps Theologorum Iudicium, anceps ICtorum reſponſum, languens Medicorum ſolatium, ſuaue Philoſophorum delirium, cuilibet in ſua arte credendum, Iuriſtæ docent; de quo *cap. ſeq.* prudentiorum iudicia prævalere ingenioſorum iudicijs dubitare non licet, per notata Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſu, in præf. 124. & ſeq.* facit & doctrina Zaſij & Scacc. *cap. præced.* allegat.

CAPVT VII.

De opinione & ſententia peritorum, in arte & Conſultationibus per inferiora Iudicia coram Superiori factis, in Ducatibus Iuliæ & Cliuiæ vſitatis.

1. IN Ducatibus Iuliæ & Cliuiæ Iudices inferiores quoties de Iure dubitant, vel in cauſis arduis, ſolent acta & actitata pro concipienda ſententia ad ſuperiores Iudices tranſmittere, qui actis examinatis ſententiam conceptam remittunt ad pronunciandum, quo caſu non ad ipſos conſulentes, vel ad eos qui ſententiam conceperunt, ſed ad Cameram appellari debere, teſtatur Aſſeſſor *in præiudicijs Cam. obſ. 2.* ibi teſtatur ita ſæpe obſeruatum fuiſſe, & *obſ. 81.* Cameram noluiſſe hoc modo acceptare acta, & ex ijſdem pronunciare, de ſtatuto circa conſilium Sapientis, vide Tuſch. *lit. S. concl. 490. & ſeqq.* Beſold. *in Theſauro pract. lit. B. n. 34. verb.* Belehrung Vr. heil non poteſt de artificio, inquit Plin. *1. Epiſt. 10.* niſi artifex loqui, & Ariſt. *1. Ethic.* inquit, earum quiſque rerum Iudex eſt idoneus, quarum eſt eruditus: hinc & in legibus noſtris non raro ad decidendas controuerſias excellentiorum Auctorum adhibetur opinio, vt Platonis *in l. 2. ff. de nundinis,* Ariſtotelis *in l. 36. ff. de ſolut.* Ciceronis *in l. 39. ff. de pœnis, & in l. littus 96. ff. de verb. ſignif.* Hippocratis *in l. 12. ff. de ſtatu hom.* Homeri *in l. 1. ff. de contrah. empt.* & Virgilij *in l. 6. §. fin. ff. de rerum diuiſ.*

Cum autem in ardua quadam cauſa vtriuſque partis conſenſu, acta ad Vniuerſitatem pro concipienda ſententia mitterentur, 2.
quæſitum fuit, an Iudices tranſmittentes acta, ſententiam ab Vniuerſitate conceptam ita pronunciare debuerint, & quia ſuper hac quæſtione adhuc controuertitur, nihil firmo, Beſoldus *in d. tract. litt. A. num. 201.* auff eingeholtnen Rath: dicit Facultatem non eſſe Iudicem, nec Iudicem cogi poſſe ſequi tale conſilium, ſi tamen Iudex ita pronunciat, tum conſilium Sapientis tranſire in iudicatum, alios DD. allegat Caualc. *p. 1. deciſ. 28. num. 52.* quod ſententia lata de conſilio Sapientis, nunquam tranſeat in rem iudicatam, & conſtito de peritiori conſilio, ſemper retractari debeat, idem tradunt quando lata eſt per æſtimatores, per peritos in arte, & quando ex neceſſitate legis vel ſtatuti peritus eſt electus, ſecus ſi communi partium conſenſu fuit electus & voluntarie,

Digitized by Google

quam declarationem, ſcilicet vltimam, dicit ſe nec laudare nec vituperare, tu vide de veritate per plures extenſiones, Scacc. *de appell. quaſt. 17. limit. 1. idem de ſent. & re iud.* in praxi indubitatum eſt, ſi ſententia per Vniuerſitatem concepta, per Iudices promulgetur, quod tunc tranſeat in iudicatum, non tanquam ſententia Vniuerſitatis, ſed Iudicum eandem pronunciantium.

3. An vero Iudex teneatur Aſſeſſoris ſui conſilium ſequi, pro & contra arguit Luc. de Pen. *in l. omnes autem, n. 27. & ſeq. Cod. de decur.* vbi aliqua notab. de peritis in arte, & præter Maſcar. *de prob. concl. 1169.* vbi quomodo ijs credendum, & ipſis diſcordantibus quibus ſtandum ſit, & ſpecialiter de Medicorum dictis *cōcl. 1037.* de peritis in arte, latiſſime agit Pacian. *de prob. lib. 1. c. 47. per t.* vbi plurima quę ſunt in vſu quotidiano, & *n. 83. & multis ſeqq.* quod ſententia lata ex teſtimonio peritorum, nunquam tranſeat in rem iudicatam, ſed ſemper poſſit reſcindi ex conſilio magis periti, quemadmodum quotidie hoc fieri videmus in ocularibus inſpectionibus ędiū, hortorum, vinearum, terminorū, &c. quod ſi periti in arte hoc & illud ſe ita habere affirment, nihilominus ipſæ partes rem aliter ſe habere, vel contrarium eius, quod periti in arte edixerunt, probare poſſint; & dicit, quod ſententiæ latæ cum conſilio Doctoris, repertis alijs teſtibus melius informatis, vel alijs Doctoribus ſapientioribus, ſemper reuocari potuerint, quod ſapientes reputant, vt pulchrè quidam dixit, Tu non deſpicias, niſi deſipias, & licet ibi DD. pro & contra allegentur, an ſententia talis tranſeat in iudicatum, tamen negatiua communis eſt, & in praxi vſitatur, quodque ab illa ſententia etiam de conſenſu Iudicis promulgata, appelletur, & ita obſeruari vidi, quoad priora vero allegantur aliquot limitationes & declarationes, & *in addit. lit. T.* DD. an Iudex teneatur ſequi conſilium ſapientis, Bart. & Iaſon. *in l. ſi conuenerit, n. 16. ff. de re iud.* & rurſus Bart. *in l. ad principem, ff. de appell.* de quibus late quoque agit Berlich. *pract. concl. p. 1. concl. 59. per t.* vbi inprimis videtur inter DD. maxime eſſe controuerſum, an ſententia alterius, quam Iudicis nomine publicata, in rem iudicatam tranſeat, ſed quia ſententiæ conceptæ nomine Iudicis publicantur, ceſſat hæc altercatio in praxi, deinde *nu. 27. & ſeq.* dicit, quod Iudex non teneatur conſilium ſequi, vide ibi DD. & materiam, ad quos cauſa breuitatis fit relatio, iunctis ijs quæ ſcribit Speculator *lib. 2. p. 2. tit. de requiſitione conſilij,* & ibi Additionatores, & Rom. *ſing. 289. & ſeq.* addit, vtrum Iudex Aſſeſſoris conſilium ſequi teneatur, pulchra aliqua, quod peritis in arte credendum ſit, apud Annæum Robert. *lib. 2. rerum iudic. cap. 16.* in quo cap. mercatores ex eorum gremio Aſſeſſores Iudicibus adiungi poſtulabant, ſed per ſententiam reiecti fuerunt, quippe publice intereſt in ea Ciuitate, quæ celebris & antiqua eſt, Magiſtratus eſſe Regios, doctrina & literis imbutos, ſumma morum probitate commendabiles, qui Exteris ius reddant, vbi & ex abſurdo eneruantur mercatorum petita, quemadmodum quoque de conſilio ſapientis, an Iudex illud petere & ſequi debeat, diſtincte quædam tradit Vantius *de nullitatib. ex defectu Iuriſd. ord. n. 146 & aliquot ſeqq.* de æſtimatoribus à Iudice aſſumpti, an & quando ab eorum æſtimatione appellare liceat, Chriſtinæus *vol. 1. deciſ. 270.*

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VIII.

De vulgi opinione aliorumq́ auctoritate & euentu.

1\. QVemadmodum *ſuperiùs cap. 3.* probatum extat, quod omnium conſenſus naturæ vox ſit, ita etiam Gratianus *tom. 2 diſcept. forenſ. c. 295. n. 5. & ſeq.* tradit, quod opinio vulgi ſit quoddam ius naturale, inſitum naturaliter menti cuiuſlibet, adeoque conſilium aut iudicium non ſit dandum, quod vulgo iniquum videtur, vnde prouerbialiter dicitur, Vox populi, vox Dei. Et vt inquit Cic. Omnis, qui de Iure ſermo conſtituitur, in populari ratione potiſſimum verſatur. Hinc quoque dici ſolet, quod vulgi opinione receptum eſt, peruicaciter defenditur, quinimo & à vulgi opinione legitimum ducitur argumentum, Nicol. Euerh. *in locis legal.* ab opinione vulgi & vſu loquendi, ac propterea à communi ſenſu non eſt recedendum ſine lege aut efficaci ratione, Barboſa *in cap. de quib. diſt. 20.* ſiquidem appellatio vulgi pro Iure habetur, Crauet. *conſ. 166 n. 10.* ita vt etiam iuſta & plena probandi ſpecies & modus ſit ipſa communis opinio & iudicatio populi, vel viciniæ alicuius, dicitur autem communis opinio multorum cōſenſus & concors loquela, ſeu reputatio ex longa obſeruatione ſeu conſtitutione alicuius rei orta vel procedens, permaxime ſi talis obſeruatio longiſſimum tractum habet, vel hominum memoriam excedit, *l. ſi arbiter, ff. de prob.* habetq; hæc probationis ſpecies hoc ſingulare, quod in ea admittatur depoſitio teſtium de auditu, imo auditu auditus, videlicet, vt teſtificetur & ſe & alios in ea vicinia ſemper ita audiuiſſe & percepiſſe hanc vel illam rem ita & taliter ſe habere, ac vulgatum ſermonem ita ab antiquo ſemper fuiſſe, Mynſing. *ad tit. decret. de probat. num. 47. in materia finium & Iuriſdict.* Hier. à Monte *tract. fin. regund. cap. 25. num. 10.* Knichen *de iure territorij, cap. 3. num. 9.* Sic etiam in omni materia, quantumcumque odioſa, pœnali & correctoria, attendi debet communis vſus verborum, idque in omni diſpoſitione ſiue loquamur in legibus, ſiue ſtatutis, ſiue in ſcripturis tabellionum, ſiue in teſtium depoſitionibus, ſiue in actibus inter vicinos, ſiue in vltimis voluntatibus, ſiue in iudicijs, vt pleniſſime declarat Felin. *in proœm. decret. num. 7. & plurimis ſequentib.* quem cum alijs allegat Vaſquius *lib. 5. contr. cap. 90 num. 31.* vbi & dicit, quod verba diuinæ Scripturæ & ſtatuta debeant intelligi ſecundum communem vſum loquendi, adeoque appellatione fundi & domus, ex communi vſu loquendi, integra intelligitur, & non communis, quia ſic impropriè intelligeretur, quod non conuenit communi vſui loquendi, & Zaſius *in l. certi condict.* §. *ſi nummus, ff. ſi certum petatur*, vbi quoque notabilia, quod in ſubſequentibus magis accommodat & exemplificat, de communi vſu, eius effectu, & probatione, Maſcard. *de probat. concluſ. 329.* pro quibus & facit *l. eſt receptum, ff. de iuriſdict. l. hoc iure, ff. de aqua pluu. arcend.* vbi dicitur hoc iure vtimur, quaſi in populo & multitudinis conſenſu magna interpretandi vis conſiſtat, Ignatius Lopez *in pract. crimin. Canon. cap. 22. num. 16.* vbi & quod in opinionum conflictu ea tenenda ſit, quam vſus approbauit, *l. minime, l. ſi de interpret. ff. de legibus*, confer Card. Tuſchum *litt. O. concl. 157.* & ratio videtur eſſe, quod plenior ibi cenſeatur veritas, & integrum eſſe iudicium, quod multorum comprobatur

batur ſententijs, Knichen *de Saxon. non pronoc. iure, cap. 3. num. 46. & ſeqq.* immo falſa opinio alicuius, ſiue teſtatoris, multum valet, quomodo & quando, vide Manticam *de coniect. vltim. voluntat. lib. 3. tit. 10.* Surd. *conſil. 516. num. 7.* vbi verba teſtamenti, intelligi debent ſecundum opinionem teſtatoris, non autem ſecundum ipſam veritatem, & opinio ipſius facit ad intelligendam eius voluntatem, adde Sanchez *de matr. lib. 2. diſp. 39.* Sarmien. *lib. 1. ſelect. interpret. cap. 6. num. 3.* de cuius dicti veritate, quod ſcilicet opinio teſtatoris magis, quam veritas attendi debeat, videatur Mantica *d. tit. 10. per tot.* qui & *tit. 8. per tot.* agit de communi vſu loquendi, quodque intellectus extraneus dicatur, qui non conſonat auribus vulgi, iuncta doctrina Zaſij *d. loco.*

2. Prius vero aliquot modis limitatur, & primo, vt non procedat quoad regimen vulgi, quippe male imperatur, dicit Senec. *in Oct. 2.* cum regit vulgus duces, item in puniendis delictis, *l. Decurionum filij, Cod. de pœn.* vbi vanæ voces populi non ſunt audiendæ, nec enim vocibus eorum credi fas eſt, Decius *in cap. cum teneamur, num. 5. de prebend.* cuius contrarium male ſeruauit Pilatus condemnando Chriſtum, Tiraq. *de pœn. temp. cauſ. 46.* vbi & docetur, quod etiam propter ſcandalum aut tumultum popularem quis mitius puniri, aut pœna remitti poſſit, confer quæ tradit *cauſ. ſubſeq. 47.* Tertio limita, quoad malum, *Exodi cap. 23.* Quarto limita, vbi veritas eſt in contrarium, aut vbi vulgus ſentit contra peritos, quia, vt Cicero *pro Domo ſua* ait, in multitudine eſt varietas & crebra, tanquam tempeſtatum, ſic & ſententiarum commutatio, ex opinione multa, ex veritate pauca iudicat, vnde nullius eſt momenti, ignauæ atque inſipidæ multitudinis iudicium; ſed, vt dicit Cicero *2. de natur. Deor.* opiniones fictæ atque vanæ diuturnitate extabuerunt, & opinionum commenta delet dies, natura iudicia confirmat, & *Prouerb. cap. 1.* dicitur, Fili, ne te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis, nec ſtultorum & popularium ſententiæ acquieſcas, *Exod. cap. 24.* nec plurimorum, vt à veritate deuies, nec iuuenum inexpertorum, vti fecit Roboam *3. Regum cap. 12.* ſed ſapientum & bonorum, *Deut. cap. 26.* ſic quemadmodum vulgi laudes contemptui habere ſapientis eſt, ita quoque eiuſdem vituperia ſunt aſpernanda, prout pulchre exornatur in Paciano *de probat. cap. 44. num. 5. & ſeqq. lib. 2.* & quamuis qui multis imperat, non paucos offendat, tamen hoc minime curandum eſt, modo quis nunquam à Iuſtitia deuiet, neque illi, qui ſecundum Iuſtitiam offenduntur, cum mali ſint, nihil exiſtimationis alteri detrahere poſſunt, fieri non poteſt, inquit Dio *lib. 53.* vt vnus omnibus placeat, malis diſplicere, ſumma laus eſt, ratio inuenitur apud Senecam, *Epiſt. 29.* Sed præclarum eſt illud Liuij morale, Reſiſtis aduerſus famam rumoreſque hominum, ſi ſatis firmus ſteteris, interim probis probari potius, inquit Mimus, quam multis, decet, idem ait, nunquam, quam multis placeas, ſed quibus, ſtude, omnibus placere, impoſſibile eſt, bonos præſertim Prælatos ſtatim ſequitur inuidia, hinc ſapientes definiunt ſciri poſſe, qualis quiſque ſit, ſi aſpexerimus, à quibus laudetur, nam profecto honorificentius & laudabilius eſt, vni Socrati placere, quam vniuerſo improborum hominum theatro, quod

Digitized by Google

quod ibidem à Paciano pulchris moralibus illuſtratur, quæ notanda ſunt propter corruptos hominum mores, quis enim ignorat quam caute hodie, mali bonis inuideant, perſequantur & Iuſtitiam adminiſtrantes cane peius & angue oderint, inter quos, alioquin probos, reperio, qui ſi forte Iuſtitiæ zelo, & conſcientiæ ductu, per ſententiã condemnentur, ex amicis inimici fiunt, hinc Bias dicere ſolebat, ſe malle inter inimicos, quam amicos Iudicare, nam ex amicis alterum futurum inimicum, ex inimicis autem alterum fore amicum, Bruſ. *lib.* 10. *cap.*10.

3. Iudex igitur cogitet illud Cic. 3. *offic.* ſe habere Deum teſtem, id eſt, mentem ſuam, qua Deus ipſe nihil dedit diuinius, hominum Iudicium nullum virtuti præmium adijcit vel demit, pretium virtutis in ipſa eſt, nec curanda vana vulgi opinio legibus raro conformis, ſed vulgus vt plurimum in opinione pertinax, & in affectionibus rigidus, inuictuſque reperitur, vulgus iudicat ſecundum concupiſcentiam, non ſecundum rei veritatem, ea propter ſimilis illis auibus, quarum intuitum nox illuminat, & dies excæcat, vnde & popularem gratiam, nec commemoratione quidem dignam putat Boëtius *de conſ.phil.lib.*3. *proſa* 6. vbi Additionator allegat rationem quod fama popularis non proueniat ex recto iudicio rationis, plus enim ſequitur inclinationem ſenſus, quam rationis, & ſecundum diuerſas vulgi paſſiones, variatur fama populi, quod omnes experientia quotidiana compertum habemus, confer Tholoſanum *de Repub. lib.* 10. *cap.* 4. *num.* 12. *&* *lib.* 22. *cap.* 2. *n.* 8. quemadmodum & hoc tit. dictum eſt, conſilium vulgo penſatur euentu, optimum cenſetur quod propoſitum tenuit, peſſimum quod male ceſſit, cum tamen potuerit eſſe optimum ab initio, licet euentu corruerit, *per not.p.*1.*tit.* 2. belliſſime igitur Seneca, *de vita beata cap.*1. neque enim tam bene ait cum rebus humanis geritur, vt meliora pluribus placeant, argumentum peſſimi turba eſt, ex euentu fortunæ, quæ prius conſulta ſunt, iudicãt homines, vt teſtatur Propert. hinc euentus ſtultorum magiſter dicitur à Fabio, quippe ita vſu receptum eſt, vt qui rem aliquam non recte aggreſſi, tamen fœliciter perficiunt, optimo conſilio vſi exiſtimentur, alij contra ſtultitiæ culpentur, cum re optima deliberata, voti compotes facti non ſunt, vt teſtis eſt Caſſiod. ſed tamen vir prudens non euentum ſed rerum merita ſpectat, rationes cõſilij, non ſucceſſum ponderat, egregie Artabanus *apud Herod. lib* 7. ſuadeo tibi Rex, inquit, benè deliberare, in quo maximum eſt lucrum, nam etiamſi aliter accidat, nihilo minus tamen benè conſultum eſt, ſuperauit fortuna conſilium, qui vero malè conſilium cepit, ſi fortuna ei arriſerit, ille eſt quidem voti ſui compos, ſed nihilo minus male conſultum eſt, vnde Poëta:

Exitus acta probat, careat ſucceſſibus opto,
Quiſquis ab euentu facta probanda putat.

Hinc bellicoſiſſimus ille & famâ Celeberrimus Dux Dominus Comes Papenheimius ſe nihilo magis in bello dolere dicebat, quã victoriã ſemel perditã tot exiſtere correctores & conſultores quot. vulgo homines, ſic quandoque & ego contra illum qui re malè inſtituta, ab euentu ſeſe excuſabat, accommodaui illud Poëtæ:

Riſi ſucceſſu poſſe carere dolos.

Gubernator, inquit Quintil. *lib.* 2. *inſtit.* vult ſalua naui in portum peruenire, ſi tamen tempeſtate fuerit abreptus, non minus erit

Digitized by Google

Gubernator, dicetque notum illud, dum clauum rectum teneant, ſic quiſque in bello, vel in naui præſtat, quod artis eſt, etiamſi euentus non ſemper voto reſpondeat, ſatis feciſſe mihi videtur, quemadmodum & in iure noſtro in maleficijs voluntas, non exitus ſpectatur, & Paulus ſententiarū. 5. Conſilium vniuſcuiuſque non factum puniendum eſſe dixit, & Quintilianus Pater nunquam, inquit, mens exitu æſtimanda eſt, quod exornatur in Grotio *in tract. florum ſparſio ad ius iuſtinianeum in l. Diuus ff. ad l. Cornel. de ſicariis*, ſic nec occaſio habenda eſt in conſideratione, vbi non eſt ordinata ad effectum, Cacher. *deciſ.* 104. *fallit vt ibi num.* 8. ratio vero prioris aſſertionis & hæc eſt, quod cauſa facti magis inſpici debeat, non ipſum factum, Crauett *conſ.* 319. *nu* 7. & facile ſæpè eſt conſulere, difficile verò exequi, non ergo rectis conſilijs, euentus quibus eſt infelix, imputanda eſt malitia, nam fortuna fortior conſilijs, illud vero perabſurdum eſt, etſi aptis audacibus aduerſetur euentus, conſurgere in querimonias, & cōſilia optima ob contrarium exitum reprehendere, iunctis traditis, *p.* 1. *de bello cap.* 11. quia non ſolum, quid euenerit, ſed quare euenerit, potius attendi debet, conſequentia quidem cernimus, ſed principia & cauſas rerum videre, progreſſus & acceſſiones non ignorare, ſimilitudines comparare & rebus præſentibus adiungere futuras oportet, Tacit. *hiſt.* 1. rerum exitus prudentia metitur, non modo caſus euentuſque rerum, qui plerumque fortuiti ſunt, inquit, ſed ratio etiam cauſæque noſcantur, ſapiens igitur non ſolum exitum rerum, ſed initium cauſaſque ſpectabit gnarus finem conſilij eſſe cognoſcere in rebus gerendis, vbi, & quando, agendum vel non agendum & qua de cauſa quidque agendum ſit, quod in vniuerſum equidem mandari poteſt, & obſeruari debet, ſed ex longinquo nemo ſuadebit, cum rebus ipſis deliberandum, ſæpe etiam in ipſa arena pro re nata, conſilium capiendum eſt, porro prudentia ſemper in arduis tractandis & agendis ſumma eſſe debet, vtpote fortunæ profligatrix & euentuum moderatrix, quippe ſtultitia, error, cæcitas, & vt Cic. dicit, ignorantia rerum atque cauſarum, fortunæ nomina indixit, rectius dixeris prouidentia diuina omnia moderatur & gubernat, quæ tamen prudentiam non excludit ſed ei cooperatur, aſſiſtit, & in ipſo homine diuina eſt, neque enim eſt ſapientia nec eſt prudentia, nec conſilium, extra Dominum *Prouerb. cap.* 21. apud Deum non ſunt fortunata, nulli euētus, ſed omnia & ſingula prouiſa, præter cuius intentionem nihil fit, licet reſpectu inferioris cauſæ contingat, videlicet quoad nos, eſſe aliquid fortuitum, vel caſuale, dum præter noſtram intentionem hæc & illa fiunt aut eueniunt, ideo cum quid ſanctum agis, bonam ſpem tibi propone, certus quod conatum iuſtum Deus etiam adiuuet, Minard. apud *Stob. Serm.* 7. omnia proſpere eueniunt, inquit Liu. *lib.* 5. *cap.* 51. ſequentibus Deos, aduerſa ſpernentibus, ſi vero iuſto Dei Iudicio etiam iuſte cœpta tibi aliter quam ſperaueras, eueniunt, licebit vſurpare illud Phocionis, conſilia mea meliora, licet hæc fœliciora ſint, nunquam enim huiuſmodi ſunt vel erunt æſtimanda vtile quid ab initio cœptum, iura ſpectant, ſicuti negotiorum geſtori, vt repetat impenſas, ſufficit negotium ſemel vtiliter eſſe cœptum, licet effectum non habuerit vt pulchre probat Capicius *deciſ* 180. nec audiendi hoc caſu illi, qui poſt factum, hoc vel

Digitized by Google

vel illo modo, hoc & illud peragendum oblatrant, quandoquidem vti eſt in communi diuerbio, conſilium poſt factum non defuit, Germani dicunt, nach der thadt/ finden die Narren thadt / prudens autem metitur exitus, & vt dicit Poëta:

Qui ſapit ille animum fortunæ præparat omni,
Præuiſumq́, poteſt arte leuare malum.

Sat Chriſtiane autem monet Plautus in Sticho *act.* 1 *ſcen* 2.

—— poſtridie.
Pridie caueat, ne faciat quod pigeat poſtridie.

5. Quam aduerſa temeraria Iudicia de rebus bellicis & ſupremi belli ducibus ſæpe audimus haud facile coram Deo, neque de iure excuſanda, cum extra artem & profeſſionem propriam, exitum rei ab euentu eius Iudicent, iniquiſſima hæc bellorum conditio eſt inquit Tacit. *in vita Agric.* proſpera omnes ſibi vendicant, aduerſa vni imputantur, eius rei luculentum exemplum ſit Fabius Maximus, qui ne quidem vulgo cunctatoris appellationem horruit, cum cunctationem Patriæ profuturam ſciret, non igitur prætuliſſe ſe, ait, rumores hominum publicæ vtilitati, & maluiſſe, Ducem vtilem eſſe, quam vanâ & ſtulta prædicatione nobilitari, Sabell. *lib.* 10. *cap.* 1. eſto igitur.

Ad tribulos Aſinus ſemper ſua ſomnia vertit.

Plebeia ingenia magis exemplis quam ratione capi teſtis eſt Macrob. *lib. 7. Saturn.* exemplis vero & experientia an iudicandum ſit, multis moralibus exornatur à Wilhelmo Anthonij *de moratoriis reſcriptis tit.* 9. *concl.* 53. *num.* 167. quanquam raro, qui exemplis tantum iudicat, rectè collimet, omne malum inquit Caſſiod. execrabilius redditur, quando publica præſumptione tractatur & Macrobius 1. 8. illa ſola iuſta eſt multitudo, cuius vniuerſitas in legum conſentit obſequium ſinas ergo ciconias crocitare, canes latrare, anſeres glocitare, cuculos cuculare & vulgum, vt ita dicam, vulgiſare, aliud enim non nouerunt, nec didicerunt, quælibet auis, vt roſtrum ſibi creuit, ita canit, ita Iudicat vulgus, vti ipſe ſentit, vel ab euentu percipit, plerique damnant inquit *Fab.* 10. 1. quæ non intelligũt, fœlices forent artes, ſi ſoli artifices de ijs iudicarent, Eraſm. *Chil.* 1. *cap.* 6. *p.* 16. æquum & iuſtum apud nos eſt, vt vulgi opinionibus non tam facile abripiamur & vt Cic. dicit in errorem rapiamur, vnde in principio capitis dicta accipi vel intelligi poterunt de ijs, quæ Iuris naturalis ſunt, vel communi ſenſu facile percipiuntur, ſecundum tradita *p.* 1. *tit.* 5. *cap.* 3. iunctis notatis per Scacc. *de com. & Cambio* § 1. *q.* 7. *p.* 2. *ampliat.* 19. *nu.* 46. vel etiam in antiquis, quæ propter effectum antiquitatis vera reputantur, ſit tamen Iudex in hiſce & ſimilibus cautus & circumſpectus, ne de facili ad credendum moueatur, nam ad hoc, vt opinio fidem faciat, debet eſſe omnium, non ſingulorum, nec procedit in rumore omnium, qui ex incerto auctore procedit, quippè rumor eſt res ſine teſte, ſine Iudice, res eſt incerta, improbiſſima, maligna, fallax, ita & Eccleſia Romana interdum falſo rumore decepta fuit, *cap veniam* 35. *q.* 9. vti latius exornantur prædicta per Luc. de Pen. *in l. hi qui nu.* 5. *& 6. C. de præd. & omnib rebus Nau.*

6. Ego cum aliquando triginta iugera in certo pago diuendita eſſent, hoc addito wie dieſelbe im ſchall ligen / hoc eſt pro vt iacent in voce & rumore populi, cũ præclariſſimo ICto. Domino Licentiato Hochſtein, retuli in fauorem emptoris probantis tot iugera ibidem non reperiri, vel numerum ſup-

Digitized by Google

plendum aut pretium pro rata reſtituendum eſſe, cum enim certa iugera vendita, & ſic emptio & venditio ad menſuram facta eſſet, illa præſtari debebant, non attento quod & ſimul dictum fuit, prout ibi iacent, notabilis in hac materia deciſio eſt Ant. Fabr. *in Cod. de contrah. empt. & vendit. defin.* 3 *&* 4. vbi & oſtendit quantum interſit, an venditio à menſura vel corpore inceperit, venditor ad menſuram quid præſtare debeat, docet Wameſius *cent.* 3. *conſ.* 11. diſtincte de venditione ad corpus & menſuram Schrader. *de contract. tit. de emp. & vendit. ſub numer.* 148. *& ſeqq.* & plures caſus in Mantica *de tacit, & ambig. lib.* 4. *tit.* 17. Pulchre Deckerus *lib.* 2 *differt.* 7. *num.* 13. *& ſeqq.* Germani venditionem ad menſuram vocant, auff den außſchlag kauffen/ ad corpus vberhauff kauffen/ de quo vide omnino Rauchbar. *quæſt. Iuris Ciuil. & ſaxon. q.* 21. priori caſu quando taxationis cau a, numerus, pondo, menſura, vel iugera exprimuntur, & in ſingula iugera, vel menſuras pretium conſtituitur, vel etiam ſi coniunctim ſumuntur tot iugera, vel menſuræ, initium tamen contractus à numero, mẽſura &c. pro vniuerſo ſumitur, & numerum non demonſtrationis, ſed taxationis cauſa adiectum eſſe patet, tunc menſura, pundo &c. exacte ſeruanda ſunt, alias ſupplere vel pretij partem remittere debet, poſteriori caſu fit, ad corpus, ſi in vniuerſo & non pro numero menſurauc pretium conſtituatur, de venditione ad corpus ad menſuram Couar. *pract. quæſt. cap.* 3. Pinel. Barboſ. Karpz. & alij, & hodie controuertitur ille caſus, quem habet, Benintend. *deciſ.* 30. *vbi diſtincte iuncta deciſ. praced. numer.* 5. qui autem populi appellatione veniant, tradit Barboſa *tract. de appellat. vtriuſque iuris ſignif. appel* 205. *& appel.* 201. *de plebe.*

Sic etiam argumentum valet ab auctoritate Nicol. Euerh. *in loc. legal. ab auctoritate*, ita & hiſtoriarum, quod latè comprobat, Klock *de contribut. cap.* 20. *numer.* 486. *& multis ſeqq.* & de chronicis, libris antiquis, de fama, vulgi rumore item & Pœtarum aliorumque auctoritate, vide Carot. *in ſæpius citato tract. de communib. opin.* ſicuti & Pacian. *de probat. liber* 1. *cap.* 4. *numer.* 18. *& ſeqq* docet, quod argumenta ſumantur ab auctoritate ſanctorum virorum, à prouerbijs, à ſententijs Hiſtoricorum, Medicorum, Oratorum, Philoſophorum, & Pœtararum, quod ibidem illuſtratur, & de prouerbijs varia allegantur iura, eſt autem prouerbium generalis ſententia, cui conſuetudo fidem attribuit, communis opinio aſſenſum accommodat, incorruptæ veritatis integritas acquieſcit, Finaliter nota multitudini in delictis parcendum eſſe, & quomodo apud Gail. *de pace publica lib.* 2. *cap.* 9. vbi & quomodo Romani plures delinquentes milites punierint, concluſiue & ſummatim admonuero lectorem iſtius vulgati, rectè faciendo neminem timeas, ergo nec vulgi opinionem. 7.

CAPVT IX.

Remedium contra propria opinionis tenacitatem.

POſtquam igitur demonſtratum fuit quam periculoſum ſit, proprias opiniones contra regulas, præcepta, & quidem in prohibitis pertinaciter tueri, 1.

non

non debemus opinionibus noſtris nimium adhærere; quia in proprio iudicio facilis eſt error, imo & contingit iuxta Quintil. quo quiſque ingenio minus valet, hoc ſe magis attollere & dilatare conatur, cum tamen nemo ſit, qui doceri non egeat dum viuit, S. Ambro. 1. *offic. cap.* 1. quippe nemo eſt qui omnia ad ſummum abſoluerit Nazianz. *orat.* 30. neque vllus tam prudens, tam circumſpectus, vt non aliquando labatur Lactan. 6. 24. nullique fuere tales in quibus nihil ipſa deſideraret integritas, Arnob. *li.* 2. hinc Scaccia *de commer. & Camb.* §. 1. *queſt.* 1. *num.* 44. dicit, ſe aliquando cum admiratione cogitaſſe, quid eſſet in cauſa quod orta inter aliquos lite de aliqua re, quod vtraque pars eminentes & inſignes inueniat Iuriſconſultos ſibi contrarios, cauſam vti iuſtam defendentes, & Iudices licet ſummæ integritatis ſint, pugnantes in ea ferant ſententias, cum tamen per rerum naturam fieri non poſſit, vt qui opinionibus differunt, veritatis vnius habeantur auctores, Ambro. *lib.* 4 & Senec. *Epiſt.* 95. neceſſe eſt, ait, inter ſe tam diuerſa diſſideant, alijs alio nitentibus & rurſus Amb. contentionum ſtudijs ſolet, inquit, obſcurari, & contegi contemplationum veritas, prius vero reſoluendo dicit Scaccia, ſibi in mentem veniſſe cauſam, quod reuera nihil ſit proprie noſtrum, niſi per ambages & magna cum difficultate, ſed omnia ſint Dei, & nos quaſi momentanei conductores, temporaneo ad nutum Dei potiamur vſu, non poſſimus diſcernere aut cognoſcere niſi per ambages & maxima cum difficultate, quia res, vti ſe habet ad eſſe, ita ſe habet ad cognoſci, ſicut & S. Gregor. *cap.* 22. *moral. in Iob.* à luce veritatis, inquit, in tantas nos ignorantiæ tenebras corruiſſe, vt nos ipſos ignoremus, cauſæ autem ſunt ingenitæ omnibus, paſſiones amoris ſui, iræ & ſimilium, quæ, dici nequit, quam obſcurent rationem, quo minus recte iudicare poſſit, Pater Buſæus *in arte medica de iudicio proprio*, *remed.* 5. ibi ſimul monendo dicit, cum ſimus ſubiecti multis paſſionibus prauiſque affectibus, quod noſtro iudicio nõ debeamus confidere, quando enim norma, vel lesbea regula curua eſt & inflexa, nunquam quod ſecundum eam diuiditur, rectum efficitur ſed diſtortum, qualia namque ſunt principia talia & principiata, ſi enim ipſum lumen, quod in nobis eſt, tenebræ ſunt, tenebræ quantæ erunt *Matth.* 6. quare ſtulti cenſendi ſunt, qui adeo apud ſeipſos ſunt ſapientes, vt non modo cœterorum conſilia, non quærant, ſed etiam valde ſibi detractum putent, ſi alieno ſe egere conſilio oſtendant, verum non intelligunt illi, quo fato ingenia hominum indies magis decreſcunt, niſi quod, vt inquiunt Theologi, iuxta Danielis interpretationem, ab aurea ætate & argentea, ad peſſimam iam ætatem limoſamque peruenire cœptum ſit, quod quidem videre in omnibus ſcientijs difficile non eſt, Stephan. de Phæde *de interpretat. legum part.* 3. §. *extrema pars numer.* 72. *in fin.*

2. Quare etiamſi philautia quadam, ſiue concepta opinione quis exiſtimet ſe rem acu tetigiſſe, omneſque expandiſſe circumſtantias, tamen ſalutaris tibi erit doctrina Tertulliani *de cult. fœm.* meliori, inquit, parendum, inferiori perſuadendum, pari

aſſentiendum, quo plus quis præſumit, minus veretur, minus præcauet, plus periclitatur, vel vt ſuperius dictum communi opinioni aſſentiri debemus, vbi legis intellectus vel dubius eſt, vel nulla lex in terminis reperitur, nam lege extante non decet Iudicem miniſtrum eſſe voluntatis alterius, Caſſiod.8. *Epiſt.*18.imo nec qui iudicat, voluntati propriæ, obtemperare debet.ſed tenere quod legum eſt, S. Ambr. *Pſalm.* 118. homo quippe ad Iuſtitiam natus, inquit Cic.neque opinione, ſed natura conſtitutũ ius habet, quod mens ſponte diuinat ait Liuius *lib.16.* idem ſubijcit ratio, quo ipſo efficitur, quod & iuxta leges & rationem naturalem actiones noſtras regulare & iudicare debeamus, at illa nimis generali extante quid ſequendum ſit, ſuperius dictum fuit, ſed ita hodie eſt, quod via ſtulti recta in oculis ſuis, qui autem ſapiens eſt, audit conſilia *Prouerb.*12.neque enim iuxta Plato. *lib.* 5. *de legibus* animum honorare eum qui ſibi applaudit & pro ſuo arbitratu indulget.

3. Hinc ſubtiliſſimus Eccleſiæ Doctor S.Aug. *in cap. ſi habes*, 24.*q.*3. en adſum inquit, ſenex à Iuuene Epiſcopo, & Epiſcopus tot annorum à collega necdum anniculo paratus ſum diſcere, conſimiliter de Solone hæc dicta leguntur:

Quotidie addiſcens plurima, fio ſenex.

Hinc & Columella in omni via,inquit,pretioſiſſimum eſt intelligere, neſcire ſe, quod neſciat, ſemperque cupere, quod ignoret addiſcere, & Cic.*in offic.*ad filium,diſces ait, quamdiu voles, tamdiu autem velle debebis,quoad te,quantum proficis,non pœnitebit, quia nemo tam abſolute reperitur doctus,& perfectus, qui non aliquando erret Tiraq.*de pœn.temp.cauſ.*44.*num.* 64. vbi exemplificat & Luc. de Pen. *in præfat.ad tres poſteriores lib.C.num.*5. quod vel maxime Iuriſconſulti in hac profunda & legali ſcientia præ oculis habere deberent, nam qui confidunt in intellectu & memoria, ſæpe grauiter errant,prout & noſtri prædeceſſores errarunt errantque, niſi qui gratia ſpiritus S.in viam veritatis diriguntur, iuxta illud quod ſcribitur 3 *Reg.*ecce dedi tibi cor ſapiens, & intelligens, ſiquidem quæ ſcimus minima pars eorum ſunt, vt dicunt Philoſophi, quæ ignoramus, propterea dicebat Iuriſconſultus ille iam ſenio confectus, etſi alterum pedem in fouea haberem, adhuc quidem diſcere vellem, *l. apud Iul. ff. de fidei commiſſ. libert.* hinc & illud diuerbium dimanat, quandoque bonus dormitat Homerus vt ait *gloſſ. in cap. ſi quis cum nouerca* 32. *q.* 7. ideo quotidie videmus conſilijs & reſponſis ſubſcribi hiſce plerumque verbis, ſaluo ſaniori vel meliori Iudicio *l. Claudius fœlix in fin.ff. qui potiores in pig.* iunctis ijs, quæ ſcribit Angelus *in conſilio,* 110. *incip.ſanctiſſima, in nouũ*, & quidem prudentia & humilitas petit aliorum ſe Iudicio ſubijcere vt colligit Nauarr. *ex cap. de quibus diſtinct.* 20. *& cap prudentia,de offic.deleg.* neque tunc peccatũ cenſeri poteſt.ſi quis opera ſua ab alijs adprobari patiatur D.Thom. *quodl.*12.*art.* 13. eo libentius ergo eò inclinati eſſe debemus, quo maior eſt ignorantia & generalior miſeria conditionis humanæ,quemadmodum S.Bern *ſerm.*8.generalis eſt, inquit, humano generi miſeria, triplex, ſi diligenter aduertimus, nam & faciles ſumus ad ſeducendum, & debiles ad operandum, & fragiles ad reſiſtendum, ſi diſcernere volumus inter bonum & malũ decipimur,ſi tentamus facere bonum,deficimus,ſi conamur reſiſtere malo,deijcimur & ſuperamur.

Prius

Digitized by Google

4. Prius dicta fortius procedunt, quando errore iam detecto omnia & ſingula, quæ diximus vel docuimus, in melius reuocamus, non enim eſt leuitas vt teſtatur Senec. 4. *de benef. cap.* 38. à cognito & dãnato errore diſcedere, ſed ingenue fatendũ eſt, aliud putaui, deceptus ſum, & rurſus hæc ſuperbæ ſtultitiæ perſeuerantia eſt, quod ſemel dixi, qualecunque eſt, fixum ratumque ſit, vnde vulgo dicitur, humanum eſt errare, diabolicum in errore perſeuerare. Apoſtolicum vero (vt Petrus) commiſſum agnoſcere & reuocare, quare candide & ingenue Luc. de Pen. *in d. proæm.* id ſe ſcripſiſſe profitetur, quod lectores veritate probandum duxeruut, quod autem improbandum, illud tanquam à vero diſſonum ſe reuocare, nam vt errare vel minus ſapere communis eſt infirmitatis, ſic in errore perſeuerare præcipuum eſt horrendæ iniquitatis argumentum, hinc non immerito Hipocrat. arte medica clarus à Quintilia: laudatur, qui iam grandis natu quoſdam errores ſuos, ne poſteros quoque in eadem vitia deduceret, reuocauit, cum longe honeſtius ſit, ſerò benè ſentire, quam in prima ſententia, quæ falſa ſit, ad extremum ſeneſcere, errori renunciaſſe inquit S. Ambr. *Pſal.* 118. non vitij, ſed profectus eſt, adeo vt ipſe Imp. *in Nouel.* 22. *in præfat.* non erubeſcens dicat, ſi quid melius etiam horum, quæ ipſi prius diximus, adinueniamus, hoc ſanare & competentem prioribus imponere correctionem, nec ab alijs exſpectare corrigi legem, neque iſta iuris læſi eſt indecora curatio, hominis namque eſt errare, errorem corrigere ſapientis. errare non poſſe nulli datum, vnde S. Aug. *in Epiſt. ad Marcell.* non placet Tullij maximi auctoris Romani elogium, qui nullum vnquam verbum inquit, quod reuocare vellet, emiſit, quæ quidem laus quamuis præclariſſima videatur, tamen credibilior de nimio fatuo, quam de ſapiente perfecto, ſed ſi in bonam partem accipiatur, vt quempiam talem fuiſſe credamus, qui cum ſapienter omnia loqueretur, nullum vnquam verbum, quod reuocare vellet, emiſit, hoc potius de hominibus Dei, qui inſtinctu S. Spiritus locuti ſunt, quam de illo, quem ſic Cic. laudat, ſaluberrima pietate credendum eſt, ab hac igitur ſapientia cum longe abſim, vt ſi nullum verbum, quod reuocare velim, protulero, fatuo ſim quam ſapienti ſimillimus, illius quippe ſcripta ſumma ſunt auctoritate digniſſima, quia nullum verbum quidem reuocare vellet, ſed quod reuocare deberet, emiſit, non mihi igitur tulliana illa blanditur, ſed angit me plane illa Horatiana ſententia.

Neſcit vox miſſa reuerti.

Quod ita refert Viuius *deciſ.* 467. *num.* 47. *& ſeqq.* vbi & quomodo Iudex debeat reuocare errorem, vel interlocutoriam ſuam erroneã, iunctis ijs, quæ tradit Card. Thuſ. *lit. M. mutatio conſilij in melius concl.* 435. Cothm. *vol.* 3. *reſponſ.* 33. *in ſubſcript. ibi*, & pulcherrime Cagnol. *in l. nemo poteſt mutare conſilium*, 76 *ff. de reg. iur.* vbi & idem, quod Viuius oſtendit, quod quandoque & ipſe Deus ſententiam in melius mutet, & illud S. Aug. nouit Deus mutare ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum, & multi vocem quidem occultæ inſpirationis, inquit S. Auguſt. audiunt, ſed vitam non corrigunt dicentes cras, cras, ſubitoque oſtium clauditur & remanet miſer peccator foris, ante arcam patriæ cœleſtis cum voce coruina, quia pro peccatis gemere noluit, tempore quo potuit & debuit, voce columbina, puta errores ſuos agnoſcere & reuo-

Digitized by Google

reuocare, nullatenus in obſtinatione perſiſtere, nam vt dicit Apoſtolus *ad Rom.* 14. ſi quis ignorat, ignorabitur, & ſi quis negligit, negligetur, ſcilicet à Domino, qui illis dicet, neſcio vos *Matth.* 25.

5. Cum autem notum ſit, quod & SS. Patres, mundi lumina quædam reuocarint, quorum ſcientia quo copioſior fuit, eo magis ſe humiliarunt, nō erubeſcamus nos in melius emendare, quæ ignoranter peccauimus, & corrigere quæ à veritate aberrare, atque à decretis Eccleſię vel iuris principijs exorbitare animaduertimus, nec enim affectibus noſtris ita indulgendum eſt, vt plauſibiles noſtros prætextus ac ratiunculas mordicus teneamus & defendamus, ſed melioribus ſemper cedamus, nam huius mundi ſapientia eſt ſtultitia apud Deum Apoſt. *ad Rom.* 8. qui etiam iuſtitias noſtras in iudicium vocat, vbi multi ſentient ſe proprijs armis ſeu opinionibus vulneratos in ipſam veritatem offendiſſe, & tunc ſero cognoſcent, quomodo ipſa errantium turba hic mutua ſibi patrocinia præſtiterit, Minut. 381. contra honeſti & juſtitiæ ſtudia, contra decreta SS. Patrum, contra Concilia, contra præcepta Eccleſiæ, contra Iuris regulas, etiamſi tibi fortè aliter videatur, non enim cuiuſuis eſt è medijs ſpinis roſam carpere, aut inter adulterina metalla ſegregare quod purius eſt, ſed eorum, qui vt loquitur Apoſt. ad Hebræos *cap.* 5. exercitatos habent ſenſus ad diſcretionē boni & mali, imo & ſi videant, caueant, ne cadant, ſed captiuent intellectum ſuum ſub potenti manu Dei, & in obſequium Chriſti, quia vbi contendere durum eſt cum victore, Horat. 1. *Satyr.* 9. & plane infructuoſum & inefficax omne argumentum, nec quicquam proderunt opinionum commenta circa quæ occupati ſumus, vita autem feſtinat, mors interim aderit, cui velimus nolimus parendum eſt, Senec. *de breuitate vitæ cap.* 18. iunctis ijs, quæ ſupra *cap.* 2. dicta ſunt. & quia libertatis extrema licentia extremæ ſeruitutis eſt principium Plato. *de Republ.* 8. ideo non temerè opinionibus ſeducamur, nullus vnquam ſapientior Salomone extitit, & tamen ille opinione & deſiderio cordis ſui, à veræ iuſtitiæ tramite ſeductus fuit, idcirco ne ſimus prudentes apud noſmetipſos, ſed captiuemus intellectum noſtrum, & quid ſupremus iudex dicturus & Iudicaturus, ſedulo perpendamus quia ille ſimpliciter ſapiens dicitur, qui vt ait D. Thom. 2.2. *q.* 15. *art.* 8. benè de vltimo hominis fine, de perducentibus ad eum dijudicat, quandoquidem quicquid ſapiens agit, propter finem agit, *l. cum aurum § perueniamus verſ. ſemper illud ſpectamus ff. de auro & arg. legato*, Gail *de pace pub. cap.* 16. *num.* 23. ſi autem vitioſo fundamento, hoc eſt tuæ opinioni prætenſæ exceptuatæ contra communem, contra decreta Patrum, contra regulas inhærere, & pulchra culminum velis eleuare feſtigia vt inquit, S. Ambr. 2. *offic. cap.* 2. quo plus ſtrinxeris, plus corruis, abyſſus abyſſum inuocat, error errorem generat, vnum inconueniens aliud, qui verſatur in ſordibus, ſordeſcit amplius, & quem gratia deſerit, fiunt ſemper nouiſſima illius deteriora prioribus Sareſb. 2. *cap.* 26. Teneamus itaque opinionem ante omnia, quæ fauet animæ, teneamus & menti dictum Cyrili, certè nihil plus nocet, inquit, quam aliorum ſpreto conſilio, vt propria præcipit voluntas, ambulare, qui ſuæ tantum voluntati credit, in cunctis, quæ facit, finem odibilem inueniet, teneamus nos regulas, quantum poſſumus

Digitized by Google

ſartas tectas, non facilè ab iјs recedamus, niſi quando neceſſitas cogit, ſeu circumſtantia varians ſuadet, fœlix enim eſt neceſſitas, quæ veritati accedere non retardat, nam ſcire debemus, ſi quis à veritate vincatur, non ipſe vincitur, ſed ignorantia, quæ in ipſo eſt, quæ ignorantia facilior eſt in proprijs, quemadmodum Coboras apud Curtium ait, in ſuo quemque negotio hebetiorem eſſe, quam in alieno, & turbida fieri conſilia eorum, qui ſibi ſuadent. Hinc ſapientes monent, in noſtro negotio cogitare nos debere, quid iudicaturi eſſemus, ſi id foret alterius. Saniora itaque aliorum conſilia attendamus & ſequamur. Solet enim, iuxta S. Auguſtinum, recta opinio prauam corrigere conſuetudinem, & praua opinio rectam deprauare naturam, multi equidem exiſtimant, quod recta & orthodoxa ſit eorum opinio, quæ tamen eſt cacodoxa, id eſt, male ſentiens. Quare dicit idem Auguſtinus: Omnes etiam, qui bene viuunt, timeant, quia occultum eſt, quo perueniant.

Porro in maiori periculo verſantur illi, qui opinionibus nimium indulgent, vel propriæ pertinaciter adhærent, quod & in rebus fidei fieri videmus, vt fere tot hodie ſint quaſi fides, quot opiniones, cum tamen illa tot ſignis, tamq; euidentibus argumentis traditis ſuprà de Dubijs, & infrà de Veritate, cap. 1. in fin. *exiſtat illuſtris, vt meritò quiuis prudens aſſentiri illis poſſit & debeat, quod cum multi non faciant, inde fit, quod eo faciliùs in alijs caueant, & quæ falſa ſunt, opinionibus vera oſtendere, & quæ vera ſunt, falſa demonſtrare nitantur, quandoquidem male ſe rectum putat, vt dicit S. Ambroſius, qui regulam ſummæ rectitudinis ignorat, qui in opinionibus ſuis eſt ſapiens, & coram ſeipſo prudens. Qui ad veram ſapientiam peruenire non poteſt, quia falſarum opinionum fiducia deſipit. Quare belliſſimè monet Seneca* Epiſt. 7. *Quoties quid fugiendum ſit, aut quid petendum voles ſcire, ad ſummum bonum totius vitæ reſpice.*

Tu igitur, Domine IESV, *qui es via, veritas, & vita, aperi in conflictu opinionum atque in immortalibus inextricabilibusq; huius mundi certaminibus, oculos meos, vt inprimis videam te oculis mentis meæ, videam ſeu cognoſcam & me, & veritatem ſanctæ legis tuæ, videam & defectus meos, vnde mihi vileſcam, Deo meo me ſubdam, intellectum meum in obſequium fidei & veritatis captiuem, & humiliem me ſub potenti manu Dei, & licet defecerit virtus mea, non tamen conturbabor, neque diffidam; ſcio enim quid faciam, Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo, meritis Paſſionis tuæ confidens, eamq; vtpote ſaluberrimum & ſingulare remedium agnoſcens, deficiente namque ſapientia, iuſtitia non ſufficiente, & ſuccumbentibus proprijs meritis, illa ſuccurrit, ſuccurras mihi, rogo te, Domine* IESV, *Diuina tua ſapientia, in qua eſt Spiritus intelligentiæ Sanctus, Vnicus & Multiplex,* Sapient. 7.

Digitized by Google

reuocare, nullatenus in obſtinatione perſiſtere, nam vt dicit Apoſtolus *ad Rom.* 14. ſi quis ignorat, ignorabitur, & ſi quis negligit, negligetur, ſcilicet à Domino, qui illis dicet, neſcio vos *Matth.* 25.

5. Cum autem notum ſit, quod & SS. Patres, mundi lumina quædam reuocarint, quorum ſcientia quo copioſior fuit, eo magis ſe humiliarunt, nõ erubeſcamus nos in melius emendare, quæ ignoranter peccauimus, & corrigere quæ à veritate aberrare, atque à decretis Eccleſię vel iuris principijs exorbitare animaduertimus, nec enim affectibus noſtris ita indulgendum eſt, vt plauſibiles noſtros prætextus ac ratiunculas mordicus teneamus & defendamus, ſed melioribus ſemper cedamus, nam huius mundi ſapientia eſt ſtultitia apud Deum Apoſt. *ad Rom.* 8. qui etiam iuſtitias noſtras in iudicium vocat, vbi multi ſentient ſe proprijs armis ſeu opinionibus vulneratos in ipſam veritatem offendiſſe, & tunc ſero cognoſcent, quomodo ipſa errantium turba hic mutua ſibi patrocinia præſtiterit, Minut. 381. contra honeſti & iuſtitiæ ſtudia, contra decreta SS. Patrum, contra Concilia, contra præcepta Eccleſiæ, contra Iuris regulas, etiamſi tibi fortè aliter videatur, non enim cuiuſuis eſt è medijs ſpinis roſam carpere, aut inter adulterina metalla ſegregare quod purius eſt, ſed eorum, qui vt loquitur Apoſt. ad Hebræos *cap.* 5. exercitatos habent ſenſus ad diſcretionẽ boni & mali, imo & ſi videant, caueant, ne cadant, ſed captiuent intellectum ſuum ſub potenti manu Dei, & in obſequium Chriſti, quia vbi contendere durum eſt cum victore, Horat. 1. *Satyr.* 9. & plane infructuoſum & inefficax omne argumentum, nec quicquam proderunt opinionum commenta circa quæ occupati ſumus, vita autem feſtinat, mors interim aderit, cui velimus nolimus parendum eſt, Senec. *de breuitate vitæ cap.* 18. iunctis ijs, quæ ſupra *cap.* 2. dicta ſunt, & quia libertatis extrema licentia extremæ ſeruitutis eſt principium Plato. *de Republ.* 8. ideo non temerè opinionibus ſeducamur, nullus vnquam ſapientior Salomone extitit, & tamen ille opinione & deſiderio cordis ſui, à veræ iuſtitiæ tramite ſeductus fuit, idcirco ne ſimus prudentes apud noſmetipſos, ſed captiuemus intellectum noſtrum, & quid ſupremus iudex dicturus & Iudicaturus, ſedulo perpendamus quia ille ſimpliciter ſapiens dicitur, qui vt ait D. Thom. 2.2. *q.* 15. *art.* 8. benè de vltimo hominis fine, de perducentibus ad eum dijudicat, quandoquidem quicquid ſapiens agit, propter finem agit, *l. cum aurum § perueniamus verſ. ſemper illud ſpectamus ff. de auro & arg. legato*, Gail *de pace pub. cap.* 16. *num.* 23. ſi autem vitioſo fundamento, hoc eſt tuæ opinioni prætenſæ exceptuatæ contra communem, contra decreta Patrum, contra regulas inhærere, & pulchra culminum velis eleuare feſtigia vt inquit, S. Ambr. 2. *offic. cap.* 2. quo plus ſtrinxeris, plus corruis, abyſſus abyſſum inuocat, error errorem generat, vnum inconueniens aliud, qui verſatur in ſordibus, ſordeſcit amplius, & quem gratia deſerit, fiunt ſemper nouiſſima illius deteriora prioribus Sareſb. 2. *cap.* 26. Teneamus itaque opinionem ante omnia, quæ fauet animæ, teneamus & menti dictum Cyrili, certè nihil plus nocet, inquit, quam aliorum ſpreto conſilio, vt propria præcipit voluntas, ambulare, qui ſuæ tantum voluntati credit, in cunctis, quæ facit, finem odibilem inueniet, teneamus nos regulas, quantum poſſumus

ſartas

Digitized by Google

ſartas tectas, non facilè ab ijs recedamus, niſi quando neceſſitas cogit, ſeu circumſtantia varians ſuadet, fœlix enim eſt neceſſitas, quæ veritati accedere non retardat, nam ſcire debemus, ſi quis à veritate vincatur, non ipſe vincitur, ſed ignorantia, quæ in ipſo eſt, quæ ignorantia facilior eſt in proprijs, quemadmodum Coboras apud Curtium ait, in ſuo quemque negotio hebetiorem eſſe, quam in alieno, & turbida fieri conſilia eorum, qui ſibi ſuadent. Hinc ſapientes monent, in noſtro negotio cogitare nos debere, quid iudicaturi eſſemus, ſi id foret alterius. Saniora itaque aliorum conſilia attendamus & ſequamur. Solet enim, iuxta S. Auguſtinum, recta opinio prauam corrigere conſuetudinem, & praua opinio rectam deprauare naturam, multi equidem exiſtimant, quod recta & orthodoxa ſit eorum opinio, quæ tamen eſt cacodoxa, id eſt, male ſentiens. Quare dicit idem Auguſtinus: Omnes etiam, qui bene viuunt, timeant, quia occultum eſt, quo perueniant.

Porro in maiori periculo verſantur illi, qui opinionibus nimium indulgent, vel propriæ pertinaciter adhærent, quod & in rebus fidei fieri videmus, vt fere tot hodie ſint quaſi fides, quot opiniones, cum tamen illa tot ſignis, tamq; euidentibus argumentis traditis ſuprà de Dubijs, & infrà de Veritate, cap. 1. in fin. *exiſtat illuſtris, vt meritò quiuis prudens aſſentiri illis poſſit & debeat, quod cum multi non faciant, inde fit, quod eo facilius in alijs caeutiant, & quæ falſa ſunt, opinionibus vera oſtendere, & quæ vera ſunt, falſa demonſtrare nitantur, quandoquidem male ſe rectum putat, vt dicit S. Ambroſius, qui regulam ſummæ rectitudinis ignorat, qui in opinionibus ſuis eſt ſapiens, & coram ſeipſo prudens. Qui ad veram ſapientiam peruenire non poteſt, quia falſarum opinionum fiducia deſipit. Quare belliſſime monet Seneca* Epiſt. 7. *Quoties quid fugiendum ſit, aut quid petendum voles ſcire, ad ſummum bonum totius vitæ reſpice.*

Tu igitur, Domine IESV, *qui es via, veritas, & vita, aperi in conflictu opinionum atque in immortalibus inextricabilibusq; huius mundi certaminibus, oculos meos, vt inprimis videam te oculis mentis meæ, videam ſeu cognoſcam & me, & veritatem ſanctæ legis tuæ, videam & defectus meos, vnde mihi vileſcam, Deo meo me ſubdam, intellectum meum in obſequium fidei & veritatis captiuem, & humiliem me ſub potenti manu Dei, & licet defecerit virtus mea, non tamen conturbabor, neque diffidam; ſcio enim quid faciam, Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo, meritis Paſſionis tuæ confidens, eamq; vtpote ſaluberrimum & ſingulare remedium agnoſcens; deficiente namque ſapientia, iuſtitia non ſufficiente, & ſuccumbentibus proprijs meritis, illa ſuccurrit, ſuccurras mihi, rogo te, Domine* IESV, *Diuina tua ſapientia, in qua eſt Spiritus intelligentiæ Sanctus, Vnicus & Multiplex,* Sapient. 7.

TITVLVS SEXTVS.

Juſtitia in Perſonarum acceptione vulnerata.

CAPVT PRIMVM.

Perſonarum acceptionis hodiernus abuſus.

1. ACceptio perſonarum in peruerſum ſenſum detorta, hoc exulceratiſſimo ſæculo à plurimis, præſertim hodiernis militibus, frequentius quam rectius peſſimo exemplo practicatur: quandoquidem hi abſque vlla perſonarum acceptione, ſint Religioſi, Eccleſiaſtici, vel Sæculares, omnia diripiunt, auferunt atque exſpoliant, neminem excipiunt, inter pauperem, modo parum habeat, & diuitem non diſtinguunt, à miſeris Ciuibus & Ruſticis, ad quos diuertunt, victum gratis per vim habent, plura cupiunt, ad maiora cogunt, grauiora minantur, cædunt, vulnerant, mulierum honori non parcunt, non pauperum inopiæ miſerentur, omnibus ſunt iniurij, & in Deum blaſphemi, quorum auaritia inexplebilis, libido inexhauſta, crudelitas plus quam ferina, mores nefandiſſimi, qui nec lachrymis pupillorum & viduarum commouentur, ſed etiam ab illis, quos præ ſumma inopia morituros conſpiciunt, quidquid reliquum eſt, non ſolum prædatorio more, ſed etiam noua carnificina, quæ intuentibus eſt terribilis, audientibus horrenda, & patientibus intolerabilis, extorquent; ſed veniet, ah! veniet rabioſis & voracibus lupis, inquit Lactantius, merces ſua, qui iuſtos & ſimplices animos nullis facinoribus admiſſis excruciauerunt; qui, quacunque iter faciunt, abſurdiſſimæ petulantiæ veſtigia poſt ſe relinquunt, infinita ſubditis damna inferentes, & omnia, quæ conferre poſſunt, auferentes; qui haud dubie faciunt aliter, quam magnus ille belli Dux Beliſarius, qui Romanorum gloria vocatus fuit, vt habetur *in vita Iuſtiniani Imperatoris, in principio Corporis Iuris Ciuilis deſcripta*, dixiſſe fertur, vnum auferre & alienis paſci (vti noſtri milites ex contributionibus) turpe ſemper & probroſum videtur. Qui igitur ſimilia agunt, in genere rapacium optimi, pro eo, quod adhuc in meſſe vel obuenturum ſperatur, miſeros ſubditos ſecum captiuos abducunt, verberant, ſpoliant, immo mortem ſæpius inferunt. Ergo, vt quidam dixit, rape, congere, aufer, poſſide, relinquendum eſt; ſed cur iſta mira, quia

Inter mortales regnant fraudeſq́; doliq́;,
Et nulla eſt pietas, pectoribuſq́; fides.
Curat nemo vagos, & nemo lædre veretur.
Non exul cura dicitur eſſe Deo.

Quinimo apud eos intantum error inualuit, vt non iniuriam ſe facere putent, 2.
ſed fore virtutem, aliena poſſidere, potentiam, innocentem circumuenire, prudentiam, humilem deſpicere, ſummam nobi-

nobilitatem; leges horrere, perfectam eloquentiam; & dicunt veram, non Chriſtum ſapere, ſapientiam; & in cœno vitiorum iacere, beatitudinem iudicant: & quia indigne ſemper ampliores ambiunt dignitates, non ad hoc morum probitate, ſed armorum feritate ornantur, quærunt gradus ſummos, dum animos gerunt infirmos, ſedes primas, cum habeant vitas imas, linguas magniloquas & manus otioſas, ſermones multos, & fructus nullos, vultus graues, & actus leues, ingentes authoritates, & nutantes ſtabilitates, gladij commoda, manus vero non applicant ad prælia, prompti ad conſpirandum, alacres ad decipiendum, conturbatores in otio, deſertores in periculo, aſſueti latrocinijs, bellorum inſolentes, diſciplinam contemnentes, rem militarem ignorantes, hi ad quorumcunque militarium virorum paueſcunt occurſum, latiùs Luc. de Penn. *in l. ſtipendia, n. 5. Cod. de re milit.* vera hominum ſentina, ipſis tauris & leonibus truculentior, quia, vt Horatius canit,

Neque hic lupis mos, neque leonibus
Vnquam, niſi in diſpar feris.

Quod latiùs illuſtratur per Vaſquium *lib. 1. controv. cap. 41. num. 28. & aliquot ſeqq.* Hi ſunt, inquit Bleſenſ. quorum teſtimonio laudari audis, in otio occupationes, in prælijs lepores, in pace prædas, inter arma fugas, inter vina victorias, cum ſint in prætorijs leones. His & ſimilibus virtus bonorum formidoloſa eſt, & propter hanc boni eis efficiuntur odioſi, nam iuxta illud: Quem metuunt, oderunt; quem quiſque odit, perijſſe expetit. Et S. Hier. *in Serm. Quadrag.* Difficile, inquit, iniquorum euadit opprobria, cui eſt amica Iuſtitia. Et S. Chryſoſt. *in Decoll. S. Ioan. Bap.* Innocentiæ inimicis odioſa eſt ſemper libertas, nam virtus contraria vitioſis, ſacrilegis exoſa ſanctitas, impudicis inimica caſtitas, corruptis integritas, pœna luxurioſis aduerſa, crudelibus ſemper dura miſericordia, impijs pietas non ferenda, & latius ibi, & rurſus *in ſerm. de vendit. Ioſeph.* inter cætera ait, Zelant manſuetum inuidi, modeſtum ſuperbi, probum improbi, mitem tumidi, inimica æmulatione laceſſunt, patitur & Ioſeph ſanctus innocentis vitæ inuidiam & æmulos in ſe fratres ſancta excitat vita, bonum mali videre non poſſunt, volunt meliorem vincere, ne degeneres ipſi poſſint impropria ſuſtinere, nemo virtuti fauet, niſi qui eam ſequi poteſt, quod licet improbi non faciant, tamen & hi apud Reges & Principes inſigni habentur honore, frequentiſſimo quoque donantur munere, vnde Polic. *lib. 5. c. 10.* Qui corruptior moribus & corruptior muneribus apud illos beatior eſt, & infra: Frequens eſt, vt Curia recipiat vitioſos, apud quos inualeſcit audacia delinquendi, cum ex familiaritate potentum vitijs indulgetur; quod in refrigerium literatorum latiùs proſequitur Luc. de Penn. *in l. priſco, n. 3. & 7. C. de Palat. in. ſacr. largitionũ.*

Conſimiliter quidam Germanus dolen- 3.
ter refert:

Recht thun das hat mich betrogen/
Ich thät recht/ vnd ward belogen/
Fuchsſchwäntzer habn die älteſte Brieff/
Sie ſtehlen mehr dann andre Dieb/
Der jetzund kan am beſten ſtehln/
Dem thut man Land vnd Leuth befehln.

Et, vt vulgo dicitur:

Wie gröſſer Bub/ wie gröſſer Glück.

Bone Deus! in quæ nos tempora reſeruaſti, in illa ſcilicet, quibus militum licentia vel potiùs inſolentia, *p. 1. tit. 2.* enarrata, & malorum inuidia omnia conturbantur, & ſur-

ſum & deorſum impunè verruntur, non raro etiam, qui ſub iuſto clypeo militant, illa tam libere exercent, ac ſi de virtutibus ageretur. Et (quæſo) quis eſt, qui modo miſereatur afflicti pupilli, qui pauperi opem ferat? S. Scriptura de Moyſe teſtatur *in Act. Apoſt. cap. 7.* quod cum vidiſſet quendam iniuriam patientem, vindicauerit eum, & fecerit vltionem ei, qui iniuriam ſuſtinebat percuſſo Ægyptio, quippe olim non ſolùm honorificum fuit ſuppetias ferre, atque aſſiſtentiam præſtare vexato & oppreſſo; ſed hoc etiam legib. 12. Tabul. cautum & mandatum fuit, in verbis: Aſſiduo vindex aſſiduus eſto protelatario Ciui; quis volet, vindex eſto. Si homo cùm ſim, ait Eurip. hominis non ſuccurram calamitati, non videar mentis compos. Erant autem Proteletarij, qui olim in Rep. Rom. tenuiſſimi & pauperrimi erant, vnde proteletarius capitur pro inope nulliſq; facultatibus prædito, & qui olim paruo aut nullo ære cenſebantur, capite cenſi appellabantur, quorum infinitus ob præfatæ acceptionis perſonarum abuſum reperitur numerus, quia hodie non ſolùm innotuit illud Ethnicum: Fœlices cole, miſeros fuge; ſed & miſero miſeriam adde, afflicto afflictionem: ergo ſecedamus ad tempus, vt ſolitus fuit dicere S. Anton. ad ſuos, Nubecula eſt, quæ immenſa operatur, per tradita *de Bello & Clementia*, qui tamen in pretio habentur, & ne tua omnino perdas, eos colis & amas, non amaturus, ſi tua non quæreres, quæſiturus meliora, ſi Iuſtitia adminiſtraretur, nam ea neglecta nec per milites Regnum conſeruatur, ſed perditur, per notata ſuprà *de bell. tit. 2.*

4. Verùm quid inutiliter dicit Lucas de Pen. *in l. atlethæ, n. 3. C. de athletis*, in his pene vacamus hodie, nedum apud rudes populos, ſed etiam apud Principes & Optimates indoctos, ſolùm doctoralem habitum contemnentes, nouimus exaltari Doctores huiuſmodi, aptos ad diſcendum potiùs, quam docendum, nimirum vt viris iacet, nec fructum affert, niſi ad ſtipitem arboremve applicata, ſic etiam Docti niſi gratia & fauore Magnatum ſubnixi, ad fructus talibus dignos non promouentur, ita vt doctrina in exilium ſponte ſua abeat, quia nullus honos, nulla condigna eius remuneratio cernitur, ſed potiùs impletum cernimus illud *Eccleſ. cap. 9.* Non eſt ſapientium panis, nec prudentium diuitiæ, nec ſcientium gratiæ. Vbi S. Hieron. ait: Videmus in Eccleſia imperitiſſimos quoſque ſedere, & qui nutriuerunt frontis audaciam, & nobilitatem linguæ conſecuti ſunt, dum non recogitant quid loquantur, prudentes ſe & eruditos arbitrantur, maximè ſi rumorem vulgi habuerint, qui dictis leuioribus commouentur, è contrario eruditum virum latere in obſcuro perſecutiones patientem, & non ſolùm in populo gratiam non habentem, ſed inopia & egeſtate tabeſcere; & ſic impletum cernimus illud Boëtij: Virtus non ſolùm præmijs caret, verùm etiam ſceleratorum pedibus ſubiecta calcatur, & in loco facinorum ſupplicia luit: immo videmus bonos mergi, malos erigi, reptare aquilas, aſinos volare, vulpes in curribus, coruos in turribus, adeo ſimilis vita theatro eſt, vbi ſæpius peſſimos quoſque honeſtiſſimum inter homines habere locum, ex alijs refert Gulhelmus Anthonij à Frewdenberg, *de moratorijs reſcriptis, tit. 10. concluſ. 68. num. 40.* vbi multa præclara ad propoſitum, & inter alia triſte exemplum de quodam Doctore Neapoli capite truncato, ob hoc, quod dixiſſet Magiſtratum

Regis

Regis, Viris doctis omiſſis, ignorantibus dari, vt refert Borell. *de magiſt. edict. lib. 3. cap. 3. num. 12.* addens tamen Philippum II. Regem Hiſpaniarum cum hoc audiſſet, adeò ægrè tuliſſe, vt parum abfuerit, quin in Magiſtratum, qui pœnam illam inflixerat, grauiter animaduerteret, quis igitur audet in ſpecie loqui, qui ſimilia fieri quotidie videt? quis talia dicet, ſi dixiſſe periculum ſit? ſicuti conſtat periculi plenum eſſe de ijs diſputare, qui poſſunt amputare, & de ijs ſcribere, qui poſſunt proſcribere.

5. Sed huiuſmodi perſonarum acceptione meritò relegata, aſſidui & diligentiſſimi eſſe deberemus in electione eorum, qui iuſtitiam optimè adminiſtrare poſſunt, puto doctiores & probiores, rerumque experientiæ gnaros, ſiquidem non ſolum peccat indignos eligens, ſed etiam tenetur ad emẽdationem his, qui exinde læduntur, ita præter notata à Luca de Penna *in l. ſi quis, num. 27. & ſeq. Cod. vt nemo ad ſuum Patrocin.* vbi pulchra docet & Couarr. *in cap. peccatur, p. 2. §. 7. num. 2.* nam ſicuti non habens peritiam, quæ in eo exigitur, eſt in culpa, *l. 2. ff. quòd quiſque iuris, &c.* Bonacin. *tract. de reſtit. in genere, diſp. 1. quæſt. 1. pun. 1. propoſ. 1. num. 11. & ſeqq.* an & quando eligens, conferens, diſtribuens digno omiſſo digniore teneatur ad reſtitutionem, quis dicatur dignior, an ad Epiſcopatum dignior ſit Theologus vel Iuriſperitus, iunctis traditis per ipſum *in tract. de beneficijs*, vbi & de Epiſcopi officio, quemadmodum & ad quartum Decalogi Præceptum *diſp. 6. quæſt. vn. puncto 8. propoſ. 1. num. 4. & ſeqq.* quidnam ſit Epiſcopi & Parochi officium (de quo vide & Canon. & Barboſam *ad titul. decret. de officio Archipresbyteri*) ibi & infert cauſas ob quas Pontifex Epiſcopo poteſtatem dat cedendi aut deſerendi Epiſcopatum hiſce verſibus deſcriptas:

Rebellis, ignarus, mali conſcius, irregularis
Quem mala plebs odit, dans ſcandala, cedere poſſit.

Ita etiam peccat, qui indignum promouet, D. Thom. 2. 2. *quæſt. 63.* Tiraquell. *de Nobilitat. cap. 6. num. 25. ad med.* neque enim negari poteſt, quin Reſpublica exquiſita cura indigeat, Dio *lib. 54.* eaque tam in Eccleſiaſticis quàm Politicis ſummè & adeo neceſſaria ſit, vt eâ neglectâ, vel officijs, perſonis non ſat idoneis, vel non melioribus collatis, detrimentum ac multis in locis totalem ruinam paſſa fuerit, vos autem in culpa eſtis, dicit Dio *lib. 55.* qui ad veſtros greges cuſtodiendos, non canes Paſtoresuè, ſed lupos mittitis; cum canes funguntur officijs luporum, ait Cicer. *Heren. 4.* cuinam præſidia pecuaria credemus? idem docet Dominus Efferen *in Manuali politico, de ratione Status ſeu de Idolo Principum, lib. 3. punct. 6.* quod Deo ad ſtrictam rationem teneatur, qui iniuſtis, malis, vitioſiſque Regni vel Iuſtitiæ adminiſtrationem commendat; paria enim ſunt errare, iniuſtè agere, errantes fouere, & non caſtigare; ibi & quales eſſe debeant Iudices, iuncto Barboſa *in cap. ad hæc, nu. 8. de offic. Archid.* quibus attentis ritèq; ponderatus ſæpiùs miratus ſui & adhuc admiror, quod quilibet noſtrum tam aſtutus, ſedulus, tam ſollicitus, imò & anxius ſit, vt ſibi meliorem bouem emendo acquirat; vel etiam Nobiles, in cōmendis equis & canibus venatorijs, vel quicunque alius in comparando id, quod ſibi optimum videtur, & ne à ſcopo aberretur, prudentioribus, vt optima ſeligant, mandatur officium, ſelectorumque cura & cuſtodia alijs datur, & tamen tanta ſit ſocordia, tam parua cura & diligentia in electione ſu-

ne Iudicum & Officialium, quorum opera Reſpublica ſuſtentatur & conſeruatur, in quorum locum ſæpè idiotas, indignos, vel fauoritas euehunt, promouent, & deſtinant, atque ita ſubditis non de Gubernatore, ſed potius ipſi Gubernatori de bono gubernio prouidetur, vnde lautè & ſplendidè viuere poſſit, quod deteſtantur Belgæ hiſce verſib:

Het Lande is te beklagen
Ent wort quaelick geregiert/
Daer men de Luiden met de Officien
Ende de Officien niet de Luiden verciert.

quod conteſtatur P. Kontzen *tract. Daniel Aulæ ſpec. cap. 15. §. 2.* nunc officia viris, non viri magiſtratibus quæri, ſed in ſeq. oſtendit, grauiſſime peccare eos, qui improbos vel non probatæ vitæ viros eligunt, ſicuti refert triſtia eius rei exempla, & puto illa ſatis adhuc hodie notoria eſſe; quippe cum ſurrexerint impij, inueſtigabitur homo, quãdo impij præſunt populo, nihil habet plebs in tuto; quando verò iuſtus, tunc omnia ſunt tuta cum lætitia, quod & fit quando Princeps officij ſui memor accuratiſſime ad omnia attendit, ſeu in adminiſtratione Iuſtitiæ ſe talem præbet, qualem ſe in die illo compariturum non reformidabit, &c.

6. Porrò in omnibus & quoad omnia regimini ſuo Rex ſeu Princeps ſufficiens non erit, niſi & Viros excellentioris doctrinæ & probitatis in auxilium oneris ſui vocet, quẽadmodum Rex Hiſpaniarum tales eligere & ad officia deſtinare ſolet; meo tempore dum agerem Aduocatum Cliuis, Sereniſſimus Princeps Elector Brandenburgicus D. Doctorem Portman propter excellẽtem ipſius doctrinam in Conſiliarium Cliuenſem accerſiuit & promouit, ſic & Sereniſſimus Princeps Neoburgicus doctos non ſolum promouet, ſed & amat, non mirum ſimilis ſimiles, ſcit enim bonas artes honore nutriri atque hoc ſpecimen eſſe florentis Reipublicæ, vt diſciplinarum Profeſſoribus præmia luculenta pendantur, vt ait Symach. *1. 13.* ob quod vt gemma in auro inter Principes Germaniæ fulget, cũ & nemo ſit, quem litterarũ non augeat glorioſa notitia; qui indoctos & indoneos promouet, ęgre ferre non debet, ſi iuſtitia ipſius inſcitia vapulet; nimis autem indignum eſt, ſi minori honore dignus, alteri magis merito præferatur, nec enim debemus vni honorabilius quid exhibere, vnde alij ſcrupoloſo corde mouentur, *cap. decimas 16. quæſt. 7.* iuncto *cap. ſtatuimus, x. de maiorit. & obed.* pulchrè Egiſippus *de bello Iudaic. lib. 1.* Vos honore congruo, inquit, proſequimur, vt neque immoderatus, neque infimus honor ſit, aliud inflat, aliud exaſperat, quodcunque ſuæ portionis vniuſque ſuppetit, impartiatur, non enim quis delectat tantum eum, quem ſupra menſuram honorat, quantum lædit eum, cui debitum negat, & plerumque vterque offenditur, vbi prælationis adulatio eſt, quales autem olim Clerici fuerint vide Beſoldum *in Theſaur. pract. lit. M. verb.* Münſter.

Quãuis igitur eo omnes adniti debeant, vt ſemper id, quod melius eſt, eligant & promoueant, de iure & conſcientia ad hoc obligati, tamen hodie iuxta Afflict. *in conſtitut. Statuimus, nu. 57. lib. 2.* non morum honeſtas, ſed verborum venuſtas; non ſcientiæ vſus, ſed Iuſtitiæ riſus; non puritas manuum, ſed quantitas munerum confouetur, & non virtutes, ſed veſtes ad inſignes honores & vtilitatis officia promouentur; hinc Poëta: 7.

Et genus & formam Regina pecunia donat.

Et Plautus:

Vt quiſque fortuna vtitur, ait, ita præcellere
Atque inde ſapere eum, omnes dicimus.

Pla-

Placet ergo exclamare cum Poëta:

O miſeras hominum mentes, & pectora cæca,
Qualibus in tenebris vitæ quantuſq; periclis
Degitur hoc aui quodcunque eſt.

Appoſitè Plaut. *in Trinummo act. 4. ſcen. 3.* ait, petere honorem pro flagitio, more fit ſtrenuos præterire, more fit, mores leges perduxerunt iam in poteſtatem ſuam; & vt Boët. *de conſol. phil. lib. 1. met. 5.*

Et peruerſi reſident celſo mores ſolio
Latet obſcuris condita virtus clara tenebris.

adeo vt bona mens, ſi hodie eſſet venalis, non haberet emptorem, ex ſententia Senecæ *epiſt. 27.* ſic fortunæ munera ad improbiſſimum quemquè vberiora proueniunt, Boët. *lib. 1. cap. 6.* idem de Gallia ſua conqueritur Coraſ. *ad l. vn ff. de offic. conſ. vrb. ad verb. ſingulorum.*

8. Triſtis vultus, inquit Seneca, peruerſa tulit præmia, recti cuſtos ſequitur, mala paupertas vitioquè potens regnat, Ariſtot. *lib. de bona fortuna,* Vbi plurimus intellectus & ratio, inquit, ibi minima fortuna, vbi autem plurima fortuna, ibi minimus intellectus, & Apul. *7. metam.* Subijt itaque, ait, me non de nihilo veteris priſcæquè doctrinæ viros finxiſſe ac pronunciaſſe cæcam, & prorſus exoculatam eſſe fortunam, quæ ſemper ſuas opes ad malos & indignos conferat, nec vnquam iudicio quenquam mortalium eligat, imò verò cum his potiſſimum verſetur, quos procul ſi videret, fugere deberet, & quod peius eſt, varias opiniones imò contrarias nobis attribuit; vt malus boni viri fama glorietur, & contra innocentiſſimus noxiorum ore plectatur: deſuper prouoco ad conſcientiam omnium, an non ita ſeſe res habeat, quod vel maximè hodiè tam in adminiſtratione Iuſtitiæ, quàm in collatione officiorum aliqualis ſaltem habetur reſpectus perſonarum, amicis fauetur, diuites præualent, & vt eſt in prouerbio: Pauper vbique iacet; hodie nec præmia bonis, nec pœnæ quantumcunque etiam improbiſſimis proponuntur; hodie nil ſibi grauitas, nil induſtria, nil doctrina vendicat, totum auri prophanus amor obtinet, honor vitia indeſeſſe remunerat, qui adulari nouerunt, in pretio habentur; eorum dicta tanquã oracula venerantur, ſi quid alter fortè triplo melius conſultet, tanquam vile contemnitur, vnde quaſi in diuerbium abijt; nihil eſſe quod adeo vilipendatur & contemnatur, quàm hominis pauperis ſcientia & doctrina.

Exempla notoria ſunt, quòd optima conſilia à plebeis data, reiecta, imò ne quidem audita fuerint, quæ ſi à viris magnis aut adulatoribus propoſita, optima & tot quot verba, tot oracula exiſtimata fuiſſent, quod ex Euripide cõſtat eadẽ ex diuerſis. dicta idem non valere, vt enim telo aut gladio multum refert à qua manu veniat, ſic in ſententia vt penetret, valdè facit robuſtæ alicuius auctoritatis pondus, Lipſius *in Præfat. Polit. ad lector.* Summa auctoritas etſi malè dixerit, perſuadebit, intereſt multum, Dauuſnè loquatur vel herus, pauper vel diues iuxta Eccleſiaſticum *cap. 13.* quod conteſtatur belliſſimè Innocentius *lib. 2. de vtilitate condit. humanæ,* Clamat pauper, inquit, & nullus exaudit; loquitur diues & quilibet applaudit; diues locutus eſt, & omnes tacuerunt, & verba illius vſque ad nubes producunt; & pauper locutus eſt, & dicunt quis eſt hic, & ſi offenderit ſubuertunt eum, clamat vim patiens, & nullus exaudit; vociferatur & nullus eſt qui iudicet; diuiti dicunt tu ſede hic bene; pauperi verò, tu ſta illic, vel ſede ſub ſcabello pedum meorum, & tamen dicit Imperator *in l. potioris, Cod.* 9.

& ta-

Digitized by Google

de offic. Rector. prouinc. vbi publica tractatur vtilitas, etſi minor Iudex veritatem inueſtigauerit, nulla maiori irrogatur iniuria, ſed vt teſtatur Barboſa *in cap. de multa. x. de prębend. num. 17.* Eò deuenit, eò & creuit ambitio, & animarum exiguæ curæ, vt meritò cum Poeta dicere poſſimus:

Fit via vi. rumpunt aditus dignosq; repellunt.

10. Quid verò eſt, quòd tot ignari ſpretis doctioribus audiuntur, niſi in ſacra pagina rectè dicatur, futurum eſſe, quòd homines adorabunt talpas, & veſpertiliones, quod ibi pulchrè exornatur & accommodatur; dicit & in conſcientia peccare eum qui ad Reipublicæ munus eligit dignum prætermiſſo digniori, ſed pauci ſtudia nunc honorant, Sidonius *8. epiſt. 10.* è contra nil olim pretioſiùs teſte Poeta:

Ingenium quondam fuerat pretioſius auro,
Nunc eſt barbaries grandis habere nihil.

11. Vel dici poteſt, cum quilibet ſeorſim, & ſic omnes inſimul hoc, quod optimum deſideremus & affectemus, & tamen hoc ipſum in hac materia negligatur, nihil aliud in cauſa eſſe, niſi quod vt alibi quoque dixi, de maximis minime hodie cura ſit, iuxta illud:

Et quæ curanda, minima cura ſubeſt.

Sed in minimis cauti, & in maximis negligentes ſimus, ſunt enim nonnulli, qui intra ſanctam Eccleſiam pro ſpecie regiminis, gloriam affectant honoris, videri Doctores appetunt, tranſcendere cæteros concupiſcunt, atque atteſtante veritate primas ſalutationes in foro, in cœnis primos recubitus, primas in conuentibus Cathedras quærunt, qui ſuſceptum curæ Doctoratus officium miniſtrare dignè tãto magis nequeunt, quanto minus ad humilitatis magiſterium ex ſola elatione perueniunt, vt ait S. Gregorius *in Paſtorali cap. 1.* alij rugata fronte, demiſſo ſupercilio, verbisque trutinatis, auctoritatem ſibi Doctorum vendicant, non quòd ipſi aliquod dignum arrogantia nouerint, ſed quia ſimplices fratres quædam viderunt ſui comparatione neſcire, S. Hieronymus *lib. 2. ſuper epiſt. ad Epheſ.* nec hoc hodie ſufficit, ſed reperiuntur adhuc, qui, vt liberius ſuæ ambitioni & libidini vacent, aliosque opprimant, viros probos, iuſtitiæ fructuoſisque ſtudijs deditos ab omni gubernatione ſubmouent, quo ipſi minore cum inuidia res ſuas augere & promouere poſſint, ne per alios probos, iſtorum inſcitiæ & nequitiæ prodeant, Ferrandus Carthaginenſis Eccleſiæ quondam Diaconus *in Practica Inſtitutione ſeu Lydio lapide proba gubernationis, cap. 25.* improbi namque ſibi in aliorum periculis, delinquendi ſecuritatem præparant, ait Iſocrat. Arap. huiuſmodi autem ſimultates, inuidiæ atque odia in Aulis Principum prædominantur; de effectu inuidiæ vide pulchrè Fabian. Iuſtin. *in Tobiam cap. 1. verſ. 22. docum. 3.* vbi & oſtendit, quòd inuidus ſit omnium miſerabiliſſimus, dicere igitur licebit cum Seneca *in Herc. fur.*

Fortuna viris inuida fortibus
Quare non æqua bonis præmia diuidis.

Vtinam hodie, qui Reipublicæ præſunt, 12.
duo Platonis præcepta teneant; primum vt vtilitatem ciuium ſic tueantur, vt quicquid agunt, ad eam referant; alterum, vt totum corpus Reipublicæ curent, ne cum partem aliquam tuentur, reliquas deſerant Cicer. *lib. 1. Offic.* nolint ergo vt quorundam pernicie alij ſalui fiant; ſed vt omnes ex æquo tueantur, hoc eſt Iuſtitiæ officium, quæ, vt inquit ſanctus Bernardus, tribus tribuit quæ ſunt ſua; Superiori, Æquali, & Infe-

Digitized by Google

inferiori, non ita hoc ſæculum, præſens vita prauos eleuat, quos aduentus æternæ beatitudinis damnat, S.Gregor. *in paſtorali p.admonit.* 27. ſed proh dolor dicit. Damh. *in prax.crim.cap.*133.*numer.3. & ſeqq.* hic paſſim peccatur apud ſæculares & Eccleſiaſticos, apud quos, plus valet in officijs delegendis, aut pecunia, aut fauor, aut affectus, aut ſanguis, quam animorum & corporum commendationes, virtutis doctrinæ & pietatis teſtimonia, quamdiu autem huiuſmodi fiunt, infœliciter in Republica Chriſtiana ſuccedat, oportet, nam quis eſt, qui rebus ita ſtantibus proſperum rerum humanarum ſucceſſum ad Dei gloriam exſpectet? quare dicit ardenter rogandum Deũ, vt illorum animos immutet & ad meliora inflammet dirigatque, ſicut & Ioannes Geyler *in Nauicula fatuorum turba*, 90. oſtendit, quales olim fuerint electi, deplorat vero huius ſæculi electiones, *& turba* 45. quales eligendi, vbi pulcherrima ſunt quæ allegantur ex S. Ambroſ. *lib. 2. de offic.* in ſumma ſcelerum ſupplicia hodiè bonos premunt, præmia virtutum mali rapiunt, quidlibet in pretio magis eſt, quam quod pretio nullo dignum æſtimatur, curſus mũdi eſt, vt honeſti honeſtaque iaceant & exſurgat quidquid turbidum eſt aut prauum Lipſius *cent. ſing. Epiſt.* 17. cum tamen olim animaduerſum fuerit magna negotia magnis indigere adiutoribus. Vellei. *lib. 3.* ſine quibus Remp. Chriſtianam in vtroque foro labefactatam legimus & audiuimus, & indies adhuc videmus, quod vitio acceptionis Perſonarũ acceptũ referre debemus, in ipſis namq; conatibus ægra langueſcunt vt dicit Caſſiod. quæ meritorum veritate non adiuuantur, neque diu durare poteſt quod non prudenter regitur, ſed regitur mundus in immundo, & quia iã ad extremam malitiam peruentum eſt, mundus qui in malo poſitus eſt, probis & doctis indignus non ſuſcipit niſi ſui ſimiles, quo ſenſu Diogenes accenſa quodam die lucerna obambulans homines ſe quærere dixit, notans publicos ciuitatis mores hominibus indignos.

CAPVT II.

Quid ſit acceptio perſonarum & quam graue peccatum.

EManuel Roderiquez *in ſumma caſuum conſcientiæ, cap. 6.* de acceptione perſonarum dicit, quod ſit vitium, quo mediante, quod vni de Iuſtitia debetur, alteri tribuitur, non propter merita, quæ in eo ſunt, ſed propter alios reſpectus humanos, alienos à re, quę prætenditur, vt ſi Rex vel alius Princeps det Epiſcopatum Petro, quia eſt filius Comitis illius, quamuis in illo non ſint merita, alienus eſt ille reſpectus ab electione & præſentatione in Epiſcopum, Paſtorem, Canonicum, ita vt taliter pręſentãs, conferens, ſeu eligens, non ſit tutus in conſcientia, quippe acceptio perſonarũ opponitur iuſtitiæ diſtributiuæ, conſiſtit enim æqualitas Iuſtitiæ diſtributiuę in hoc, quod diuerſis perſonis diuerſa tribuantur, ſecundum dignitates perſonarũ, quod latius exornatur per D.Thom. *in 2. 2. q. 63. art. 1. de accept perſon* ex cuius dictis infertur, quod conferre alicui officium, quia diues eſt, quia conſanguineus eſt, vel propter pecuniam, & non ſecundum proportionem Iuſtitiæ diſtributiuæ, quæ conſiſtit in eo vt conſideretur dignitas & ſufficientia perſonæ; non autem perſona ipſa ſeu alia conditio non faciens ad cauſam,

propter quam ſit dignus illo officio, ſit peccatum, & ſecundum Alex. de Ales *ſecunda ſecundæ tract. de accept. perſon. q.* 136. acceptio perſonarum ait, eſt iniuſtitia, qua perſona perſonæ præfertur, in conferendo ei aliquid, quod ex debito Iuſtitiæ alteri erat conferendum, ratione alicuius conditionis tranſitoriæ, non conferentis ad ipſam rem, exiſtentis circa perſonam, puta, diuitiarum poteſtatis, terrenæ, vel cognationis carnalis. & non ob meritum eius ad ipſam rem, S. Gregor. *in homilia & moral* inquit. perſonam hominis accipere, eſt hominem, non quia homo, ſed propter aliquid, quod circa ipſum eſt, honorare, & Hugo, acceptio perſonæ ait, eſt fatua reuerentia, exhibita alicui non ob cauſam debitam ſed propter timorem vel vtilitatem, vnde Bald. *in l. tutor, § qui tutoribus ff de excuſat. tuto.* docet, quod ſi Papa conſanguineum promoueat ad dignitatem, quod reuelauerit ſibi caro & ſanguis, & non ſpiritus, ex quo colligitur, quod illud meritum, quod ex prærogatiua carnis vel ſanguinis eſt, reprobabile ſit apud Deũ, & conſequenter cauſa indebita, propter quam eſt præferendus conſanguineus, fauorita, &c. & ſic eſt acceptio perſonæ, quare qui beneficia recte conferre intendit, inquit, Dio *lib.* 52 pro ſuo quemque merito, tractet & prouideat, neſcit enim perſonas aſpicere ait Caſſiodo *lib.* 2 *Epiſt.* 13. qui meram cogitat æquitatem, quantumcunque ſit amicitiæ vinculum, tamen amici cauſa non eſt peccandum, vel quid contra leges faciendum, vti exornatur apud Gail *de pace publ. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 30.

2. Prædictis conſequens eſt, quod officia publica ſummo cum delectu diſtribui, atque illi, qui deligendi poteſtatem habent, experientia & virtute aptiſſimos, poſthabito omni fauore ſanguinis, affectione, munerumque corruptione, præficere debeant, nam publicæ vtilitati intereſt, non ex amicitia creationes facere, quis enim tam cœcus eſt, qui non videat vel ſciat, quantam ruinam hactenus paſſa ſit Religio Chriſtiana, ex eo, quod vel affectione ſanguinis, vel ratione diuitiarum aut potentiæ, vel fauoris, aut alicuius commodi ſpe ad officia tam Eccleſiaſtica quam ſæcularia multi euecti fuerint, quod latius proſequitur Fickierus *in Theologia Iuridica fol.* 586. in admonitione de Simonia, vbi quoque cauendum eſſe ait, ne illi præficiantur, quorum ineptitudo nota eſt, ſed tamen, accepto officio, adminiſtrationem frugi fore ſperatur, nam licet aliquando fiat, vt de quibus minus exſpectabatur, temporis progreſſu officium rectius faciant, hoc tamen incertum & rarum eſt, neque adſpiratio ad honores publicos, ineptum hominem facit idoneum, *l. non mutant, C. de liberal. cauſ.* dicit quidem & recte Senec. *ad Lucill. Epiſt.* 7. mutua iſta ſunt, & homines dum docent diſcunt, quod confirmatur à S. Greg *ſuper Ezech. homil.* 14. ſed tamen qui iudicant non diſcere, verum æquum ab iniquo, rectum à curuo diſcernere debent, quod non eſt diſcentis, ſed viri docti & experti officium, ad quod neque alij quam tales admittendi vel euehendi, imo nec eius contrarium inſinuandum, vel petendũ erit, (bono viro ad conſcientiã ſatis eſt, inquit, Symm. 10. 15. non adfectare publicam curam) belliſſime Poëta:

Qui ſua metitur pondera ferre poteſt.

Nihilominus, vt quidam dixit, hodie 3.
quandoque illi, qui olim non fuiſſent lampadarij, ad magna officia aſpirant, & iiſdem præficiuntur, quod Cic. feſtiua ironia & ioco quodam ſignificare voluit, cum filius cuiuſ-

Digitized by Google

cuiuſdam coci ambitioſiſſimus in campum candidatus deſcendiſſet, & à Cic. ſuffragium petijſſet, qui coquum agnoſcens ait, ego quoque tibi fauebo, reſpiciens ad officium hominis, cui ideo fauere volebat ne ſale perderet offam, ac tacite hominem illum, tanquam aſinum ad Lyram aſpirantem, inueniret, Bruſon *lib.* 1. *cap.* 15. recte vtique, quia habilitas requiritur, in omni materia Cardinal. Tuſchus *lit. H. concl.* 2. *& ſeqq.* neque hic potentia pro actu habetur vti latius *cap. ſeqq præſertim cap.* 7 *dicetur.*

4. Verum enimuero quia aliter facere non poſſumus, quin plus diligamus conſanguineos, quã extraneos, vnde S. Paul. 1. *Thimot.* 5. ſi quis ſuorum, inquit, maxime domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & præterquam in iure patronatus, certos præſentari videamus, qui de genere fundatoris admittuntur, licet alij magis digni ſint; per notata à Franciſ. Marco *p.* 1. *quæſt.* 1154. vbi reſoluit obiectiones, ſciendum eſt, quod quandoque amicorum ratio attendi poſſit in beneficijs & officijs conferendis, intellige ſi pariter digni ſint ac extranei, tũc potius illis, quam hiſce conferre non eſt peccatum, D. Thom. 2. 2. *q.* 63. *art.* 2. ſed licitum & meritorium dicitur in Cœuall. *in ſpe. cul. com. opin. quæſt.* 275. *nu.* 2. *&* 3. *&* 4. quod rurſus declaratur per Alex. ab Alex. *tit. de accept. perſo. q.* 136. *memb.* 2. vide ad eum, & quale ſit peccatum acceptio perſonarum, *p.* 2. *tit.* 6. *cap.* 11. ibi latius, cæteris paribus non exiſtentibus ſubintrat illud S. Ambroſ. ſuper *Matth.* non ſanguinis rectitudo, inquit, ſed virtutis cognatio proximos facit, ſed vt dicit S. Hieron. *in Epiſt. ad Fabian.* multa nos cogit facere affectus, dum propinquitatem reſpicimus corporum, & corporis & animæ offendimus creatorem, vnde euincitur, quod, quoad prædicta perſæpe hodie laxentur habenæ, plus ſæpe defertur nobilitati quam meritis, plus honoris veſtibus quam virtutibus, plus venuſtati quam honeſtati vt ait Innoc. *de miſeria condit. huma.* non licet autem ſecundum. Apul. inſignia honoris veſtitu & calciatu temere vſurpare, cum enim honor ſit virtutis præmium, non debent honores indignis tribui, quia ſi honor indigno tribuitur, dignitas maculatur vt patet *in lib.* 10. C. *tit.* 32. videlicet, ſi ſeruus aut libertus ad decurionatum aſpirarit, &c. ſed hæc omnia veluti & alia virtutis & officij præmia ſancta & caſta eſſe oportere, neque ea aut cum improbis communicari, aut in mediocribus hominibus promulgari dicit Cic. 2. *Rheto.* collata improbis dignitas inquit Boët. *de conſolat. philoſ. lib.* 2. *proſa* 6. non modo nõ efficit dignos ſed prodit potius & oſtendit indignos, nam qui laudabiles videbantur in toga candida, illaudabiles ſæpe deprehenſi fuerũt in purpura, dicit autem Ficklerus *d. loco* ſi Principes omnes ſic animati eſſent, vt Platonicum iudicium ſecuti, officia inſectantibus & ad ea aſpirantibus denegarent, & modeſte refugientes ad ea compellerent. (quod facere poſſunt. Franc. Marc. *p.* 1. *q* 752. *c ſcripturis*, 8. *quæſt.* 1.) eoſque ſolos ijs dignos crederent *d. cap. in ſcripturis* 8. *quæſt.* 1 præclarius certè Catholica cum Religione ageretur, & nuſquam terrarum tam prodigioſis hominum portentis, & indignis miniſtris occuparentur dignitates officiaque, tunc nõ eſſent, qui poteſtate abuterentur, bonos vexarent, Religionem negligerent, perderẽt, ſemetipſos tantum paſcerent, & ornarent cum dedecore Eccleſiæ & Reipub. neque tot paſſim viderentur viri docti, ob ſui neglectionẽ fere mendicantes, fame, ſqualore,

Digitized by Google

contemptu & rerum penuria ſæpe pereuntes, qui tamen ſoli ad rerum publicarum officiorumque adminiſtrationem, non modo alliciendi, ſed etiam pertrahendi forent.

5. Ex quibus patet, quod præter peccatum, quod committunt indignos eligentes, ſint cauſa tot tantorumque malorum, & tamen vix eſt vt ad illa attendatur, in vſu iam non amplius eſt inſpiratio S. Spiritus, quia columba, quæ eum adferre ſolebat, iam diu à coruo enecata eſt, vt ex alijs refert Barboſa *in cap. cum Eccleſia Sat. ſub numer.* 5. *x. de cauſa poſſeſſio. & propriet.* in quo capite aliqua notabilia de iuris eligendi, aliorumque iurium incorporalium, quaſi poſſeſſione, &c. prædicta vero ab effectu vera ſentimus, vbique enim fauores omni induſtria, omnibuſque medijs aliquem promouendi & euehendi ſollicite quæruntur, qui tamen ſæpius promoti nec ſibi, nec alijs proſunt, ſed magis oneri & riſui ſunt, quod ſentiens Phauorinus Philoſophus homines partim ridiculos, partim odioſos, & partim miſerabiles dicebat, ridiculos quidem, qui ambitioſe ad maiora ſuſpirant, odioſos, cum ea conſequuntur, miſerabiles autem, cum ſpe ſua fruſtrantur, manifeſti autem furoris eſt, vltro ſuſcipere; quæ nullo modo poſſis ſuſtinere. & S. Leo inquit *in cap.* ſi in laicis vix tolerabilis videtur inſcitia, quanto magis in ijs, qui præſunt, nec excuſatione digna eſt nec venia? *diſtinct.* 38. vbi & in *ca.* 1. ignorantia dicitur mater cunctorum errorum, *& diſt.* 40. *cap.* non eſt facile ſtare loco Pauli & tenere gradum Petri, iam cum Chriſto regnantium, quia hinc dicitur, non ſanctorum filij ſunt qui tenent loca ſanctorum, ſed qui exercent opera eorum, neceſſe autem eſt opprimant onera quæ ferente maiora ſunt Senec. *de tranq. Anim.* 5. propterea ſemper debet eſſe plus viriū in latore, quam in onere, & onus viribus aptari Senec. *Epiſt.* 108. iniquum enim eſt, vt ei tradatur gubernatio nauis, qui remum tenere non nouit *cap. ante diſt.* 40. vnde S. Gregor. *in paſtoral. cap.* 22. inquit, cum ſpirituale aliquid à ſubditis paſtor inquiritur, valde ignominioſum eſt, ſi tunc quærat addiſcere, cum quæſtionem debet enodare, ſed hodie illi vt Caſſiod. 1. *Epiſt.* 12. ait, pompa meritorum eſt regale Iudicium, hinc ſæpius gratioſi, quam digni præualent Plin. *paneg.* quo caſu dignitas, cum ad incognitum venit inquit Caſſiod. *Epiſt.* 13. donum eſt, cum ad expertum compenſatio meritorum, & Symm. 57. inepta munificentia eſt, ait, quæ præſtatur indignis, inexpertes ad ſacra tribunalia accedere audentes, & munus iudicandi affectantes, ſibi ignominiam & populo non leuem læſionem adferunt, quorum temeritatem inſpiciens Epictetus, dixit, quod ſicut nauem gubernare volens, omnino prius artem nauigandi perdiſcit, ita valdè temerarium eſt, vt ciuitatem recturus, non prius regendi diſciplinam adipiſcatur, prout communiter dicitur, gubernare non nouit, qui ſeruiendo, imperare non didicit, ſic & cauſas dirimere non nouit, quem leges & ſtatuta latent, tamen memineris, commodius eſſe non ſubire id muneris, quod implere nequeas, quam ſubeuntem, ſuſcepto munere non ſtrenuè fungi, & eripere locum alteri, qui gnauiter cum poſſit tueri. S. Ambr. *Pſalm.* 118.

Sed euectus in ſolio terreſtri, non euehitur in ſolio cœleſti, ſi non ea, quæ officij 6.
ſui ſunt, poſſit agere & quidem ſedulo peragere, exacte autem docet Scaccia *de ſent. &*

re iud.

Digitized by Google

re iud.gloſ.4.quaſt.1.num. 42. & ſeqq. quomodo Princeps peccet, eligens indignos, imo non dans dignioribus grauiter peccat, Gratianus tom.2.diſcept.Forenſ.cap. 211. num. 22.in conferendis beneficijs digno, omiſſo digniori & Præter infinitos, DD. affirmantes, conferentem peccare mortaliter, eſt textus in Concil.Trident.ſeſſ 24.de reform.c.1. quod cap. multi declarant non procedere in beneficijs ſimplicibus, neque peccari electione digni omiſſo digniori, gloſſ. in cap. licet ergo 8.quaſt.1. & in cap. monaſterium, 16. quaſt.7.& in ca. 2.de offic.Cuſtod. plures DD. refert Garſia de beneficiis p.7. cap 16.num. 11. & licet,p.1.tit.1.docuerim, quod quando lex prohibitiua & permiſſiua concurrit, præualeat prohibitiua, tamen ſciendum, quod quoad ſimplicia beneficia nulla ſit lex prohibitiua, quo minus illa digno, omiſſo digniori, conferri poſſint, niſi quod inter ſe diſſentiant DD quo caſu tam conferens, quam qui beneficium accipit dignus, in conſcientia tutus dicitur, quam opinionem ſequendam puto, ne illaqueentur conſcientiæ eorum, qui beneficia ſimplicia conferunt dignis (vtinam hoc verum eſſet) omiſſis dignioribus, quoties vero vigore ordinationis vel fundationis collatio vel præſentatio fieri debet, non ſolum peccat mortaliter ſed etiam ad reſtitutionem tenetur is, qui non confert ijs, quibus ex fundatione debetur, de quo Garſia d. cap.16.& p. 5. cap. 7. num. 73 & ſeqq. & ego ſupra de iuſt.fori & poli. de officialibus in varijs caſibus agit Tepatus in compendio deciſ. tit. 70. eorum quædam huc ſpectant.

CAPVT III.

Apud Deum non eſſe acceptionem perſonarum.

1. QVoad Deum textus clarus in Actib. Apoſt.cap.10.& alibi ſæpius, & quoad iudicem dicit Leuit. 19. non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis,iuſte Iudica proximo tuo, & Deut.1. nulla erit diſtantia perſonarum, ita paruũ audies vt magnum,& rurſus Exod.23.non ſequeris turbam ad faciẽdum malum, nec in Iudicio,plurimorum acquieſces ſententiæ, vt à vero deuies, pauperis quoque non miſereberis in Iudicio, quod pluribus ſacræ & Prophanæ ſcripturæ locis & hiſtorijs exornatur in Polianthea lit.A.verb.acceptio perſonarum, vbi occurritur cuidam obiectioni ex S.Auguſt.docente,quod Deus ſine vllis præcedentibus meritis,cuius velit,miſereatur,& quorum nolit, non miſereatur,hinc tamen non conſequitur apud Deum eſſe perſonarum acceptionem, quia nulla poteſt eſſe acceptio perſonarum, vbi vna eademque cauſa damnationis omnes, & offenſionis inuoluit, quando autem Deus ex ijs miſeretur,quorum vult,& quos vult,indurat,debitan. pœnam reddit vni, & gratiã gratis datam(gratia gratis data,ſpeciale Dei auxilium, gratia gratum faciens quomodo diſtinguantur doctè more ſuo explicat Couarr.in relect.cap. alma mater p.1.§. 4.n.2.vide per tot. ibi an & quomodo bona opera ſine meritoria) largitur alteri, vt nec ille ſe indignum eſſe tali pœna conqueri poſſit, nec iſte dignum ſe hac miſericordia gloriari S.Aug. Epiſt.105.ad Xiſtum.

Idem in effectu ex noſtris ſuccinctè & clare tradit Zaſius in l. continuus §. præterea numer. 7.ff. de verb. oblig. hiſce formalibus, Deus hominem redimendo, non potuit via ordinaria vni tantum comparare redemptionem, & alteri non, ſed æqualiter ad omnes mortales fuerat exhibenda iſta hæreditas, at cum poſt redemptionem ſimus nihilominus debitores morti, 2

Digitized by Google

& tentationibus exactoris (quia apud Iob habetur, onager non audit vocem exactoris, id eſt, vt exponit S.Greg. Diaboli, qui dure & importune nos exigit, tentando) poteſt Deus prouidere vni, & conferre fontem gratiæ, ſeu vt Theologi vocant, gratiam efficacem, iuxta altiſſimam ſuam ſapientiam, eximere eũ à poteſtate exactoris, ſicut fecit B.Mariæ Virgini & Apoſtolis, quod tamen alteri non facit, quia iſte alter cum habeat, quod ſuum eſt, ſcilicet redemptionem & gratiam ſufficientem cum onere debiti tamen tentationis, ſit gratus ille hæres de hæreditate accepta, nec inuideat cohæredi, cui Deus pronidet, & quem ab onere debiti eximit, altiſſima enim ſua prouidentia nouit, cui ſic velit prouidere, quem ab hoc debito eximere nouit, in quo inueniat iſta gratioſa prouiſio receptaculum, tu ergo eſto ſollicitus, vt tuam portionem hæreditariam non perdas, nec quærito, cur iſte vel alter, prædeſtinetur, amice dicit Deus, non facio tibi iniuriam, tolle quod tuum eſt, volo enim huic plus prouidere, habes gratiam ſufficientem, Angelos, Sacramenta, liberum arbitrium, prædicatores, exempla bonorum, iſte eſt tuus denarius, cum quo mihi tecum conuenerat, tolle quod tuum eſt, & vade, per hæc poteſt bona ex parte tolli ſcrupuloſa diſceptatio prædeſtinationis, hactenus fere ille iuncto pulcherrimo textu de prædeſtinatione *in cap. vaſis ira 23 quæſt.*4.

3. Quem locum Zaſij cum Cliuis patri Bonauenturæ Capucino Concionatori optimo aliquando oſtenderem, faſſus fuit, non recordari ſe breuius & clarius alibi legiſſe & pulcher eſt Text. *Sapient. cap.*12. & proinde non eſt acceptio perſonarum, quæ eſt inæqualitas Iuſtitiæ diſtributiuæ, in quantum aliquid attribuitur alicui præter proportionem, quæ maxime in octo caſibus prohibetur, in impoſitione pœnitentiæ, & definitione fidei, prædicatione, hoſpitum receptione, eleemoſynarum largitione, dignitatum promotione, Iudiciorum declaratione, honoris exhibitione ſic *Polianthea d. loco.*

Vel etiam ratio prioris eſt, quod acceptio perſonarum locum tantum habeat in diſtributione bonorum, quæ debita ſunt, non etiam in communicatione gratuitorum, Barboſa *in reg.*12. *de reg. Iur. in* 6. ſicut & alias electio libere conceſſa, verificatur etiam in indigno Raudenſis, *de analogis cap.* 35. *num.*29. & 50. imo bonos Deus percutit malleo perſecutionis, vt ligno crucis adhæreant, boni dum aduerſitate premuntur, perficiuntur, tacet Deus calcante impio iuſtiorem ſe, *Abach. cap.* 1. & facit vt Rex militem diligens, & ſciens eum nobiliter & ſtrenue ſuum officium in bello peracturum, indeque ſempiternam laudem reportaturum, non ei propter labores & arduum parcit, ſed vti ſibi gratiorem ad inſultum & prælium mittit, vt glorioſiorem reportet victoriam, famam & mercedem, inter bonos enim & malos hoc diſtat, quod hi in hoc ſæculo facientes feſtum ante vigiliam hic temporaliter & iucundè viuant ideo in futuro ſæculo miſerè viuent, & poſt huius vitæ gaudia ſequentur æterna lamenta, nemo enim poteſt hic gaudere cum ſæculo, & illic regnare cum Deo, quia iuſtitia aliud iudicare non poteſt, niſi quod merentur opera noſtra, D. Dyoniſius Carthuſianus in ſpeculo amatorio mundi, qui legitimè certantibus dat coronam & ſic homines pro diuerſitate meritorum aut ſummum bonũ inuenient aut ſummum malum, aut immortale 4.

Digitized by Google

mortale præmium, aut ſine fine tormentum. Sic Romani victoribus ſuis ſingularem impendebant honorem, ſiquidem triumphator veniens verſus Romam tres adipiſcebatur honores, captiuos vinctos poſt curſum ſuũ ducebat, tota ciuitas ei occurrebat, & quatuor Paliſredi albi currum ducebãt, ſed ne de his ſuperbiret, tria ſimul vituperabilia ſuſtinere debuit, videlicet vnus de populo minimus, ei impune maledicere potuit, ſecundo vilis perſona cũ illo in curru ſedebat, & tertio infortunatus eum leuiter tangere debebat dicẽdo, talis fuiſſem, ſi fortuna mihi auxiliata fuiſſet, nec tua fortitudo, ſed fortuna te victorem fecit, ſic Deus facit victoribus vitiorum ſuorum, illos flagellando cum impijs, ne ſuperbiant, quemadmodum oſtendit Ioannes Geyler *in nauicula fatuorũ turba* 88. vbi & ex alio, ſe in patientia exercente, dicit, quod Deus nunquam habuerit amicum, quem non confuderit in hoc ſæculo, illi namque iraſcitur Deus quem peccantem non flagellat, nam quem flagellando in præſenti non emendat, in futuro æternaliter damnat Dyoniſ. Carthuſ. *d. lo.* vbi quoque refert S Gregorij ſententiam, quod proſper ſucceſſus temporalium ſit certiſſimum æternæ damnationis inditium, aut enim cum Chriſto aut cũ Diabolo nos oportet eſſe nec eſt locus medius, S. Auguſt. hic florere permittit in æternum puniendos & quanto maiora beneficia hic hominibus ſunt conſtituta, tanto grauiora peccatoribus iudicia, oſtendit autem Ioannes Gayler vlterius, cur Deus ob iuſtorum preces, nos hodie propter tam enormia, vulgaria, & quotidianæ peccata non exaudiat, in quem finem præter alia loca pulcher & horribilis eſt textus apud Ierem. *cap.* 14. & 15.

Melius autem & ſalutarius nobis eſt, nos hic caſtigari & emendari, quam modo florere & poſtea in æternum damnari, nam Deus temporaliter & æternaliter remunerat bonos, malos pro bono quod agunt in hac vita, Luc. de Pen. *in l. agentes num.* 2. *C. de Principibus agentium in rebus*, quandoquidem vt S. Ambroſ. in quodam ſermone dicit, auctor pietatis, in cruce pendens teſtamentum condidit, ſingulis opera diſtribuens, Apoſtolis perſecutionem, Iudæis corpus, Patri Spiritum, Virgini Paranynphum, latroni Paradiſum, peccatori infernum, Chriſtianis pœnitentibus crucem, memini itaque me legere, quod & illi, qui auxilijs vel benedictionibus diuinis præuenti, in timore & tremore vixerint, dicit enim Apoſtolus neſcit homo an odio an amore dignus ſit, & tamen hodie nos ſecure viuimus, imo indies peccamus ſcientes, quod & Deus iratus recordetur miſericordiæ ſuæ (quod ſciens Ionas, nolebat ſubuerſionem Niniuæ annunciare) Habacuc. *cap.* 3. & coronet nos in miſericordia & miſerationibus, *Pſal.* 102. nam miſerationes eius ſuper omnia opera eius, qui vult omnes ſaluos fieri, quibus addi poteſt illud Ezechielis *cap.* 18. nunquid voluntatis meæ eſt mors impij dicit Dominus, & non vt conuertatur à vijs ſuis & viuat? & paulo poſt, & quare moriemini domus Iſrael? quia nolo mortem peccatoris, reuertimini & viuite, hinc Bloſius *in conſol. puſill. cap.* 17. §. 2. nulla inquit mæroris magnitudo, nulla anguſtiarum acerbitas, nulla defectuũ magnitudo, nulla ſcelerũ enormitas, te ad deſperationẽ puſillanimitatẽq; adducat, quantũcumq; peccaueris, ſemper Dei miſericordia in infinitum tuas iniquitates tranſgreditur, *& in* §. 3. 4. 5. latius quia vt inquit S. Bern. venit Medicus 5.

ad

ad ægrotos, Redemptor ad venditos, ad errantes, via, ad mortuos, vita, & ſimilia.

6. Verum enimuero non vane de miſericordia præſumendum, qua præſumptione multi abripiuntur & ſubuertuntur, quia ſimul dicit Tobias, iuſtus Domine & omnia iudicia tua iuſta ſunt, & omnes viæ tuæ miſericordia, veritas & iudicium, quemadmodum in ſacris communiter hæc ad inuicem copulantur, ſic *Pſalm.* 84. dicitur, miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt, ita vt nec de miſecordia nimium confidere, nec timorem diuinæ Iuſtitiæ poſtponere debeamus, quippe Deus ſuo perſpicaci intuitu nil inſcrutatum relinquit, *Pſal.* 7. imò ſcrutatur Ieruſalem in Lucernis, *Soph.* 1. ad quæ verba S. Bernard. *in Cantic. ſerm.* 55. *circa med.* Puto inquit, Prophetam nomine Ieruſalem deſignaſſe illos, qui in hoc ſæculo ducunt vitam religioſam, prout eum latius de dubijs retuli, & paulo poſt inquit, vereor aſpectũ exploratoris, ne ſub tam ſubtili examine multæ noſtræ Iuſtitiæ, vt putantur, peccata appareant, quod valde ſe timuiſſe & ipſe Dauid vir ſecundum cor Dei explicuit *Pſalm.* 43. dum, ait, cur timebo in die mala, ac ſi dicat, tremenda mihi eſt dies mala mortis, at non quia palatia, vxorem, mulieres, milites, diuitias & honores moriendo deſeram, ſed quia iniquitas calcanei mei, circumdabit me, iniquitas enim modica, & quaſi in pede contempta, in iudicio me condemnabit, quis igitur tutus in Babilone vel mundo, ſi tam ſeuero ſcrutinio, eſt examinanda Ieruſalem? imo iuſti pauebunt ante conſpectum Iudicis, prout S. Hilarion teſte S. Ambroſ. alloquens animam ſuam confidenter in extremo articulo dixit, ſeptuaginta ſeptem annis Deo ſeruiſti & adhuc exire formidas? fallitur namque dicit Petrus Damaſcenus *ſerm. de Sancta Magdalena*, qui ſic oſculatur miſericordiæ pedem, vt pedẽ iudicij nõ attendat, quę latius proſequitur Fabianus Iuſtinianus *in Tob c.* 3. *v.* 2. *in docum.* imo & Angeli Iudiciũ reformidant, S. Petrus 1. *cap.* 4. magis igitur nos quia iudicabimur ab eo, cui rationẽ vitę repoſcenti actus noſtros inficiari nõ licebit, qui ſimul & iudex & teſtis futurus eſt, nihilominus quia vulneratæ noſtræ iuſtitiæ nemo alius mederi poteſt, niſi ſolus ille qui greſſum claudis, cæcis viſum reddidit, maculata membra purgauit, mortuos excitauit, Ieſus Chriſtus Dominus Saluator & Redemptor meus, ad miſericordiam illius prouoco & confugio, non enim obliuiſcetur miſereri Deus, nec continebit in ira ſua miſericordias ſuas, *Pſalm.* 76. quoniam miſericors Dominus & iuſtus eſt, & Deus noſter miſeretur *Pſalm.* 114. vbi bis inquit S. Ambroſ. miſericordiam poſuit, ſemel autem Iuſtitiam, nullus ergo de venia peccatorum ſuorum deſperet, quia magnam iniuriam facit Deo, qui de eius miſericordia diffidit, quantum enim in ſe, negat Deum habere charitatem, veritatem & poteſtatem, in quibus tota noſtra ſpes conſiſtit, ſcilicet in charitate adoptionis, in veritate promiſſionis, & in poteſtate redemptionis, charitate nimia adoptauit nos in filios, qui verax eſt in promiſſione, potens in exhibitione, hinc belliſſimè S. Aug. *in manuali cap.* 23. de recordatione vulnerum, ait, quod ſit Efficax remedium contra omnes aduerſitates, vndè idem *in lib. de virg.* inſpice, inquit, vulnera, pendentis, ſanguinem morientis, gratiam reſurgentis, caput habet inclinatum ad oſculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extenſa ad amplexan-

Digitized by Google

plexandum totum corpus expoſitum ad redimendum, hæc quanta ſint cogitate, hæc in ſtatera veſtri cordis appendite, vt totus vobis figatur in corde, qui totus pro nobis fixꝰ fuit in Cruce, in meritis igitur ipſius ſperemus & confidamus, neque enim habitamus in adiutorio Altiſſimi, dum in noſtris meritis fidimus, vel in peccatorum ſola recordatione torquemur, agnoſcamus potius, quòd omnes iuſtitiæ noſtræ ſunt ſicut pannus menſtruatæ, aut veluti leproſi faſciæ, ſub quibus aſſiduo velamus peccatorum noſtrorum ſaniem, ſubſiſtamus ergo & ſperemus in meritis CHRISTI crucifixi, nam ſi ille velit ad amuſſim reuocare delicta & iniquitates noſtras obſeruare, vel iudicio nobiſcum contendere, plane non ſuſtinebimus, neque poterimus reſpondere, quantumlibet attriti, confeſſi & lachrymoſi, væ namque nobis, ſi non cum valde magna miſericordia dijudicemur, hæc ferè Ioannes Geyler *in Nauic. Fatuorum, turba 107. in concione Dominica Palmarum.* Prædicta autem ne videantur deuiare à doctrina Eccleſiæ Catholicæ, intellige vt doctiſſime explicat Couar. *in Relect. d. c. Alma Mater, p.* 1. §. 4. quomodo opera noſtra conſiderentur, vt ſint meritoria vel non, nam etſi opera noſtra ex ſe ipſis, ſeu vt ſunt naturæ & liberi arbitri non ſint digna vita æterna, tamen quia miſericors Deus promiſit ſeruanti mandata ſua, ſe illi daturum vitam æternam, *Matth. cap.* 19. poſt talem promiſſionem iuſtum eſt, quòd Deus det vitam æternam ſeruanti mandata iuxta opera noſtra fidei & gratiæ, & conſtituitur Deus debitor vitæ æternæ, non ex operibus noſtris, ſed promiſſione ſua, quæ promiſſio ſimpliciter eſt tribuenda gratiæ, ita vt ſuppoſita iſta gratia & meritis CHRITSI, opera Iuſti meritoria ſint vitæ æternæ ex condigno, quod doctiſſimè probat, vide ad eum; quiſquis igitur benè operatus fuerit, accipiet in altera vita retributionem æternam, operari autem benè ex præſcripto tenemur; imò veteres Philoſophi nos ad iuſtitiam naſci dixerunt, quemadmodum omnium inquit Cicero, quæ in hominum Doctorum diſputatione verſantur; nihil profectò eſt præſtabilius, quàm planè intelligi nos ad iuſtitiam eſſe natos, id ergo ſolum Deo exhibere atque offerre oportet, ad quod capiendum nos ipſe generauit, erudiri & inſtrui mandauit; quiſquis igitur præceptis cæleſtibus obtemperauerit, hic ſaluus fiet; quiſquis ab illis deuiauerit, damnãdus erit: quia retribuet cuilibet ſecundùm opera, quibus conſideratis quid mirum, ſi hodiernis diſſolutis moribus & exorbitanti vita conſideratis, damnentur quam plurimi, quia vt dixit Saluianus *de Auaritia cap* 3. ad illud *Eccleſiaſt. cap.* 30. miſerere animæ tuæ, rogat te vt tui miſerearis, & non vis, cauſam tuam apud te agit, & non admittitur; dignatur te pro te rogare, & non poteſt impetrare, &c. nihil ergo reſtat, quàm vt reſipiſcamus & dignos fructus pœnitentiæ agamus, quia ſuperueniens iuſtitia labem vitæ prioris abolet, pœnitendum igitur vel ardendum, elige iſtud, vt non audias illud *Matthæi* 25.

Ach GOtt mein HErr
Bewahr mich zu deiner Ehr/
Auff daß ich in Frölichkeit
Dich loben mög in Ewigkeit.

* * *

Digitized by Google

CAPVT IV.

Acceptionem perſonarum non eſſe vel non debere eſſe in Iudicijs.

1. INcorruptiſſimi Athenienſium Areopagitæ Iudices, ad euitandum illud vulgatum dictum: Plus valet fauor Iudicis quàm lex in Codice; ſiue ne iuxta *cap. quatuor modis* 11. *quæſt.* 3. peruertatur iudicium timore, dum metu poteſtatis alicuius veritatem loqui pertimeſcimus; cupiditate, dum præmio animum alicuius corrumpimus; odio, dum contra quemlibet aduerſarium molimur; amore, dum amico vel propinquo complacere contendimus, quod ſic reddit Poëta:

Quatuor iſta: timor, odium, dilectio, cenſus,
Sæpe ſolent rectos hominum peruertere ſenſus.

Hi conuertunt in amaritudinem Iudicium, dicit Propheta Amos *cap.* 6. & fructum Iuſtitiæ in abſynthium; nullam Oratorum præfationem in iudicio admittebant, ne eorum affectum, quorum ex æquo eſt diſcernere, in vnam magis quàm alteram partem mouerent, qua de cauſa etiam nunquam interdiu, ſed ſemper noctu & in tenebris iudicaſſe leguntur, vt ſcilicet ab omni affectu rem ipſam probè noſcerent, & duntaxat, quæ dicerentur, non etiam dicentium perſonas ſpectarent, & cognoſcerent, Coraſius *in l.* 2. *num.* 3. *ff. de orig. iur.* quippe ſententias Iudicum non malè dixerunt aliqui ſimiles eſſe debere teſſeris, quæ erectæ ſtant, vtcumque cadunt, vt & ita ſententiæ rectæ & iuſtæ ſint & æquitati conformes, vtcumque ferantur in magnos vel paruos, diuites vel pauperes, quo fine legitur apud Romanos in vſu fuiſſe, vt Iudices in vrna tabellas ponerent (olim epiſtolæ aliaqúe in dolatis ex ligno tabulis ſcribebantur, vnde epiſtolæ portitor adhuc hodie tabellarius appellatur ſecundum Iſidor. *Etymol.* 5. *cap.* 23. Proconſulis tabella, inquit Apuleius *lib.* 1. *Floridorum*, ſententia eſt, quæ ſemel lecta neque augeri littera vna, neque minui poteſt) vt qui abſoluerent, tabella cum lit. A. qui condemnarent, cum lit. C. qui verò neutrum iſtorum facerent; tabellam duarum litterarum ponerent, N. & L. quę, non loquere, ſignificabant, de quo Cicer. *in Orat. pro Aulo Cluentio*, Aulus Gellius *Noct. Attic. lib.* 14. *cap.* 2. & latiùs Borellus *in ſumma deciſ. lib.* 2. *tit.* 30. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi optat hunc morem in ſummis tribunalibus, vbi ſapientum virorum plures claſſes militant, ne prædicta iudicantes attraherent ad ſecus de re iudicandum, quā aliter facerent, quibus caſibus partes litigantes magis ſecuræ forent, & ſubintraret illud Poëtæ.

Ergo iuſtitia mortales fidite tandem
Sola triumphales obtinet illa choros.

Quo nomine laudatur quoque prudentis Themiſtoclis reſponſum, Simonidæ Poëtæ petenti, vt in quadam cauſa ſententiam pro ſe ferret, datum hoc modo: Neque tu bonus Poëta fueris, ſi præter muſicæ modulos caneres, neque ego Princeps bonus, ſi contra legem pronunciarem. Vtinam hodie omnes Iudices eſſent Themiſtocles, & tria illa generalia Iuris præcepta obſeruarent; ſcil. honeſtè viuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere; quorū prius ad Deum quoque referre poſſumus, alterum ad proximum, poſtremum ad nos ipſos; piè namq; & ſanctè coram Deo viuendum eſt, ne quid vitij perpetremus; iuſtè cum proximo, ne ipſum vel in minimo offendamus; moderatè nobiſcum, ne aliena appetamus: quocunq; autem illa referas, obſeruari non poterunt, 2.

Digitized by Google

terunt, ſi habeatur perſonarum reſpectus, neque ab eo, qui paruum vti magnum non iudicat, *cap. nouit, x. de iudic.* & *cap. neceſſe eſt 3. quaſt. 9.* quæ allegat, Luc. de Pen. *in l. conductores, in fin. Cod. de conduct. & procur.* addens, interdum etiam à maioribus incipiendum eſſe, vt crimina puniantur; lex enim cum in maioribus negligitur, æquum eſt à minoribus contemnatur, vt ait Saluſt. *in Catilin.* neque intereſt cuius ordinis quis ſit, ſed quam cauſam habeat Plin. *lib. 9. ep. 13* imò nec irrationabilia vel iniuſta petentes audiendi ſunt, ſicut nolumus oppreſſis, inquit Caſſiod. 1. *epiſt. 5.* negare iudicium, ita irrationabilibus querelis non præbemus aſſenſum, difficile autem eſt, cum præſtare omnibus concupiueris, ſeruare æquitatem, quæ eſt iuſtitiæ maximè propria Cicero 3. *Offic.* qui iuſtificat impium, inquit Salomon *Prouer. c. 17.* & condemnat iuſtum, abominabilis vterque eſt apud Dominum, hinc in iudicio non eſt acceptio perſonarum habenda *reg. 12.* & quæ ibi notantur per DD. *de regul. iur. in 6.* ibi & Peckius pulchrè illuſtrat, quàm grauiter puniti fuerint, qui ſecundùm acceptionem perſonarum iudicarunt, qui æqualitatem in iudicijs meritò ſeruandam non ſeruarunt, Iudex namque debet eſſe iuſtus, æqualis, communis & medius; non declinans in dextram vel ſiniſtram, Franciſc. Marc. *p. 1. quaſt. 65. nu. 14.* ſecus faciens ſiue iniuſtus inter bruta animantia connumerandus venit ſecundùm Ariſtot. *lib. 1. Politic.* vbi ſic ait: Si optimum animantium eſt lege fruens, ita peſſimum animantium eſt homo de lege & iuſtitia ſeparatus, referente Roland. *conſ. 12. nu. 2. lib. 3.* & eam ritè & legitimè adminiſtrans, Deo adeo gratus eſt, vt refert ex alijs Rebuff. *in Proœmio concordatorum Regni Franciæ*, in Francia quendam, dum in agro ſuo foderet, inueniſſe humanam linguam loquentem, & interrogaret cuiuſnam eſſet, reſpondit fuiſſe linguam Pagani olim Iudicis, qui eò quòd nunquam protulerit ſententiam iniquam, Deum conſeruare eius animam in illa lingua quouſque Baptiſmum reciperet, quodque baptizata in puluerem fuerit redacta, & plures aliæ hiſtoriæ ibi.

Verum an non ita ſit hodie ſaltem in cõmuni, quod quis libentiùs pro Domino ſuo, pro amico, pro fauorita, ne dicam pro illo, à quo munera accepit, pronunciet vel pronunciare ſtudeat? qui potentiorum blandiuntur emolumentis, dicit Salomonius *ad tit. ff. de iuſt. & iur.* non Iuriſconſultos fore, ſed iniquitatis miniſtros, nõ Sacerdotes Iuſtitiæ, ſed Apoſtatas, non philoſophantes ſed hypocritas improbiſſimos eſſe, & peſſima tria iuris præcepta, quæ ad diuinam illã regulam; alteri ne feceris, quod tibi non vis fieri, obſeruare, & ſuo affectu in contrarium duci, ſunt equidem tres ſuperius relati exitiales affectus à natura corrupta mortalibus tributi: nempe libido, ira & cupiditas; quibus veluti tribus furijs, diu noctuq; hominũ mentes agitantur, Lactant. *lib. 6. de vero cultu*, ſed tamen tribus iſtis præceptis mirè coercentur & refrenantur, quippe cõpeſcitur libido, ſi honeſtè viuatur; ira coërcetur, ſi nemo lædatur, cupiditas verò refrenatur, ſi cuique ſuum tribuatur & reddatur, Coraſ. *in l. Iuſtitia, num. 8. & 9. ff. de iuſt. & iur.* & hoc fit etiamſi perſona attendi debeat in delictorum punitione, vti apud Luc. de Pen. *in l. Colonos, Cod. de Colonis Illyricis*, atque prædicto modo iudicandum eſſe, ſatis nos edocet ſequens Iuſtitiæ imago. 3.

Quæ Dea? Iuſtitia. cur terno lumine ſpectas?
Neſcia ſum flecti, nec moueor pretio

Vnde genus? Cœlo. qui te genuere parentes?
Mi modus eſt genitor, clara fides genitrix
Aurium aperta tibi cur altera, & altera clauſa?
Vna patet iuſtis, altera ſurda malis.
Cur gladium tua dextra gerit, cur laua bilancē?
Ponderat hac cauſas, percutit illa reos.
Cur ſola incedis? quia copia rara bonorum eſt
Hac referunt paucos ſacula Fabritios
Paupere cur cultu es? ſemper iuſtiſſimus eſſe
Qui cupit immenſas nemo pa abit opes.

5. Iuſtè namq; vel verè philoſophantes pecuniam contemnunt, Gloſſ. *in l. 6. §. 7. ff. de excuſ. tutor.* quemadmodum & Rex bonus & Iudex laudabilis ex Philoſophi à Luca de Pen. *in l. Iudices, nu. 16. Cod. de dignit.* relata ſententia, hæc præcepta ſeruare tenetur, dicentis, cunctis eſto benignus, omnibus æquus, nemini blandus, paucis familiaris, ad iracundiam tardus, ad clementiam pronus, in aduerſis firmus, in proſperis cautus, omnibus prodeſſe debes & nulli nocere, in qua lege Lucas de Penna notabilia contra malos Regentes, homines ſceleratos & prauè viuentes adducit, quales ad officinam Iuſtitiæ nō admittendi, & admiſſi repellendi eſſent, in qua non proprium ſed alienum bonum promouetur & producitur; Iuſtitia namque teſte Ariſt. *lib. 1. Eth. c. 1. & 6.* eſt bonū quod alteri communicatur, & non ſit proprium eius à quo proficiſcitur, ſed alterius cui cōmunicatur, hinc Cicer. 1. *lib. 2. de Repub.* Iuſtitia, inquit, foras ſpectat & totam ſe ad vtilitates porrigit & explicat.

Illud itaque procurandum eſt, vt æqualis ſit Iuſtitia, ſed non vt mero, indefinito ac abſoluto iure æqualitas indefinitè vim & auctoritatem perfectæ Iuſtitiæ obtineat; æqualitas enim inter inæquales, ſumma eſt inæqualitas, ideo recurre ad diſtinctionem proportionis Arithmeticæ & Geometricæ traditam *par. 1. de iuſt. fori & poli,* proportio Arithmetica numeris conſtat, Geometricam verò proportionem, ipſa ratio & æquitas moderatur, vnde Plato dicebat, Deum ſemper Geometriam tractare, Annæ. Robert. *lib. 4. rer. Iudic. cap. 13.* Egregium imprimis eſt, inquit Plin. Iunior *lib. 7.* vt foris ita domi; vt in magnis, ita in paruis; vt in alienis, ita in ſuis agitare iuſtitiam.

Quod prudenter Cleon obſeruauit, qui poſtquam Reipublicæ adminiſtrationem capeſcere deſtinaſſet, teſtatus eſt publicè, ſe iam omnium amicitiarum vinculo diſſolui velle; quia amicis ex priuato affectu plerumque obſtat, ne liceat vtique rectè tenere clauum, vt notat Eraſm. *in Apophteg.* quid exſpectant extraneorum iura, inquit Caſſiod. *5. epiſt. 43.* ſi ſic meretur affinitas, quamuis tamen Cleon alijque ſimiles non rectè fecerint iuxta Pacianum *de probat. lib. 2. cap. 44. num. 86. & ſeqq.* vbi exornatur, quòd amicitiæ vinculum non fuerat diſſoluendum, neque iuſtitia ab amicitia ſeparanda, quia prçſupponit amicos nil, quàm quod iuſtum petituros, & cum malis nullum eſſe fœdus, ſed potius ſcitum illud: Amicus Plato, amicus Socrates, ſed potius amica veritas, ſaluari tamen poſſet Cleonis dictum, vtpotè quòd vt Iudices noluerint eſſe amici, iuxta declarationem factam, *p. 1. tit. 4. c. 22.* conformiter Cic. *3. Offic.* Vir bonus, inquit, ponit perſonam amici, cum induit Iudicis, vidi ego viros probos in tria Iuris præcepta inclinatos, cum nimium ſibi ex affectu adiudicatū ſuſpicerentur, in ipſos Iudices excandeſcere, è contra verò cōdemnatos, detecta & manifeſtata iniuſtitia, laudare ipſos Iudices, tantus namque iuſtitiæ & iniuſtitię effectus eſt, vt hæc apud iuſtos non conſiſtat, illa apud reprobos quoq; collaudetur, de quo ſeu effectu iuſtitiæ & iniuſtitiæ Damhaud. *in pra-*

Digitized by Google

in praxi criminali, cap.83. in præfat. vbi hoc ipſum ſacræ & profanæ Scripturæ hiſtorijs confirmat, quod ipſe Cambyſes alioquin Rex improbus Regnum ſuum iuſtitia ſtabiliuerit, ac Iudici muneribus corrupto & iniuſto detraxerit pellem, qua ſedem texerit Iudicialem, & in ea filium excoriati, ius dicere iuſſerit, & inter omnia illud maximè iniunxerit, vt iuſtitiam obſeruaret, pœna patris ante oculos poſita, vbi idem Damhoud: Vtinam, inquit, id omnes Reges & Magiſtratus imitarentur, haud dubie melius nobiſcum ageretur. Quia Iuſtitia eſt conſtans animi affectio, ſuum cuique tribuens, Coraſ. *d. loco, num.3. & 4.* ideo oportet Magiſtratum, qui ius dicit, conſtantem eſſe, firmum, immutabilem, inexorabilem, vt neq; pecunia corrumpi, neque potentia frangi, neque odio gratiave inflecti poſſit, Cic. *pro Cecin.* & quemadmodum Sol non alius eſt pauperi, non alius diuiti, ſed omnibus vnus, idemque communis, ita & Iudex non alius pauperi, nec alius diuiti; ſed omnibus iuſtus & æquus eſſe debet. Hinc Poëta:

Nō quocunq; trahūt affectus, prona ſequātur
Pectora, ſed iuſtas legum patiantur habenas.

Cum quo conuenit, quod tradit S. Ambroſ. *in Pſal.118.* Bonus Iudex, inquit, nihil ex arbitrio ſuo facit, ſed iuxta leges & iura pronunciat, ſtatutis Iuris obtemperat, nihil indulget propriæ voluntati, nihil placitum & meditatum domo defert, ſed ſicut audit, ita iudicat, & ſicut ſe habet negotij natura, decernit, obſequitur legibus, & non aduerſatur, examinat merita cauſæ, non mutat. Et Iſidorus *de ſummo bono lib.3. cap.31.* breuiter dicit, non eſſe perſonam in iudicio conſiderandam, ſed cauſam; iuncto *cap. nouit, x. de iudic.* & Deut. *cap.1.* & quando agimus de ſimplici iuſtitia, non quærimus merita perſonarum, Pacianus *de probat. lib.1. concluſ.7. n.15. & ſeqq.* vnde inferens quod licet Actor ſit perſona in magna conſtitutus dignitate, Reus autem vilis perſona, adhuc ei non credatur, ſed intentionem ſuam probare debeat, quia in adminiſtrando iuſtitiam non eſt facienda diſcretio perſonarum, ſed Iudex debet eſſe inſtar arboris fructiferæ & robuſtæ, quæ ad flatum cuiuſlibet venti non agitatur, ſic nec Iudex ad flatum venti Orientalis, ratione affectionis & parentelæ, nec ad flatum venti Occidentalis, ratione præmiorum & pecuniæ, nec ad flatum venti Meridionalis, ratione timoris & potentiæ, nec ad flatum venti Septentrionalis, ratione rancoris & amicitiæ agitari vel moueri, ſed firmus & conſtans eſſe debet, non declinans nec claudicans ad dextram vel ſiniſtram. Iuſtitia, inquit Cyrus, eſt æqualitas, non quæ nobis videtur, ſed quam lex ordinat, æqua lance media inter partes litigantes.

Quippe finis legis eſt Iuſtitia, & conſequenter imperare ſecundum leges eſt ſe iuſtum exhibere, neque precibus, nec miſericordia, nec amore, nec odio, nec vlla denique alia cauſa legum traditiones tranſgredi, Pacianus *de probat. lib.2. cap.44. num.68 & 75.* Quare Socrates eum Iudicem laudabat, qui ſibi ipſi imperare poterat. Solon vero eum recte imperare dixit, qui priùs didicit parere, vti latiùs exornatur in Paciano *d. cap.44.* ibi & de officio & requiſitis boni Iudicis, bonus Iudex nil ex arbitrio ſuo facit, ſed iuxta leges & iura pronunciat, quod exornatur apud Lucam de Penn. *in l. ſi quis, num.5. Cod. de agric. & cenſit. & num.2.* quod temperantia ipſi Iuſtitiæ, vt iuſta ſit, modum imponit, pulchre autem dicit Senec. *lib.2. de tranquillit. vitæ, cap.7.* quod 6.

Digitized by Google

vir bonus ſit & ſapiens, & qui eſt ſapiens, non poteſt lædi, non poteſt quis ei iniuriam facere, validius debet eſſe quod lædit eo, quod læditur, non eſt fortior nequitia virtute, non poteſt ergo lædi ſapiens, illud enim iam non es admonendus, neminem bonum eſſe, niſi ſapientem, abſurdum enim eſt, inquit Philo Iudæus de Iudice, eos in culpa hærere, qui iura præſcribunt alijs, quandoquidem ab his potiſſimum exemplum vitæ petendum eſt, ſicut enim ignis, quæcunque admouentur, calefaciens eſt, ipſe primùm innata ſibi vi calet, nix contra ſuapte natura infrigidat, & alia; ſic Iudex debet eſſe plenus Iuſtitia, ſi alijs Ius adminiſtraturus eſt, à quo, ceu fonte promanant fluenta dulcia legum & potabilia ſitientibus Iuſtitiam, hæc Philo, & plura alij de officio & qualitatibus Iudicum, de quo & *p.1.tit.1.* actum fuit. Quia igitur rari tales, rara quoque pax eſt, raræ benedictiones, &c. è contra plagæ frequentes, imo continuæ, ad illa quiſquis acriter animum intendat, inquit Liuius *lib.1.in princ.* quæ vita, qui mores fuerint, per quos viros, quibusq; artibus domi militiæq; & partum & auctum Imperium ſit, labente paulatim diſciplina, velut diſſidentes primo mores ſequatur animo, deinde vt magis magiſque lapſi ſint, tum ire cœperint præcipites, donec ad hæc tempora, quibus nec vitia noſtra, nec remedia pati poſſumus, peruentum eſt. O quam verè hæc hodierno tempore dici poterunt, quo enim te vertas, quæ remedia conquiras, vbique vitia remedijs fortiora reperies, Plin. *lib.4. Epiſt.25.* niſi forte practicentur illa, quę ſuprà *de litib. & p.1. de adminiſtrat. Iuſtit. cap. vlt.* adducta fuerunt, iunctis ijs quæ de requiſitis Iudicis tradit Scaccia *lib.1. de Iudic. cap.86.* & quod Iudex nō debeat eſſe acceptor perſonarum, docet *cap.90.* vbi aliqua S. Scripturæ loca, & quod pauperibus miſerendum non ſit in Iudicio, & vtrum in Iudicijs dicendis poſſit interuenire acceptio perſonarum, Soto *de Iuſtit. & Iur. lib.3. 4. 6. art. 5.* Rodriquez *in ſumma caſuum conſcientiæ, cap.6. in prima concl.* docet, Iudices peccare mortaliter, & eſſe acceptores perſonarum, ſecundum id, quod leges illis præcipiunt, omittentes informationes facere, & accipere teſtes, aut dando aut negando terminos à lege conceſſos propter amicos, aut preces perſonarum, ad quas habent reſpectum, & quia vt conteſtatur quoq; S. Ambr. *2. Offic.* pronum eſt genus humanum fauere honoratioribus, ideo noli quærere eſſe Iudex, niſi forte virtute perrumpere valeas iniquitates, *Eccl.c.7* & videte quid faciatis, non tantum hominis exercetis iudicium, ſed Domini, & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit, 2. *Paralip.c.19.*

Porro Iuſtitiæ antiſtitis requiſita vide in Greg. Tholoſ. *de Repubḷ. lib.1. cap.2. num.9.* 7. late Gueuara *in Horol. Princ. lib.3. cap.1. & aliquot ſeqq. de Iudicib. Iuſtitiæ adminiſtrandæ eligendis.* Vir autem fidelis præferendus erit viro prudenti, vti probat Luc. de Penn. *in l. omnium 8. & ſeqq. Cod. de cond. in publ. hor.* Sed hodie tales ſæpe eliguntur, qui ſubditos non iuuant, ſed opprimunt, non eleuant, ſed deijciunt; non adminiſtrant Iuſtitiam, ſed vel protrahunt vel negant, qui tandem vltorem ſui iudicij inuenient ſummum Iudicem, omnis iniuſtitiæ acerrimum vindicem, præſertim illi, qui cum viduas & pupillos maxime protegere & defendere deberent, eos opprimunt, *Exodi cap. 22. Deut.c.14.16.24. & 26.* in quos quadrat illud *Sap.2.* Circumueniamus, dicunt, iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius operibus

Digitized by Google

peribus noſtris, & impropat nobis peccata, verum defecerunt, non animaduertentes iuſtorum cauſas in manibus Dei eſſe, vt dicitur *Sapient.c.5.* Vos igitur oro obteſtorq; Iudices, inquit Cicero *in orat. pro Milone,* vt in ferendis ſententijs quod ſentietis, id audeatis, veſtram virtutem, fidem, iuſtitiam, mihi credite, maxime probabit, qui in Iudicibus delegendis optimum & ſapientiſſimum quemque delegit, diligentes, probi, virtuoſi, & ſimul docti Iudices eſſe debent, vt valeant recte & iuſte iudicare alias merito puniendi. Meminerint igitur improbi, & quotquot ſunt oſores & perſecutores proborum hominum, quod non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas, *Pſalm.124.* è contra meminerint probi, quod Beati ſint, qui perſecutiones patiuntur propter iuſtitiam vel virtutem, *Matth.5.* Deus, inquit Plautus, profecto eſt, qui omnia intelligit videtque, bene merenti profuerit, male merenti par erit.

CAPVT V.

Quod virtuoſi & boni promouendi eligendiq́ ſint.

1. VIrtutum omnium anteſignani ſunt hominum mores optimi, ideo Magiſtros ſtudiorum & Doctores excellere oportet moribus primum, deinde facundia, *l.Magiſtros, Cod.de profeſſ.& Med.* iunctis ijs, quæ in Epiſcopo ordinando requirantur, *in cap.qui Epiſcop.diſt.23.* & in teſtibus, *cap.51.teſtes 4.quaeſt.3.* adeo vt etiam honeſta ſententia ex ore turpiſſimi auctoris eiuſque vitæ contagione inhoneſta reputetur. Cuius rei pulchra hiſtoria relata ab Æſchine *in Orat.contra Imarchum,* Aulus Gellius *noct. Attic. lib.18. cap.3.* qui oſtendit, optimos mores in publicis rebus magis, quam verba dicentium eſſe ſpectanda. Quam verum autem hoc ſit in Concionatoribus omnibus, notum eſt, quemadmodum enim bonæ & timoratæ conſcientiæ ædificant, ſic è contra alij inhoneſtæ vel intemperatæ vitæ magis deſtruunt; ipſis enim obijcitur illud vulgatum, Medice cura teipſum, nam

Turpe eſt Doctori, quē culpa redarguit ipſū. 2.

Quod multum illuſtrari poteſt per ea, quæ adducit Lucas de Penna *in Rubr. Cod. de ſilentiarijs,* & Thomas Hybernicus, *in floribus Doctorum, in verb. Prædicatio,* vbi datè: non enim alius quam iuſtus homo, idoneus corrector eſt, *Pſalm. 32.* Verba impiorum inſidiantur ſanguini, os iuſtorum liberabit eos, *Prouerb. cap. 10.* Multum vtilitatis habet, inquit Caſſiodorus *7. Epiſt. 12.* moribus ornata facundia, vnum eſt, quod ſapientiæ anteferre debes, morum ſapientiam & probitatem: qui enim proficit in litteris, & deficit in moribus, plus deficit, quam proficit. Qui priuatim malus, inquit Æſchines, publice bonus nunquam erit. Vnde de talibus viris cura debet eſſe præcipua, qui poſſunt minoribus dare euidenter exempla, Caſſiodorus *1. Epiſt. 23.* Viri boni officium eſt, errores hominum corrigere, eosq; in viam reducere, Lactant. 5.17. Vir probus non facile leges & Iuſtitiæ terminos excedet, vir nemo bonus ſe ab improbo donari vult, Cicero *2. de legibus,* temporalia namque bona deſpicit, & quod Deo placet, libenter perficit, neque virtus eius erit, vt parua ſcintilla, quæ facile extinguitur, ſed vt ma-

Digitized by Google

magnum incendium, quod ventis hinc inde flatu vehementiori inſurgentibus, magis magisq́; amplificatur & creſcit. Neceſſitas probat virtutem, in egeſtate æquitatem ſeruare, vera & perfecta Iuſtitia eſt.

3. Immo virtutis veræ magnus tantusque eſt effectus, vt propter eam etiam illos laudemus & diligamus, quos nunquam vidimus; quia, vt teſtis eſt Philoſophus *2. Ethic. cap. 6.* virtus eſt, quę bonum facit habentem, & opus eius bonũ reddit, illud autem quod bonum eſt, nemo non diligere poteſt; ſic impius poteſt odiſſe iuſtum, ſed eius virtutem cognoſcens non venerari non poteſt, qui æternas quoque à Deo accipit retributiones, quo fine dicit Dauid *Pſalm. 15.* Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore, & *Pſalm. 109.* In memoria æterna erit iuſtus, & *in l. quoniam, Cod. de Epiſc. & Cleric.* ibi quoque Baldus & Salicetus: qui autem iudicium verum facit inter virum & virum, hic iuſtus eſt, *Ezec. cap. 18.* Si igitur bene merentibus, inquit Caſſiodorus *in Epiſt.* aliena gratia non reſpondet, merces tamen ſua virtuti non deerit, quæ potiùs fructus lucra ſatis habet ſimpliciter apud ſe de bono fœlici conſcientiæ teſtimonio gloriari, neque enim ſubiecta eſt externæ diſpoſitionis arbitrio, ſed in ſua propria puritatis maieſtate conſiſtens ab indignioribus præmia non requirit, nulli non virtus & viuo & mortuo retulit gratiam, quare Seneca *Epiſt. 67.* errare mihi videtur, qui dixit:

Gratior eſt pulchro veniens è corpore virtus.

Non enim vllo teſtamento eget ipſa, magnum ſui eſt decus, corpus ſuum conſecrat, poteſt ex caſa vir magnus exire, & ex deformi humiliq́; corpuſculo formoſus animus, ac liber & magnus, latiùs ibi, & *Epiſt. 80.* Habet hoc virtus, inquit Cicero, vt viros fortes, eiuſque pulchritudo, etiam in hoſte poſita, delectet; ibi fas, ibi maxima merces, merentem laudare, inquit Seneca *Epiſt. 102.* Iuſtitia eſt, bonus etiamſi ſeruiat, liber eſt, malus etiamſi regnet, ſeruus eſt, nec vnius hominis tantum, ſed tot dominorum, quot vitiorum, vt inquit S. Auguſtinus *4. de Ciuit. Dei, cap. 3. ad fin.* Hinc factum eſt, vt Ariſtoteles *4. Rhetor.* dixerit, honorem præmium eſſe virtuti debitum, oſtendens ita de eſſentia honoris eſſe virtutem, vt eſt de eſſentia virtutis honor; quemadmodum olim Romæ duo fuerunt honoris & virtutis templa, ita ſibi inuicem vicina, vt ad templum honoris nemo potuerit peruenire, qui templum virtutis non eſſet ingreſſus, tametſi virtus ipſo honore ſemper ſit præſtantior, & ſibi ipſi merces, ſicut vulgo innotuit illud ſcitum, Iuſto nil deeſt, iuſtus ſapiens eſt, quia ſcientia à iuſtitia remota calliditas potiùs, vt Cicero dicit, quam ſcientia appellanda eſt. Conſilia callida, inquit Liuius, *lib. 35. cap. 32.* & audacia prima ſpecie læta, tractu dura, euentu triſtia. Similiter iuſtus non eſt auarus, quia nil extra modum concupiſcit, iuſtus innocens eſt, quia neminem lædit, iuſtus fortis eſt, quia quod æquum eſt, fortiter audet. Ob id Euripides inquit; quod neque Lucifer, neque Heſperus tantum luceat, quantum vir iuſtus lucet; ſplendeſcit, & vniuerſam terram irradiat, prout & in conſummatione ſæculi iuſti fulgebunt ſicut Sol, in Regno Patris eorum, *Matth. cap. 13.*

Hinc patet, quod ſi virtutibus & honeſtati nulla poſthuma merces hîc ſperanda 4.
foret, tamen eo habitu mentis nos affici oportere, vt quamquam præmia à Principe,
nec

nec nomen in populo, nec laudes apud poſteros habituri eſſemus (prout magnum ſuauitatis odorem reddit, *Prouerb.4.*) tamen capeſceremus virtutis inſtituta ob animi pacem, voluptatem & concordiam, quas parit, & vitia abhorreſceremus, quæ ſuos intus angunt, torquent & dilaniant, è contra ſapiens ſe ita ornamentis ſuis inſtructum ſentit, vt ab ijs nulla vi ſegregetur, Apul. *de Philoſoph.* Sacratiſſimum omnium eſt vir bonus, inquit Plato, prophaniſſimum contra vir malus. Viri boni ſunt veritatis cultores, fraudis inimici, Petrarcha *8. familiar. Epiſt.1.* Viros bonos veraces, minimeque fallaces eſſe oportet, Cicero *1. Offic.* & Plutarchus *de virtut. & vit.* Contentus, inquit, eris te ipſo, ſi didiceris, quid bonum ſit, quid honeſtum. Nulla virtus latet, inquit Seneca *Epiſt.81.* & latuiſſe non ipſius damnum eſt, veniet qui conditam & ſæculi ſui malignitate ſuppreſſam dies publicet. Debet autem inprimis ſtudere Iudex, vt ſit bonus Chriſtianus, quoniam Deus bonis viris ſolet bona conſilia ſuggerere. Simanc. *de Catholic. Inſtitut. tit.34. num.9. in fin.* Iudex autem dicitur vir bonus, quia debet procedere in aliena, vt faceret in propria cauſa, Felin. *in cap.1. num.53. x. de conſtit.* & ibi Addition. & duplicem habere ſalem, & ſcientiæ, ſine quo inſipidus, & conſcientiæ, ſine quo diabolicus eſſet, Baldus *in l.2. Cod. de ſentent. ex breu. recitand.* Cacher. *deciſ.1. num.34.* Menoch. *de arbitr. caſ.339. num.1.* neque enim bene iudicabit, ſi leges quibus iudicare debet, ignoret, de quo latiùs Maſtrill. *de Magiſtr. lib.2. cap.3.* Principis autem proprium eſt, inter pares & diſpares æqualem Iuſtitiam conſeruare, Theodoricus apud Caſſiodorum *var. Epiſt. 29.* quod per vitioſos & indoctos non præſtabit. Vnde non mirum, quod adeo requiratur bonitas & integritas vitæ in Iudice, vt Plato relatus per eundem Simanc. dixerit, ad Magiſtratum, eligendos non eſſe niſi eos, qui ab adoleſcentia probati ſunt. Vt autem ſit bonus vir, non debet ſuperari à paſſionibus & affectibus, ſicut & ille dicitur vir bonus, qui in cauſa alterius facit, quod ſibi fieri vellet, Gratian. *tom.2. diſcep. forenſ. cap.224 nu.3.* & iuxta communem DD. opinionem Iudex dicitur vir bonus, Menoch. *de arbitr. in proœm. num.9.* late Mantica *de tacitis & ambig. lib.3. tit.1. num.17.* & DD. communiter. Fortes autem creantur fortibus & bonis, dixit Horat. & Herod. *in Tobiam.* Ex optimis viris credibile eſt optima emanare conſilia, ſolent enim à viro malo, mala, & à viro bono, bona conſilia proficiſci, Ariſt. *6 Eth. c.12 Exo. c.18.* Vir bonus prodeſt, quibus poteſt, nocet autem nemini, Cic. *3. Offic.* non immerito igitur S. Auguſt. *in Epiſt ad quendam Comitem:* Elige tibi Conſiliarios, inquit, timentes Deum & veritatem amantes, quod ſi vnquam alias, permaxime hoc ipſum hodie fieri deberet: virum autem bonum (qualis ille ſit, vide & ſupra in Menoch. *de arbitr. in proœm. n.7.*) definiens Vaſq. *lib.1. controv. c.41. n.35.* dicit: Olim cum boni in abundantia erant, & mali rari (vtinam hodie) defenſio naturalis ſufficiebat, hodie vtinam defenſio artificialis, quæ per modum Iuriſdictionis & Principatus fit, tam idonea & ſufficiens eſſet, quam erat tum bonorum ſe inuicem defendentium cura. Alias & latiùs ſumendo, bonus dicitur, qui eſt exequens ſui officij, vt bonus Religioſus, bonus miles, quales omnes præſertim Religioſi & Clerici eſſe debent, quia vt inquit Anicetus Papa *in Epiſt. decretal.* Clerici laicis & ſimplici-

Digitized by Google

bus, virtutis, honeſtatis, pudicitiæ & grauitatis exemplar eſſe debent, ac ſeipſos tanquam purioris vitæ rudioribus ad imitationem prudenter exhibere.

5. Porro, vt officiorum diſtributio inuiolata ſeruaretur, lex de ambitu coërcendo *ff. ad leg. Iul. de ambitu*, reuocanda foret, de qua Alciatus *lib. 2. paradox. cap. 14.* vbi agit de tit. Cod. de ſuffragio, belliſſimè ad propoſitum Iuſtin. *in Nouell. 8.* vt Iudices ſine quoquo ſuffragio fiant, vbi adminiſtrationes & dignitates gratis conferri debent, nihil ſuffragiorum nomine dato, quo me remitto, iunctis traditis per Damhaud. *in praxi crimin. cap. 133. num. 13.* vbi optat, vt Principes Platonicum iudicium ſecuti, captantes officia reijcerent, & ſolos dignos promouerent, quippe iuxta Plautum

Virtute ambire oportet, non fautoribus,
Sat habet fautorum ſemper, qui recte facit.

6. Quod tamen olim, vbi incorrupta erat Iuſtitia, verum eſſe potuit, ſed eheu! hodie quantum diſtamus ab illo, ſine fauoribus nihil accipimus, & tamen ſequi gloria, non appeti debet, Plinius *1. Epiſt. 8.* Sunt illa verba Ethicorum ad noſtram confuſionem, nunquid enim dignitates & officia auro venalia cernimus, vt bene dixerit famoſiſſimus Poëta:

Auro pulſa fides, auro venalia Regna.

Vtinam non Præbendæ & dignitates Eccleſiaſticæ, quas puris mentibus conferre & accipere conuenit, vt quantum quiſque mereatur, non quantum dare ſufficiat, æſtimetur, profecto enim quis locus tutus, & quæ cauſa poterit eſſe excuſata, ſi veneranda Dei templa pecunijs expugnentur? quem murum integritatis aut vallum fidei prouidebimus, ſi auri ſacra fames in penetralia veneranda proſerpat? quid denique tutum eſſe poterit aut ſecurum, ſi ſanctitas incorrupta corrumpatur? *l. ſi quenquam, Cod. de Epiſc. & Cleric.* cum & officia mundana pecuniâ quærere vetitum ſit, Franciſ. Marc. *part. 1. quæſt. 749 per tot.* ſed nunquid hodie qui fauore pollet, ſimul & meritis valere intelligitur, vel ſaltem promouetur? Hinc tot vulnera Iuſtitiæ infliguntur, hinc Iudiciorum conſtupratio cernitur, hinc & Regnorum totarumque prouinciarum labefactatio, prout hoc ipſum quoque iam olim innotuit, longiùs pergerem, ait Symmach. Si æquitas vellet multis precibus adiuuari, vt merito tenendam putem illorum ſententiam, qui officia non pro libitu & arbitrio Principis, ſed bene meritis atque expertis conferenda eſſe docent, Maſtrill. *cit. loco, cap. 30.* quod & inde confirmatur, quod Princeps teneatur de damno, ex electione indigni, indocti, vel inexperti ſubſecuto, vt ſuperius *cap. 1.* probatum extat, cum ergo tantæ ſit vtilitatis boni & virtuoſi, puta ſimul docti, electio; non mirum, quod ad officium ſuſcipiendum cogi poſſit, Chriſtinæus *volum. 5. deciſ. 24. num. 13.* vbi ita iudicatum refert, idem docet Lucas de Penna *in l. contra publicam, in fin. Cod. de re militari*, & non niſi virtutibus pollens coactus ad Regimen veniat, virtutibus vacuus nec coactus accedat, vt perbelle demonſtrat S. Gregorius *in Paſtorali, part. 1. cap. 9.* concordat *d. l. ſi quemquam, Cod. de Epiſcop. & Cleric.* & S. Auguſtinus *lib. 9. de Ciuitate Dei:* Locus, inquit, ſuperior etſi adminiſtretur vti decet, indecenter tamen appetitur, iunctis traditis per Petrum Gregorium Tholoſanum *de Republ. lib. 4. cap. 5. num. 4. verſ. & Plato officium, &c.* Regia iuſſa tepefacta ſeneſcunt, ait Caſſiod.

Digitized by Google

ſiodorus, dum res vtilis demandatur infirmis. Priùs autem in illis officijs, quæ magna onera & nulla præmia, vel parum lucri annexa habebant, fieri vidi, in alijs numquam, in quorum aſſecutione nulla coactione hodie, ſed potiùs fautoribus & ſuffragijs opus eſſe videmus: Numquid enim compertum habemus, & pueros virilia officia acceptare, & per ſubſtitutos ſeruire? etiam aliquando per eos, qui numquam in acie ſteterunt, numquam caſtra viderunt, numquam tubarum ſonitum niſi ex amphitheatris audiuerunt, vel vt Strenuus ille bellator Baro Iohannes de Werth ducis decus, ſudore, ſqualore, ſanguine & factis aſſecutus eſt, vt de Annibale loquitur Plinius *2. Epiſt. 7.* (vti mihi relatum fuit de aliquibus, quod hominem mortuum, niſi forte patibulo appenſum, non vidiſſent) Sed eheu! quantum malum, ita in publicis & politicis inſanire? huiuſmodi vero laruas etiam ad Eccleſias traducimus, mittunt quaſi porcellos ſuos impinguandos in nemora glandifera, ponunt pueros ſuos in Eccleſia, non vt fructificent, ſed vt fructus temporales colligant, vt ditentur & incraſſentur, quo fine plures quæruntur & acquiruntur Prælaturæ & Præbendæ, ſe paſcunt & ornant, officia autem dedecorant.

7. Talis eſt multorum cura & anxietas, vt nihil magis ipſis in votis ſit, quam de illis, ſuis liberis prouidere, quaſi de Regno Dei ageretur, & quod dolendum eſt, Deo offeruntur & corpore & animo vitiati, quod prohibetur *Leuitici c. 21. & in Iure Canon. tit. de corpore vitiat.* Sed quia neglecta diſciplinæ Eccleſiaſticæ cura de annuis beneficiorum reditibus, deq; collationum prouentu & commodis ſolliciti cogitant, idq; vnum inquirunt, non qualis Paſtor gregem cuſtodiat, ſed an beneficia per obitum vacent, quomodo & per quos conferantur, & reſpectiue acquirantur, per fas & nefas, parum ſæpe curatur. Modicum hodie non curet Prætor, quaſi non offerantur ad diuina perficienda, ſed temporalia percipienda: cum prioribus autem Iuribus vetus mos Romanorum conuenit, apud quos Virginem Veſtalem capi fas non erat, quæ aliqua parte corporis maculata fuit, vnde non mirum, (audite, ô nobiles & diuites Ciues) quod D. Hieron. parentes arguat, qui deformes filias, claudos mancoſque filios virginitati conſecrant, idem ad Demetriadem ſic ſcribit: Solent miſeri parentes & non plenæ fidei Chriſtiani deformes, & aliquo modo membro debiles, aut etiam gibboſas, monſtruoſas filias, quia dignos generos non inueniant, virginitati conſecrare, prædicta exornantur in Menoch. *de arbitr. caſ. 226.* vbi præter cæteros allegatos vide Tiraquellum.

Primùm, inquit Chriſtus, quærite Regnum Dei, & hæc cætera adijcientur vobis. 8.
Regnum autem DEI & eius iuſtitiam non quærit, qui vna Præbenda in neceſſarijs prouiſus (quantum autem ad neceſſaria requiratur, tradit deciſio Theologorum Pariſijs in Congregatione Fratrum Prædicatorum, quam refert Dionyſius Carthuſianus *tit. 50.* concordantibus ſententijs data, his formalibus: Solerti & longa diſputatione probatum eſt, duo beneficia, dummodo vnum valeret quindecim Pariſienſium libras, cum ſalute non poſſe retineri) ſecundam vel tertiam cumulat, per pluralitatem enim beneficiorum, priuatur Deus ſuo cultu, fundatorum animæ ſuis ſuffragijs fraudantur, datur locus ambitioni & auaritiæ,

ritiæ, ſitque alijs dignis iniuria, qui beneficio deſtituuntur, cum vnus plurium loca obtinet, ita vt poſſidens plura, cum ex vno honeſte viuere poſſit, etiam cum diſpenſatione ſummi Pontificis, tutus non ſit in foro conſcientiæ, niſi legitima ex cauſa, quæ etiam vera exiſtat, ita ex alijs Griuellus *deciſ.89.num.2. & per tot. de materia.*

Pulchre ad confirmationem huius S. Bernardus *de Conſiderat. lib.3.cap.10.* Non ſum, inquit, tam rudis, vt ignorem poſitos vos diſpenſatores, ſed in ædificationem, non in deſtructionem. Denique quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur, vbi neceſſitas vrget, excuſabilis diſpenſatio eſt, vbi vtilitas probat, diſpenſatio laudabilis eſt, vtilitas, dico, communis, non propria, nam cum nihil horum eſt, non plane fidelis diſpenſatio, ſed crudelis diſſipatio eſt. Vni perſonæ vno tempore non ſunt duo officia committenda, Lucas de Penna *in l.omnes, numer.45. Cod. de Decurion.* Quia, inquit, ſi totum corpus eſt oculus, vbi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diuerſa officia & robur corporis ſeruat, & pulchritudinem repræſentat, ita varietas perſonarum per diuerſa diſtributa officia, & fortitudinem, & venuſtatem ſanctæ DEI Eccleſiæ repræſentat. Caueas igitur à pluralitate beneficiorum, nec fidas diſpenſationi, ſiquidem cauſa poteſt eſſe legitima, vt valida ſit diſpenſatio, ſed quoad te non ſatis vera, ita vt damneris, & in te quadret illud vulgatum: Petrus ſæpe diſpenſat, quod Chriſtus non acceptat; ſicuti nos dicimus: Prætorem, non obſtante, quod inique decernat, tamen ius reddere, *l. ius pluribus, ff. de iuſt. & iure*, immo & Pontifex diſpenſando peccare poteſt, quamuis teneat diſpenſatio, & de eius poteſtate Surdus, *deciſ.245. num.33. & ſeqq.* multi relinquuntur hic cum venia, vt dicit Gloſſ. pœnæ, non culpæ; hic enim multi non damnantur, qui poſtea à pœna inferni liberi non erunt.

Tu igitur videris qualem cauſam prætendas, & quam vera, iuſta & legitima illa ſit 9.
in tua perſona, & alias ſcitum eſt, quod Pontifici & Imperatori rerum & legum ſit credita diſpenſatio, non commiſſa diſſipatio, vnde S. Bernardus *3. ad Eugenium Papam*, Subtrahuntur, ait, Abbates Epiſcopis, Epiſcopi Archiepiſcopis, Archiepiſcopi Patriarchis ſeu Primatibus: Bonane ſpecies hæc? mirum ſi excuſari queat, vel opus ſic factitando; probatis vos habere plenitudinem poteſtatis, ſed iuſtitiæ forte non ita, facitis quia poteſtis, ſed vtrum debeatis, quæſtio eſt, latius Lucas de Penna *in l.conductores, num.2. Cod. de conduct. & procurat.* quia diſpenſatio, quæ non habet materiam ſubſtratam, baſin & fundamentum, in quo pedes figat, pendet in vmbris, quæſo, tu diſpenſate, dic qualis illa ſit in te diſpenſationis cauſa, quam vtilis Eccleſiæ, quam vtilis alijs, & quomodo putes, & vnde in tam periculoſo caſu defendas, quod in te vigeat magis illa cauſa, quam in alijs, quos noſti te doctiores, Eccleſiæ vtiliores, cum quibus facilius quam tecum diſpenſari poſſet, & tamen non eſt legitima, niſi habeat reſpectum ad bonum publicum, vti cum aliquibus notabilibus, contra plura beneficia Eccleſiaſtica habentes, adducit Ioannes Geyl. *in nauic. fatuor. turb. 28.* vbi & horribilia exempla, qui morientes voluerunt experiri, an cum pluralitate beneficiorum ſaluari poſſent, & damnati fuerunt, quib. ſi lubet, adiunge terribile illud ex B.

Digitized by Google

ex B. Thoma Cantipratano Ordin. Prædic. *ex lib. Apum*, vt ex eo refert D. Dionyſius Carthuſ. *tit. 50.* hiſce verbis:

10. Agonizantem autem Cancellarium Dominus Guilielmus Pariſienſis Epiſcopus paterna ſollicitudine viſitabat, rogans eum, vt ſingulari opinioni cederet de pluralitate beneficiorum, & omnia ſua, excepto vno, in manus Eccleſiæ reſignaret, & hac conditione media, vt ſi conualeſceret, ei ſupplere vellet, de ſuo proprio, quod dimiſit; renuit ille experiri ſe velle dicens, vtrum eſſet damnabilê beneficia plura tenere, mortuus ergo ſic: Poſt paucos autem dies, cum prædictus Pariſienſis Epiſcopus poſt matutinas orare vellet, vidit inter ſe & lumen, quaſi vmbram quandam hominis tetram nimis, eleuata ergo manu conſignat ſe, & ſi ex parte Dei ſit, præcipit vt loquatur; & reſpondit apparens; alienus à Deo ſum, & tamen mirabilis factura eius, & Præſul: tu quis es? & ille: ego ſum, inquit, Cancellarius ille miſerrimus; rurſus Epiſcopus elato altius gemitu, & quomodo, inquit, eſt tibi ſic dolenti? malè ait, imò & peſſimè, ſicut qui damnatus morte æterna, & Epiſcopus: eheu, ait, chariſſime, & quæ cauſa eſt tuæ damnationis? & ille, tres ſunt, inquit, cauſæ, quare morte perpetua ſum damnatus: vna eſt; quòd creſcentes fructus annuos contra pauperes tumidè reſeruaui; ſecunda, quòd contra ſententiam plurimorum de pluralitate beneficiorum, quaſi licitè tenendorum ſententiam propriam defenſaui, & in hoc me periculo mortalis culpæ commiſi, &c. plura talia ſi deſideres vide ad eum. in hiſce alijsq; exemplis, quilibet imaginem ſui periculi contemplatus, pluribus præbendis & vitijs abſtineat, in aliena ſtipendia minimè obrepat, nec alij debitam alter ſibi vendicare audeat mercedem, *cap. Nullus, diſt. 61.* firmiterque teneat decreta Concilij Trident. *ſeſſ. 24. de reform.* & *ſeſſ. 7. cap. 2.* ſatiùs eſt inſiſtere quàm ſequi DD. adinuentiones & limitationes, ſiquidê pluribus onerari ſaltem regulariter obrepſerunt terreſtri non cœleſti Pontifici, apud quem nô excuſatur is, qui inuadit poſſeſſionem alterius, qui defraudat alios ſeruitio, ex vno quoque beneficio iuſtè debito, ceſſante namque officio ceſſare quoque debet beneficium, quod ob officium datur Tiraquel. *tract. ceſſante cauſa, p. 1. num. 48.* vbi *& num. ſeq.* an ſuſpenſus vel priuatus officio, ſit ſuſpenſus vel priuatus beneficio, & prius poſſet exornari ex traditis DD. præter Canoniſtarum & Theologorum doctrinas per Zaſ. *in l. iuſtè, nu. 10. & ſeq. de acquir. poſſ.* ſed concludo cum Alberto Magno, loquente de Clerico, qui ſine vrgenti cauſa plura beneficia tenebat diſpêſatus, relato per Matthiam Fabr. *in parte hyemali concionum ſuarum, conc. 7. Domin. 4. Quadrag.* Iuiſti priùs ad infernum ſine licentia, nunc ibis cum licentia; haſce terribiles ac horrendas hiſtorias inuenies easque veras, in magno Speculo Exemplorum *lit. B. verb. Beneficium Eccleſiaſticum, exemplo 1. & ſeq.* Recordetur ergo quilibet timoratus Eccleſiaſticus præſtare ſine diſpenſatione ire ad Cœlum, quàm cû diſpenſatione ire ad Infernum; quiſquis igitur ſalutis æternę amans, duo pinguia beneficia Eccleſiaſtica ſuſcipere recuſet, quæ autem pinguia & tenuia beneficia dicantur, tradit Menoch. *de arbitr. caſu 216.*

Quantopere autem neceſſarium ſit, vt virtuoſi præ alijs pręferantur, & vt nullus ad templum honoris admittatur, niſi prius templum virtutis ingreſſus fuerit, nemo eſt qui ignorat; vnde Ouid. 11.

Digitized by Google

Propoſita arma peto, meritis expendite cauſam,
Dũmodo quod fratres Thelemon Pileusq; fuerunt
Aiacis meritum non ſit. nec ſanguinis ordo,
Sed virtutis honor. ſpolÿ quæratur in iſtis,
Nam genus & proauus, & quæ non fecimus ipſi
Vix ea noſtra puto. ————

Neque enim teſte Auſonio & Caſſiod.
Maiorum meritis gloria datur,
Sine cauſa parentum titulis vtimur,
Niſi proprijs adiuuemur.

Gloria virtutis vera abſque laboribus non cõtingit *arg. l. fin. in pr. C. vbi Senat. vel Clariſſ. & l. vn. Cod. de profeſſ. qui in vrbe Conſtant, lib.* 12. Inſignia virtutis, inquit Cicero, multi etiam ſine virtute aſſecuti, proborum virorum ſtudia aſſequi ſola virtus poteſt, conſimiliter Poëta:

Virtutem poſuere Dÿ ſudore parandam,
Fac tua quæ tua ſunt, cætera linque Deo.

vnde Socrates eos verum honorem conſequi aiebat, qui id agunt vt quales videri cupiunt, tales etiam ſint, is ſiquidem honor verus eſt & per ſe conſtans, qui relicto etiam dignitatis faſtigio illibatus manet, & virum ſequitur, non enim locus viris, ſed viri loco dignitatem conciliant, non barba facit Philoſophum, ſed doctrina; propterea olim inter homines, antiquorum optimus animorumque rector eligebatur, ideoque ſumma erat fœlicitas Gentium, in quibus non poterat eſſe potentior niſi melior, Seneca *lib. 10. Rhetor. ſua.*

12. Hinc patet, proprijs meritis officia præſtanda fore, quod latiùs proſequitur Lucas de Pen. *in l. ſi quando, C. de diuerſ. offic.* quia omnia bona ſui ſunt iuncta cum fructibus; Ego quidem ſic iudico, inquit Scheccius *lib. 1. demonſtrat.* quem refert Beſold. *in Theſ. practic. lit. M. verb. Magiſter, verſ. hæc, &c.* tum demum fore quietas & beatas Eccleſias, ſi aut Philoſophi viri dent operam Theologiæ; aut Theologi philoſophentur piè, & dum nullum faſtiditur genus, vt teſtis eſt Plinius, in quo virtus emicat, creuit Imperium Romanum, qui & *9. epiſt. 13.* Non intereſt, inquit, cuius ordinis quis ſit, ſed quam cauſam habeat, Iudices & Prælatos iuſtos & rectos habere Reipublicæ intereſt, Franciſc. Marcus *p. 1. quæſt. 653. num. 2. & 3.* preterquã quòd ad talium electionem Principes in conſcientia tenentur per tradita *cap. 1.* ſicut & ille qui habet poteſtatem eligendi in foro Poli, tenetur eligere meliorem, nec ſatisfacit dignum eligendo ſi meliorem eligere poterat, pro cuius comprobatione varios DD. allegat Barboſa *in cap. conſtit. num. 2. de appellat.* qui doctiores eligendo inuitat ſubditos ad capeſcendum iter virtutis, ſi ex merito officio conferantur, cum dignis fructus tribuitur, ait Symm. *1. 37* eandem viam capeſcentibus ſpes paratur, & Caſſiodor. *2. epiſt. 16.* nutriunt præmiorum exempla virtutes, tribuenda eſt iuſtis laboribus compenſatio pręmiorum, quia vt inquit Caſſiod. exprobata malitia creditur, quæ irremunerata tranſitur, & oſtendit ita Princeps ſe plus virtutem quàm quæuis alia æſtimare, cuius rei viua exempla habemus in aliquibus Imperatoribus, & ſignanter Carolo V. & aliquot refert Klock *de contribut. cap. 15. num. 41. & ſeqq.* imò ad ſummum Principis honorem tendit, ſi homines dicant & intelligant Principem habere homines doctos ſimul & virtuoſos; de claritate ſeruientium inquit Caſſiod. *4. epiſt. 3.* creſcit fama Dominorum; & rurſus *8. epiſt. 16.* Gloria Regum eſt reperiſſe Iudices exquiſitos, iudicia namque cum rectè procedunt, delubra ſunt æquitatis, cum deprauantur foueæ fallaces Ammian. *lib. 30.* imò ipſe eligens feciſſe dicitur quoad effectum, quod facit

Digitized by Google

facit vicem gerens, Zaſius *in l. ſi ita ſtipulatus fuero, §. Chryſogonis ff. de verbor. obligat.* vnde mala miniſtrorum facta, ſæpe Principibus fuerunt exitio, nam vt Euripid. Princeps ſapiens, inquit, ſapientum commercio delectatur & vtitur; non mirum igitur eſt quod refert Klock paulò ante citatus de Sigiſmundo Imperatore, qui exprobrante alio, quod litteras militiæ præferret, ſiquidem ego, reſpondit, milites mille vna die fecerim, Doctorem vnum mille annis haud fecero; ibi & quantus honor & reuerentia doctis per ipſoſmet Imperatores exhibitus fuerit, & quòd Princeps ob meritum ac honorem ſcientiæ reuerentiam habeat Iudicibus & Iuriſperitis probat Barboſ. *in cap. Vt debitus, n. 2. & 3. x. de appell.* & ita Gentiles obſeruaſſe ibi quoque teſtatur; conuenit quod tradit Dio *lib. 9.* Cæſar honores tribuere, & largiri pecuniam poteſt, Oratorem facere non poteſt, ſed

Heu male nunc artes miſeras hæc ſecula tractant.

vel potius hæc tempora, quibus ciuilia paſſim

Bella tonant, trepidumq; quatit diſcordia Mundũ.

13. Non ſeruitia in Curijs Principum, ſed perſonæ ponderantur, Æneas Sylu. *Hiſtor. Bohem. 3.* ſed eheu! coronas etiam ad imperitos & immeritos deferre gatia ſolet, hodie potius locũ ſibi vendicat, vbique illud Ethnicum: *Cole fœlices, Miſeros fuge.* Fortuna inquit Symm. 1. 34. interdũ optimos declarat, quo fortuna ſe inclinat, eò & hominum fauor, quia honores abſq; virtute concilientur, ſed tamẽ in Iudice legendo, non generis examen agitur, ſed virtutis aut vitij Philo *de creat. Princip.* difficilem autem Electorem æqualitas facit Iuſt. *lib. 1.* & tali caſu verum eſſe contingit illud Liuij *lib. 44.* dicentis, in eligendo plus offenſionum, quàm gratiæ, interim virtuoſos præ cæteris facilè dignoſcimus; beneficium dignis vbi das, omnes obligas, virtuti enim datur non homini; hinc refert Tacitus *de moribus Germanorum*, quòd Reges ex nobilitate, & Duces ex virtute ſumant, nam vt dicit *4. hiſtor.* virtutem eſſe proprium hominis bonum; neque negari poteſt, quòd, qui didicit, differat multum ab eo qui non didicit, & exercitatus ab eo, qui minimè exercitatus eſt, Plato *lib. 7. de leg.* quanto enim antecellunt belluis homines, tanto anteferuntur ruſticis inſtituti Sidon. *4. 17.* quemadmodum ergo CHISTVS Iudex & verax DEVS, neminem frandat mercede meritorum S. Leo *ſerm. 9. de collect.* ita & in terris iuxta merita & virtutes præmia diſtribui & officia conferre, nec vnum alteri facilè præferre oportet; quippe prælatio alterius, ſine alterius contumelia non poteſt procedere Tertullian. *in Apol. cap. 12.* quem allegat Annæus Robert. *lib. 1. rer. Iudic. cap. 7.* vbi præter alia notabilia & illud ad hodierna tempora appoſitè; fracti mores, auerſa DEI mens; minus eſt, iuxta S. Hieron. *ad Pammach. lib. 2. epiſt. 5.* teneri Sacerdotium, quàm mereri; & illud Sidonij Apollinaris *lib. 7. epiſt. 5. ad Agreſtium de ſui ſaculi macula cõquerentis*; Et niſi me immeritò queri iudicaueritis, inquit, dicere auderem, tam præcipitis animi eſſe pleroſque, tamqúe periculoſi, vt ſacroſanctam Sedem, dignitatemqúe affectare pretio oblato non reformident, & rem iam dudum in nundinam mitti auctionemqúe potuiſſe, ſi quam paratus inuenitur emptor, venditor tam deſperatus inueniretur; pudor erat licuiſſe olim ſacerdotia per gratiam conſequi, & beneficia per ſimoniæ labem etiam in illa priſci ſæculi integritate pleroſque obtinuiſſe infame erat, indecens & probro-

Digitized by Google

broſum, & tamen hiſtoriæ fides vtrumque ſæpe eueniſſe memorat, vide latiùs ibi.

14. Quis etiam non credet hodie quandoque magis præclarum Imperium & Epiſcopatus cenſus, quàm ipſum Epiſcopatum (à S. Paulo *1. ad Timoth. 3.* præclarum opus appellatum) affectari? qui hodierno tempore improborum hominum opere & excuſatione obſeſſi & nimis apud ſe tuti tenentur, ne bonorum virtute frui poſſint (inter bonum & iuſtum videatur differentia apud Luc. de Penna *in l. prohibitum, Cod. de iure fiſci*) ſed iuſti & boni non eſt, externum habitum præ ſe ferre, & vitia certo quodã colore obducere, ne ſimplices ſub ſpecie boni, honeſti & æqui decipiantur, quod vitium modo multum vſitatum Græci hypocriſin vocant, ab ipſo CHRISTO ſummopere deteſtatum, vtpotè quæ omnium nefandiſſima fraus eſt, & grauiſſima iniuria, quæ inani honeſtatis colore velatur, *l. dudum, Cod. de contrah. empt.* omnem hypocritam nequam eſſe probatur, *Iſa. cap. 9.* nobis virtus ipſa potius haurienda, quàm eius vmbra conſectanda eſt; omnes boni dici & haberi volunt, nihil minus tale facientes & præſtantes, ad nomina hodie viuitur, nomina in electione ſunt, nomina promouentur, nominalium ſchola redintegratur, quæ iure ſanè meritò ſeria pœnitentia condolenda & virtutum merita recolenda promouendaque ſunt; ſed vt inquit Auſonius, plures mali, malos ſed imperitos dixi & barbaros, qui ius & æquum, & ſacros mores negligunt, qui profanant, fucatis coloribus obumbrant, & deprauant iuſtitiam omnium virtutum Reginam.

* * *

CAPVT VI.

De dignis promouendis, qui tales? quodq; digniores dignis, doctiores doctis præferri debeant.

COmmune eſt ab omnibus, dicit Arnobius *lib. 2.* & ab ipſis penè incunabilis traditum, bona malis anteferre, inutilibus vtilia præponere, talis autem eſt inter cæteros ſapiens, dictus à ſapere; quia ſicut iuſtus eſt aptus ad diſcernendum ſapores ciborum, ita ſapiens ad diſcretionem rerum & cauſarum; vnde *Prouer. 16.* dicitur: Poſſide ſapientiam, quia auro melior eſt, & melior quàm arma bellica *Eccleſ. 9.* Sapiens liberat vrbes, nam conſilia vbi ſunt, ibi ſalus, quæ latiùs exornantur in Luc. de Penna *in l. omnes, Cod. de decurion.* vbi & inſcitiam eorum, qui præſunt, intolerabilem dicit, ſicut & paria eſſe, ſcientiam repellere, & non compotem eſſe mentis; ſapientia fecit dominari Romanos. Sapientes igitur aſſumẽdi & eligendi ſunt; ſicut ignis aura flante fit grandior, inquit S. Gregori *in Regiſt. lib. 6. cap. 109.* ita bonæ mentis ſtudia commendatione proficiunt; & Boët. *lib. 1. de conſol.* fuſiùs Valet. M. *lib. 7. tit. de ſapienter dictis & factis*, dicere ſolebat, beatam illam ſolam eſſe Rempublicam, cum aut ſapientes regnarent, aut Reges philoſopharentur, quod & Seneca confirmauit, ſæculũ aureum vocans, cum ſapientes imperent; fortunata domus, inquit Philo *de Abrah* in quam viros ſapientes diuertiſſe contingit; gloria regni eſt, inquit Caſſiodorus *epiſt. 16.* repetiſſe Iudices exquiſitos; ſapiens Princeps ſapientum lætatur conſortio & ſapientia reguntur, qui agunt cum conſilio *Prouer. cap. 12. & 20.* multitudo ſapientum ſanitas eſt, orbis 1.

Digitized by Google

orbis terrarum S. Auguſt. *de doctrina Chriſt. lib.*4.*cap.*5. cum igitur impoſſibile ſit, quod Princeps ſalubriter diſponat principatum, qui non agit conſilio ſapientum cuius rei exemplum habemus in Roboamo, qui ſpreto conſilio ſeniorum aut ſapientum cauſauit diuiſionem regni ſui vt dicit Policratus *lib.*5.*cap.*16. & Cicero *ad Q. Fr. epiſt.*1 parui refert, inquit, abs te ipſo ius dici æqualiter & diligenter, niſi idem ab ijs fiat quibus eius muneris aliquam partem conceſſeris, vnde lege imperij cautum inuenimus, quod docti & in praxi verſati in numerum Aſſeſſorum & non alij aſſumendi ſint Reichs abſcheit zu Außburch/ *de Anno* 1530. §. *item* daß die Perſonen *Ord cam.p.* 1. *cap.* 6. per ſapientiam enim Reges regnant & iuſta decernunt, exornatur in Luc. de Pen. *in d. l. omnes numer.* 38. omnis autem ſcientiæ & artis perfectio, tanquam fundamento & baſi innititur ingenio Niceph. Gregor. *lib.* 1. cognitio noſtra à ſenſu ortum habet *Ariſt.*1. *Metaph.* abſque ingenij felicitate & fiducia ad ardua nemo aſpirare debet Coraſ. *in l.*2.§. *poſt hinc in verb. qualitate num.* 21. *ff. de orig. iur.* hinc eſt quod cauſæ arduæ & difficiles indoctis & imperitis nõ ſint committendæ, Bal. *in l. fin. in* 16. *quæſt. C. de hered. inſt.* Felin. *in cap. ſuſcitatus de reſcrip.* & negotia aliena tractantes ſint in culpa, ſi iuuenem aduocatum elegerint, & cauſam perdiderint. Pacianus *de proba. lib.*2.*cap.*41. *num.*42.*& ſeqq.*

2. Vnde & inferri poteſt, quod Iudex indoctus recuſari poſſit Iaſon *in l. apertiſ. Cod. de Iudic.* ideo dixit Afflict. *deciſ.* 167. *num.* 5. in ardua cauſa Aduocato ſtrenuo opus eſſe, magna namque negotia magnis adiutoribus egent Vell. *lib.* 2. ideo contra indoctos multa inducit, Luc. de Pen. *in l. Athletæ ſub n.*13. *C. de athletis*, ſicut & paſſim DD. contra nundinatores officiorum, nundinatio Magiſtratuum, inquit, Iuſtin. *in Nou.* 8. omnis improbitatis eſt principium & finis, illum vides inquit, S. Cypr. 2. *Epiſt.* 2. qui fulgere ſibi videtur in purpura, quibus hoc ſordibus emit, vt fulgeat? contra illos vide Damhaud. *in praxi crim. c.*133. in illis locis, in quibus officia venduntur, teneas pro conſtanti illorum venditiones, ne quidem minimo colore Iuſtitiæ defendi poſſe, ſi indignis, indoctis, vel perſonis ad id munus diuenditũ minime habilibus, vendãtur, nec obſtat officium per ſubſtitutũ idoneũ adminiſtrari poſſe, quia ſciendum quod ne quidem petentibus officia concedenda, Chriſtinæus *vol.*5. *deciſ.*124.*nu.*9.*&* 10. minus deleganda, cũ officiales teneantur ſeruire perſonaliter ſaltem regulariter, Chriſtin. *d. vol.*5. *deciſ* 133. *n.*13.*& ſqq.* .. cõmuni tradit, quod officiorum venditio licita ſit contra ius ſed exprobroſa ac periculoſa, vide igitur conditiones in DD. ibi allegatis, & quando non valeat officiorum venditio, de quo conqueritur etiam Pacianus *de probat. lib.*2 *cap.*44.*nu.*81. *& ſeqq.* quod hodie dignitates non dentur ſed vendantur, omnia enim venalia ſunt, iam nullum honorem merentes ſed ementes habent, Alexan. Seuerus, nõ ſolum honores iuris & gladij nunquam vendi paſſus eſt, inquiens neceſſe eſt, vt qui emit, vendat, verum etiam Iudices omnibus rebus neceſſarijs inſtruebat, ne ſub colore Paupertatis cauſam recipiendi munera prætexuiſſent, vtinam hæc hodie fierent, vel ſaltem condigna ſalaria dignis darentur & augerentur, ſed cum vix vera ſoluantur debita, dixit Alexander *conſ* 83. *in fin. lib.*1. *tit. ff. de condict. indebito ab aula receſſiſſe*, idem aliqui extendunt

 quo-

quoad *tit.de donat.* conſimiliter in Patria inferiori dicitur, Schenck iſt vor Nimmegen Todt bleuen / per alluſionem quaſi donator emortuus ſit atque non reperiatur.

3. Verum fateor non eſſe cuiuſuis cenſere, ſed prudentis eligere digniorem, dubia namque eſt optio cum de ſimilibus iudicatur ait Symm. *lib.* 18. *Epiſt.* 27. iuxta illud Ouidij.

Quo pede nunc vtar? dubia eſt ſententia nobis.

Et difficilem electionem æqualitas facit Iuſtin. *lib.* 1. maxime rerum bonarum, Symm. *lib.* 4. *Epiſt.* 52. ita vt in eligendo ſæpè plus offenſionum quam gratiæ lateat, Liu. *lib.* 44. *hiſto.Rom.* tamen quę intellectu & rationis delectu fieri debent, ea caſui & fortunæ ſubijci non oportet Reinking *de retractu quaeſt.* 2 *num.* 110. vbi paſſim multa de iudicio fortis, quando vero duo ſunt admodū vicina, ex conſequētibus iudicandum erit, iuxta illud *Matth.* 7. ex fructibus eorum cognoſcetis eos, referam tamen quædam alijs potiora, inprimis quantum ad Iuſtitiæ adminiſtrationem attinet, iudicium hominis præualere alterius ingenio haud dubium eſt, ingenia equidem iuxta Sidon. 8. *Epiſt.* 10. probātur negotiorum difficultatibus, Doctorem aſſequi difficile & doctoratum accipere hodie facile eſt, Rhetorum ſcholæ inquit S. Aug. *de vtil. cred. cap.* 7. per totum ferè orbem terrarum adoleſcentum gregibus perſtrepunt, ſed Tullianam facundiam aſſequuntur pauci, agunt, & fiunt oratores pauciores, clareſcunt pauciſſimi, at iuxta [illegible] ic. 1 *de oratore*, quæ benè ſunt inquit, fieri meliora poſſunt doctrina, & quæ non optima, aliquo modo tamen acui & corrigi poſſunt, Iudicium cum doctrina & exercitatione iunctum præualet, & ſi vllibi quis repulſam pati deberet, merito in officina Iuſtitiæ, vbi iure diſceptatur, id eſt, vt Luc. de Pen. *d. loco num.* 2. dicit, iuſtè iudicare, repellendus foret non iudicioſus, idem & in militiæ, præſertim maioribus, offi[c]ijs, fieri deberet, quia in bello bis peccare haud decet, Terent. in Adelph. *Act.* 3. *Scen.* 3 dicit, illud eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt proſpicere, hoc poteſt qui iudicio pollet, eaque rectè diſponere & obuentura præcauere, & hoc ſenes experti præ iuuenibus melius ſciunt, hinc Poëta:

Roma vetus veteres cum te rexere Quirites
Nec bonus immunis, nec malus vllus erat.
Defunctis Patribus ſucceſſit praua Iuuentus,
Conſilio cuius præcipitata ruis.

Ideo valde iniquū & abſurdum eſt vt imperiti Magiſtris, noui antiquis, & Rudes præferantur emeritis, *cap. ſtatuimus diſt.* 61. quemadmodum & Doctor nouellus vel Iuuenis dicitur confuſor litium, Pacian. *d. cap.* 41. *nu.* 42. *& per tot.* de Doctoribus eorum doctrina & requiſitis, de eorum qualitatibus agit quoque Viuius *deciſ.* 270. *qui deciſ.* 172. tradit, vbi an & quādo Doctor iuuenis ſit præferendus ſeni, & quomodo probetur quod iuuenis ſit doctior, & de Aduocati requiſitis, & quod non debeat pro vili ſalario aduocare *deciſ.* 123. quis autem dignior dicatur, *p* 1. *tit* 6. *cap* 11. ex Guiterrez dictum fuit, breuiter quoque Cœuallos *in communibus opinionibus q.* 996. *num.* 28. *& ſeqq.* quod nobilis plebeo, originarius extraneo, pauper diuiti, Doctor non graduato, Doctor in vtroque Iure, Doctori in vno, Theologus autem cœteris graduatis, & Doctor Canonicus dicitur dignior Ciuili, Marant. *poſt ſpecul. in ſuis ſingularibus lit. D. verſ. Doctor Canonicus.* An vero Theologi Canoniſtis in beneficijs præferendi ſint *Concil.* 4.

Trident.

Digitized by Google

Trident. ſeſſ.22. de reformat. 2. item ſeſſ.23. cap. vlt & ſeſſ.24. cap. 8.12.16. & 18. in multis tamen Eccleſijs Cathedralibus Doctor Iuris & in praxi verſatus ſæpe vtilior eſt, ergo dignior ibi cenſeri poterit. perbellè ad propoſitum Caſſiod. *ſuper Pſalm.* 109. quamuis inquit, hoc nec à laicis videatur exceptum, ſpecialiter tamen ſacerdotibus probatur impoſitum, vt tales miniſtros habeant, qui diuinis regulis non repugnent, item quid ſi quis fuerit deuius ſed emendatus, & alter ſemper bonus electus, vter præferri debeat, Roman. *ſing.* 782. ſi tamen ex malitia priori vel alia de cauſa Paſtor populo, vel Magiſtratibus Patriæ exoſus foret, putarem, ad euitandum ſcandalum, non inconueniens eſſe, ſi in alio loco promoueretur, Franciſ. Marcus *p.1. q.* 654. *num.* 4. *vbi & in ſeqq.* an de crimine ſuſpecto interdicatur officium, quod apud Acatholicos melius quam apud nos ſeruatum ſcio, ac interdum propter malitiam plebis cogitur Prælatus ab ipſius regimine declinare, *cap. niſi x. de renunciat.* vbi hoc ipſum quoque ratione ſcandali fieri debere aſſeritur, ſed inter ſcandalum & ſcandalum ſubtiliter eſſe diſtinguendum, tamen vt S. Auguſt. *de lib. arbitrio* dicit, ſi de veritate ſcandalum ſumitur, vtilius permittitur naſci ſcandalum quam veritas relinquatur. Rurſus quod originarij præferendi ſint extraneis in beneficialibus præter Franciſ. Marc. *p.1. quæſt.* 871. iura & conſuetudines Hiſpaniarum & Galliæ allegat Ignatius Lopez *in practica Crimin. Canon. cap.* 56. *per tot.* & præiuditium, quod nati in Regno Arrogoniæ vel Nauarræ reſpectu Regni Hiſpaniæ exteri ſint, quia licet dicta Regna, fuerint adiuncta Regiæ Coronæ, non tamen hoc in modum ſubmiſſionis factum eſſe dicit, ſed in priſtino robore remanſiſſe, ac proinde ſuis legibus & moribus regenda eſſe, quod vti ibi probat, ſic & in Brabantia alijſque Regnis Coronæ Regiæ adiectis ſeruari notorium eſt, vide ibi, quia tractat quoque quæſtionem de matre, quæ alibi peperit per tranſitum, & de patre, qui tranſtulit ſuum domicilium, & multos DD. in materia beneficiali, quod originarij extraneis præferendi ſint, cum duabus declarationibus allegat Borellus *in ſumma deciſ. lib.1. tit.20. num.* 163. *& ſeqq.* & ita obſeruatur, quod originarius præferatur apud Mynſ. 4. *obſ.* 30. quam quæſtionem late diſcutit Maſtril. *de magiſtr lib.* 2. *cap* 7. relatus à Chriſtinæo *vol.* 5. *deciſ.* 72. *num.* 17. *& ſeqq.* pro & contra arguitur in Polianthea *in verbo Magiſtratus*, vnde & infertur, quod Syndici ex vniuerſitate loci conſtitui debeant, conſtitutio tamen extranei facta tenet, Rauchbarus *lib.* 2. *quæſt.* 1. verum extraneus admittitur, ſi quid poſſit, quod alij non poſſint, vel ſi intranei nolunt facere id, quod extranei facerent. ita declaratur ſtatutum apud Zaſium *in l. qui Romæ §. coheredes num* 5 *ff. de verb oblig.* quibus adde tradita per Luc. de Pen. *in l. mechanicos num.* 3. *C. de excuſ art.* & Greg. Tholoſ. *li.* 4. *de repub. c.* 6. ibi, in quibus peccetur, in cauſis Magiſtratuum, & de remedijs *& num.* 9. quis honoratior, & an ſatius ſit ad magiſtratum promouere regni incolas an extraneos, quæ *cap.* 4 de extraneis ſeu peregrinis & eorum proprietatibus & improprietatibus. inter cætera ex prouerbijs Germanicis refert Bebelius *pons inquit Polonius, Monachus Bohemicus, Suenica monialis, miles Auſtralis, Italorum deuotio, Alemannorum ieiunia, fabam valent omnia.*

Præterea cæteris nobilior cenſetur quoque dignior, iuxta D. Thom. *in Ariſt.* 3. 5.

Polit. cap. 8. non ſecundum actum perfectum, ſic bonus non generat bonum, ſed tantum ſecundum inclinationem ad virtutem perfectam, & ſic bonus vult generare bonum, quia virtus in ſemine exiſtens intendit per ſe generare ſimile ei, vt latius ibi, quod & Apoſt. ad *Rom*. 11. inſinuare videtur, & Seneca, ſemina virtutum inquit, in nobis ſunt ſparſa, quę poſtea exercitio noſtro perficiuntur conſimiliter Poeta:

Qui viret in folijs, venit à radicibus humor
Et Patrum in filios abeunt in ſemine mores
Et Horatius:
Nec imbellem feroces progenerant Aquilæ Columbam.

(Vide tamen Coraſi. *in annotat*. 5. & 63. *ad arreſtum Tholoſanum*, cũ quo conuenit illud:
Æquat raro patrẽ ſoboles, ſed plurimi ab illo
Degenerãt, pauci ſuperant probitate parentẽ)

Acute Caſſiod. nomine Theodorici Regis, Prudentiæ noſtræ inquit, eſt in tenera ætate merita futura tractare, & ex parentum virtutibus probos iudicare ſucceſſum, quia bona certa ſunt quæ fidem ab exordio trahunt, dum origo neſcit deficere quæ conſueuit radicitus pullulare, fertur etiam curſu perenni fontium vena vitalis, & hanc conditionem ſuſtinent cuncta manantia, vt ſapor qui conceſſus eſt origini, niſi per accidentia fortè fuerit vitiatus, neſciat riuulis abnegari, iuxta Zaſium *li*. 1 *conſ*. 18. *numer*. 30. & 14. *numer*. 99. & *lib*. 2. *conſ*. 6. *num* 24. quod ex radice infecta non poſſit naſci ſtipes aut viuens circulus, non aliter ac è ſquilla haud naſci dicitur roſa vel hyacinthus, Eraſm. *Chil*. 2. *cent*. 3. *adag*. 3. facit enim ad originis maculam ne bonum exiſtimes quod initium à malo accepit, vt eleganter inquit, Tertull. *de ſpectat. cap*. 5. ſic & effectus ex cauſa regulatur, & ſequitur cauſatum naturam ſuæ cauſæ, vt Doctores & Martinus Monter *deciſ*. 8. *numer*. 27. & *deciſ*. 1. *num*. 53. vbi dicit, quod ex cauſa præcedente præſumatur ſimilis effectus cuius cauſa qualitates ſemper influunt in cauſatum, ob quod cauſa ſecunda tantum fertur operari, quantum ei à primâ influit vel infunditur, Surd *conſ* 196. *num*. 14. Deci. *reſp*. 1. *num*. 234. *vol*. 1. & *reſp*. 47. *num*. 53. *vol*. 5. atque ideo res à ſuo principio non facile degenerat Reinkingh *de Regim. ſec. & Eccleſ. lib*. 1. *claſ*. 3. *cap* 12. *numer*. 29. prædictis conforme eſt illud prouerbium, mali corui malum ouum, vt latius exornatur à Gail. *lib*. 2. *de pace publ. cap*. 13. *num*. 22. & *ſeqq*. & dicit Dominus apud Ezech. *cap*. 16 qualis mater talis filia, hinc docti ſuadent, quod filia matris malè educatæ, impiæ & vitioſæ non ſit ducenda in vxorem, quia ſæpe oblata occaſione ad generis infecti vitia reditur *cap. Iudæis diſt*. 4. hinc & Ignatius Lopez *in d. tract. cap*. 22. defendit conſtitutiones collegiorum, excludentes ab ipſorum domicilio eos, qui generis labem patiuntur, licet virtutibus & litteris polleant, neque enim propter bonos mores alterius, aliorum iura violanda ſunt, & vbi quærimus de ſimplici Iuſtitia, non curamus merita perſonarum.

Poſſet tamen tanta eſſe morum integritas & talia præclara opera, vt diſpenſatio à ſuperiori indulgeri poſſet, & talis cauſa in diſpenſatione expr menda foret, quod Senũ præualeant conſilia, patet iuxta Plinium *in Panegirico* dum inquit, pręmia ſenioribus, iuuenibus exẽpla proponuntur & ſacra ſcriptura, derelicto conſilio Senum, locutus eſt iuxta Iuuenum voluntates 2. *Paralip. cap*. 10. præualent & ſapientes qui fideles ſunt, nam 6.

pru-

prudentia ſine fide magis aſtutia eſt, de quibus pulchre Luc. de Pen. *in Rubr. Cod. de ſilentia*, ibi de probis conſilijs, vnde dicta, quomodo danda & olim à Romanis data fuerint, in exquirendis conſilijs plerumque adiungitur vitæ probitas, virtutum prærogatiua, beneuolentiæ vſus, facilitatis gratia, quis enim in cæno fontem requirat? quis in turbida aqua potum petat? vbi plura de requiſitis boni conſilij & Cõſiliarij è contra de iniquo homine dicit S. Gregor. 7. *moral.* habet conſilium tuum omnis iniquus, præſentia appetere, æterna deſpicere, iniuſta agere, iuſta deridere, ſapientes ſunt præterquã in ijs in quibus eſſe debent, ſed Cic. 4. *orat. in Verrem* melius & ſat Chriſtiane admonet, ſemper ita viuendum eſſe, vt rationem nobis reddendam arbitremur, & tametſi homines celare poſſimus, nihil tamen auare, nihil iniuſtè, nihil libidinosè, nihil incontinenter eſſe faciendum, honeſta enim bonis, non occulta quæri, ſi altiorem quam meliorem eſſe delectat, inquid S. Bernard. *Epiſt.* 27. non præmium, ſed præcipitium exſpectat & ſibi quam peſſimè conſulit, in conſilijs primo conſilium Chriſti eſt ſequendum, vide latius apud Luc. de Pen. *d. loco* an hoc ſemper, quod conſulis, legi diuinæ, Eccleſiaſticæ, æquitati & Iuſtitiæ, directe vel indirecte aduerſetur.

7. Sæpe quoque fit quod Patroni præſentãtes diſſentiãt, ſed niſi vota vel verba fundationis præualeant, ex præſentatis præfertur, qui à digniori præſentatus eſt. Bald. *in l. 1. ff. de ſenat.* vbi de fratre & ſorore loquitur, quibus diſſentientibus præfertur præſentatus à fratre, ſic & apud illum inſtrumenta communia reſeruantur, de quo Tuſchus *lit. l. concl.* 260. Kopen *deciſ.* 67. Griuel. *deciſ.* 146. diſtincte Franciſ. de Barri *tract. de ſucceſ. teſtati & inteſtati lib. 8. tit. 12 numer.* 28. ibi & varij caſus, de priori tractant Doctores *in l. ſi qua ſunt ff. famil. herciſ. &c.* quid autem & alias patronorum diſcentientibus votis fiat vide *gloſ. & D. D. in cap. cum autem & ibi Panorm. de iure patro. qui & in cap. quia propter, x. de elect.* 18. refert electionis ſubſtantialia vel requiſita, quem in occurrenti caſu conſulas, & notab. eſt doctrina Caualcani *deciſ. 11. de contract.* allegatus à Tepato *in compendio deciſ. titul.* 70. *cap.* 12. quod electus ad aliquod officium, non poſſit ſe ipſum eligere, ſed poſt electionem de ſe factam illi conſentire, & talis conſenſus operatur augmentum voti, quod haud pridem habui in facto, & alibi noto. Concluſiue quis dignior ſit, hoc ipſum propter varias locorum perſonarumque circumſtantias, Iudicis arbitrio relinquerem, qui hoc ſæpe arbitrari poterit, & debebit, quod aliquando potentior, aliquando conuerſabilior, &c. vtilior ſit, videatur ſumma Syl-ueſtrina *in verbo electio item Theologi & Canoniſta* de Iuſtitia diſtributiua & electione tractantes, iunctis traditis per Luc. de Pen. *in l. 1. & in l. 5. Cod. de agent.* in rebus vbi probat requiri & ſcientiam & experientiam eius, ad quod eligitur, ſcientiam quo ad cognitionem, experientiam quoad operationem, & iuxta pulchra tradita *in diſt. 39. in princ. & cap.* 1. prohibentur in Epiſcopos promoueri, qui rerum ſæcularium ſunt imperiti, hodie tamen ſæpe præter ſapientiam, & generis proſapia requiritur ne contemnatur præcipiendo, virtutis quoque potentia, vt exequi poſſit & ita eſt, nec aliter fere quis facere poteſt, quin mallet regi à Nobili, quam à Ruſtico,

 dignior

dignior, ergo & ille ſit apud tales, niſi forte & indignus muneri præficiendo exiſtat, indignus licet antea approbatus, poterit poſtea reprobari, & remoueri iuxta illud Poëtæ.

Qui dedit hoc hodiè, cras ſi volet, auferet, vt ſi
Detulerit faſces indigno, detrahet idem.

Nè malè audiant, ſi ex viſceribus Prouincialium homines non neceſſarios nec Reip. vtiles colant Beſold. *de ærario publ. cap. 2. n. 3.* nam:

Sæuit in Authorem prodigioſus honor.

Vt rectè dixit Claud. *lib. 2 in Eutrop.* iunctis traditis per Menoch. *lib. 2. præſ. 86.* vbi tamen Officialis in dubio, electus dignus præſumitur, & perbellè Caſſiod. *lib. 3. Epiſt.* neceſſarium probatur eſſe Reip. inquit, perſonas dignitatibus aptas eligere, vt cui iuſtitia committitur, malis moribus non grauetur, alioquin inefficax eſt ab homine exigere, quod agnoſcitur non habere, & confidenter quæritur, quod ineſſe ſentitur.

8. Videatur Viuius *deciſ.* 270. de indoctis Doctoribus & de qualitatibus Doctorum, quod Doctor debeat eſſe in ſermone verax, in iudicando iuſtus, in conſilio prouidus, in commiſſo fidelis, conſtans in vultu, pius in aſpectu, virtutibus inſignis, bonitate laudabilis, videatur quoque Gratianus *tom. 2. diſcept. foren. cap.* 211. vbi in adminiſtratione Reipublicæ dignior eligendus, collatio facta digno omiſſo digniori, an admittat appellationem, an Epiſcopus digniorem inſtituere poſſit, item ſufficientia electi, per quem cognoſcatur, quod ſi Patroni plures præſentent, & de electo ad diſtribuendum pauperi, an teneatur in magis pauperem diſtribuere, *& plura vide ibi* & *DD. & cap.* 186. *num.* 50. *& ſeqq.* ibi quod inſufficientia præbeat iuſtam cauſam remouendi officialem, ab exercitio officij *cap. quamuis iuſte. 7 quæſt* 1. Menoch *lib. 2. præſum.* 86. *& de arbitr. q.* 55. *num.* 29 *& per multos caſus tractat.* Luc. de Pen *in l. certum. num. 3. & ſeqq. C. de annonis ciuil.* quibus eleëmoſynæ prius dandæ, potius amicis pauperibus, quam alijs, potius pro anima quam pro corpore, potius pro mortuis, quam pro viuis, & de eleëmoſynarum ſpeciebus agit: *ad tit. C. de mendican. valid.* ibi & illud, quod Deus aduerbia remuneret, non nomina, non enim remunerat bonum quod fit, ſed quod benè fit, quod ibi declaratur, & ideo dicitur, lex opus gratia voluntatem requirit, *cap. ſi quis* 15. *quæſt.* 1. Luc. de Pen *in l ſi quis num.* 12. *C. vt nemo ad ſuum patr. ibi & num.* 28. quomodo teneatur promouens indignum, nempe de omni eo, quod promotus malè egit, & denique pro fundatione hic Coloniæ nota de virginibus dotandis vide Felin. *in cap. Canonum ſtatuta nu.* 54. *de conſtit.* executore autem male adminiſtrante recurritur ad Iudicem Bald. *in Auth. præterea Cod. vnde vir & vxor.* confer ad prædicta quæ de electione Conſiliariorum & eorum qualitatibus, ſcribit Petrus Gregor. Tholoſ. *de Repub lib.* 24 *cap.* 6. *per tot. & lib* 4. *cap* 5. de Magiſtratibus in Repub. eligendis, & quales, *& cap.* 10. de diſtinctione dignitatum in honore & ordine in omni Repub. neceſſaria, ſed vt Empedocles dixit, oportet vt ille primum ſapiat, qui ſapientem quærit, hoc tibi cape & ſape.

CAPVT VII.

De habilitate promouendorum & quo tempore attendatur.

In cauſa defuncti Domini officialis Hermãni Eylinck, Iuris vtriuſque Licentiati viri 1.

viri præclariſſimi mihi ad reſoluendum propoſitæ fuere aliquot quæſtiones, an nomine Licentiati (tales quidem erat, ſed Bullæ primæ gratię Doctorē requirere videbantur) veniret Doctor, deinde an actu legere debuerit, vel an in futurum legat, imprimis præſuppono ex Barboſa *tract. axio. iur. vſu freq. axio.* 73 *num* 23. quod omnis diſpoſitio intelligatur de habitu, & recipiat interpretationem de habilitate Tuſchus *lit. D. concl.* 505. adeo vt & verba quantumuis generalia ad aptitudinem reſtringantur, etiamſi nullam aliam paterentur reſtrictionem Zaſ. *lib.* 1. *conſ.* 12 *num.* 79. vnde & ſtatutum reijciens omnes exceptiones, non cenſetur tollere, quæ venit ex inhabilitate. Marant. *in ſpec. p.* 6. *num* 33. quia vbi de aliquo eſt quæſtio, alia omnia ſupponuntur habilia Surdus *conſ.* 257. *num.* 17. & quando de vno diſputatur, in reliquis habilitas præſupponitur, Martin. Monter à Cueua *deciſ. Reg. Arrag* 36 *num.* 27. Crauet. *conſ* 592. *num.* 40. & ita vulgo dicitur, quod termini habiles præſupponi debeant, vt diſpoſitio locum habeat, *l gradatim* §. 1. *ff. de munerib & honorib.* Tuſch. *lit. C. concl.* 732. *& ibi remiſſiuè, qui & lit. H. concl.* 2. *& ſeqq.* tractat de habilitate perſonarum & rerum, quo tempore inſpiciatur, diſtinctè Chriſtinæus *vol* 1. *deciſ.* 64. ſciendum autem, quod electus ad officium, prǽſumatur aptus, idoneus, & dignus, & quando Menoch. *lib.* 2 *præſump.* 86. *de quo latius p.* 1. *tit.* 4. *cap* 18. actum fuit, ideo fundans ſe in validitate actus, nō tenetur probare perſonæ habilitatem, quæ præſumitur Felin *in cap. in præſentia num.* 11. *x. de probat.* de quo vide Menoch. *lib.* 6. *præſ.* 13 probat Pacianus *de probat. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 25. quod vbi cōſtat de facto, illud præſumatur licitum, quia non præſumitur inhabilitas, niſi probetur.

Nihilominus ante omnia, etiam in Iudicio ſummario, perſonæ legitimatio oſtendi debet, Scaccia *de com. & camb.* §. 7. *gloſ.* 5. *num.* 21 *& ſeqq. & paſſim per tot.* de inhabilitate perſonarum, & quod inhabilitas ex propria perſona ſit triplex, 1. quæ procedit ex defectu ætatis, 2. quæ procedit à pœna, vt puta, excommunicatio, bannum, periurium, 3. quæ procedit ex ſubiectione, v. g. quia filiusfam. miles, multiſque modis extenditur, quod de legitimatione perſonæ dictum fuit, legitimatio autem & diſpenſatio non porrigitur ad defectus ſuppreſſos, Caſtr. *lib.* 2. *conſ.* 107. *num* 3. limitatur autem prior doctrina, quando vniuerſalis dictio ab homine prolata fuit, tunc enim non recipit reſtrictionem de habilitate ſecundum Surd. *conſ.* 153. *num* 9. *per DD. ibi*, & exemplificat Martinus Monter à Cueua *deciſ. Regni Arrag.* 6. *ſub num.* 17 quod vniuerſalis diſpoſitio, emanans ſuper actu iam conceſſo, non reſtringatur de habilitate, quando autem habilitas opponatur vt pœna, & quando non, exemplis declarat Ferd. de Caſtro. *de virt. & vitiis, tract* 3 *de lege pœnali diſp* 2. *punct.* 2. *ſub. num.* 2. *& aliquot ſeqq.* quando contrahatur inhabilitas, ſed quamuis D. Officialis tempore electionis Licentiatus & non Doctor fuerit, dixi in fauorabilibus nomine doctoris venire Licentiatum Alexand. *in l. mulier quæ* §. *non eſt dubitandum, num.* 2 *&* 3. *ff. ad Trebel. & ibi remiſſiue*, Felin *in præmi. decret. ad verb. Gregor. Epiſco. nu.* 8 hinc creati Licentiati etiam in Camera Imperiali poſſunt eſſe Aſſeſſores, vbi nobiles & graduati tantū admittūtur, *Ord. cam. p.* 1 *tit.* 3. *Ruland. de commiſ.* 1. *ca.* 14. *n. fin.* & æquiparantur Doctori *in Concil. Trident. c* 12. *ſeſſ.* 24. Ant. Maria *Corat. in comm. opin tit.* 6. *n.* 123. *& ſeq. diſtincte* Beſold. *in Theſau pract. lit. L verb. Licentiat.* 2.

Pro

Digitized by Google

3. Pro confirmatione prioris doctrinæ facit Theorica, cingendus habetur pro Cincto Tuſc. *lit. A. concl.* 83. de qua aliquot in locis agit Damh. *tract. parium aut ſimilium lit. A verb. in actu eſſe. & c. item lit. E in verb. eſſe videtur, item in eſſe conſiſtere & lit. I. verb. Immatriculatus, item lit. P. verb. proxima. & denique lit. T. talem eſſe.* de qua Theorica Iaſon *in Auth. ſi qua mulier & num.* 23. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* latè quoq; in varijs caſibus Royſius *deciſ. Litua,* 1. *num.* 212. *& ſeqq.* & ad propoſitum Leſſius *de Iuſt & iur. lib.* 2. *cap.* 24. *diſp.* 1. docet in caſu ſtatuti, quod conferatur Doctori, poſſit & ei conferri, qui de proximo habilis eſt, & latè firmat Socin. *conſ.* 70. *vol.* 4. Rubeos *in repet. Rubr. de donat. inter vir. & vxor.* §. 38. ſed tamen fatendum eſt, quod abſolute loquendo actus & potentia non ſint eiuſdem naturæ, quia vt omnibus notum eſt, quod eſt actu, eſt iam factum habetque eſſe, quod autem eſt potentia, non eſt factum, nec habet eſſe, quod ſit nondum eſt, actus eſt ſubſtantia, potentia vero accidens, & propterea actus, potentia eſt præſtantior, quod autem aliqui dicunt, quod actus & potentia ſint eiuſdem naturæ, vel quod potẽtia pro actu habeatur, hoc intelligitur, quoad operationes actui cõpetẽtes.

4. Hinc pro & cõtra, an Licẽtiatus habeatur pro Doctore diſputat Tiraq. *ad leges connu.* 16. *gloſ.* 2. *n.* 2. *& ſeq.* ibi & an pro factis habeantur quæ proximè futura ſunt, & deciſiuè dicunt DD. quando aliquid requiritur pro forma, tunc Licentiatus non venit nomine Doctoris Riccius *in pract. aurea & quotidiana* 136. *in pr. & reſ* 467. Vin. de Franch. *deciſ.* 111. vbi reperitur quod Licentiati dignitatẽ nõ habeant ſicut Doctores, qui pœnis plebeiorum non affligũtur ob dignitatem, ita in materia beneficiali & prærogatiuæ deciſ. reperitur in Chriſtinæo, *vol.* 1. *deciſ.* 104. & Guido. Pap. *deciſ.* 390. ac ita in materia electionis reſpondit Wameſius *tom.* 1. *conſ.* 18. Menoch. *de arbitr. caſ.* 379. *n.* 15 Deci. *in cap. clerici de iudic.* & quod non ſpectetur futura capacitas perſonæ ſed tantum, quæ eſt tempore actus, docent DD. *per l Vſufructus, ibi Bart. ff. de ſtipul. ſer. c.* 51. *eo tempore de reſcriptis in* 6. Magerus *de aduocat. armata c.* 16 *n.* 448. *& ſeqq.* ſic etiam neceſſe eſt, vt agens tempore actus habeat legitimam perſonã, nec ſufficiat, quod poſtea ſuperueniat Alex. *cõſ.* 171 *n.* 9. *li.* 2. ſed lex vel ſtatutũ ſeu diſpoſitio requirẽs aliquid adhiberi, vel aliquam qualitatem, illa non obſeruata dicitur fieri contra ſtatutum vel diſpoſitionem, Gail. 1. *obſ.* 124. *num.* 1. *&* 2. *obſ.* 10. *nu.* 18. eaque non ſeruata corruit actus in quibuſcunque diſpoſitionibus Zaſ. *lib.* 1. *conſ.* 5. *num.* 95. *& lib.* 2. *conſ.* 9 *num.* 9. *& ſeq.* iunctis traditis per Gail. *lib.* 1. *de pace publ. cap* 13. *nu.* 1. *& ſeq. & rurſus num.* 17. *& ſeqq.* vnde nata eſt Theorica, cui verba non conueniunt, non etiam conuenit diſpoſitio, *l.* 4. §. *toties ff. de damno infect.* ideo qui agit ex aliqua diſpoſitione ſiue in caſu præſenti ex bullis, tenetur probare omnes illius qualitates, Surdus *conſ.* 138. *num* 1. *per DD. ibi* Tuſch. *lit. S. concl.* 439. *num.* 16. *& ſeqq.* & fundans ſe in diſpoſitione, debet probare eiuſdem requiſita Mynſ. *decad.* 2. *reſp.* 19. *num.* 2 Gail *de pignor. cap.* 14. *num.* 10. hinc illi vocantur qui habent qualitatem requiſitam alias excluduntur. Surdus, *conſ.* 403. *num.* 57. ibi & de reg. quod qualitas iuncta verbo, intelligatur ſecundum tempus verbi, de quo & Cœual *in com opin. quaſt.* 666. *num.* 6. ibi quod in qualibet diſpoſitione principium ſpectandum ſit, & habilitas tunc temporis deſideretur, & ex *d. reg.* quod qualitas iuncta verbo, infert,

infert, quòd commiſſio ſubſiſtat ſi tempore datæ qualitatis adfuerit, licet non duret, adde Barboſ. *in cap. ſtatutum; nu. 19. & ſeq. de reſcript. in 6.* & qualitas probari debet cum dicitur aliquid cum qualitate, vt notabiliter exemplificat Alexan. *lib. 2. conſ. 172. num. 5.* & ad propoſitum Surd. *conſ. 106. n. 35.* quòd qualitas nominis determinans verbũ, limitet diſpoſitionem & priuilegium datum nomini, ceſſat extincto nomine.

5. De præfata autem Theorica ſiue potius doctrina brocardica, quòd cingendus habeatur pro cincto, agit in terminis præſentationis & electionis, Zypæus *in conſul. Canon. ad Concil. Trid. lib. 3. tit. de præbendis, conſ. 4. verſ. quod adeo verum eſt*; dicit quòd iſta regula iuxta Conanum *in appendice*, ne quidem generaliter in milite, ſed tantum in equite iuſſo cingi, & ex iuſſu confeſtim erat, procedat, ſecus quoad titulum, ſed benè quoad alios effectus, Zaſ. *in l. ſi quis, num. 12. ff. de Iuriſdict.* de qua & Barboſ. *Tract. Axiomat. iur. vſufreq. axiom. 184.* ibi & aliquot declarationes Card. Tuſch. *lit. H. habitus differt ab actu & quando ſecus concl.* 11. & propterea habilitas ſuperueniens non integrat illum, qui tempore contractus non fuit habilis Peregrinus *deciſ. 19. num. 15. ibi iura,* Reinking *de retract. quæſt. 2. num. 41. & ſeq.* vel *num. 45.* & conſequenter videbatur refragari illud S. Cypriani *lib. 3. epiſt. 7* qui prior eſt in curſu, prior eſt ad præmium, quem in ſimili caſu allegat Annæus Robert. *lib. 3. rerum Iudic. cap. 2.* vbi & quicunque promotus non fuerit, licet alioquin doctiſſimus, graduatus cenſeri non debet, præcipuè ad hoc vt nominationis in vim gradus faciendæ priuilegium habeat, ac proinde graduato ibi adiudicatio facta fuit, confer Luc. de Penna *in l. neminem, in fin. Cod. de decurionibus*, Accedebat in caſu propoſito, quòd bullę videbantur requirere, quòd quis docuerit, vt ita requiratur Doctor non ſolum habitu, ſed actu; DD. allegat Raudenſ. *de Analogis, cap. 22. num. 56.* & *cap. 37. n. 87. & ſeq.* qui & *cap. 10. num. 28.* docet quòd inhabilitas dupliciter conſideretur; in ſpecie & in genere, vel ſubalterno vel generaliſſimo; & licet inhabiles non includantur in generali diſpoſitione, idem tamen docet *cap. 30. n. 93. & 96.* quòd comprehendantur in vniuerſali geminata, iuncto *cap. 23. num. 81. & 86.* qui & *cap. 39. num. 118.* docet, quòd inhabilitas Clericorum in cognoſcendo, non debeat à laicis Doctoribus opponi, ſed eſt oppoſitio pertinens ad ipſos litigantes, & accuratiùs in Indice allegatur, diſtinguit autem Caualc. *p. 1. deciſ. 40. n. 16. & ſeq.* vbi agit de electo indigno & incapace, & dicit quod Patroni pro ea vice amittant facultatem iterum eligendi & idoneus obtineat, licet minorem per numerum nominatus & electus foret; incapacitas autem & inhabilitas conſideratur tempore electionis & nõ exercitij, quando lex vel ſtatutum conſiderat tempus electionis & extractionis, ſecus ſi conſideret tempus exercitij, & ſic officij exercendi, & eligerentur Officiales ante tempus exercendi officium per tres vel quatuor menſes, ibi inter cæteros allegat Tiraq. *de retractu ling. §. 14. gl. 2. ſub nu. 17.* ſimilem quæſtionem tractat Farinac. *par. 1. deciſ. 496.* quando requiritur qualitas Sacerdotis, an ſufficiat, ſi habitu tantum, vel ſit actu Cæuall. *in comm. opin. quæſt. 693.* & diſtinctè Gratian. *lib. 1. diſcep. forenſ. cap. 132.* de beneficio dando Sacerdoti, cum onere celebrandi miſſas, quando ei poſſit dari, qui non eſt actu Sacerdos, & quando per alium licitè exerceatur.

Digitized by Google

6. Verum in terminis ſtatuti, quod præbendam habebit, qui per annum docuerit, vide Roman. *conſ 336.* & Zaſ. *in l. hoc edictum* §. *hæc autem, ff. quod quiſque iuris, &c.* ibi & de futuro intelligitur, & quoad futurum poteſt eſſe maior ratio; ruſus idem Zaſ. *lib. 2. ſing. intell. cap. 32. n. 6.* & ſic, quòd verbum, fuerit, accipiatur quoque in ſtatuto pro futuro docet Cephal. *conſ. 682. num. 3.* addebam quòd Pontifex in bulla merita potiùs conſideret, quæ maiora poſſunt eſſe in Officiali, comprehendatque quoque magiſtrum; ergo ex maioritate rationis incluſus cenſetur Licentiatus, Surd. *conſ. 393. num.* 1. ſicut & ratio generalior dicto, nunquam reſtringitur ad terminos dicti, Marian. Socin. iun. *in com. concl. lit. R.* v. ratio generalior, vide Beſold. *tract. de ſtud. & magiſt. c. 8.* & Additionator, *ad Guid. Papam d. loco, &c.* cæterum diſtinctè agit Barboſa *in cap. ſi eo tempore, de reſcript. in 6.* ibi conciliat *cap. ei cui de præbendis in 6.* idem *in cap. ei cui,* vide ad eum, de quo & Chriſtinæus *vol.* 1. *deciſ. 64.* ibi agit de ſcholari primam tonſuram habente, an poſſit ſuper beneficio litteras impetrare; ibi & de dictis iuribus & eorum conciliatione, dicitque in contractibus inſpici tempus quo contrahitur, & dum de validitate reſcripti agitur quo ad capacitatem vel incapacitatem, quòd reſpiciatur tempus executionis, quodque inſtitutus debeat eſſe capax tribus temporibus ſcil. teſtamenti, mortis, & aditionis hæreditatis; vide ad eum & Tuſchum *lit. H. concl. 3.* Caualc. *p. 3. deciſ 20. n. 37.* & Surd. *conſ. 138. num.* 1. iuncto *conſil. 100. n. 9. & ſeq.* ex quorum doctrina conſului quandoque pro aliquo Nobili, quem vt Clericum vigore ordinationis excludere volebant, qui tamen tempore mortis parentum, quo liberis defertur hæreditas, talis non fuerat, qui & *conſil. 548. n. 2. & 3.* & *conſ. 403.* probat, quòd habilitas tempore mortis adeſſe debeat, ideo ſtatutum vocans primogenitum, requirit, quod volens ſuccedere, ſit primogenitus tempore mortis, nec ſatis eſt ſi poſtea talis efficiatur; ſicut è contra non ſufficit qualitatem adfuiſſe, ſi tempore ſucceſſionis non extet, cuius doctrina attenta, haud pridem nolui me reſponſo iuris ſubſcribere contra quendam Doctorem, quo defuncto inſurgent magnæ altercationes, ſed refutari poterunt per rationes Surdi, & ita in terminis primogenituræ & fidei commiſſi, loquitur Caſpar. Anton. Theſaur. *lib. 2. quæſt. 21. nu. 13.* & dicit non ſufficere, quod aliquando maior natu & habilis fuerit, niſi etiam talis reperiatur tempore cadũcis fideicommiſſi, quod tempus in fideicommiſſo præſertim conditionali attenditur, Gloſſ. *in l. eum qui ſuper verb. conditio, ff. de condit. & demonſtrat.* Pariſius *lib. 2. conſ. 31. num. 41.* nam qualitas adiuncta verbo, debet intelligi ſecundùm tempus verbi, *l. in delictis,* §. *extraneus. ff. de noxali actione,* & ita in puncto tenuerunt Alexan. *conſ. 123. num. 2. lib.* 1. & alij ibi per Theſaur. relati; ſic etiam reſpondi cuidam, qui vigore precum Imperialium, in eadem Eccleſia aliam quærebat prælaturam, ipſum quidem petere poſſe, quia incompatibilitas non impedit incompatibilium acquiſitionem ſed retentionem, prius tamen ipſo iure vacare, Wurmeſ. *tom. 1. conſ. 243. num. 7.* de conceſſione primariarum precum, & de habilitate preciſtæ, quod tempus attendatur, Honorius ab Axel *in ſumma decret. lib. 3. de præbendis in 5. part. iſtius titul. n. 64. & ſeq.* hæc ita addere volui, quia quotidie in praxi occurrunt, & ex prædictis ſæpius conſului, iunctis traditis per Gratianum *tom. 2. diſcep. forenſ.*

Digitized by Google

forenſ.cap.397. inter cætera *num.43.& ſeq.* quòd poſſeſſio non poſſit habilitare incapacem, nec ex diuturnitate temporis poteſt naſci titulus, nec acquiri beneficium, ſed tenens debet remoueri ſine ordine iudiciario.

CAPVT VIII.

De Promotorum, Officialium, &c. induſtria electa; An opera delegari, & qui per alios ſeruire poſſint vel non.

1. INtra annum adhuc habui in facto contra Prælatum vices ſuas alijs delegantem, ſicut & quibuſdam locis vice-Decani reperiuntur & alij abſentes veri Decani fructibus Decanatus gaudent, quod ita licere frequentia actuum & diuturnitate temporis defendere voluerunt, ſed hoc non eſſe releuans, patet ex traditis infra *de Tempore*, & prius ex Concil. Trident. *ſeſſ.23.cap.1.de reformat.* vbi horum reſidentia & cura in loco, iuris diuini eſſe perhibetur; ſic non vnum corpus debet habere diuerſa capita, nec vna Eccleſia duos Epiſcopos, nec duo Monaſteria vnum Abbatem, Luc. de Pen. *in l.cum te, num.4. Cod. quemadmodum ciuilia munera, indic.* & rurſus Concil. Trid. *ſeſſ.7.c.3.* vbi & probatur, non licere vicaria Sacerdotum opera in obeundo munere vti, cum ipſi eo fungi, & in loco reſidere debeant, quippe adueniente lupo mercanarius deſeret oues & fugiet, *cap. aduerſitas 7. quaſt.1.* ibi in appendice & præter textus iuris diuini hoc ipſum per infinitas auctoritates probat Borell. *in ſumm.deciſ.lib.1.tit.10. n.3.& 4.* vbi debitum reſidentiæ iure naturali, diuino & canonico probatur, & quando quis reſidere non teneatur vide ibi, quia induſtria perſonæ hic præſumitur electa, & aliàs beneficium dicitur officium; beneficium namque Eccleſiaſticum dicitur portio illa obuentionum & redituum Eccleſiaſticorum, quæ datur miniſtris Eccleſiæ pro officio illo ſpirituali, & ſic ius percipiendi prouentus in Eccleſia competens alicui tanquã vni de collegio, eſt beneficium, Gratianus *tom.2. diſcept.forenſ.c.397.n.52.* in quo officio obeundo induſtria perſonæ electa cẽſetur, ad prædicta tamen vide Bonacin. *tr. de ijs, quæ ad diuinum officium in choro publicè recitandum faciunt, diſp.2.q.1.pun.4.* vbi diſſolutis contrarijs prędicta confirmantur, quòd Canonicus non poſſit alium in ſui locum ſubſtituere & diſtributiones capere *pun.5. propoſ. vn.* defendit, quòd conſuetudine legitima, præſertim immemorabili, induci poſſit, vt quis per alium in choro inſeruiat, vbi reſpondetur ad Concil. Trident. vide eundem ibi *diſp.4.pun.4. & 5.* ſed quomodo Prælati ſe in conſcientia defendere valeant ita per ſubſtitutos inſeruiendo viderint illi, & quomodo cõſuetudine ſerueri poſſint vbi ſunt in mala fide, nõ ſolũ ꝓpter Canonem reſiſtentem, ſed etiam quia iuris diuini ratio obſtat, vide tamen præter Felin. *in cap.cum omnes, x.de conſtit. num.32. & 33.* ibi pulchra, item Bonacinam *tract. de onere & obligatione beneficiorum, diſp.5. pun.5.propoſ.vn.* vbi plenè declarantur multa ex prædictis *& tract. de legibus in genere, & in particulari diſpenſationem* ibi, & quando cenſeatur perſonæ induſtria electa, Menoch. *de arbitr. lib. 1. quaſt.68. & lib.6. præſumpt.92. ibi per tot.* DD. *in l.1. ff. de officio eius, &c. & in l. more maiorum, ff. de Iuriſdict.* & Luc. *ad tit. Cod. de agentibus in rebus,* ibi & alij, & DD. *in l. inter artifices, ff. de ſolut.* Zaſ. *in l.continuus, §.1. ff. de verb. oblig.*

Digitized by Google

2. Regulariter Officiales per ſubſtitutos ſeruientes reprehenduntur Viuius *deciſ. 356.* quia induſtria perſonæ ſpectatur in officijs Wameſ. *tom.1.conſ.327.n.3. iuncto c.1.& 2. de offic.cuſtod.* de induſtria perſonę Sanchez *de matr.lib.3.diſp.7.n.18.& ſeq.*& Wehner. *pra.obſ.lit.P.verb.* Perſönlich/ & *lit.V.verb.* Unſerntwegen/ de dictionibis iſtis, ipſe,tu, Zaſius *in l.poſſeſſio,§.adipiſcimur,nu.4. ff.de acq.poſſ.* vbi adſunt verba perſonalitatem ſignificantia,actus per alium expediri nō poſſunt, Munnoz *de ratiocin.c.32.n.4.& 5.* vide tamen quoad Commiſſarios Gail. 1. *obſ. 97.n.5 & 6.* an per illa verba,tuam conſcientiam oneramus, per te cognoſcas, de te cōfido, cenſeatur induſtria perſonæ electa, & in ſeqq. an delegatus ſubdelegare poſſit, de quo Barboſ.*in c.quoniam,x. de off.& poteſt. iud.deleg.* vbi & 9. caſus recenſet in quibus perſonæ induſtria electa cenſeatur, vide ad eum, *& in rubric.de varia officij ſignificatione, &c.* An promittens facere aliquot opus & ædificia,an poſſit per ſubſtitutum ſeruire, vel ſit electa induſtria perſonæ, Caualc.*p.2. deciſ.26. num. 49.*

An Doctor per ſubſtitutum legere poſſit, Afflict.*deciſ.116.*latè Maronius *de treuga & pace,q.50.& ſeq.* Felin.*in cap.1. num.4.x.de Sum.Trinit.* an vaſallus per ſubſtitutum ſeruire poſſit, Schrad. *de feud.p.6.cap.6.n.44.* Roſenth. *de feud. cap.8. concl.23.* Generale tamen eſt, quod habens ſubſtituendi poteſtatē, idoneum ſubſtituere debeat Wameſ. *tom.1.conſ.44.num.61.& 87.* an tutor teſtamenti poſſit ſubſtituere , Viuius *deciſ.305.*& an per alium exequi, Luc. de Penna *in l. per hanc,n.12.&ſeq.C.de erog.mil.*de ſubrogando aliquo in locum infirmi Iudicis, Aduocati,Notarij; Gratian. *tom.1.diſcept.forenſ. cap.18.* de Doctore ſubſtituendo, Roman. *ſing.65.& ſing.670.* vbi omninò vide quales eſſe debeant ſubſtituti.

Qui alicui ſeruire promiſit, vtrum eius mandato alteri ſeruire teneatur, Duen. *reg. 334.* Procurator an poſſit ſubſtituere , & quando induſtria perſonæ electa cenſeatur, Felin. *in c.quoniam 43.x.de offic. iud. deleg.* vbi habet mandatum ſuos limites, & terminos formales,non eſt induſtria perſonæ electa,ideo ſtatim ſubſtituere poteſt *cap.ſi quis iuſtè,de elect. in 6.* Zaſ. *in l. apud Celſum, §. quæſitum, n.9.ff. de doli & metus exceptione.*

In feudis an per ſubſtitutum ſeruire poſſint,& qui, videatur præter DD. ſupra citat. 3.
Cacheran.*deciſ.27.* vbi & diſcutitur, an Equites Hieroſolymitani hodie vulgo Joanniter Herrn/ſint Religioſi,& dicit quod ſic; in quibus ſubſtitutio locum habeat,& quòd ſubſtituens teneatur de culpa ſubſtituti, latè Franc. Marcus *p.1.q.524.* Magon. *deciſ.151.* quos conſulas , addatur Chriſtin. *vol. 5. ad tit.Cod. de præpoſitis agent.in reb. deciſ.123. n.13.& ſeq.* de quo pulchrè Zaſ. *in l. periculum,n.6.ff.ſi cert.pet.* & latè tractat Gratian. *tom.2.deciſ.forenſ.c.385.* an pupillus, Eccleſia,Ciuitas,ex facto adminiſtratorū teneantur, an ſit probandum quòd negotium fuerit verſum in eorum vtilitatem; item an in alijs non priuilegiatis, illa probatio requiratur; an negotiorum geſtor adminiſtrans, ſciente & patiente Domino eius negotia, cenſeatur illum obligare; item DD. *ad tit. ff.de inſtit.act. & ad tit.ff. de exercit.act.* an de eorum præpoſitorū ſubſtitutorum factis teneantur vide ibi; & nota ex Chriſtin.*vol. 5.deciſ.81.n.23.& ſeq.* quòd Electores officialium publicorum , non teneantur pro electis, ibi quoque reſoluit contraria , habeo modo in facto,qui & *d.deciſ.123.* tradit, an Officiales teneantur ſeruire, perſonaliter &

quales, & quòd idonei ſubſtitui debeant, quid ſi ſubſtituerim hominem induſtrium, an teneat de neglectis, vide Munnoz *de ratiocin. cap. 19. num. 49. & ſeq. & ibi DD.* de prædictis aliqua, quę modo habeo in facto, apud Gratian. *tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 395. num. 8. & ſeq.* quòd ſubſtitutio fiat periculo tutoris, procuratoris & ſubſtitutoris, quando ſubſtituit iure ſuo, & ſi ſubſtitutus negligit aut dolosè verſatur, tantum ęſtimabitur, quantum Domini intereſt principaliter cõſtituentis, quodque ſubſtituens habeat regreſſum contra ſubſtitutum, neque negligentia mandatarij excuſet tutorem, cum dicatur per ſe gerere, qui alium facit adminiſtrare, quod etiam eſt in Prætore & ſimilibus, qui tenentur reddere rationem de geſtis à ſuis officialibus, prout ſingula per iura & DD. probat, quod & extẽdit ad Adminiſtratores & alios cũ generale ſit, quòd actio cõpetat contra eũ, qui principaliter negotia geſſit, non verò contra ſubſtitutum, infertq; quòd depoſitarius non ſit liberatus à depoſiti reſtitutione, quamuis rem penes alium depoſuerit, & contra eundem actiones cedere paratus ſit, non obſtante *l. ſi is apud quem, 16. ff. depoſiti*, ibi quamuis ſufficiat ceſſio cum non habeat, niſi actionem, vt notat Caſtrenſ. ibi, quia procedit quando res penes alium fuit depoſita ex mandato deponentis, alias quando per ceſſionem actionis quis liberetur, & ex quibus actibus colligatur, quis ſit principalis adminiſtrator; vide ibi & rurſus, quando habilitas perſonæ cenſeatur electa, & quando per ſubſtitutum quid agi poſſit, Gilman. *tom. 4. ſymph. part. 1. vot. 56.* adde quando quis per ſubſtitutum ſeruire poſſit, Bartol. *in l. continuus, §. 1. ab eo ibi alij. ff. de verbor. obligat.* Panorm. *in cap. fin. de offic. deleg.* Speculat. *in tit. de ſalario, §. fin.* plures allegat Roman. *ſing. 670.* vbi quales ſubſtituendi.

An induſtria perſonæ cenſeatur electa per onus celebrandi Miſſas, & beneficium dandum Sacerdoti cum onere celebrandi, vel an per alium fieri poſſit, Gratian. *tom. 1. deciſ. forenſ. cap. 133.* & vicarius an habeat eandem omnino poteſtatem, cum principali, Lucas de Pen. *in l. Archiatros, Cod. de Comitibus & Archiatris ſacri Palatij, &c.* Operæ officiales & obſequiales vti perſonales non poſſunt cedi nec delegari, ſecus artificiales & fabriles, de quo Caualc. *p. 4. deciſ. 26. per tot.* & aliqua apud Vantium *de Nullitat. ex defectu iuriſdict. deleg.* quæ cauſæ delegari & committi poſſint vel non. An in officijs ſubſtitutio licita ſit, vide *l. 64. Cod. de decurion.* & Papon. *de arreſt. lib. 6. tit. 6. arreſt. 1. & 2.* vbi deciſum, quod graffiarius per ſubſtitutum ſeruire poſſit, ſed ſuo periculo & de alijs ibi, & Chriſtin. *vol. 5. deciſ. 26. num. 17. & ſeqq.* ibi & quid iudicatum, & alios allegat; curialis autem non poteſt per ſubſtitutum ſeruire, *l. nullus & ſeq. Cod. de decurion.* quinimo ſunt facta, ad quæ quis obligatus, nec ipſe nec per alium illa facere tenetur, ſed præſtando intereſſe liberatur, de quo Gomeſius *lib. 2. variar. reſol. cap. 10. ſub num. 22.* & DD. *in l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig.* 4.

Quemadmodum multi nec per ſe, nec per alios faciunt, quæ facere ſunt obligati, videatur Ioann. Geyler *in Nauicula Fatuor. turba 55.* vbi dicit, omnes poſtquam efficiuntur Domini, fiunt quaſi paralitici & contracti; quippe officium ſuum membra facere nõ poſſunt, manibus contracti fiunt non valentes ſe calciare, nec ianuas aperire, lingua eorũ nihil loqui poteſt, ſed per alium quaſi interpretem hoc peragunt, quod elin- 5.

Digitized by Google

guium & ſtultorum eſſe dicit, ſiquidem Chriſtus alijque per ſe ipſos loquebantur, nihil audiunt, mox mittunt loqui volentes ad Cancellarium, pedes ſimiliter officium non faciunt, neſciunt enim ne quidem vſque ad Eccleſiam progredi, quia Reuerendos nos exhiberi oportet, inquiunt, ſed actu non faſtu fiat, ait S. Bernardus ad Papam, vt latiùs ibi.

Finio hanc materiam, in qua magis quam in vlla alia, quod ſciam, communiter & impune cum maxima Reipubl. Chriſtianæ iactura delinquitur. Videatur Innoc. *lib. 2. de vtilitate conditionis humanæ.*

Quia autem tu, Domine, non eligis dignos, ſed eligendo dignos facis, ideo vt me, qui meriti inops ſum, eligere digneris, ad te recurro, qui neminem ſpernis, cum tu ſis ſolus Creator, Redemptor, Mediator & Saluator meus: Cogita quod homo ſim fragilis, non ſtabilis, tepidus orator, non feruidus contemplator, non verus amator, ſed maximus peccator, & quod nuſquam ſit tuta pax, nuſquam ſecura quies, vbique bella & lites, vbique hoſtes, foris pugna, intus timores; Ad te ergo conuerſus, non ſis mihi auerſus, nam licet ego cõmiſerim vnde me damnare potes, tu tamen non amiſiſti vnde ſaluare ſoles. Noli igitur, quæſo, piiſſime Domine, ſcribere aduerſum me amaritudines meas, vt intres in iudicium cum ſeruo tuo, ſed ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, fac mecum ſignum in bonum, & dele iniquitates meas, & noli attendere malum meum, vt obliuiſcaris bonum tuum, non enim ero meriti inops, ſi tu, Chriſte IESV, *miſerationum Dominus non defueris, & ſi miſericordiæ tuæ multæ fuerint, ero quoque ego multis in meritis, quanto tu potentior es ad ſaluandum, tanto ero ſecurior ad te perueniendum, in miſericordia tua ſunt omnia opera mea, quippe nulla ſunt propria merita, niſi adſit tua immenſa pietas & miſeratio, & hæc eſt ſpes mea & tota fiducia mea, quia apud te propitiatio eſt & copioſa redemptio, non enim modo ſecundum peccata noſtra facis nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuis nobis, quoniam ſecundum altitudinem cœli à terra corroboraſti miſericordiam tuam ſuper timentes te, & quantum diſtat Ortus ab Occidente, longe à nobis facis iniquitates noſtras, & quomodo miſeretur pater filiorum, miſeretur Dominus timentibus ſe. Bloſius* in Conſolat. Puſillanim. cap. 17. §. 4. iuncto §. 5. *Perfice ergo, quod feciſti; dona, quod promiſiſti; & ſalua, quod creaſti: nam licet indignus ſim, qui veniam ad te, indignus quoque, qui excipiar; tamen vulnera, quæ in te cerno hiantia & vernantia, me fortiter conſolantur, quod tu, clementiſſime* IESV, *qui es omnium hominum Saluator & Redemptor, meis peccatis ignoſcendo, purificabis ea in Sanguine tuo, & me plane immeritum, ibi meritum in gratiam tuam recipies, & tandem mihi dices: Intra in gaudium Domini Dei tui. Quia tu clemens & miſericors Deus, qui non vis perire opera tua, ad oſtendendum diuitias bonitatis tuæ in vaſa miſericordiæ, etiam propter omne proprium meritum dignaris conſolari ſeruum tuum ſupra humanum modum. Thom. de Kempis* de Imit. Chriſt. lib. 2. c. 32.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS SEPTIMVS.

Juſtitia in Quæſtionibus vulnerata.

CAPVT PRIMVM.

Quæſtionum abuſus, definitio & diuiſio, & de promiſſione de non moleſtando de iure nec de facto.

1. SCitum ac peruetuſtum eſt dictum, Abutentibus nihil ſacroſanctum, quippe vt quis quæſtionibus alibi deciſis apertisq; textibus conuictus haud cedere cogatur, mutat thema, vt gnarus deciſionis ſeipſum mutet, vel quod hypotheticè definiendum erat, theticè reſoluit, & perſæpe cum affectu, prece, precio, vel amicitia faſcinatus diſtinguit vt Theologus, limitat & ſublimitat vt ICtus, ita vt Theologiæ genuina puritas, & Iuri ratio ſua amplius ſtare non videatur, dum quærimus, inquit Manil. *lib. 4.* æuum perdimus, dum reſoluimus quæſtiones, quandoque forte animam, quia is non quæritur, qui latam viam ſequi paratus eſt, ſed qui anguſtam, Tertull. *de fuga extr.* puta, qui ſecundum leges & veram rationem Iuris quæſita determinat, nec qui extra ſpaciatur, & laxamenta quærit, porro homo infinitis ſe miſcuit quæſtionibus, *Eccleſ. cap. 7. in fin.* ſciunt enim, quicunque ſunt recentioris doctrinæ, quomodo ius figatur & refigatur, quibus adinuentionibus vel conquiſitis limitationum & diſtinctionum rationibus, quæſtio propoſita in particulari contra regulas, contra communem ſententiam, contra decreta Patrum & Canonum præſcripta inconcoſſa libertate reſoluatur, & tanta ſæpe exiſtit dictorum philautia, vt potiùs de quæſtionibus & verbis, quam de veritate ipſa contentio ſuſcipiatur & continuetur, ita vt per iſtas peſtifera in multis nutriatur cauillandi temeritas, quemadmodum notaui quandoque, quam impertinenter ſpeculatiui alioquin doctiſſimi ad quæſtiones practicas reſponderint, & tamen nemo fere reperitur, ne quidem imperitiſſimus, qui ignorantiam prætendat, vel ſe propoſita neſcire vltro fateatur, in omni quæſtione, inquit Tertull. *aduerſus Marc.* ad propoſitum interrogationis pertinere debet ſenſus reſponſionis, quia nimis temerarium eſt ex ijs, quæ apertè non extant in Iure, velle ea tollere, quæ apertis teſtimonijs comprobantur, Hering. *de fideiuſſ. cap. 6. num. 150.* Verum male facere qui vult, nuſquam non cauſam inuenit, vt canem cædas, facile inuenies baculum, vt prouerbialiter dicitur, ſic & ille, qui quæſtionem format & decidit, exceptionem vel diſtinctionem efformat, pro eo quod defendere intendit, cum tamen veritatibus potiùs intendere debeamus, quam quæſtionibus, neque liceat artibus vti & malignari, Imp. *in Nouell. 54. in princ. & cap. 1.* ibi dicitur de ijs, qui in legibus nihil obſcuritatis habentes manent, quæſtiones ex ſtudio & ad ſuam intentio-

Digitized by Google

nem introducunt obſcuritatem, quorum interpretationes ipſe appellat fatuas & callidas, quid te torques & laceras in quæſtione, ait Seneca, *Epiſt.1.* quam ſubtilius eſt contempſiſſe, quàm ſoluere.

2. Porro duplex eſt Iuris Ciuilis quæſtio, infinita vna & finita altera; infinita, teſte Fabio *lib.3. cap.5.* eſt, quæ remotis perſonis, temporibus, locis, alijſque periſtatibus ſiue circumſtantijs in vtramque partem tractatur, vt fecit Carneadas Romæ, qui pro & contra Iuſtitiam alternis diebus diſputauit, & communiter hanc quæſtionem Theſin vocant, v. g. ſitne amplectendus ſtatus religioſus, ſitne ad Rempublicam accedendum, ſitne ſeni ducenda vxor, &c. finita quæſtio eſt, quæ & Hypothetica dicitur, quod habeat hypotheſin, hoc eſt, quoddam ſuppoſitium, nam ex complexu rerum, perſonarum, temporum, locorum, conditionum, cæterarumq; circumſtantiarum conſtat, & non aliter explicatur, quam prædictis ſuppoſitis, & nos plerumq; cauſam nominamus, ſicut quotidie in proceſſibus partibus iniungitur, vt ad cauſam conſtituant, eſt enim cauſa negotium omnibus ſuis circumſtantijs ad quæſtionem ciuilem pertinens, v.g. an Titio expediat ire ad bellum, an Mæuio ſit ducenda vxor, ita vt infinita quæſtio ſit generalis, finita vero ad ſpeciem trahatur, & licet infinitæ quoque quæſtiones quandoque ad ſpeciem trahantur, nihilominus generales ac infinitæ manent, v.g. infinita quæſtio eſt, an fides ſeruanda, minus finita, an fides hoſti ſeruanda ſit? quæ quæſtio ſi ad forum & litem trahatur, videbis, quod nihil differat à finita quæſtione, ſiue hypotheſi: nam ſi generalis quæſtio in eo emergit, ipſa quæſtio nihil differt ab ipſa controuerſia, dum litigatur, ex quo enim Iudicium ex tribus perſonis, Iudice, Actore & Reo conſtet, actor vere inſtituendo actionem contra reum hoſtem ſuum agat, proponit hoſti fidem ſeruandam fuiſſe, at ſibi per Reum hoſtem ſuum non eſſe ſeruatam, vt ita in foro noſtro dici poſſit, quod in Iudicijs parum differant quæſtio infinita & finita, illa enim ad ſpeciem contrahitur, & ita finita dici poteſt, licet tamen per ſe conſiderata infinita ſit & maneat, ſicut dum contendo minorennem poſſe bona ſua adminiſtrare, at dum contra ipſum ago, in ſpecie ago, dico & ſuſtineo, quod Reus conuentus minor poſſit res ſuas adminiſtrare, & ſic infinita quæſtio hic contrahitur, & ad hypotheſin applicatur, non tamen ita eſt in concionibus, in quibus materia produci debet ad theſin, ita vt dum v.g. quæritur, an adulterium ſit maximum crimen, non debeat quæri vel inueſtigari an adulterium Titij ſit tale, ſic ſæpe ad parcendum honori aliorum, DD. proteſtantur, quod nolint ſuper caſu in ſpecie propoſito reſpondere, reſpondendo tamen in genere, ita Iuris eſſe, & ita reſoluendo per theſin ipſam quæſtionem hypotheticam. Hæc latiùs tractat Zaſius *in Rhetor. ad Heren. in proœm.* Quæſtio autem in Iure multipliciter ſumitur, vti apud Luc. de Pen. *in l. conductores, n. 2 Cod. de conduct. & procurat.* vbi & ex Apoſt. *2. ad Timoth. 2.* quod ſtulta quæſtio & ſine diſciplina vitanda ſit, quia litem parit, ſed debeat eſſe rationabilis, prudens & probabilis, alias foret ridicula, & quæſtionum abſurditatem abſurdioribus interrogationibus liceret abſoluere, Gregor. Nazianzen. *Orat. 36.* & ſubintraret illud Poëtæ:

Non male reſpondit, male enim prior ille rogarat.

De-

3\. Debet etiam eſſe ſuper eo, de quo merito dubitatur, & deinde modeſte, prudenter & docte reſolui, quippe ſuperbiam verborum, inquit Liuius *lib.45.* iracundi oderunt, prudentes irrident, & meminiſſe oportet illud Senecæ *Epiſt. 48.* longiore mora opus eſt, vt ſoluas quæſtionem, quam vt proponas; ſicut apud noſtros dicitur, Iureconſultus non reſpondet ex tempore, hinc tempus dandum vel petendum, vt bene reſpondeas, & quæſtiones propoſitas reſoluas, quod pulchre exornatur per Wilhelmum Anthonij, *de Moratorijs Reſcriptis, tit.7. concluſ.23. poſt num.14.* porro ſæpe ad quæſtiones propoſitas reſpondendum eſt etiam ſtulto ſecundum ſtultitiam ſuam, vt Eccleſiaſt. docuit, quemadmodum & Theologi tradunt, quandoque prudenter eludendum eſſe interrogantem, vt docet Clemens *Epiſt. 3.* vti refertur *in c. in mandatis, diſt.43.* ibi, quod ſi ingeſſerit & prouocauerit, nos dicere ea, quæ eum minus recte agentem non oportet audire, prudenter eum debemus eludere, nam nihil omnino reſpondere auditorum cauſa, vtile non videtur, confer tradita per Petrum Gregor. Tholoſan. *de Republ. lib.17. cap.3.* de Dialectica, eius vſu & abuſu, & quod in reſpondendo etiam ſancti viri ea vſi fuerint.

4\. Porro ſciendum eſt, quod iſti quinque termini, lis, cauſa, quæſtio, controuerſia & iudicium maximopere inter ſe differant, quid autem ſit lis, vide Textum & Doctores *in l. litis nomen, ff. de verb. ſignif. & in cap. forus, §. lis de verb. ſignific.* aliquando etiam ſumitur pro inſtantia, aliquando pro cauſa, & rurſus cauſa ſumitur pro iure in iudicium deducto, controuerſia vero dicitur, quando quis moleſtatur de iure ſeu de facto, in vel extra iudicium, & committitur etiam reſiſtendo quæſtio, ſic tradit Bartolus *in l. amplius, ff. rem ratam haberi*, & Docto es *in l. cauſas, Cod. de tranſact.* inſtantia vero differt à proceſſu, quia inſtantia incipit à litis conteſtatione, proceſſus incipit à citatione, quæ refert & latiùs probat Marcellus Cala *de modo articulandi & probandi, gloſſ. 1. §. 1. num. 13. & ſequentib.* vbi præmiſſa ad deciſionem multarum quæſtionum notanda dicit; quia, qui promiſit controuerſiam non mouere de domo vel fundo, cenſetur promiſiſſe de vſufructu, vſu, vel alio iure, etiam extra iudicium non mouere; ſic qui promiſit alicui quæſtionem non facere, pœna committitur, qualitercumque quis petat, vel moleſtet, qui autem promiſit ſub certa pœna cauſam vel litem mouere, non incidit in pœnam per ſolam citationem, ſi citatus non comparcat, vide Doctores ad confirmationem ibidem allegatos.

Cauſæ varia ſignificatio reperitur apud Barboſam *in Rubr. x. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* ſicut diſtincte prædicta proſequitur Lancellott. *de Attentatis, in proœmio, numer. 25. & ſequentib.* quod lis deſignet ius in iudicium deductum; cauſa vero dicitur, quando res vel actio eſt in iudicium deducta, ita ſtricte ac proprie ſumitur pro eo, quod in iudicio proponitur, & pro controuerſia iudiciali, ſeu pro exercitio litis, prout & verbum quæſtio, quod verificatur ſolum porrecta petitione per litis conteſtationem, præſertim ſi profertur à lege, ſecus ſi ab homine, & quæſtionis verbum proprie denotat litem non deciſam, vel non finitam, cum quæſtio ſit dubitabilis propoſitio, moleſtia autem 5.

Digitized by Google

adaptatur tam ad iudiciales, quam extraiudiciales actus, & dicitur fieri ſiue de iure, ſiue de facto, ſiue agendo, ſiue excipiendo, controuerſia autem ſolet eſſe extra iudicium, & ſine lite, & dicitur fieri ſiue agendo, ſiue excipiendo, ſiue de iure, ſiue de facto, ſiue ante, ſiue poſt litem conteſtatam, diſcordia dicitur etiam ante litem conteſtatam, & ibi quoque de querela, & latiſſime de lite, *part.2.cap.4.* de Attentatis lite pendente, & ibi rurſus de prędictis.

6. Haud pridem tetuli cum præclariſſimo Iuriſconſulto in quadam cauſa hic ſatis nota, vbi controuertebatur, an Titius in pœnam Teſtamento per teſtatores appoſitam, eo quod proceſſum inceperit, inciderit, propter prædicta vel ſimilia verba Teſtamento inſerta, Quicunque filiorum meorum Teſtamento ſub quocunque prætextu & quomodocumque contrauenerit, proceſſumque inſtituerit, non contentus deciſioni arbitrorum eligendorum, ſuper dubijs occurrentibus, priuabitur nominatim relictis, & luet pœnam &c. poſtea vero alia non tam prægnantia verba in ſpecie contra nepotes inſerebantur, quo caſu inprimis ſuſtinui, quod præcepta pœnalia non tranſeunt ad hæredes, & in pœnis & mulctis non receditur à perſona, quantum ad illarum commiſſionem, per doctrinam Bartoli *conſil.7.* communiter approbatam, pro quo & faciunt notata per Alexand. *conſil. 140. lib. 6. per tot.* iuncta doctrina Caualc. *part.3. deciſ.6. num.49.* vbi dicit, quod pœna priuationis appoſita in vna parte vel capitulo, non extendatur ad aliud, cum in pœnis tantum conſideretur, quod eſt expreſſum, ibi & *num. 20.* Iura & Doctores allegat, quod in dubio iudicandum ſit, pœnam non eſſe commiſſam, de moribus actio, inquit lex, vltra perſonam extendi non poteſt, nec in hæredem dabitur, nec hæredi tribuetur, *l.1. tit. de dotibus, Cod. Theodoſ.* vide & Caſtrenſem *conſil.378. num.2. & 3. lib.1.* & exornatur in Menoch. *lib. 3. præſumpt. 144.* de quæſtione, Cardinal. Tuſchus *litt. M. verb. moleſtare prohibitus ſub pœna, concluſ. 306.* item de clauſula de iure & facto defendere, quid operetur, & quando non, vide Sichardum *in l. expulſos, num.4. & ſeqq. Cod. de Action. empt.*

Magna tamen fuit difficultas propter 7.
verba generalia & vniuerſalia prohibitiua, nam, quamuis prohibitus moleſtiam inferre, non prohibeatur moleſtare de iure, Gail. *1. obſerv. 22. num.7.* hinc qui promittit non contrauenire compromiſſo vel conuentioni, poterit tamen ex iuſta cauſa contrauenire & reducere ad bonum virum, Zaſius *in l. quidam cum filium, numer. 8. ff. de verbor. obligat.* Vnde quoque ex Bartol. infert, quod ſi promitto te & tuum caſtrum defendere contra quemcunque, & exercitus aliquis te moleſtet, quia deliquiſti, non cogor te defendere, quia ſubintelligitur quod iuſte defendere debeam, iunctis traditis per Felinum *in cap. cauſam, num.23. & ſequent. extr. de Reſcript.* Sic nec turbare dicitur, qui de Iure agit, neque inducitur priuatio, niſi moleſtia inferatur de facto & iniuſta, Surdus *de Alimentis, tit.9. quæſt.26. num.9. in princip.* Conſimiliter Baldus *in l. vnica, num.27. Cod. de his quæ pœnæ nomine,* docet, ſi teſtator mandat vxorem ſuam non moleſtare, quod intelligi debeat de moleſtia malo modo & animo illata, idem Baldus *in l. 1. verſ. Sed pone, Cod. de vſufruct.* quam

Digitized by Google

quam ſententiam iuſtiorem dicit Cumanus *conſil.51. in princip.* & ita intelligit quoque Decius *conſil.581. num.11.* vbi quoque pro comprobatione allegat multa iura & authoritates, & ampliat, etſi autem aliquando etiam veniat moleſtia Iuris, tamen intelligitur de ea, quæ infertur extra iudicium de facto, non de iudiciali, vel etiam de ea, quæ quidem in iudicio infertur, ſed per calumniam & malo animo, quod vel maxime verum eſt, ſi id faciat ex cauſa ſibi per alterum data, quæ latius exornantur in Magero, *de Aduocatia armata, cap.16. num.667. & ſeqq.* ibi & ſequentes verſus:

Cuilibet eſt hominum licitum ſua iura tueri.

Quodq́; reſiſto tibi, non potes inde queri.

Sic quoque docet Barboſa, *in cap. Theodoſius, num.3. & 4. de ſtatu Monachorum*, quod promittens aliquem non moleſtare, non prohibetur eum moleſtare de Iure, vnde clauſula, contradictores appellatione poſtpoſita compeſcendo, ſolum locum habet de facto, non contradicentes de iure, plures Doctores allegat, *in cap. pro illorum, num.3. de præbendis*, & Mynſinger. *1. obſerv.14.* ſi venditor promiſit de euictione & legitima defenſione, tam aduerſus Iuris, quam facti moleſtationem, non tenetur ad aliud, quam vt in Iudicio proſequatur & defendat, quia verba, facti moleſtationem, debent intelligi ſecundum naturam contractus ex Iure, vide de hoc Boërium *deciſion.67. num.2.* & docet Decius *conſil.74. num.3.* quando Iudex de facto procedit, iudicatur caſus fortuitus, & ideo qui ſimpliciter promiſit defendere, non porrigitur iſta promiſſio ad caſum iniuriæ, vel quando de facto proceditur, declaratur ex Cothmann. *volum.2. reſpon.99. numer.100. & ſequentib.* de verbis, gewehren / Schadloß halten / auſſerhalb Rechtens gewehren, vide Cothmannum *volum.1. conſil.31.*

Nihilominus, vti dixi, propter verba generalia & vniuerſalia, magna manſit difficultas, quia ſub hiſce verbis, omnis moleſtia, actio & exceptio iuris & facti, & ſic etiam quæ de iure competunt, prohibita cenſentur, Doctores allegat Franciſcus de Barri, *Tractatu de ſucceſſione teſtati & inteſtati, lib.9. tit.28. per tot.* ibi diſtincte, quem videas, idem docet Menochius, *lib.4. præſumpt.98.* Maſcardus *de probat. concluſ.1236. num.111. & ſequentib.* Decius *concluſ.613.* & Gratianus *tom.1. diſceptat. forenſ. cap.136. num.52. & ſequentib.* Vbi cum teſtator moleſtiam prohibuerit per verba ampliſſima, intelligi debent de omnibus moleſtijs tam iuris quam facti, ſiue in iudicio, ſiue extra, agendo vel reſiſtendo, & dicit hanc veriorem, quidquid alij contradicunt, quia verba generalia & geminata hominis nullam recipiunt reſtrictionem de habilitate, quidquid ſit in verbis legis, & ita intelligitur quæcunque moleſtia prohibita, quam Teſtator prohibere potuit, ſiue prohibitio fiat in Teſtamento, ſiue inter viuos, tam iuſta, quam iniuſta, cum deſinat eſſe iuſta, quando eſt prohibita, intelligendo de moleſtia, quæ poteſt includi in verbis prohibitionis, non vero de illa, quæ venit ex natura actus, ita conciliantur ibi Doctores, late Surdus *d. quæſt.26. & præcedent.* qui & *deciſ.194* in terminis agit de moleſtia, qualis ſufficiat, vt hæres ex diſpoſitione Teſtatoris priuetur, quem conſulas in facti contingentijs, quia *conſil. 562. num.8. & 9.* 8.

docet, quid importent verba, quouis modo, quomodocumque, &c. immo conſtat, quod de iure contraueniens voluntati Teſtatoris, efficiatur indignus hæreditate, *l. poſt legatum, ff. de his, quibus vt indign.* Crauett. *conſil.1. num.3.* Pariſ. *conſil.17. num.15. lib.22.* & ſi fuerit primogenitus, priuatur iure primogenituræ, quæ alioquin ipſi deberetur iure hæreditario, idem Pariſ. *dict. conſil.17. num 131.* poſt Gloſſ. & Innocen. *in cap. licet, de voto,* Baldus *in Authen. hoc amplius, num.7. Cod. de fideicommiſſ.* puta ſi pœna appoſita fuerit iuſta, aut alias conuenta, non ambigitur, illam per inobedientiam & inobſeruantiam committi, DD. allegat. Anton. Caſp. Theſaurus *lib.2. quæſt.21. num 20. & 21.* quia tunc nihil attenditur aliud, quam contemptus, à quo tamen quamlibet cauſam excuſare dicit *num.7.* per Verallum *part.1. deciſ.223.* aliosque ibi allegatos. & alias Salicetus *in l. ſi quis maior, num.111. & ſeq. Cod. de tranſact.* tradit, an interpellans Iudicem dicatur contrauenire, ibi, quæſtionem facere & mouere, differunt, & quando quis dicatur contra facere, Caualc. *part.3. deciſ.6.* vbi & de reg. prohibita dicuntur omnia, quæ ex aliquo actu prohibito ſequuntur, de quo & Doctores & Zaſ. *in l. cui iuriſdictio, ff. de iuriſdict.*

9\. Prædicta, aliaque ſimilia, cùm Titius aduerteret ſibi obſtare, proteſtatus fuit nolle ſe contrauenire Teſtamento Auiæ, in & ſuper quibus teſtari potuit, at legitimam ſe petere, cui nec grauamen nec pœnam adijci poſſe, *l. quoniam,* & quæ ibi not. *Cod. de inofficioſo Teſtamento,* & ita declarat prædicta Menochius *1. præſumpt. 98.* non procedere in ijs, de quibus Teſtator teſtari non potuit, vnde nec illius factum præſtare tenetur, Cacher. *deciſ. 180.* ſed vt filius, vel vt nepos contrauenire poteſt, vt pulchre reſoluit Surdus *conſil.91. num.12. & ſequent.* pro quo & facit doctrina Ant. Theſaur. *lib.2. quæſt. forenſ.90. num.16.* & Marc. Anthon. de Amatis *deciſ. flor.65. numer.32.* vbi dicit, vt ſit locus pœnæ contra facientem, debeat intelligi de actu valido, non autem de nullo, pro quo facit regula generalis, quod in ijs, in quibus non valet actus per viam diſpoſitionis, nec valeat indirecte per viam pœnalitatis, Iaſon. *conſil. 40. num. 6. & ſequentib. volum. 1.* quod contra pœnam adiectam pluribus illuſtrat idem Iaſon. *conſil.82. ſub numer.6. & ſequentib. volum.3.* iuncta doctrina Menochij *de arbitr. caſu 498.* & in terminis contrauentionis docet Verallus *part.1. deciſion. Rotæ Romanæ 233. numer.6. & ſequentib.* quod non dicatur quis contrauenire, quando quid factum fuit bona fide, & intentione ea, vt ex aduerſo probari debeat, quod doloſe & malo animo contrauentum fuerit, ad hoc, vt quis in pœnam incidat, ad cuius excuſationem ſufficit dolum & animum malitioſum abeſſe, Surdus *libr. 4. conſil.550. numer. 8.* proteſtatio autem interpoſita indicat animum, quod doloſe non egerit, Doctores *in l. pupillo, §. ſi quis, ff. de noui operis nunciat.* habuitque reſponſum Vniuerſitatis pro ſe, cui impune credere potuit Peckius *in cap. eum qui certus, num.2. de regulis iuris in 6.* Iaſon. *in conſil. 76. num 7. volum.3.* iuncta doctrina Meiſneri *tom.3. deciſion. Camer. Imperial. 16. in grauaminibus, §. Zum Zehenden, in fin.* vbi Doctores allegati, quod quotieſcumque aliquid faciens, vel omittens, probabiliter credidit ſibi id, quod factum

vel

Digitized by Google

vel omiſſum eſt, licuiſſe, quod tunc omnis pœna ceſſet, prędictis iunge tradita per Griuell. *deciſ. 87. num. 2. & ſeq.* vbi dicit, licet verum ſit, quòd filius hæres inſtitui poſſit ſub conditione poteſtatiua, quodque teſtator poſſit præcipere, vetare, & hæredē ſuum priuare hæreditate, eamque in alium transferre, ſi quid fecerit vel non fecerit contra voluntatem ipſius, tamen id ita verum eſt, ſi id quod præcipit aut iubet, non ſit impoſſibile, vel non contineat aliquibus legibus interdictum, aut proboſum, prout iſta in terminis præcepti de non moleſtandis liberis naturalibus probat.

10. Hiſce & ſimilibus fundamentis pro & contra allegatis cauſa poſtmodum compoſita fuit, cæterum de materia *d. auth. hoc amplius, C. de fideicom.* agit Gratian. *tom. 2. diſcept. forenſ.* 220, & requiſita vt priuetur apud Dauth. *de teſtam. in tract. de vulg. & pupill. ſubſtit. num. 238.*

11. Simile habui in facto, vbi quis caſum fortuitum ſuſcipere videbatur, ſcil. quidquid moleſtiæ Titio euenturum erat, ſe pro eo ſtare velle, ita enim obligatur per notata in Deciſ. Rotæ Genuenſis *15. n. 13.* iuncta doctrina Coraſij *in l. ſtipulatio in fin. n. 4. ff. de verb. oblig.* vbi tradit, quòd alieni facti promiſſio de iure Canonico valeat & Iaſon *ibi. num. 10.* dicit valere, adiectâ pœnâ vel intereſſe, ſicut promittens aliquem ratum habiturum, nec contrauenire, nec moleſtare, intelligitur tam de iure, quam de facto Gram. *deciſ.* 121 *n. 81.* confer DD. ſupra allegatos, & *in d. l. ſtipulatio iſta 38.* ibi, & an ſufficiat defenſio præſtita, Farinac. *par. 2. deciſ. crim. 30.* vide latè Meiſner. *lib. 1. deciſ. Cam. Imp. 21.* & cum ampliat. & limit. Farinacium *lib. 1. tit. 4. de carceribus & carceratis, q. 34. n. 5. & ſeqq.* an promiſſor facti alieni præciſe teneatur ad illud præſtandum, an difficultas excuſet, quod ſi adhibuerit omnem diligentiam, vide diſtinctionem ibi, & quid ſi difficultas ſuperueniat, & de difficultate, quòd propter eam quis excuſetur, Mantic. *de tacitis & ambig. lib. 14. tit. 34. & 35.* pro & contra DD. in Heringio *de fideiuſſ. cap. 20. §. 9. num. 126. & §. 10. n. 7. & ſeq.* & quando quis cum armis defendere teneatur, qui promiſit de facto defendere, Zaſ. *in d. l. ſtipulatio iſta in fi. ff. de verb. oblig.* ſummatim notandum, quòd non quæuis quæſtio reſponſum mereatur, ſed inepta ſeipſam refutet; hinc Germani dicunt: **Kein Antwort / iſt auch ein Antwort.**

CAPVT II.

De Quæſtione emergenti, incidenti & dependenti.

1. NOrunt quotquot ſunt Practici, quàm malitioſe ſæpe, quàm infinite Partes litigantes cauſam principalē varijs incidentibus atq; emergentibus quæſtionibus protrahant, & iudiciorum tricis inuoluant; curioſus ſectator, inquit Senec. *1. natur. quæſt. præfat.* excutit ſingula & quærit, parua ſæpe quæſtio eſt, ſed tamen quęſtio eſt, ait Plin. *4. epiſt. 12.* quippe longiore mora opus eſt, vt ſoluas quæſtionem, quam vt proponas Sen. *epiſt. 48.* proponuntur vt ſoluantur, ſed & ſoluta repetuntur, atque ita acta & actitata longis diſputationibus in immenſum excreſcunt, quarum vſus in ſcholis equidem tolerabilis, quandoquidem vt teſtatur Senec. *6. de benef. c. 1.* quædam exercendi tantum ingenij cauſa quæruntur; quædam & dum quæruntur oblectamento ſunt, & quæſita vſui; at in foro & in iudicijs vſus parcior & ſtrictior eſſe deberet, ſeu coanguſtandus foret:

foret; & licet ſæpe ordinationes & reformationes ſaluberrimę inueniantur, quę certos eosquę præiudiciales terminos ad hæc & illa in iudicio facienda conſtituunt, tamē ipſis incidentibus & emergentibus quęſtionibus hinc inde eſformatis impeditur ſeu retardatur, quippe pendente iudicio ſuper incidentibus, nō currit tempus in principali, Mindanus *de continentia cauſ. cap.* 11. *num.* 29. rationem aſſignat *num.* 28. quod mora non ceſſantibus, non ſoleat officere, inferens, quod pendente quæſtione, an capitula admittenda ſint, vel poſitionibus reſpondendum, non currit tempus ad probandum præfixum, addatur Chriſtin. *vol.* 1. *deciſ.* 95. *num.* 9. Viuius *deciſ.* 286. *n.* 3. *& ſeq.* Lancellot. *de attentatis p.* 2. *limit.* 22. *&* 19. *n.* 4. *& ſeqq.* Afflict. *deciſ.* 50. *n.* 5. exornatur in Tiraquel. *in tract. de retractu lign.* §. 12. *gloſſ.* 2. *ad verb. currit tempus, &c.* maximè ſi pars aduerſa fuerit cauſa, Theſaur. *deciſ.* 10. *num.* 11. Surd. *conſ* 150. *nu.* 52. *& ſeq.* & de alimentis *tit.* 1. *quæſt.* 45. *n.* 35. *& ſeq.* in *tit.* 4. *quæſt.* 5. *n.* 10. *& ſeq.* vnde defendi quandoque actionem iniuriarum non fuiſſe extinctam, quod actor facto aduerſarij impeditus intra annum litem non conteſtatus fuerit, ex Zaſio *in l. ſi Inſulam, nu.* 14. *ff. de verb. oblig.* & in eo caſu exemplificat Gratianus *tom.* 1. *diſcept. forenſ.* 66. *n.* 31.

2. Porrò incidens iuxta Zaſium *in l. quod iuſſit, num.* 11. *& ſeq. ff. de re iudicata,* dicitur illud, quod ante litem actum eſt, & in lite mota incidit, ſed habuit cauſam antiquiorem, vt eſt pactum de non petendo; item exceptio actori oppoſita, quod ſit ſeruus & ſimiles præexiſtentes; emergens autem dicitur, quicquid in cauſa naſcitur, quod cauſam non finiat, & ideo dicitur emergens, quia emergit, enaſcitur ex cauſa, vt teſtem admittendum vel non, confeſſionem iudicialiter factam poſſe reuocari vel non, Dominum poſſe reuocare Procuratorem vel non, & ſimilia, Carocius verò *de exceptionibus contra præiudiciales ſententias, excep.* 126 *num.* 46. *& ſeq.* tradit, incidentem quæſtionem dici quæ tangit negotium principale, & inducitur ad intentionem actoris, habetquę vim exceptionis peremptoriæ, vt in exemplis ibi propoſitis; dependens verò quæſtio eſt, quæ negotium principale quoquo modo tangit, & ab eo originem trahit, ſicut quæſtio Dotis à matrimonio; vt autem dicatur dependens, neceſſe eſt, quòd de ea tractetur pendente negotio principali & incidenter ad illud, & emergens quæſtio dicitur, quæ reſpicit proceſſum & ordinem litis, & cadit in naturam exceptionis dilatoriæ, ibi & quid dicatur connexum, & *num.* 33. *& ſeqq.* quòd iudex laicus de cauſa ſpirituali incidēter cognoſcere poſſit, intellige vt ibi iuxta communem, ſi quæſtio incidens eſt facti, cognoſcitur per laicum, ſi ſit iuris, non cognoſcitur per laicum, ſed remittitur ad Eccleſiaſticum, quæ communis ſubdeclaratur vel limitatur vt ibi, & latè Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 45. quæ dicatur quæſtio incidens, quæ emergens, quæ connexa, & quæ dependens.

Verum latiùs & diſtinctiùs de hiſce agit Pacianus *de probat. lib.* 1. *cap.* 58. quæ dicatur exceptio emergens, & quæ incidens, vbi variæ referuntur opiniones, & dicit *nu.* 17. quòd omnium ſententiæ circa emergens & incidens poſſint ſuſtineri, vt ibi declarat, & latè diſcutit, an Iudex ſuper exceptione vel etiam replicatione incidenti & emergenti pronunciare teneatur, & quomodo Iudex tacitè pronunciare & ad vlteriora procedere poſſit, ad quem breuitatis cauſa ſit relatio, 3.

Digitized by Google

tio, quia tradit notabilia & in praxi quotidiana, quare in facti contingentia recurras ad eum, poſſet adiungi Menoch. *d. quaeſt. 45.* ibi an arbitrium conceſſum ſuper cauſa principali cenſeatur, etiam conceſſum ſuper cauſis ex ea emergentibus, incidentibus & dependentibus, & *caſu 167.* quando & quomodo de cauſa incidenti & emergenti Iudex pronunciare debeat, ſententia lata in principali, an & quando praeiudicet in incidenti, Bart. *in l. ſi Iudex, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris,* caetera apud Pacianum, & ſatis dilucidè traditur in Dauth. *de teſtamentis, num. 139. & ſeqq.* & ibi adducuntur quae ſint exceptiones emergentes & incidentes, & quòd ſuper emergentibus Iudex teneatur tacitè vel expreſſe pronunciare, ſecus eſſe dicit ſuper incidentibus, quia eorum deciſio continetur in ſententia definitiua, poteſt tamen pronunciare ſuper incidenti ſi velit, ſed non cogitur, niſi in caſibus ibi relatis, & Additionator *num. 138.* exceptionem incidentem eſſe dicit, quae cauſam ſeu merita reſpicit, emergentem vero, quae non reſpicit cauſam principalem in ſe, ſed concernit proceſſum & ordinem litis, & haec ſententia vera dicitur, & Additionator ad Mynſing. 1. *obſeru. 100.* docet, quaeſtiones emergentes praeiudiciales vſque ad determinationem cauſae principalis non eſſe reſeruandas, ſed decidendas, expreſſe vel tacite, antequam ſuper cauſa principali pronuncietur, vt ſi excipiatur quòd Iudex ſit incompetens, quòd non poſſit eſſe Procurator, quòd libellus ſit ineptus, &c. vi[illegible]rum ſuper ſingulis praedictis conſulas Pacianum *d. loco.*

CAPVT III.

De Quaeſtione praeiudiciali.

1\. DE Quaeſtionibus praeiudicialibus vide DD. *in §. praeiudiciales, inſtit. de actionibus*, ibi omnes ſatis ampliant materiam, & praeiudicium quid ſit docet Zaſius *in l. quoties, num. 6. C. de iudic.* quot autem modis dicatur cauſa praeiudicialis videbis apud Bart. *in l. ſiue contra, §. quia Planctianum, n. 5. ff. de liberis agnoſcendis*, & Crauet. *conſ. 280.* vbi & dicit, quando Reus proponit exceptiones praeiudiciales per modum incidentis, ſiue per modum emergentis, tunc prius cognoſcitur de praeiudiciali, ſiue cauſa criminalis ſit praeiudicialis ad ciuilem, ſiue ciuilis ad criminalem, ſiue vtraque ſit ciuilis, ſiue vtraque criminalis, tu vide Gratianum *tom. 2, diſcept. forenſ. cap. 394. per tot.* vbi & quid in cauſarum concurſu, ſi vna eſt alteri praeiudicialis, prius agendum eſt de praeiudiciali *l. fin. Cod. de ordin. cognit. c. 1. x. eodem cap. lator, x. qui filij ſint legitimi*, quaſi tunc fruſtra diſputetur de alia, quando vna eſt cauſa excluſionis alterius, & ſententia lata in vna patit exceptionem rei iudicatae in altera, ita vt ſi quaeſtio praeiudicialis prius non diſcutiatur, dicatur procedi contra iuris ordinem, & ſit intricatio proceſſuum, & cauſae confunduntur, ampliatur procedere, etiamſi cauſa praeiudicialis vltimo loco eſſet inchoata, quod magis eſt in cauſa criminali, quae eſt praeiudicialis ad ciuilem, vnde prius de illa agitur, & hoc tam ratione praeiudicialitatis, quàm etiam maioritatis & praeeminentiae, idem dicendum quando cauſa ciuilis praeiudicium infert criminali, ita vt criminalis à ciuili dependeat, *l. Praeſes prouincia, Cod. de plagiar. l. quoniam C. de adult.* & al-

Digitized by Google

& allegat præiudicium Rotæ, vbi ſi fuerit intentatum ciuile iudicium executionis inſtrumenti, & Debitor cœperit criminaliter agere ſuper vſuraria prauitate, prius erit cauſa ciuilis determinanda, quia ſi declarabitur, inſtrumentum eſſe exequendum, erit ſublata omnis prætenſio vſuræ & criminalitatis, & ſententia pariet exceptionem rei iudicatæ in criminali, vbi contraria reſoluit, & plura ad propoſitum adfert, inter cætera, quod pendente iudicio ſuper retractu, ſi fuerit negata qualitas vicinitatis, ex qua oritur actio ad retrahendum, dum ea diſcutitur, currit tempus anni ad faciendum depoſitum, quia negatio vicinitatis incidenter facta non facit aliud iudicium, cum exceptio non faciat cauſam per ſe, ſed de ea iudicatur, vt de principali, nec eſt neceſſe ſuper eo, quod incidenter deducitur, pronunciare, dicit autem, quòd ſi ordinis exceptio non fuerit à partibus oppoſita, valebit proceſſus & ſententia, cum ordo vnius cauſæ ad aliam reſpiciat iura partium, Vantius *de nullit. ex defect. proceſſ n. 49 & 50.* de quo latè Valaſc. *tom. 2. conſult. 119.* & ordine non ſeruato, quando actus nullus ſit, latè Francus *in cap. qua parte, num. 40. x. de appellat.*

2\. Pulchra eſt deciſio apud Farinac. *par. 1. deciſ. 562. num. 3.* an exceptio priuilegiorum poſſit opponi aduerſus agentem poſſeſſorio retinendæ, vbi conuentus ſuſtinebat ſtantibus priuilegijs ſe nõ ſpoliaſſe, ideo Rota ordinauit vt prius diſcutiantur priuilegia, quia ſpolium pendet à Priuilegijs, ac proinde de ijs prius cognoſcitur, prout prius cognoſcitur de poſſeſſione, quàm de attentatis, quando ab illa pendent attentata, ſed in caſu de quo agit Farinac. manutentio non pendebat à priuilegijs, ſed à poſſeſſione, in qua exiſtebat agens, ideo data fuit manutentio ſine diſcuſſione priuilegiorum, quæ ſi fuiſſet præiudiciales poſſeſſioni, prius illa diſcuti debuiſſent, Meiſner *tom. 3. deciſ. Cam. Imp. 26. num. 2.* Mynſing. *1. obſer. 100.* & DD. *in d. locis*, imò & ſuper alia peremptoria articuli prius admittendi ſunt, Martha *in digeſtis tom. 1. tit. Articuli, cap. 2.* ſed tamen cauſæ præiudiciales non impediunt prouiſionem, Wameſius *tom. 1. conſ. 41.* quod declara ex eodem *tom. 1. conſ. 39.* & ruſus ex Anton. Fabro *in Cod. de oblig. & act. defin. 12.* vbi non fit adiudicatio prouiſionalis contra quem eſt præſumptio.

De actionibus præiudicialibus, & quæ abſolutè tales dicantur, Maranta *in Speculo, par. 4. diſtinct. 20.* vbi multas actiones præiudiciales & caſus refert, & de varijs præiudicijs & vtilitate eorum, Mindanus *de continentia cauſarum, cap. 10. num. 22. & ſeqq.* verbum præiudicij quomodo ſumatur *in d. §. præiudiciales*, vide apud Gilmannum *tom. 4. ſymph. par. 1. voto 53. num. 25. & ſeqq.* quemadmodum & alio ſenſu quotidie in praxi allegamus præiudicia Rotæ Romanæ, Spirenſis, aliorumque tribunalium, hoc eſt ante iudicata, ſiue etiam præiudicium eſt defenſio, qua nitimur ex ſententia prius data, vel in futurum danda, quod exornatur in Zaſio *in Rubric. ff. de exceptionib. præſcript. & præiudicijs, num. 4. & ſeqq.* vbi & pulchrè exemplificat, quòd ſummaria ſententia non præiudicet plenario iudicio, quemadmodum & ſententia lata ſuper incidenti in cauſa ſummaria, non facit præiudicium, quo minus illud poſſit poſtea principaliter deduci in iudicium, Caſtrenſ. *lib. 2. conſ. 112. ſub num. 1.* ſicut & Arnoldus à Reyger *in Theſauro iuris, lit. C.* 3.

Digitized by Google

tit.C.verb.cauſa nu.90.docet, quod ſententia lata in cauſa ſummaria, non faciat prę iudicium, ſi poſtea agatur ordinariè *& nu.* 99. ſi quęſtioni & cauſæ ſummarię, vt eſt executio iudicati, incidat alia quęſtio non ſummaria, vt quęſtio proprietatis, quod tūc quęſtio incidens vti principalis ſummarie decidi debeat, haud mirum ergo, quod non faciat præiudicium, ſi poſtea agatur ordinarie, latius Zaſius *in d.l.fundum.* explicat, quando cumulatio Iudiciorū ſit permiſſa, & quando actor actione prę iudicij agat, & quod maius dicatur dupliciter, ſicui cauſa ſtatus eſt magna. v.g Actor agit ex Teſtamento, Reus cōuentus excipit quod ſit ſeruus, quod ſit furioſus, &c hæ quęſtiones ſunt præiudiciales ad Teſtamentum, & prius diſcutiendæ, & hoc caſu limitatur Regula, quod Actore non probante Reus abſoluatur, ac propterea Reo non debeat iniungi aliqua probatio, antequā Actoris intentio fundata eſt, quia fallit in exceptionibus præiudicialibus, de quo aliqua notabilia in praxi apud Dauth. *de Teſtam.nu.*131. *& ſeqq* quando exceptio probanda, vbi carpit Iudices, qui quandoq; vtriq; parti probationem iniungunt, quod aliquoties fieri vidi, ſed alibi hoc declaraui, & dicit Dauth quod ſi Iudex hoc faciat iudicium propterea non ſit nullum, cum hoc ad ordinem Iudicij ſubſtantialem nō pertineat, de quo *gloſ & DD. in l.4.Cod.de ſentent.& interlocut. omnium Iudicum.*

4. Summè autē controuerſum fuit in cauſa D.Ioannis Scheifferi Senatoris Coloniēſis contra Domicellam Margaretam Kempen me pro illo patrocinante, an pendente lite ſuper nullitate Teſtamenti ex ſcrineo reuocati, illud ipſum iterum imponi debeat, de quo vide notata in Gratiano *tom.3. diſcept. forenſ.c.*531. *ibi DD.pro & contra*, atq; inſtrumentum non probare, dum diſceptatur de eius viribus, docet Surdus *conſ.*173.*nu.*29.*& conſ.*474.*nu.* 35. iuncta doctrina Ant. Fabri *in Cod. de oblig. & act defin.* 3. *&* 12. *& tit.plus valere quod agitur defin.* 4. Sed videtur diſtinguere Scaccia *de commerciis & Cambio* §. 7. *gloſ.* 5. *num.* 58. *& ſeq.* ibi aliud eſſe dicit quando petitur executio ſententiæ, ante cuius probationem præceſſit iudicialis diſcuſſio, in qua potuit opponi exceptio peremptoria, aliud vero quando petitur executio inſtrumenti ex forma ſtatuti, quia tunc exceptio nullitatis videtur impedire executionem, cum tunc non præceſſerit iudicium, in quo potuerit opponi, & ideo non cenſetur reiecta exceptio peremptoria ad impediendam executionem, *ibi & in ſeqq. pro & contra arguitur*, an exceptio vſurariæ prauitatis obſtet executioni inſtrumenti tanquam præiudicialis, ſed Dauth dicit ibi, quod non, vt reſpondendo ad oppoſita docet, quod præiudicialitas cauſæ ad effectum ſuſpendendi iudicium executiuum, non attendatur, quandoq; in cognitione præiudicialitatis requiritur altior indagatio & quando executio eſt retractabilis, de priori igitur quæſtione vide latius infra de ſtylo & ſtatuto.

Eodem modo controuerſum fuit in alijs cauſis, in quibus per modum exceptionis præiudicialis, communioni bonorum, 5. per putatiuum coniugem obiectum fuit defectus matrimonij, *& l. vn. ff. vnde vir & vxor*, iunctis traditis ſuperius de dubijs, ſic & agenti ex teſtamento obiecta fuit exceptio, quod Teſtator fuerit furioſus iuxta, *l.furioſum C.qui Teſtam.face.p ff & l.in aduerſa ff. eodem tit.* item agenti ab inteſtato

Digitized by Google

obiecta fuit exceptio ſpurietatis, quæ & exceptiones vtique præiudiciales ſunt, & tanquam quæſtiones ſtatus prius determinandæ, Zaſ. *in l. quoties Cod. de iudic.* & vbi agi debeat docet tit. Cod. *vbi cauſa ſtatus agi debeat*, pro priori faciunt notata per Scac. *d. gloſ.* 5. ibi latè de exceptione inhabilitatis & legitimatione perſonæ, de hac agit & Alex. *lib.* 2. *conſ.* 60. *num.* 17. ſed quia præfato coniunx aliquot annis in communione ſteterat, ipſe manutentus fuit in communione bonorum iure ſtatutario introducta, & dictum quod in hoc caſu quæſtio ſtatus non obſtet in iudicio, ſummario *l.* 2. *& ibi Azo in ſumma n.* 2. *Cod. de edict. D. Adrian. l.* 3. *§ cauſæ & § parui & §. miſſum ff. de Carinol. edicto.* De furioſo autem pulchræ extant deciſiones Rotales apud Riccium ad Maſcard. *concl.* 824. & ipſe Maſcard. *concl.* 39. *& latius concl.* 825. late quoque Pacianus *lib.* 1. *de prob. cap.* 43. *& cap.* 50. per diſcurſum & Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 843. Menoch. *lib.* 6 *præſ.* 45. diſtincte Caualcanus *p.* 3. *deciſ.* 20. *numer.* 59. *& ſeq.*

6. Sed quia Teſtator dilucida interualla habuit (furioſos enim in triplici differentia eſſe, tradit Dauth *de Teſtam. num.* 217. *& ſeqq.* & talis delinquens puniri poteſt, *l. Diuus ff. de off. præſid.*) dubitatum fuit, an tempore actus ſiue conditi Teſtamenti illa habuerit, an ſemel furioſus ſemper talis præſumatur, etiam tempore actus niſi contrarium probetur, quod videtur contra alios ſentire Surd. *lib.* 1. *conſ.* 89. & eſt notabile conſilium, quod allegaui in quadam cauſa adhuc indeciſa pendente, præter alios vide Magonium *deciſ. florent.* 97. *num.* 19. quomodo illud intelligatur & per tot. de furioſis Farinac. *lib.* 2. *deciſ. crim.* 27. *idem de pœnis temperandis lib.* 3. *quæſt.* 94. *numer.* 52. *& ſeqq.* vbi an, & quando furor præſumatur tempore actus geſti, diſtincte ibi, *qui alias lib* 2. *deciſ. crim.* 231. *num.* 2. dicit, quod furor, præcisè probandus eſt de tempore actus, quando agitur de inualidando actum, ſed an hoc ita procedat, etiam illo caſu, quando conſtat iam antea furorem adfuiſſe, ſiue Teſtatorem furioſum fuiſſe, quod cum Surdo negat Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſu lib.* 2. §. 17. *n* 51. *& ſeq. &* §. 1. *num.* 54. *& ſeqq.* traditur, an credatur atteſtanti de ſana mente, & quis probet aliquem fuiſſe ſanæ mentis *& n.* 86. aliquot limitationes, quando furioſus poſſit facere Teſtamentum, adde Couar. *in Epit. de ſponſalib. & matr. in* 2. *p. cap.* 2. Manticam *de tacitis & ambig. lib.* 2. *tit.* 5 *ſub nu.* 7. *& aliqua in* Zaſio *in l. quod in eo §. ſi furioſo numer.* 3. *&* 4. *ff. de acq. poſſ.* alia in DD. per allegatos, citatos, dictum autem, quod exceptio dementiæ non ſtatim probabilis, non impediat miſſionem in bona Menoch. *adipiſ. rem.* 4. *num.* 730. Bart. Bald. & Salicet. *in l. fin Cod. de edict. D. Adria. toll.* & ita iudicatum refert Farinac. *deciſ.* 324. *num.* 4.

De exceptione ſpurietatis docte agit Raudenſis *de Analogis lib* 1. *cap.* 36. *numer.* 73. *& ſeqq.* & reſpondet ad obiecta, quod videlicet legitimatio perſonæ requiratur in Iudicio ſummario & Gratianus *tom.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 264. *num.* 51. *& ſeqq.* exceptio legitimitatis quando reſeruanda ſit in Iudicio petitorio, cætera obuia ſunt in DD. 7.

CAPVT IV.

De quæſtione facti & iuris.

MEnoc. *lib* 1. *de præſumpt. quæſt.* 11. *num.* 5. 12. *& ſeq.* dicit, quæſtionem facti eſſe, cum ambigitur factum aliquid ſit vel non ſit, & ſimiliter de alijs, & quæſtionem 1.

Iuris.

Iuris eſſe, cum ambigitur, an ſecundum leges ritè quid factum ſit fieriue potuerit vel non, *& ibi num.16.* exemplis illuſtratur, an præſumptio iuris vel facti ſit.

Quid ſit quæſtio Iuris & quid facti ſatis, dilucidè explicat Caſtrenſ. *li.2.conſ.*109. *num.*3. *& ſeq.* ad effectum cognoſcendi ſuper vſuris, quia ſi eſt quæſtio facti, indubitatum putat, quod tunc Iudex ſæcularis ſit competens, iuncta doctrina Coraſij *in l. idem erit num.2.& ſeqq. ff. de ſtatu hominum*, vbi facti quæſtio dicitur, cum facti veritas liquide nón apparet, ſed de ea lis eſt, & controuerſia inter litigantes, de qua neque Iuriſconſulti, neque Magiſtratus reſpondere ſolent, facti ſiquidem interpretatio prudentiſſimos etiam fallere poteſt, ſed iudicantis arbitrio relinquitur ex productis & probatis vtrimque, omnibuſque circumſtantijs prudenter appenſis, an factum ſit nec ne. & ſuper facti interpretatione, vt ſuggeſſerit religio, pronunciare, ideoque Iuriſconſulti paſſim in arbitrio iudicantis facti quæſtionem eſſe dicunt, quæſtio vero iuris eſt, cum de facto quidem partes conueniunt, cæterum de voluntatis coniectura & auctoritate iuris diſceptatur, omnis quippe iuris quæſtio, ſicuti Quintilianus ait, vel proprietate verborum vel æqui diſputatione vel coniectura voluntatis cōtinetur Quintil. *lib.*21.*orat. inſtit.* hac autem in re non, quemadmodum in quęſtione facti, libera poteſtas iudicanti permittitur, ſed contrahitur, ne à iuris præſcripto recedat, & hoc eſt, quod Iuris conſulti ſcriptum reliquerunt, facti quidem, quæſtionem in iudicantium arbitrio eſſe, non item iuris authoritatem, prout ſingula prædicta ibi probat Coraſ. *de quo & DD. in §. bonæ fidei ibi vide Iaſonem num.*73. *& ſeqq. inſtit.* de actionibus, ſicut quoque docet Mantica de coniecturis vlt. volunt: *lib.*1.*tit.*1.*num.*12. quod coniectura in ijs tantum caſibus locum habeat, in quibus facti quæſtio vertitur, nam ius certum eſt, cum autem de facto quæſtio eſt, coniecturâ verum quæritur, & ex eo conſtitutio cauſæ coniecturalis nominatur, ſic cum dubitatur qualis fuerit animus, facti etiam quæſtio dicitur, & coniectura deciditur, ſed ſi quæſtioni facti admixta ſit quæſtio iuris, facti quæſtio appellatur, prout quoque & ibi ſingula probat, & ita dicitur, quod quæſtio facti ad Iudicem pertineat, vel ad eius officium quæſtionem facti decidere, an verum ſit Titium debere vel non, & ideo ſi Titium decem debere pronunciat, etiamſi non addat, eum ad ſoluendum cōdemnare, rectè pronunciaſſe videtur, *l. ſi prætor ff. de iudicijs & l. quod tamen §. ſi arbiter ff. de arbitris*, ibi caſus deciſus, quia facti quæſtione diremptâ, intrat legis diſpoſitio, à cōtrario, ſi dimiſſo facto de iure pronunciet, nihil agit, vt puta ſi debes, ſi probatum eſt, te debere condemno. Sarmienta *lib.*1.*ſelect. interpretat. cap.*13. *num.*3. ſic etiam explicat Cagnol. *in l. quatenus cuiuſque* 24.*num* 10. *&* 11. *ff. de reg. iuris* quando conſuetudo dicatur habere mixturam iuris, & quæ dicatur quæſtio iuris vel facti, dicitur autem quæſtio iuris, vbi ab vtraque parte pro conſtanti factum præſupponitur, alias dicitur eſſe quæſtio facti, ibi & DD. quod ea, de quibus ſine probationibus non conſtat, in facto conſiſtunt, articuli vero qui probationibus non egent, iuris eſſe dicuntur, & conſequenter bene dicitur quatenus alicuius interſit, in facto, non in iure conſiſtere, quia de intereſſe ſine probationibus non conſtat, ſed hoc ipſum plus vel minus eſt, iuxta conditionem perſona-

Digitized by Google

ſonarum, temporis aliarumque circumſtantiarum, ideo probari debet, non autem conſiſtit in Iure ſcilic. conſtitutionis, quod ſemper certum & clarum eſt, probationibus non egens.

2. Verum enimuero quia quoad cognitionem cauſarum, ſi forte facti vel etiam iuris quæſtio in iudicio ſæculari vel Eccleſiaſtico, quæ iuris Eccleſiaſtici eſſe dicitur, incidat, differentia magnæ vtilitatis & effectus eſt, quia & illo caſu, quo dubitatur, an cauſa ſit quæſtio facti vel iuris, adeundus ſit Eccleſiaſticus, qui hoc ipſum decidat. Felin. *in cap. ſi Clericus Laicum numer.* 3. *&* 4. *de foro compet.* Lancellot. *de attent. p.* 2. *cap.* 20. *quæſt.* 3. *num.* 79. quo cognito remittitur ad Iudicem competentem, Caualc. *p.* 2. *deciſ.* 2. *numer.* 38. *in fin.* quos allegat Coratius *in tract. de exceptionibus contra praeiudiciales ſentent. except.* 126. *num.* 39. *vbi & num ſeq.* datur cautela Iudici ſæculari remittere nolenti, vt aſſignet parti ad producendum capitula, quæ vult probare in Curia Eccleſiaſtica, vt ita videat an releuent, & ſi non releuent ad vlteriora procedat, Vrſill *ad Afflic. deciſ.* 138. *numer.* 2. *poſt Afflict. ab eo allegatum.*

3. Idcirco ad prædictorum plenariam cognitionem conſulendus erit Zaſius *in varijs locis & in primis in l ſtipulatio* 1. *numer.* 17. *& ſeqq. ff. de verb. oblig.* vbi pro & contra arguitur, an ſtipulatio ſit iuris vel facti, & diſtinguit, quoad principia productiua, quibus producitur in medium, ſit facti, ſicut omne ius, ius enim oritur ex facto, ſed poſtquam ſtipulatio in eſſe producta, dicitur eſſe iuris, prout quando quæritur, an ſeruitus, poſſeſſio, emptio, &c. ſint iuris vel facti, actus legitimi, inquit Zaſius, præſertim qui deſcendunt à verbis, ſicut ſtipulatio, emptio, locatio, iter, actus, ſeruitus, reſpiciunt aliquantiſper verba, reſoluunt, illas dictiones in ſuos infinitiuos, vt ſi infinitiuus eſt iuris, tunc actus legitimus potius iuris, quam facti eſt, licet factum concomitetur, ſi vero infinitiuus potius tendat in factum, tunc actus legitimus eſt potius facti quam iuris, licet ius concomitetur, exemplum eſto, poſſeſſio à poſſidere, poſſidere eſt factum, igitur poſſeſſio habet plus facti quam iuris, emptio ab emere, emere eſt facti, ſic iſte contractus eſt facti potius quam iuris, & omnes contractus ſunt facti, at vero obligatio ab obligare, obligatio eſt vinculum iuris, agere eſt vinculum iuris, igitur obligatio eſt potius iuris quam facti ſic etiam actio, iter ab ire, ire eſt factum, igitur ſeruitutes dicuntur potius facti, quam iuris, vt latius ibi, & dicit hoc non fallere vel ſaltem raro, quod rurſus clare tradit exemplificando, *lib.* 2. *ſingil. intell. cap.* 39. *per tot.* vbi & dicit, ſi actum in forma ſua conſideres, id eſt, conceptum in mente abſtrahas, qui tibi actum ad rationem iuris repræſentet, tunc actus iuris dicetur, ſi vero actum conſideres in materia, id eſt, mentem ad ea referas, quæ ad ipſum negotium, ad negotij executionem pertinent, iam facti dicitur, ſume exempli gratia, emptionem, in iſta ſi conſideretur ipſa obligatio ex conſenſu, iam iuris eſt, ſin vero factum totius negotij iam facti erit, vide latius ibi, pulchrè item Bald. *in l. ex hoc iure numer.* 14. *ff. de iuſt. & iure*, docet, quomodo contractus dicantur iuris vel facti, de quo & Zaſius *in l. ſi vnus §. pactus ne peteret, numer.* 15 *ff. de pactis*, vnde cognoſcatur, an conuentiones ſint iuris vel facti, & de priori, ſcilicet,

Digitized by Google

de quæſtione Iuris & facti, aliqua in Zaſio *in l. quoties numer.* 14. *& ſeqq. Cod. de iudic.* ibi dilucidatur. Item an poſſeſſio Iuris vel facti ſit Caſtrenſ. *in l poſſeſſio* §. 1. *ibi præter cæteros DD* Zaſius *ff. de acquir. poſſ.* de obligationibus facti Tepatus *in compendio deciſionum tit* 525. *item de notorio Iuris & facti*, & quod hoc rurſus ſit facti tranſeuntis, permanentis, & continui, diſtinctè agit Salic. *in l ea quidem* 7. *numer*. 58. *& ſeqq. Cod. de accuſat. & inſcript.* ibi & quomodo teſtes ſuper notorio deponere debeant, & quid pronunciandum ſit, & de actione in factum, cur ita vocetur, Iaſon *in* §. *actionum, numer.* 116. *& ſeqq. inſtit. de actionib.* ſic & exceptio in factum dicitur ſubſidiaria, quando æquum eſt exceptionem dari, & tamen nominata aliqua exceptio non competit, tunc datur iſta exceptio in factum Aret. *de except. cap.* 2. *numer.* 82. *vide gloſ. in l. in factum ff. de actionibus & oblig.* & de impoſſibili Iuris & facti, Scacciam *de iudiciis lib.* 1. *cap.* 57. *numer.* 7. de præſumptione Iuris & facti Menoch. *quæſt.* 11. *& quæſt.* 88. *numer.* 3. *& ſeq. de inditio iuris & facti.*

4. Verbum facti dupliciter capitur apud Mindanum *de proceſſib lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 29. *& ſeqq. & lib.* 1. *cap.* 36. *numer.* 27. & apud Magerum *de Aduocatia armata, cap.* 12. *num.* 120. *& numer.* 126. *de facto & de iure & num.* 136. *de vis iuris*, & rurſus diſtinctè vide Zaſium *in l. continuus* §. *cum quis num.* 7. *& ſeqq. ff. de verborum oblig.* vbi quod hoc verbum de facto, ſit æquiuocum, aliquando dicitur de facto fieri, cum rem ipſam nullus ſequitur effectus, nam de facto fieri dicitur, quod non iure fit, licet ſequatur effectus, & ad conſequendum emolumentum & ad euitationem pœnæ ſufficit de facto fieri, quod declara vt ibi, & Zaſius *in l. ſtipulatio iſta numer.* 29. *ff. d. tit.* dicit quadrupliciter fieri, quod dicitur de facto 1. quando quis habet ius agendi, at ego pactum de petendo, ſi tu nihilominus agis, & ego excipio de dolo, diceris de facto agere, quia eliditur tua actio dicto pacto, ſecundo dicitur de facto fieri, quando quis nullo iure agit, tertio dicitur fieri de facto, quando iuſtè litigatur ſed facimus quæ facti ſunt, offerimus exceptiones, producimus teſtes, Procuratores, & cætera, quæ aliquando fiunt in iudicio, 4. dicitur de facto fieri violenter, quando patimur vim ab aliquo & rurſus Zaſius *in l. quoties num.* 15. *& ſeqq. Cod. de iudic.* explicat, quomodo ius ex facto oriri dicatur, & de clauſula, de facto, in ſtatutis, commiſſionibus & Reſcriptis, quod quandoque in malam partem ſonare videatur, item quod idem importet, quod manu regia, nulla Iuris ſolemnitate ſeruata, & de clauſula, ſola facti veritate inſpecta, videatur Coratius *de except. contra præiud. ſent. except.* 125. *numer.* 25. *& ſeqq.* quem ſupra de æquitate allegaui in ſimilibus quæſtionibus practicis, ſed facta de facto reuocanda ſunt de facto Card. Tuſch. *lit. F. concl.* 11. *& concl.* 24. docet quod factum non attendatur ſed quod fieri debuit, Iuriſconſultus *in l. ſed licet ff. de offic. præſid.* dicit non ſpectari, quod Romæ factum eſt, ſed quid fieri debet confer notata per Damh. *in Enchridion pariũ aut ſimilium lit. E. in verbo eſſe non de iure & lit. F. in verb. factum eſſe male aut indebite*, vnde nata eſt Theorica, maneat vſus & vitetur abuſus, item exemplis non eſt iudicandum ſed legibus, *l. nemo Iudex Cod. de ſent. & Interlocut.* præſumitur tamen quid benè factum eſſe de quo Menoch. *li.* 6.

præſ. 5. *& præſ.* 14. an quæ facti ſunt præſumantur *& præſ.* 23. an præſumatur ignorantia Iuris & facti, de qua & Barboſa *in reg. ignorantia facti de regul. iur. in 6. ibi & nu.* 14. *& ſeqq.* tradit dici poſſe factum, prout opponitur iuri eſſe omne illud, in quo conſiſtit actus in ſe, prout eſt à parte agentis, ius vero prout opponitur facto, eſſe quidquid eo ſiſtit in deciſione & authoritate legum, vnde fit, ſicut appellatione facti quicunque actus continetur, ſiue proueniat à Deo ſiue a' homine, vel à natura, ſic ſub Iuris nomine non tantum naturale, diuinum & commune, ſed etiam ſtatuta locorum municipalia vel ſynodalia continentur.

CAPVT V.

Quæſtio iuris vel facti à quo Iudice terminanda ſit.

1\. HIc paſſus intelligi debet in terminis, in quibus loquuntur DD. & ſatis clare Zaſius *in l. cui iuriſdictio ſub num. 8. ff. de iuriſd.* vt ſi in iudicis ſæcularis cognitionem actio aliqua incideret, quæ ad Iudicem ſpiritualem & Eccleſiaſticum pertinet, v. g. cum filius coram ſæculari Iudice petit hæreditatem Patris, Reus autem eum filium eſſe negat, quaſi Pater & Mater ipſius matrimonium non rite contraxerint, vel vti meo Principali obiectum fuit quod eſſet ex ijs natus, inter quos propter coniunctionem ſanguinis matrimonium non conſiſtebat, cauſa matrimonij, quæ Eccleſiaſtica eſt, ventilanda erit, coram Eccleſiaſtico, & Iudex ſæcularis ceſſabit remittetque cauſam ad ipſum Eccleſiaſticum de quo DD. *in cap. tuam x. de ord. cognit. & in cap. lator qui filij ſint legitimi*, ſic ſi contractus vſurarius alicui obijciatur, ad Iudicem Eccleſiaſticum remittendus erit, prædicta vero cum mica ſalis intelligi debent, vt ſi Iuris quæſtio incidat, id eſt, an de iure matrimonium eſſe potuerit, an cõtractus iſte ſit vſurarius, &c. ſin autem quæſtio facti incidat, vt quia diceretur aliquem non eſſe filium Patris mortui, hoc Iudex ſæcularis expedire poterit, dum matrimonium præſupponitur, ſed is, qui ſe filium iactitat, filius eſſe vel legitimus negatur, ita in vſurarum caſu, cum vſuræ manifeſtæ ſunt, ſed factum negatur, hæc Iudex ſæcularis expediet, ſic cum eſt quæſtio, quod communitas non rectè ſoluat decimas. hæc quæſtio facti eſt, quia decimas deberi præſupponitur, ſed dicit Zaſ. quod Aduocatus partis aduerſæ rem argute detorſerit probans, quod laico non competerent decimæ, ideo ad Eccleſiaſticum remiſſa fuerit, nec obſtat quod Iudex alias incompetens efficiatur competens ratione incidentiæ, *l. quoties Cod. de incid. & l. 2. Cod. ad exhib.* quia hoc intelligi debet quoad punctum ſolius incompetentiæ, ſecus ſi præter illam ſit incapacitas, quandoquidem incidentia non tollũt incapacitatem Munnoz *de Ratiociniis cap. 7. num. 18. & ſeq.* & hoc modo declaratur Theorica, quod Iudex cauſæ præparantis, ſit etiam Iudex cauſæ præparatæ, ſiue qui iudicauit in præparatorijs (præparatoria Iudicij dicuntur, quæ fiunt ante litem conteſtatam Pacianus *de probat. lib. 1. cap. 65. num.* 5.) iudicet etiam in meritorijs, de quo præter Zaſium *in l. quoties num.* 10. *Cod. de Iud. gloſ. & DD. in l. ordinarij C. de rei vindic.* & exemplificatur in Maſtrillo *deciſ.* 129. qui dicit Conſulendum eſſe Caſtrenſ. *lib. 1. conſ.* 43. *n.* 4.

Sed hodierno tempore Iudices ſæculares non admittunt facilè, quod ſi Iudex Eccleſiaſticus fuerit Iudex cauſæ præparantis, ſit & cau- 2.

Digitized by Google

& cauſæ præparatæ, ſi hæc ſæcularis fuerit, quia vident vtique ſicut & tradunt DD. quod cognitio ſæcularis ſuper ſæculari ſuſpendatur vſque dum de incidenti Eccleſiaſtico ſtatuat, vel decidat Iudex Eccleſiaſticus Mynſ. 1. *obſ.* 100. quod & ſatis probatur per *d. cap. lator, & vide apud* Zaſium *in d. l. quoties in fin.* quod non omnes admittant, quod ſpiritualia trahant ad ſe indiſtincte cauſam ſæcularem, etiamſi alias per Iudicem Eccleſiaſticum fieri poſſit inhibitio ſęculari, ne ſe in cauſis ſpiritualibus, Eccleſiaſticis, & de perſonis Eccleſiaſticis intromittat, Borellus in ſumma deciſionum, *lib.* 2. *tit.* 35. *num.* 115. & ita fieri vidi, Recurrendum igitur ad ea, quæ ſupra de Iuriſdictione & ibi remiſſiue tradita fuerunt de cauſis ſpiritualibus, Eccleſiaſticis, & prophanis, & quæ tales ſint, nihilominus iiſdem diſcuſſis & demonſtratis, videmus quod vnuſquiſq; cauſas ad ſuum trahat molendinum, quodque falcem in alienam meſſem mittat, ita vt facilius ſit quæ recta ſunt conſulere, quam ipſi ea agere poſſimus, vt loquitur Dio *lib.* 46. tamen de iure aduerti debet ad ſupradictas diſtinctiones prout Barboſa *in d. cap. lator num.* 2. in cauſa matrimonij loquitur, quod quæſtio facti dicatur, quando ſolum dubitatur, an matrimonium contractum ſit, quæſtio vero iuris, quando partes fatentur contractum matrimonij, ſed aſſerunt illud de iure non valuiſſe, ibi quoque de cauſa legitimitatis, & Honorius ab Axel. *in ſumma decret. lib.* 3. *tit. de præbendis num.* 27. *& ſeqq.* dicit, beneficij ſubſtantiam controuerti, quando quæritur, an ſit beneficium Eccleſiaſticum, beneficij ſtatum controuerti, quando quæritur, quale ſit, ſæculare vel regulare, beneficij vſum ſiue ſtatum ipſius vſus controuerti, quando eſt quęſtio de modo conferendi beneficia, aliquando etiam controuerti quaſi poſſeſſionem conferendi ſiue prouidendi, *& tit. de ſponſ. & matr. num.* 1. dicit cauſam matrimonialem ſpectare ad forum Eccleſiaſticum non ſolum cum tractatur de ſubſtantia, ſed etiam cum agitur poſſeſſorio. *cap. cum ex conqueſt. ibi Panor. x. de reſtit. ſpol. vide ibi & rurſus ad tit. qui filij ſint legitimi num.* 50. vbi ampliat procedere, etiam tunc, quando eſt quæſtio cum filijs coniugum, vel alijs etiam poſt parentum mortem, quia licet reſpectu filiorum ſufficiat probare merum factum, tamen poſſeſſio illa adhæret rei ſpirituali & matrimonio, & ſic Eccleſiaſticus aditur principaliter ſuper matrimonio, ideo poteſt & cognoſcere ſuper incidenti temporali, quæ venit acceſſorie ad cauſam eccleſiaſticam, quodque Iudex ſæcularis in petitione hæreditatis, debeat incidentem quęſtionem ſuper natiuitate remittere ad Eccleſiaſticum & ibi de cautela, late quoque agit Barboſa *de officio & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 84. quis ſit competens in cauſa matrimonij, & vbi eſt quæſtio ſucceſſionis & natalium, in qua incidit quæſtio matrimonij in principali.

32. Alioquin ſatis diſtincte Franciſ. Marcus *p.* 1. *deciſ.* 497. *num.* 17. *& ſeqq. ibi ſecutus Bart. in l. Titia ff. ſoluto matr. docet*, quando incidit quæſtio ſpiritualis coram Iudice ſæculari, tunc poteſt cognoſcere per modum facti, ſed non per modum quæſtionis iuris, puta coram ſæculari Iudice negatur contractum fuiſſe matrimonium per verba de præſenti, pars vult hoc probare, Iudex ſæcularis poteſt admittere probationes, ſecus ſi allegetur impedimentum ratione conſanguinitatis vel aliud, rurſus, aut ſumus in cauſa quę requirit plenam cognitionem, & tunc

tunc aut eſt quæſtio de potentia, an potuerit contrahere matrimonium, hæc eſt quęſtio iuris & non poteſt cognoſcere, aut vero eſt quæſtio de actu, v. g. an fuerit contractum matrimonium, & tunc poteſt cognoſcere, & Bald. *in d. l. Titia* tenet, quod debeat inſpici ſub qua forma quęſtio ſpiritualis deducatur coram Iudice ſæculari, nam ſi per modum facti extracti à ſpiritualitate deducatur, cognoſcit ſęcularis, ſecus ſi includat ſpiritualitatem, tamen quia inter ipſos coniuges non de fœdere matrimonij agebatur in quæſtione mihi propoſita, ſed pôſt mortem inter agnatos de ſucceſſione actum fuit, tunc quia incidenter venit matrimonium, Iudex ſęcularis cognoſcere potuit iuxta Franciſ. Marcum, pariter ſi eſt quęſtio ſucceſſionis ab inteſtato & adulterij, hoc caſu, inquit, mundum non curare vt recurratur ad Iudicem Eccleſiaſticum, ſic quoque tenet Gilhauſen *in arbore iud. p. 1. de iuriſd. cap. 1. num.* 43. quando cauſa matrimonij inter coniuges non, ſed forte inter filium & extraneum, vel etiam inter vnum coniugem & filium incidenter ventilatur, quid tunc de incidenti matrimonij iure & in Camera diſceptabitur, an ſcilicet matrimonium inter aliquos vnquam contractũ, an validum vel nullum, an contrahi potuerit nec ne, in eum finem & effectum, vt conſequenter appareat, an filij ſint legitimi & ſucceſſibiles, Menoch. *conſ.* 367. *num.* 24. *&* 37. Aſinius *in praxi iud. p.* 2. *§.* 1. *cap. ſi.* licet enim hæc incidens quęſtio iuris ſit, adeoq; eam remittendam reſponderit Bertrand. *conſ.* 214. *num.* 17. *vol.* 3 *p.* 3. tamen non decidit cauſam matrimonij inter coniuges, nec ad hunc finem tractatur, nec etiam eſſentia matrimonij per Iudicis ſęcularis deciſionẽ lęditur, ſpiritualis igitur cauſa dici nequit Farinac. *in quæſt. crim.* 8. *num.* 150. *verſ. limita ſecundo*, ſed vero verius eſt, quod omnes Canoniſtæ pręd icta non admittant, nec iuxta Iuris Canonici diſpoſitionem admiſſibilia ſint, videatur igitur Gratianus *tom.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 238. *per tot.* an Iudex ſęcularis in cauſis decimarum & in poſſeſſorio adipiſcendæ, cognoſcat, *& num.* 12. *& ſeqq.* vbi in ijs caſibus, in quibus ſolum de facto quęritur, an matrimonium inter aliquos fuerit contractum de facto nec ne, item de iuramento & non de eius validitate, ſed tantum an fuerit interpoſitum, diſputatur, item de cauſa vſurarum, quando partes nõ negant vſuram fuiſſe contractam ſed vſurarius eam volit reſtituere, quando vero dubitatur de facto & de iure, ſęcularis non cognoſcit, ne continentia cauſæ diuidatur, cum ſolum permittatur ei cognitio de facto ſpiritualium, quando illud eſt abſtractum ab omni ſpiritualitate, ſi tãmen ſęcularis pręueniſſet cognoſcendo de facto, an Eccleſiaſticus tunc ſuperſedeat quoad quęſtionem iuris, dicit conſultius tunc fore, vt adeat Eccleſiaſticum, qui inhibeat Iudici ſęculari, ne cognoſcat in incidenti, eo caſu quo nondum cœpit cognoſcere per iura & DD. ibi allegatos, qui *& lib.* 1. *diſcept. forenſ. cap.* 190 cum alijs cõtra alios docet, cauſam Clericalem, vti eſt in facto obiectam filio alicuius Diaconi vindicanti hęreditatem Patris, à Iudice Eccleſiaſtico terminandam eſſe,

4 Tribunalia huiuſmodi diſputationibus & tricis plena ſunt, quemadmodum cauſam vſurariam ad iudicium Eccleſiaſticum ſpectare Canoniſtæ docent, è contra eſſe mixti fori, tradunt allegati apud Borellum *in ſumma deciſionum lib.* 3 *tit* 35 *num.* 117. *& ſeqq.* & Farinac. *lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 140. alle-

Digitized by Google

allegatus apud Gilhauſen *in arbore iud. p.* 1. *cap.*1.*n.*46.putat de iure communi Iudicem ſæcularem in cauſa vſurarũ ſiue de iure, ſiue de facto quæratur, cognoſcere poſſe, quòd Canoniſtæ non concedunt, ideo conſulas Couarr. *lib.* 3. *var.reſol. cap.*3.*& de ſponſal. par.* 2. *cap.*8. §.3. *num.*4. ego vt verum fatear, nunquam vidi huiuſmodi cauſas à Iudice ſæculari remiſſas fuiſſe, & certè non leuis ratio in praxi pro Farinacio militat, ſi enim iuxta Receſſus Imperij per ſæcularem ſtatui poſſit, quis ſit & dicatur contractus vſurarius, quidni igitur deſuper cognoſcet? eodem modo, quis dubitat cauſam iuramēti eſſe ſpiritualem, & ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectare, per notata à Mauritio *tract. de reſtitut. in integrum, cap.*116. *& cap.* 121. *num.*3. & tamen relaxationem iuramenti eſſe mixti fori docet Clarus §.*fin. quæſt.* 47. & quoad effectum agendi in Camera peti poſſe teſtatur Gail. 1.*obſeru.* 22. *& ſeqq.* & Græuæus *ibidem*, & hoc fieri etiam coram alijs Magiſtratibus politicis de conſuetudine teſtatur Mollerus *ad Conſtitut. Saxon. p.*2.*cap.*36. vti & de notiſſima conſuetudine teſtatur Zaſius *in l.* 3. *num.* 26. *Cod. de Iud.* vt Iudex ſæcularis ſuper iuramento & eius valore iudicet, ſecus tamen eſſe de iure arbitratur, Fachin. 3. *contron. cap.*13. ſi autem verum fateri velimus, prius contra expreſſa iura introductum eſt, de quo videatur Tepatus *in Compendio Deciſionum, tit.* 241. diſtinctè Barboſa *in cap.* 2. *num.* 5. *x. de iureiurando*, & latè Cardin. Tuſchus *in concl. lit. A.* de abſolutione iuramenti, fatetur quoque Borellus *in Summa Deciſionum, lib.*1. *tit.*61. *num.*61. *& ſeqq.* quòd Iudex ſæcularis cognoſcat de ſubreptione & relaxatione abſolutionis & relaxationis à iuramento, & reſoluit contraria.

Ego vidi quandoque, quòd Iudex ſæcularis ſuper nullitate contractus voluerit cognoſcere, quaſi incidenter ſuper iuramento cognoſcatur, quod Canoniſtæ quoque non facilè admittent, quia exceptio periurij (periurium, ſacrilegium, adulterium, & multa ália crimina eſſe mixti fori, plurimi docent DD. de quo videatur Martha *de iuriſdict. ibi paſſim*, quæ propterea dicuntur mixti fori, quòd eorum accuſatio in vtroq; foro rectè inſtituatur) oppoſita operaur, quòd periurus nõ audiatur, quia eſt exceptio litis finitæ & ad vlteriora procedi non poteſt, quoniam eſt proceſſus annullatiuus, repelliturquè ab agendo, vti per plurimos DD. probat Borellus *in Summa Deciſ. lib.* 1. *tit.*62. *num.* 44. & conſequenter abſolutio videbatur prima neceſſaria à Iudice competenti, ſicut docet Barboſa *in cap. cum laicus, num.*1.*&* 2.*de foro compet. in* 6. quod ratione iuramenti, vt laicus hoc ſeruet, conueniatur coram Eccleſiaſtico, vides igitur cautelam apud Hering. *de fideiuſſ. cap.* 5. *num.* 191. *& ſeqq.* vbi dicit, quòd licet peti poſſit relaxatio à iuramento, tamen tutiùs eſſe, petere & impetrare citationem pro caſſatione vrphedæ & confeſſionis, & ad proſequendum illatas iniurias, & patet ex Couarru. *lib.* 1. *variar. reſolut. cap.* 4. *num.* 5. *&* 6. & refert Hering. præiudicium Camerale, & quid ſit de iure vide Valaſcum *lib.* 1. *conſult.* 99. & de quæſtione ſpirituali incidenti *lib.* 2. *conſult.* 157. ſed quia ſuper hiſce & ſimilibus inter Canoniſtas & Pragmaticos, & inter Eccleſiaſticos & ſæculares lis & altercatio eſt, nunquam finem conſecutura, hinc ſæpe concertant inter ſe, ſæpe quoque illi excommunicationibus, hi è contra proceſſibus fiſcalibus iuriſdictionem tueri conantur, quod maiori partium 5.

Bbbbb diſpen-

diſpendio, quam fructu ita fieri & practicari videmus ſine aliquo remedio, propterea in publicum vtile eſſet & conſultum, ſi huiuſmodi quæſtiones & controuerſiæ dirimerentur & ſopirentur, ne diutius Rempublicam moleſtarent *l. optimam, Cod. de contrahend. & committ. ſtipulat.* ideo me remitto ad Doctores & ad Coratium *de exceptionibus contra praiudiciales ſententias, except. 126.* & Doctores per ipſum allegatos, quando Iudex ſæcularis de cauſa ſpirituali incidenter cognoſcere poſſit; plenius Mattha *de iuriſdict.* de prædictis omnibus tractat & Vminius *in Proceſſu tit. 1. de foro competenti, theſi 13.* quos vide, vtiliter Zaſius *in l. quoties, Cod. de iud.* & exacte tractat, an & quando non remittantur cauſæ ſpirituales ad Iudicem Eccleſiaſticum.

CAPVT VI.

De feudali ſcripti, & voluntatis quæſtione.

1. EX Baldo refert Zaſius *lib. 2. conſ. 8. num. 4.* quòd quæſtio feudalis ſit, ſi in lite fiat mentio feudi ad intentionem fundandam ſeu coadiuuandam, de quo clarius atque ad praxin deducta vide ſupra *de Iuriſdictione cap. 8.* quo Lectorem breuitatis cauſa remitto; & de criminali quæſtione, & quando terminanda, DD. *ad tit. Cod. vt intra certum tempus criminalis quæſtio terminetur,* Salomonius *de iuſt. & iur.* docet, quòd quæſtio iuris omnis, aut verborum proprietate, aut æqui diſputatione, aut voluntatis coniectura contineatur, quorum pars ad rationem, pars ad moralem Philoſophiam redundat; Idem *tract. de aquo & bono, verſ. nec ignorandum,* agit de ſcripti & voluntatis quæſtione, ſicut apud Iuriſconſultos frequenter eſt quæſtio, ſcripti tantum, quando ſcriptum eſt dubium vel obſcurum, voluntas autem clara, è conuerſo voluntatis eſt quæſtio, quando ſcriptum eſt apertum, voluntas autem dubia; quæſtio autem ſcripti ſimul & voluntatis, duobus modis contingere poteſt, vno quando vtrumque eſt in obſcuro; altero, quando vtrumque eſt clarum, ſed inter ſe pugnant, exemplum *in l. 4. ff. de legat. 1.* ſcripti autem appellatione dicit contineri, non ſolum, quæ in legibus ſcripta ſunt, ſed etiam Teſtamentis, pactis, ſtipulationibus, & quicquid ſcripto comprehenditur, ſimiliter & voce enunciatur, & in quæſtionibus ſtricti Iuris, eſt ſcriptum ſequi, æquitatis vero voluntatem; & breuiter dicit Pacianus *de probation. lib. 1. cap 7. num. 40.* quòd nulla ſit quæſtio, quæ non ſit in re, aut in perſona; prius autem de perſona, quàm de rebus quærendum eſt, quod vide exornatum in Addition. *ad Dauth. de teſtamentis num. 131. & num. 137.* vbi diſcutitur & exornatur *l. 4. Cod. de petit. hæred.* verum quia iuxta Lucretium:

Fulgida præſertim cum cernere ſæpe nequimus
Lumina luminibus quia nobis præpediuntur.

Quomodo ea quæ valde remota diſcernere poterimus? meminerimus ergo ſemper aureæ illius ſententiæ Senecæ: Præcipuum in rebus humanis eſt, inquit, non claſſibus maria compleſſe, non terras vel ignota quærere, ſed animo vidiſſe, quòd nulla maior ſit victoria, quàm vitia domaſſe, innumerabiles autem ſunt qui vrbes, qui populos habuerunt in poteſtate, pauciſſimi qui ſe, melior eſt qui dominatur animo 2.

ſuo

Digitized by Google

ſuo, expugnatore vrbium. Rectiſſimè quoque S. Bernardus *ſuper Cantic.* docuit, & chriſtianè monuit, quòd anima DEI curioſa debeat inquirere, Iuſtitiam, Iudicium, & locum habitationis Gloriæ Sponſi tanquam viam in qua ambulet, vt de forma Iuſtitiæ ſit formoſa; de Iudiciorum notitia, cauta; & de deſiderio præſentiæ ſeu Gloriæ Sponſi, caſta; & rurſus *in ſerm. 24.* Si nolumus fruſtra quęrere Dominum, inquit, quæramus veraciter, quæramus frequenter, quæramus perſeueranter; vt nec quæramus pro illo aliud, nec cum illo aliud, ſed nec ab illo ad aliud conuertamur; facilius enim eſt Cœlum & terram tranſire, quàm vt ſic quærens non inueniat; ſic petens non accipiat; & ſic pulſanti non aperiatur; ibi & quòd pius pulſator plerumque inueniat, quod temerarius ſcrutator inuenire nō poteſt. Pulchrè quoq; Seneca in quadam epiſtola: Id quære, inquit, quod potes inuenire, id diſce, quod potes ſcire, id opta, quod optari bonis poteſt, & fac ita ne in te quadret illud Poëtæ.

Qui tenet vtilius, ſed quærit deteriora
Abſit ei radius luminis aſque mora.

Ne igitur nobis abſit radius luminis, quæramus in omnibus & ſingulis actibus eum, qui via, veritas & vita eſt; hinc S. Auguſt. *ſuper Ioan.* in perſona CHISTI inquit: Ambulare vis? ego ſum via; falli non vis? ego ſum veritas; mori non vis? ego ſum vita: quæramus itaque Dominum dum inueniri poteſt, modo non videtur, Dominus eſt, & prope eſt, in iudicio videbitur & propè non erit, nec, dum in iudicio apparuit, & ſi quæratur, inuenitur; nam miro modo, cum in iudicio apparuerit, & videri poteſt, & inueniri non poteſt. S. Gregorius *lib. 27. moral. cap. 10.* Multi quærunt IESVM & non inueniunt, quia non rectè quærunt; Iudæi quoque IESVM quæſiuerunt, & ſibi ipſis non inuenerunt; Stultum eſt cum gladijs quærere eum, inquit S. Ambroſius *ſuper illud Matth. 26.* cum gladijs & fuſtibus, &c. qui vltro ſe offert, & in nocte per proditorem inueſtigare quaſi latentem, qui quotidie in templo docet, ſed factum congruit tempori & perſonis, quia cum eſſent tenebræ, in tenebroſo tempore tenebroſum opus exercebant.

Quare relictis aliarum quæſtionum vinculis, da mihi Domine cæleſtem ſapientiam, vt diſcam te ſuper omnia quærere & inuenire, ſuper omnia ſapere & diligere, & cætera ſecundùm ordinem ſapientiæ tuæ, prout ſunt, intelligere, intelligentia verò optima eſt, Dominum quærere, & inuentum cuſtodire; quæram ergo te Dominum meum, de cuius bonitate & miſericordia confido, quia ipſe me docuiſti quærere, petere & pulſare; & proinde quæro, peto & pulſo; videlicet quæro IESVM *crucifixum, peto gratiam, & propterea pulſo ad thronum miſericordiæ, igitur Domine, qui conſulis quærere, da inuenire; qui iubes petere, fac accipere; & qui doces pulſare, aperi pulſanti; quære etiam me, quia requiro te; potes inuenire, quem tu requiris dignare ſuſcipere; quem tu inueneris, impone humeris; quem tu ſuſceperis, vt ſuſceptus ego cum cæteris electis Dei decantem tibi laudes in ſæcula ſæculorum.*

TITVLVS OCTAVVS.

Juſtitia in Ratione vulnerata.

CAPVT PRIMVM.

Naturalis Rationis vulgaris abuſus & de vera Rationis præſtantia.

1. QVi præ cæteris ſibi plus ſapere videbantur, gloriantes audiui, quòd illuminati & ratione naturali præditi ſecundùm eandem non minus, quàm Iuriſconſulti æquum ab iniquo, & verum à falſo diſcernere poſſint, magna vtique ars eſt, inquit Caſſiodorus *2. epiſt. 6.* contra artifices loqui, vt autem applauſum faciant, dicunt, quæ cognita ſunt omnibus, verborum ornamenta non quærunt, Cicer. *pro Cluent.* & quòd rationibus ſit certandum, quodqúe rationes vincant etiam communes Doctorum opiniones, Knichen *de pact. inueſt. par. 1. cap. 3. num. 165. & ſeqq.* ratio autem legis perpetua eſt in his, quæ ſunt Iuris Diuini vel naturalis, ſecus tamen in his, quæ ſunt Iuris poſitiui, quod rurſus limitatur per Zaſium *in l. non omnium, num. 22. & ſeqq. ff. de legib. & num. 13.* quòd ratio naturalis & diuina ſemper ſit manifeſta, & directè concludat veritatem, quidquid autem vera ratio commendat, ſolidum & æternum eſt Seneca *epiſt. 27.* & addunt, quòd ratio naturalis ſit quaſi quædam lex tacita, *l. cum ratio, ibi DD. ff. de bonis damnat.* vnde & vulgò dicitur, vbi habemus rationem naturalem, vel etiam rationem legis ſcriptæ, ibi legem quærere eſt imbecillitas intellectus, *l. ſcire oportet, §. ſufficit, ff. de excuſat. tut.* Iaſon *in l. illam, Cod. de collat.* vbi & *num. 19.* quod rationem adducens, non dicatur ſine lege loqui, Nicol. Euerhard. *in loco à lege ceſſante*, quod mens ſponte diuinat, inquit Liuius *lib. 26.* idem ſubijcit ratio; & Seneca ait: Legem ſcimus iuſti iniuſtiqúe regulam eſſe; & rurſus *epiſt. 68.* ſola ratio incommutabilis & iudicij tenax eſt, non enim ſeruit, ſed imperat ſenſibus, vnde Cicero *lib. 1. Offic.* naturam ducem ſi ſequamur, nunquam aberrabimus, & hoc eſt illud ius quod natura omnia animalia docuit, quodque ſimul cum humano genere proditum fuiſſe probat Vaſquius *lib. 2. controu. cap. 70. num. 5.* ſicut & ratio naturalis ineſt homini tanquam propria paſſio & perfectio, Bald. *in §. de illa, in quibus cauſ. feud. amitt.* & ſufficit in decidendis cauſis; Raudenſ. *de Analogis cap. 4. num. 13.* ſicut & argumentũ de abſurdo dicitur à diſcretione naturali, quæ dicitur immutabilis, Mantica *de coniecturis vlt. volunt. lib. 3. tit. 7. num. 2.* vnde & iura naturalia, & quæ à ratione naturali procedunt, non requirunt ſcripturam, quia diuina quadam prudentia ſeruantur, id eſt, ratione, quæ dicitur nobis cum Dijs communis, *§. ius Gentium, & §. naturalia, Inſtit. de iure nat. Gent. & ciuil.* ac proin-

Digitized by Google

proinde minime opus eſt, vt in lege exprimantur, quia vt dicit Seneca, quædam non ſcripta omnibus ſcriptis certiora ſunt, & ita poſſet limitari vulgata Theorica, Erubeſcimus ſine lege aut ratione loqui, Viuius *deciſ.358.* Nic. Euerh. *d. loc.*

2. Prædicta quoque ampliantur procedere, vt lex & ſtatutum quantumcunque præciſe loquens recipiat interpretationem à regula iuris, in ratione naturali fundata, non enim authoritas legis municipalis tantæ eſt potentiæ, vt iura naturalia extinguere poſſit, ac proinde ſi in ſtatutis, legibus & conſtitutionibus non reperiuntur particulares deciſiones, vt caſus, de quo quæritur, debitam recipiat determinationem, tunc ad naturalem ſenſum & rationem recurri debet, vel ad æquitatem, quæ æquitas in interpretandis legibus principem locum obtinet, vt multorum Doctorum authoritatibus probat Martinus Monter à Cueua *deciſion. Regni Arragoniæ 11. num. 17.* & rurſus *deciſion. 32. num. 8. & ſequentib.* dicit, reuerentiam in maioribus reſpectu maiorum, eſſe iuris naturalis, & à principijs iuris naturalis prouenire, quæ ius poſitiuum extinguere non valet, neque quis à ratione ſubduci, neque imperialis poteſtas (cum & ipſe Princeps ſubſit rationi naturali, Baldus *in l. ſi aquam, num. 40. Cod. de ſeruit. & aqua.*) naturales prouidentias à proprio ſubiecto ſeparare poteſt, ſed legem vel ordinationem ſtatutariam, quantumcumque præciſe loquentem, recipere interpretationem à regula iuris fundata in ratione naturali, nec mirum hoc eſſe ait, quia ex illa ratione naturali prouenit interpretatio intrinſeca, quæ ex eo, quod mens & ratio ſtatuti eandem patiatur, neceſſaria eſt, addens quoque ineptum eſſe, non fallere regulam per rationem naturalem, quia iuſtitia naturalis alleganda eſt ad limitationem iurium præcedentium, quodque ſtatutum excludens omnes exceptiones, non comprehendat cauſatas, ſiue prouenientes à iure naturali, ſicut & per verba generalia non tollitur exceptio fundata in naturali æquitate vel veritate, quia naturalis æquitas generalitatem vincit, hactenus ille, & quod naturalis cauſa accidentali præualeat, docet idem Martinus Monter à Cueua *deciſ. 10. num. 23.* ita etiam præſumptio naturæ transfert onus probandi in aduerſarium, per ea, quæ docet Pacianus *de probat. lib. 1. cap. 8. n. 6. & ſeqq.* Conformiter Quintil. ait, quædam etiamſi nulla legis ſignificatione comprehenſa ſint, natura tamen excipiuntur, ita qui promiſit reddere gladium depoſitum, non reddit furenti, quia ratio moderatur diſpoſitionem ſicut gubernacula naues, & fræna equos, vt poſt alios inquit Borellus *de Magiſtrat. lib. 2 cap. 3. num. 22.* at ius ipſum ex ratione æſtimandum eſt, non ratio ex iure, multo minus ex legibus, alioquin nec rationibus Papiniani quis crederet, niſi Iuſtinianus imperaſſet, Anton. Faber *in Cod. in præfat. ad lectorem,* nam in Iure authoritas legiſlatoris pro ratione eſt, & propterea quæſtiones Iuris, quoties expreſſo aliquo Iuriſconſultorum reſponſo deciduntur, accedente authoritate ſuperioris nullum relinquunt rationi locum, *l. & ideo ff. de legib.* Annæus Robertus *lib. 4. rer. iudic. cap. 6. in princ.* nihilominus verum manet, quod ſi Iura naturalia & ciuilia concurrunt, præualeant naturalia, quodq; Senatuſconſulti authoritas non tollat rationem naturalem, Lucas de Penna *in l. deſcriptionis num. 19. in fin. & num. 20. Cod. de imponend. Lucrat. deſcript.* prout ſatis colligitur ex traditis ſuperius de Æquitate

Digitized by Google

cap.2. & ſeqq. vbi quoque oſtenſum, quod à Iure & Æquitate non debeamus recedere, niſi lex expreſſe ſcripta ſit, *l. 1. Cod. de leg. cap.1. & cap.ne innitaris, x. de conſtit.* Si autem lex ſcripta ſit, hanc ſequi debemus, quia lex ciuilis poteſt Iuri naturali & Gentium detrahere, ſupplere, vel vnum propter maius bonum alteri præponere, *l. ius ciuile*, ibi Doctores, *ff. de inſtit. & iure, l. 1. ff. de vſufruct.* & plene notatur per Iohann. Andr. *in reg. malæ fidei poſſeſſor, de regul.iur.in 6.*

3. Eapropter Catoni id ſolum viſum eſt rationem habere, quod haberet iuſtitiam, Vell. *lib.2.* belliſſimè Seneca *lib.10.Epiſt.77.* omnia ſuo bono conſtant, inquit, vitem fertilitas commendat, ſapor vinum, velocitas ceruum, quam fortia dorſo iumenta ſint, quęris, quorum hic vnum viſum eſt ſarcinam ferre, in cane ſagacitas prima eſt, ſi inueſtigare debes feras, curſus, ſi conſequi, audacia, ſi mordere, inuadere; in homine optimum quid eſt? Ratio, hac antecedit animalia, Deos ſequitur, ratio ergo perfecta proprium hominis bonum eſt, cætera illi cum animalibus feriſq; communia ſunt, & latius ibi, hæc ratio multum paſſim apud Doctores noſtros extollitur & exornatur à Barboſa *in Tractat. Axiomata Iuris, vſufreq. axiom. 197. in verb. ratio.* Arnold. à Reyger, *in Theſauro Iuris, litt.R.in verb. ratio, & litt.P. de probatione per rationem naturalem,* Crauetta *in Indice Conſil.in verb. ratio.*

4. Verum enimuero, quamuis & ipſi Iuriſconſulti, præter prædicta, verum fateantur, quod ratio ſit Regina aliarum interpretationum, & præualeat in omnibus. Hinc quoque vulgo dici ſolet, ratio eſt anima legis, & rerum omnium rectiſſima arbitra, Angel. *conſil.110. num. 5.* immo appellatur à Doctoribus diuini ſplendoris radius, rectique conſilij & recti iudicij fons & ſcaturigo, Lipſius *lib.1.de conſtant.cap.4.* vnde rationabile dictum ita permouere debet Iudicem, ſicut lex ſcripta, Zaſius *lib.1.conſil.9. num.36.* è contra quod ratione caret, extirpandum eſt, Lucas de Penna, *in l.ſi quis. num.15. Cod. quando & quibus quarta pars deb.* tamen ingenue fatentur in hac rerum varietate, non ſemper inueniri rationem, *l non omnium,* ibi Doctores. *ff. de legib.* vel non ſatis idoneam excogitari, Cicero *de Oratore,* Cuiac. *lib.8.obſerv.12.& lib.17.obſ.15.* vnde Poëta:

Fœlix, qui rerum potuit cognoſcere cauſas,
Rem ſatis eſt ſcire, neſciri cauſa ſinatur.

Nam & ea, quæ ſcimus, ſunt minima pars eorum, quæ ignoramus, Viuius *deciſ. 123. num.51. & ſeqq.* & licet iſta, quoad rationem naturalem, non ſubintrare, ſed principia naturalia, & quæ ex ijs proxime deducuntur, omnibus nota eſſe replices. Quocumque venimus, inquit Seneca, eadem rerum natura vtendum eſt, & Cicero: Omnis, qui in iure ſermo inſtituitur, ait, in populari ratione potiſſimum verſatur, ac proinde ſicut inueſtigatio rationum in ijs, quæ ſunt legis poſitiuæ vel iuris ſtatutarij, ſæpe neceſſaria eſt, poteſt enim caſus legis eſſe dubius, vel lex plures ſæpe patitur intellectus, ſicut & poſſunt eſſe plures rationes, &c. nam alias vbi habemus caſum legis, ratio non eſt vlterius inueſtiganda, Surdus *conſil.333. num.12 & conſil.343. num.8.* neque in lege ratio quæritur, ſed auctoritas, Grotius *in Tract. Florum ſparſio, in l.non omnium, ff. de legib.* ſed vbi dubitatur de intellectu alicuius legis, recurritur ad naturalem rationem, Scacc. *de cõmer. & camb. § 1.q.7.ampl.19.ſub n.15. & ſ.*

Vt

Digitized by Google

5. Vt autem cognoſcamus, quæ ratio potuerit mouere ad ſic diſponendum (cum ſæpe non ſit expreſſa,ſed præſumpta ex lege, quæ non tribuit efficax argumentum,quando in lege concurrunt probabiles rationes, Arnoldus à Reyger *in Theſauro Iuris, verb. ratio, num.13.*) ante omnia reſpicere debemus ad rationem naturalem, quæ ſola eſt certa & indubitata,& habetur pro lege ſcripta & æquitate, ita vt vix reperiatur aliquid contra naturalem rationem, quod non remordeat conſcientiam, quod latiùs proſequitur Crauetta *de antiquitate temp.§.tranſeo nunc ad quartam partem, num.94.* vbi & de vi & virtute illius,*& parte 4.§.materia ſingularitatis,num.51. & ſeqq.* vbi quoque tradit, quod non dictum, ſed ratio dicti attendatur, (intellige, vt ratio non ſit eadem cum dicto, ſed illo generalior, Surdus *conſil.67.num.32.*) quodq; expreſſum dicatur, in quo eadem viget ratio, & quod tria ſint, quę vnum &idem operentur,ſcilicet verba, mens & ratio.

6. Nihilominus generales notiones & rationes,ad deciſionem cauſarum perſępe parum prodeſſe,ſuprà *de Æquitate, c.3.& 4.* ſatis oſtenſum fuit, immo ràtio duorum vt plurimum hodie habet Aduerſarium,ita ratio mentium diſpar eſt, etiam in explicatione vel interpretatione eorum, quæ ad ſalutem pertinent. Sed S. Hieron. *ad Galat.1.* Ne putemus,inquit,in verbis Scripturarum eſſe Euangelium,ſed in ſenſu, non in ſuperficie, ſed in medullis, non in ſermonum folijs,ſed in ratione.Perbelle igitur tradit Martinus Monter à Cueua,*d.deciſ.11.n.15.& 16.* naturalem ſenſum eum eſſe, qui à ratione ſcripta deſumitur, ac proinde naturalem ſenſum & æquitatem ad ius ciuile, cui ius naturale cooperatur, referimus, & ad id, quod ratione naturali ſuadente inductum eſt, quoniam vero voluntas legiſlatoris pro ratione ſufficit,non eſt quęrendum amplius de ratione, vbi deciſionem legis habemus, Pacianus *lib.2.de probat.cap.7.nu.53.& ſeq.* huiuſmodi autem ſenſum certe illi,qui litteris operam non nauarunt, ſatis accurate & appoſitè inueſtigare, elicere & accommodare non poterunt, vel maxime attento, quod ſępe ratio melior alteram è medio tollat & abroget, *Arg.cap.non debet, x.de conſang.& affin.*non quod ratio rationi contraria ſit,ſed vt dicit Quint.quod caſu & euentu collidantur,ſicut variatio eorum, quæ de iure naturali ſunt, non fit propter mutationem, quæ de iure naturali vel ratione naturali contingit, ſed propter aduentum circumſtantiæ, quæ extrahit obiectum è numero eorum, quæ lex comprehendit, Couar. *in c.peccatum, §.11.nu.2.& ſeqq. de reg. iur.in 6.* Molin.*de iuſt.& iur.lib.1.diſp.4.*& pulchre exemplificat Grotius *de iure belli, lib.1.c.1.n.10.* quia tamen idiotæ pertinaces & tenaces ſui propoſiti exiſtunt propter indigeſtam rationem, recte ijs applicatur ſcitum illud Senecæ *de vit.Beat.*dictum, ſtat contra rationem,puta legalem &iuridicam, defenſor mali ſui populus, at nos rationem cerebrinam in ſcholis non attendimus, vmbratilem in foro non recipimus, atque ab affectibus & paſſionibus in praxi imperatam relegamus,& tanquam periculi plenam merito damnamus atque exarmamus, eo magis, quod nec ipſa ratio naturalis non eſt recta in omnibus hominibus, *cap. quia diuerſitatem,*ibi Gloſſ.*de conceſſ.præb.*ſed tantum illa,quæ à Deo eſt, Gloſſ.*in §.ſed naturalia. Inſt.de iur.natural. gentium & Ciuili.* Hinc multa, quæ impedita natura ſunt, inquit Liuius *lib.25.* conſilio expediuntur,eapropter

propter natura & ars in dijudicatione cauſarum concurrere debent, ſic tamen, vt arti palma detur, licet natura potiora ferat, quæ iuxta Ariſtot. *6. politic.* multa experientia indiget, ſingulorum initium, inquit Sareſb. 6.17. progreſſus ab vſu, ab arte perfectio, qui autem artem non habent, in labyrinthum erroris incidunt, qui priùs iudicant, quàm intelligunt, vt ex Decio refert Zaſius *lib.1. conſil.3. n.13.* iunctis traditis per Viuium *deciſ.178. num.13. & ſeqq.* & deficiente ratione, puta legitima, non prudentia, ſed fatuitas cenſenda eſt, Felin. *in cap. ne innitaris, x. de conſt.* vani geſtiunt, inquit Proſper *3. de vita contemplat. cap. 10.* docere, quæ neſciunt.

7. Prædictis accedit, quod hodie, dum abundant delicta, & multiplicata ſunt peccata, amplius viui non poſſit iſtis tribus legibus, quibus Mundus vſus fuit ante legem Moſaicam, ſcilicet naturali communi, item naturali rationali, quæ nihil aliud quam ratio naturalis, item iure gentium, Hoſtienſis *in proœmio ſummæ, num. 6.* ſicut Ius cœpit à ruina Angelorum, Felin. *in Rubr. de conſtit. in fin.* & conſequenter hodie ruente Mundo ad interitum atque improbitates, permaxime opus eſt legibus, & ad eas gubernandas Iuriſconſultis, qui ex habitu Iuriſprudentiæ de negotijs ciuilibus particularibus reſpondere, & quid in illis iuſtum vel iniuſtum ſit, oſtendere poſſunt, habitus autem & ars ipſa eſt comprehenſio præceptionum vniuerſalium, quæ artifex rebus indiuiduis applicat & accommodat, quomodo & Ariſtoteles *lib. 1. Metaphyſic.* artem fieri ait, cum ex multis experientiæ conceptibus vna de ſimilibus oritur exiſtimatio, Peckius *ad Rubr. tit. de regulis iuris in 6.* Rationem vero ad omnia indiuidua recte accommodare, & ſecundum eandem diſcernere & iudicare, hoc demum prudentis eſt, quia ad prudentiam non ſolum pertinet conſideratio rationis, ſed etiam applicatio ad opus, qui finis eſt practicæ rationis, nemo vero poteſt vnum ad aliud applicare, niſi vtrumque in particulari perſpectum habuerit, ſiquidem Delrio *lib.2. quæſt.20. diſquiſition. magicar.* definit prudentiam eſſe habitum facientem nos promptos, vt eligamus media fini alicui accommodata. Hinc mente qui prudente pollet, ait Euripides 15. Magiſtratum gerat; nam licet ratio ſit primò & principaliter rerum intellectualium, poteſt tamen per habitum prudentiæ vniuerſales notitias ad particulares actiones applicare, quemadmodum Iuriſconſulti in ſcholis & foro edocti faciunt, & quæ in genere vel thetice æqua, an & in hyotheſi talia, & quomodo accommodanda ſint, diſcernunt, prudentia igitur & in Doctoribus & Prælatis maxime neceſſaria eſt, de quo pulchre Viuius *deciſ.123. num.26. & ſeqq.* ſicut enim equus indomitus, licet natura bene compoſitus ſit, idoneus eſſe non poteſt ad eas vtilitates, quæ deſiderantur in equo, ita nec homo ad virtutem peruenire poteſt ſine doctrina, vti ex Cicerone refert idem Viuius *deciſ.270. ſub num.11.* ita nec ars abſque ſtudio, ars autem dux certior, quàm natura eſt, Cicero *4. de finib.* Hæc igitur cum prudentia coniuncta, meliùs omnia diſponet & diriget, eſt enim prudentia intellectus & delectus rerum, quæ publicè, quæq; priuatim appetendæ aut fugiendæ ſunt, Lipſius *1. Polit. c.7.* quæ ordinat præſentia, prouidet futura, & recordatur præterita, authore Seneca, iuncto pulcherrimo textu *Sapient. cap.8.*

Quam-

Digitized by Google

8. Quamuis itaque ornare illuſtrareque orationem ſit artis & naturæ, ſcire tamen quandoquidem deceat, prudentiæ ſolius eſt vt ait idem Cic. 2. *oratore*. ſic & actus noſtri, ne naturalis libertas nimium laſciuiat, ordinantur, limitantur, modum & formam, ritus & mores accipiunt à lege, quod ipſum pulchre inſinuat Perſius cum in Marci *liber. perſono. dicit.*

Cur mihi non liceat, iuſſit quodcunq; voluntas.
Excepto ſi quid Maſuri rubrica notauit.

hoc eſt niſi Maſurius Sabinus Iuriſconſultus in lege ſua prohibeat, prudentis autem & perfecti Iuriſconſulti eſt, illud ipſum iuxta temporum & perſonarum conditionem prohibere, pars enim eſt primæ prudentiæ ipſam, cui præcepturus ſit. æſtimare perſonam Pallud. *de re ruſt.* 1. *tit.* 1. Prudentiam verò ſequitur cõſiderata actio, Cic. 1. *offic.* hinc Germani dicunt, hab Rhadt für der that/ quippe & in moralibus prudentiæ munus in genere eſt, per ſe de medijs, quę ſunt ad finem, diſponere dirigendo nempè alias virtutes morales circa media ad earũ fines obtinendos accommodata, vt autem prudentia aptè dirigat alias virtutes circa media, tria præſtare debet, primum eſt, conſultare ſeu inquirere media, quod eſt inuentionis, alterum eſt, dirigere ſeu potius diſcernere quę ſunt aptiora ad finem, quod eſt Iudicij, tertium eſt præcipere, vt quæ inuenta & delecta ſunt perficiantur, quod eſt imperij, vide D. Thomam 2. 2. *quæſt.* 47. & quod in omni actione tria tenenda ſint ex Cic. tradit Viuius *deciſ.* 190. *nu.* 4. quæ non ita præſtabunt indocti, quippe artes duabus rebus conſtant, ratiocinatione & opere ſeu exercitatione, non licet autem vllius ſcientiam nanciſci, niſi & methodum habueris per vniuerſalia, vocata theoremata, & in particularibus exemplis te exercueris, ars ſiquidem facilem, natura potentem, vſus autem promptum reddit artificem, Lucas de Pen. *in l. agentes, Cod. de princip. agen. in rebus*, hinc de experientia multa præclara tradit Martin. Monter. à Cueua *in præfat. deciſ. & aliqua in d. cap.* 4. *à me dicta fuere*, quapropter iuxta Apoſt. 1. *Corinth. cap.* 2. ſapientiam loquamur inter perfectos, imo vſus frequens omnium Magiſtrorum præcepta ſuperat, & ſtylus eſt optimus & præſtantiſſimus dicendi effector & Magiſter Cic. 1. *de orat.* vnde vulgo dici ſolet.

Ediſcas vſum quamuis perceperis artem.

Conſimiliter Ant. Faber. & Pinellus *in l.* 2. *Cod. de reſcind. vend. p.* 2. *cap.* 4. *numer.* 2. Praxin abſque Theoria mancam & periculoſam eſſe, dixerunt, quod ego ſæpius in praxi in multis verum comperi, ideo coniuncta eſſe debent, ſiquidem ciuilis ſcientiæ finis non eſt tantum in cognitione, ſed & in actione, & in practica conſiſtit, teſte Ariſt. vnde dixit Natta *conſil.* 1. *num.* 1. *& ſeq. tom.* 1. quod in noſtra ſcientia ſcire, non eſt propter ſcire tantum, ſed etiam propter operari ſummatim, faciunt contra præfatum rationis abuſum, quæ tradit Coſtal. *in proœmio aduerſariorum ſuorum*, ad quem breuitatis cauſa ſit remiſſio, hoc ſolum addito, quod cuius eſt conſiderare finẽ, eiuſdem eſt iudicare de his, quæ debẽt ordinari ad finem, ratio autem eorum, quæ ordinantur ad finem, ſumitur ex fine, debet enim intendens aliquod bonum, eligere finem, & ea, quæ ſunt congrua fini, & tollere ea, quæ finem impediunt, quod in noſtra ſcientia non eſt cuiuſuis ſed bene in ea verſati hominis, quippè vſu ratio ſplendeſcit, & ſimul prudentia, quia vt docet S. Bernardus *ſerm.* 49. *in cant.* prudentia non eſt

Digitized by Google

tam virtus, quam quædam moderatrix & auriga virtutum, ordinatrixque affectuum, & morum doctrix, iunctis traditis per Breſſerum *de conſcientia lib. 2. cap. 1.* vbi docet, eandem eſſe conſcientiam & rectam rationem, nam conſcientia eſt dictamen ſeu iudicium practicum, nec aliud poteſt eſſe ratio, quæ dicitur recta, deinde quod rectitudo rationis conſiſtat in conformitate cum appetitu recto in ijs, quę ſunt ad finem, quia poſito appetitu ſeu intentione finis, rectæ rationis eſt præſcribere media conuenientia dicto fini, ſeu quod idem eſt præfato appetitui, quia poſita intentione finis ante electionem mediorum, opus eſt peculiari auxilio & conſilio rationis, quæ præmiſſa deliberatione de varijs medijs aliqua ad illum conſequendum præſcribat, illa autem eſt vera ac recta ratio, ac prudens conſiliũ, & quia ex parte intellectus nihil aliud requiritur a Iactũ bonum naturaliter quam vt fiat prudenter, ſeu iuxta dictamen & iudicium prudens, inde fit quod prudentia & recta ratio vndique pro eodem ſumantur, vbi ad propoſitum oſtendit, quod ſpeculatiuè ratio nõ ſit vera ſeu recta, nam etſi & hac prudente, aliquid iudicatur bonum niſi à parte rei tale ſit videlicet ſecundum bonitatem materialem, tamen practica per conformitatem, non ad rem, ſed ad appetitum electum, &c. vide latius ibi & quomodo conſcientia & ratio differant & conueniant.

CAPVT II.

De differentia rationis, naturæ & iuris naturalis & quomodo ſymboliſent.

1. IVs naturale & rationem naturalem ſæpe cõfundi videmus, naturale quoq; ius dicatur, quod naturalis ratio ſuadet Vaſq. *lib. 2. conſ. cap. 51. num.* 10. & 44. ab effectu rationis naturalis concludit, quæ ſi vera exiſtat, eius contrarium fieri minime aliquando, aut nunquam poterit, *& cap. 27. num.* 11. dicit ius naturale nihil aliud eſſe, quam recta ratio ab ipſa natiuitate & origine humano generi à Deo innata, quo cap. diſputat an Deus diſpenſare poſſit cum præceptis Decalogi, ſed quidquid Dei voluntatę fit, contra naturam non fieri, rectè dici poſſit, alias quomodo ius naturale ſit immutabile vel diſpenſabile, ſatis oſtenſum fuit ſuperius, *de clementia cap. vlt. quibus* adde Ferdinandum de Caſtro *de virtutibus & vitiis tract. 3. de diſpenſatione legu diſp. 6. puncto* 2. an diſpenſatio cadere poſſit, in his, quæ Iuris naturalis & diuini ſunt, & explicatur ibi ius naturale, tum fundatum in voluntate humana, tum in diuina tum in conuenientia rerum, & reſpondet ad textus Iuris diuini *Geneſ. 22. Oſea cap. 2. Exod. ca.* 12. allegatque Couar. *in reg. peccatum* 1. *2. cap. 6. §. 9 n.* 3. Suarez *de legibus lib. 2. cap. 14. num. 5. vbi plures refert & cap. 15. num. 2. & 26.* Sanchez *de matrimonio lib. 8. diſp. 6. num.* 4. quos per te videre poteris, ſymbolizant enim cum propoſitis, quia vt teſtatur Pater Buſæus *de ſtatu hominum lit. N. de naturæ ſtatu cap.* 1. quod inter naturam & inter naturæ legem, & rationem, tanta ſit affinitas, vt ſacra ſcriptura illas voces promiſcue vſurpare videatur, ſicuti quando dicimus hoc vel illud vitium eſt contra naturam rationalem, ſeu contra rectam rationem, quemadmodum prohibitio Iuris naturæ, reſpectu peccatorum, conſiſtit in ipſa diſconuenientia rei cum natura rationali, quod proſequitur Bonacina *tract. de peccatis diſp. 2. quæſt. 2. puncto 1. propoſ. 1. num 3 & ſeqq* ſicuti cum frigus dicitur eſſe contra naturam ignis, quia contrarium

Digitized by Google

trarium eſt formæ & naturæ ignis, ita peccatum dicitur contra naturam hominis, quia opponitur rectæ rationi hominis quæ fundatur in anima rationali, vt rationalis eſt, quæ eſt forma hominis ſeu natura creaturæ rationalis, cum ergo recta ratio dictet quid faciendum, quidue fugiendum ſit, ſequitur quoties fit aliquid contra dictamen rationis, rationis, dicatur fieri contra naturam hominis vt homo eſt ſeu quatenus ratione vtitur, & ita explicandi ſunt DD. dum aſſerunt peccatum eſſe contra naturam hominis, ſed ex traditis ſuperius de dubijs patet, ſicuti memini me legere apud Theologos, quod non delinquamus vitio naturæ aut rationis, ſed voluntate, inde tamen non conuellitur doctrina Bonacinæ, quia dum peccatum voluntate perficitur, dubium non eſt, quod ſit contra rectam rationem peractum, & quidem contra ius naturæ primæuum, quod nihil aliud eſt, quam quidam naturalis inſtinctus & ratio non datiua, ſed natiua, ſuadens honeſta, & diſſuadens contraria, & id ius naturale Cic. naturam appellauit, qui in Catone maiore, ait, natura dux optima & 1. *offic.* naturam ducem ſi ſequamur nunquam aberrabimus, *vti cap praced. ex Vaſquio doctum fuit*, quem Ciceronem nempe in pluribus locis allegat idem Vaſq. *lib.1. contr. cap.* 10. *num.* 18. licet dici poſſit, quod ſecundum naturam viuere eius ſit, qui nondum credidit, vt ex Iuſtino refert Grotius *de iure belli lib.1. cap.2. n.6.* ille poteſt viuere ſecundum rectam rationem naturalem ſeu, ſecundum naturam, quæ natura in hominibus intelligitur, quatenus eſt rationalis & non brutalis, quid enim aliud eſt humana natura quam humanitas, ſic cum haud pridem dicerem alicui ſuſtinenti contractum annui cenſus tũc extingui, quando penſiones ſummam capitalem aſcendiſſent (textus autem obmotus loquebatur de vſuris) hoc eſſe contra naturam, replicabat vel naturam de penſionibus nihil ſciuiſſe, ille naturam penſiones cognitas non habuiſſe, & conſequenter non poſſe dici contra naturam, naturæ non attinet repugnare ait Cic. 1. *offic.* nec quicquam ſequi quod aſſequi non queas, quod nihil decet inuita, vt aiunt, Mineruа, hoc eſt repugnante natura, ita Vaſq. *de ſucceſſionum reſolut. lib.* 1. §. 4. *ſub num.* 8. quaſi vero non poſſit dici contra naturam, quod rationi naturali aduerſatur, imo accurate oſtendit Scaccia *de commerciis & cambio* §. 1. *q.7. ampliat.* 19. *nu.* 14. *& ſeqq.* quod lex humana deriuetur, & influat à Iure naturæ, ſitque illius pars, & differat vt pars à toto, & riuus à fonte, generatum à generante, & contraria diſſoluit.

Porro ius præmium appellari naturam vel ius naturale docuit Vaſq. *d. loco &* §. 1. *queſt.* 1. *num.* 48. *& ſeqq.* diſtinguit inter ſtatum naturæ incorruptæ & lapſæ, vide illata ſupra de dubijs, Grotius *de iure belli ca.1. nu.* 10. dicit, ius naturale eſſe, dictamen rationis, indicans actui alicui, ex eius conuenientia vel diſconuenientia cum ipſa natura rationali, ineſſe moralem turpitudinem, aut neceſſitatem moralem & conſequenter ab Auctore naturæ Deo talem actum aut vetari aut præcipi, hinc *cap* 2. tradit, iniuſtum id demum intelligi, quod neceſſariam cum ratione naturali ac ſociali habet repugnantiam. 2.

Fatendum tamen, quod dictio, Natura varie accipiatur, ita & pro ſtatu ſeu conditione Zaſius *in l. inter ſtipulantem §. ſacram. ſub num.* 7. *ff. de verb. oblig.* vt cum dicimus, eſt natura contractus, quid autem dicatur na-

tura, doctè explicat Card. Mantica *de tacitis & ambiguis li.1.tit.13.n.3.& ſeqq. ad quem breuitatis cauſa ſit relatio*. hoc addito ex S. Auguſt. *ſerm.1. ad fratres in Erem.* quod natura omnes æquales genuerit, inæqualitas, quæ acceſſit ex vitio, eſt ordinata ex Dei iudicio, vnde nos oportet obedire hominibus, fatendum quoque eſt quod ius naturale & ratio plane differat, & tantum largo modo ſumptum ius naturale dicatur, omnis ratio autem vel æquitas vel inſtinctus naturæ eſt Ant. de Petra *de poteſt. Princip. cap.3. quæſt.3. num.*40. & dicitur ita ratio, quia nobis à natura indita & innata, vnde & naturalis nomen adepta eſt, & ſic quaſi natura dici poteſt, quemadmodum non omnia, quæ ratio naturalis ſuadet, Iuris gentium ſunt, ſed ea ſola, quæ ipſa ratio inter omnes gentes conſtituit, § *ius gentium verſ. quod vero inſtit. de naturali gent. & ciuili*, differentiam tamen iuris naturalis & rationis naturalis videre poteris in exemplo apud Sarmientam de reditibus Eccleſiæ *p.3.c.4.nu.7.* vbi docet, quod parentibus debeantur alimenta, non iure naturæ, ſed ratione naturali, nam vt parentes alantur non natura ipſa ex prima intentione (quippe ſic & animantibus hoc ipſum foret commune, quæ tamen parentes non alunt) ſed per accidens ſit, & ſic voluit Bart. dicere filijs debentur alimenta lege naturæ, quæ animantibus eſt communis, parẽtibus vero lege naturali, id eſt ea lege, quæ non omnibus animantibus ſed illis, quæ ratione vti poſſunt, communis eſt, ſic videmus *in prin. inſtit. de nupt.* quod ratio naturalis & ciuilis ſuadeat, vt filij in contrahẽdis nuptijs adhibeant conſenſum parentum, adeo vt ſecus faciendo peccent mortaliter, iuxta Theologos de quo bellè Gutierrez *in quæſt. Cano. lib 1. cap. 20.*

Veruntamen matrimonium ſine illorum 3.
conſenſu contractum ſecundum *Concil. Trident.* validum eſt, & ſic ſubintrat regula multa fieri prohibentur, quæ facta tenent, *l. patre furioſo ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris ibi DD.* neque omnia quæ iuri naturæ repugnant, irrita fieri iure naturæ, ſubtiliter probat Grotius *de iure belli lib.2. cap.5. n.*10. confer tradita per Breſſerum *de conſcientia li.1.c.11.* quod lex naturalis ſumatur, 1. latiſſimè, vt tam latè ſe extendat ac natura, & cõueniat omnibus creaturis, 2. minus latè vt tantũ conueniat animantibus, ſeu naturę animali, 3. ſtrictè ac propriè, vt tantum conueniat hominibus ſeu naturæ rationali, ita vt lex naturalis ſit lumen naturæ, ſeu dictamen rationis, quo naturaliter aliquid indicatur, ſub peccato faciendum vel non faciẽdum, vbi hoc ipſum pulchrè demonſtrat, & *cap.12.* quæ ſit natura, inclinatio & ſynthereſis, & *cap 13* an conſcientia ſit lex naturalis, & *lib.2. cap 4.* vbi & ex D. Thoma rationem à natura diſtinguit, & bonum & malum in moralibus dicitur, quod conuenit rationi vel diſcordat ab ea, & latius de prædictis in locis præcitatis, at ex Cic. quod vera lex ſit, recta ratio naturæ congruens.

CAPVT III.

De definitione rationis.

RAtio eſt dictio æquiuoca, iuxta Phi- 1.
loſophos vero eſt quidam motus animi viſum mentis æquans vel æqua falſis, vt colligitur ex Ariſt. 3. *de anima* & alibi, iuxta Senec. *Epiſt.* 66. eſt naturæ imitatio, verum apud ICtos. variè accipitur, prout videre licet apud Lucam de Penna *in l. prius n 1. Cod. de iure fiſci*, vbi inter cætera ad noſtrum propoſitum dicit, quod ratio ſit propriè animi quidam motus viſum mentis acuẽs, veraque à falſis diſcernens, quippe omne quod

quod ratione naturali vti poteſt, habet iudicium, quod quidq; decernat, eius definitionē ex S. Aug. deſcribit Viuius *deciſ.358.ſub n 2.verſ. & ratio iſtorũ, &c.* quod ſit aſpectus mentis, quæ bonum malumque diſcernit, virtutes eligit, Deum diligit, ex D. Thoma vero, quod ratio ſit natura intellectualis obumbrata. & ratio ipſa, vti eſt pars prudētię, ſit diſcurſus intellectus, quo applicantur vniuerſalia principia agibilium ad particularia varia & incerta agibilia, *in qua deciſ. quadam pulchra de ratione,* quod ea hoc poſtulet iuxta Cic. *lib. off.* ne quid inſidioſe ne quid ſimulate, ne quid fallaciter fiat, imo teſtante eodem Cic. *lib. 2. Tuſc. quæſt.* præſto eſt domina omnium & regina ratio, quæ connexa per ſe & progreſſa longius ſit perfecta virtus, fortes etiam non modo fortuna adiuuat, vt eſt in veteri prouerbio, ſed multo magis ratio, quę quibuſdam præceptis confirmat vim fortitudinis, item ratio & intellectus dicuntur lux hominis, qui illumināt hominem ad cognitionem Creatoris & creaturæ, dicuntur autem propria lux hominis, quia ſolus homo arte & ratione viuit, licet in nobis duplex ſit virtus rationalis & ſenſualis, ſenſus ita ſumptus ſemper aduerſatur rationi, quia vt dicit ſcriptura, caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, quando autem ſenſualitas vicit rationem, tunc homo eſt in malo ſtatu regiminis, & efficitur beſtialis, vnde Alb. Magnus *ſuper 3. de anima dicit,* turpe eſt nobis abijcere regimen ſuperioris, & induere regimen inferioris virtutis, quod nobis cōmune eſt cum beſtijs quod Chriſtianus ratione & gratia diuina ſuperare debet, cum inclinationem & ingenium ſuum ad malum inclinatum ſciat iuxta illud Perſij Satyra 5.

Stat contra ratio, & ſecretā garrit in aurem
Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo.

Eſt quippè animus in duas partes diſtributus, quarum altera rationis eſt particeps, altera expers, cum igitur præcipitur, vt nobis ipſis imperemus, hoc præcipitur vt ratio coerceat temeritatem, & latius Cic. *d. loco,* quod imperet ſenſibus, quodque nihil mente & ratione ſit melius, nihil diuturnum niſi cui ſubeſt ratio, nam neque decipitur ratio, nec decipit vnquam, irrideat igitur ſi quis vult, plus apud me ratio valebit, quam vulgi opinio.

Porro in hac materia notandum, quod 2. ratio debeat eſſe generalis & neceſſaria Pacian, *de prob. lib. 1. cap* 10. *num.* 84. *quod & hoc tit. ex Surdo probatum extat,* multa alia moralia de ratione tradit quoque Damhaud. *in ſelectis ſuis ſententiis verb. ratio vbi & ex Senec. Epiſ.* 76. quod bona illa ſint vera, quæ ratio dat, cætera opinione bona ſunt, Verum quid ſit ratio præter, *DD. in l. non omnium ff. de legib. vide Bald. ibidem & in l. omnes populi col.* 7. *verſ. tertio quæro ff. de iuſt. & iure,* vbi dicitur vrgens diſputatio, & prudens demonſtratio, & differt à cauſa, quæ eſt id, ex quo vel per quod, vel ex quo, vel propter quod aliquid fit, vnde ſæpe in DD. legitur quid cauſæ eſt, & accipitur cauſa pro animi impulſu ad aliquid agendum, & differt ab occaſione, quæ tamen & remotiſſimam cauſam ſed non rationabilem continet, vnde vulgo dicitur, qui vult diſcedere ab amico cauſam quærat, hoc eſt quærat cauſam remotam & non veram Barboſa *in cap. ſua nobis num.* 2. *&* 3. *x. de confirmatione, &c.* de occaſione vero agit Tiraq. *in d. tract. ceſſante cauſa limit.* 13. *numer.* 3. *& ibi limit.* 20. quæ dicitur cauſa remota & proxima, *cuius effectum quoq; vide ſupra de*

negligentia cap. 6. & 7. ſicut & dicitur quod cauſa prima inſpicienda eſt à quo poſterior formatur euentus, iura allegat Crauet. *conſ. pro genero num. 33. & ſeqq.* & dicitur actus conſecutiuus à primis cauſis regulari, vnde *num.* 403. infert, quod nulla ſit ſententia, quæ ex nullo proceſſu fertur, *& conſ.* 962. *num* 1. ibi Iura, quibus probatur cauſam primam inſpiciendam eſſe, nam effectus rerum regulantur ex cauſis originalibus, Tilmannus de Benignis *Syntag. 2. deciſ. Cam. Imp. 4. num. 3. & ſeqq. vbi plura illata.* & rurſus Crauett. *conſ.* 435. *num.* 11 *&* 34. vbi ſimul docet, quod prima cauſa inſpicienda ſit, quæ magis influit in effectum, quam alia cauſa poſterior, quia iuxta Philoſ. omnes cauſæ ſequentes ſubalternantur primæ, ſic redimens rem ex pacto, dicitur eam habere ex cauſa prima, non ex titulo redemptionis, quia redemptio dicitur tantum executio illius pacti, vide illata, ratio vero eſt gerendorum ordo ex cauſa venientium, vnde cauſa poteſt eſſe ſine ratione, ſed ratio non poteſt eſſe ſine cauſa, hæc eſt de præſenti aut præterito, ratio vero de futuro, prout prædicta latius probat Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa in pr. nu. 2. & ſeqq.* vbi tamen fatetur, vtrumque ſæpè apud Iuriſconſultos confundi, & promiſcue accipi, maximè tunc, quando dicimus, ceſſante cauſa, ceſſat effectus, quemadmodum de illis ita ibi agere fatetur.

3. Prædicta quoque probat Mantica *de tacitis & ambiguis. lib. 3 tit. 12. num 3. & 4.* ibi & quomodo differant, quod cauſa finalis non multum diſtare videatur, quia nihil aliud eſt, niſi ratio cur aliquid fiat, & ratio eſt illa quæ regit omnes actus humanos, quod latius proſequitur Lucas de Penna *in l. ignominia Cod. de his qui non impletis ſtipendiis ſacramento ſoluti ſunt*, ibi de differentia, & quot modis cauſa ſumatur, & illud ſatis morale, quod in quolibet negotio neceſſaria ſit cauſa, ita vt etiam Deus, qui quod vult facere poteſt, reddat cauſas eorum, quæ agit, ne iniuſte facere, videatur iuxta illud Pſalmiſtæ, *vt iuſtificeris in ſermonibus tuis & vincas cum iudicaris vt ait*, S. Hieron. *ſuper Ier. c. 11.* pulchrè quoque Zaſ. *in d. l non omnium nu. 8. & ſeqq.* quod ratio dupliciter conſideretur, aliquando capitur pro certa demonſtratione veritatis, & tum ratio eſt alicuius facti vel dicti certa & indubitata confirmatio, vel ratio eſt, qua intellectus ex certis principijs ſenſitiuis vel intellectiuis procedit ad aliquid neceſſario concludendum, & hoc eſt, quod ratio à rato dicatur, quia facit diſpoſitiones ratas, firmas, ſtabiles, vbi exemplificat rationem hanc tanquam primi generis ſimpliciter probare, rationem autem ſecundi generis non ſimpliciter, ſed ex deſtinatione hominis certam eſſe, & fundari præſumptionibus & coniecturis vide ad eum, iunctis traditis per Farinac. *lib 3. tit. 7. quæſt. 70 cap. 1. per tot.* de teſtibus deponentibus ſine ratione & cauſa ſcientiæ, in quibus caſibus non probent, vbi *& num.* 10. quod ratio dicatur bona, quæ eſt congrua, concludens, neceſſaria, generalis, vera & manifeſta *& cap.* 2. de teſtibus deponentibus ſine ratione & cauſa ſcientiæ, in quibus caſibus probent, *& cap.* 3. qualis debeat eſſe ratio & cauſa ſcientiæ ad hoc, vt dictum teſtis ſuſtineatur, & probet, quæ omnia & ſingula in praxi quotidiè occurrunt, ibi *& cap.* 4. diſcutitur, an bona ſit ratio, quando teſtis dicit ſcio, quia ſum vicinus, vel conſanguineus.

CA-

Digitized by Google

CAPVT IV.

Quomodo cognoſcatur quæ ſit melior ratio, & an & quando verbis præualeat?

1. HOc ipſum ſuccinctè tradit Stephanus de Phede *tract. de interpret. legum p. 3. §. extrema num. 67 per aliquot regulas*, quarum prima eſt, quod illa ratio efficacior dicatur, quæ eſt ſecundum ius naturale, quam quæ eſt ſecundum ius ciuile, ſic & Ferd. à Caſtro *de virtutibus & vitiis tract. 3. de ceſſatione & interpretatione legis diſp. 5. puncto. 3. §. 3. num. 7.* docet, quod in interpretatione legis ad inueſtigandam mentem legiſlatoris, proprietas verborum naturalis potius, quã ciuilis ſeruanda ſit, vbi tamen *num. ſeqq.* declarat hoc procedere, in materia fauorabili, in qua & naturalis & ciuilis ſimul ſeruatur, prout ibi ſatis clarè exemplificat, & per totum, quæ regulæ ſeruandæ ſint in interpretatione legis, ſecunda regula eſt, quod ratio efficacior ſit, quæ eſt ſecundum ius diuinum, quam quæ eſt ſecundum ius Canonicum, Tertia reg. eſt, quod quæ eſt ſecundum æquitatem ſcriptam, quam quæ eſt ſecundum rigorem, Quarta regula, quod illa ratio efficacior ſit, quæ eſt ſecundum mentem, quam quæ eſt ſecundum verba, Quinta, quod ſit efficacior, quæ eſt ſecundum verba, quam illa quæ eſt ſecundum ſimilitudinem, quia hæc fallax eſt, ratio autem concludens eſſe debet & neceſſaria, hoc eſt talis, qua poſita ponatur dictum, & è contra eã remotã remoueatur dictum Surd. *deciſ. 84. num. 7. quæ latius exornantur in eodem*, Surd *conſil. 100. num. 16.* vbi dicit, ratio vt ſit bona, debet eſſe generalis, neceſſaria, & concludens, ita vt poſita ratione, ponatur dictum, vt autem ratio neceſſaria ſit, debet eſſe talis, vt illa deficiente, deficiat & lex, ipſa vero ſubſiſtente, ſubſiſtat lex, quemadmodum ratio non concludens non probat, nec dicitur bona, quæ generalis non eſt, ſed patitur inſtantiam, prout ibi prædicta accommodantur.

Sexta Regula, quòd ratio ſit efficacior, 2.
quæ eſt ſecundum regulam Iuris, quam quæ tenet vt ſit ſpeciale, Septima eſt, quando non conſtat de euidentioribus rationibus, tunc illa eligenda eſt, quæ eſt tutior, prout ſingula ibidem probat, & Rurſus Surd. *deciſ. 19. num. 1.* quod ratio legis magis attendatur, quam diſpoſitio, ſicuti *cap. 1. ex Crauett. probatum extat*, quod ratio ſeu cauſa dicti magis attendatur, quam ipſum dictum, quod ſuadetur quoque pluribus rationibus, prima quod potior eſt finis quam ea, quæ ſunt ad finem teſte Philoſopho & iuxta illa *Eccl. cap. 7.* melior eſt finis, quam principium, atqui dicta ſeu verba propter mentem ſignificandam, non mentem propter verba, ipſa natura conceſſit, *l labeo ff. de ſupell. legata*, negari enim non poteſt, quin ratio menti vicinior ſit, quam verba, quia omne agens ſecundum rationem agit propter finem, ſecunda, ea quę per ſe ſubſiſtũt, potiora ſunt, quam ea, quæ ab alio dependent, atqui vero verba dependent à ratione, & ſecundum eandem regulanda ſunt, tertia, quæ ſunt ſimilia melioribus, potiora ſunt ijs, quæ ſunt ſimilia deterioribus, iam vero rationis præſtantia ex prædeductis patet, ratio ſiquidem optimum hominis bonum eſt, ratio nos à brutis diſcernit, ratio res Dei eſt, inquit Tertul. *de pœnit. cap. 1.* quia Deus omnium conditor nihil non ratione prouidit, diſpoſuit, ordinauit, nihil non ratione tractari, intelligi, voluit, & Tiraq. *in prima parte tract. ceſſante cauſa nu. 134. & ſeqq.*

Digitized by Google

& ſeqq.citat. Panor. aſſerentē, quod ſic ſe habeat ratio legis ad eius verba, ſicut anima & corpus, vnde ſicuti anima dominatur corpori, ita & ratio verbis, ac proinde quod maiori nititur ratione, vt inquit, Zaſ. *lib.* 1. *conſ.* 5. *n.* 82. maiori fulciri debet authoritate, verba autem ſunt voces vel literæ, litera occidit, ſpiritus vero viuificat *gloſ. in l. nō dubium C. de legibus* vbi Iaſon. *n.* 4. notabilia Doctorū dicta de ratione refert, ꝙ verba intentioni ſeruire debeant, non è contra, quodq; non in ſuperficie, nec in folijs verborum virtus conſiſtat, ſed in medulla, & ſicut animus præfertur corpori, ita & mens verbis præfertur nec in cortice, ſed vitia penetralia cordis rimari debent, citatque Salic. dicentem, ſileant qui ſcripturam tantum diſcurrunt, & propter ſtomachi frigiditatem contenta digerere non poſſunt, vnde nata eſt vulgata Theorica, quod volūtas Teſtatoris ſemper attendenda, & ſeruanda ſit magis, quam verba, Textus *in l. ſi quis filium* ibi late Iaſon *C. de liberis præt.* ea propter textus *in c. intelligentia de verb. ſignif.* dicit, quod intelligentia dictorum ex cauſis dicendi aſſumenda ſit, quia non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus, *d. l. labeo cum concord.* verba intellectui, non intellectus ſermoni accommodandus eſt, *l. benignus ff. de legibus d. cap. intelligentia*, nec à ſenſu legis recedendum eſt, vt proprietas verborum ſeruetur, *l.* 3. *C. de liberis præter cap præterea de verb. ſignif.* quia non in folijs, ſed in ratione & ſenſu legis conſiſtunt, *cap. Marchio* 1. *quaſt.* 1. attamen vera ratio ad oculum demonſtrata ſæpiſſime negligitur, ſeu parum attenditur vnde Ouuenus.

Tempore quod noſtra ratio ſit recta, dolendū eſt,
Eſſet gaudendum ſi foret illa regens.

Quia quod ratione caret extirpandū eſt *ca. Chorepiſcopi diſt.* 68.

Porro ſciendum eſt, quod à verbis clăris non ſit recedendum, etiamſi mens & ratio aliquo modo repugnare videantur, vti exornatur in Nicol. Euerh *Iun. vol.* 2. *conſ.* 2. *n.* 3. *& ſeq.* quod rurſus declaratur *in ſeq.* niſi ratio & mens ex ipſis verbis colligi poſſit, *& nu.* 20. dicit, quod vbicunque verba ſunt dubia, vel trahi poſſunt ad plures ſenſus, tunc mens cōſulenda & ſequenda eſt, etiāſi verba improprianda forent, quia per viuam rationem interpretamur ſcripturas dicit Bald *in cap.* 1. *nu.* 15. *de conſtitut.* & illa interpretatio, quæ fit per punctum rationis, dicitur neceſſaria. idem Bald. *conſ.* 411. *nu.* 1. *vol.* 1. ſunt autem tria, quæ vnū & idem operantur ſcilicet verba, ratio & mens, nam talis vnuſquiſque in mente præſumitur, qualis per cauſam diſpoſitionis oſtenditur, at mens magis conſtat ratione, quam verbis, quæ latius exornantur per Manticam *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 4. *& ſeqq.* vbi quoque docet, quod Teſtatoris vel alterius diſponentis voluntas ratione probetur & demonſtretur, ita etiam vt eadem ratione ſubſiſtēte caſus omiſſus habeatur pro expreſſo, idem *tract. de tacitis & ambiguis conuent. lib* 3. *tit.* 12. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi etiam exornatur. 3.

Sed quid ſi ratio ſit cerebrina, coniecturata, præſumpta, incerta, impulſiua & c?nam hiſce caſibus prædicta non vidētur procedere. ſed tunc demum, vbi cauſa & ratio legis eſt clara, quia expreſſa in lege vel in proœmio legis, *l. fin. ff. de hered. inſtit.* Bart. *in l. ambit ff. de dec. ab ord fac.* vel etiam tunc, quando ratio fortiſſimis argumentis comprehendi poſſet, vt dicit, *gloſ. in l. quamuis, Cod. de fideicom. arg. l.* 2. *Cod. liber. & poſt h.* alias namque rationem ex capite noſtro inuenire non debemus, nec à verbis expreſſis receden- 4.

Digitized by Google

cedendum eſt, propter rationem incertam, *l. non aliter, ff. de legat. 3.* cum ſimilibus: imo, & ſola voluntas Teſtatoris pro ratione ſufficit, Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 7. n. 53. & ſeq.* Notandum tamen, quod mens vel voluntas noſtra in vitijs potior ſit diaboli poteſtate, iuxta illud S. Bernardi, Diabolo noſtra nos mancipat voluntas, non ipſius poteſtas, mens autem alicuius mala & tacita quomodo probetur, late tradit Marcellus Cala *de modo artic. & probandi, §. vn. n. 1352. & ſeqq.* & quod voluntatis noſtræ triplex reperiatur differentia, Anton. Faber *in Cod. de verbor. ſignific. defin. 15.* mens vero & voluntas quomodo diſtinguantur, docet Raudenſis *de Analogis lib. 1. cap. 34. ſub num. 249.* verum potior erit ratio, quæ ex verbis colligitur per notata à Mantica, *d. tit. 14. num. 1. & ſeqq.* qui & videndus eſt, *lib. 3. tit. 2.* vbi, quemadmodum ambiguæ defunctorum voluntates debeant interpretari, & *tit. 4* quemadmodum ex verbis Teſtatoris voluntas colligatur, *tit. 5.* quando à propria verborum ſignificatione liceat in teſtamentis recedere, & paſſim ibi, & late Doctores in conſilijs, lecturis & deciſionibus, ad quos, cum materia hæc minus late pateat, breuitatis cauſa lectorem remitto, iunctis traditis per me ſuperiùs *de dubijs, cap. vlt.* quibus adde, quæ ſubtiliter tradit Stephanus de Phede *de interpretatione legum, parte 3. §. nunc deſcendamus ad tertium membrum principale, &c.* vbi multa notabilia; quibus gradatim Scriptura recipit interpretationem; primo, re ſubiecta, ſecundo, intellectu, tertio, voce: nam litteræ ipſas voces ſignificant, voces vero intellectum, intellectus autem concipit res, quoniam rebus menti noſtræ propoſitis, intellectus primo concipit, intellectus enim abſque re ſubiecta verus eſſe non poteſt, poſt rem conceptam exprimit, vox quoque præter intellectum nihil ſignificare poteſt, ſicut vox picæ vel papagalli, poſtremo voces litterarum figuris deſignantur. Patet ergo, quod littera recipiat interpretationem à voce, vox ab intellectu & mente, intellectus à re ſubiecta: ſed quia intellectus aliquando rem non recte comprehendit, ſed decipit; ſequitur, quod vox potiùs accommodanda eſt intellectui, quam rei, vide ad eum, quia plura huiuſmodi ſubtilia tradit, & aliquot regulas, per quas cognoſcitur propria verborum ſignificatio, concluſiue notanda eſt doctrina Zaſij, *lib. 1. conſil. 5. num. 81. & 82.* quod maiori nititur ratione, maiori fulciri debeat authoritate. Sana ratio exemplis, inquit S. Auguſtinus, eſt anteponenda.

Prædictis adde tradita per Farinacium *de teſtibus, quaeſt. 70. cap. 1.* vbi referuntur caſus, in quibus teſtis abſque ratione & cauſa ſcientiæ deponens non probat, & ea dicitur bona ratio, quæ eſt congrua, concludens, neceſſaria, vera, generalis & manifeſta, & *cap. 2.* referuntur caſus, in quibus teſtes deponentes ſine ratione probant, & *cap. 3.* qualis debeat eſſe ratio & cauſa ſcientiæ ad hoc, vt dictum teſtis ſuſtineatur & probet, & *cap. 4.* an bona ſit ratio, ſi teſtis dicat, ſe ſcire; quia vicinus eſt, bona quoque cenſetur ratio, per quam magis abſurdum excluditur, ita vt quod minus abſurdum eſt, valeat pro ratione, Grotius *Tract. Florum ſparſio, ad Ius Iuſtinianeum, in l. ita, ff. ad leg. Aquil.* 5.

* * *

CAPVT V.

Ratio an & quando ampliet reſtringatq; dicta & diſpoſitiones.

1. HIc omnino videndus eſt Nicol. Euerhardi *in locis legalibus à ratione legis larga, ampla, ſeu generali ad extenſionem ipſius legis, item in locis à ratione legis ſtricta ſeu limitata, ad reſtrictionem ipſius legis,* communis autem doctrina eſt, quod ratio ampliet reſtringatq; dictum, Surd. *conſ. 67. num. 20. & 21. & conſil. 96. num. 20.* videatur Coraſius *de iure ciuili in artem redigendo. cap. 5. per tot.* ratio legis vigens vel ceſſans, quando legis deciſionem coarctet, minuat aut ampliet, *& cap. 7.* ex quibus cauſis, generalia legis verba amplientur, aut reſtringantur, *& in ſeqq. cap.* quomodo legum, ſtatutorum, actuum humanorum extenſiones fiant, vel licitæ ſint. Tu hic collige aliquot Theoricas vel regulas, quibus in conſilijs ſæpe vſus fui, prima vulgaris eſt, quod ibi eadem eſt ratio, vbi idem ius eſt, rationis namque virtus eſt, vt etiam ad alios caſus ſeſe extendat, qui verbis non exprimuntur, pulchre Deckerus *lib. 2. diſſertat. 5. num. 4.* docet, nullam ſiue legis ſiue hominis eſſe diſpoſitionem, quæ non ex rationis & æquitatis dictamine ad alios, quam qui verbis exprimuntur, protrahatur, neque enim æquitatem rei verbi laqueo capi, litterarumque anguſtijs intercludi oportet, pulchre quoque Caſtrenſ. *part. 2. conſil. 83. num. 2. & ſeq.* docet, quando ratio exprimitur in ſtatuto, quod tunc trahatur ad alium caſum non expreſſum in ſtatuto, in quo viget eadem ratio, etiamſi ſequatur correctio iuris communis, nec tunc dicitur fieri extenſio de caſu ad caſum; quia, vt inquit Baldus, quando in pluribus eſt eadem ratio, decidit omnes caſus, non per extenſionem, ſed per comprehenſionem, & ſicut genus comprehendit ſpecies, ſic generalis ratio diuerſas ſpecies caſuum emergentium, ſed quando ſunt rationes ſpecie differentes, tamen ſimiles, tunc eſſet extenſio, quæ eſt quædam progreſſio de termino ad terminum, per adæquationem ſeu paritatem, v. g. fauor publicus & fauor pius ſunt ſpecie diuerſi, & tamen ſimiles, ideo licet *l. final. Cod. de ſacroſanct. Eccleſijs,* loquens de vtroque, corrigatur, in quantum loquitur de pio & Eccleſiaſtico, non propterea corrigitur, in quantum loquitur de publico, quia eſſet extendere legem correctiuam de vno caſu ad alium, Idem docet Gramm. *deciſ. 32. num. 13. & ſeq.* quod in diſpoſitione correctoria non debeat fieri extenſio ad caſum in ea omiſſum ex identitate rationis, quia lex non corrigitur niſi expreſſe, extenſio autem nihil aliud eſt, quam quædam interpretatio intellectiua ſeu ſubaudita, at vero per ſubauditos intellectus legum correctio induci non debet; ſi non agatur de correctione fauorabili, qua ad ius commune reditur, prout ſingula ibi probat, & ita nota differentiam rationis, quæ eſt eadem, vel quæ eſt ſimilis, ibi additio habet, quod ne quidem ex maioritate legum induci debeat legum correctio, & ſic in ijs, quæ ſunt correctoria iuris communis, non fiat extenſio neque ex identitate neque ex maioritate rationis, ex communi Doctorum ſententia probat Surdus *conſil. 163. num. 23. & ſeqq.* addens, quod ſtatuta debeant interpretari, vt quam minime lædant ius commune, de quo Doctores *in Authent. quas actiones, Cod. de ſacroſanct. Eccleſijs.* Vide permultos caſus,

corre-

Digitized by Google

correctoria & exorbitantia, an & quando extendantur, vel non, apud Arnoldum à Reyger *in Theſauro iuris, litt. C. verb. correctoria*, cauſa tamen limitatoria eſt potentior correctoria, & limitatoria quoque latiùs extenditur quàm correctoria, lex correctoria non continet mente ſua caſus correctos, Menochius *remed. 4. adipiſc. poſſeſſ. num. 33. & ſeqq.* legem autem exorbitantem vocant Doctores, quæ deuiat à iure communi ob aliquem ſpecialem fauorem, alicui perſonæ, vel perſonis factum, Barboſa *in l. ſi constante, num. 92. ff. ſolut. matr.*

2 Alibi tamen extenſionem fieri ſtatuti ex identitate rationis, etiamſi eſſet iuris correctorium, cum allegatis docuit Surdus *deciſ. 139. in fin.* & ſic ſtatutum prohibens extractionem frumenti includere farinam ibi teſtatur, & correctoria fauorabilia eſſe, quando per ea reditur ad ius commune, docet Carocius *de exceptionib. contra praiud. ſent. except. 8. num. 8.* vide Zaſ. *in l. de quib. num. 77. & ſeq. ff. de legib.* & quia ratio regulat ſtatutum, ideo docet idem Zaſius *in l. ſtipulatio, num. 34. ff. de verbor. obligat.* contra alios, quod ſtatutum prohibens ne quis loquatur cum hoſte, prohibeat ſimul ne ſcribat, ſume caſum, quem Theorici multum exagitant, an ex cauſis ſimilibus vel maioribus *in Nouell. 115.* expreſſis, licita ſit exhæredatio, negatiuam multi defendunt, ſed inter practicos affirmatiua obtinet, de quo videatur Magerus, *de Aduocatia armata, cap. 16. num. 866. & ſeqq.* vbi varia iura & Doctores allegat diſputando pro & contra, an protectoribus propter delicta commiſſa hactenus expreſſis maiora ius protegendi adimi poſſit, item an ob ſimilem vel maiorem cauſam exhæredatio & donationis reuocatio licita ſit, & affirmatiue reſoluit plurimorum Doctorum authoritatibus idipſum confirmando, & reſpondet ad obiectas ibi Theoricas, quod non procedant, quando ratio in lege pœnali eſt vel reperitur expreſſa, vti expreſſæ ſunt exhæredationis cauſæ *in d. Nouell. 115.* tunc enim in omnibus alijs caſibus, vbi eadem vel maior ratio militat, procedit; addens, quod ratio dicatur lex communis ad omnes caſus, quos comprehendit, & ob id non inſpicitur diſpoſitio, an ſit idem caſus vel non, ſed ratio dumtaxat conſideratur, ita quoque docet Gratianus *lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 213. num. 22.* quod identitas rationis, quoad omnes caſus, eſt communis, niſi reddatur ratio diuerſitatis, ſicut etiam quando cauſa & ratio eſt generalis, & per modum regulæ tradita, tunc ſecundum illam ſubſequentia declarari debent, per notata à Menochio *lib. 2. præſum. 7* nam, vti genus continet omnem ſpeciem, ſic ratio generalis continet omnem caſum, Crauett. *conſ. 183. n. 3.* Fulgoſ. *conſ. 15. num. 2 & conſ. 77. nu. 2. & ſeq.* vbi quod vbicunque ratio habet locũ, debet habere lex, ſic è contra vbi eſt diuerſa ratio, diſpoſitio quoque diuerſa eſſe debet, *l. ſi ita, ff. de manumiſſ. teſtam.* Surd. *conſ. 67. n. 19.* quippe ratio potiùs quam verba ſpectanda eſt, *l. ſcire, §. aliud, ff. de excuſat. tut.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. libertus, n. 47. C. de reuocat. donat.* Menoch. *conſ. 998. num. 19.* & attenditur magis, quam dictum, quia dictum per rationem ampliatur & limitatur, *l. vnum ex familia, ff. final. ff. de legat. 2.* Surdus *d. conſil. 67. n. 30. & ſeq.* Farinac. *p. 1. deciſ. 10. n. 2.*

Multa prioribus ſimilia deduxi in cauſa adhuc indeciſa pendente, videlicet quod in caſu renunciationis in fauorem nominis & ſtemmatis maſculis facta, maſculina qualitas ſemper pro repetita haberi queat, Sur- 3

Digitized by Google

dus *conſ.21.n.8.& 9.* vbi dicitur communis, de quo pulchre quoque Theſaur. *in deciſ.ſuis* diſcurrit, & prædicta regula, quod vbi eadem eſt ratio, ibi idem eſt ius, dominari oporteat, probatur quoque *l.generali, ff. de fideiuſſ.* Crauet.*conſ.187.n.2* adeo etiam obtinet in hypotheſi certarum perſonarum, vel circumſtantiarum intuitu, ſi diſponatur ſpecialiter, ratione tamen addita generali (prout ſemper lege ipſa generalior debet eſſe ratio) nihilominus generaliter accipitur *l.regula, ff.de iuris & facti ignorant.* & ibi Bart. Schurff. *conſil.18.num.4. cent.1.* & docet Mantica *de tacitis & ambiguis, lib.3.tit.12. num.6.* vbi Doctores, quod ratio generalis & finalis extendat dictum ſpeciale, & conuentio generalis reſtringatur à ſpeciali ratione, caſus etiam ſimilis expreſſo ex identitate rationis, habetur pro expreſſo, Arg. *l.fin.* vbi Bart. *Cod.de inſtit. & ſubſtit.* Baldus *in l.diuerſas, num.3. Cod.mandati.* Crauet.*conſ.62.num.14.& conſ.130.num.7.* (declaratur in Viuio *deciſ.283. & deciſ.281.*) ac proinde interpretatio, quæ fit ex generalitate rationis in lege expreſſa, non eſt extenſiua, ſed comprehenſiua, Surd.*conſ.25.n.38. & ſeq. volum.1.* Sic & Vaſquius *de vltimis voluntatibus & ſucceſſ. lib.3.§.26. limitat.31. num.1. verſ.& expendenda eſt ratio,* vbi multos allegat tenentes, quod ſi ſit ratio expreſſa in lege, quod habeatur pro lege, adeo vt ipſius legis deciſio veluti pro exemplo habeatur, quod non reſtringit legem, quando autem ratio eſt expreſſa in lege, dicit, quod etiam in pœnalibus exorbitantibus & correctorijs extendatur, & vt genus omnes ſuas ſpecies ex vi comprehenſiua, non vero ex vi extenſiua complectatur, ita etiam ratio, vide illata, nec tunc dicitur fieri extenſio, ſed ratio includit per tacitam diſpoſitionem, Contard. *tract. l.diffamari, cap.4. num.33. & ſeqq.* ſecus dicit eſſe, ſi ratio ſit ſimilis, prædicta rurſus declarantur apud Mynſing. *decad.1.reſp.10.num.66.& ſeqq.* vbi ipſe & *in præced.* tradit, quod à tacita ratione non fiat extenſio, quodq; ratio non præſumatur vnica, cùm ſtatuentes ex pluribus moueri potuerint, ergo non habetur pro expreſſa, & quod in reſtringibilibus locum non habeat argumentum à pari vel maiori ratione, quodq; ſtatuta ſtrictè interpretari debeant, nec admittant extenſionẽ, quæ tamen non procedũt, vbi ratio in ſtatuto eſſet expreſſa, nam vbi ratio eſt expreſſa, facilius ſtatutum ad alios caſus trahimus, quam vbi eſt ſubintellecta, vel quãdo plures aſſignari poſſunt, Surd.*conſ.553.n.43.& ſeq.* vbi & priora probantur, & paſſim apud Gratian. *lib.1.diſc.for. c.15.* quando locum habeat extenſio, comprehenſio, ſeu incluſio admittatur, quodq; ſtatutum excludens interpretationem non excludat bonam & rationabilem, late Roſenthal *de feudis, c.1.concl.15.* quomodo ex virtute rationis licita, & rurſus quod vbi eadem eſt ratio, non tam extenſio quam virtualis comprehenſio dicatur, docet Vaſq. *de Teſtatoris potentia. §.5.n.67.& ſeq.* vbi pulchrè exemplificando tradit, an ſimile conſuetudinis, vincat ſimile legis vel legem, & Iaſon *vol.2 conſ.221.nu.21.* docet, quod in correctorijs ex maioritate rationis licita ſit extenſio de ſtricta ſignificatione vocabuli ad latam, item ex rationis identitate vel maioritate licita dicitur extenſio de caſu ad caſum, & de vna perſona ad aliam, apud Surdum *conſ.443.* adde Theſaurum *deciſ.270. num.32.* diſpoſitio ad vnum modum reſtricta, an & quando extendi poſſit, Rota *in Nouiſſ.part.1.deciſ.366.* quinimo nec dictio taxatiua, Tantum, excludit caſus

ſupi-

Digitized by Google

ſimiles Barboſa *de dictionib. vſufreq. dict. 401. num. 8. & ſeq.* quod in materia fauorabili non excludat perſonam, in qua eſt eadem æquitas, & exornatur in Zaſio *in l. ſtipulatio iſta, num. 26 ff. de verb. obligat.* quod taxatiua præcidat, & excludat caſus diſſimiles, & non ſimiles, quando autem taxatiua ſubintelligatur, docet idem Zaſius *in l. miles, §. decem, num 9 ff. de re iud.*

4. Porro quia hæc materia nimis latè patet, & DD. varia variè in ea tradunt, ideo Lectorem remitto ad Fuſarium alioſque, qui de vltimis voluntatibus ſcripſerunt; item, quando caſus omiſſus habeatur pro expreſſo, per aliquot concluſiones traditur in Viuio *deciſ. 284. & præced.* quando mens præualeat, Regulæ autem iſtæ, quod diſpoſitio generalis per rationem ad limites rationis reſtringenda ſit, & è diuerſo, quòd ſpecialis diſpoſitio per generalem rationem ampliatur (ſicut etiam docet Rodericus Suarez *in tract. de lucris mariti & vxoris in ſummario num. 33.* quòd vbicunque ratio legis eſt generalis dicto, quod amplietur dictum & diſpoſitũ ad limites rationis) intelligi debent, quando huiuſmodi ratio certa ac expreſſa eſt ab ipſo diſponente, & quæ ex eadem vel alia expreſſa diſpoſitione colligitur, nã prædictæ regulæ non procedunt in ea ratione quæ ſoli præſumptioni innititur, quia per talem rationem nec generalis diſpoſitio reſtringitur, nec ſpecialis ampliatur, nam tunc magis verba quàm ratio attendi debet, *l. proſſexit, ff. qui & à quibus manumiſſ.* quod etiam ſatis innuit *l. ſi quis filium, C. de liberis præt.* quando enim manifeſtiſſimus eſt ſenſus teſtatoris, verborum interpretatio nuſquam tantum valet, vt melior ſenſu exiſtat, ſic declarantur prædictæ regulæ per Rodericum Aluarod. *tract. de coniectnrata mente defuncti, lib. 4. c. 4. n. 8. & 9.* & plenè Bonacin. *de ll. diſp. 1. q. 1. pun. 8.* ibi in primis explicat, quod verborum alia ſit naturalis, alia ciuilis, & in propoſitionibus ſubiunctis de explicatione & interpretatione legis naturalis & humanæ, an & quando extendi poſſint vltra proprietatem verborum, & alias quando ratio finalis dicatur diſponere de dicto, non è contra, vide Crauet. *conſ. 243. num. 3.*

Notandum quoque ex traditis, aliud eſſe extendere legem in ijs, quæ ſunt iuris communis correctoria, & aliud extendere diſpoſitiones ex maioritate vel identitate rationis, de quo inter cæteros vide Stephan. de Phœde *de interpret. legum, p. 1. §. ſed quia,* vbi latè de legis extenſione & §. *dictum eſt ſupra de legis reſtrictione, &c.* vtrobique doctiſſima & notabilia tradit, aliqua quoque Cagnol. *in l. quod contra rationem iuris, ff. de reg. iur.* de extenſione, quæ fit ex identitate vel maioritate rationis etiam in odioſis vbi DD. allegat, ſed latiſſimè de materia extenſionis de ſimilibus ad ſimilia, & per identitatem rationis, an & quando procedat vel non, Crauett. *de antiquitate tempor. p. 4. § tranſeo nunc, paſſim per tot. & in ſeq. §. Videamus, &c.* qui & *in conſil. 586. num. 13. & ſeq.* docet, quod vbi cauſa reſtrictionis eſt generalis, licita ſit reſtrictio, & verba generalia ad rationem dicti reſtringi, & ſecundùm mentem renunciantis ſtrictiſſimè interpretari & limitari debeant per not. à Decio *conſ. 217. n. 6.* præſertim reſpectu fœminarũ renunciatio, quę nominis & ſtemmatis cauſa facta fuit, regulanda à fine, in quem dirigitur, *l. ſi quis in aliena, §. 3. verſ. nemo enim. ff. de acquir. rer. domin. l. verum 27. ff. de furtis,* Caſtil. *de vſufruct. cap. 62. num. 9.* ne quod ad vnum finem introductum eſt, 5.

contrarium effectum operetur, ſiquidem finis deſignat, qualis res cenſeri debeat, *l. ſed etſi quis*, §.1. *ff. de vſufr.* cum multis alijs adductis, per Schultes *ad Modeſt. Piſtor. quæſt.* 122. *num.* 154.

6. Præterea Ferdinand. de Caſtro Societ. IESV *de virt. & vitijs tract.* 3. *de caſſatione legis, diſp.* 5 *punct.* 3. §. 4. *per tot.* diſtinctè tradit an lex extendatur ad caſum, ſublata verborum forma, non comprehenſum, ob ſimilitudinem vel identitatem rationis, vbi ipſe reſoluit negatiuè, quod in legibus correctorijs & exorbitantibus non detur extenſio, ne quidem in fauorabilibus, ſed hoc ipſum varijs modis limitat: 1. niſi iniuſtitia vel abſurditas ſequatur; 2. in correlatiuis; 3. in æquiparatis; 4. in connexis; 5. in menſuratione & menſurato; & denique quando lex caſum nominat ſpecialem, demonſtrationis & exempli cauſa, vbi omnia clarè explicat & exemplificat, ſed quando ratio ſcripta eſt in lege, tunc quoque licita eſt extenſio legis ad alium in exorbitantibus Nicol. Euerh. iun. *vol.* 1. *conſ.* 2. *n.* 13. & dicitur à Nicol. Euerh. *conſ.* 221. *n.* 15. poſt Bart. *in l. omnes populi, ff. de inſtit. & iur.* regula cōmuniter approbata, quòd extenſio paſſiua, quæ fit ex vi regulæ antiquæ, ſemper ſit licita, quod vt melius intelligas videndus eſt Sichard. *in l. ſi quis.* 20 *n.* 16. *Cod. de furtis & ſeruo corrupto*, vbi dicit, quòd in pœnalibus licita non ſit extenſio actiua, ſed benè paſſiua, actiuam vocat, quæ fit à nobis, vt ſi in lege vel ſtatuto in aliquo caſu pœna ſtatuatur, nos pergamus dicere, ergo & illa pœna locum habet in hoc caſu quia eſt ſimilis, hæc extenſio vel interpretatio non eſt licita, paſſiuam extenſionem vel interpretationē vocat, quando per aliquam legem fortè vetuſtiorem fit extenſio legis nouæ, illa ſanè permiſſa eſt, quemadmodum hoc ipſum ſatis clarè exemplificat, ſic quoque Iaſon *in l. iur. gent.* § *ſed cum* n. 30. & 31. *ff. de pact.* declarat, quòd extenſio in correctorijs ſit licita, ſi ratio ſit expreſſa in lege corrigente, aliàs nō, ſemper autē licita ſit in limitatorijs propter eandē rationem, ſiue ex identitate rationis, qui & *in d. Auth. quas actiones, num.* 24. ibi *quarto limita*, docet, quòd lex vel ſtatutum nos reducens ad ius commune, cum ſit fauorabilis, extendatur de vno ad aliud, quem allegat Berlich. *p.* 2. *pract. concl.* 7. *n.* 12. vide & Felin. *in cap. cum acceſſiſſent, x. de conſtit.* nec obſtat, quòd ſtatuta ſtrictè accipienda ſint, quia hoc in eo axiomate eſt rem accipere ex propria ſtatuentium mente, Buſius *in l. ſi nauis,* 62. *ff. de rei vind.* vbi penſiones pro fructibus accipit, & ponit regulam Barbol. *in tract. axiom iuris vſufreq. ax.* 130. *n.* 5. quòd primò facienda ſit interpretatio ſecūdum mentem, ſi de ea apparere poteſt; ſi vero de ea non conſtat, attendatur ſimilitudo, deinde veriſimilitudine & coniecturis ceſſantibus, recurramus ad meram verborū ſignificationem, & ſi apparet, ea tenenda ſit per iura & DD. per ipſum allegatos.

An autem in pœnalibus fiat extenſio, vide ampliationes & limitationes apud Ricium *p.* 4. *collect.* 370. vbi & quod ex identitate rationis fiat de caſu vero ad fictum, ſi in omnibus & per omnia eadem ſit ratio, deinde quando ratio in eo eſt expreſſa. Porro ſatis eſt ad materiam extenſionis, quòd ſit eadem ratio, ad quam fit extenſio, & ſit ex mente, quando caſus omiſſus eſt omnino ſimilis, ſed quia hæc & ſimilia paſſim apud DD. & præcitatos inuenies, ideo abſoluendo hoc caput, remitto te ad Surd. *conſ.* 443. vbi tradit quando extenſio de perſonis ad perſonam, de caſu ad caſum licita ſit Tuſch. *lit. L.* 7.

Digitized by Google

lit. L. limitatio legis in vno caſu non extenditur ad alium concl. 356. item *lit. D. diſpoſitio limitata non extenditur concl. 494.* item *lit. I. interpretatio lata vel ſtricta quando dicatur concl. 131.* item *lit. V. verba determinata & reſtricta non extenduntur concl. 125. & in ſeq. & praeced.* & *vtrobiq; remiſſiuè*, & latè Roſenthal. *de feud. cap. 1. concl. 15.* de legum correctione & quomodo extenſio ex ratione licita ſit, & aliqua in Felin. *in c. translato, n. 13. & ſeqq. x. de conſt.* item de materia extenſionis, quando lex extendatur vel non, & Grotio *de iure belli lib. 2. cap. 16. num. 20.* vbi ſubtiliter prædicta declarat, dicens, quod coniectura extendens obligationem non temere admittenda ſit, ſed dum extra verba promittentia coniecturam quærimus debet eſſe valde certa, vt obligationem inducat, nec ratio ſimilis ſufficiat ſed oporteat, vt eadem ſit, nec ſemper ſatis ſit, quod dicitur ex ratione faciendam extenſionem, quia ratio ita mouet, vt voluntas tamen ſit cauſa per ſe ſufficiens etiam ſine ratione illa, vt ergo talis extenſio rectè fiat, opus eſt vt conſtet rationem, ſub quam venit caſus, quem volumus comprehendere, eſſe cauſam vnicam & efficacem, quæ promittentem mouerit, eamquè rationem ab eo conſideratam in ſua generalitate, quia alioquin promiſſio futura fuiſſet iniqua aut inutilis, & per totum de interpretatione quæ & huc ſpectant, hinc vidi inter partes litem ſubortá, an ratio talis ſubſit in caſu, de quo agebatur, vnde videtur colligi, non tam difficilem fore extenſionem legis, quàm diſpoſitionis hominis obligatoriç, vide DD. *in l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. obligat.* obligatio tamen extenditur ad conſecutiua & connexa, vide Borellum *in Summa Deciſionum lib. 1. tit. 36. n. 6. & ſeq.* & Hering. *de fideiuſſ. cap. 34. num. 35. & ſeqq.* quomodo fideiuſſio & obligatio in vnam cauſam & caſum; non extendatur ad alium.

CAPVT VI.

De ſymboliſantibus, & eandem rationem & ſimilitudinem habentibus.

VVlgatum eſt, in ſymboliſantibus facilis eſt tranſitus, quemadmodum ſymbolum dici putat Hoſtienſis *in ſumma tit. de fide cathol. n. 4.* quaſi ſingulorum bolus, vti dicitur Symbolum Apoſtolorum, duodecim Articuli Fidei, quos Apoſtoli cōpoſuerunt, ſinguli vnum, quaſi ita ſymbolū, ſit ſingulorum bolus, à Syn, quod eſt ſimul, & Bolus, quod eſt morcellus, pro hac opinione alios DD. refert Barboſa *ad d. tit. n. 5.* qui putat dici à Symbolo verbo Græco, quod ſignificat confero; nam ſymbolum nihil aliud eſſe dicit, quàm breuis collectio credendorum facta ab Apoſtolis, cum in vniuerſum prædicaturi CHRISTVM crucifixum, vellent ire à Spiritu ſancto miſſi; verum ad propoſitum noſtrum poteſt deduci à Syn, quod eſt con, & Bolyn, quod eſt ſententia vel conuenientia, quia de omnium Apoſtolorum conuenientia ſtabilitum fuit, ac ita accipitur prius, quod in ſymboliſantibus, id eſt conuenientiam quandam habentibus, facilis ſit tranſitus, ſic & in elementis ſymboliſantibus facilis eſt alteratio Zaſ. *in l. moribus, §. prius, n. 9. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* nec requiritur, quod conuenientia ſit in omnibus, prout & de ſimilibus dicitur, quādoquidem & argumentū à ſimili procedit, etiamſi non ſit omnimoda ſimilitudo, cum in eo ſit, quod ad rem pertinet Zaſ. *lib. 1. conſ. 15. nu. 125. & ſeq.* quia vt docet Tuſch. *lit. S. Similia de facili commutantur & tranſeunt in idem concl. 284. n. 2.* ibi in habentibus 1.

bus ſymbolum facilis eſt tranſitus, quod & Crauet. *conſ. 814. ſub n. 8.* inducit, quod ſtatuti interpretatio potius ex alio ſtatuto quã ex iure communi fieri debeat, quia facilior eſt tranſitus ad ea, in quibus ſymbolum vertitur, & ita poteſt applicari illud Apoſtoli *ad Rom.* 11. nam ſi & tu ex naturali exciſus es oleaſtro, & contra naturam inſertus es, in bonam oliuam; quanto magis ij, qui ſecundũ naturam inſeruntur ſuæ oliuæ, in habentibus namque ſymbolum facilis eſt tranſitus, venerat enim IESVS principaliter ad redimendum Iſraël, populum delectum & electum tunc præ Gentibus, & ita traditio vulgaris accipi poteſt, quod in habentibus ſymbolum ſeu à finitimis cognatiſq; procliuior & facilior ſit tranſitus, Wameſ. *cent. 2. conſ. 40. nu. 14.* quemadmodum ſcribit Angel. in habentibus ſimilitudinem facilis eſt datio conſequentiæ quæ eandem naturam accepere, inquit Dio *lib. 52.* cæterum quoque, communitatem habere æquiſſimum eſt, & quorum æqualitas eſt ſanctitas, eorum quoque æqualis celebretur feſtiuitas, *arg. cap. ſcire debet, diſt. 76.* hinc vulgò dici ſolet: Gleiche München/ gleiche Kappen/ videatur hic quoque Nicol. Euerh. *in legalibus à proportione, & in loco à ſimili.* Porro videmus quandoq; in equis quaſi omnimodam ſimilitudinem, hinc militem, qui antea minatus fuerat, & interfecti equum habere videbatur (nam hoc teſtes affirmauerant) torturæ ſubijciendum reſpondi, qui tamen poſtea aliqua diſsimilitudine equi detecta dimiſſus fuit, pariter in ipſis hominibus viſa fuit omnimoda ſimilitudo, de quo videatur Coraſ. *in annot. 5. ad Arreſtum Tholoſ.*

2. Poſtquam autem argumentum ſimilium ſæpiſsimè fallit incautos, operæ pretiũ duxi inprimis præmittere tradita per Coraſ. *de iure ciuili in artem redig. c. 8.* vbi inquit, ſicut ob rationis defectum generalis diſpoſitio reſtringitur, ita per contrarium à rationis paritate ad ſimiles caſus protenditur, cum enim videret legiſlator ſingulos articulos ſuis legibus ſe comprehendere non poſſe, poteſtatem dedit Iudici ad ſimilia procedendi, *l. non poſſunt, ff. de ll.* vnde vulgò iactatũ illud, vbi eadem eſt ratio, ibi idem ius ſtatuendũ, *l. illud, ff. ad L. Aquil* qua in re tamen oportet prudentem eſſe Iudicem & Iuriſconſultiſsimum, quandoquidem nullum ſit in Iure noſtro periculoſius argumentum, quàm ſimilitudinis, in quo ratiocinandi genere Celeberrimi errarunt, *l. inter, §. ſi ſtychum, & §. ſacram, ff. de verb. oblig. l. Iulianus, ff. de iure dot.* ſed in materia tamen dictorum teſtium inter alia tradunt DD. veriſimile eſſe, quãdo teſtes cõcordant cum iure communi Borel. *in ſumma deciſ. lib. 2. c. 14. n. 10. vbi & in ſeq.* quomodo teſtibus veriſimilia deponentibus credatur, & inueriſimilia deponentibus non credatur; eapropter diligenter notãda ſunt quæ docet Steph. de Phede *de interpret. ll. p. 3. 9. extremarum pars perficienda ſupereſt,* ſcil. quando in controuerſia vertitur caſus, qui lege comprehenſus non eſſe dicitur, per ſimilitudinem vlterius definiri poſſe videtur *per d. l. non poſſunt, & alia ibi allegata iura,* multipliciter autem contingit caſum aliquẽ lege non contineri; 1. Si fortè præter naturam aut naturæ conſuetudinem contingat, vt in exemplis ibi propoſitis; 2. Si noua & inſolita accidant; 3. Si caſus quidẽ ſæpe cõtingit, ſed eius ſubiecta materia adeo multiplex & varia eſt, vt magis intelligi, quàm certa doctrina tradi poſsit, tunc Religioni ius dicentis definiendũ relinquitur; 4. Quando caſus in lege omittitur eo, quia ex mente legis, quæ expreſſa ſunt, facilè comprehendi poteſt;

Digitized by Google

poteſt; 5. Quando caſus accidit, qui nec idem, nec ab eo, qui lege comprehenditur, planè diuerſus eſt, ac proinde per ſimilitudinem quoque definiendus, per ſimilitudinem inquam caſuum in legibus comprehēſorum, ſed quid ſi concurrat ſimilitudo legis & conſuetudinis vide Zaſ. *in l. de quibus, n. 77. & ſeq. ff. de legib.* interim quoque notandum, quòd cōformia dicantur, quæ ad eundem rei finem & effectum tendunt, atq; ex eadem cauſa mouentur *cap. nihil obſtat, de verb. ſignif.* Martin. Monter. *deciſ. 44. n. 27. & ſeqq.*

3. Quibus ita prædeductis & per eundem probatis, dicit ſimilitudinem tripliciter accipi; vno modo pro identitate & ſic impropriè; 2. pro paritate; 3. modo accipitur propriè, ſcil. pro conuenientia accidentium ad diuerſas ſpecies, deinde dicit duos caſus inuicem tripliciter contingere eſſe ſimiles, primò per coniunctionem, ſc. quando duo caſus, licet numero diuerſi eſſe videantur, tamen adeo ſunt ſibi inuicem coniuncti, vt idem caſus dicatur eſſe ex mente legis, quo fit vt diuerſo iure terminari non poſſint, ad hoc facit, quòd res dicantur eædē, licet quātitate vel accidenti qualitate differant, addendo, quando plures res particulares continentur ſub eadem ratione in ſpecie, tunc eſt argumentum de genere ad ſpeciem, ſi verò ſint ſub alia ratione differenti, ſpecie tamen ſimili, tunc eſt extenſio de caſu comprehenſo ad non comprehenſum, quo caſu licet vnus caſus verbis legis non ſit expreſſus, tamen cum ſit coniunctus, dicitur ex mente legis comprehēſus, veluti ſi lex (prout talia ſunt ſtatuta in multis locis) prohibeat ſuccedere filiam extante maſculo, videtur & prohibere filios filiæ non ſuccedere, vti alia infinita ſe offerunt exempla; ſecundo modo duo caſus dicuntur eſſe pares, quando ſunt diuerſi, prima re, vel modo, nec re ipſa coniuncti, tamen eundem effectum, cauſam ſeu potentiam habere conſtat; tertio modo, quando duo caſus, qui ſunt & re & ratione diſiuncti, tamen quandam conuenientiam accidenter habent ad diuerſas res, prout ſimilitudo propriè eſt comparatio plurimorum caſuum ad diuerſas res, vel vt alterum ad alterum, vel vt alterum in altero ſecundùm Ariſtot. *2. Topic.* v. g. quoad alterum ad alterum, ſicut ſe habet ſeruus ad Dominum; ita ſe habet filius ad Patrem, & libertus ad patronum, & ſicut ſe habet ſponſus ad ſponſam, ita ſe habet Prælatus ad Eccleſiam, & ſicut ſe habet cœleſtis miles ad cœleſtem militiam, ita ſe habet terrenus miles ad terrenam; quoad alterum in altero, v. g. ſicut eſt par Priuilegium hypothecæ in dote, Eccleſia & fiſco, ita debet eſſe par Priuilegium præſcriptionis, reſtitutionis & ſimilium.

Multipliciter autem contingit fallacia argumenti à ſimili: primò, cum ex accidenti iudicatur de ſubſtantia, quoniam non eſt bona conſequentia, vt ex pallore iudices, aurum eſſe aurichalcum; ſecundò, ſi ſimilitudo fiat in his in quibus nō eſt ſimilitudo; tertiò, ex ſimilitudine vnius accidentis velis inferre, eſſe ſimile in alio vel in omnibus; quartò, ſi ſint ſimiles per accidens, non ex natura rei; item, fallacia eſt, quando eſt in eodem genere, vel ſi eſt ſimile in genere, ius referre in ſpecie, vel ſi ſit in ſimilitudine metaphorica æquiuocè, & latius ibi probat, quomodo caſus emergētes decidi debeant, quæ vti notabilia & ſubtilia notanda. 4.

Magis perſpicuè materiam ſimilitudinis tractat Pacianus *de probat. lib. 2. c. 13.* quòd ſimilitudo in diuerſis rebus vel perſonis ſit 5.

Digitized by Google

vna, vel quaſi eadem ratio, quodqúe ſola ratio inducat ſimilitudinem, & differentia rationis conſtituat ſpeciem diuerſitatis, ſic & ſimilia dicuntur, in quibus diſsimilitudo, at plura conuenientia reperiuntur, ſi enim reperiatur in omnibus conformitas, tam ratione formæ, quàm effectus, tunc non eſt ſimilitudo, ſed identitas; ſimilitudo autem eſt in diuerſis rebus eadem vel ſimilis qualitas, quamuis iuxta Philoſophos non à genere, ſed communio, & rerum ſimilitudo ſumatur à differentijs ſpecificis, Zaſ. *in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſ.* vbi quoque videre licet, quæ diſparata ſeu ſeparata dicantur, quod ſeruit pro illo vulgato dicto, à ſeparatis nihil infertur; item, ſeparatorum ſeparata eſt ratio, iuncto eodem *in l. miles, §. decem, num. 10. & ſeq. ff. de re iud.* vbi declarat, quòd à partibus ſeparatis benè inferatur ad coniuncta, quando partes ſeparatæ cum coniunctis ſunt homogenea, id eſt, vnius rationis & naturæ, ſi verò ſunt hetrogenia, tunc non procedit argumentum. De materia connexorum & ſeparatorum latiſsimè agit Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 26.* in hoc tamen conueniunt Iureconſulti, quòd illa ſint ſimilia, quorum eadem eſt qualitas, Zaſ. *lib. 1. conſ. 9. num. 5.* Alb. *in l. non poſſunt. ff. de legib.* & rurſus Pacianus *lib. 1. de probat. cap. 19. n. 54. & ſeqq.* docet, extenſionem de ſimilibus ad ſimilia fieri etiam in pœnalibus.

6. Porrò quærit Pacianus *d. c. 13. n. 16. & ſeq.* in conflictu partium aſſerentium vel negantium eſſe ſimilitudinem ſeu diſsimilitudinem, cui onus probandi incumbat, vbi diſtinguit tres caſus; 1. Quando non conſtat de ſimilitudine allegans eam probabit; 2. Si conſtat, diſsimilitudinem allegans probabit, quod ampliat procedere, etiam reſpectu ſimilitudinis coloratæ, quæ non eſt plena (hæc enim nullam habens diſsimilitudinem omninò ſequenda) à qua colorata ſimilitudine, data aliqua diſsimilitudine, facile receditur, prout ibi *in add. lit. B.* dicitur ad tollendam conſequentiam, ſufficit dari inſtantiam, quod tamen intelligitur, quando inſtantia eſt ſuper illa re, de qua quęritur, nam vt dicit Crauet. *conſ. 886. n. 4.* caſuum diuerſitas conſtitui non debet, vbi nulla diuerſitatis ratio apparet; 3. Si ſimus in dubio an adſit vel non adſit ſimilitudo, tunc ille probabit, in quem onus probandi Iudex transfert, quia illius eſſe dicit declarare, quæ ſunt ſimilia, in qua declaratione conſiderandum eſt, à qua parte plures differentias ſeu conſonantiæ reperiantur, licet enim dicatur, quando poteſt argui pro & contra, quòd debeat præſumi ſimile, niſi probetur diſsimile; tamen ſi ex vna parte eſſent plures differentiæ, nequaquam ſimilitudo probaretur, ſi autem è contra reperiatur quidem aliqua diſsimilitudo, ſed plures conuenientiæ, tunc dicitur ſimile, hactenus ille & plura ibi videbis notabilia.

Quemadmodũ quoq; vides apud Damhouderum *in Tract. parium aut ſimilium*, quæ ſint ſimilia, quomodo exinde argumenta ſumantur, & quædam apud Felin. *in cap. tranſlato 3. num. 10. & ſeq. x. de conſtitutionibus*, inter cætera dicit, quòd de ſimilibus idem eſt iudicium, & in prouerbio eſt: Similis ſimili gaudet; vnde ſequere conſilium Poëtæ: 7.

Conuerſare bonis, & ab his bona plurima diſces,
Cum prauis viuens, tu quoque prauus eris.

Quodqúe allegans ſimile, debet hoc probare ſaltem coloratè, nec ſtatur ſimpliciter verbo

verbo arguentis, negans autem veriſimile coloratè inductum, debet probare diſsimilitudinem, nec ſufficit allegare aliquam diſſimilitudinem in genere, ſed debet eſſe diſſimilitudo in eo, ad quod fit comparatio, & ibi DD. quid dicatur ſimile, & iuxta Philoſophos, quorum qualitas eſt vna, dicuntur ſimilia, quorum ſubſtantia eſt eadem, dicuntur eadem, vbi extendit regulam, & aliquot modis limitat, quod de ſimilibus ad ſimilia non procedatur: 1. In caſibus in iure expreſſis, quia caſus expreſſus non indiget interpretatione, nec iuris ſimilitudine; 2. Vbi agitur de legum correctione, & proinde non habebit locum in priuilegijs conceſſis contra ius commune; 3. Quando conſtitutio extenditur ad præterita in aliquo caſu. 4. Si ſtatutum dicat, quod debeat intelligi ad litteram; 5. Quando ſtatuens fuit motus ſola voluntate, & non habet de ratione. 6. Vbi ſtatutum odioſum loquitur per taxatiuam. 7. Vbi imponitur pœna priuationis, ſed Salicetus ibi allegatus dicit, quòd in ſtatuto fiat extenſio ad caſum omiſſum etiam odioſum ex maioritate vel identitate rationis, vide latius ibi & DD. allegatos & Felin. *in c. ſedes, x. de reſcriptis*, late quoque agit de clauſula generali, an comprehendat maiora expreſſis vel tantum pares vel minores vide ibi, & de argumento à ſimili Chaſſan. *in conſuet. Burgun. rubr. 4. §. 10. in prin.* ibi & diſtinguit inter ſimilitudinem directam & contrariam, quæ fit à contrariis, vt ſi dicatur, Titius eſt ſtudioſus, ſicut Seius eſt vagus, hæc vt quotidiana & notabilia de ſimilibus dixiſſe ſufficiat, cętera vide in DD. allegatis, quibus adde Cardinal. Tuſchum *lit. S. de ſimilibus*, Anton. Wilhelm. *de moratorijs Reſcriptis, tit. 11. concl. 69. de ſimilibus, conformibus & diſiunctiuis*, & Arnold. Reyger *in Theſauro Iuris*, & aliqua quoque de veriſimilitudine, eius effectu & differentia in Paciano *de probat. lib. 1. cap. 8. num. 20 & ſeq.* & notandum iuxta Reinking *de Retractu quæſt. num. 553. & ſeqq.* argumentum à ſimili fragile & periculoſum eſſe, & non procedere quando nō datur medium, quòd ſit vtrique extremo commune in omnibus, atque ex Bald. *in l. 1. ff. de iuſt. & iur.* ſimile definit, quòd ſit vera adaptatio ab vno particulari ad aliud particulare per aliud vtrique commune, ideoque modus deſtruendi argumentum à ſimili, eſt, probare diſſimilitudinem in medio, quod vtrique extremo adaptari debet.

CAPVT VII.

De Regula, ceſſante Ratione, ceſſat lex.

QVia tam Theologi, quàm Canoniſtæ & Iureconſulti, hanc quęſtionem diffuſe tractant, ideo ad eos me remiſiſſe ſufficiat, Couar. *4. decret. par. 2. §. 9. num. 8.* Suarez *de legib. lib. 6. cap. 9.* Bonacin. *de legib. diſp. 1. quæſt. 1. pun. vlt.* & diſtinctè Ferdinandum de Caſtro *de virtutibus & vitijs tract. 3. de ceſſatione & interpretatione legis, diſp. 5. punct. 1.* vbi facit duplicem finem, intrinſecum & extrinſecum, & videbis multos DD. ibi allegari, tenentes, quoties lex aliqua edita eſt ob vitanda inconuenientia, tunc ceſſare eius obligationem in quolibet caſu, in quo ipſa inconuenientia ceſſant, ſecus vero dicimus in lege edita ob finem bonum, quæ non ceſſat, etiamſi ceſſet finis, ob quem edita fuit, dummodo maneat alius, qui legis obſeruationem honeſtet; verum communior ſententia eſt in contrarium, quòd ob ceſſationem cauſæ finalis in 1.

aliquo caſu ſpeciali, circa aliquam vel aliquas particulares perſonas, non ceſſet legis obligatio, ſi in vniuerſali cauſa finalis perſeuerer, quia lex non reſpicit particulares caſus, ſed ea, quæ communiter contingunt, quam ſententiam & ipſe non ob prędictam, ſed aliam rationem probat, ego tamen priorem rationem non poſſum reprobare ſic explicatam, quòd lex reſpiciat communem curſum naturæ & ſingula generum, & non ſingula indiuiduorum, ſiue vt dicitur *in l.1. ff. de legib.* lex eſt commune præceptum, & hoc perpetuum eſt legibus, vt communiter & generaliter ferantur, licet non omnibus in communi, dummodo maiori parti proſint, vnde Cato *apud Liuium contra Tribunum Plebis* dixit, nulla lex ſat commoda eſt omnibus, id modo quæritur, ſi maiori parti, & in ſummam prodeſt, Zaſ. *in l. iur, num.5. ff de legib.* Grotius *in tract. Florum ſparſio, in l. neque leges, ff. de legib.* vbi & quod lex de quibuſdam ferri non poſſit, ſed decreto opus, addit quod infiniti regula ſit infinita, ibi & in præced. l. confirmantur prædicta, aliàs ſufficit ſi conſtitutionis principium generale eſt, licet poſtea ſubdantur verba quæ certas perſonas vel actus reſpicere videntur, nihilominus generaliter accipi debet, vt comprehendat omnes ſecundùm naturam principij, *in l. ſi quis ita, §. ex lege, num. 7. ff. de verbor. obligat. arg. l. regula §. & licet ff. de iuris & facti ignor.* ſicut & pro prioris rationis comprobatione dicit Ferdinand. de Caſtro, quòd licet minor quatuordecim annorum non poſſit contrahendo ſe obligare, quia præſumitur infirmi iudicij, tamen ſi vnus vel alter reperiatur, qui ingenio & iudicio ſuperat maiorem 25. annis, non poterit contrahere, hic verò ſeu maior 25. annis poterit, ratio namque legis attendi debet in ſua generalitate, id eſt, in generibus ſingulorum, non in ſingulis generum, videatur ex noſtris Scaccia *de commercijs & camb. §. 1. quæſt. 1. num. 507. & multis ſeqq.* vbi & declarat & limitat hanc regulam, quòd ceſſante ratione legis ceſſet lex, & pulchrè exemplificat, ita vt apud nullum Iuriſconſultum hactenus viderim taliter diſcuſſam & tractatam materiam, vbi quoque ponit exemplum reſpectu ieiunij, v. g. nunc in Quadrageſima multi ob infirmitatem vel ſtomachi, vel morbi, non ita poſſunt comedere piſces, quo caſu, etiam Medico atteſtante de infirmitate, non poſſunt infirmi comedere carnes abſque diſpenſatione, quia cauſa particularis non facit ceſſare legis prohibitionem, ſed fortè aliqui dicent, hoc caſu Epicheiæ locum eſſe, vide *cap. ſeq. in fin.* Pegueram *deciſ. 51.* Bonacinam *d. loco de legib.* §. 2. & quæ ſit finalis, & motiua cauſa in materia diſpenſationis Ferdinand. de Caſtro *de virtutibus & vitijs, tract. 3. de diſpenſatione diſput 6. punct. 13. §. 3.* item *tractatu 3. de priuilegijs diſp. 4. punct. 15.* vbi quoque doctè enucleat, qua ratione priuilegium ceſſet, ceſſante cauſa finali, ob quam fuit conceſſum, videatur & Chriſtinæus *volum. 6. deciſ. 67.* vbi & de effectu rationis, & dicit quòd duplex ſit ceſſatio rationis vel finis legis, nimirum negatiua, & contraria, vbi vtrumq; exemplificando declarat, de prędictis magiſtraliter loquitur Scaccia, vide ad eum.

* * *

CAPVT

CAPVT VIII.

De regula, ceſſante cauſa ceſſat effectus, & quod defecta cauſa reſcindatur diſpoſitio, vbi quoque aliqua reperiuntur, quæ ſpectant ad præcedens caput.

1. DE hac regula vide Doctores *in cap. cum ceſſante, x. de appellat.* Nicol. Euerhar. *in locis legalibus à ceſſatione rationis*, & Coraſ. *de iure ciuili in artem redig. c. 6. per tot.* quando ratio legis ceſſans faciat legem euaneſcere, late quoque *Tract. regul. fallent. iuris ciuilis & canonici, litt. C. incip. cauſa ceſſante ceſſat effectus*, vbi cum ampliationibus & limitationibus, omnium latiſſime Tiraquell. *in Tract. ceſſante cauſa ceſſat effectus*, quos per te videre poteris, iunctis DD. *c. præc.* allegatis.

2. Ego hîc quædam referam, ſuper quibus ſæpius conſultus reſpondi, præmittendo, quod ſecundùm cauſam finalem omnia accommodanda & temperanda ſint, vt quemadmodum contractus quilibet à ſua cauſa finali influentiam recipiunt, ita etiam ſecundum eam omnia regulantur, *l. cancellauerat, ff. de his, quæ in teſtam. del.* Gloſſ. *in l. legata inutiliter, ff. de adimend. leg.* Menochius *conſil. 23. num. 18.* & ibi allegati, & hoc eſt, quod fere in omnium ore verſatur, non factum ipſum, ſed cauſam facti inſpiciendam eſſe, & ſemper intuendam cauſam ipſam, per quam diſpoſitio ordinatur, Gloſſ. *in d. l. legata*, Crauett. *conſ. 304. num. 13. & conſil. 319. num. 6. & conſil. 202. num. 7.* & ibi alleg. vnde infertur, quod ceſſante cauſa conuentionis, ceſſet ipſa diſpoſitio, *l. ſi pater, Cod. de hæredibus inſtit. l. generaliter, Cod. de Epiſcop. & Cleric.* quod indubitatum eſt, ſi cauſa ſit finalis, quæ à Baldo *in l. eam, Cod. de fideicommiſſ.* dicitur fons omnium cauſarum, quemadmodum finis trahit ad ſe omnia, quæ ad ipſum tendunt, Surdus *conſil. 217. num. 4.* addens *num. 5.* quod illa dicatur cauſa finalis, quæ ex toto & funditus animum diſponentis, alioquin non facturum, mouit, vel ſaltem non eo modo facturum, *conſil. 164. num. 31. & ſeq.* & pulchre exornatur *conſil. 196. numer. 12. & ſeq.* quod ſit primus in intentione, vltimus vero in executione, quodque illud dicatur principaliter fieri, ad quod intellectus tamquam ad finem tendit, & tendentia ad finem ſapiunt naturam finis, & inſpiciendo ad finem, debemus omnia ad illum ducere, ſicut quæ ordinantur ad finem, regulantur ſecundum naturam finis, quia finis dignior eſt omni eo, quod ordinatur ad finem, quodque omnia principia determinentur ad finem, & plura ibi, aliquando tamen principium attenditur, Viuius *deciſ. 156.* & rurſus *deciſ. 343.* quod in quolibet actu finis inſpiciendus & attendendus ſit, vbi pulcherrima de fine, aliquando tamen medium attenditur, idem Viuius *deciſ. 190.* Sed hæc materia eſt brocardica, de qua diſtincte agit Menoch. ita & dicit materiam eſſe brocardicam, quod initium attendatur, Zaſius *in l. clam, num. 7. & ſeqq. ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi diſtincte, vide ad eum, qui & *conſil. 16. numer. 50. lib. 2.* illam Theoricam à primordio tituli ſequentes formantur euentus, de quo & Cardinal. Tuſchus *litt. T. incipit titulus præambulus, &c.* item *litt. E. concluſ. 346. & litt. A. concluſ. 152.* & vtrobique remiſſiue, interim in Chriſtiano non initium, ſed finem ſpectari, ſuprà *de dubijs, c. 10* probatum extat, quia frequenter etiam, iuxta verſ.

Angelicus iuuenis ſenibus ſataniſat in annis.

Digitized by Google

3. Quod autem cauſa finalis magis conſideranda ac inſpicienda ſit, quam ipſum principium, docent Pariſius *conſ.18. num.13.lib.1.* Gail.*lib.2.de pace publ.cap.16.n.18.* vbi dicit cauſam finalem hanc eſſe, quæ rem ipſam, cuiuſmodi ſit, deſignare ſolet, & ex eo ducitur argumentum efficaciſſimum. Hinc Weſenb.*conſ.51.num.37. & ſeqq.* docet, quod quæcunque diſpoſitio, ſiue illa generalis ſiue ſpecialis ſit, ampliationes & reſtrictiones ex cauſa finali admittat, & ex defectu illius in totum coincidat, Crauet.*conſ.16.n.5. & conſil.3.n.15. & conſ.221.n.12.per l.3.& l.non omnis,ff.ſi certum petat.* quia & animus contrahentium ex cauſa finali declaratur, idem Crauet.*conſ.888.ſub n.2.* pro cuius comprobatione allegaui ſæpius Farinac.*p.2.deciſ.676 paſſim per tot.* vbi quomodo cauſa finalis colligatur, & quod contractus nominati, ſi non poteſt ſequi implementum cauſæ finalis, reſcindantur, prout conſenſus antecedens neceſſarius, ſi deficiat, impedit effectum contractus, ſicut ſi deficeret cauſa finalis, & quod venditor, qui non poteſt ſequi finem, ob quem contractus celebratus fuit, poteſt recedere à contractu, quemadmodum etiam, quando res deuenit ad eum caſum, à quo incipere non poteſt, & quod cauſa defecta, vel quando ſequi non poteſt, denegetur actio, probat etiam Deckerus *lib.1.diſſert.4.num.41.& ſeq.* Pro priorum confirmatione allegare quoque ſolebam Gratianum *lib.2.diſc.for.c.307.n.23.& ſeqq.* quod defectus implementi in contractibus nominatis, ſi non aliter fuiſſet contractutus, nec alio quam vel illo facto vel dato (de quo Cardinal.Tuſchus *litt.C.* contracturus aliter, quam loquatur contractus, quando dici poſſit, *concl.1003.* iuncta *concluſ.998.n.46.* & Surdus *conſ.217.n.1.& 20.* contrahens non præſumatur contracturus ſine pactis in contractu appoſitis, ſicut & dicit idem Surdus *conſil.551.num.14.* quod contrahentium finalis intentio colligatur, non ex aliquibus tantummodo, ſed ex omnibus contentis in inſtrumento) faciat reſolutionem, ibi, & an obligatus facere intra tempus, poſſit hoc poſt terminum facere, de quo latiùs agetur infrà *de Tempore.*

Præterea, quod quilibet contractus ob cauſam finalem vitietur, & reddatur nullus, 4. ſolent Doctores in comprobationem adducere *l.tale pactum, §.vltim.ff.de pactis, l.1. Cod.de condict.ob cauſ. l.1.ff.de condict.ſine cauſa*, ſic in ſpecie docet Baldus *in l.nec apud, Cod.de hæred.inſtit.* Crauett.*conſ.192. num.22. & conſil.246. num.2.* Cephal. *conſil.674.nu.67. volum.1.* Surdus *deciſ.300 n.2.* & tradunt Doctores *per l.exiſtimo.ff.de verb.obligat.* quod cum res incidit in caſum, à quo incipere non poteſt, obligatio eius videatur extincta, pro quo varios DD. citaui *ſuprà de Æquitate, c.9.§.2.* & ſecundum eorum doctrinam, in varijs caſibus accommodatam, ſæpe conſului, ad quos lectorem breuitatis cauſa remitto, ſicut & illa deduxi in cauſa (de qua *tit.ſeq.* agetur) Teſtamenti ex ſcrinio repetiti, quaſi illud non videatur peruenire ad ſcrinium, quod ibidem manſurum non eſt, *l.aliud eſt capere, §.1.ff.de verbor.ſignificat.* Sic nec factum videtur, quod factum non durat, prout multis ſimilibus exornatur in Petro Royſio *deciſ. Lituan. 3. num. 66. & ſeqq.* perindeque eſt, non fieri, vel ita fieri, quod non durat, Gratianus *lib.1.diſceptat.foren.cap.9.num.9 & tom.2. cap.316. num. 23.* ſicut nec tale dicitur, quod non durat tale, Meiſnerus *tom.3.deciſion.Camer.Imperial.18.num.57.* & li-

Digitized by Google

& licet hæ doctrinæ ſint brocardicæ, cùm non procedant in ijs, qui temporis momento habent perfectè ſuum effectum, veluti ſi Titius capitolium aſcenderit, ſi nuptias contraxerit, & ſimilia, nam hiſce caſibus, quamprimum hoc factum eſt, licet factum non duret, promiſſum debetur, & obligatio efficax eſt, ſecus tamen eſt in ijs caſibus, qui temporis tractum requirunt, & qui dicuntur ſucceſſiui, & perſeuerantiam deſiderant, veluti ſi Teſtator inſtituit vxorem ſuam, ſi tertium habitum S. Franciſci ſuſceperit, certe, ſi habitum dimiſerit, non poterit recipere hæreditatem, Baldus *in l. ſi quis hæredem, num. 6. ff. de hæred. inſtit.* iunctis notatis per Martinum Monter à Cueua, *deciſ. Regni Arragon. 2. num. 62. & ſeq.* vbi ſubtiliter materia momenti temporis, per caſuum diſtinctiones explicatur, & quod in his, quæ momento perficiuntur, momentum temporis plurimum operetur, ſecus in actibus ſucceſſiuis, & aliqua pulchra de momenti iure in Grotio *tract. florum ſparſio, ad tit. ff. de vi & vi armata,* & quia dicantur momentanea, tradit alibi allegatus Tiraquellus. Prioribus conforme eſt, quod docet Gail. 2. *obſerv. 23. num. 9.* quod regulariter ex cauſa ſuperueniente recedatur à legitima diſpoſitione, quaſi celebrata fuerit, ſub ea conditione, ſi res manſerit in eodem ſtatu, Martinus Monter à Cueua *deciſ. Regni Arragon. 47. num. 10. & ſeqq. & num. 207.* quod variata cauſa, varietur quoque effectus, prædicta ampliantur procedere, vt ſi cauſa aliqua ab vtroq; contrahente, mente conſiderata fuerit, illaq; cauſa finalis ſit contrahendi, tum illa ceſſante ceſſet & promiſſio, licet illa cauſa non fuerit expreſſa, ita docet Modeſt. Piſtor. *p. 3. quæſt. 130. num. 79. & ſeqq.* inferendo, quod ſi Abbas det fundum ſtudioſo ad ſcholas venienti, quod tunc repetere poſſit, detecta poſtmodum imperitia ipſius, quod aptus non ſit & ſeruire non poſſit, nec contra huiuſmodi repetitionem replicari poteſt, quod non fuerit expreſſa, ſed quod in cōtractibus omiſſum habeatur pro omiſſo, quandoquidē omiſſum non dicitur, quod ex veriſimili mente diſponentium in caſu expreſſo contineri poteſt, & caſus comprehenſus dicitur, qui venit ex tacita mente cōtrahentium, præſertim ſi natura cauſæ finalis caſus ille tacitè prouiſus eſſe dicatur, & regula, caſus omiſſi in contractibus nunquam militat, quoties ratio cauſæ finalis vtrumque caſum comprehendit, nam omiſſus includitur in expreſſo ex identitate rationis, non per extenſionem, ſed per intentionem, neque per ampliationem, ſed per declarationem, prout prædicta comprobat Theſaurus *deciſ. 170. n. 31.* neque inutile erit videre Manticam *de tacitis & ambig. lib. 3. tit. 12. n. 9. & ſeqq.* quem tamen *cap. ſeq.* referam, vbi videbis.

Ex prædictis declarari poteſt vulgata regula illa brocardica, obſeruanti obſeruare non teneor, de qua DD. *in l. cum propenas ab ea 17. Cod. de tranſact.* Item, Frangenti fidem, fides frangatur eidem; quia optime procedunt ob defectum cauſæ finalis, alias ob defectum implementi, non datur condictio ob cauſam, ſed ad implementum agendum eſt, vel ad præſtationem eius, quod intereſt, ita notabiliter docet Wameſ. *cent. 3. conſ. 57. num. 9.* per varia iura ibi allegata, & *deciſ. Rotæ Genuenſis 169. num. 2.* & perbelle explicat Chriſtinæus *vol. 4. deciſ. 216. num. 21. & ſeqq.* vbi & quod regula, Frangenti fidem, fides frangatur eidem, non non procedat in contractibus nominatis, 5.

de

de qua regula agit Seraphinus *de priuileg. iuram. priuil. 31. num. 125. & ſeq.* & declaratur in Nicol. Euerhard. Iun. *volum. 2. conſil. 24. num. 107.* quod dictæ brocardicæ regulæ procedant circa idem capitulum, vel circa connexa, ſecus in ſeparatis, quia tunc in vno ſeruanti, in alio non debet fides ſeruari. An igitur vno ex paciſcentibus frangentibus inducias, cæteri quoque teneantur, reſoluit Mynſinger. *4. obſerv. 7.* & in materia tranſactionis, an tunc liceat ad primæuam vel nouam actionem redire, pulchre reſoluitur in Griuello *deciſ. 111.* videatur quoque Maſcardus *de probat. concl. 387. num. 4.* Viuius *deciſ. 433. num. 2.* & cum ampliatione in Meiſnero *tom. 4. deciſ. Camer. Imperial. 22. num. 163. & ſeqq.* Quomodo autem & quando regula illa, non obſeruanti obſeruare non teneor, procedat, vide Magerum *de Aduocatia armata, capit. 16. num. 229. & ſeqq.* & ita intellige verſus:

Frangenti fidem, fides frangatur eidem.

Item:

Fallere fallentem, fraudemq; repellere fraude,
Exemploq; licet lædere quemque ſuo.

Quos allegat Meiſnerus *tom. 4. deciſ. Camer. Imperial. 22. n. 163. & ſeqq.* vbi quoque Doctores latè docent, ad ſeruandum promiſſa aliquem non teneri, cui promiſſa prius non fuerunt ſeruata, quos iuxta prædicta declarare poteris.

6. Porro multa ex recitatis Iuribus & DD. allegat Magerus *d. cap. 16. num. 386. & multis ſequentib.* vbi plures citat, & *num. 418.* Iura & DD. per quæ ipſe tenet, quod ſemel legitime factum ex cauſa ſuperueniente non retractetur, neque in irritum vocetur, *reg. factum legitime*, ibi DD. *de reg. iuris in 6.* textus & DD. *in l. 2. ff. de itinere actuq; pr.* Surdus *conſil. 145. num. 18.* & reſpondet Magerus *num. 446. & ſeqq.* dicta de defectu cauſæ finalis procedere, ſi in principio contractus cauſa finalis deficiat, ſecus ſi poſt perfectum & completum contractum eueniat; quia, inquit, in conſideranda validitate & inualiditate contractus, in omnibus negotijs id tempus ſpectamus, quo contrahimus, Doctores *in l. ſi filiusfam.* per illum textum *in fin. ff. de verb. oblig.* & aliam regulam non eſſe veram, dicit late Iaſon *in d. l. patre furioſo.*

Et quędam argumenta pro Magero inuenies apud Reinkingh *de retractu, quæſt. 7. num. 223. & ſeqq.* quod tempus inſpiciatur, & *quæſt. 2. num. 41. & ſeqq.* & rurſus *n. 140. & ſeqq.* vbi de illis theoricis, quod omnis diſpoſitio iudicetur ſecundum tempus, in quod confertur effectus, quodque qualitas adiuncta verbo, intelligatur ſecundum tempus verbi, adeo vt ſufficiat adeſſe tempore quo actus fit & perficitur, licet poſtea deficiat, iura & Doctores allegat Schraderus *de feud. p. 10. ſect. 7. num. 111. & ſeqq.* tamen Reinking ibi Iura & Doctores allegat, quod omnis diſpoſitio intelligatur rebus ita ſtantibus, ſeu in eodem ſtatu permanentibus, item quod mutata cauſa perſonæ, mutatur quoque ius, & hoc eſt, quod Philoſophi dicunt, quod variata cauſa circa circumſtantiam & diſpoſitionem ſubiecti, varietur quoque effectus, Ariſtot. *2. Phyſic. cap. 3.* quam reg. tamen non ita promiſcue & indifferenter eſſe accipiendam dicit, alias ſubuerterentur tractu temporis omnes diſpoſitiones & Iura, cum ſemper allegari poſſet, rem ita non extare, Bartol. *in l. quod, num. 4. ff. de condict. ob cauſ.* Cacher. *deciſ. 91. num. 14.* quod vel maxime procedit, vbi in diſpoſitionibus 7.

Digitized by Google

nibus in futurũ cauetur de iure, de quo ſaltẽ implicite cogitari potuit, quia tũc noua cauſa ſuperueniens nihil operatur, Cacher. *d. loco numer.* 15. regula autem ex Philoſophis relata procedit in iuribus mere perſonalibus, quæ perſonæ tantum cohærent, eaque variata variantur, ſicut & Barboſ. *in tract. axiomatum Iuris vſufreq. ax.* 73. *numer.* 3. *&* 4. limitat priorem reg. de rebus ita ſtantibus, in ijs procedere, quæ recipiunt augmentum & diminutionem, & intelligit reg. quando noua cauſa iuſta ſuperuenit, in principio tamen præuiſa & cogitata, quo caſu dici non poteſt, quod ſtatus rerum ſit mutatus, ſecus vero vbi non fuit cognita, nec cogitata, vide infra de tempore *cap.* 8. de clauſula, rebus ita ſtantibus, de qua agit & Barboſa *tract. de clauſulis clauſ.* 129. & alias exornatur in Vaſquio *in l. ſcimus antea. numer.* 21. *Cod. de inoffic. teſtam.* cum plura cumulãtur, defectu vnius non omnia deficiunt in damnis, ſecus in lucris, vnde ſi tibi mandetur, vt mittas frumentum in tali naui, & hæc deficiat, non mittens in aliam, non incidit in pœnam, quia defectus vnius non operatur in alio, & ita citatus intra terminum impoſſibilem tenetur venire poſt terminum, vt latius ibi.

8. Verum enimuero Mageri doctrina ſimpliciter accepta redditur falſa ex præcitatis iuribus, quibus euincitur quod effectus cauſæ finalis reſoluat contractus & diſpoſitiones, quare declarari debet ipſius doctrina, vt vera ſit, prout videtur quoque loqui, quando diſpoſitio fit ob cauſam, quæ tunc integrè exiſtit, & non habet cauſam ſucceſſiuam, ob cuius ceſſationẽ non ceſſat diſpoſitio, quia quando eſt conſummata & ſortita ſuũ effectũ, tũc defectus cauſę nõ reſcindit, quod legitime factũ eſt, Alex. *conſ.* 197. *l* 6. Surd. *conſ.* 116. *n.* 47. Card. Tuſch. *lit. M. concl.* 436. Caualc. *p.* 3. *deciſ.* 11. *nu.* 111. *& ſeqq. reg. factum*, vbi Barboſ & Peckius *de regul. iuris in* 6. Zaſ. *in l. ex facto num.* 21. *& ſeq ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* vbi dicit, quod ſufficiat ſi qualitas ſemel fuerit, licet non duret, fallit, vt ibi, & quod actus conſummatus vel perfectus, non tollatur per cauſam ſuperuenientem, docet quoque Cæuall. *in ſpeculo communium opinionum quæſt.* 729. *num.* 17. *& ſeqq.* Nicol. Euerh. Præſes *conſ* 137. *numer.* 8. *&* DD. *allegati per Dias ad Gammam deciſ* 27. *numer.* 5. quando ſufficiat conditionem ſemel impleri, licet per momentum duret, ſi vero ius pendeat à purificatione conditionis pendentis in futurum, tunc non procedit reg Ludou. Molina *de maioratu diſput.* 634. *in reſol.* 7. *&* 8. de hac quæſtione, vide late Reinkingh *d. quæſt.* 7. & communis eſt DD. doctrina, quod ceſſante cauſa, non ceſſet effectus conſummatus, pro comprobatione huius declarationis adduci poteſt doctrina DD. aſſerentium, quando actus non eſt omnino perfectus, tũc factum legitime retractatur Surd. *conſ.* 125. *numer.* 55. *& numer ſeq.* ait, factum reſcindi, quando cauſa deuenit ad non cauſam. & probat Mantica *de tacit, & ambig. lib.* 3 *tit.* 12. *nu.* 57. quod conſenſus datus ob cauſam ſucceſſiuam, eatenus duret, quatenus perſeuerat, *& num.* 58 ſub diſtinctione reſoluit, quando ceſſante cauſa ceſſet effectus vide ad eum, & ſuccinctè Salicetus *in l. generalis* 52. *numer.* 2 *Cod. de Epiſco. & Cler.* dixit, quod ceſſante cauſa ceſſet effectus, ſi quæratur de cauſa efficiente quamdiu cauſa eſt in fieri, tunc cauſa ceſſante ceſſat effectus, ſecus ſi in facto eſſe, hoc eſt effectus conſummatus in cauſa materiali, ſiue ſit

fieri, ſiue in eſſe perfecto, illa ceſſante ceſſat effectus, idem eſt in cauſa formali, & in cauſa finali ſecundum Butr. *ibi alleg.* quod ceſſet effectus factus & fiendus, ſed Salic. diſtinguit, ſi effectus cauſæ finalis ſit ordinatus ad impediendũ effectum ex tunc & retro, tunc cauſa ceſſante ceſſat & effectus, ſecus ſi tantum tunc, & non retro, quæ tamen ſatis obſcura ſunt.

9. Propterea poſſet amplius declarari doctrina Mageri, vt non procedat, ſi diſpoſitio vel obligatio in vnica cauſa finali includatur, vel deſuper fundetur, ſecus ſi ſuper duabus, nam ſi duæ cauſæ alicuius effectus concurrerent, quarum quęlibet per ſe ſufficeret ad illum inducendum, tunc ceſſante vnâ non ceſſabit eius effectus Bredenrodius *de appellat p.2. tit. 3. §. de reuocatione interlocutoria & proceſſu in principali, &c.* ſicut vbi plures rationes concurrunt in vna diſpoſitione, tunc vna ceſſante non perimitur, ſed firma manet diſpoſitio, Surd. *deciſ.* 38. *num.* 26 *plures DD. allegat* Modeſt. Piſtor. *p* 3. *quæſt.* 126. *n. num.* 107. *& ſeqq.* quod declarat Iaſon *in l. 2. ff. de condict. ob cauſam*, ſi forte Princeps ex duabus cauſis ſimul conſideratis, motus fuiſſet, tunc altera deficiente ceſſat diſpoſitio, ſed plures refert & ſequitur DD. Lud. Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 28 quod legislator vnica ratione tantum motus non præſumatur, ſed quis hoc allegans probare debeat, & quemadmodum vnica ratione non, ſed pluribus quis motus pręſumatur Surd. *deciſ* 322. *nu.* 64. ſic & ratio legis non præſumitur vnica, ſed multiplex, idem Surd. *deciſ.* 174. *num.* 23. de priori & eius declaratione, vide Surd. *deciſ.* 238. *num.* 7 *&* 8. vbi, quod duplex ratio conſiderari non poſſit, quando ea, quæ ſubintelligitur, fuit expreſſa, vide tamen ibi Rurſus tradit Alb. Brunus *de ſtatuto fœminas exclud. art. 6. num.* 297. quoties qualitas infert in cauſa finali, quæ non eſt cauſa eſſendi, ſed fiendi, ſufficit illam ſemel extitiſſe, & ita præſupponit, vbi eſt cauſa finalis eſſendi, quod tunc hoc non procedat, hinc determinatur apud Gratianum *tom. I. diſc. forenſ cap* 131. *num.* 24. quod deficiente onere præſtandi auxilium, debeat deficere cõmodum ex onere inductum, quando enim requiritur qualitas per modum cauſæ exiſtentis, id eſt, perſeuerantis, illa debet eſſe ſucceſſiua latè Menoch. *conſ* 106. *num.* 96. *& ſeq. lib.* 1. qui multos caſus diſtinguit, circa iſtas qualitates deficientes, an ceſſante illa qualitate, ſuper qua fundatur diſpoſitio, remanente ſubiecto in ſubſtantiâ, ceſſet ipſa diſpoſitio, vide Raudenſem *de analogis cap.* 27. *num.* 80. & Franciſ. Caldas *de renouat. Emphyt. quæſt.* 12. *nu.* 15. licet & dicatur, quod qualitas ad actum neceſſaria ſufficiat, ſi in tempore interueniat, licet non duret, hoc tamen limitat *quæſt.* 16. *num.* 12. quod qualitas momentanea non ſufficiat, vbi actus habet tractum ſucceſſiuum, quod rurſus ſublimitat, vbi actus momento aliquo ſuam conſequitur perfectionem, & effectum plenarium producit, tunc enim non requiritur, vt amplius perduret, *& num.* 18. *& ſeq.* quod momentanea quandoq; non ſint in conſideratione, vt ibi in illatis, latè Mantica *de tacitis & ambig. lib.* 14. *tit.* 44. an & quando, & in quibus actibus ſufficiat actus momentaneus & ſemel impletum eſſe, iunctis traditis per Damhoud *in Enchridion parium. lit. B. verb. conditio actus*, quid autem dicatur momentaneum, & quid ſucceſſiuum vide apud Tiraq. *in d. tract ceſſante cauſa limit.* 23. *nu.* 4 *&* 5. *& Tractatum fallentiarum iuris ciuilis & canonici. lit. M. in verb. Momentaneus actus & verb. momentum.*

Præ-

Digitized by Google

10 Præterea declarari poſſet doctrina Mageri in cauſa impulſiua, ſecus reſpectu cauſæ finalis, in qua non ſufficit extitiſſe, niſi permaneat Zaſ. *in l. ſubſtit. num.* 15. *ff. de vulg. & pupillar. ſubſtit.* reſpondet quoque Munnoz. *de ratiociniis, num.* 14. *&* 38. *ad reg. quod ea, quæ non poſſunt fieri. facta non teneant* vt non procedat, ſi eadem eſt ratio in vtroque tempore, nec obſtare dicit, quãdo cauſa eſt in eſſe perfecto, quod ea deficiente non deficit effectus. quia nõ procedit in ijs, quæ tractum ſucceſſiuum habent, vt tutelæ adminiſtratio, tunc enim quamuis tempore ſuperueniat cauſa remotionis, vitiatur actus, adhoc ſaltem, vt non poſſit adminiſtrator vltra procedere in adminiſtratione, licet enim actus, in quo tutela decernitur, ſit perfectus eo inſtanti, quo tutela decernitur à Iudice, tamen actus adminiſtrationis non dicitur in actu perfecto, donec durat tempus à lege vel homine ad adminiſtrandum conſtitutum. deinde non procedit reg. vbi aliquid in forma requiritur.

In ſimili conſului in cauſa Domini Ioannis Scheiffart/Senatoris Colonienſis viri integerrimi, ſuſtinendo iuxta art. 2. ſtatutorum Colon. inſcrineationem intra annum & diem faciendam, eſſe de forma Teſtamenti (de quo *tit. ſeq.* latius dicetur) & conſequenter per eius repetitionem, d. Teſtamenti ex ſcrineo, irritum factum, ac vt tale ſcrineo non amplius imponi poſſe, niſi de nouo fiat, & habui in ſubſcriptione reſponſi deſuper facti excellentiſſimos Iuriſconſultos mecum ita ſentientes, & pro huius comprobatione inter alia dixi, quod actus, qui ſemel cecidit à ſua ſubſiſtentia, non poſſit amplius redintegrari. Martinus Monter à Cueua *deciſ. Regni Arragon.* 46. *nu.* 34. *& ſeqq.* pro quo facit vulgata theorica, quod à priuatione ad habitum non detur regreſſus, ea propter actus cadens à ſua ſubſiſtentia in perpetuum redintegrari nequit, diſpoſitio enim priuatiua ſiue negatiua in infinitum extenditur, idem Monter. *deciſ.* 2. *num.* 31. & d. Theoricam cum ampliatione comprobat Scaccia *de commerciis & Cambio* §. 2. *gloſ.* 5. *ſub num.* 87. *verſ. intellige, & rurſus* Monter. *deciſ.* 24. *num.* 15. *& ſeqq. & per diſcurſum*, quod omnis priuatio perpetua ſit, & ſine redintegrationis ſpe afficiat, addatur Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib.* 2. §. 14. *num.* 69. 72 *&* 76. hinc Monter *d. deciſ.* 46. *num.* 56. *& ſeq. & deciſ.* 47. ſubtiliter more ſuo diſputat, an qui vſumfructum ceſſerat, & ideo amiſerat, ſi poſtea ad cedentem reuertatur, vſusfructus redintegratus cenſeatur, ſicut quærit Surd. *deciſ.* 278 *num.* 12. an actus reconualeſcat, ſi deuenit ad eum caſum, à quo non poteſt incipere, *& deciſ.* 163. an res obligata, quæ ſemel exiuit obligationem, reincidat in eam, ſi peruenerit ad debitorem, *vbi & num.* 4. *ex Bald.* quod ſi obligatio habet duo capita, ſi res ab vno extrahatur, ab vtroque eximitur, & Surd. *conſ.* 17. *nu.* 7. quod decimæ non debeantur ex prædio, quod cum eſſet ſuppoſitum decimis, à Domino emptum, & poſtea reuenditum fuit, alioquin ex noua cauſa poteſt quis redire ad ius amiſſum, Gomeſius *de annali poſſeſſ. quæſt.* 29. *verſ. quibus, &c.* Item de reſtitutis ex noua cauſa, & de Lazaro reſuſcitato, an non obſtante Teſtamento, & quod hæredes habeant bona, illa recuperet, agit Zaſius *in l. iura ff. de legib ibi, & in l. de quibus nu.* 60. *ff. d. tit.* docet, quod diſpoſitio & cõſuetudo ceſſet, quando error eſt in cauſa finali, prout ibi clarè exemplificat, prædicta ratio à priuatione deſumpta obſtabat mihi in alia cauſa ſatis nota, nam cum Titus filiæ

ſuæ in dotē dediſſet aliquot millia ſc.4000. daleros Imperiales nullis erectis pactis dotalibus, dixi dotem in generali ſtatuto non comprehendi Theſaur *deciſ.123.num.*4 ratio colligitur in Deckero *lib.* 2. *diſſert.6.nu.* 10.*& ſeqq.* præiudicium in Raudenſi *de Analogiis cap.*33.

11. Prædictis addidi argumenta relata à Chriſtinæo *vol.*4. *deciſ.*212.*nu.* 5.*& ſeqq.* vbi probat, quod ius ſpecialiter prouiderit, quod ea quæ Pater donauit liberis poſt eorum mortem, ad ipſum reuertantur, quodque lex pro Patre ſtipuletur dotem ad ipſum reuerti, vide ibi rationes, & argumenta apud Cephal. *cap.* 256. & pulchrè Farinac. *p.*1 *deciſ.* 708. vbi quoque loquitur in caſu ſtatuti, quando dos reuertitur ad Patrem, quando fiat patrimonium filiæ vel non, & putat Bald. allegatus à Mantica *de tacitis & ambig.lib.*12.*tit* 20. *num.*38. eſſe irrationabile ſtatutum concedens lucrum cum Patris iactura, ita vt ſi ſtatutum non ſit expreſſum, in ambiguo fauendum magis ſit repetitioni dotis quam aduentitio lucro mariti.

12. Verum ſtatutum noſtrum expreſſe vult, quod nullis erectis pactis dotalibus donatio propter nuptias & dos inter coniuges fiat communis, ſiue inter coniuges inducatur communio, & conſequenter quia ſemel exiuit dominium Patris, & in aliorum, ſiue in coniugum dominium tranſiuit, ideoque ſemel à ſua ſubſiſtentia cecidit, non videbatur, quod prædicta dos patrimonium filiæ factum, & pro medietate iure communionis ad maritum translatum, ad patrem reuertatur, niſi quatenus filiæ hæres exiſtat, medietate illius apud maritum remanente, rationes autem Chriſtinæi poſſunt accipi in terminis iuris ciuilis, non vero dicti ſtatuti, quæ controuerſia amicabiliter poſtea compoſita fuit, & ita ſolidata manet regula, quod ceſſante cauſa ceſſet effectus, vt procedat in cauſa finali, quæ omnium aliarum cauſarum directrix eſt *arg. l. in omni ibi Bart. ff. de adopt. l. licet §. ea obligatio ff. de procur.* quia ratio finalis dicitur anima cuiuſque diſpoſitionis Pariſius *conſ.* 78. *numer.* 13. *vol.* 1. Gail. *de pignorat. cap* 10. *num.* 3. ſicut doctiſſimè proſequitur Scaccia *de commerciis & cambio* §. 1. *quæſt.*1. *numer.* 509. *& plurimis ſeqq.* ibi & quid ſi ratio in caſu particulari ceſſet, hoc interim addere placet, quod hoc caſu non ceſſet ipſa lex, quamuis pro re nata, liceat vti Epicheia, de qua omnino videndus eſſet Peguera *deciſ.*51 *per tot.* vbi in primis multa argumenta adducit, quod legis integra obſeruatio neceſſaria ſit, quando lex in nullo deficere poteſt, ſi vero lex vniuerſalis in aliquo caſu deficit, & in illo caſu legis obſeruatio declinat à rectitudine, tunc ſeruari non debet, ſed illi caſui ſuccurritur per Epicheiam ſeu æquitatem, quæ legis directio eſt, vbi inter alia allegat quoque ſacræ ſcripturæ loca, 1. *Regum cap.* 21. *& Matth. cap* 12. atque exemplificat in præcepto Eccleſiæ obligante ad audiendum ſacrum die Dominico, ſi iam Titius eundo ad ſacrum ſcit inſidias mortis ſibi ſtrui, non audiendo ſacrum non peccat, declaratur vero ipſa doctrina principalis, vt vera ſit, quando lex deficit propter vniuerſale contrariè, & non negatiuè tantum, contrariè autem deficit propter vniuerſale, quando euenit caſus, in quo non ſolum ceſſat ratio legis, ſed inique ageretur ſeruando legem, vt in caſibus ibi propoſitis & ſimilibus, ſecus poſteriori caſu, quando lex deficit propter vniuerſale negatiue tantum,

tum,

Digitized by Google

tum, quod euenit, quando accidit caſus, in quo ceſſat ratio legis v.g. lex eſt, quod quilibet certa die ſacrificet, & pro peccatis ſuis ſatisfaciat, Titius autem ſcit ſe iam pro peccatis ſuis ſatisfeciſſe, quo caſu vtique lex in particulari ceſſat, & tamen ſeruanda eſt lex quia veram vim obligatiuam non perdit ex eo, quod ratio legis ceſſet propter vniuerſale, quemadmodum & Chriſtus Dominus circumciſionis legem in ſeipſo ſeruauit, & B. Maria Virgo præſentationis legem in templo.

13. Deinde licita non eſt Epicheia quando lex propter obſcuritatem deficit, vel potius deficere putetur, ita vt dicat errare eos, qui dicunt Epicheiam in hoc caſu eſſe, interpretari an ſeruanda ſit lex, de Epicheia ſiue vt aliqui ſcribunt Epykia ſatis clare, & diſtinctè quoque agit Breſſerus *de conſcientia lib. 4. cap. 17.* & dicit, quid *ἐπιεικεία* Græcè idem ſit, quod latine æquitas, vel iuxta Ariſtot. eſt correctio legis ob vniuerſalem locutionem, ſcilicet contra verba vniuerſalia, non tam contra intentionem legis, vbi dicitur quod in dubio locum non habeat epicheia, cum poteſt conſuli ſuperior, quodque in dubijs eligenda ſit via tutior, tamen in concurſu præceptorum dicit, eſſe ſeruandum grauius niſi leuius eſſet certius, quo ſenſu explicandum eſſe illud. è duobus malis minus eſſe eligendum, vt tamen minus malum hic ſit, quod eſt incertius, etſi alias maius, *de quo p. 1. tit. 1. & de prioribus tit. 5. de æquitate,* actum fuit, & exemplificat ſat clarè Breſſerus quando epicheia locum habeat vel non.

(***)

CAPVT IX.

De cauſa finali & impulſiua, & vnde cognoſcatur.

EX deductis *cap. præced.* videre licet, cuius ſit effectus & operationis cauſa finalis, quare operæ pretium eſt, illam ad vnguem cognoſcere, quia ob virtutē eiuſdem ſæpè tibi negabitur, vel ſi nō negetur replicabitur, hanc nō eſſe vel fuiſſe ſolā huius vel illius diſpoſitionis cauſā finalē, prout mihi contigit in ardua cauſa adhuc indeciſa pendēte, quare noſtra intentione fundata, dixi, aliam cauſam exaduerſo probandam fore. 1.

Præmitto autem ad maiorem elucidationem tradita per Hectorem Felicium *tract. de ſocietate cap. 2. n. 8. & ſeqq.* quod cauſa finalis Societatis ſit quęſtus, ſeu lucrum, quia dum contrahentes conſentiunt, habent intētionem ad lucrū ſeu quęſtum, ideo neceſſario ipſum lucrum ſeu quęſtus cauſa finalis dici debet, nec obſtat quod Decianus dicat, cauſam finalem eſſe ipſam obligationem, cum partes in hoc conſentiant, quia reſpondet, quod finis dupliciter conſideretur, 1. quod ſit finis operis ſeu operationis, 2. quod ſit finis operantis, finis operationis eſt obiectū, in quod ſuapte natura ipſa operatio dirigitur, finis autem operationis eſt tantum vnus, at finis operātis multiplex eſſe poteſt, vt pulchre exemplificat, dicitque ſibi non placere opinionē Deciani ex cauſis ibi relatis, *& c. 28.* notabilia quoq; de fine, inter cętera, quod finis declaret qualiter res ſit cenſenda, & quod omnia à fine dinumerentur. Notabiliter quoq; Mantica *de tacitis & ambig. l. 3. tit. 12. n. 9. & ſeqq.* tradit, quod ex origine cauſa cuiuslibet diſpoſitionis vel contractus, quid ſit ſtatuēdum, intelligi poſſit, & ideo magis inſpicitur cauſa promittēdi, q̄ ipſa promiſſio, & quidē originalis cauſa ipſius obligationis inſpiciēda eſt, nō accidētalis, nam 2.

nam in contractibus illa dicitur cauſa finalis, de cuius radice manat obligatio, & proinde quæ ſit ſpecies conuentionis ex vtilitate cōtrahentiū cognoſcitur, quia cōmercia ſunt inducta ob vtilitatē contrahentiū, ideo vtilitas, vt Felicius ait, lucrum tanquā cauſa finalis eſt optima interpres, quippè quod mouetur naturaliter, tendit ad bonum, quod omnes appetunt, vnde deducit, ſi quis ſe obligat ratione alicuius emolumenti, quod ſperat conſequi, ſi illud non conſequatur, quod non teneatur, vide ibi.

3. Deinde Zaſius *in l. pecuniam num.* 17. *& ſeq ff. ſi certum petatur*, docet, quod cauſa finalis ſit, in quam vltimatè, directo, & manifeſto finis conſtituitur, v. g. ibi iubeo debitorem promittere Titio iſta, quæ mihi purè debet, ſub conditione ſi Rex intra annum veniat, hæc conditio habet cauſam finalem, quia volui, vt debitor ſolueret Titio, niſi Rex veniret, cauſa vero impulſiua eſt, quando aliquis facturus erat alias, ſed tamen impellitur propter aliquam cauſam, vt eo citius faciat quemadmodum ibi exemplificat, & in *parat. ff. de poſtulando nu.*16. *& in l. de quibus num* 61. *ff. de legib.* quod præſumatur potius cauſa finalis, quam impulſiua, & vnde vtraque cauſa agnoſcatur eleganter tradit Couar. *lib.*1. *var. reſol. cap.*20. *n.* 2. notabilia quoque in Felino *in cap. ſolitæ x. de maiorit. & obed.* Cardinal. Tuſchus *lit.* C. *cauſa finalis quando dicatur & quando impulſiua concl.* 141. Aduocatus Cameralis *conſ.* 74. docet, quando quid non eſt ordinatum de quo agitur, tunc iſtud non pro cauſa finali, ſed potius pro occaſione haberi, diſtincte Salic. *in l. generaliter num.* 3. *Cod. de Epiſcop. & cleri. c.* 1. ſi cauſa ponatur per modum conditionis, tunc ſumitur finalis 2. ſi apponitur in vim modi ſed implementum concernit vtilitatem alterius, quam eius, cui datur, iudicatur quoque finalis, vel etiam ſi ad commodum eius, cui datur, ſed cauſæ expreſſio erat finalis ad actus validitatem, tum & finalis iudicatur, vel etiamſi ad actus validitatem non erat neceſſaria, ſed concernebat actum pium, vel fauorabilem, cenſetur etiam finalis, alias impulſiuā quæ in dubio talis præſumitur, ſed vt verum fatear hæc diſtinctio obſcura non illuminat ſatis intellectum practicum, ſi illam ad caſuum deciſionem applicare vellet, magis igitur diſtinctè reſoluit Gratianus *tom.*1. *diſcept. forenſ. cap.* 96. *num.* 40 *& ſeqq.* quod illa dicatur cauſa finalis & vera, quæ arctat ad faciendum, & ſine qua alias non fuiſſet facturus, adeo vt ſi alias eſſet impulſiua, ea qualitate efficiatur finalis, quod ego ita intelligerem, quando cauſa mouet ad agendum actum, & in eo ita agit, vt illa ſola ſit cauſa actus nullo alio accedente, hoc caſu non cauſam impulſiuam ſed finalem non tam eſſe, quam pro tali quoad effectum haberi, ſæpe etiam ratio quidem mouet vt tamen voluntas per ſe ſit cauſa ſufficiens, etiam ſine ratione illa, quemadmodum & ſtatuta terrarum ſæpe conſiſtunt, ſic volo ſic iubeo Alderanus Maſcard. *de general. ſtatut. interpret. concl.* 4. *num.* 104. *vbi in praeced. & ſeqq. aliqua notabilia de effectu rationis & num.* 180. quod ratio impulſiua tunc dicatur, quando deciſio legis, vel ſtatuti eſt magis generalis, quam ſit ipſa ratio, quæ ideo cum non militet generaliter, non poteſt dici finalis, ſicut dicitur finalis, quando eſt generalior vel æque generalis cū ipſa lege vel ſtatuto, vel dicitur finalis, quæ generaliter reſpicit diſpoſitionem, & generaliter ad illam influit: Sebaſt. Medices *tract. de legib. & ſtatut. p.* 4. *quaeſt.* 1. *ſub nu.* 5. dicit, quod ratio

prolata

Digitized by Google

prolatá à lege, finalis, at ab homine prolata, impulſiua præſumatur, ſi eſt voluntaria, ſecus ſi eſt neceſſaria, vt in teſte finalis præmitur Magonius *deciſ flor.57.num.51.& ſeq.* docet, quando cauſa ſeu ratio ſumitur ex particulari, tunc vniuerſalis impulſiua, & non finalis dicitur eſſe, quia finalis cauſa omnino, & totaliter intendit, vel vt dicit Mantica *ſæpius citato tit.12.nu.25.* illa dicitur cauſa finalis, quæ totam reſpicit diſpoſitionem, & influit in omnem effectum, vnde cum promiſſio latius diffunditur, quam ratio promittendi, ipſa ratio non poteſt dici cauſa finalis ſed impulſiua, ſicut Scaccia *ſupra cap.7. allegatus*, docet, quod illa reg. ceſſante ratione ceſſat lex. non procedat in ratione quæ non eſt generalior lege, ſeu non æque generalis vt lex, nam tunc ceſſante ratione non ceſſat lex, quia quando lex eſt generalior ratione ſeu cauſa, tunc iſta cauſa dicitur impulſiua, qua ceſſante non ceſſat, ſi vero ratio eſt generalior lege ſeu æque generalis, tunc illa cauſa dicitur finalis, qua ceſſante ceſſat & lex. qui tamen fatetur adhuc æque ignotum eſſe, quando ratio ſit generalior lege vel non, vel quando cauſa ſit finalis, vel impulſiua, ſicut ignotum eſt quando ceſſante ratione ceſſet vel non ceſſet lex, ideo dat aliam doctrinam, quam rurſus illuſtrat, quare recurre ad eum quia pulchrè illa exemplificat.

4. Verum ad maiorem elucidationem quaſdam ſatis apertas doctrinas & regulas addere placet. & quidem primo ex DD quod ex proœmio arguatur mens & ratio finalis Chaſſan. *in conſ. Burg. in proœmio & paſſim DD. communiter* Tiraq. *in d. tract. ceſſante cauſa limit.1.num.64. & ſeq.* Molina *lib.1. de Hiſpanorum Priuilegiis cap 5.num.1.* qui primogenium inſtitutũ eſſe inquit, ex verbis præfationis, ſcilicet cupiens memoriam meam conſeruare & perpetuam efficere, tunc quidem mens & voluntas diſponentium ex proœmio maxime colligitur, ſed vt bene aduertit Tiraq. id non ex proœmij ſeu præfationis natura, ſed ex natura cauſæ in præfatione expreſſæ fieri, quod etiam aduertit Peralta *in l. ſi quis in prin.n.83. ff. de legat.3.* quem allegat Aluaradus *de coniectura ta mente defuncti lib.4.cap 4 num.7.& 10. vbi & in ſeqq. limitat.* prædictum, ſi in quolibet diſpoſitionis caſu eadem eſt ratio, item ſi gratia frequentioris vſus ratio cauſalis exprimitur, prius quoq; ſentire videtur Crauetr. *conſ.888.num.2.* dum dicit, quod cauſa finalis æſtimetur, quæ in proœmio commemoratur, de quo latius Gomeſius *de annali poſſeſſ. queſt.1.& queſt.28. verſ. ſed vlterius.* Tu cum ampliat. & limitationibus vide Alderadum Maſcardum, *de generali ſtatut interpretat. concl.2.num.176.& ſeqq.* vbi etiam dicit, quod proœmium & præfatio oſtendat cauſam finalem. Præterea Sebaſt. Medices *1.q 1.num 5. de legib.& ſtatuti, 1.queſt.1.num.5.* plures caſus ponit, in quibus præſumatur cauſa finalis, & dicit finem duplicem eſſe, eſſentialem & accidentalem, eſſentialis eſt, ad quem principaliter ex ſui natura res ordinatur, accidentalis vero, ad quem res ab agente diſponitur, quando ad ſui naturam conſtituitur, v.g. finis principalis Doctoris legentis, vel iudicis iudicantis eſt vtilitas publica, & ille finis eſt eſſentialis, accidentalis vero, cum quis legit vel iudicat pecuniæ gratia, vel vt viuere poſſit, & ſic propter ſeipſum, & illa dicitur proprie cauſa finalis, quæ principaliter mouit animum ſtatuentis, ita quod aliter ſtatutum non erat editurus, impulſiua vero, quæ licet ſtatuentem impulit, tamẽ facturus erat, quæ nihil aliud

eſt,

Digitized by Google

eſt, quam ratio ſeu intentio ſtatuentis ſecundaria, & hac intentione quis Religionem ingredi poteſt, principaliter vt Deo ſeruiat, ſecundario vt viuere poſſit, non è contra, *& num.* 6. refertur illud axioma, cuius finis eſt bonus, & ipſum quoque bonum eſt, dummodo ſcilicet ita ad finem ordinatum eſt, quod ſine illo ad finem perueniri non poſſit, nam conceſſo fine conceduntur omnia, quæ ſunt ad finem neceſſaria, quippe ſublato medio, ſine quo ad extremum perueniri non poteſt, & ipſum extremum ſublatum intelligitur per iura ibi allegata, a proinde cogitans de fine, cenſetur etiam cogitare de medio ad finem Gratian. *lib.* 1. *diſcept. forenſ. cap.* 48. *num.* 15. imo docet Barboſa *de dictionibus vſufreq. dict.* 314. per dictionem cauſalem, quia, colligi & cauſam finalem & impulſiuam, cauſa autem expreſſa dicitur pluribus modis, præſertim per dictiones, quia, quare, quoniam, quamobrem, Mantica *de tacitis & ambig. lib.* 3. *tit.* 12. *num.* 32. Bart. *in l. demonſtratio §. quod autem n.* 8. *ff. de condit. & demonſt.*

5. Poſſet quoque videri Vaſq. *lib.* 4. *contr. cap.* 39 *num.* 17. *& ſeqq.* vbi dicit, quod ratio ſemper finalis præſumatur, intellige vt ſupra, ibi quoque quæ ſit ratio neceſſaria, *& lib.* 3. *cap.* 97. *numer.* 6. quæ ratio in lege expreſſa haberi debeat, quando alia dari non poteſt, & quando ratio eſt generalis, deciſio vero particularis, ait, quod tũ loco exempli habeatur deciſio, quod non arctat regulam & hoc procedere in pœnalibus, exorbitantibus, & correctorijs, de quo vide ſuperius, ſic ſanguinis quoque ratio præſumitur finalis Surd. *deciſ.* 322. *num.* 14.

6. Notabilia rurſus de cauſa & occaſione tradit Martha *tract. de clauſulis p.* 1. *clauſula* 30. & ponitur caſus, ſi Teſtator primo legauit Titio mille ducatos, & poſt multas diſpoſitiones in Teſtamento addidit cum declaratione, quod nihil petere poſſit hoſpitale ſi prius non renunciauerit donationi, & dicitur quod hæc importet cauſam finalem in ipſamet ſubſtantia legati, illique cohæreat, & non occaſio, ſiue cauſa remota, quia declaratio retrotrahitur ad tempus diſpoſitionis, ex quo reſultat primo, quod illa eſt cauſa finalis, quæ cohæret ſubſtantiæ diſpoſitionis, 2. illa eſt cauſa finalis, quæ eſt prima in intentione, ſed vltima in executione, verba autem renuntiationis fuerant prima in intentione, quia poſita per verba, cum declaratione 3. illa eſt cauſa finalis, quæ non reſpicit commodum legatarij, ſed tertij, tunc enim mens, diſponentis ita interpretatur, quod non aliter diſpoſuiſſet, quam cum illa cauſa, in iure autem clarum eſt, quod illa dicatur cauſa finalis, ſine qua agens aliquid facturus non eſſet, vel non eo modo, niſi illa cauſa fuiſſet, quarto illa dicitur cauſa finalis, quæ colligitur ex diſpoſitione conditionali, ſicque ex prædictis infert, ſi factum eſt legatum cum onere aliquid faciendi, onere poſtea adempto, cenſeatur & legatum ademptum, de quo vide Wameſium *ad ius can. de Teſtam. conſil.* 427. cauſa vero impulſiua non vitiat nec neceſſitat, vel vbi nullum eſt obligationis onus, ita nec effectus neceſſariæ conſequentiæ, & infert Mantica *d. loco num.* 10. quod donatio facta Eccleſiæ ſub modo non reuocetur licet modus non impleatur, ſed agi poſſit, vt impleatur, quia dum donatur aliquid Eccleſiæ, ipſa liberalitas collata in pium vſum, cenſetur cauſa finalis, *vide, num.* 38. *& ſeqq. iunctis traditis per* Manticam *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 14.

vbi

Digitized by Google

vbi paſſim, & quomodo finalis cauſa legati cognoſcatur, quibus adde, quæ non minus ſubtiliter, quam notabiliter tradit Martinus Monter à Cueua *deciſ. Regn. Arrag. 10.* vbi & oſtendit, vnde colligatur, quod quis alias non fuiſſet daturus, & quid ſi verba ſubſtantiæ legati vel circa executionem adijciatur, quæ ſæpe in praxi & in conſilijs accommodari poſſunt, vide ibi.

7\. Præterea de cauſa finali aliqua pulchra apud Marant. *in Speculo, part. 2. de definitione Iudicij, n. 21. & ſeqq.* Chaſſan. *in Conſ. Burg. rubr. 4. §. 2. in text. mulier, num. 7. & ſeqq.* vbi quando quid per modum cauſæ finalis diſpoſitum cenſeatur.

8\. De prædictis latiſſime & diſtincte Mantica *d. tit. 12. per tot.* de cauſa finali, vnde colligatur, & plura notabilia & vtilia, quem in arduis cauſis conſuluiſſe non pœnitebit, ad quem breuitatis cauſa fit relatio, & ſemper meminerimus illius:

Quicquid agas, prudẽter agas, & reſpice finẽ. Præſertim finem nunquam finem habiturum, ſed vel in gloria cum Sanctis, vel in perpetuo mortis ſupplicio cum Diabolis duraturum. Vnde quidam vir Sanctus exclamando dicit: O finis ſine fine, mors grauior omni morte, ſemper mori, & tamen mori non poſſe, vbi damnati plangent, clamando: Væ nobis, quod nati ſumus, nec vltra mori valeamus; Væ nobis iam & in æternum: Errauimus enim à via veritatis, & iuſtitiæ lux non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis: Quid nobis profuit ſuperbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? *Sapient. cap. 5.* Dic mihi, vbi ſunt modo amatores Mundi, qui ante pauca tempora nobiſcum erant? Nihil remanſit ex eis, niſi cineres & vermes; Attende diligenter, quid ſint, & fuerint, homines fuerunt, ſicut tu, comederunt, biberunt, duxerunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcenderunt. Itaque non gloriemur de præteritis & præſentibus, quia adhuc in lubrico ſtamus, & quid de nobis futurum ſit, plane ignoramus: proinde omnia & ſingula ratione duce, & non inclinatione peragamus, cum ratio ſemper præeſſe, appetitus vero obtemperare debeat, ratione ſuperiori notabile ſemper & vtile iudicetur, non quod in præſenti iucundum eſt, ſed quod in perpetuum prodeſt, non confidamus rationi inferiori, ſed illud ſedula mente voluamus, quod quiſque pro ſe rationem exactam Deo reddere teneatur.

Quis enim Deus præter te? Qui paterna virtute meam ſuſtentas memoriam, Filij ſapientia eſt lumen intellectus mei, & per Spiritus Sancti amorem occupas atque inhabitas voluntatem meam, ergo

Te precor incipiens adſit pia laurea nobis,
Et des ingenio vela ſecunda meo.

Quia abſque te nihil intelligere, nihil retinere, nihil quoque boni facere poſſum; itaque adſis mihi, vt rationes veras inuenire, inuentas retinere, & retentis tibi inprimis & proximò inſeruire queam, & viuens vt talis ſim, qualis, cum moriar, fuiſſe vellem, videlicet vt ſim modo à peccatis emundatus, meritis fœcundatus, & fine bono conſummatus, tecum ſine fine beatus.

Digitized by Google

TITVLVS NONVS.

Iuſtitia in Stylo & Statuto vulnerata.

CAPVT PRIMVM.

De Stylo & Statuto, de eorundem cum conſuetudine & obſeruantia vulgari confuſione, ſingulorum probatione, effectu & differentia.

1. QVemadmodum prętextu æquitatis, iuxta notata *p. 1. de æquitate*, ſic etiam ſub colore Styli Iuſtitiam ſæpius vulnerari, in praxi expertus fui, dum quidam legibus & DD. auctoritatibus conuicti, ad ſtylum & obſeruantiam tanquam ad ſacram anchoram confugiunt, allegantes hoc ſtyli, illud obſeruantiæ, ac proinde ſequendum eſſe, nihil enim vnquam adeo recte inſtitutum fuit, in quod fiducia licentiæ, quæ prauis ingenijs agnaſci ſolet, abuſum aliquem non inuexerit, auctore Claudio Cantiuncula *de offic. Iudic. lib. 1. cap. 8.* nullumq; iam pene beneficium eſt, quod vellicare malignitas non auſit, Seneca *lib. 2. de benefic. cap. 28.* ita, vt quamprimum lex nata, fraus quoque inuenta dicatur, Scipio Amirat. *Diſſertat. Politic. in Tacitum lib. 15. diſc. 2.* quippe, vt aiunt illi, pro coloratione ſuæ opinionis, Ius ex hiſce partibus, Natura, Lege, Conſuetudine, Iudicato, Æquo & Bono, & ex Pacto conſtat, ſiue, Ius Ciuile eſt in Legibus, Senatusconſultis, Rebus iudicatis, Iuriſperitorum auctoritate, Edictis Magiſtratuum, More ſeu Stylo & Æquitate, vt ex alijs tradit Borellus *in ſumma deciſionum lib. 2. in præfat. num. 195. & ſeqq.* vnde infert, (de quo tamen vide diſtincte Chriſtinæum *volum. 4 deciſ. 87. num. 1.*) non mirum eſſe, Placita & ſententias ſummorum Tribunalium in Regnis & Prouincijs lata inſtar legis eſſe, & merito attendenda, non vero eorum officialium, qui aut modica, aut nulla legalis ſcientiæ doctrina, nulloque forenſium negotiorum vſu clari ſunt, in quos ibidem acriter inuehitur. Hinc pro cautela (in eum finem male fundata) dici audiui, Aduocatos non debere conſuetudinem vti difficillimæ, ſed vſum & obſeruantiam vti facilioris probationis allegare, & quamuis alias, cuius mens in theoria tenuit deſudare, non poſſit in Practica firmiter ſtare, iuxta Poëtam:

Nam male fundati malè firma eſt fabrica tecti.

Tamen vt applauſum faciant, rurſus vim ac virtutem ſtyli & obſeruantię protrudunt, quemadmodum caſus deciſos de ſtyli effectibus tradit Riccius *p. 4. collect. 794.* vbi & inter alia, quod poſſit allegari ad deciſionem cauſarum, & quod vicem legis obtineat, ac Iudex contra ſtylum iudicans litem ſuam faciat, prout & à contumacia excuſatur non citatus iuxta ſtylum Curiæ, & ſententia lata contra ſtylum eſt nulla, ac ſi contra legem lata eſſet, cum vicem legis obtineat, quod tamen fallit, vbi Iudex ſola facti veritate attenta procedit, intellige ſi cauſa leuis ſit, ita limitat Marcel. Cala *de modo articul.* 2.

& pro-

Digitized by Google

& probandi, gloſſ.4.n.82.& 83. quemadmodum prædicta latiùs per Iura & DD. auctoritates probat Arnoldus à Reyger *in Theſauro Iuris, lit. S. verb. ſtylus,* & Hunnius *in Encyclopædia, p.2. tit.2.* vbi multas deciſiones allegat, vbi & quod ſtylus iudicij obliget etiam exteros ſeu forenſes quoad proceſſum & ordinatoria iudicij, non etiam quoad litis deciſoria, de quo vide DD. *in l. cunctos populos, C. de ſum. Trinit.* iunctis traditis per Nicol. Euerh. *in locis legalib. à ſtylo Curiæ ſeu more iudiciorum, per tot.* & licet ibi *nu.4.* videatur definire, quid ſit ſtylus, tamen *n.5.* ex Alex. *conſ.36. circa fin. vol.2.* fatetur, quòd diuerſa ſint ſtylus & conſuetudo, adde eundem, *in loco ab opinione vulgi, vbi n.2.* quod vſus omni regulæ omniq; conſtitutioni in exaudiendis ſermonib. deroget ſolus, & ibi de vulgari vſu loquendi, ſicuti & dici ſolet, quod quotidie fit, vel ſolitum eſt fieri, legitime fit, Iura allegat Mager. *de Aduocat. arm. c.1. n.83 & ſeq.* inferendo, præſumi pro his, quæ diu agitata ſunt in Eccleſia Dei, patiente & tolerãte ſuperiore, *c. conſtitutus, de Religioſ. dom. c. Eccleſiarũ, diſt.*11. iuncto text. *in l. pen. ff. de conſt. Princ.* & præter DD. pulchre de ſolitis & inſolitis diſcurrit Zaſ. *in l. certi cõdict. §. qui nummos, ff. ſi certum petatur,* vt dici poſſit:

Hunc etenim longe ſeruatum tempore morẽ
Curia noſtra tenet. Et rurſus:
——— *Si valet vſus,* (*quendi.*
Quẽ penes arbitrium eſt, & ius & forma lo-

Doctores allegati in Scaccia, *de Iudic. lib.1. c.64.n.6. in fin.* vnde quidam:

Quædam ſi credis conſultis mancipat vſus.

Iterum Zaſius *lib.1. conſ.12. n.62. & ſeqq.* vbi de duplici ſtylo & auctoritate ſtyli latè Felin. *in c. ex parte, in verb. ſtylus, x. de Reſcriptis:* Vſus, inquit Plin. *26. Hiſtor. 2.* efficaciſſimus rerum magiſter eſt, alios per te videre poteris in Car. Tuſch. *de ſtylo lit. S. concl. 692.* vbi quid ſit ſtylus, qualiter inducatur, & quid differat à conſuetudine, rurſus *concl. 693.* ſtylus curiæ qualiter inducatur, & *conc. 694.* ſtylus Principis operatur idem, quod conſuetudo, & *concl. 695.* ſtylus diuerſorum tribunalium quando ſeruandus, quid ſi ſit cõtra ius, & à quo debeat probari, vbi & quod Iudex abſq; alia probatione ſe poſſit informare de ſtylo, quod procedit, quoad ordinatoria iudicij, ſiue quando reſpicit modum procedẽdi, non vero quoad deciſoria cauſæ, & *aliq. concl. ſeqq.* idem Tuſch. *lit. O. de obſeruantia,* & in Beſol. *in theſaur. pract. lit. O. verb. obſeruantz & lit. V. verb. vſurpantz* hinc Knichen *de Saxon. non pro. iure, ad verb. iur. c.5. n.148 & ſeq.* ait: Practica eſt cõmunis obſeruantia, magnamq; affert vtilitatem, & magiſtra rerum cenſetur, quodq; obſeruantia ſimilium caſuum efficiat, vt idem ſemper & vbique ſit tenendum, & quæ ſunt ſimilia paſſim à DD. tradita, quod etiam extendunt, vt ſtyli notorij probatio non requiratur, ſed Iudex eundem ſupplere poſſit.

3. Verum enimuero quia teſte Scac. *de iudic. lib.1. c.51. n.31.* hodie tot cœperunt eſſe ſtyli & opiniones, vt nullus ſit ſtylus nullave opinio, & tot iuſti ſpecies & ſcientiæ, vt nihil fere amplius iuſtum ſit (quid alias dicatur iuſtũ, & quot modis cõſtituatur, exornatur in Pet. Greg. Tholoſ. *de Repub. lib.10. c.4. n.8. & ſeq. ibi & in c. ſeq.* de illo ſcito, Ex malis moribus bonas leges ortas eſſe) aduerti oportet, quod ſtylus, cõſuetudo, obſeruantia inter ſe differant, de quo Menoch. *lib.2. præſ.8.* 1. quod ſtylus ſit in ſcribendo, Lucas de Penna *in l. ſi quando, n.6. C. de bonis vacantib.* conſuetudo in alijs actib. 2. quod ſtylus proprie verſetur circa modũ procedẽdi in iudicio, cõſuetudo vero circa definitionẽ & deciſionẽ cauſarũ,

&quod ſtylus impropriè verſetur circa deciſoria cauſæ, 3. differt à conſuetudine, quod ſtylus ſit particularis, cõſuetudo vero generalis, quodq; ritus eſt quidam modus actui ordinãdo ſolennitatẽ præbẽs, vel poteſt dici cũ Zaſ. *in l. de quib. n. 21. & ſeq. ff. de ll. in verb. quia ergo diximus, conſuetudinem ex morib. produci, in quo differunt mores vel vſus à cõſuetudine, dicite mores & vſus ſunt ipſi actus informes, conſuetudo vero formis eſt, qua ex vſib. erumpit*, & differentia eſt inter ſtylum & conſuetudinem, quia ſtylus reſpicit ſolennia, id eſt, ſolita in orando iudicialiter & in ſcribendo, ſtylus autẽ contra ius non eſt obſeruandus, ſed eundem inducere ſolis ſupremis Iudicibus permittitur, Barboſ. *in c. quam grani, x. de crimine falſi,* vbi ſic limitat, quæ de effectu ſtyli dixerat, rurſus *in rub. x. de cõſuetudine, n. 4.* oſtendit, in quo differat mos, vſus, ſtylus & obſeruantia, nam licet aliquando, inquit, pro eodem vſurpentur, differunt tamen, quia mos proprie ſumptus eſt cõſuetudo imperfecta, idem dicit de vſu, qui proprie importat illos informes actus populi, ex quibus cõſuetudo efficitur, ſtylus vero nihil aliud eſt, q̃ praxis Curiæ recepta ac obſeruata, & licet obſeruantia pro conſuetudine recipiatur, iuxta *l. 1. C. quæ ſit lõga conſuet.* proprie tamen reſpicit factũ, & concernit vſum alicuius iudicij vel tribunalis, & multa ibi de conſuetudine, in quo aũt differat vſus à more, tradit Soar. *de ll. lib. 7. c. 1. n. 3. ad f.* quod ſtylus tam de frequẽtia actuum, quam de ſingulis actib. dici poſſit, mos aũt non dicatur proprie de vno actu, ſed de frequẽtia actuũ, ex prædictis efficitur, ꝙ multa requirãtur, vt ſtylus probatus dicatur, 1. ꝙ à Iudice aliquo maiore, habente poteſtatẽ condendi legem, fuerit introductus, 2. vt deducãtur & oſtendãtur caſus, in quibus dicitur, fuiſſe obſeruatum, & argui poſſit, an actus ſint ſimiles, quibus cenſeatur inductus, ſic & ille, qui nititur vſu alicuius act⁹, probare debet, vſum fuiſſe in illo ſpeciali caſu introductum, non autem ſufficit allegare, ita generaliter eſſe obſeruatum, vti Menoch. *conſ. 75. n. 93. lib. 1.* docet, Klock *de cõtrib. c. 20. n. 9.* vbi & *n. 92. & ſeq.* tradit, quod obſeruantia ſubſecuta doceat, quid actum fuerit, & quid comprehendatur in generalitate, obſeruantia autem talis non eſt inductiua, ſed interpretatiua (de obſeruantia interpretatiua, & quæ talis, & quæ ſequenda, videndus Farinacius *p. 1. deciſ. 196.*) ideoq; in ea non requiritur longum tempus, quod latius examinatur à Meiſn. *tom. 3. deciſ. Cam. Imp. 14. n. 13. & ſeqq.* vbi, quod obſeruantia ſubſecuta declaret conſuetudinẽ, nec requiritur in tali obſeruantia ſpatium longi temporis, hoc eſt, quod longo tempore ita obſeruatum fuerit, ſed ſufficit aliquando ita fuiſſe obſeruatũ, quod magis obtinet, ſi per lõgiſſimum tempus, ac per plures actus ſucceſſiuos obſeruantia oſtẽdatur, & quod longa obſeruantia æquipolleat veritati, ſiue obſeruantiam dicamus eſſe cõſuetudinem, ſiue præſcriptionem, & quod à communi obſeruantia non ſit recedendum, ſed tollat ſtatutum in contrarium, per DD. ibi alleg. tamen differentia eſt inter obſeruantiam & conſuetudinem, nam conſuetudo vt iuris, vim legis habet, obſeruantia vt facti habet effectum declaratiuum, vel etiam iuris, ſed dubij vel omiſſi à iure declarandi, vel verborum, loci aut vocabulorum, vel omiſſi ab hominibus ſupplendi, vt tunc obſeruetur, quod pluries obſeruatum fuit, & ad hanc obſeruantiam vel aſſuetudinem, non requiritur, vt illa ſit præſcripta, ſed (vt dictum fuit) ſufficit aliquando fuiſſe obſeruatam, quia obſeruantia, vel etiam impropriè

conſue-

Digitized by Google

conſuetudo interpretatiua inducitur ſolum ad declarationem actus dubij, & ſic verſatur circa caſum dubium, non ad illum tollendum, ſed ad illum declarandum, & hæc conſuetudo interpretatiua potiùs dicitur aſſuetudo, Alderadus Maſcardus *de generali ſtatuto interpretat. concl. 2. num. 159. & ſeqq.* qui & *concl. 3. per tot.* agit de communi vſu loquendi, qui talis, quomodo probandus, & an Doctori affirmanti ita eſſe communem vſum credatur, vide ibi. Tertiò, vt ſtylus plenè & perfectè probetur, quando reſpicit deciſoria cauſæ, & propterea teſtes debent cum iuramento de ſtylo deponere, prout iſte modus articulandi & probandi colligitur ex Menoch. *d. loc.* & multa ibi de efficacia ſtyli, limita non procedere quando ſtylus eſt antiquus & inuariabilis, & præclarè Crauett. *de antiquitate temporum, p. 4. §. tranſeo nunc ad quartam, num. 36.* vbi confirmando prædicta, ſcil. quòd in actibus iudicialibus propriè non dicatur conſuetudo, ſed ſtylus, cum non inducatur à toto populo, aut maiore eius parte, ſed ſolùm à Iudice aliquo maiore habente poteſtatem legis condendæ, quia Magiſtratus non habens eandem, inducere non poteſt ſtylum iuri contrarium, vbi limitat: 1. niſi ſtylus eſſet præſcriptus; 2. niſi veniſſet in notitiam populi aut maioris eius partis, quia tunc valeret in vim conſuetudinis; 3. niſi talis ſtylus concerneret tantum ordinem & modum procedendi, quia tunc videtur valere, licet ſit contra Ius, quia vbi ſtylus reſpicit proceſſum, ſiue modum & ordinem procedendi dicitur agi de modico præiudicio, nec tunc requiritur, vt ſit obtentus in contradictorio iudicio.

4\. Ex cuius dictis alijsque ſuperius allegatis, facilè euinci poteſt, quòd ſtylus & aſſerta obſeruantia quandoque in vim conſuetudinis tranſeat, ſed ita, ſi ſit præſcriptus, & venerit in notitiam populi aut maioris partis Gratianus *tom. 1. diſcep. forenſ. cap. 153. num. 22. & ſeqq.* ſed quia ſty[illegible] non præſumitur, omninò probari debet, & quando vide in Maſcard. *vol. 3. de probat. concl. 1338. per tot.* vbi & quòd Iudex ſuper ſtylo non concernente deciſionem cauſæ, poſſit ſe informare, nemine etiam citato, ſic quoque notabiliter declarat Decius *conſil. 483. n. 20. & ſeq.* dum dicitur, quòd generalis conſuetudo non indigeat probatione, quodque Iudex in notoria conſuetudine ſupplere poſſit per DD. ibi allegatos, vt nihilominus notorietate illius, vel conſuetudine negata, plenè probari debeat, & quod allegata in contrarium procedant, vbi agitur de ſtylo & conſuetudine Fori & Curiæ, vbi agitur iudicium, ſecus in conſuetudine extrinſeca maximè ea, quæ merita cauſæ concernit, quomodo autem illa probetur, plenè tractant DD. *in l. de quibus,* vbi pulchrè Zaſius *ff. de legib.* ſuccinctè Mynſing. *6. obſer. 41.* & latè *decad. 1. reſponſ. 13. per tot.* & quia conſuetudo à iure communi exorbitans ſtrictè interpretari debet, vt non extendatur de re ad rem, de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum, ideo probanda eſt in ſpecie ſpecialiſſima, & indiuiduo ſuper quo quæritur eam obſeruari per tradita Schraderi *de feud. p. 10. sect. 20. num. 276.* Crauett. *conſ. 96. n. 4.* pro quo facit illud peruulgatum; conſuetudo tantum habet de potentia, quantum habet de actu vel vſu, Cothman. *vol. 1. conſ. 16. num. 14. & ſeqq.* quæ modo alba, modo eſt nigra Roman. *ſing. 367.* Meiſner. *tom. 3. deciſ. Cam. Im. 14. num. 43. & ſeq. & paſſim per tot.* notabilia de conſuetudine & Cothman. *vol. 2. reſp. 84. num. 25. & ſeqq.* vbi latè exor-

Digitized by Google

exornatur, num conſuetudo Iuri communi contraria extendi debeat, vbi an& quatenus procedat, quòd generalis conſuetudo Prouinciæ ad ſubiectas Ciuitates porrigatur, de quó vide *reſp. 85.*

5. Ego in materia conſuetudinis plerumq; conſueui recurrere ad Christinæum *vol. 4. deciſ. 212. num. 42. & ſeqq.* ibi namque docet, quòd vt conſuetudo vim legis habeat, & obliget Iudices ad ſe ei conformandum, conſiſtat in materia & forma conſuetudinis, materia autem conſuetudis eſt frequentia actuum, quod ita ſæpe factitatum, quòd ita conſuetum ſit fieri, conſuetudo enim eſt quaſi communis aſſuetudo: forma verò conſuetudinis eſt, quòd illi actus frequentes tales ſint, vt ex ijs elici poſſit tacitus populi conſenſus, qui conſuetudini vigorem tribuit, ex tacita videlicet populi conuentione, applicando conſenſum populi ſupra dictis actibus, tanquam formam ſupra materiam, ſi ergo nulli reperiantur actus, qui venerint ad notitiam populi, ex qua poſsit reſultare tacitus ipſius conſenſus, nulla poteſt conſtitui conſuetudo, nam ſicut nec conſenſus abſque notitia eſſe poteſt, ita nec notitia poteſt eſſe ſine actu, qui in notitiam deuenerit, deinde requiritur, vt conſuetudo quatenus eſt obligatoria & in futurum obſeruanda, frequentia actuum eam conſtituat, vt videlicet tot & tales ſint actus, qui veriſimiliter ad notitiam populi peruenire queant, quippe frequentia actuum inducit conſuetudinem quatenus eſt facti, & tacitus populi conſenſus eam inducit, quatenus eſt iuris, qua ratione dicitur Ius non ſcriptum.

6. Propterea dicit Oldrad. *conſ. 254.* quòd conſuetudo contineat tria: 1. Actuum frequentiam; 2. Habitum generatum; 3. Ius ex vtroque collectum, & deſuper requirit Barboſa *in cap. fin. de conſuetud. num. 18.* vt actus ad conſuetudinem inducendam requiſiti facti fuerint eo modo, & intentione inducendi conſuetudinem, & quod teſtes nôn ſint ſingulares, ſed conteſtes, reddantq; rationem dicti ſui etiam non interrogati, & quid deponere debeant, tradit, vbi & plures allegat, & *num. 9.* quomodo articuletur & probetur conſuetudo, ſingularis tamen eſt limitatio adducta per Christinæum *volum. 1 deciſ. 185. num. 30.* Si valde peritus ſit Aduocatus vel Procurator, atteſteturque ita eſſe conſuetudinem non ſpecificando actus vel tempus, tunc valet eius depoſitio per DD. ibi allegatos, & priori *d. deciſ. 212.* infert, quod non ſufficiat ad probationem conſuetudinis, ſi dicant teſtes, quod ipſi ſic teneant, & ſemper audiuerint, quod talis ſit conſuetudo, quia non creditur teſtibus niſi de his, quæ ſenſu corporeo perceperunt, non vero quæ iudicio intellectus percipiuntur, vel de ſua opinione, etiamſi dicant, ſe non ita credere, vel dicerẽt ſimpliciter, talem eſſe conſuetudinem, atteſtantur enim hoc modo de iure, & non de facto, teſtis autem factum deponere debet, non ius, id eſt, debet teſtificari de facto, ex quo reſultat conſuetudo, non de ipſa conſuetudine, quæ eſt ius non ſcriptum, nec ſufficit dicere eam eſſe notoriam, cum teſtis, qui dicit eſſe notorium, debeat deponere de cauſa notorij, nec quicquam iuuat dicere, quod ſemper audiuerit ſic teneri, quia iſtud in effectu eſt tantum teſtimonium de auditu, & quidem de auditu opinionis, non vero de auditu alicuius facti vel actus, nec releuat, ſi dicat, quod talis conſuetudo ſit immemorialis, nam iuxta Christinæum, ea qualitate non obſtante, requiritur probatio actuum in tali frequentia, quæ ſufficeret ad probandum, quod venerit

ad

Digitized by Google

ad notitiam ſanioris partis populi, & in tali modo, quo inde trahi poſſit tacitus conſenſus & approbatio eiuſdem, vt in futurum ſeruiat pro lege; & ad probationem talis conſuetudinis requiritur quòd teſtes dicant, ſe vidiſſe ita obſeruari ſuis temporibus, & à ſuis maioribus audiuiſſe, ita obſeruatum per DD. ibi alleg. addentes, quòd teſtes interrogati de communi obſeruantia, debeant in redditione cauſæ tale quid dicere, quod concludat, hanc obſeruantiam factam fuiſſe in diuerſis & pluribus actibus, ita vt frequentia actuum probetur, & quoad teſtes, de immemoriali conſuetudine atteſtantes, requiritur, vt ſint 54. annorum, & deponant ad minimum de 40. annis DD. *in cap. 1. & ibi gl. de præſcript. in 6.* & licet quidam dicant, quod in conſuetudine immemoriali non debeant quæri actus, id tamen intelligendum eſt de actibus initialibus, & ex quibus inducta eſt conſuetudo, quia in immemoriali impoſſibile eſt eos inuenire, qua ratione etiamſi reſpectu actuum, qui induxerunt conſuetudinem, & ex quibus originem traxit, ſufficiat, quod deponant, ſe audiuiſſe à maioribus ita de facto obſeruantum fuiſſe, tamen quoad actus continuationis conſuetudinis, & qui ſunt intra memoriam hominũ, debent deponere, ſe vidiſſe ſuis temporibus ita obſeruari, debent enim neceſſario in aliquo gradu temporis teſtificari de viſu, prout in poſitione affirmatiua facti etiam immemorialis debent teſtes deponere de aliquo facti huiuſmodi euentu, & ita cõſtare debet de facto, quod euenerit intra memoriam hominum, vnde dicit, licet noſtræ conſuetudines in effectu ſint immemoriales, tamen eo non obſtante neceſſe eſſe iuxta ſtylum notorium, vt probentur per turbas, quæ deponant, ſe vidiſſe ita obſeruari, & notent exempla, prout tradunt Faber & Imbert. ibidem per Chriſtinæum allegati, qui latiùs iſta tradit.

Conſuetudinis verò legitimè probatæ vim & effectum docent DD. *in d. l. de quibus & in l. 2. Cod. quæ ſit longa conſuetudo,* & conſuetudinem tanquam omnium rerũ Dominam appellat Gellius *lib. 12. noct. Att. 13.* Vnde belliſſimè infertur, conſuetudinẽ per ſententias latas non probari, eruditè Anton. Faber *in l. 35. ff. de legib. arg. l. 38. d. tit.* & Cuiac. *lib. 20. obſ.* 1. comprobando, quòd res iudicata conſuetudinem non faciat, ſed tacitus populi conſenſus, Meiſnerus *tom. 3. deciſ. Cam. Imper. 14. num. 178.* tamen deciſiones faciunt, inducuntque ſtylum & obſeruantiam in loco Viuius *deciſ. 401. nu. 50. lib. 3.* non verò conſuetudinem, & ita veriſſimum eſſe apparet, quod communiter tradunt DD. conſuetudinis difficillimam eſſe probationem & ferè impoſſibilem, eamque alleganti probationem incumbere, (quod autem dicitur, DD. atteſtantibus de conſuetudine credi, vide plenè Anton. Gabriel *in communibus concl. tit. de probat. concl. 4. an & quatenus Doctor aſſerens eſſe conſuetudinem probet*; item *tit. de conſuetud. & tit. de ſtatutis,* ad idem Graſſis *in comm. opin.*) tamen hoc intelligerem, ſi ſuper conſuetudine formiter examinati fuerint, prout vidi DD. & Pragmaticos ſuper controuerſa cõſuetudine examinatos fuiſſe, vel affirmatiuã DD. opinionem, quod Doctori & Gloſſæ de conſuetudine atteſtanti credatur, Bart. *in d. l. de quibus, num. 21.* vbi tamen in additione apparet, hoc valde eſſe controuerſum inter DD. vide ibi quomodo ſaluetur Bart. ego intelligerem de conſuetudine illius loci, in quo Aduocatum vel Practicum agit, ac ita quoque apparet ſtylum & obſeruantiam qua-

quatenus tranſitum fecit,ſeu in vim conſuetudinis tranſiuit,ſatis difficulter probari,faciliùs tamen tanquam ordinatoria iudicij reſpiciat,conſuetudo vera reſpicit deciſoria cauſę,quia ſtylus,de quo ſupra,à Iudice,hęc à populo inducitur, tamen in vtroque requiritur,vt & ſtylus & conſuetudo ſit inuariabilis, quippe ex actibus difformibus & varijs nullus ſequitur effectus, Crauet. *conſ. 313. num. 4.* nec poteſt formale & certum eſſe,quod non eſt fixum, ſed in ſe habet varietatem & difformitatem, Bald. *in l. 1. col. 13. Cod. qui admitti, &c.* & vbi non eſt vniformitas, ibi de præterito ad præſens, & è contra nihil inferri poteſt, Bald. *in l. ſi fundum, Cod. de rei vind.* prout prædicta docet Meiſner. *tom. 3. deciſ. Cam. Imp. 18. num. 36. & ſeq.* & ibi illata,iunctis traditis per Mynſing. *6. obſ. 42.* vbi ad propoſitum docet ex actibus populi differentibus non probari conſuetudinem.

8. Hinc in quadam ardua & grauiſsima feudali cauſa,in qua retuli,ad longum deductũ vidi, quòd conformitas actuum in tantum requiratur in conſuetudine, vt per actum contrarium etiam vnicum, & ab vno ſolo homine celebratum, conſuetudo non ſolũ impediatur, ſed & interrumpatur, in cuius confirmationem allegabatur Gloſſa *in l. nemo. 165. §. temporaria*, ibi Dec. *ff. de reg. Iur.* Bart. *in d. l. de quibus, nu. 24. ff. de ll.* Schrad. *de feudis, par. 10. ſect. 20. num. 157.* tu vide an Doctores allegati ita dicant, mihi hæc doctrina videbatur mirabilis,quòd actus vnius hominis impediat & interrumpat conſuetudinem, cum vix credibile ſit (niſi fortè ita per iſtos DD. præſupponatur, ex quibus tamen vidi Bartolum nihil horum dicentem, vnicum illum actum in notitiam populi aut maioris eius partis deueniſſe, quare conſului deſuper Bonacin. *in Tract. de legibus, diſp. 1. quæſt. 1. punct. vlt. §. 3. propoſ. 1. num. 33.* qui ibi diſtinguit, inter conſuetudinem perfectam & nondum completam, vt primò caſu per vnicum actum contrarium non abrogetur, poſteriori verò caſu per vnicum actum contrarium à communitate factum interrumpatur, ac conſequenter iterum incipiendum eſt, vt conſuetudo introducatur, ſicut & data vna inſtantia corruit argumentum (quomodo hoc declaretur vide Decianum *conſ. 52. num. 57. vol. 4.* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 73. ad fin.*) maximè ab experientia deductum Mantica *de tacitis & ambiguis, lib. 13. tit. 6. num. 43.* Molin. *ad conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 13. gloſſ. 7. num. 4.* vbi dicit ad tollendam conſuetudinem ſufficere, dari vnam inſtantiam,quod rurſus intelligebam, ſi inſtantia daretur reſpectu vniuerſi populi vel maioris eius partis, quia conſuetudo non eſt, quod fit à ſingulis generum, ſed à populo vel maiore parte populi, Meiſn. *d. deciſ. 14. num. 186.* vbi ita reſpondet ad illud, quòd fortaſsis aliquæ fœminæ renunciare noluerint, cum tamen maior pars earum ita fecerit, de quo poſtea in ſeparato cap. agetur, poſſet itaque rurſus videri Bonacina *de legibus diſp. 1. quæſt. 1. puncto vlt. propoſ. 1.* præſertim *num. 32. & ſeq.* quot anni requirantur vt leges per conſuetudinem abrogentur, *& propoſ. 2.* & rurſus *quæſt. 3. punct. 8. §. 5. propoſ. vn.* an priuilegium amittatur per non vſum, *§. 6. propoſ. 1.* an amittatur per contrarium vſum, id eſt per actum priuilegio contrarium, de quibus diſtinctè quoque videri poſſet Felin. *in cap. 1. num. 6. & ſeqq. de treuga & pace.* quomodo per non vſum & deſuetudinem tollatur lex, item *in cap. cum acceſſiſſent, num. 26. & ſeqq.* diſtinctè, an per actus negati-

gatiuos inducatur conſuetudo, ſi aliquo tempore quis hoc vel illo non fuerit vſus; & plura in d. cap. & quòd lex non tollatur per non vſum; ſed legem præſumi receptam, iudicatum reperitur in Viuio *lib. 2. deciſ. 338. num. 7.* neque enim lex fruſtra cenſetur occupare membranas, vt dicit Raudenſis de Analogis *cap. 28. nu. 121.* hinc non protinus, quod multi ſequuntur, practicandum eſt, quia argumentum peſſimi, teſte Seneca, eſt turba, eapropter quæramus quid optimum factu ſit, non quid vſitatiſſimum, & quòd nos in poſſeſſione felicitatis æternæ conſtituat, non quod vulgo veritatis peſſimo interprete probatum eſt.

9. Reliqua de conſuetudine & ſtylo copioſe tradunt Doctores in locis allegatis, quibus adde Borellum *in Summa Deciſionum lib. 1. tit. 14. de conſuetudine, ſtylo & ſolito,* ſicut & notabilia ſunt, quę tradit Mantica *de tacitis & ambiguis, lib. 3. tit. 9.* quemadmodum tacitæ & ambiguæ conuentiones ex conſuetudine congruam recipiant interpretationem; & pulchrè dicit Iuriſconſultus minimè mutanda eſſe, quæ interpretationem ſemper certam habuerint *l. minimè, ff. de legibus*, nam vt Auguſt. dixit apud Dionem, quæ in eodem manent ſtatu, etiamſi peiora ſint, magis proſunt, quàm quę ſubinde nouantur, quod declara ex Zaleuco: Legum, inquit, quæ in vſu ſunt, ſi qua non videatur recta eſſe, liceat eam mutare in melius, ſed dum manet lex, omnes ei obediant, nam ab hominibus vinci leges, neque bonum neque vtile eſt, at legi meliori eas velut victas cedere, & bonum eſt, & vtile.

CAPVT II.

Vulgares obſeruantias, vſus, mores & ſtylos legum vigore euacuari, & quatenus leges in obſeruantia eſſe dicantur, & deſuetudine abrogentur.

PRo more indoctorum Pragmaticorũ eſt, quòd pro legibus mores, ſtylum & obſeruantiã obtrudant vel potius effingant, & antequam legis abrogationem legitimè docent, multis allegationibus inſtructi applaudunt inter ignorantes, vel apud eos, qui inter grana & paleas diſcrimen conſtituere non norunt, quemadmodum ſatis plauſibilia ſunt, quæ cap. præced. referuntur, quaſi vſus, obſeruantia & ſtylus vim legis habeat & ſtatuta abroget, ſicut docetur apud Luc. de Pen. *in l. euidẽter, n. 2. & 3. C. de excuſ. mun.* quòd lex ex deſuetudine paulatim cadat, quare vſus hoc percipiens, eam in aliã transfert figuram; & lex non vtendo perimitur, ideo Princeps eas leges tantũ obtinere vult, quas vel Iudiciorum vſus frequentiſſimus ordo expoſuit, vel longa conſuetudo vrbis Romanæ probauit, ſimiliter Surd. *conſ. 58. ſub n. 9. & ſeq.* docet, quòd propter inobſeruantiam tollatur Ius commune, & ſtatutum etiam per 10. annos, ſi non fuerit vſu receptum, alias per longiſſimum tempus, præſertim ſi non vſus concurrat, nam vt dicit Surdus, licet lex vel ſtatutum per nõ vſum ſimpliciter non tollatur, tamen ſi talis non vſus habeat actum contrarium implicatum, tunc derogat ſtatuto per iura ibi allegata, nã ſicut moribus vtentium leges ipſæ cõprobantur, *c. in iſtis, diſt. 4.* ſic è contra moribus vtentium in contrarium nonnullas hodie abrogatas vel antiquatas cernimus; vnde Horat. 1.

Quid leges ſine moribus
Vana proficiunt.

Digitized by Google

2. Imò hodie ferè ita fieri videmus, vt in qua Gente certa vitia increbuere, mores iam vocētur, nec in veniam modo veniant, ſed & laudem, Lipſius *cent.*1. *epiſt.*9. & hoc caſu remedio locus eſſe deſinit, vbi, quæ fuerant vitia, mores ſunt, Senec. *epiſt.* 39. proſpero ac felici ſcelere virtute vocato; idem *in Hercul. fur.* ſed aduertendum eſt, mores & leges non eſſe, niſi iuſta ratio ſubſit, quæ de eſſentia legis eſt, imò & ipſius promulgatio, quòd aliqui DD. ſed malè ad acceptionem traducunt, quamuis regulariter verum ſit, quòd lex vſu non recepta, ſubditos non obliget, de quo latè & diſtinctè Barboſa *in cap. in iſtis, diſtinct.* 4. vbi non eſt omnium vna opinio, an vt lex, quæ non eſt vſu recepta, non obliget, requiratur vt Princeps ſciat non eſſe vſu receptam, quod aliqui volunt; alij verò dicunt, ſufficere tolerantiam ipſius non vſus, ipſe autem diſtinguit, reſoluitq; quot anni requirantur ad legem vſu receptam, & ad legem vſu non receptam via præſcriptionis abolendam, & plura ibi & in DD. per eum allegatis, quos videre poteris iunctis ijs quos adduxi *tit. ſeq. cap.* 3. de non vſu loquentes.

3. Verum enimuero præſumptio iuris eſt, leges vſu ſeruari, donec cõtrarium probetur Cynus *in l.* 2. *C. quæ ſit longa conſuetudo*, pro quo facit illud vulgatum, quod lege non cauetur, in practica non habetur, Iaſon *in l. illam, n.* 8. *C. de collat.* alios adducit Schrader. *de feud. p.* 10. *ſect.* 20. *n.* 150. Surd. *conſ.* 58. *nu.* 1. & 2. qui loquitur de ſtatuto, quod tamen vides ibi in ſeqq. non tranſire ſine difficultate; ego autem hic loquor de legibus noſtris, ſiue de iure communi, quod ſemel receptum vtique obſeruandum eſt, *l.* 1. & 2. *ff. de legib.* quia lex ſemper loquitur & ad obſeruantiam conſtringit, Bart. *in l. vn. n.* 2. *ff. de condict. ex lege.* ſicut & vulgò dicitur, non inſpiciendum eſſe id, quod fit, ſed quod fieri debet, Tuſch. *lit. F. concl.* 24. neque exemplis iudicandum eſſe, *l. nemo Iudex*, §. *non cum, C. de ſent. & interloc. cum ſimilib.* Impudens oratio, inquit Demoſthen. *in Orat. contra Ariſtocrat.* garrire ſic factum eſſe, nõ enim ſi quid contra leges factum ſit, id imitari licet, vt Aduocationis indoctæ cenſeatur, ab exemplis opem petere, vt ſic iudicatum eſſe dicatur, Knichen *de veſtit. pact. p.* 1. *c.* 1. *nu.* 102. leges enim ipſæ vti vigoroſæ ſequendæ ſunt, quippe veterum inſtituta non facile mutanda, nam & Ariſtot. 11. *Polit.* 8. negat, ob quaſuis vtilitates mutandam legem, præſertim cum earum mutatio quantum vtilitate adiuuare putatur, tantum nouitate perturbare conſpicitur, hinc Apuleius rectè monendo inquit: Nemo capeſſat noua, niſi quem pœnituit priorum, prædicta exornantur latiùs in Viuio *deciſ.* 255. *num.* 26. & *ſeq.* vbi inter cætera docet, quòd nouis in rebus conſtituendis euidens debeat eſſe vtilitas, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum viſum eſt, è contra in veteribus conſuetudinibus ſeruandis ſat eſt, quod adſit aliqua ratio etiam perſuaſiua cum præcedenti obſeruatione, & tamen ita fieri videmus, leges antiquari, aboleri & nouas ſuccedere, atque ob id Chriſtianam Rempub. inuerti, conteri & collabi, de quo vide pulchrã Hiſtoriam apud Valer. Max. *lib.* 7. *c.* 2. cum cuius dictis conuenit illud Oweni:

Antiquata viget nouitas, renouata vetuſtas
Naſcitur, & veteres nũc nouitate placẽt.

Prædicta præſumptio, eius eſt roboris, vt 4.
obſeruantiam legi ſcriptæ contrariam alleganti, non ſufficiat ſolũ probatio non vſus, ſed & neceſſe ſit, vt probetur & caſum in lege vel conſtitutione comprehenſum eueniſſe,

niſſe, & tamen longo retro tempore contrarium obſeruatum fuiſſe, *arg. l. ſancimus, C. de teſtam.* Schrad. *d. loc. n. 155.* Hondend. *conſ. 110. n. 22. vol. 1.* nam lex per non vſum non, ſed per contrarium vſum tollitur Felin. *in cap. 1. verſ. limita ſecundo, x. de trenga & pace,* Farinac. *conſ. 30. n. 108.* vbi tradit, quod non ſufficiat dicere, quod talis lex nō ſit vſu recepta, adeo, vt ſi Ciuitas non vteretur hac vel illa lege corpori Iuris inſerta, quia forte caſus huius vel illius legis non eueniret, non tollatur lex, quia requiritur nō vſus habens contrarios vſus, Iaſon. *in l. 32. n. 33. ff. de legib.* Gail. *2. obſ. 6. n. 3.* vnde vulgò dicitur: Erubeſcimus ſine lege loqui, permaximè, qui aliquid in prohibitis de iure fieri aſſerit, idipſum probare debet; videatur Nicol. Euerhard. in loco à lege ceſſante.

5. Ego prędicta ſæpius vſurpaui contra eos, qui hoc vel illud contra legem, vel eiuſdem rationem in praxi, vel de conſuetudine & de ſtylo obſeruari allegabant, prout & illud accomdat Crauet. *conſ. 517. n. 1.* in caſu inſolitę exactionis, cum enim poſtulatum ibidē, lege cautum non reperiatur, ergo nec exigendum, & ita ſubintrat doctrina Baldi, qui ius allegat, illud probare debet, iuxta illud Pſalmiſtæ: Legem pone mihi Domine; & hoc procedit, ſiue ius affirmando ſeu negando allegetur, quandoquidem quod expreſſim ſancitum non eſt, ſuperſtitionibus inuentionibus præſumi non debet *cap. contribuiſti, 2. quæſt. 5.* & Crauett. *d. loco,* vbi quoque ſe remittit *ad conſil. 90. num. 2.* neque enim nobis ſumere licet arbitrium, quod legibus datum non eſt Caualcan. *lib. 5. deciſ. 21. num. 7.* de prædictis vide diſtinctè Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 52.* de negatiua iuris, an & quando probanda ſit, ibi quoque de ſtatuti probatione, & notabilis eſt diſtinctio eorum, quæ ſunt de genere prohibitorum & permiſſorum, & rectè dicit, quod ius non indigeat probatione, ſed factum, vt ſi dicam te non poſſe eſſe teſtem, Procuratorem, &c. quia infamis es, quia condemnatus de falſo & ſimilia, hoc enim probato ſequitur, quod non ſis admiſſibilis; in ijs verò quæ ſunt de genere prohibitorum, vt ſi quis dicat, iuſtè ſe interfeciſſe Titium, hoc ipſum affirmans probare tenetur; *d. tract. cap. 36. num. 27. & ſeq.* ad quem breuitatis cauſa ſit relatio, & quemadmodum tradunt Doctores, quòd lex non præſumatur promulgata, niſi id probetur, Barboſa *in cap. cognoſcentes, num. 11. x. de conſtit.* & conſequenter nec recepta nec obligatoria, copioſè ibi allegati *n. 6.* ita quoque dicere poſſum, quòd prætenſus ſtylus, vſus, obſeruantia vel quicquid eorum contra legem Iuris Romani allegatur, non cenſeantur recepta, vt importent neceſſitatem obſeruationis, cum ſtatuti tenor non aliter probetur, quam faciendo articulum de ipſius publicatione Bald. *in l. vn. §. hac omnia, verſ. quod per publicationem, Cod. de caduc. tollend.* vbi edocet, quomodo teſtes in deponendo ſe habere debeant, quem allegat Marcellus Cala *de modo articulandi & probandi, gloſſ. vnic. num. 164.* vti & in ſeqq. vbi etiam tradit modum articulandi excuſationem pro eo, qui prætendit, ſe non habuiſſe notitiam de publicatione ſtatuti, vt pœna ſtatuti non puniatur, ſi probet ſe tempore publicationis in vrbe non fuiſſe, vel fuiſſe infirmum, vel aliud impedimentum, per quod publicatio ſtatuti non potuit ad eius notitiam peruenire, in omnibus ſiquidem ſtatutis, vt effectum habeant, publicatio neceſſaria eſt, de quo Wameſius *cent. 2. conſ. 91.* & Surdus

conſ.58. vbi quomodo ſtatutum præſumatur eſſe in vſu, vidi quandoque atteſtationes quorundam deponentium ſe nunquam vidiſſe, hoc vel illud recipi, proponi, practicari & ſimilia, ſed ſciendum per iſtiuſmodi atteſtationes non induci legis abrogationem, imò non valere dicit Wameſius *cent. 1. conſ. 40. num. 8. & 9.* iunctis traditis per Cothman. *volum. 4. reſp. 48. num. 18. vol. 1. reſp. 5. num. 15. & ſeqq.*

6. Tenendum igitur conſtanter, leges noſtras Iuris ciuilis ab aliquot ſæculis promulgatas, vſu receptas præſumi, nec ſufficere actus in contrarium eſſe factos, niſi & probetur, quòd habuerint effectum, & quòd talis obſeruantia venerit ad maiorem partem populi, DD. & præiudicia Rotæ Romanæ allegat, idipſum comprobando, Mantica *de tacitis & ambiguis, lib. 5. tit. 13. num. 42.* vbi & ſubijcitur, quòd ad probandum contrarium vſum, debeat conſtare actum contrarium habuiſſe contrarium effectum in iudicio contrario, & hoc ipſum amplat procedere *in Extrauaganti Ambitioſa de rebus Eccleſiæ non alienandis,* quamuis à iure exorbitans, cenſeatur vſu recepta, ad hoc, vt allegans contrarium probare debeat, ſic ibi reſolutum fuit; licet & aliter dictum, de quo ibi, & extare hac de re opiniones videre licet apud Borellum *in Summa Deciſionum lib. 1. tit. 16. num. 24.* vbi *num. 25.* conciliantur DD. Fachin. *lib. 10. contr. cap. 98.* prior tamen opinio videtur conuenire doctrinæ vulgatæ, qua traditur quid eſſe receptum, eſſe facti, facta autem non præſumuntur niſi probentur *l. in bello, §. facta, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* & DD. ibi, & *in l. ſciendum, ff. de verbor. obligat.* permaximè quoad leges extrauagantes, quas quilibet ignorare præſumitur Menoch. *lib. 2. præſumpt. 3. num. 11. & præſum. præced. num. 2. & 3.* contra ibidem allegatos affirmare audet; nec leges vſu receptas præſumi, ita nec ſtatuta, ſed ſciendum eſt, quòd hoc de legibus extra corpus Iuris, & non de eidem inſertis exaudiri poſſit, ſic & ſtatuta in ſcripturam redacta, & ante tempus memoriale promulgata, vſu recepta dici poterunt Benintend. *deciſ. 13. num. 10.* hoc etenim caſu Iuris eſſe dicuntur, quamuis quoad promulgationem, extenſionem, & approbationem dicantur facti, ac ideo probatione egere Cothman. *vol. 1. reſp. 51. num. 298.* ſed poſt promulgationem & receptionem ſemel factam, dicuntur eſſe iuris, ac proinde illa hoc caſu non vſu non recepta eſſe allegans probabit Crauetta. *conſ. 811. n. 8. & ſeq.* vbi & de non vſu, & quomodo ex non vſu lex vel ſtatutum euaneſcat, maximè verò ſtatutum receptum præſumi debet, quando iter alia ſtatuta in volumine ſtatutorum regiſtratum reperitur, DD. allegat Reinking *de retractu conſang. quæſt. 1. num. 31. & 32. ibi & num. 9. & ſeqq.* quærit, an Conſtitutio Friderici de Iure Prothomiſeos vſu recepta cenſeatur; quemadmodum lege diuina eam ſtatutam dicit, exinde tamen non ſequitur, eam & hodiè practicari contra *l. dudum*, vbi DD. *Cod. de contrah. empt.* quia non omnia, quæ legibus Moſaicis in veteri Teſtamento ſtatuta ſunt, ſed tantum moralia aut leges morales Ius Diuinum conſtituunt, at verò lex iſta de Retractu, forenſis fuit, neque attributa legis moralis ei conueniunt, & conſequenter Politiam noſtram non obligant, ſed ad ſceptrũ Iudæ, quod aduentu Chriſti IESV translatũ eſt *Gen. 49.* pertinet, & huiuſmodi leges non aliter ad cauſarum deciſionem allegari poſſunt, quam ſi vel Legiſlatoris auctoritate

vel illius vices ſuſtinente, vel conſuetudine & moribus iudiciorum receptæ fuerint, per notata à Menochio *lib. 2. de arbitr. caſu 290.* Hering. *de fideiuſſ. cap. 7. num. 530.* late & clare de præceptis moralibus, cæremonialibus & iudicialibus, agit Barboſa *in cap. non eſt, diſtinct. 6.* vbi & de lege Euangelica, vide eundem *in cap. in iſtis, diſt. 4.*

7. Prædictis conſequens atque conueniens eſt præclara diſtinctio, videlicet vt priori caſu, quod de legibus & ſtatutis ita regiſtratis dictum fuit, alleganti illa non eſſe vſu recepta, incumbat probatio (quomodo autem vſus legis negatiuus probetur, docet Tuſch. *lit. V. concl. 371.*) de alijs vero legibus & ſtatutis, quæ non ſunt relata inter leges & iura authentica, ſed tantum in quibuſdam locis ita obſeruantur, dicẽdum eſt cum Menochio, quod allegans illa eſſe vſu recepta, probare debeat, Reinking *d. loc. n. 35. & ſeq.* vbi dicit ita veram eſſe Menochij ſententiam, quod allegans hanc vel illam legem, conſtitutionem, ſtatutum & conſuetudinem, illud probare teneatur, ex quo talis lex, conſtitutio & ſtatutum, de quorum auctoritate dubitari contingit, in dubio vſu recepta non præſumantur, pone exemplum quoad Canones Concilij Tridentini, qui quatenus ad fidem ſpectant, merito vbique recipiendi, ſed quoad reliqua, non vbique ſunt recepti, ſicut ſæpius in facto habui, quod in partibus, vbi illud non fuit receptum, matrimonium abſque Parocho & teſtibus contractum, validum exiſtat, quamuis & de more ſit, quod in iſtis partibus Catholicis etiam in facie Eccleſiæ matrimonium contrahatur, ac proinde quæ præceſſerant, iuxta mentem partium cenſeantur eſſe de genere eorum, quæ ſunt in ordine ad contrahendum, & non iam antea contractum matrimonium, ſic quidam inſignis Theologus mihi hac in re hæſitanti reſpondit, hoc igitur caſu leges vſu receptas eſſe probabit, cum à Principe dentur ea conditione & intentione, vt non aliter obligent, quam ſi à Rempubl. fuerint receptæ, Couarr. *lib. 2. var. reſolut. cap. 16. ſub num. 6.* atque exornatur, præiudicijsq; Rotæ Romanæ confirmatur à Barboſa *in cap. cognoſcentes, num. 6. & ſeqq. x. de conſtit.*

Quæ quamuis ita ſeſe de iure habeant, tamen quia apud omnes in confeſſo eſt, multas leges antiquatas eſſe, multas etiam hic vel alibi non obſeruari, ad anguſtias redigimur, ad quæ videtur alludere Owenus *Epigr. 254.* cum ait: 8.

Condidimus leges, quàm multas? quàm prope nullas?
Nam ſi ſeruatur nulla, quid vlla valet?
Vt leges ſeruentur, adhuc lex vnica fiat,
Hæc cito facta foret, quæ cito fracta foret.

Res ardua, inquit Plin. ſolet vetuſtis nouitatem dare, nouis auctoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dubijs fidem, vtinam autem ad depellẽdam omnium altercationẽ, & obſoleta ſeu etiam dubia à rigoroſis ſecernendum, rem arduam aggrederentur legumlatores, vt ſelecta præſcriberent, diſputationeſque tollerent: ſed an, & quando deſuetudine, & non vſu, vel contrario vſu, leges abrogentur, vide Lucam de Penna *in principio* allegatum, pulchre & magiſtraliter Felin. *in cap. treug. x. de treuga & pace,* agit de obſeruantia & deſuetudine legis, & quomodo abrogentur ſtatuta, è contra de abrogatorum inefficacia Surdus *lib. 1. conſ. 58. per tot.* tamen quemadmodum conſuetudinis introductio pendet à populo, ſic equidem correctio & mutatio, iuxta Chriſtinæum *d. deciſ. 212.* *num.*

Digitized by Google

num. 175. & ſeq. vbi ita in Belgio & Francia ſeruari teſtatur, adde eundem *volum. 2. deciſ. 15. num. 6.* vbi Doctores & Farinac. *p. 1. deciſ. 197. num. 3. & ſeqq.* quod lex non tollatur per non vſum, & quid requiratur, confer præter alios Theologos Bonacinam *de legib. diſp. 1. quæſt. 1. punct. vlt. §. 3. propoſ. 1. præſertim num. 32. & ſeqq. & propoſ. 2.* ad quos me remitto, iunctis ijs, quæ traduntur inferiùs circa ſtatutum excluſiuum fœminarum, ibi & quomodo inducatur conſuetudo.

9. Notanda interim erit differentia, inter non vſum, deſuetudinem & contrariam conſuetudinem, ex Caſtrenſ. *in l. de quib. ff. de legibus, col. 3.* vbi dicit, quod non vſus ſit, quando non occurrit vſus, in quo oporteat legem, ſtatutum, vel conſuetudinem ſeruari, etſi hoc per mille annos contingeret, non propterea debent cenſeri abrogata; Diſſuetudo vero eſt, quando caſus contingit, ſed non fuit ſeruatum ſtatutum, vel lex, vt exemplificat Caſtrenſis in ſatiſdationibus, quas actor præſtare debet, cùm dat libellum, per Authen. *generaliter, Cod. de Epiſc. & Cleric.* quia illæ à longiſſimis temporibus non petitæ deſinunt eſſe authenticæ & in non vſu; Contraria vero conſuetudo, ſecundùm Cynum *in d. l. 2. Cod. quæ ſit longa conſuet.* eſt, quando vſus ſeu actus, ex quibus ſtatutum vel conſuetudo reſultat, ſunt contra iuris communis diſpoſitionem, ſic quod illud, quod ius præcipit, conſuetudo vel ſtatutum excuſet, vel è contra, vnde ſi ſtatutum caſu contingente non ſeruetur à maiore parte populi, deducitur contrarius vſus, quo caſu ſufficeret, quod non fuerit obſeruatum per annos decem, intellige vt vetum ſit quoad eos, qui ſtatuendi poteſtatem habent, abſque ſuperioris auctoritate, non vero in ſtatutis ſcriptis & Principali auctoritate confirmatis & comprobatis, quæ inde vim & auctoritatem habuerunt, nam in illis Populus non poteſt inducere deſuetudinem, immò ſi aliquod eſſet ſtatutum bonum & rationabile, quod per deſuetudinem aut contrarium vſum, non amplius ſeruaretur, redintegrari deberet, prout ita ſupremum Concilium Mechlinienſe cenſuit, vti refert, prædicta comprobando, Chriſtinæus *in prælud. ad Conſuet. Mechlin. num. 11.* & aliqua argumenta contra non vſum, quod exinde legibus & conſuetudinibus non derogetur, adducit Zaſ. *lib. 1. conſ. 5 n. 102. & ſeqq.* iunctis traditis *conſ. 14. n. 104. & ſeqq.* quod ſtylus contra conſuetudinem pugnans & inſolitus, in fraudis præſumptionem incidat, quodq; ea ſeruanda ſint, non quæ facta ſunt, ſed quæ fieri debent, & *cōſ. 15 num. 35.* quod iura publica priuatis obſeruatiunculis non lædantur.

CAPVT III.

De ſtyli & ſtatuti interpretatione, extenſione, & reliqua remiſſiue ad DD. præſertim hoc capite allegatos.

IN ſtylo odioſa eſt interpretatio, eaq; ſtricta, Flamin. *de Reſignat. lib. 3. q. 18. nu. 76.* 1.
ideo non extenditur de caſu ad caſum, nec de loco ad locum, *l. de quibus,* ibi DD. *ff. de legib. c. auditis, de reſcript.* neque locum habet, niſi in caſibus obſeruatis, Crauet. *de antiq. temp. p. 4. in pr. n. 42. & ſeq.* in cuius confirmationem recte adducitur illa theorica in materia conſuetudinis militans, quod tantum habeat de potentia, quantum de actu, & non vltra, & reſtringitur per actus, quibus inducitur, nec excedit proprios terminos.

minos, & ſicut pactum non extenditur ad aliam rem vel perſonam, ſic nec conſuetudo, in qua nihil ſuppleri debet præter ſolitam obſeruantiam, immo nec extenditur ad alium caſum ſimilem, etiamſi in eo militet eadem ratio, prout ſingula probantur apud Surdum *conſil. 138. num. 7. & 8.* & quod ſtatutum & ius municipale ſtricte interpretari debeant, tradit quoque Decius *conſil. 484.* quamuis & ibi *num. 8.* doceat, quod ob rationem, quæ in vno militat, diſpoſitio facta de pluribus, locum quoque habeat in illo vno, ſed hoc ipſo non euacuatur doctrina DD. per Surdum *n. 8.* allegatorum, ſed potiùs corroboratur per notata à Viuio *deciſ. 225. in conſil. ibi ſubiuncto, num. 22. & ſeqq.* Veruntamen quod prædicta abſolutè & indiſtinctè vera non ſint, videre licet apud Monetam *tr. de optionib. c. 4. n. 34. & ſeqq.* ibi quoque allegatur Felin. *in c. auditis, de præſcript.* plures allegat Hunnius *in Encyclopædia ſua, p. 1. tit. 3. c. 7. 33. & ſeqq.* vbi & ampliatur, etiamſi ſtatutum diceret, quod ad literam intelligi deberet, & ſimul declaratur, quod ratio extendat ſtatutum, docet Zaſ. *in d. l. de quib. n 77.* quod cõſuetudo rationabilis etiam ad caſus ſimiles extendatur, fallit vt *n. 78.* qui autem dicantur caſus ſimiles vel diſſimiles in ſtatuto, tradit Cacher. *deciſ. 167. n. 9.* quem per te videre poteris & DD. *in d. l de quib.* iunctis per me traditis *præced. tit.* de ſimilibus & effectu idẽtitatis rationis, nam ſi vrget ratio, quę eſt mẽs & anima ſtatuti, quid ni locum habebit eiuſdem diſpoſitio? quia ratio potiùs attendenda venit, quam verba, puta ſi dictum ſit ſpeciale & ratio generalis, nam in exorbitantibus ſtatur dicto, Chriſtinæus *in prælud. ad Conſuet. Mechl. n. 27. & ſeqq.* vbi quoq; priora de ſtricta interpretatione ſtatuti, & quę de ratione dicta ſunt, comprobantur, & reſpectiue declarantur, iunctis traditis per Alderad. Maſcard. *de generali ſtatuti interpretat. concl. 5. n. 143. & ſeqq.* vbi quod cauſa vel ratio ſtatuti adiecta, limitat & reſtringit generalitatẽ ſtatuti, ad limites & terminos ipſius rationis, cauſa enim in ſpecie reſtringit dictum in genere, & intelligentia dictorum aſſumenda eſt, ex cauſis dicendi, & ampliatur procedere, vt etiam ratio adiuncta faciat recedi à proprio ſignificatu verborum antecedentium, deinde vt non ſolùm procedat in cauſa expreſſa, ſed etiam in tacita & coniecturata, puta ſi vnica tantùm ratio coniecturari poteſt, quæ habetur pro expreſſa, vti ſingula ibi probat, & remittit ſe ad *concl. 4.* vbi *n. 53. & ſeqq.* allegat DD. tradentes, quod ſtatutũ correctoriũ iuris cõis non poſſit extendi ex maioritate rationis, & exẽplificatur.

Primò limitat, quando verba ſtatuti poſſunt trahi ad caſum, in quo concludit maioritas vel paritas rationis, quia tũc dicitur caſus magis comprehenſus, quam extenſus, deinde limitat, ſi ratio in ſtatuto correctorio aperte eſſet ſcripta, vel vnica tantùm, ſed in dubio non debet præſumi, quod tantùm vnica ratio aſſignari poſſit, ſublimita prædictum, vt non procedat in ſtatuto, quod ſimul eſſet correctorium & pœnale, tunc enim licet ratio eſſet ſcripta, non poſſet fieri extenſio, vt latiùs ibi, & rurſus *n. 176. & ſeqq.* de extenſione & ratione, quæ extendat vel reſtringat, vide ad eum, iunctis ijs, quæ docet Peckius *in reg. quæ à iure communi exorbitant, de reg. iur. in 6.* ſuccincte Cothman. *volum. 1. reſp. 26. n. 232. & ſeqq.* tradit, quod ſtatutum vel conſuetudo contra ius cõmune introducta, neq; de tempore ad tempus, neq; de re ad rem, neque de loco ad locum, neque de prouincia ad prouinciam, neque de ter- 2.

de territorio ad territoriũ extendi ac porrigi poteſt, ſed cõſuetudo, aut quod perinde eſt, ſtatuta forenſia vel cõſenſu vel facto approbata & recepta in ſpecie ſpecialiſſima demõſtranda ſunt; de prædictis quoq; agit Zaſius *in conſ. ſuis & lib. 2. conſ. 9. n. 9. & ſeqq.* quod ratio expreſſa in ſtatuto porrigatur ad ſimile, & quæ dicatur in ſtatutis & diſpoſitionib. expreſſa, & *conſil. 15. n. 26.* quod lex extendi poſſit à paritate rationis ad caſum, vbi non militet tam efficax ratio, & *num. 28.* quomodo procedat, quod lex correctoria non debeat extendi.

3. Eodem modo eſt altercatio inter DD. an ſtatuta recipiant interpretationem à iure cõmuni, & reperitur apud Cœuallos *in ſpeculo commun. opin. contra communes quaſt. 214.* vna negans, altera affirmans opinio, quod ſtatutum corrigens ius commune, non debeat ab eo interpretationem aut declarationem accipere, cùm tamen nullum ſtatutum hodie fere tam certum & indubitatum reperiatur, quin aliquam non poſſit recipere dubitationem, Decian. *reſpon. 36. num. 20. volum. 5.* cùm autem eorum interpretatio difficilis ſit, teſte Menochio *conſil. 235. nu. 1.* dicendum eſt, vocem hanc, interpretatio, eſſe æquiuocam, Raudenſis *de Analogis, cap. 8. num. 32.* & pluribus modis accipi in materia ſtatutorum, 1. pro correctione, 2. pro modificatione, quæ conſiſtit in extenſione vel reſtrictione, 3. pro vocabuli aperta ſignificatione, vel conciſiùs dici poteſt, vt interpretatio duplex ſit, vna, quæ ex verbis rei interpretatæ, & alijs coniecturis ex ipſius tenore reſultantibus, altera, quæ ex mente ſtatuentium coniecturata ſumitur, Decianus *d. reſpon. 36. num. 4.* ac proinde quando verſamur in ſtatutis eorum, qui ſuperiorem recognoſcunt, ſciendum, quod hæc ſint in quadruplici differentia; 1. aut conueniunt iuri communi, quo caſu non poſſunt dici omnino fruſtratoria, ſublato enim iure communi non cenſetur ſublatum ſtatutum, 2. aut præter ius commune ſunt, 3. aut iuris communis correctoria exiſtunt, & denique 4. dubium eſt, an ſint correctoria iuris communis vel non, primo caſu ſubiacent ampliationibus & declarationibus iiſdem, quibus ius commune, & recipiunt interpretationem à iure communi: Secundo caſu, ſi ſtatuta præter ius commune diſponunt, non recipiunt interpretationem à iure communi, ſed potiùs ſtatutum à ſtatuto, ſicut & interpretatio ab vſu & obſeruantia nunquam cenſetur excluſa, Surdus *conſil. 426. num. 6.* obſeruantia interpretatiua exornatur in Alderad. Maſcard. *dict. Tractat. concluſ. 2. numer. 166. & aliquot ſequentib.* quippe obſeruantia omnes actus interpretari ſolet, & attendi debet, vt illa primas teneat, quam obſeruantia ſuggerit, & optimam haberi, quæ ab effectu cognoſcitur, Knichen *in Comment. de Saxonum non prouoc. iure, cap. 3. incip. Feuda Ducatus, num. 5. & ſequentib.* iunctis traditis per Cardinal. Tuſchum *litt. V. verb. Vſus & ſolitum Patriſfam. ſeruit pro interpretatione concl. 364.* & ibi remiſſiuè.

Tertio caſu, an ſtatuta correctoria iuris communis, ab eo recipiant interpretationem, ſatis controuerſum eſt, in quo caſu loquitur Cœuall. *d. quaſt. 274.* & Gail. *2. obſerv. 33.* Quarto caſu ſumunt interpretationem à iure communi, ſed quid ſi Inferiorum Magiſtratuum ſtatuta dubia, Superioris vero ſtatuta clara ſunt, rurſus controuerſum eſt, an in caſu non deciſo ius Romanum, an vero ſtatutum Ciuitatis 4.

tatis

tatis dominantis obſeruari debeat, prout hoc cum alijs deductis videri poterit apud Chriſtinæum *in conſuetud. Mechlin. tit.* 21. *art.* 7. *nu.* 7. *& ſeqq.* qui etiam allegat Alderanum Maſcardum *de generali ſtatutorum interpretatione concl.* 2. vbi de hiſce clarè, an ſtatuta recipiant interpretationem à Iure communi, an ab alijs ſtatutis, obſeruantia, Rubrica & ab alijs, prædicto autem caſu illa theorica, quod caſus omiſſus per ſtatutum, remaneat in diſpoſitione Iuris communis, ſecundum eos, qui docent in non deciſis recurrendum eſſe ad ſtatutum ciuitatis, fallit vbi eſt aliud ſtatutum ciuitatis dominantis iuxta DD. allegatos à Chriſtinæo *in prælud. ad conſuetud. Mechlin. nu.* 38. tenentes, quod ſtatutum loci dominantis in dicto caſu attendi debeat, ſed ipſe cum alijs ibi allegatis cenſet, potius tunc ad ius commune aut ciuile Romanorum recurrendum eſſe, & ibi *nu.* 35 *& ſeq.* quomodo ſtatutum extendatur vel non.

5. De ſtatutorum interpretatione videatur *l.* 2. *ibi gloſſ & DD. Cod. de noxal. act.* Surdus *conſ.* 426. vbi paſſim de ſtatuti declaratione, interpretatione, & licita impropriatione. Caualc. *p* 3. *deciſ.* 12. & Iaſon *conſ.* 182. *vol.* 2. ſuccincte quædam in Cacherano *deciſ.* 21. *n.* 10. vbi de prouiſione hominis, ſecundò, quod ſtatutũ loquatur in caſu vero, nõ pręſũpto, *& n.* 12 *& ſeqq* Tertiò quod ſtatutũ, per quod ius tertij læditur, ſtrictè, præciſè, & propriè intelligendum & reſtringendum ſit, vt quanto minus fieri poſſit, lædat ius commune, 4. quod extenſio in correctorijs non ſit licita ex eadẽ ratione, 5. ſtatuta præſertim contra ius commune, prout litera iacet intelligenda, 6. hæc doctrina, quod ſtatuta non tollant interpretationem auctoritate legis prouenientem, intelligitur de interpretatione literali & naturali, non de extrinſeca, item procedit quando ius cõmune procedit ſecundum veritatem, non ſecundum fictionem, vide ibi diſtinctionem, & de ratione ſtatuti vnica, quomodo habeatur pro expreſſa, pleraq; ex prædictis confirmantur in Wameſio *vol.* 2. *conſ.* 400. *num.* 8. ibi & quod caſus in ſtatuto omiſſus retineatur & reguletur ſecundum diſpoſitionem iuris communis, ſicut prohibitio illius de vno expreſſo, contineat tacitam permiſſionem, ſeu non includat ſaltem prohibitionem de non expreſſo, v. g. prohibitio de non acquirendo immobilia, non extenditur ad acquiſitionẽ pretij. rurſus de correctione legum, extẽſione ex eadem ratione, & de interpretatione ſtatutorum agit Roſenthal. *de feud. ca* 1. *concl.* 15. vbi paſſim pulchra per tot. & de iure Prouinciali Schrader. *de feud. p.* 10 *ſect* 6. *n.* 167. *& ſect.* 18. *n.* 148. de ordinatione Cameræ, quomodo illa à iure communi interpretatiẽnẽ capiat, & verba ſtatuti ſimpliciter prolata, trahi debent ad ſenſum legis, vt correctionem non inducant, ſed potius reducantur ad Iuris communis cõcordantiam, & intelligantur ſecundum limitationes & declarationes quæ ſunt in eodem Iuris communis argumento, licet per eam interpretationem nulla ſtatuti eſſet operatio, ſic Wameſius *tom.* 2. *conſ.* 65. *num.* 21. quando vero conſuetudo ad caſus ſimiles extendatur & quando non, quæ ſint extendenda, quæque reſtringenda docet Vigelius *in Methodo iuris contr. l.* 1. *c.* 1. *verſ plane habet regula propoſita.* & de materia extẽſionis Crauett *de antiq. temp. p.* 4. § *videamus*, de interpretatione & extenſione ſtatutorum aliqua notabilia *in Meiſu. lib.* 1. *deciſ. Cam. Imp.* 9. *per tot.* pulcherrimè de extenſione & reſtrictione legis, ſtatuti &

conſuetudinis Zaſius *in l. quod verò ff de legibus*,& an ſemper verum,quod ſtatuta ſtricte interpretanda ſint, idem Zaſius *in l. qui de creditore §. qui damni nu. 2 ff. de damno infecto*, itẽ de ſtatuti interpretatione,& an argumẽtum à contrario ſenſu in eo locum habeat, late quoque agit Mynſ.*decad. 2.reſp* 10.

6. Quomodo vero intelligatur, quod ſtatutum aliquid debeat operari vltra ius cõmune,docet Roland. à Valle *tract. de lucro dotis quaeſt* 26.*numer.* 6.*&* 17. *& ſeqq.* Card. Tuſchus *lit. S. ſtatutum debet interpretari ſecundum ius commune concl.* 573.*& ſtatutum vbi deficit eſt locus iuri communi concl.* 440. *ſtatutum recipit interpretationem paſſiuam à iure communi concl.*575. *& quae ſit extenſio paſſiua*, Bart. *in l.cunctos C.de ſumma Trinit.* quem allegat ad hoc Bologuet.*in addit ad Ioannem de Anania conſ.* 27. ibi & quod dicatur extenſio paſſiua,quando lex antiqua ad ſe trahit nouam, & ſi ſic ſtatutũ extendatur, tunc propriè fit extenſio paſſiua, quia ſeipſum extendit, & dicit ita docere Bart.ac latius exemplificatur. De ſtatuti interpretatione, præſertim Iuliacenſis,agit quoque Tilmannus de Benignis *Syntag.* 1. *deciſ.Cam. Imp.*4. *voto* 3.& Gilmannus *tom.*1.*p.* 2.*tit.* 8.*nu.*143. *& ſeqq.* DD. pro & contra allegantur in Guielmo Antonio *de Reſcriptis Moratoriis tit.*2.*concl* 2.*num.*41 an ſtatutum iuris communis correctorium, vbi ſimul eſt ſtatutum, à iure communi recipiat interpretationem, affirmatiuam ille cum alijs ſequitur,adhibito inprimis moderamine Tuſchi *lit.S.concl.*573.*num.*74 Hondend. *conſ.* 48. *num.*42. *vol.*2. & quid ſi in diſpoſitionibus adijciatur Clauſula, Es ſol gehalten werden/ waß die gemeine Rechte vnd löblicher Landſbrauch außweiſet / an de iure communi vel prouinciali interpretanda ſint. Petr. Weſenb.*conſ.* 46. *per tot.* & ſemper tene menti doctrinam Farinacij *p.* 1. *deciſ.*196. quæ ſit interpretatio ſtatuti declaratiua, interpretatiua, extenſiua, & quando permiſſa, & quæ obſeruantia ſequenda: quid ſi ſtatutum idem diſponat, quod ius commune Berlichius *p* 2 *concl* 6.vide Coſtal.*in l.*3 *§ de illo ff.pro ſocio*, vbi dicit hoc ad multa valere, cætera & varia de ſtatutis tradit Hunnius in Encyclopædia *p.* 1. *tit.* 3. *vbi in Rubr.* allegat DD. de ſtatutis & Iuribus municipalibus ſcribentes,*c.*1. de ſcientia & ignorantia ſtatutorum *cap.* 2 de his, qui ſtatuta condere poſſint,*cap.*3 de requiſitis ſtatutorum,quęque valeant vel non,*cap.* 4. de forma ſtatutorum, *cap.*5. de his qui ſtatutis obligentur, *cap.*6.de effectu ſtatutorum, *cap.*7.de interpretatione ſtatutorum, vbi varia & de ratione ſtatuti,*cap.*8. de abrogatione ſtatutorum *ſicut tit.ſeq* 4.varia de conſuetudine & vtrobique DD. in deciſionibus, lecturis.& conſilijs allegati, quibus adde Cardinalem Tuſchum *pract.concl. lit. S.concl* 426.*& plurimis ſeqq. vſque ad concl* 690. *incluſiue*, vbi ordine alphabetico hanc materiam in infinitis caſibus tractat,ad quos breuitatis cauſa fit relatio, cum non intendam circa illa inſiſtere, quæ ibi facilè reperiri poterunt, & tot ferè vulnera Iuſtitiæ inflicta, quod diuerſæ & contrariæ interpretationes, ad has namque non recurritur, niſi cum rectum ius nequitia excluſum eſt, quoties enim illi, qui in foro aliquamdiu verſati ſunt, experti fuere, quod cum cætera fixa, ſtabilia & ſolida ſint, quæ principale negotium concernunt & ad cauſæ victoriam ſufficiunt,alias particulã aliquã ex ijs decerpere,perque eandem malè interpretatã cætera infirmare, & conuellere,quod etiam in ſacris interpretandis fieri videmus, quare bel-

Digitized by Google

bellisſime monetS. Hier. *in Matth. ca.* 1. Prudētem, inquit, ſemper admoneo lectorem, vt non ſuperſtitioſis acquieſcat interpretationibus, & quæ commaticè pro fingentium dicuntur arbitrio, ſed cōſideret priora, media, & ſequentia, & nectat ſibi vniuerſa, quæ ſcripta ſunt.

7. Hiſce igitur relictis transibo ad quædam noſtra & circumuicina ſtatuta, proponendo caſus ſuper quibus ſæpe conſului: interim quoq; notabis, an ſtatutum vel conſuetudo ciuitatis metropolitanæ extēdatur ad loca ſubiecta in Peckio *in reg.* 80. *de reg. iur. in* 6. de quo videatur Magiſtraliter Caſpar Ant. Theſaurus *lib.* 2. *quæſt.* 49. *hoc tit. quoque allegatus* & Card. Tuſchus *lit. S. ſtatuta ciuitatis dominantis extendūtur ad Caſtra & alia loca concl.* 542. ſtylus tamen extra curiam, in qua viget, non extenditur, etiamſi eſſet ſuperioris Tribunalis Lancellot. *de Attentat. p.* 2. *cap.* 20. *num.* 1. *limit.* 1.

CAPVT IV.

Statutum per quos fieri, quomodo probari & applicari, & denique quomodo eidem per pacta derogari poſsit.

1. DIcturus de noſtris & circumuicinis ſtatutis, pro euidentialibus tanquam neceſſario cognitis, in hac materia pręmittere volui, quemadmodum in ſimili Iuriſconſultus *in l.* 4. *ff. de teſtam* inprimis quærit an is, qui fecit teſtamentum, habuerit teſtamenti factionem, deinde an ſecundum regulas Iuris fecerit, quoad conſuetudinem igitur hic quoque quæritur, an ea induci poſſit ignorante Principe. pro & contra allegantur DD. à Vaſquio *lib.* 4. *contr. cap.* 3. *numer.* 3. vbi dicit affirmatiuam de Iure veriorem, & communem, quod in inducenda conſuetudine non requiratur conſenſus vel ſcientia ſuperioris Graſſis *in communibus opin. lib.* 1. *cap.* 1. *quæſt* 8. & quid in conſuetudine contra Reſeruata Principis *quæſt.* 9. vbi hoc controuerſum eſſe apparet *& tit. ſeq.* de tempore, idem tamen tenet Felin. *in cap. cum nobis de præſcrip.* declaratur in Miſnero *tom.* 3. *deciſ. Cam. Imp* 14. *num.* 84. *& ſeqq.* De ſtatutis & qui illa condere, & de quibus rebus condi poſſint, ſatis amplè tractant *DD. in l. omnes populi ibi quoque Zaſius ff. de iuſtitia & iure*, ad quos breuitatis cauſa lectorem remitto, & ad Cothm. *vol.* 3. *reſp.* 47. *nu.* 75. *& aliquot ſeqq. vbi DD. allegati*, quod Magiſtratibus municipalibus licitum ſit condere ſtatuta, etiam pœna adiecta in eorundem violatores, *ſed num.* 293. *& ſeqq.* plurimos DD. allegat, quos & ipſe ſequitur, quod Municipes Dominis ſuperioribus immediatè ſubiecti, & ordinariam Iuriſdictionem non habentes, ſtatuta cauſarum & litium deciſoria condere nequeant, niſi Domini accedat auctoritas, & populus ſolemniter conuocetur, dicitque quod ciuitas principem terræ recognoſcens, etiamſi ampliſſima ſit, ſine ſuperiore ſtatuere non poſſit, quod declara vt circa leges ſuorum Principū, ſtatuta facere nō valeant Bonacina *de legibus diſp.* 1. *q.* 1. *punct. vlt.* §. 3. *propoſ. verſ. hæc eſt differentia*, inter laicos & Clericos, &c. vbi & quod non ſolum populus (prout & Deckerus *lib* 2. *differt* 5. *num.* 10. *& ſeqq* probat, quod vniuerſitas poſſit facere ſtatuta, cum illatis ibidem circa res vniuerſitatis abſque confirmatione ſuperioris Surdus *conſ.* 59. *num.* 14. & Beſoldus *in tractatu de Iure vniuerſitatis*) ſed etiam communitas mercatorum poſſit inducere conſuetudinem, quæ vim cuiuſdam ſtatuti conuentionalis habeat, ſeu legis quaſi municipalis inter

Digitized by Google

ipſos mercatores, prout concedit quoque Gothom. *d. reſp.* 47. *num.* 300. quod municipales de rebus ad municipium ſpectantibus, & quoad artem & profeſſionem ſuam, ſtatuta condere poſſint, vel quod ſtatutariã illam diſpoſitionem non Iuriſdictionis, ſed iure dominij ſuperioris pro ciuium vtilitate habeant, Scabini Lipſenſes *in ſuis reſolutionibus q.* 46. *nu.* 6. ſic Wameſius *cent.* 2. *conſ.* 32. *n.* 4. ponit negatiuam, quod villæ, Communitates, & capitula ſtatuta facere nequeant, ſed tamen permiſſa videãtur in ijs, quæ officio Magiſtratus ſunt attributa, cuius ratio colligitur *nu* 18 *&* 19. quod quæ pacto poſſint inter ſe, & ſtatuto ordinare poſſũt, an vero valeant in vim veri ſtatuti vide ibi, alia non eſſe licita dicit, ſicut *& cent.* 2. *conſ.* 45. *n* 10. quod recognoſcens ſuperiorẽ ſtatuta facere non poſſit, intellige vt dictũ fuit paulo ante, nam cuicunq; Capitulo permittitur licita, honeſta, & rationabilia facere ſtatuta, & laudabiles cõſuetudines recipere, quatenus non tendant in præiudicium auctoritatis ſuperioris, nec ſint directè ex cõſpiratione, aut aliter in damnũ aliorum ambitioſa, & maxime valent illa, quæ iuris cõmunis regulis ſunt conformia aut non contraria Wameſius *to.* 1 *conſ.* 15 *intellige vt conſ. præced.* ſi omnes aut maior pars capituli cõſentiat, idem docet Meiſnerus *to.* 3. *deciſ.* 14. *n.* 83. quod Collegia priuata melioris ordinis gratia ſtatuta facere poſſint, & de Capitulis vide Sebaſtianum Medices *de legibus & ſtatutis quæſt* 16. *iuncta q.* 22. *num.* 2. & ita accipio Zaſium *in l. hoc edictum numer.* 3 *ff. quod quiſque iuris &c.* vbi teſtatur moribus Germaniæ receptum, quod Decani facultatum & quælibet infima oppida faciant ſtatuta.

2. An autem familia priuata poſſit condere certas leges aut ſtatuta circa modũ ſuccedendi, pro & contra arguitur apud Forſterum *de ſucceſſ. ab inteſt. lib* 4. *c.* 14. *q.* 3. & quod familia Nobilium nec cõſuetudinem inducere poſſit ad deciſionem cauſarũ, nec ſtatutum facere legi contrarium docet Wameſius *cent.* 2. *conſ.* 7 *nu.* 50. *& ſeqq.* ſed quod etiam vna familia poſſit inducere conſuetudinem, tenent DD. allegati à Barboſa *in cap cum tanto nu.* 20. *x. de conſuet* quæ autem ad hoc requirãtur, docet Myns. *decad.* 1. *reſp.* 10. *vbi paſſim præſertim n* 3. *& ſeqq. & reſp.* 50. *nu* 30. *& in ſpecie decad.* 5. *reſp.* 49. *num* 20. & quod ſtatutum tale à familia fieri poteſt, docet Zaſius *in l ſi quid à filio §. fin. ff. de legat.* 1. item quoad bona maioratus, & ſucceſſionem in ijs, poteſt induci conſuetudo à familia iuxta notata per Valaſcum *tom.* 2. *conſult.* 132. *nu.* 16 *& ſeqq.* pro quo poteſt induci argumentum à pacto ad conſuetudinem affirmatiuum, ita vt quod pacto fieri poteſt, poſſit & fieri conſuetudine, quod tamen non concludit negatiue, Afflict. *deciſ.* 315. Iaſon. *in Authen. præterea n.* 34. *C. vnde vir & vxor.*

3. An autẽ Epiſcopus poſſit facere ſtatuta Canonibus aduerſantia, pro negatiua vide DD. in Barboſa *in cap. quod ſuper num.* 8. *x. de maiorit. & obed.* vbi tamen ipſe remiſſiue dicit, ſe referre omnes caſus, in quibus poſſit Epiſcopus ſtatuere contra canones & conſtitutiones ſummorum Pontificum, allegat quoque Monetam *de diſtribut p.* 2. *q* 13. *à nu.* 69. & licet Epiſcopus ſine cauſa non poſſit diſpenſare contra ius Canonicum, tamen hoc poteſt cum cauſa Vaſq *lib.* 1. *contr. ca.* 25. *num.* 22. *& ſeqq.* vbi exemplis illuſtratur, & an inferiores poſſint facere cõtra leges ſuperioris Modeſt. Piſtor. *p.* 2. *q.* 56. videmus interim ſæpe, ſi quid ſimile contra leges vel ſtatuta Principum introductum eſt,

per

Digitized by Google

per eoſdē caſſari & annullari, vtinam ſemper irrationabilia caſſarētur & annullarentur, è contra rationabilia antiquata rurſus introducerentur.

4. Secūdò præſuppono, quod intētans ſtatutū ſiue fūdās ſe in ſtatuto, debet probare omnia requiſita in ſtatuto adeſſe, alias ſuccūbit, ſi deficiat etiā in minimo Card. Tuſchus *lit.S.concl.* 555.*n.*5.*vbi DD. allegati*, iūnctis traditis per Cacher. *deciſ.*165.& in materia ſucceſſionis iuri contrariæ vel diuerſæ DD. allegat Cothom. *vol.*1.*reſp.*51.*num.*301. quod illo caſu nō ſit ſatis probare, quod ſtatutū aliquod vigeat, vel receptū ſit, ſed prętcrea omnes ſtatuti cōditiones, leges & modificationes, quibus ſucceſſio defertur, tanquā ſubſtātilia & formalia in ſpecie probare debeāt, hinc Wameſ. *ad ius Canon. de empt. & vend. conſ.* 306 *n.* 4. *ex Bald.* rectè monet Aduocatos, vt dum formant libellum, obſeruent verba legis vel ſtatuti, vt ijs probationem accommodent, ſic & ſtatutum ſimpliciter loquens, nō habet locum in caſu qualificato, quippe ſtatutū inducēs certas qualitates dicitur formale in tantum, vt qui nō ſeruat qualitates, non habeat beneficiū ſtatuti Tuſchus *d. loco. n.*2. ac proinde qualitas à ſtatuto requiſita ante omnia verificari debet Grammat. *deciſ.* 65.*nu.*2. Surdus *conſ.* 138.*nu.* 1. quia qualitates à ſtatuti requiſitæ ſeruandę ſunt formaliter vti tradunt *DD. in l.*1.*ff. de cōdict. ex lege* & formaliter verbis ſtatuti vti debemus, atq; forma ſtatuti debet exprimi in dicendo, & ſeruari in faciendo, iura & DD. allegat *deciſio Rota Genuenſis* 209. *n.*1. vbi tamen dicitur, quod ſcribere & ſubſcribere paria ſint, prius confirmatur per Chriſtin. *vol.*1. *deciſ.*113.*n.*34. quod agens cōditione ex ſtatuto, debeat vti verbis ſtatuti, & qualitates ab eo requiſitas exprimere & *n. præced.* quod incluſiuum vnius in ſtatuto, nō excludat alios à iure vocatos, in qua *deciſ.* aliqua de ſtatuti interpretatione & reſtrictione, faciūt ad prædicta quę tradit Card. Tuſchus *lit. D. Diſpoſitio nō habet locū vbi verba nō conueniunt concl.* 493. *& concl. ſeq. Diſpoſitio limitata nō extēditur & quando ſecus* 494. *& vtrobiq; remiſſiue*: vulgatę theoricæ paſſim apud DD. obuiæ, quod ſtatuta propriè & ſtrictè Tuſchus *lit. S. concl.* 607. pręciſe & ad literā, Teſſaur. *deciſ.* 269 *n.* 4. *in fin.* intelligēda, eſſe præciſi fori, & ad vnguem obſeruāda Roland. *conſ* 55. *nu* 13 *vol.* 1. ſterilia eſſe tanquā mulæ, quæ non pariunt, Alderad. Maſcard. *de ſtatut. interpr. concl.* 4. *n.* 5. proindeq; quodlibet ſtatutum tantū diſponere, quantum loquitur, & non vltra Maſcard. *d. loco n.* 4. Viuius *deciſ.* 506. *nu.* 6. nec vltra caſum formaliter expreſſum trahi Crauett. *conſ.* 743. *n.* 3. Hondend. *conſ.* 110. *n.* 33. *vol.* 1. quod ſtatutum nō dicit, nec nos dicere debemus, à verbis ipſius non eſſe recedendū, ac ita interpretādum, vt quam minimè corrigatur ius cōmune, & ne duplex ſpeciale inducat, ſed vt quod in pluribus caſibus ius cōmune corrigere poſſit, in vno tantū corrigatur, licet verba eius impropriarētur, plures DD. allegat Guiel. Antonij *de Reſcript. Moratoriis tit.* 2. *concl.* 2. *num.* 31. *& ſeqq.* & hoc vltimum quoq; tradit Maſc. *d. tract. concl.* 12. *nu.* 2.

Rurſus quod proponens, factum qualificatum debeat probare nedum factum, ſed etiam qualitates propoſitas, docet quoque Schurff. *cent.* 2. *conſ.* 12. *numer.* 1. *&* 2. quia qualificatum factum cenſetur idem factum *deciſ. Rota Genuenſis* 8. *num.* 1. ea propter vt actus valeat, qualitas interuenire debet Gail. *de pignor. cap.* 14. *numer.* 8. de quo latius de clementia actum fuit, & exornatur in Surdo *conſ.* 403. *numer.* 65. *& ſeq.* 5.

ſic & ſtatutum loquens cum aliqua qualitate, ſi illa qualitas non conueniat, non habet locum, Decius *conſ.*45.*num.* 2. cum quo conuenit vulgata doctrina, quod vbi verba non conueniunt, etiam ipſa diſpoſitio non conueniat, vti exornatur in Surdo *conſ.*403. *num.* 28. *& ſeqq.* vbi quoque confirmat prędicta, adeo vt vtens ſtatuto non admittatur, ſi vna qualitas deficeret, quippe ſi lex reſpectu certæ qualitatis de re vel perſona loquitur, tunc ceſſante qualitate iſta, ceſſat & legis diſpoſitio Martinus Monter à Cueua *deciſ. Regni Arrag.* 25. *num.* 1?. qualitas namque diuerſitatem inducit, *cap quanquam de vſuris in 6. ibi hoc notatur per Ioann. Andream & alios* DD. videatur Alb. Brunus *in tract. de Augmento* & paſſim alij.

6. Tertio præſuppono, quod ſtantibus cõſuetudinibus & ſtatutis, poſſit ijſdem per pacta derogari, DD. vide *in l. paciſci contra ff. & in l. pacta quæ contra Cod. de pactis, cap contractus ex conuentione* 85. *ibi* Barboſam & Peckium *de regul. Iuris in 6. l. 1. §. ſic conueniat ff depoſiti*, quæ ad hoc allegatur, quod contractus ex conuentione legem accipiant, vti exornatur in Surdo *conſ.* 403. *num.* 25. *& ſeqq. item l. ſemper in ſtipulationibus ff. de reg. Iuris*, ſicut in confirmationem prędictorum adducitur vulgata theorica, prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis *l. fin. C. de dotis promiſ. & rurſus illud Germanicum*, Geding bricht Landtrecht / *item* Willkühr bricht allerhandt recht Wehneri *in practicis obſeruat. lit. V in verbo*, Willkuhr bricht Landrecht. declara autem hoc ipſum procedere, ſi prouiſio hominis & legis tendat ad idem, ſecus ſi ad diuerſa, ea propter prouiſio hominis facta in vno caſu, facit ceſſare prouiſionem legis in caſu prouiſo per hominem, non autem in alio non prouiſo per hominem Tuſchus *litt. P. concl.* 951. *num.* 36. & Berlich. *deciſ.* 46. & alias declaratur vt verum ſit quoad prouiſa, per notata à Surdo *conſ.* 198. *num.* 24 quod expreſſum non faciat ſilere tacitum, quando tendit ad diuerſum finem & effectum, ergo multo minus facit expreſſum ſilere ea, quæ ſunt in non prouiſis ſtyli & conſuetudinis, quia tacite ineſſe cenſentur, & propter iſta prouiſa ſiue excepta de communione, poteſt dici, quod non ſit vniuerſalis Surdus *conſ.* 138. *nu.* 14. nec prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, quę eſt de iure communi vel ordinario, de qua reg. agit Iaſon. *in l. in emphyt. nu.* 176. *C. de iure emphyt.* adde tamen Chriſtinæum *vol* 1. *deciſ.* 73.

Sed pro confirmatione prædictorum vide Griuellum *deciſ.* 68 *per tot.* vbi & in illa facti ſpecie iudicatum, quod non ſufficiat ſi pars aduerſa fortè dicat renunciatum fuiſſe tacite conſuetudini, & ſic haud pridem reſpondi in caſu, quo Aduocatus partis aduerſæ per argumentum à contrario ſenſu ex pactis deductum dicebat renunciatum fuiſſe vſufructui, de conſuetudine vltimo ſuperſtiti coniugi competenti, imo docet Griuell. *deciſ.* 48. quod ne quidem clandeſtinis conuentionibus dotalis inſtrumentis fides & auctoritas reuocari ac infringi queat, de quo actum fuit *p.* 1. de dubijs, iunctis traditis per Manticam *de tacitis & ambig. lib.* 3. *titul.* 7. 8. *&* 9. quemadmodum tacitæ & ambiguæ conuentiones ex iure communi; Municipali, & conſuetudinario recipiant interpretationem, interim notandum, quod & pacta, omnium feudorum iuri & naturæ derogent, ac proinde ante omnia attendi debeant. Roſenthal *de feudis cap.* 1. *concl.* 12. *vbi DD. allegati*; quemadmodum quorundam loco- 7.

rum

Digitized by Google

tum ſtatutis inductum eſt, vt immobilia habeantur pro mobilibus, quo caſu nullum dubium eſt, quin diſpoſitione hominis contrarium ſtatui poſſit, Chriſtinæus *vol.* 4. *deciſ.* 211. *num.* 34. *ſic & ordinatione Iuliacenſi cap* 95. von der Leibzucht/*&c.* videmus, quod ibi pro mobili conſtitutum fuit, pacto fieri poſſit immobile. quod iudicio meo ita accipi debet, quod illa aut alia humana conſtitutio veram rei entitatem mutare non poſſit, ſed bene illius rei effectus, quippe impoſſibile eſt humanæ potentiæ transformare rerum ſubſtantias, vel facere immobile quod eſt mobile, nec verũ efficere poteſt, quod eſt falſum, nec è contra, ens quippe & verum conuertuntur, & vnumquodque vti ſe habet ad eſſe, ſic ad veritatem Gratianus *tom* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 336. *n.* 35. *& ſeqq.* vbi quærit, an communis reputatio vel error ſufficiat ad probandum qualitatem hominis, contractus, &c. prius tamen quoad Iuris effectus fieri poteſt, cum hoc ſit legis diſponentis huic vel illi rei attribuere hunc & illum vel diuerſum effectum, & poteſt lex fingere factum pro non facto, & non factum verè pro facto Franciſcus Milanenſis *lib.* 2. *deciſ.* 16 *num.* 45. & quod lex poſſit effingere aliquem actum, abſque eius principijs naturalibus docet quoque Mantica *de tacitis & ambig. lib.* 1. *tit.* 12. *num.* 24. *vbi tamen num. praced. tradit*, quod non poſſit facere, vt contractus ſine eius ſubſtantia valeat, niſi inductus ſit à iure ciuili, quemadmodum in iure noſtro habemus, quod ius ſanguinis nullo iure dirimi poſſit, *l.* 8 *ff. de Reg. Iur.* quod verum eſt, ſi conſideremus id, quod eſt ex parte rei, neque enim quod nunc eſt, non poteſt eſſe, quod nunc non ſit, neque enim facta per verba tolli poſſunt, ita nec ius humanum ſeu ſanguinis tolli poteſt, ſi vero conſideremus id, quod eſt ex parte diſpoſiti, puta ſi conſideremus effectus diſpoſitos ſuper illa re, non mirum eſt, quod huiuſmodi effectibus renunciari poſſit, ita vt valeat renunciatio quatenus reſpicit fauorem priuatum, ſecus quatenus reſpicit fauorem publicum ita DD. apud Guiel. Antonium *de Moratoriis reſcriptis tit.* 8. *concl.* 48. *ſub num.* 134. *in quo cap.* multa de forma, atque ita notabiliter, in reſolutione quæſtionis, an iuri ſanguinis pacto renunciari poſſit, declarat Scaccia *de ſentent. & re iudic. gloſ.* 7. *quaſt.* 3. *limit.* 4. *num.* 181. ac ita ad argumenta reſponderi poteſt, quando diſputatur pro & contra apud Munnoz *tract. de Ratiociniis cap.* 35 *num.* 16. *& ſeqq.* an priuilegio nobilitatis renunciari poſſit, quod ipſum pluribus perſequitur Vaſquius *de ſucceſſionum Creatione lib.* 3. §. 22. *limit.* 27. *n.* 74. *& ſeqq vbi per* 11. *vel* 12. argumenta nititur probare, quod Priuilegium nobilitatis, vt nobilis pro debito pecuniario vinculis detineri queat, non poſſit contra Couar. *in cap. quamuis p.* 2. *nu.* 5. *de pactis in* 6. affirmantem ſe obtinuiſſe vt valeat, quoad nobilitatis effectus, à Nobilibus ſeparari poſſit, ſed doctrina Couar. in praxi præualuit & vidi abſque dicta renunciatione Nobiles pro debito hic incarceratos.

Quinimo videtur iuxta æquitatis naturalis regulas (nam vbicunque inter legem poſitiuam & legem naturalem datur diſcrepantia, ſeruari debet æquitas legis naturalis in foro animæ, & ſolui debet in foro animæ, quod naturaliter debetur, iuxta alleg. in Scaccia *de commerciis & Cambio* §. 1. *quaſt.* 1. *nu.* 533. & ita quoque docet Cothom. *vol.* 4. *reſp.* 35. *nu.* 56. quando aliquid nullum eſt, hoc tamen naturalem obligationẽ minime excludit, de quo vide latè Scac. *ibi in ſeqq.*) ita 8.

Digitized by Google

ita poſſe declarari magna ex parte altam illam pactorum materiam, quoties ſubtiliter diſputatur, an & quando valeant pacta, circa ſubſtantialia, naturalia, & accidentalia contractuum, ad cognoſcendum autem, quæ talia ſint, præter alios videri poſſent Mantica *de tacitis & ambiguis lib.1. tit.* 12.14. *&* 15. Reinkingh *de retractu quæſt.5. num.* 42. *& ſeqq.* Menoch. *lib.1. conſ.*37. Dauth. *de teſtam num.*462. *& ſeqq.* vbi valde pulchra, ſicut ſubtilia de ijs tradit Zaſius *lib. 1. ſing. reſp. cap.*12. & de ſingulorum contractuum ſubſtantialibus, naturalibus & accidentalibus, Mozzius *tract. de contract.* Effectum mirabilem & diuerſum videbis in Andrea ab Exea *tract. de pact. p.3. num.*507. *& ſeqq.* item Mudæo *de contrah. empt. p 5. num.*13. *& ſeqq.* de pactis transformantibus, conformantibus, reformantibus, informantibus, & reſolutiuis in Surdo *vol.2 conſ.*243 *nu.* 24. *& ſeq.* an pactum transformet contractum, &c. quandoquidem ratio illius declarationis iuxta æquitatis naturalis regulas hæc dari poſſe videtur, quod ſiue pactum interponatur contra ſubſtantialia contractus, nihilominus maneat pactum, de quo tamen quid iura dicant vide diſtincte in Franciſco Milauenſi *lib.2. deciſ.2. nu.* 18 *& aliquot ſeqq.* & Beroo *in rubr. x. de appellat. à nu.*13. *& ſeq.* ex quibus reſoluere poteris iſtam doctrinam, an & quando pacta contra ſubſtantiam contractus, ante vel poſt eius perfectionem vel in ipſo contractu adiecta vitient ipſum contractum, an vitietur, de quo vide & Manticam *d cap.*12. *& ibi num* 22 *diſtinctionem*, & ita quoque declaratur iſta regula, quod actus ſi non valet vt agitur, valet tamen vt valere poteſt, præterquam quando peccatur in forma illius Valaſc. *tract. rerum iud. conſult.*153. *num.*14.

9. Ego haud pridem retuli in cauſa Vnionis prolium, quam equidem videbam factam non adhibitis debitis ſuis requiſitis relatis à Gail. 2. *obſ.*125. Meiſnero *lib.1. deciſ. Cam. Imp.* 8. Gilmanno *tom.1. p.3. ſupplicat. & votorum Cameral. voto* 13. *& tom.3. in præiudiciis Cameral. lit. V. verb. vnio prolis num.* 3. vbi ampliatur, quod non probatis ſolennitatibus pronuncietur contra vnionem proliũ, etiamſi vergat in vtilitatem pupillorum, & conſequenter non videbatur, quod pacto confirmari potuerit, quandoquidem confirmatio non producit ſuum effectum, quando non inuenit validum obiectum vt pulchrè dicit Bald. *in l. falſus Cod. de furtis*, prout confirmatio nihil Iuris tribuit, neque confirmatum ampliat aut extendit, ſed hoc tantum, quod eſt, ratum eſſe facit Crauett. *conſ.*333. *num.*14. *& conſ.*461. *nu.*4. ſicut & repetitio actus non alterat ſtatum validitatis vel inualiditatis actus, nec addit ſolennitatem deficientem Gratianus *tom.2. diſc. forenſ cap.*312. *nu.* 50. *& ſeqq.* vbi illuſtratur, vnde videtur quod non potuerit ratificari per notata Surd *conſ.* 28. *in fin.* & Chriſtin. *ad conſuet. Mechlin. tit.*17. *art.*2. *nu.* 6. *& ſeqq.* Pro & contra arguitur in Peckio *de teſtam. coniug. lib.3. c.*8. *latè* Tiraq *de legibus Connub. ad l.*16 *gloſſ* 6. an poſſint ratificari quæ deficiunt in ſolennibus Cacher. *deciſ.* 173. *qui deciſ.*142 *num.* 15. docet, quod licet contractus primus nullus ſit, tamẽ ratificatio tollat nullitatem, quod niſi cum mica ſalis intelligas, verum non eſt iuxta tradita per DD. hic alleg. eodem modo arguitur apud Scacciam *de commercio & Cambio §. 6. gloſ.* 1. *num.* 28. *& ſeqq.* an ratificatio contractus nullius poſſit ratificari, & ibi de teſtamento, an per ratificationem conualidetur, ego in dicta cauſa pronunciaui, quod poſt modũ conſen-

Digitized by Google

conſentientes diuiſioni hoc vel illo modo faciendæ, obligati fuerint, non quod vnionem prolium ſine ſolennibus ratificare potuerint, iuxta notata DD.*in l.nemo poteſt,ff. de legat.1.*ſed vt adhibitis adhibendis valeat vt nunc,Surd.*deciſ.245.*vel vt valeat in præiudicium ratificantis, Scaccia *d.loc.* non ad inſtar vnionis, ſed alterius conuentionis ſeu pacti,Farinac.*p.1.deciſ.513.ſub n.5.* Crauet. *conſ.182.n.2.* Roman.*conſ.175.n.2.* Gabriel *in communib.concluſ.de ſentent. concl.2.n.6.* Wurmbſer.*pr.obſ.tit.de ſent.c.10.*

10. Poſſet & inde confirmari, ſi verum ſit, quod ceſſante lege poſitiua, quis naturaliter ex pacto obligetur, ita cum Iaſone contra communem docet Vaſq.*de ſucceſſ.& vlt.volunt.lib.3.§.3.limit.72.n.7.* quod ex contractu etiam lege reſiſtẽte oriatur naturalis obligatio,ibi *nu.2.*quid ſi defectus in forma,& §.*26.n.40.& ſeqq.* an & quando contractus inualidus validetur, ſed quia prædicta inter DD.controuerſa ſunt,ſicut &illud,an vitioſa ſtipulatio valeat in vim pacti, per te illos videre poteris *in d. locis,* & Tiraq. *de legib. connub.gl.4.n.15.* Gram.*deciſ.12.* Roland. *conſ.55.vol.3.*an contractui ob omiſſas legis vel ſtatuti ſolennitates nullo, quis ſtare teneatur in foro animæ, & an iuramento firmentur.Hoc interim notandum erit,prędictam regulam, ſcilicet, quod contractus ex conuentione legem accipiant, non procedere, quando contractus repugnat, Hector Felic.*tr.de ſocietate,c.19.ſub n.7.& c.21.n.6.* quod pacta deſtruentia contractũ cum contractu ſtare non poſſint,quod magis clarè& diſtinctè videbis apud Franciſ. Milanenſem & Beroum *in d.locis,*ad quos breuitatis cauſa ſit relatio, interim hic admonuero, quod àSuperioribus diuerſum ſit,quod ex d.contractu nulla inducatur obligatio, quia contractus nullus, non eſt contractus, Peguera *deciſ.157.* vid.DD. *in l.non dubium,C.de legib.*ita &conſenſus præſtitus ſuper actu nullo,non obligat, Crauet.*in rub.de legat.1.n.3 & ſeqq.*ſed actus non ritè factus,etiam quoad omnes iuris effectus, nullus eſt, *l.non putauit,§.non quæuis,*ibi Gloſſ.*ff.de bonor.poſſ. contra tabulas,* Vaſq. *de ſucceſſ. reſolut.lib.1. §.5. ſub n.8.* & contractu annullato omnes clauſulæ &pœnæ adiectæ coincidunt, plurimos DD.pro hoc allegat Valaſc. *tom.1.conſult.85. n.2.* ſic etiam quis contra proprium factum nullum venire poteſt, Pinell. *in l.1. p.3.n 73.C.de bonis matern.*Cacher *deciſ.180* hoc tamen declaratur verum eſſe, quando lex id expreſſe diſponit,vel vbi actus fauore agentis vel odio cõtrahentis nullus eſt, quia nullitas non vitiat in fauorem nulliter agentis,ſed potiùs ſuſtinetur in odium eius, quẽadmodum quoque illo caſu, quando nullitas eſt in arbitrio tertij, vel actus eſt nullus ob defectum conſenſus tertij,tunc alter cõtrahentium actui contrauenire non poteſt, prout ita declarat Roſenthal *de feud. cap.9. concl.70.n.4.& ſeqq.*vbi DD.allegati,&Surdus *conſ.284 n.1.& ſeqq.*quoq; docet,quando quis non poſſit venire cõtra factum proprium nullum, vide DD.& Peckium *in reg. quæ contra ius, de regul.iuris in 6.* prædictis non abſimile eſt, quod quis ex conſenſu ſuperueniente obligetur, vel actus confirmetur,ſi ſolennitas iſta reſpiciat fauorem certæ perſonę, Bart.*in l.1.§.ſed ſi,ff.de legat.3.*vide Peckium *in reg. non firmatur tractu temporis, de reg. iuris in 6.* ego ex ſuperueniente conſenſu vel ex contractu cõdemnaui conſentientes taliter faciendæ diuiſioni, quæ ſimilis erat cum pacto vnionis prolium, & aliàs video cõmunem perhiberi opinionem in Vaſq. *de teſtatoris potentia, lib.1. §.7. ſub*

Digitized by Google

n.23. quod forma reſpiciens principaliter vtilitatem hęredis, eam remittere poſſit, Bart. *in l. filio præterito, ff. de iniuſto rupto, & in l. 1. §. ſed ſi filius, ff. de legat. 3.*

CAPVT V.

De ſtatuto, & edicto noſtro Colon. de An. 1616. continuante poſſeſſionem in hæredes.

1. DE hac materia ſcripſit Tractatum Tiraq. *le mort ſaiſit le vif*, quem præter Chriſtinæum *vol. 1. deciſ. 373.* & alios videre poteris, quod ſtatutum locum quoq; habet in feudis, iuxta Borellum *in ſum. deciſ. lib. 1. tit. 34. de feudis, n. 526. & ſeq.* Caualcan. *p. 2. deciſ. 36. n. 128.* & paſſim plura de hoc ſtatuto, quod tamen eſt controuerſum apud Farinac. *p. 1. deciſ. 513. num. 13.* vbi quoad bona feudalia & emphytheutica Eccleſiaſtica, contrarium deciſum, quod rurſus ſecũdùm praxin dubium redditur, vel potiùs euacuatur, iuxta tradita *ſuperiùs de iuriſdict. cap. 9.* niſi fortè emphyteuſis eſſet finita per mortem defuncti, ſic idem Farinac. *p. 2. deciſ. 263.* in qua deciſione referuntur aliquæ limitationes & declarationes ad ſtatutum continuans poſſeſſionem in defunctum, ſed non dubito eorum opinionem, quos refert Borellus, in praxi obtinere, etiam reſpectu emphyteuſis ad hęredes tranſitoriæ, prout videmus in bonis Amanualibus, Churmodialibus, Emphyteuticis, &c. hæredes ſuccedere, & poſſeſſionem in ijs continuare, ſic etiam hoc ſtatutum extenditur ad ſubſtitutum, iuxta Menoch. *Adipiſ. poſſ. remed. 4. n. 210.* ibi DD. & quod ſubſtituti & fideicommiſſarij ſint vniuerſales Saiſiti, docet Choppinus *de re ruſt. lib. 3. p. 3. c. 7. n. 4. in marg.* vbi refert, id Placitis Curiæ Pariſienſis conforme eſſe, quod tamen dubium redditur ex traditis per Tiraq. *d. tr. p. 2. declarat. 9. per tot.* & DD. *in l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* vide Zuchard. *de miſſion. in poſſ. n. 106. & ſeqq. & n. 224. & 262* dictum autẽ ſtatutum ampliatur procedere etiam in iure patronatus, iuxta tradita *in d. c. 9. de iuriſd* & ita ſcio determinatum fuiſſe in cauſa prænobilis domini Keſſel contra prænobilem quoque dominum Herſel, in poſſeſſione vel quaſi iuris patronatus ratione cuiuſdam hoſpitalis, quamuis expreſſe contrarium ſtatuat, quod videlicet ſtatutum continuans poſſeſſionem in hæredem, non procedat in iure patronatus, Io. Bapt. Coccin. *deciſ. Rota Rom. 464. n. 7.* de quo vide Gratian. *tom. 2. diſcept. for. c. 310.* & declarari poſſe videtur ex doctrina Surdi *conſ. 93. n. 9.* quod ſtatutum prohibens acquirere poſſeſſionem, intelligatur de poſſeſſione iuris & non facti, at vero in allegato *cap. 9.* dictum fuit, quod iuxta praxin Germaniæ & iſtis in poſſeſſorijs, vel ratione poſſeſſionis, ſæcularis cognoſcat, imo hoſpitalia priuata, & confraternitates laicorum nõ pertinent ad Epiſcopum, & an hoſpitalia, leproſoriæ, &c. dicantur loca pia, latè diſcutitur apud Valaſcum *tom. 2. conſult. 105.* & præter quam latè de hoc ſtatuto tractat Gratian. *tom. 4. diſc. for. n. 732.* vbi & *n. 45.* quod reſpectu extranei hæredis dicatur hoc poſſeſſorium mixtum & appellabile, latiùs de poſſeſſorijs mixtis agit Franciſc. Milanen. *lib. 1. deciſ. 3.* vbi & quãdo dicatur poſſeſſorium mixtum in hac materia, & plene de poſſeſſorio ſummariſſimo, ibi & latè de remedio d. l. fin. ſic quoque aliquot notabiles limitationes adducit Caualc. *p. 3. deciſ. 21. num. 80.* quod ſtatutum continuans poſſeſſionem in hęredem, intelligatur de vero, proprio, valido & capace, non de inualido, nullo, ac non vero, vbi & quod qui non ſeruat formam & qualitatem

ſta-

Digitized by Google

ſtatuti, non poſſit vti beneficio ſtatuti, & *p.2.deciſ.36.n.457.* quod d. ſtatutum finita conceſſione feudali, non operetur contra dominum, prout nec tunc, quando poſſeſſio penes defunctum vi precarij fuit, nec in ijs, quę ſunt tranſitoria ad hæredes, & *n.129.* quod hoc ſtatuto non ligetur Eccleſia, item an locum habeat in hærede Clerici & bonis Clerici, *n.130.& 467.* ſi vero ſint bona immobilia, patrimonialia, nō dubitandum eſt in praxi, quin locum habeat, item an habeat locum quoad filiam ſtatuto excluſam, *n.266 & ſeq.* in qua deciſ. agit de intellectu huiuſmodi ſtatuti, & rurſus idem Caualc. *p.4.deciſ.20.* vbi & de prædictis, & quod vtile dominium bonorum Eccleſiaſticorum ſit prophanum & laicale, & conſequenter iuxta Borell. *d. loc.* ſtatutum hoc quoad Vaſallos & Emphyteutas locum habet, prius tamen declaratur in materia ſucceſſionis Baſtardi apud Valaſc. *tom.2.conſult.134.n.18.* quodq; cenſeretur profanum ſeu laicum vtile dominium, quatenus nō repugnat iuri Canonico.

2. Pulchræ diſquiſitionis eſt, an in caſu, vbi quidam forenſis pretioſa mobilia ob metumbelli hic depoſita habebat, eo mortuo ſubintret vel adaptari poſſit diſpoſitio huius edicti, & quia caſus modo eſt in facto, ideo nolo in ſpecie reſpondere, ſecutus Zaſium *in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, ff. de verb. oblig. n.13.& 14.* vbi dat cautelam, quando quis interrogatus hypotheticè, hoc eſt, ſuppoſitis perſonis certis, poſſit theticè, hoc eſt, generaliter reſpondere, ideo reſpondeo ex eodem Zaſio *in l. in interdictis, in fin. ff. de interdictis ſeu extraord. act.* quod interdicta non dentur inter non ſubditos, *l.2. C.d.tit.* Notabilis quoq; eſt ſimilis ſtatuti limitatio, vt non procedat, ſeu non detur manutenentia in poſſeſſione iam occupata, Chriſtinęus *vol.1.deciſ.373.n.12.* Tuſch. *lit.P.concl.406.* pulchras huius rei affert rationes & DD. Plotus *tr. de in litem iurando, §.1.n.1. & 2.* & dicit *num.4.* hoc in materia ſtatuti continuantis poſſeſſionē in defunctum, bene notandū eſſe, & ita declarat hoc ſtatutum Veral. *p.2.deciſ. Rotæ Rom. 199.n.3.& 4.* quod non tollat poſſeſſionem naturalem antea captam per alium, quin eam capiens habeat & retineat, prout & DD. noſtri tradunt, quod *in remedio l. fin. C. de edict. Adr. toll.* legitimus contradictor dicatur, qui habet poſſeſſionem à teſtatore, Surdus *conſ.263. n.4.& n.8.* quod quilibet poſſeſſor dicatur legitimus poſſeſſor, qui vult probare, quod teſtator non poſſidebat, priora probantur per notata Ploti *dicto loc.* quod verbum, continuum, identitatem rei ſignificet, vnde dicitur aliqua res continuari cum alia, vbi extrema ſunt idem, & continuatio facit de duobus vnum, & continuare idem eſt, quod ſe ſimul tenere, & actus dicitur continuus, ex quo partes non receſſerunt ad alios actus, vt pluribus ibi accommodat ad propoſitum, & quod continuatiuè fit, non nouum & diuerſum, ſed vnum & idem negotium videatur, probant DD. *per l. continuus 137. ff. de verb. oblig. l. ſi quis ita, ff. de condict. & demonſtr.* Coſta *de facti ſcientia & ignorantia, inſp.15.n.10.* cum continuatio nihil aliud ſit, quam actus ſucceſſiuus, ad perfectionem eiuſdem materiæ tendens, vt ex Ripa dicit Andreas ab Exea *in tr. de pactis, nu.584.* hinc continuans poſſeſſionem non dicitur attentare, vel nouum factum facere, Lancel. *de attentat. p.2 c.4 limit.1.n.23* & paſſim, idem docet Carocius *de exceptionib. contra præiudicial ſent. except.44.n.24.* & DD. communiter, prædicta pluribus illuſtrantur per tradita à Wilhelmo Anthonij

Digitized by Google

de Morat. Reſcrip. tit. 9. concl. 56. n. 64. & ſeq. ſic & Alex. *lib. 2. conſ. 83.* tradit, quod ſtatutum de ingrediente poſſeſſionem, non habeat locum in retinente, ita quoque docet Valaſc. *in praxi partit. c. 3. n. 5. & 7.* quod non procedat hoc ſtatutum, quando iam tertius eſt in poſſeſſione ante mortem defuncti.

3. Sed horum doctrina reſpectu edicti Ampliſſimi Senatus merito declarari debet propter clauſulam annullatiuam & decretum eiuſdem reſiſtens, nam in terminis docet Iaſon *vol. 3. conſ. 85. per tot.* quod tunc prior limitatio non procedat, quod rurſus in quadam cauſa ſublimitaui in caſu, vbi iam antea per defunctum poſſeſſio in alium tranſlata fuit, vel quis eandem auctoritate ſuperioris per ſententiam, vel alias legitimo modo obtinuit, rationem addidi, quod natura fictionis tranſlatiuæ de tempore ad tempus, requirat duo extrema habilia, ſcilicet extremũ à quo, & extremum ad quod, illud in exiſtentia, hoc in habilitate & poſſibilitate, illo deficiente, deſinat & fictio, Mynſ. *decad. 2. reſp. 19 ſub n. 35.* & conſequenter ceſſat in caſu propoſito ſtatutum propter defectũ coniunctionis extremorũ: quomodo enim poſſet quid cõtinuari, quod iam tempore mortis defuncti penes eum non, ſed alium legitimo modo fuit, & ita doctrina Surdi aliorumq; ſuperiùs alleg. hic applicari poteſt, idem ego intelligebam & tunc verum eſſe, quando defunctus conſtituit ſe alio nomine poſſidere, quia conſtitutum transfert verè poſſeſſionem in præſentem vel ratificãtem, & acceptantem, Peguera *deciſ. 48. n. 6. & ſeq.* vbi & quod res donata probetur tradita, nõ ſolùm quando traditio fit per realem traditionem, verùm etiam quando fit per conſtitutũ, quod tamen non admitterent Pragmatici in patria Iuliac. & Montenſi, propter verba ordinationis, quę requirunt ad validitatẽ donationis, vt bona anno & die ſint deoccupata & abdicata, ſi tamen ante inchoatam & perfectam deoccupationem & abdicationem intra annũ moriatur donator, hoc caſu audiui ab alijs pro validitate donationis pronunciatũ fuiſſe. Pro confirmatione vero prioris doctrinæ de conſtituto tradit quoq; Franciſ. Milanenſis, *lib. 1. deciſ. 1. n. 12. & ſeq.* quod conſtitutũ in actu inter viuos adiectũ, operetur effectum poſt mortem & cõtra hæredem, & *n. 2. & ſeqq.* quod etiam in Regno tranſit poſſeſſio in hæredem, ſed dicit hoc limitari quãdo poſſeſſio trãſlata eſt in alium in vita teſtatoris, & *in ſeqq.* quando conſtitutũ non operetur effectũ, & ibi licet ex actu nullo non quęratur poſſeſſio, ſecus tamẽ eſſe dicit, quando realis ſequitur traditio ſeu apprehenſio. Cætera, quoad hanc materiam, vide in Tiraq. *in d. tract.*

In communicatione quadam Anno 1645 4. 5. Decẽb. habita, à viro doctiſſimo proponebatur dubium, quod vigore ſentẽtiæ in ſummarijſſimo latæ non poſſet peti bonorũ immobilium diuiſio, rationem ſui dicti allegabat, quod Ampliſſimus Senatus Colon. ſuper realib. nullam haberet cognitionem, cui reſpondebã illud ipſum de abſoluta in iudicio familię herciſcun. vel communi diuidundo adeoq; in petitorio facienda diuiſione, verũ eſſe, ſecus in temporali diuiſione, ſeu ſeparatione bonorũ, quæ reſpectu cõmodioris acquiſitionis fructuum & culturæ, nec non facilioris adminiſtrationis & cõcordię cauſa fit, Wehneri *prac. obſ. lit. M. verb.* Mutſcharung, & præter ibi alleg. DD. confer Gratian. *diſc. for. c. 874. n. 25. & ſeqq.* quemadmodum in ſententijs, in ſummarijſſimo poſſeſſorio latis, ſemper petitorium reſeruari ſolet.

CAPVT

CAPVT VI.

De ſtatutis, ne res immobiles in Eccleſiam vel Clericos alienentur, tranſportentur, iuxta Statuta Colon. ſimiliaq;.

1. MAlam fortè gratiam apud multos relaturus ſum, ſi contra Canoniſtarum, imò & Legiſtarum communem ſententiam huiuſmodi ſtatutorum defenſioné in me ſuſcepero, quaſi libertati Eccleſiaſticæ aduerſentur, quemadmodum proh dolor multa hodie contra Eccleſiaſticam libertatem practicantur, & in terminis de ſtatuto, quo cauetur, ne bona immobilia ad Eccleſiaſticos vel Eccleſiam transferantur, item quòd bona hæreditaria ab illis intra certum tempus vendi debeant, ita eſſe docet Bonacina *de cenſuris in bulla contentis diſp.1.q.16. ſect.2.punct.2.n.17. & ſeq. & paſſim.* quemadmodum ſtatutum prohibens ſucceſſionem Monaſterijs non valere, Camera Imperialis iudicauit teſte Domſpergero *tract. de except.adult.p.1.ſect.5. cap.16.n.38.* idem teſtatur Tilman. de Benignis *obſ.Camer.40.* confer tradita per Schurff. *cent. 3. conſ. 41.* Oliuer. Textor. *tract. de ſucceſſ ab inteſtato.* & Surdus dicit Statuta & leges Galliæ, prohibentes ſucceſſionem bonorum immobilium Clericis, non valere & paſſim DD. Canoniſtę, communiter, tamen *in cap. Eccleſia S. Maria x. de conſtit. & legiſta in auth. caſſa & irrita, Cod. de SS. Eccleſ.* & in confirmationem varia adferunt argumenta, inter cętera, quòd leges & ſtatuta in fauoré Clericorum ab illis condita non valeant, minus in odium facta, deinde quòd ſtatuta repugnantia Eccleſiaſticæ libertati non valeant, prout repugnare dicuntur illa ſtatuta, quæ conferunt priuilegia iuri communi conceſſa Cynus, Bart. Salic. & alij *in d. Auth. Caſſa,* magis igitur hæc ſtatuta quæ reſtringunt libertatem naturalem faciendi, quod ipſis placet, cum & contra libertatem Eccleſiaſticam quoque eſſe dicantur, non ſolum ea quæ directè, ſed & quæ indirectè ſuper perſonas Eccleſiaſticas & aduerſus eorum libertatem fiunt, Bonacin. *d. loco cap. eos de immunit. Eccleſ. in 6.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſ. num. 7.* & ibi Dec. *num. 4. x. de conſtit.* Card. Tuſchus *lit. S. concl. 451. præſertim in fin.* vbi & cautela pro Clericis contra talia ſtatuta, & eſt vna communis apud Cæuall. *in comm. opin. quæſt. 899. num. 175. & ſeqq.* qui cum alijs allegatur à Barboſa *in cap. quia nonnullis, n. 3. de immunit. Eccleſ. in 6.* & ibi *in cap. fin.* atque infinitos & alibi repeties DD. pro hac opinione, quibus conuenit illud Germanicum: die Religion vnd Clerisen ſoll man nicht außhungeren/ quia vt dicit Imp. *in l. omnem adhibentes. Cod. de Epiſc. & Cler.* Sacerdotes ob id potiſſimum ordinantur, vt ſuis precibus benignitatem humaniſſimi Dei rebus acquirant communibus, quibus accedunt rationes à Doctoribus paſſim relatę, pręditis euincunt, ſtatutum de iuribus non acquirendis, non ligare forenſes, de quo in terminis extat Surdi *deciſio. 197.*

Pro confirmatione prædictorum faciunt 2.
rationes à Tannero *diſp. 6. de virtutibus Iuſtitia annexis, quæſt. 6. diſt. 6. num. 195.* ſuccinctè traditæ, ibi namque quærit an validum ſit ſtatutum, vt tranſeuntes ad Religionem nequeant ſua bona vel legitimam ſibi debitam ſecum ad eam transferre, ſed teneantur illa ſuis propinquis relinquere, vbi negatiuè reſoluendo dicit Primò, illud ſtatutum eſſe contra bonos mores, & di-

Digitized by Google

rectè aduerſari conſilio Chriſti *Matth. 19.* ibi: Si vis perfectus eſſe, vade & vende quæ habes & da pauperibus; & hæc libertas dādi pauperibus, cum per ſtatutum tolli vel reſtringi non poſſit, ergo nec accipiendi vel acquirendi facultas, idquè ob naturam correlatiuorum, poſito enim vno, alterum neceſſario ponitur, & diſpoſitio facta in vno, in altero quoque ſibi locum vendicat *l. fin.* ibi Iaſon & DD. *Cod. de indict. vid. tollend.* Nicol. Euerhard. *in loco à correlatiuis*, cum igitur in Euangelio dicatur Adoleſcenti, vt bona ſua vendat, & det pauperibus, vtique pauperes ſeu pia cauſa vel Eccleſiæ illa accipere vel emere poterunt, quemadmodum è contra prohibita venditione, & emptio prohibita cenſetur *l. 1.* & ibi Bart. *C. de Cupreſſis*, iunctâ doctrina Abbat. *in cap. cum contingat, ſub num. 6. x. de iureiur.*

3. Secundò inquit, eſſe contra ius & libertatem Eccleſiæ, ac proinde Auctorem talis ſtatuti incurrere excommunicationem contra violatores Iuris Eccleſiaſtici pluribus Canonibus ſtatutam, pro quo facit illorū DD. opinio tenentium contra Couarru. *practic. quæſt. 31.* quòd libertas Eccleſiaſtica ſit Iuris Diuini, ad cuius confirmationem à DD. adducitur Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 20. in verbis,* Eccleſiæ & perſonarum Eccleſiaſticarū immunitatem Dei ordinatione & Canonicis ſanctionibus conſtitutam, quemadmodum & definiunt ſeu deſcribunt libertatem Eccleſiaſticam, quòd ſit libertas emanans à poteſtate diuinitùs & ſupernaturaliter Eccleſiæ tradita, qua Eccleſia libera eſt à poteſtate laica in omnibus ad Diuinum cultum & ſalutem animarum mediatè vel immediatè pertinentibus, *arg. c. 1. & 2. de immunit. Eccleſ. in 6.* tres autem ponunt libertates Eccleſiæ: vna eſt quæ dicitur immunitas, qua perſonæ, res & loca Eccleſiaſtica ab oneribus laicorum libera ſunt; ſecunda eſt exemptio, qua perſonæ atq; cauſæ Eccleſiaſticæ à foro ſæculari liberæ ſunt; tertia eſt libertas Eccleſiæ in ſpecie ſic dicta, qua Eccleſia omnia liberè facere poteſt, quæ ad diuinum cultum & ſalutem animarum pertinent.

Tertiò dicit eſſe contrarium doctrinæ SS. Patrum; Hieron. *ad Demetriadem ep. 8.* & *ad Pammach. epiſt. 26.* Ambroſ. *lib. 1. Offic.* S. Gregor. *homil. 37. in Euangel.* Saluian. *lib. 3. de auaritia,* & communiter aliorum Patrum, ſed breuitatis cauſa ad ipſos Canones Lectorem remitto. 4.

Quartò ait eſſe iniurioſum toti Ordini Religioſo, qui ex legum diſpoſitione ius quæſitum habet ad eiuſmodi bona, ita etiam vt Eccleſia illis, qui hanc facultatem ei adimunt, & immunitatem Eccleſiaſticam lædunt, coërcere valeat, *cap. 1. & fin. de immunit. Eccleſ. in 6.* iuncta *l. fin. §. 1. de officio eius cui mandata,* cum potiùs hoc, ne Eccleſia bona ſtabilia habeat ac retineat, ad poteſtatem Eccleſiaſticam ſpectet decernere, *cap. Futuram & cap. videntes 12. quæſt. 1.* quare ob hanc rationem nec Princeps laicus ſtatuere poteſt, vt vendant Eccleſiæ bona ſtabilia & pretium conſequantur, vt habetur *in cap. pen.* & ibi notatur per Gemin. & DD. *de immunitate Eccleſ. in 6.* quod igitur alibi dicitur, quòd ab Imperatoribus reperiantur priuilegia & immunitates ipſi Eccleſiæ conceſſa, explicatur per DD. *ad tit. C. de SS. Eccleſ. & de Epiſc. & Cler.* quemadmodum & alij reſpondent, quod potiùs obſtacula per anteceſſores remouerint.

Quintò inquit Tannerus, quòd iniurioſum ſit ipſiſmet Religionem intrantibus, qui immeritò priuātur libertate naturali diſponen- 5.

ponendi de rebus ſuis, vel maximè ad pias cauſas,& pro ſalute animæ ſuæ, prohibetur enim hiſce & ſimilibus ſtatutis, ne vllo titulo ſtabilia relinquantur Eccleſiæ, & idcircò etiam nec pro eleemoſyna, qui enim totum prohibet,nihil concedit,*l.Iulianus,ff.ad exhibend.* ideoque huiuſmodi ſtatuta prohibentia eleemoſynam pro pijs cauſis & perſonis Religioſis,errorem intolerabilem cõtinent *arg. cap. Venerabilibus, §.pen. de excommunic. in 6. iuncto cap. cum dilecta de confirmat. vtil. vel inutil.* & certè huiuſmodi ſtatuta nimis dura & rigoroſa videntur, cum per illa Eccleſiaſticæ perſonæ ad inſtar Iudæorum reducta videantur, quibus bonorum ſtabilium acquiſitio interdicta eſt, vt in multis ſanctionibus conſtitutum reperitur,& praxis quotidiana manifeſtũ reddit.

6\. Denique dicit Tannerus, quemadmodum iniurioſum eſt ipſis pauperibus, imò ipſi Chriſto, qui in pauperibus honeſtatur & decoratur, iuxta illud *Matth. 25.* quòd feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis, quamuis igitur cõditores iſtorum ſtatutorum bonũ publicum reſpiciant, & ita valida & bona eſſe aſſerant, tamen negatur quòd illa ſtatuta principaliter bonum publicum concernant, quia quæ Eccleſijs & Monaſterijs dantur, cedunt in bonum Imperij & Regnorum, videatur Bart. *in l. 1. num. 25. ff. ſoluto matrim.* vbi docet quot modis pulica vtilitas ſumatur, quæ contra ius & cum iniuria alterius quæri non debet; deinde vt ſtatuta valida ſint, debent eſſe rationabilia atque iuſta; & denique vt bona quis operetur,non ſolum requiritur finis bonus, ſed etiam media apta & conuenientia ad illum finem, D. Thom. 1.2.*quæſt.7. art.1. & 2.* & *quæſt.47. artic. 5* iuſtum autem dici non poteſt, quod vſurpat alterum, quod ius Religionis labefactat, quod facultatem naturalem quoad homines Eccleſiæ nimium reſtringit,quod cogit vendere, quod meum eſt, & ob has ſimileſque rationes Reipub. Venetæ ſtatuta ſupra prædictis condita, Paulus V. Pontifex Maximus improbauit iuxta Canones exactè & perfectè editos, cum diuina inſpiratio in auctoribus efficaciter operata ſit, Nouell. Leon. 2. iunctis traditis ibi in Nou. 5. quemadmodum Concil. Trid. *ſeſſ.25.c.20. de reform.* agit contra violatores Eccleſiaſticæ libertatis,& vt illa conſeruetur,Reges & Principes monet, quemadmodum Statutum excludens fœminas à ſucceſſione, non pertinere ad Moniales, docet Cephal. *conſ. 95.* ſed an valeat pactum donationi appoſitum, ne res cœnobium ingredientem ſequatur Ioan. Lopez *in Rubr. de donat. inter vir. & vx. §. 16. num. 13.* & pactum ne ingrediens Monaſterium ſuccedat iuramento vallatum,an valeat, Zaſius *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. oblig.* Couarr. *in cap. 2. par. 3. §. 2. de pactis in 6.* & de legato facto cum nupſerit, debetur & ſi monaſterium ingrediatur imò & ingreſſæ, Surdus *lib. 1. conſ. 69. in pr.* confer tamen Wameſ. *ad Ius Can. de teſtam. conſ. 395.* de conditione legati ſi ad ſtatum Eccleſiaſticum peruenerit,& de conditione in teſtamento adiecta,ſi Eccleſiaſticus non erit, *conſ. 392. & ſeqq.* & de legato facto filiæ de centum, ſi nupſerit, & de quinquaginta, ſi monacha facta ſit, deberi centum docet Bart. allegatus à Vaſquio *de ſucceſſ. progreſſ. §. 29. in fin.* à quo tamen ipſe diſſentit, quæ materia tractatur à DD. *in l. Deo nobis, Cod. de Epiſc. & Cler.* in cuius fauorem docet & Surdus *lib. 2. conſ. 192. num. 19. & ſeq.* quòd dos duorum millium data nubenti, debeatur quoque religio-

ligionem ingredienti, confer Nouell. *123. cap.37. & Auth.niſi rogati, Cod. ad SCtum Trebell.* latè Felin. *in cap. in præſentia, num. 37.x.de probat.* voluerunt enim iura omnia remouere, quæ à Religione poſſent retrahere, Leſſius *de iuſt. & iure, lib.2. cap. 41. dub. 10.* & *cap. ſi qua mulier. cap. non licet. 19.q.3.* aliàs latè Anton. Faber *in Cod. de ſacroſ. Eccleſ. defin. 42.* de eo, cui ſub conditione liberorum relictum fuit, monaſterium ingreſſo, *& defin.73.*

7. Quemadmodum & ego ſuper ſucceſſionibus Religioſorum in diuerſis caſibus ſæpè conſultus fui, quia verò eiuſmodi caſus quotidie occurrunt, placet aliquot adducere, ac inprimis remitto Lectorem præter loca ſuperius citata, ad Canoniſtas *in cap. in præſentia, x. de probat.* ibi quoque Felin. *nu. 50. & ſeqq.* An Prædicatores, Fratres minores, Carmelitæ alijque ſuccedant, vbi & quod in venditione iſtorum bonorum, quæ data & accepta vendere debent, non requirantur ſolemnitates alienationis, rationem affert Wameſius *tom. 2. conſ. 409. num.4* an teſtantibus ad piam cauſam omnium ſolemnium obſeruatio remiſſa ſit, latè Chriſtin. *vol.1. deciſ.304.* & de materia ibi; de mendicantibus in genere, vide Clement. *Exiui, de verb. ſignif.* & ibi Barboſam *de legato Franciſcanis relicto,* & quid ſit immobile, iuncta doctrina Dilecti *de arte teſtandi, lib. 1. caut. 11.* quo remedio relinqui poſſit Fratribus minoribus annuus reditus atque immobilia, & Franciſcus Caldas *de nominat. emph. quæſt.6. num.14. & ſeq.* tradit, quod in dubio reſpondendum ſit, monaſterium non eſſe excluſum, tamen non admitti, quando vocata fuit familia, alias ad Emphyteuſin admitti, teſtamentum profeſſione non infirmari, & poſſe capere, vt vendant, de quo vide DD. in Mantica *deciſ.225. num.1.* & an Monachus in Emphyteuſi ſuccedat in Claro §. *Emphyteuſis, quæſt. 33.* confer Roſenthal. *de feud. c.3. concl. 4.* vbi feudum monacho conceſſum, monaſterio acquiritur, & *cap.7. concl.29.* vbi latè, quatenus vaſallo, Religionem profitente, feudum acquiratur, conſulas tamen Diaz *in addit. ad Gammam deciſ. 6.* an monachus ſeu monaſterium ſuccedat in maioratu, Emphyteuſi, anniuerſarijs, feudis, communem dicit Guido Papa *ſing.371.* quoad Fratres minores, quod non facta diſpoſitione de bonis ſuis, bona tranſeant in hæredes ab inteſtato, confer eundem *in deciſ.327.* & Roman. *ſing. 439.* ibi & Additionator, quòd monaſterium incapax non excludat ſubſtitutum, aliàs latiſſimè diſputat Gutierrez *in quæſt. can. lib.1. c.32* an Monaſterium excludat ſubſtitutum ſub conditione vocatum, ſi ſine liberis diſceſſerit, item ſi ſine liberis ex corpore proceatis diſceſſerit, vbi eſt communis quod ſic, ſed variè declaratur, itaque ad eum recurras.

Præterea Cardin. Tuſchus *lit. F. concl. 464.* de Fratribus Carmelitanis, *& in præcedentibus & ſeq.* de Dominicanis ſeu Prædicatoribus & Minoritis, confer Zaſium *in l. tres Fratres, num.8. ff. de pactis,* an priuilegia data Prædicatoribus, &c. extendantur ad ſorores, ego in caſibus propoſitis conſului Alphonſum de Cæſarubios *in Compendio Priuilegiorum Fratrum Minorum, verb. hæreditas, verſ. Moniales,* vbi docet, quòd moniales quæ poſſunt habere in communi ſiue per Regulam ſiue per priuilegium, poſſint ſuccedere ab inteſtato, conſului quoque Eman. Rodericum in noua collectione & ampliatione priuilegiorum Apoſtolicorum Regularium, bullę Sixti IV. 8.

Pon-

Pontificis 37. *num.* 105. quod Carmelitani habeant eadem priuilegia in temporalibus & ſpiritualibus, quæ habent Prædicatores, atqui verò conſtat ex Bulla Clementis quarti Papæ, Secunda folio mihi 31. ex eodem Roderico illis conceſſum eſſe, quod in bonis, quorum, in ſeculo exiſtentes, ſunt capaces, poſſint ſuccedere, bonorũ poſſeſſionem apprehendere & vendere, ita non obſtante, quod Caſtrẽſ. *in Auth. Ingreſſi C. de SS. Eccleſiis*, contrarium velit, practicatum ſcio, qui Caſtrenſis alias de ſucceſſione Religioſorum notabilia docet *& in Auth. ſeq. ſi qua* vbi quoque notabilia, & quod Dominicani ex priuilegio Clementis quarti ſuccedant, teſtatur Ant. Faber *in C. de Epiſc. & Cler. defi.* 2. quamuis ibi per conſtitutionem Patriæ Monaſticam vitã profeſſi excluſi reperiãtur, vt non faciant partem neque numerũ liberorum in computatione legitimę, cuius cõſtitutionis quoq; mentionẽ facit *tit. prac. de ſacroſ. Eccleſ. defi.* 44. *adeo vt velit adsit. C. de inoff. teſtam. def.* 25 *&* 26. quod nec ſupplementũ legitimæ petãt, ne quidẽ in pecunia, quod tamen ego probare nõ poſſum. Hondend. *p.* 5. *cõſ.* 73. de bonis ingreſſi ante profeſſionem, & de conuerſis & oblatis & qui tales, confer Menoch. *lib.* 2. *de arbit. caſ.* 56.

De Canonico regulari ſuccedẽte & cauſante defectum cõditionis Surdus *li.* 4. *conſ.* 557. Fratres Teutonici an ſuccedãt, Gilmãnus *to.* 3. *Symph. in præiudiciis cameralibus lit.* T. *incip. Teutonici fratres*, confer quoad Equites Hyeroſolomitanos an ſint Religioſi, Ricciũ *p.* 1. *collect.* 216. & Ant. Fabrum *in C. de Epiſc. & Clericis defi.* 27. Ieſuitarum religionẽ eſſe capacẽ bonorũ multis conſuluiſſe Menoch. *conſ.* 1014. *n.* 18. *& per tot.* dicit Fuſarius *conſ.* 95 *vol. vlt. n.* 6. & ita in praxi & de conſuetudine ſeruari videmus, quę dicitur optima legum interpres, vel poſſit dici ita à iure conſtitutum eſſe Farina. *p.* 2. *deciſ.* 480. *nu.* 6. & quamuis Monachus non poſſit ſuum reuocare teſtamentum iuxta Vaſquium *de ſucceſ. reſolut. lib.* 1. *§.* 1. *num.* 12.

Tamen cum quidam Ieſuita ante profeſ- 9.
ſionem condidiſſet teſtamentum, in quo alios hæredes inſtituerat, ſcio quod ingreſſus mutauerit teſtamẽtum, aliis hæredibus ſcriptis, quod licet ſummopere controuerſum fuerit quaſi profeſſus Religionẽ ob vota, quæ emiſit, nullum retineat Dominium, nullamq; de bonis diſponendi facultatem, vtpotè nec Domini rerum vt dicit *Auth. ingreſſi C de SS. Eccleſiis iuncta l. fin. §. ſed quia noſtra C. communia de legatis*, verumtamen Patres Societatis mihi oſtenderunt priuilegium & præiudicia, quibus acquieſcendum eſſe exiſtimo, quia Pontificem deſuper poſſe dare priuilegium, eoque ſaluo fieri vota non dubitẽ. interim quia hoc magis Theologicum eſt, exactius examen ipſis Theologis relinquo, quamuis & noſtri quærant an Monachus proprium habere poſſit ex conceſſione Abbatis, Surdus de Aliment. *tit.* 8. *priuil.* 79. Boër. *deciſ.* 20. Lopez *in Rubr. de donat. inter vir. & vxor.* 516. *n.* 13. Couarr *& alii.*

Rurſus Hondedus *vol.* 2. *p.* 4. *conſult.* 61. 10
tradit, quod ſorores minorum S. Franciſci de obſeruantia & ipſarum monaſteria poſſint poſſidere bona in communi, quodque appellatione fratrum minorũ non veniant dictæ ſorores, imo dicit quod fratres mendicantes ſint incapaces bonorum in cõmuni, poſſint tamen acquirere vt vẽdant & ex pretio ſe alant, declara ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *c.* 3. vbi & quæritur, an filiis debeatur legitima in bonis profeſſi ante mortem naturalem, vbi DD. pro & contrâ de quo fuit alias grauis altercatio, vide DD. *in d. Auth.* ſi

qua mulier, & rurſus Hond. *p.4.conſ.*78. latè agit de profeſſione tacitâ & expreſſâ, per quos emittatur & quomodo emiſſa probetur, ibi & declaratio Concilij Trident.

11. Caſpar Anth. Theſaurus *lib. 2. quæſt.*92. *contra diſſent.* docet, quod ſtatutum excludens dotatam propter agnatos, excludat quoque monialem, ita alibi practicatur, ibi *num.*12. & ratio ſatis iuridica allegatur, *num.* 6. *&* 7. *& lib.* 1 *quæſt.*60. an valeat ſtatutum, vt filia Religionẽ ingreſſura minus habeat.

Notabilia quoque tradit Hector Felicius *tract. de Societ. cap.*73. *num.*18 *& ſeqq.* de excluſis per ſtatutum, & de monialibus quando ſuccedant vel monaſterium, an ius ſuitatis aliaque priuilegia habeant, vide etiam Choppinum *de re Ruſtica lib.*3. *cap.* 7. *numer.* 4. *& lib.*3. *p.*3. *cap.* 8 *numer.* 4. & Griuell. *deciſ.* 34. *numer.* 8. hic ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *can.* 3. probat, omnibus monaſterijs & domibus tam virorum quam mulierum & mendicantium, exceptis Capucinis & fratribus minorum de obſeruantia, licere immobilia poſſidere, & in legitima partem facere, ille vero *cap.* 7. *num.* 8. *&* 9. adducit iura, quod legatum pium non ſubiaceat ſolemnitatibus in teſtamento de iure Ciuili requiſitis *& d. cap.* 8. *num* 4. quod ſorores de pœnitentia aliæque virgines Deuotiſſæ in mundo ſuccedant, & in Gallia, de quo remiſſiuè ibi.

Tradit Chriſtin *in d. Auth. ingreſſi Cod. de SS. Eccleſiis & vol.* 4. *deciſ vlt.* & aliquod deciſiones ad eandem, Riccius *p.*1 *coll.*162. vbi ipſe tenet quod monaſteriũ excludat ſubſtitutum cum ſit in loco filij, niſi de contraria voluntate appareat, quodque Pater ingrediens, vti non poteſt præiudicare filio in legitima, ſic nec filius Patri, de priori videãtur Gutier. & Ant. Faber ſuperius allegati.

An Clericus vel monachus ſuccedat in iure primogenituræ, & expellat fœminas ex ſtatuto Tiraq. *de iure Primogenit. q.*44 [illegible] renunciatores & diſpoſitores prohiberi volentium videatur Valaſc. *in praxi partitionum c.*16. quid ſi intra annum probationis decedat, an monaſteriũ ſuccedat Surd. *deciſ.*303. an & quãdo iſte præſumatur voluiſſe bona ſua acquiri monaſterio, an agnatis, Menoch. *lib 6 præſ.*84. an & quando monaſteriũ habeatur loco filij, latè & de monachis, ſucceſſione eorum & de legatis tradit Vaſq. *de ſucceſſ creat. l.*3. *§.*21. *n.* 166 *& ſeqq.* vbi & an valeat ſtatutum ne ſuccedant. de priori quoque late Barboſa *de appellat. vſufreq. in verb. filij.* 12.

An ingreſſi Religionem ius retractus habeant, & an illa quæ de ingreſſis Religionẽ ſtatuta ſunt, locũ habeant in Nouitijs latè tradit Tiraq. *de retract. conuent.* §.1. *gloſſ.* 8. *nu.* 19. *& ſeqq. & de retract. Lignag.* §.1. *gloſſ.*13. *n* 11. *& ſeqq.* an ius retractus locum habeat in re vendita à Clerico, vbi ex cõmuni quod ſic, vide & Menoch. *conſ.*562. *nu.* 245. *&* Reinkingh. *de iure retractus q.* 2. *n.*233. vbi ipſe dicit, quod Eccleſia, emẽte rem proximior retrahat, ſed illa vendente non eſſe locum retractui, ibi DD. & vide Boër *deciſ* 231. ego in caſu mihi propoſito reſpondi iuxta doctrinam Chriſtin. *vol.* 3. *deciſ.*58. *n.*4. quod ius retractus non trãſeat in monaſteriũ, ſed benè in Clericum *& n* 5. an conſanguineus profeſſi admittatur, & videbatur negatiuè reſpondendum, quaſi bona ad monaſterium ſemel deuenta, non ſubiaceant illis ſtatutis, vt tenent aliqui apud Caſp. Anth. Theſaur. *lib.* 2. *q.* 8. vide igitur in Chriſtinæo *d loco & vol.* 1. *deciſ.*202. 374. *&* 383. *& de feudis vol.* 6. *deciſ.* 30. *& ſeq* quid iudicatum fuerit, quia controuerſum eſt apud DD. an ſtatutum retra- 13.

Digitized by Google

retractus liget Clericos vt videre eſt in Surd. *lib.1. conſ.28.*

14 Deniq; notandum quod hæreditas acquiratur monaſterio abſq; facto monachi, & in tranſmittendo hæreditatē monachus ęquiparatur filio, Dombſperger. *de except. Adulterij cap.16.n.33.& ſeqq.* vbi refert ita iudicatum, de prædictis vide Concil. Trid. *ſeſſ. 25.c.3.* ibi Barboſam & DD. per ipſum allegatos, late diſcurrit Saluianus *lib. 3.* contra auaritiam *cap.3.* cuius dicta ad longum recenſet Leſſius *in tract. ſeu diſput. de ſtatu vitæ delegendo quæſt.12.* vbi tractat, vtrum filij & filiæ, qui Religionem ingrediuntur, poſſint exhæredari & priuari portione legitima, & cum Saluiano alijſque concludit quod nō, quodque ſatis non ſit vſumfructum portionis legitimæ relinquere, Nouell.123.c.41. ſed Parentes obligatos eſſe liberis ingredientibus monaſteriū, etiamſi diues vel opulentum fuerit, relinquere legitimam integram, quæ quandoque trientem hæreditatis, quandoque vero ſemiſſem conſtituit, ſi enim quatuor ſint liberi aut pauciores, eorum omniū legitima eſt triens, ſi vero ſint 5. aut plures numero, omnium legitima eſt ſemis, æquis partibus inter eos diuidendus, *Auth. nouiſſima vbi DD. C. de inoff. teſta.* Nouell. *de triente & ſemiſſe* §. 1. quod ita redditum à Poëta me legiſſe puto:

Quatuor aut infra natis dant iura trientem
Quatuor & ſupra natis dant iura ſemiſſem.

15. Verum hæc & ſimilia apud me nunquam tanti fuerunt ponderis, vt ſtatuta diuerſorum Principum hac in re impugnare & labefactare, imò vt quandoq; ſummo cuidā Theologo reſpondi, eos propterea dānare, vel reos æterni ignis arguere audeam, nunquid enim ſuppoſita iſta doctrina, quod prædicta ſtatuta inualida & irrationabilia ſint, datur temerarium iudicium contra Dominos temporales, quaſi iniqua ſtatuta non ſolum condant, ſed & contra libertatem Eccleſiaſticam, vti exaduerſo prę-ſupponitur, manuteneant, & ſecundum eadem ius reddant, & meo iudicio reddere poſſint, ſiquidem vt Imp. *in l. tanta Cod. de iure veteri enucl. c. edixit*, ideo Imperialē fortunam rebus humanis Deus propoſuit, vt poſſint omnia, quæ mutari contingunt, & emendare, & modis & regulis competentibus tradere, iuncta S. Auguſt. *in Ioan. tract.6. & repetitur in cap. quo iure diſt. 8.* ibi & quod ipſa Iura humana per Imperatores & Reges ſæculi Deus diſtribuat generi humano tolle Iura Imperatorum, quis audet dicere hæc villa eſt mea, meus eſt iſte ſeruus, quod noſtri intelligunt reſpectu Iuriſdictionis, poteſt enim Princeps rebus ſubditorum leges præſcribere, *l. venditor* §. *ſi conſtat & quæ ibi not. per DD. ff. communia pred.* poteſtque ex cauſis ſubditis interdicere bonorum immobilium alienationem, *l. ſi in emptorem* §. *omnium ff. de contrah. empt. l. pollicitationibus in fin. ff. de pollicit. & notat. in l. ſi ita quis* §. *ea lege ff. de verb. oblig.* & ita ſtatuere, vt bona Eccleſiaſticis relicta intra annum vendantur, quo caſu ſtatutum non abſolute cogit, nec per prius cogit Clericos ad vendendum, ſed potius eos hac lege bona capere à laicis ſtatuto obligatis, vt iuxta eiuſdem diſpoſitionem precio accepto, rem ſibi relictam vendant in executionem d. ſtatuti, vt ita oneri laicis impoſito, ne aliter relinquant bona iſta, ſatisfaciant, ac proinde inualida dici non poſſunt, quia principaliter diſponunt reſpectu ſubditorum, in conſequentiam vero referuntur ad perſonas Eccleſiaſticas, ne ſcilic. illi in haſce bona immobilia

alienent vel transferant, ſic poſt Anch. conſuluit Ruin. *conſ.39. ſub numer.* 16. Cephal *conſ.*13 *nu.* 40. Riminald. Iun. *conſ.* 15. *num.* 78. pro quibus facit doctrina Baldi *in l. quod fauore Cod. de legibus*, vbi tradit, non conſiderari odium, quod venit in neceſſariam conſequentiam fauoris conceſſi *. text. in l. cum ex oratione §. fin. ff. de excuſat. tut.*

16 Deinde fieri videmus diſpoſitiones & teſtamenta, quibus cauetur, quod hæc & illa bona non debeant deuenire ad eos, qui Monaſterium ingrediuntur, ſed in familia conſeruentur, & ſic non in merum Monaſterij odium, quales diſpoſitiones praxis pro validis tenet, de quo vide Couar. *lib.*1. *var. cap.*19 *num.*8. *& ſeqq.* Manticam *de coniect. vlt. volunt. lib.*11. *titul.*7. *numer.* 18. *& ſeqq.* ideo & Principi licebit, vt ſuper quærendis diſponat, ex cauſa publicæ vtilitatis vt bona ingredientium monaſterium, eidem non acquirantur, & ita vſu receptum eſſe in Francia, *teſtatur* Boër. *deciſ.*354 *numer.* 8. Ferrariæ, quæ eſt ciuitas Eccleſiæ, Riminald. Iun. *conſ.* 85. *numer.* 38. *& conſ.* 493. *numer.* 40. de Germania Gail. 2. *obſ.* 32. *numer.*5. & præiudicia refert Gregor. Theloſ. *de Repub. lib.* 1. *cap.* 16. *de abuſu bonorum Eccleſ. in acquiſitione*, idem docet Wameſius *tom.* 1. *conſ.*92. *numer.*12. *& ſeqq.* huiuſmodi ſtatuta, ne bona immobilia deueniant ad Eccleſiaſticos, ne illi cognatis aut parentibus in illis ſuccedant, valere, vbi ratio ponitur in fauore publico & quod non præiudicetur in iure quæſito, ſed quærendo, cum & ipſis Prælatus in quærendis poſſit præiudicare Eccleſiæ, vel potius facere ne acquiratur, *l. qui autem ibi DD. ff. quæ in fraud. credit.* Iaſon. *& DD. in l. ſeruus Cod. de pactis*, ac proinde apparet, quod hæc ſtatuta, nec rationi naturali, nec Iuri gentium, nec Diuino repugnent, ſed iuxta tradita ſupra de muneribus, ei conformia ſint, quemadmodum *& in veteri teſtamento ſcriptum reperitur Numer.* 18. quod Leuitis prohibitum fuerit, ne haberent bona immobilia, (*confer Nou.* 120.) exceptis decimis, ex quibus ſufficientiam habere poterant, & ita quoque intelligo illud Germanicum ſuperius relatum, vel etiam ſtatuta prohibentia alienationes & tranſportationes bonorum ſtabilium, vt ſaltem in illo caſu, vbi non haberent competentiam viuendi, æquiualens pro alimentis in pecunia vel iuſto valore detur, quemadmodum, ſi Monaſterio certum legatum relinquatur, forte in immobilibus, etiam in illis locis, vbi talia ſtatuta vigent, benignius eſſe dicit Wameſius *tom.* 2. *conſ.* 459. *numer.*6. *&* 12. quod non prohibeant acquiſitionem pretij, quod ex venditione eorundem bonorum confici poteſt, atque ita iudicatum reperitur apud Chriſtinæum *vol.* 1. *deciſ.*201. *num.* 7. *& ſeqq. in qua deciſione conſentit meæ aſſertioni, ſimilemque conſtitutionem* Caroli V. *adducit, qui ibi, & duabus deciſ ſeqq. cum DD. allegatis videndus eſt*, nam valde controuerſum eſſe ibi apparet, an ſi adſit clauſula decreti irritantis, legati æſtimatio præſtanda ſit, quinimò Wameſius *d. conſ. númer.* 10. *dicit*, quod præfata prohibitio non ſit præciſa, quin certo caſu etiam Eccleſia obtinere poſſit acquiſitionem bonorum immobilium, accedente ſcilicet Principis & Magiſtratus, prouincialium oppidorum conſenſu, prout hic cum conſenſu Ampliſſimi Senatus domus Religioſis venditæ, & Monaſteria inde ædificata fuere, quod ſine iſta licentia, reſiſtentibus ſtatutis, fieri non potuiſſet, nec enim huiuſmodi

ſtatut

Digitized by Google

ſtatuta à ratione aliena ſunt, de rebus proprijs aut ſuperioritati ſubiectis, cuique ſtatuere quod vult, Wameſius *tom.2.conſ.*432. *nu.* 4. vbi rurſus talia ſtatuta valere defendit.

17 Quemadmodum ipſe Pontifex Eccleſiaſticis prohibuit alienationem bonorum, ita & Princeps laicis iuſta ex cauſa hoc prohibere poteſt, atque ita cum alijs contra diſſ. allegatos, docet Vaſquius *de ſucceſſ. Creat. lib.* 3. §. 21. *limit.* 10. *num.* 175. *& ſeq.* quod valeat ſtatutum cauens, vt ingrediens Monaſterium non ſit ſucceſſibilis, imò dicit, vt ab opibus & diuitijs Monaſterium abſtineat, è Religione eſſe videtur, deinde dicit, quod ſuccedendi poteſtas ſit de iure ciuili, ergo eodem iure ciuili ex cauſis auferri poteſt, magis igitur eſt vt modificari poſſit, ita vt legitima in bonorum æſtimatione ſolui queat, ſicut & alias apparet magis communis, quod legitima ſtatuto minui poſſit apud Græueum ad Gail. *lib.* 2. *concil.* 122. *vbi DD.* & præiudicia, & vt in pecunia ſoluatur Ant. Faber *in cod. de inoff. teſt. def.* 17. vbi teſtatur effici poſſe, vt & legitima in pecunia ſoluatur, & quod legitima per ſtatutum minui poſſit tradit ad *tit. Cod. de legib. def.* 6. imo tradit, *Vaſq. d. loco* auctis diuitijs Eccleſiarum, valere ſtatuta, vt omnia prædia ſint tributaria, hoc tamen controuerſum eſſe apparet apud DD. pro & contra ibidem allegatos, quia hoc ipſum eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam expreſſe dicit Bonacina *d. loco*, ſed hoc de noſtris ſtatutis dici non poteſt, quia ſtatuunt circa bona, Eccleſiæ nondum incorporata, ſed fortè, niſi ſtatutum reſiſteret, incorporanda, quorum diuerſa eſt ratio, neque enim repugnat animarum ſaluti, nec eſt retardatiuum ſalutis, prout oſtendit idem Vaſq. *in l. ſi quando §. illud. nu.* 90. *Cod. de inoff. teſtam.* nec ad rem pertinere dicit, quod fortè abſque patrimonio non recipiatur, quia hoc fieri non, ſed potius gratis recipi deberet, addit tamen ipſemet Bonacina *ibi nu.* 39. libertatem Eccleſiaſticam non lædi ſtatutis vel decretis contra iura aliquarum Eccleſiarum, vel Eccleſiaſticorum editis, quia libertas Eccleſiaſtica eſt, qua tota Eccleſia gaudet, at dices quod tota Eccleſia gaudeat hoc iure ſeu libertate acquirendi, &c. dic ergo quod Eccleſiaſtica libertas propriè nihil aliud ſit, quam ipſius Eccleſiæ libertas, quæ in proprio ipſius Miniſterio conſiſtit, ſcilicet docere, prædicare, ſacrificare & ſimilia Chriſtiana opera exercere, hanc libertatem Chriſtus illæſam, ſartam & tectam eſſe voluit; ſpiritualia ſeminauit, & mundana in ſchola humilitatis & paupertatis eradicauit, cuius contrarium, nempe quod ſtatutum, quod eſt contra vnius tantum Eccleſiæ libertatem, dicatur contra libertatem Eccleſiæ, docent allegati in Chriſtinæo *vol.1. deciſ.* 203. *nu. fin. & per tot. de materia & duabus deciſionibus præcedentibus & ibi DD.* allegati, quibus videtur obſtare quod exclamat Thomas de Kempis *in libello vallis liliorum cap.* 19.

O bona pauperies

Nunc tua duritiei cunctis deſpecta fuiſſet.

Sed affectanti cœleſtia terrena non ſapiunt, æternis inhianti faſtidioſa ſunt tranſitoria S. Bern. *epiſt.* 111.

Vnde ſatis habentibus hoc ſtatutum onerosum & inualidum videri non debet, 18.
cęteris neceſſaria ad diuina peragenda ſubminiſtranda erunt, quæ cum iam aliunde, uti præſupponitur, vbique fere habeant, ad quid tantopere huiuſmodi noſtra ſtatuta in commune bonum condita oppugnant?

LIIII 3 impe-

Digitized by Google

impedimenta hæc, non adiumenta, onera non ſubſidia ſunt, poſſeſſione enim & vſu opum non ſuffulcitur Religio, ſed euertitur, ita de diuitijs Eccleſiæ loquitur Saluianus *lib. 2. ad Eccleſ. Cathol. pag.* 379. itaque iam olim multa adhiberi cœperunt remedia, vt priſca Eccleſiæ integritas & laudabilis paupertas, quaſi poſtliminio rediret per ſimilia ſtatuta vel conſtitutiones quas manifeſtat illa S. Hier. *expoſtulatio epiſt. ad Nepotianum lib.* 1 *ep.* 12. Pudet dicere, inquit, Sacerdotes idolorum, Mimi, Aurigæ & ſcorta hæreditates capiunt, ſolis Clericis & Monachis, hoc lege prohibetur, non à perſecutoribus, ſed Principibus Chriſtianis, igitur nec hoc caſu, ſiue quãdo ſtatutũ laicale iuri conforme eſt, non dicitur per ipſum ſtatutum lædi libertas Eccleſiaſtica, quia d. ſtatuta ipſis laicis vinculum inijciunt relinquendi bona huiuſmodi ipſis laicis, quid igitur hoc ipſum ad Eccleſiaſticos, excipientes principaliter de iure tertij ſive laicorum, quaſi eorum libertas huic vel illi relinquendi, auferri non poſſit, ſpectat? quemadmodum autem exceptio de iure tertij inelcuans eſt, ita etiam aduerti debet, quod Laicis libertas non auferatur, ſed tantum modificetur & reſtringuatur, vt ſcilicet non omnibus indiſtinctè, ſed certis bona relinquant, vendant, donent & transſportent, & quia hoc Laicis imponitur, non poteſt dici hoc fieri contra libertatem Eccleſiaſticam, Bart. *in l. cunctos populos. Cod. de ſumma Trinit.* docet ſtatuta laicorum ſimpliciter aliquid honeſti cõcernentia valere, præſupponendo ſemper, hæc fuiſſe ordinata ad bonum commune, quo caſu ſtatutum laicale etiam in foro poli obligari Eccleſiaſticos ad eius obſeruantiam, tradunt DD. hoc voluiſſe D. Thom. 1. 2. *queſt.* 36. & ſtatutum omnibus vtile, à Clericis quoque ſeruandum eſſe voluit Couar. *in cap. poſſeſſ. p. 2. §. 4. nu. 8. verſ. tertium eſt de reg. iur. in 6.* ſed quomodo tradit Bonacina *d. l. & alibi de legibus*, & quia præter Chriſtinæum *vol. 1. deciſ. 304. vbi à n. 23.* tradit, quod prohibitiones illæ, quibus Eccleſiæ manuique mortuæ inhibitum eſt acquirere immobilia, non ſint earum odio, ſed ex alijs rationibus inductæ, qui & *vol. 1. deciſ.* 89. quod liberi incapaces & inſucceſſibiles, vt ibi Monachi ex ordinatione, non faciant partem in legitima, ſat multi DD. pro hiſce ſtatutis militant, & immemoriali tempore obſeruata exiſtunt, iterum dico, quod non audeam dicta ſtatuta, nec eorundem conditores, & qui ſecundnm ea iudicant, temeritatis & iniuſtitiæ arguere, cum & illa in Gallia, Germania alijſque locis vigere teſtetur Klock. *de contri' ut. cap.* 12. *num.* 89. *& plurimis ſeqq. vbi DD. & rationes pro & contra aſſeruntur, & aduerſantia refutantur, ſimulque præiudicium Camerale in ſpecie reſpectu ſtatuti Iuliacenſis adſertur*, quo breuitatis cauſa fit relatio, hæc ſaltem ex meis annotatis huc transſcribere volui, in quibus & inuenio Anton. Petram *de poteſtate Princip. cap.* 4. vbi quoque pro & contra arguitur, & ſtatutum tale aliquot modis modificatur, verum dic, quod tale & ſimile ſtatutum non extendatur ad bona extra territorium ſtatuentis ſita Daniel Mollerus *lib. 1. Semeſtr. cap.* 29. *in fin.*

Prout & alias indiſtinctè tenendum eſt 19.
in praxi, quod ſtatuta non extendantur extra ſua territoria, ita practicari dicit Molin. *ad Alex. lib. 1. conſ.* 16. De Carthuſianis, & an immunitas Eccleſiaſtica ad prædia recens à Monaſterijs acquiſita extendatur, & an expediat Monaſterijs multa bona habere tractat

Digitized by Google

tractat Antonius Robertus *lib. 2. rerum iudicat. cap. 2. & an à refectione viarum ſint immunes Eccleſiaſtici cap. 3.* vtrobique pulchra, & aliquot conſtitutiones Ducum Brabantiæ, quibus cauetur ne bona immobilia alienentur in perſonas Eccleſiaſticas refert Zypæus *de iure nouiſſimo Pontificio lib. 2. de foro comp. num.* 10. *& ſeqq.* vbi & aliquot declarationes & de amortizatione bonorum, quid ſit, vnde dicatur, de qua integrum tractatum ſcripſit Peck. *de Amortizatione bonorum*, quem conſule & firmiter crede me hic & vbique iudicio & correctioni Eccleſiæ Catholicę me libenter ſubmittere, & nihil à me dictum vel ſcriptũ, quod ordinationib. & traditionibus eiuſdem contradicat, alias de prædictis videri poterit, Chriſtinæus *vol. 1. deciſ.* 201. *& duabus ſeqq.* vbi quoque varia præiudicia in varijs caſibus *& deciſ.* 203. in ſpecie agit de libertate & immunitate Eccleſiaſtica & quando ſtatuta dicantur eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam vide ibi cum DD. per eos allegatis.

CAPVT VII.

De forma ſtatuti. & quando forma inducta cenſeatur, de eius effectu, ad exornationem ſtatuti noſtri Colonienſis art. 2. & aliquot legum & caſuum in praxi quotidie occurrentium.

1 STatuto noſtro *ar.* 2. cauetur, quod teſtamenta aliæque diſpoſitiones ſuper & de rebus immobilibus factæ, intra annum & diem (quomodo annus computetur, latè tradit Reinking *de retractu quaſt. 7 nu. 36. & plurimis ſeqq. vbi nu.* 43. de iure Saxonico præter annum ciuilem, in quibuſdam conſtitutionibus, vti hic, additur adhuc dies, Jahr vnd tag, hoc eſt, annus & dies, in quibuſdam annus & ſex ſeptimanæ, de qua re vide Berlichium *deciſ. 115. per tot.*) inſcrineari debeant, alias nullius erunt virtutis neque poteſtatis, formalia ſtatuti verba ſunt: kein mühe noch macht haben / cum autem Adelheides von der Burg condidiſſet teſtamentum, atque illud ſcrineo intra annum & diem equidem imponi, ſed illud poſtmodum ex eodem ſcrineo repeti feciſſet, ſuſtinui in cauſa Domini Iohannis Scheifferts Senatoris Colonienſis viri candidi & ſinceri, teſtamentum repetitum, & tempore obitus teſtatricis in domo mortuaria repertum, euanidum eſſe atque irritum, ac proinde ipſum & conſortes vti proximiores hæredes ab inteſtato ſuccedere debere, idem mecum ſentiebant, multi ex Senioribus Notarijs & Procuratoribus deſuper examinatis, tum etiam Excellentiſſimi Iuriſcõſulti meo, deſuper facto, reſponſo iuris ſeſe ſubſcribebant meamq; ſententiam approbant, quemadmodum & quinq; ex præcipuis Iuriſconſultis Norimbergenſibus idem reſponderunt, nolo autem hic controuertere cauſam ſummarijſſimi poſſeſſorij ſatis à me diſcuſſam, quam & tractat Caualcanus *p. 3. deciſ. 26. nu. 24. & ſeqq.* vbi licet *nu. 24. & ſeq* pro hæredibus ſcriptis videatur allegare DD. tamen *in ſeqq.* ſatis præclara adducit fundamenta, quare hæres ab inteſtato manutenerí debeat, prout *& part. 1. deciſ. 45. num. 5. & ſeqq. multas tradit exceptiones contra petentem ſe immitti ex l. fin. Cod de Edict. D. Adriano toll.* & docta & ſubtilia de vitio viſibili & inuiſibili tradit, Raudenſis *de Analogis lib. 1. cap. 36. num. 73. & ſeqq. & num. 100. & ſeqq.* item cui teſtamento detur priuilegium, vt ſtatim fiat immiſſio, & cui non, item an exceptio legitimitatis

reſer-

reſeruanda ſit in petitorio & quomodo docet Gratianus *lib. 2. diſcept. for. cap.* 264. *nu.* 48. *& ſeqq.* ſed tamen propter *l. 2. & l. fin. C. d. tit.* in ſummariſſimo poſſeſſorio obtinere non potui coram Ampliſſimo Senatu, qui non cognoſcit ſuper realibus, & proinde an valeat teſtamentum vel non, coram Dominis Scabinis in petitorio ventilari debere, iudicatum fuit, confer tradita per Reinkingh *de Retractu quæſt. 6 nu.* 193. *& multis ſeqq.* de forma & eius definitione & Chriſtinæum *vol.* 1. *deciſ.* 204. *num.* 11. *& ſeq.*

2. Verum quia cauſa fuit ardua & magnæ importantiæ, non deerant ex aduerſo argumenta in petitorio, deſumpta ex traditis *DD. in l. vniuerſa Cod. de precib. Imper. offer.* vbi inter cæteros Caſtrenſ. tractat, quando lex vel ſtatutum mandat aliquid fieri poſt actum celebratum, & niſi fiat, dicit actum non valere, quod hoc intelligi debeat, non ipſo iure, ſed ope exceptionis, vt ſi dicat, teſtamentum vel contractum debere inſinuari, & niſi inſinuatum fuerit, non valere, quia illa inſinuatio, venit fienda, poſt actum celebratum, licet poſt multum temporis ſteterit, quod non fuerit inſinuatum propter hoc tamen non eſt nullum, ſed ſemper poterit inſinuari, & inſinuatione facta poterit quis uti, niſi in ſtatuto apponatur certum tempus intra quod debeat fieri, nam eo elepſo irritabitur, ac ſi dicat quod ſit nullum, hactenus Caſtrenſis, in qua *l. & Bart. & Iaſon.* videri poterunt præter Riccium *ad Maſcardum poſt concl.* 824. *Peruſinæ hereditatis, verſ. quarta* exceptio, ibi de ſimili ſtatuto, an ad inſinuationem fieri debeat citatio, & qualis ibi ſit nullitas, ex quorum dictis ſequitur, quando quid requiritur poſt actum iam perfectum, quod illud, quod ſequitur, non ſit de forma, prout & exemplificant DD. in alijs terminis, vt ſi ſtatutum mandat, quod de omni contractu, quid ſoluatur, alias non valeat, nam cum hoc ſtatutum præſupponat, iam actum factum & ſic contractum celebratum, non impedit illius validitatem, & validè fieri poſſe, & ſic non reſiſtit validitati ipſius ipſo iure, ſed gabella non ſoluta, annullari poterit talis contractus, ita Felin. *in cap. 2. verſ. tertio notabiliter x. de teſtib. per gloſſ. in d. l. vniuerſa*; & quod omiſſio ſolẽnitatis debentis ſequi poſt actum, non viticet ipſo iure, ſiue à principio, voluit Bart. *in l. ſi quis ita §. ea lege verſ. quæro utrum ff. de verb. oblig. cum alijs allegatis* per Felin. vbi dicit, quod verba, non valeat, interpretantur in effectu, quod poteſt irritari de mente *Bart. in d. l. vniuerſa*, an vero iſta verba intelligantur ipſo iure, vel ope exceptionis tradit *Corſet. in litt. v. verb. non valeat ſingul.* 390. & de verbis ſtatuti, non valeat, agit quoque Caſtrenſ. *conſ.* 13 *nu.* 31. *& ſeq. vol.* 3. & rurſus Felin. *in cap. cum dilecta nu.* 6. *verſ. quartum ſignum x. de Reſcriptis ponit pro regula*, illud quod poteſt interuenire poſt actum, nunquam dici poteſt pro forma, ſed poteſt appellari ſolennitas effectualis, quæ tribuit robur actui iam formato, & ponit exemplum de inſinuatione donationis, & de cautione teſtamenti in caſu *cap. quanquam de vſur. in* 6. ad idem Angel. *conſ.* 36. *pro deciſione quæſitarum vbi latè* & Tiraq *in l. ſi vnquam in verb. reuertatur. nu.* 69. *Cod. de reuoc. donat.* ſimul tamen aduerti debet, quod tradit *Mantica de tacitis & ambig. lib.* 1. *tit.* 12 *nu.* 26. quod cauſa, quæ requiritur ad effectum, intelligatur de ſubſtantia, ita tamen, vt ſi cauſa deficiat, quæ requiritur ad effectum contractus, ipſo iure quidem valeat, ſed

Digitized by Google

ſed exceptione infirmetur, ibi latè de ſubſtantia & forma, & *tit.ſeq.* de naturalibus contractus, de quo & ſubtiliter diſcurrit Zaſius *in ſuis ſing. intellect.* cum alijs ſuperius *cap. 4.* allegatis, deinde dictum fuit, teſtamentum hoc ſemel fuiſſe ſcrineo impoſitum, & ſtatuti formam ſeruatam, cum autem idem ſtatutum expreſſe non dicat, propter repetitionem factam, illud annullari, videtur quod relinqui debeat diſpoſitioni iuris communis, tanquam caſus à ſtatuto omiſſus, vt actus ſeu teſtamentum valeat, quemadmodum aliarum interpretationum Regina eſt, quæ militat pro actus validitate, quando autem præſumptio, pro actus validitate fallat, tradit Zaſius *in l. quoties in ſtipulat. ff. de verbor. obligat.* & habetur ſupra *de dubijs*, ſic etiam ſolennitas à ſtatuto requiſita, in teſtamenti factione, non requiritur in reuocatione, Bald. *conſ. 209. lib. 4.* quem allegat Tuſchus *lit.T. concl.681. n.35.* qui tamen ſe remittit *ad lit. S. concl. 328.* & contrarium dicit Berlichius *par. 3. concl. 4. num.53. verſ. idq;*, item facit quòd hic ceſſet omnis fraus, cum ſit idem teſtamentum iam antea factum.

3. Porrò cùm hæc materia ſeſe ad omnes actus & diſpoſitiones extendat, & in praxi quotidiana exiſtat, placet quoſdam DD. adducere, ex quibus pulchras deciſiones allegare poteris, atque inprimis præter Tuſch. *lit.F.* alioſq; qui paſsim ſunt obuij, recurras ad Felin. *in d.c.cum dilecta*, vbi latè de ſignis formæ, vel quãdo quid pro forma ſit introductum, deq; eius effectu; item de forma à lege vel ſtatuto requiſita, quando dicatur ſubſtantialis, & de differentia inter formam quæ ſtatuta actui faciendo, & eam quæ ſtatuta actui facto, deq; ablatiuis & qualitatibus, à lege vel ſtatuto requiſitis notabilia habes in Cacher. *deciſ.165.& deciſ.166.n.7.* quòd forma à lege vel ſtatuto requiſita, remitti non poſsit; facit quoque ex communi regulam Decker *lib.2.diſſert.8.n.5.* quod ſi in ipſo actu aliquid neceſſario requiritur, id ad ſubſtantiam pertinet, ſi verò illud ad actũ iam omninò perfectũ poſsit accedere, tunc actus ſubſtantia in eo non conſiſtit, item ſolennitatis formalis omiſsio, an & quando vitiet ipſo iure tradit Tiraquell. *in d.l.ſi vnquam, num.67.& ſeq.* vbi & quid ſit in caſu piæ cauſæ, & de verbo non valere; non valeat *num.235.& ſeq.* quid ſi addatur ſtatuto, quod non aliter valeat, tunc ſpecialiter eſt pro forma *num. 239.* & ibi relatiuè; quando forma data cenſeatur latè Bocatius *ad conſtit. Marchiæ Anconit. gloſſ.6. n.155. & multis ſeqq.* vbi quoque alij allegati, ibi & de conſenſu & auctoritate præſtanda, an quando conſenſus & auctoritas ſumatur de forma Menoch. *lib.6.præſumpt. 34.* ibi pulchra illata; multa & docta de forma Bart. *in Tractatu de Alueo.* plura in Wilhelmo Antonij *Tractatu de Moratorijs reſcriptis, tit.8. concl. 48.* vbi latiſſimè de forma, & inprimis tradit, quòd forma à lege præſcripta, ſit ordinata diſpoſitio, ordinans certos fines hominis, ſeu ordinata ſeries rem ad ſubſtantiam promouens & deducens, dicitur & ſtatus diſpoſitionis perfectus, & latiùs ibi, & vnde inducta cenſeatur, quòd tempus alicui rei vel diſpoſitioni præſcriptum, pro forma in dubio præſcriptum cenſeatur, ibi multa de tempore, & quòd locatio ad modicum tempus facta, non dicatur alienatio, ſecus ſi ad longũ tempus celebrata fuerit, per DD. ibi (de quo tamen vide *tit.ſeq.de temp.*) vnde & infertur, quòd etiã in illa ſolennitas requiratur, quę requiritur in alienatione, pro prioris confirmatione facit & illud Poëtæ:

Nam quodcunque ſuis mutatum finibus exit
Continuo hoc mors eſt illius, quod fuit ante.

4 Sicut quoties mutatur ſubſtantia ipſius actus, non poteſt actus in ſua eſſentia remanere, ſed tranſit in alium actum, quia ſubſtantia intendi & remitti nequit; item docet, quòd non valeat actus ſine forma, quodque veritas ſine ſolennitate, & debita forma non ſufficiat, ſed

Ad normam legum vita componere mores,
Conueniens vita moribus eſſe puta.
Non benè quadrat opus, ſi quid deliret amuſſis,
Et in ſtructuram dux bene firma regit.

& plura ibi, & *concl. 48. num. 94.* quod forma ad amuſſim ſeruari debeat, aliàs actus non ſubſiſtat; Limitat primò, ſi Princeps de plenitudine poteſtatis, & ex certa ſcientia formam omitteret vel alteraret. Secundò, ſi quid minimum adderetur formæ ſubſtantiali, quod formam non mutat. Tertiò, in caſu neceſſitatis, vt ſi ſine periculo forma impleri non poſſit, tunc enim impleri poſſe ait per æquipollens, vbi alios allegat; & rurſus *num. 96. & ſeqq.* de forma præciſè ſeruanda, & reliqua in Reinking *Tractatu de Retractu conſang. quæſt. 6.* vbi paſſim & *num. 200. & ſeqq.* expeditum eſſe dicit, formam rei eſſentialem inuariabilem, certam & cum ipſa re perpetuam eſſe, & tanquam perfectum quid, nec maius nec minus accipere, neque intendere, neque remittere, ne rerum eſſentiæ in fluxo & incerto ſint; an verò ſit ſolennitas vel formalis vide allegata in Caſtrenſ. *in Rubr. num. 3. Cod. de nouo Cod. confirm.* & Alex. *in l. 1. ff. de liberis & poſthum.* ibi & quæ dicatur leuis ſolennitas, & *in conſ. 141. lib. 2.* latè quoque Cephalus *conſ. 171. num. 10. & aliquot ſeqq.* vbi & Felin. declaratur ex Bruno *in Tract. de formæ ſub rubr. quotuplex eſt forma & ſolennitas, &c.* diſtinguit inter formas ſubſtantialem & accidentalem, & Brun. in effectu concludit, inter accidentales formas eſſe inſinuationem ex forma ſtatuti faciendam infra ſex menſes, & ex Felino ſubiungit qualitatem, quæ poteſt interuenire poſt actum, non eſſe de ſubſtantia, cum omnia, quæ ſunt de ſubſtantia, debeant explicari ſimul cum actu, illaque eſſe de ſubſtantia actus, quæ debent concurrere contemporaneo cum actu introducendo, non quæ poſt actum introductum & originatum interueniunt, & quod decretum annullatiuum ſolum operetur, quod ſit formalis ſolennitas, & non efficiat, quòd ſit ſubſtantialis, ideo cum inſinuatio poſſit interuenire poſt actum originatum, illa ſolennitas dicitur effectualis, quæ tribuit robur actui iam formato, quod actus alioquin validus habere non poteſt propter omiſſam ſolemnitatem, ita vt ſolennitas requiſita poſt actum iam perfectum, vitiet ope exceptionis, licet Bald. ibi allegetur tenens, quando ſtatutum ſimul cõtinet clauſulam annullatiuam, quòd tunc actus ſit ipſo iure nullus, ad quod conatur reſpondere Cephal. vbi & diſtinguit inter ſubſtantiam actus, & ſolemnitatem ſubſtantialem, quia ſubſtantia eſt, qua primum res eſt, & ipſa rei eſſentia, ſolennitas verò ſubſtantialis eſt quidam modus vel ordo, qui adhibetur circa ipſam rem, & ſic circa ipſam ſubſtantiam, vt declarat Brun. peccatum autem formæ, & peccatum ſubſubſtantiæ qualia ſint, & de effectu, tradit Pacianus *de probat. lib. 2. cap. 21. num. 78. & ſeqq.* cui adde tradita per Manticam *de tacitis & ambig. lib. 1. tit. 12. per tot. de ſubſtantia & forma, & quæ dicantur pacta eſſentialia ſeu ſubſtantialia, & num. 33.* dicit contractum qui eſt nullus, propter defe-

ctum

Digitized by Google

ctum formæ iuris ciuilis in foro conſcientiæ valere, ſi fuerit obſeruata forma iuris naturalis, & nulla ſit deceptio, & Cephal. *conſ. præced.* 171. *num.* 19. & 20. Regiſtrationis quæ ſit ſolennitas, an accidentalis vel ſubſtantialis, dicitque quòd ſit accidentalis, eò, quod non tendat ad præbendum eſſe actus, ſed ad illum conſeruandum, conſimilia tradit & accommodat Gail. 1. *obſer.* 124. *per totum*, item aliqua in Surdo *conſ.* 282. *num.* 6. & *ſeqq.* quod forma dicatur, quando aliquid de nouo inducitur à lege cum certis modificationibus, & quæ ſunt de forma omnia ſeruari debeant, quia indiuidua eſt forma & inſeparabilis, & adeo eſt de genere indiuiſibilium, quòd quælibet mutatio in parte, totum vitiat, & ex Bruno. quòd in ijs, quæ ſunt de forma, ſi receditur à parte, receditur à toto, & forma ſemper præſumitur ſubſtantialis per DD. ibi alleg.

5. Pro prioris confirmatione adduci poteſt vulgata Theorica; actum non dicitur, cum remanet aliquid agendum, quippe actus ex conſummatione reſpicit formam Franciſcus Milanenſis *lib.* 2. *deciſ.* 3. *num.* 4. & 5. qui & *deciſ.* 2. *num.* 82. & *ſeqq.* tradit, quòd forma non poſſit adimpleri per relationem, nec ſufficiat dici formam eſſe ſeruatam, niſi omnia illa, quæ ſunt de forma, explicentur, pulchra & notabilia de forma tradit quoque Viuius *lib.* 2. *deciſ.* 334. vbi & quòd forma teſtamenti ſit triplex: ſubſtantialis, formalis & probatoria; ibi & an forma per æquipollens adimpleri poſſit; & rurſus *in deciſ. ſeq.* 335. *per tot.* quòd ſit ſpecifice implenda, integraliter & in minima etiam qualitate ſeruanda; aliàs actus corruit, etiamſi de pia cauſa ageretur, nec addi vel detrahi quicquam poteſt, quòd declara ex Dauth. *de teſtamentis num.* 16. *in fin.* nam licet formæ nihil addi neque detrahi poſſit, non tamen idem eſt adiectionis & detractionis effectus, quia hæc vitiat, illa vti ſuperabundans cautela non nocet, conſimiliter Zaſius *conſ.* 2. *num.* 28. & *ſeqq. lib.* 1. ſi illud, quod omitti poterat, obſeruetur, iſta obſeruatio non vitiat, etiamſi vitioſe obſeruata fuerit, cum actus ſuperfluus ſine nocumento tolli poſſit, vide illata ibi; hinc defenditur immiſsio ſine citatione ex ſecundo decreto (quæ non erat neceſſaria) facta apud Meiſnerum *tom.* 2. *lib.* 2. *deciſ.* 1. *num.* 104. & *ſeqq.* & docet Viuius *d. loco*, quòd forma attendenda ſit, etiamſi actus melius explicentur, cenſetur autem tradita forma, vbi in diſpoſitione legis dicitur, ita demum fiat, vel aliter fieri non poſsit, & inducta dicitur, quando aliquid per prius vel poſterius datum eſt, vel quando lex vtitur illis verbis, ita tamen, dum tamen, item quando in actu explicando tempus adijcitur, & cum exprimitur aliquid aliter, quàm à iure communi, & forma ſubſtantialis inducitur, vbicunque eſt decretum irritans, vel diſponens ipſe adiecit nullitatem aduerſus non obſeruantiam ſuæ diſpoſitionis, & alia ibi, & rurſus Viuius *deciſ. ſeq.* 336. quòd forma contractuum ſeruanda ſit, quodque tenor & forma contractus det ei legem, & quòd legis forma ſit ordinata diſpoſitio, ordinans certos actus & fines hominis, & quòd forma rei ſit vltima perfectio ſubſtantialis ipſius, & ſic ordinata quædam ſeries, rem ad ſubſtantiam deducens, prius autem dictum, quòd cõtractus à conuentione partium legem accipiat, ampliatur procedere per Barboſ. *in reg.* 85. *de reg. iur. in* 6. etiamſi fuerit conuentum vltra vel præter naturam contractus, & ibi remiſsiue, vnde quotidie

in praxi recitatur illa regula, forma mandati diligenter ſeruanda eſt, *l. diligenter*, ibi DD. *ff. mandati*, latiſſimè Mantica *de tacitis & ambig. lib. 7. tit. 15.* an mandatum in forma ſpecifica impleri debeat, vide infra allegatos, de forma præciſe ſeruanda cum ampliationibus & limitationibus, Barboſ. *in tract. axiomat. iur. vſufreq. ax. 100. & de clauſulis vſufreq. clauſ. 40 per tot.* de decreto irritante, eiuſq; effectu, & quòd verba, aliter non valeat, nullius ſint momenti, nullius roboris, nullatenus, decernentes irritum, alioquin nullo modo, &c. importent decretum irritans, quod inficit ſimul poſſeſſionem & titulum, & docet quod intelligatur apponere clauſulam annullatiuam, vbi lex ſimpliciter aliquid prohibet, quodque formam inducat decretum irritans, & conſuetudinem etiam in futurum tollat, plura ibi.

6. Quibus adde Alderadum Maſcardum *de generali ſtatut. interpret. concl. 9. per tot.* an & quando dicatur actus nullus contra diſpoſitionem ſtatuti factus; vbi plura de forma, & declaratur Felini doctrina, quòd licet verum ſit, quando ſolemnitas requiritur poſt actum, non vitiet ipſo iure, tamen ſecus eſt ſecundùm Decium vbi, quando adeſt clauſula annullatoria, de quo latius ibi, & ratio dari poteſt, quòd ſtatutum non inducat actus fruſtratorios Magon. *deciſ. Flor. 26. num. 10.* de ſimili ſtatuto Caualc. *par. 2. deciſ. 28. num. 50.* & quòd formæ à ſtatuto datæ, per partes renunciari non poſſit, quia omnis ſolemnitas & ſubſtantialis forma eſt iuris publici, an autem hoc ſit verum, quando diſpoſitio tantum reſpicit vtilitatem priuatam & non publicam, de quo videndus eſt Felin. *in d. cap. cum dilecta*, & latiùs *in cap. ſi diligenti de foro compet.* ad quem ſemper recurre in materia renunciationis legum aut priuilegiorum, quia diſtinctè & magiſtraliter loquitur, iunctis traditis per Cardin. Tuſchum *lit. S. Solennitas iuris in quibus caſibus non requiratur concl. 332.* & ibi remiſsiuè. Interim notanda venit regula, quòd quilibet actus tendens ad fauorem alterius, intelligendus ſit parte petente & volēte, Riccius *p. 4. collect. 1289.* vbi pulchra illata; ſic quando lex vel ſtatutum requirit aliqua fieri, debet intelligi, ſi petatur, & quis requiſitus fuerit, latè Iaſon *in d. l. vniuerſa*, quando autem hoc procedat latè Surdus *deciſ. 57.* & Alderad. Maſcard. *in fin. d. concluſ. 9.* docet, quando ſtatutum cenſeatur inducere formam, & de forma ſeruanda cum ampliationibus & limitationibus paſſim per tot. confer Card. Tuſchum *lit. L. Lex prohibens aliquid fieri, quando annullat actum concl. 269.* iunctis ijs quæ tradit Peckius *in reg. cum quid prohibetur de reg. iur. in 6.* vbi multa exempla, quod eâ, quæ ex prohibitis ſequuntur, valeant, & DD. *in l. non dubium, Cod. de legibus*, & Card. Tuſch. *lit. A. Actus cōtra l. factus quando valeat vel non concl. 131.* forma ſtatuti etiam in donatione filio facta ſeruanda eſt iuxta Surdum *conſ. 361. num. 8. & ſeq.* Iterum quando forma cenſeatur inducta, & quando ſeruanda, Farinac. *par. 2. deciſ. 167. iuncta deciſ. Rotæ Genuenſis 209.* vbi aliquæ declarationes, & quòd forma ſtatuti quandoque per æquipollens adimpleri poſsit.

Denique alijs omiſsis (cum alias ex annotatis meis plures adferre poſsē) præter Vaſq. *de teſtatoris potentia*, §. 4. *dè forma legis neglecta effectu, & quid ſi ſit in minimo, &c. an adimpleatur per æquipollēs*, vbi *n. 52.* pulchrè pro & contra, an obligatus facere opus pro certa ſumma, ſupererogatum vtiliter repetere poſsit, quod videbatur ex traditis per 7.

Fran-

Franciſc. Caldas *de nominat. emphyt.* §. *3. quaſt. 15. nu. 19.* vbi mandati forma dicitur obſeruata, quando pinguius adimpletur, vel intentioni mandantis ſatis fit, vbi iura & DD. ſic etiam intentioni alterius videtur ſatisfieri, ſi quid in vtilitatem illius fiat, ſed hæc eſt ſatis remota argumentatio, & videtur peccari contra regulam conuentionis, ideo iuſſus emere decem, non repetit quod amphus ſoluit Schrader. *de feud. part. 2. ſect. 2. num. 65. iunctis traditis per* Chaſſan: *in conſ. Burg. in proœmio ad verba textus*, *& ſecundum ea*, *quæ continentur in literis commiſſionis* & Card. Tuſchum *lit. M. concl. 39. & ſeq.* ſed in propoſita quæſtione videndendus eſt Vaſquius *d. loco & rurſus* §. *prac. 3. nu. 3. & 4.* & ibi ſi per Notarium omiſſio facta ſit, actus non valet, ipſe tamen ad intereſſe conueniri poterit, & §. *9. nu. 9. quod omiſſio leuis ſolennitatis non vitiet* diſpoſitionem & *num. 10.* quæ ſit leuis ſolennitas, de quo & DD. ſupra allegati agunt & *Beroius conſil. 87.* & alibi alios apud citatos videbis, hic addes Vigelium *in methodo iuris controuerſi cap. 9. de probat. vtri probatio incumbat intrinſeca vel extrinſeca ſolennitatis; iunctis ijs quæ tradunt DD. in l. ſciendum ff. de verb. oblig. &* Anthon. Gabriel. *in communibus concluſ. tit. de præſumpt. concl. 1.* & ex Theologis Bonacinam *de legibus diſput. 1. quaſt. 1. punct. 7.* §. *5. in propoſ.* ſi quid fiat contra leges irritantes, an nullum, an forma ſeruanda ſit, confer Sichard: *in l. 1. nu: 3. Cod. de vſuris* quod forma vel ſolennitas cuiuslibet actus probanda ſit, vbi quoque tradit differentiam inter ſolennitatem intrinſecam & extrinſecam, vbi & an conſenſus ex poſt facto interuenire poſſit in ijs, quæ pro forma requiruntur, & Berlichium *p. 2. pract. concl. 18. nu. 15. & ſeqq.* an ea, quæ pro forma requiruntur, ratificari poſſint, & quomodo; & rurſus *p. 3. concl. 16. nu. 18. & 19. vbi per tot:* quæritur an filius teſtamentum, in quo eſt præteritus, approbare poſſit, doctè quoq; diſcurrit Boccatius *ad conſtit. Marchia Aconit. gloſ. 3. num. 26. & ſeqq.* an & quæ validentur ex conſenſu ſuperueniente, & quæ ratificari poſſint vel non, tu in caſu occurrenti, an illa, quæ nulla ſint, ratificari poſſint & de requiſitis, vt quid ratificatum dicatur, conſulas Farinac. *p. 1. deciſ. 535. nu. 10. & ſeqq.* cuius doctrina ſæpius fui vſus in conſilijs & Nicolai Euerh: Iun: *vol. 2. conſ. 6. nu. 38. & multis ſeqq.* contra allegatas ratificationes, confer Simmoncellum *tract: de decretis lib. 3. tit. 9. per tot:* vbi principaliter agit de ratihabitione contractuum Minoris, & quod ratihabitio tribus modis fiat.

8. Ego in principali quæſtione dixi, quod forma accidentalis non præſumatur, ſed omnis forma in dubio cenſeatur ſubſtantialis, & de eſſentia actus adeo, vt aliter factus non valeat Martinus Monter à Cueua, *deciſ. Regni Arrag. 12. nu. 7.* vbi pro hoc Bart. & Alex. allegat, dicitque hoc late proſequi à Tiraquel. *de retract. p. 1.* §. *36. gloſ. 2. nu. 29.* quemadmodum & Berlichius *p. 2. concl. 17. nu. 103.* docet, quod vbi quid eſt inductum præter vel contra iuris communis diſpoſitionem, tunc per illud forma & ſubſtantialis ſolennitas intelligitur requiſita, quæ & in caſu ſtatuti confirmat Mar. Ant. de Amatis *deciſ. Rota Ferrarienſis 26. nu. 25.* & *ſeq.* Surdus *conſ. 124. nu. 3. & ſeqq.* præſertim quando in ſtatuto reperitur clauſula annullatiua, quippe hoc modo cognoſci poteſt, an quid pro forma inductum & datum cenſeatur circa omnia diſpoſita & contenta Gratianus *tom. 3. diſc. forenſ. c. 596. nu. 5. & 6. vbi DD.*

Digitized by Google

de confirmatione vel approbatione vnionis prolium ab initio nulliter factæ, ita rurſus Wilhelm. Anthonij *concl.49.nu.167.& ſeqq.* quando formæ renunciari poſsit, ſcilicet vbi de priuata alicuius vtilitate agitur, tunc namque quis formæ pro eo iure inductæ renunciare poteſt, quando enim ex ea aliquod beneficium inducitur priuati, tunc renunciatio licita eſt, quia forma tunc vicem conſilij habet, vide Manticam *de tacitis & ambig.lib.2.tit. 4. num.44. & lib.25. tit.6.num.* 41. Ant.Gabriel. *in communibus concl.tit. de Clauſulis concl.3.* Honded.*conſ.* 17.*nu.*18. *vol.*2. Cacher: *deciſ.166.nu. 6. & ſeqq.*

11. Proinde in caſu ſtatuti noſtri ipſa inſcrineatio ſiue impoſitio teſtamenti in ſcrineo dicitur illud perficere, & non debet cenſeri ex vno magis, quàm ex altero conſiſtere, nulli enim extremorum, puta nec ijs ſolum, quæ ante inſcrineationem facta fuere, nec ſoli inſcrineationi, validitas teſtamenti attribuenda eſt, ſed potius vtrique extremorum per not. Signor. *conſ.167.nu.1.& 2.* neque hoc mirum eſt, quoniam illa dicitur cauſa alicuius rei, ſeu validitatis teſtamenti, quæ ſola eſt cauſa, non verò, ſi ſit ſimul cauſa cum alio Tiraq. *tract.ceſſante cauſa limit, 22. num. 3. & 5.* ideo ſi duo requirantur ad perfectionem alicuius rei, tunc actus ex vltimo perfectionem & conſummationem recipit, vti tradunt DD. ex Becio *conſ.66. nu.16.* ita vt de hiſce actibus teſtandi & inſcrineandi tanquam ſe mutuo contingentibus & continentibus vnum ſit iudicium, adeo quod vni ex iſtis actibus ineſt, alteri quoque ineſſe cenſeatur, prout multa ſimilia tradit Fenucius *de momento temporis cap. 27.* etiamſi ſucceſsiuis temporibus fiant, quia cauſæ ſuos effectus producunt dupliciter, vno modo ſucceſsiue, altero momentaneè, ſic in præſenti, prędictę eſſentię ſeu formæ teſtamenti operantur ita ſuum effectum, vt ab vltima perfectione robur ſuum accipiat ipſa diſpoſitio Sarmienta *lib. 1. ſelect.interpr.cap.6.nu.3.* puta vt teſtamentum reſpectu immobilium non inſcrineatum nõ ſit teſtamentum, & teſtamentum in reliquis non ſolenne, & tamen inſcrineatum, etiam ſit nullum, & conſequenter ex vtroque ſimul conſiſtit, & dicitur validum inſcrineatum, vti actus mixtus à perfectiori nomen retinet, Menoch: *remed. 4. adipiſ. poſſ.nu.29.*

Hiſce ita præſtructis & latiſsimè in actis iſtius cauſæ comprobatis, inferebam, quod 12. actus in contrarium, ſiue exſcrineatio facta denotet actum in contrarium eſſe impoſsibilem, ſiue ipſum teſtamentum non ſubſiſtere, quod iam decidit à ſua ſubſiſtentia, nã ſemel remotum à ſua ſubſtantia non poteſt integrari Zaſius *p.1. de feudi amiſſ.nu.3.* pro quo facit vulgata theorica, quod de priuatione ad habitum non detur regreſſus, quod procedit, etiamſi priuatio non habuerit plenarium effectum Scaccia *de Commercijs & cambio §.2.gloſſ.5 ſub n.89.v.intellige, vbi & illa reg.* quod iura ſemel extincta non reuiuiſcant, prædicta latius comprobantur *tit. praced. cap. 8. verſ. in ſimili conſului*, & quemadmodum accidentia ſalua ſubſtantia abeſſe poſſunt, ſic quæ de ſubſtãtia ſunt, nunquam, prout & ſolennium natura eſt, vt nec diuidi nec ſeparari queant DD. *per l. continuus 137.in pr.cum not ff de verb. oblig.* repetitio autem ſeu exſcrineatio, hoc eſt das abſchreiben/ eſt quędam priuatio, quę reſpectu futuri temporis perpetuo operatur, cum omnis priuatio perpetua ſit, & perpetuo ſine ſpe redintegrationis afficiat Martinus

tinus Manter à Cueua *deciſ.* 24. *numer.* 15. quinimò quicquid extra modum eſt, in propriam ſpeciem degenerat Martha *in digeſtis deciſionum libro* 1. *titulo* 3. *capite* 1. *in pr.* & docet Raudenſis *lib* 8. *cap.* 28. *numer.* 100. quod deſtructo modo, deſtruatur & ordinatum & ordo, ſic nec qualitas poteſt ſeparari ab ipſa diſpoſitione, quaſi totum non dicatur ſine ſuis partibus, ideo ſi detrahantur quædam, non poterit amplius dici comprehenſio ſub eadem diſpoſitione, ſed tunc noua potius dicitur diſpoſitio Gratianus *tom.* 2. *diſc. forenſ. cap.* 335. *numer.* 14 *& ſeqq.* iunctis notatis Paciani *de probatione lib.* 2. *cap.* 28. *numer.* 91. *& ſeqq.* quanto magis igitur in præſenti caſu, ipſa exſcrineatio actum corruere facit, inſcrineatio enim pro forma requiritur, à qua, per actum contrarium factum, cecidit, adeoque teſtamentum hoc in forma ſua non reperitur, quo caſu actum corruere probat Vaſquius *ſupra allegatus* §. 4. & latè comprobat Gutierretz *in quæſt. Cano. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 116. *& ſeqq.* vbi quod forma ſit indiuidua, & diuiſio ſeu remotio teſtamenti ex ſcrineo corrumpat formam, & tunc utile per inutile vitietur, vti probat *numer.* 17. hæc enim eſt indiuiduorum natura, vt vnum ab altero ſegregari vel abeſſe nequeat *Doctores in l.* 2. *ex ſeqq. ff. de verb. oblig.* ſed hoc eſt accidentibus proprium, vt poſſint abeſſe ſine ſubiecti corruptione Tuſchus *lit. A. concl.* 82. nam vt pulchrè ſcribit Pariſius *volum.* 2. *conſ.* 19. *numer.* 183. ſicut ſe habet forma ſubſtantialis in rebus naturalibus, vt ipſa poſita ſequatur eſſe ipſius rei, & ea remota, ſequatur abeſſe, ſic ſe habet forma à lege vel teſtatore inducta, & in ſimili infert Caſtrenſis *par.* 2. *conſ* 30. *numer.* 2. ſicut, inquit, poſſeſſio perditur per poſitionem, ita & perditur per amotionem, adeo, vt irrito facto teſtamento, nec legata, nec fideicommiſſa debeantur *l. ſi veritas*, *l. ſi ex teſtamento Cod. de fideicommiſſ. cum concord* deficiente namque ſolennitate, corruit quicquid in teſtamento ſcriptum eſt Wameſius *cent.* 2. *conſ.* 384. *n* 4. pro quo facit Brunus *de correct. & relaxat. ſolennitatis & forma* §. *ſeptimo quæro*, *&c.* quod ſublata ſolennitate, ſublatum quoque intelligatur id. quod cum ſolennitate fit, & quod caſſata ſolennitate, omnia ſint caſſata, ſic & defectum inſinuationis vigore ſtatuti requiſitæ, legatarijs nocere docet Zaſius *in l. ſæpe numer.* 40. *ff de re iudic.* Salic. *in Auth. Caſſa quæſt.* 9. *Cod. de ſ. Eccl.* & ibi remiſſiue, ibi limitatur quoad legata piæ cauſæ, quaſi ſtatutum hoc non liget Eccleſiam, cuius contrarium defendit Alex. *conſ.* 65. *& latius conſ.* 119. *lib.* 6. cum paria ſint, teſtamentum ab initio eſſe nullum; vel ſi validum eſt, poſtea annullari, Surdus *lib.* 4 *conſ.* 462. *numer.* 28. & quamuis hæc latius comprobauerim, tamen admiſimus pia legata. *Vide ſupra de genere & Peckium de teſtamentis coniugum lib.* 3. *cap.* 12. *vbi DD. pro & contra piam cauſam.*

Quibus ritè ponderatis non obſtant in contrarium adducta, quippe diuiſis diſſipatiſque formalibus res ipſa collabatur neceſſe eſt, ac proinde non poteſt dici caſus omiſſus per notata Fuſarij *de vlt. volunt. conſ.* 155. *n.* 19 *& ſeqq.* vbi doctiſſimè hoc tractat pariter & DD. *in l. commodiſſime ff. de lib. & poſth.* quãdo caſus omiſſus habeatur pro omiſſo, & iuxta vulgatã Theoricam relinquatur iuris communis diſpoſitioni, & Modeſt. Piſtor. *p.* 1, *q.* 124. *n.* 105.

Digitized by Google

& ſic in terminis ſtatuti requirentis inſinuationem fieri intra certum tempus addita clauſula annullatiua docetBoccatius *ad conſtitut. Marchiæ Anconit. gloſ. 5.nu.6.* quod tunc ſit forma ſubſtantialis & præter allegatos in Barboſa *in dicta clauſula 40.* docet ita Caſtillo *de Vſufructu cap. 59.num.31. & multis ſeqq. & num.36.* dicit,quod lex Regia habens clauſulam annullatiuam, inducat formam immutabilem,quodque iſta negatiua inducat neceſſitatem, priuet potentiã, & actum in contrarium factum reddat nullum,item docetLinglois in *quinquaginta deciſiones Imperat.Iuſtin.in Cod.deciſ. 24.quæſt.1.num.3.* quod ſolennitas neceſſaria,dicatur ſubſtantialis,quod confirmatur, quoque ex dictione, in, quæ non ſolum denotat intrinſitatem, Beſoldus *in theſauro practico lit.1. in verb. in.* & accipitur pro intra,Zilettus,*lib.2.conſ.crim.15.num.19.* ſed etiam in ablatiuo perfectionem denotat. *Bart. in l. gallus 15.29.§. illo caſu nu. 2.ff. de liberis & poſth. Bald. in rubr. ff.ſoluto matr. Alex. in conſ. 22.num.8.lib.4.* & proinde Domini Conſulentes Norimbergenſes, allegabant in ſimili reſponſum fuiſſe per Vniuerſitatem Lipſienſem teſte Sigiſmundo Finckelhaus *quæſtion.12. num.32.& ſeqq. Anno 1632. decima quarta Maij*, quod teſtamentum apud Acta regiſtratum, & taliter vigore conſtitutionis regiſtrandum, pro caſſato & irrito haberi debeat, etiamſi teſtator hoc non expreſſerit, de quo latè agit Berlichius *p.3.concl.4.num.46. & ſeqq. in contrarium allegatus,* qui tamen ibi depoſitionem illius teſtamenti pro ſolennitate intrinſeca non eſſe affirmat,ac proinde in alio caſu videtur conſentire, amotionem teſtamenti, cauſare vt irritum fiat.

9. Ego vt hoc ipſum probarem, latè deduxi effectum formæ teſtamenti inſcrineati, cuius defectus etiam in minimo annullat teſtamentum,& cæteras diſpoſitiones, & putaui inde pendere deciſionem quæſtionis, an hæc ſolennitas formalis fuerit nec ne; non enim poterat videri leuis ſolennitas, cum dicat ſtatutum, quod niſi hoc fiat,nullius erit poteſtatis, roboris & virtutis, ergo formalis & ſubſtantialis reſpectu teſtamenti inſcrineati, quod, niſi tale,non valet,hæc enim inſcrineatio eſt forma teſtamenti inſcrineati, imo alias, vbicunque requiritur ad actus ſubſtantiam (qualis quæſo ſubſtantia teſtamenti abſque inſcrineatione, cum ſcrinei iura teſtamentum non inſcrineatum, non agnoſcant ſed reſpectu bonorum immobilium non recipiant & pro nullo habeant,) diſpoſitio qualificata, non dicitur ſatisfactum iuri, niſi interueniat actus qualificatus, qualitas enim informat ſubiectum Pariſius *conſil. 57.num.57. & ſeqq. lib.4.* magis hæc inſcrineatio ſiue impoſitio in ſcrineum, quæ iuxta ſtatutum ad eſſe teſtamenti requiritur, nec ante perfectum eſt, ſed requiritur adhuc ipſa inſcrineatio,plenitudo enim non eget adiectione *cap. bene quidem diſt.96.* & quod eſt completum,nihil amplius deſiderat Zaſius *lib.2 ſing.intell. p 2.& in l. poſſidere §. ex pluribus nu.22.ff. de acq.poſſ.* & conſequenter cum teſtamentum hoc informe plura deſideret, vt validum ſit, ante inſcrineationem perfectum dici non poterit,ſicut & alias plures perfectiones teſtamenti requirit Dauth. *de teſt. num. 126.* & teſtamenti perfectionem in quatuor conſiſtere dicit Martha *in digeſtis deciſionum tom.5.tit. de teſtam. cap.18.* plures requirit Tuſchus *litt. v. concl. 146.nu.3.* vbi docet, quod teſtamentum habeat quatuor eſſentias, prima eſt conſenſus ſeu voluntas

Digitized by Google

litas teſtatoris, ſecũda, ſolennitas iuris, quæ in noſtro caſu, quoq; conſiſtit in inſcrineatione, tertia, mors teſtatoris, quod iuxta cõmunem DD. opinionem ſubtiliter defendit Raudenſis *de Analogis lib.1.c.27.* quod ante mortem teſtatoris non ſit verum & perfectum, nam licet ante mortem habeat formã figurantem, non tamen viuificantem, quarta, aditio hæreditatis, vel vt docet Iaſon *vol. 3 conſ.8. nu. 24. & ſeqq.* quadruplex eſt, vna in materia, quæ eſt, vt voluntas teſtatoris ſit completa, ſecunda perfectio eſt in forma ſubſtantiali, quæ conſiſtit in inſtitutione hæredis, tertia perfectio eſt in ſolennitate legali ſiue ſtatutaria, quarta perfectio eſt quoad confirmationem, dicitque quod forma ſubſtantialis & formalis teſtamenti videatur concludi in puncto indiuiſibili, & ſic in vltima littera ſcripturæ teſtamenti, vel in caſu præſenti in ipſa inſcrineatione, ſic quoque docent DD. allegati apud Raudenſem *d. cap.27. nu.31.* ſolennitatem teſtamenti eſſe indiuiſibilem, quod vtique verum eſt, vt ibi, de forma ſolenniſante, reſpectu cuius teſtamentum eſt quid indiuiduum, vnde qui partem indiuidui fecit, nihil feciſſe videtur, nam nihil dicitur factum, cum quid ſupereſt ad agendum, & non eſt perfectum, quando partes non habuerunt pro perfecto Iaſon *d. loco* & conſequenter quicquid iam ante coram Dominis Scabinis, Notario & teſtibus factum eſt, non poteſt dici adhuc teſtamentum ſtatutarium, ſiue inſcrineatum, nec ante inſcrineatum eſſe perfectum & completum, nec per ipſas partes pro tali haberi, quę cenſentur accommodare voluntatem ſuam ſecundum ſtatuta & conſuetudines loci, in quo agunt, *l. quare §. inter ff. locati* Alciatus *regul. 3. præſumpt. cap. 32.* quæ in teſtamenta & contractus influere ſolent Bald. *in l. de precibus Cod. de Impub. & alijs ſubſtit.* quos allegat Peckius *in reg.80. ſub nu.5. de reg. iuris in 6.*

Poſſent & hic quædam accommodari 10.
adducta per Wilhelmum Anthonij *de moratorijs reſcriptis tit.6. concluſ.15. num.75. & ſeqq.* vbi inter cæteras limitationes ad regulam, quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poſſit, vel quod fides ſeruanda ſit, dicit, niſi actus contra iuris formam celebratus ſit, quippe intelligi debet, ſi fiat debito modo & decenter, alias veriſſimum eſſe, quæ de facto fiunt, de facto eſſe reuocanda, adeo, vt ordo ſit, reuocare ſine ordine illud, quod inordinatè factum eſt, vt effatur Achil. Perſonalis *in tractat. Adipiſ. poſſeſ. ſub num. 258. & 268.* & quando factum eſt nullum, vel contra legis diſpoſitionem, quod tunc quis poſſit contrauenire vel impugnare proprium factum, comprobat infinitis auctoritatibus, vt ſic liceat propriam turpitudinem allegare, quodque ille, qui facit actum contra legis formam, præſumatur facere velle actum otioſum & inanem Burſat: *conſilio 338. num. 51. lib. 3.* & quamuis facta, in rei veritate & naturaliter loquendo, infecta fieri nequeant, cum in re facta non valeat ars verborum, nec ad præteritum ſit potentia, tamen per viam fictionis & quoad effectum iuris, facta pro non factis haberi poſſunt, vti *ibi ſingula, & præterea num.98. & ſequentibus per DD. ibi quoque copioſè allegatos probat,* quod quamuis illa quæ nulla ſunt, non poſſint ratificari & confirmari, tamen hoc declarat vt equidem non valeat ab initio, ſed vt ex nunc, & ampliatur procedere tam quoad defectum formæ & perſonæ, iunctis ijs, quæ trado ſupra c.4.

de

Digitized by Google

& ſic in terminis ſtatuti requirentis inſinuationem fieri intra certum tempus addita clauſula annullatiua docet Boccatius *ad conſtitut. Marchiæ Anconit. gloſ. 5. nu. 6.* quod tunc ſit forma ſubſtantialis & præter allegatos in Barboſa *in dicta clauſula 40.* docet ita Caſtillo *de Vſufructu cap. 59. num. 31. & multis ſeqq. & num. 36.* dicit, quod lex Regia habens clauſulam annullatiuam, inducat formam immutabilem, quodque iſta negatiua inducat neceſſitatem, priuet potentiã, & actum in contrarium factum reddat nullum, item docet Linglois in *quinquaginta deciſiones Imperat. Iuſtin. in Cod. deciſ. 24. quaſt. 1. num. 3.* quod ſolennitas neceſſaria, dicatur ſubſtantialis, quod confirmatur, quoque ex dictione, in, quæ non ſolum denotat intrinſitatem, Beſoldus *in theſauro practico lit. 1. in verb. in.* & accipitur pro intra, Zilettus, *lib. 2. conſ. crim. 15. num. 19.* ſed etiam in ablatiuo perfectionem denotat. *Bart. in l. gallus 15. 29. §. illo caſu nu. 2. ff. de liberis & poſth. Bald. in rubr. ff. ſoluto matr. Alex. in conſ. 22. num. 8. lib. 4.* & proinde Domini Conſulentes Norimbergenſes, allegabant in ſimili reſponſum fuiſſe per Vniuerſitatem Lipſienſem teſte Sigiſmundo Finckelhaus *quaſtion. 12. num. 32. & ſeqq. Anno 1632. decima quarta Maij*, quod teſtamentum apud Acta regiſtratum, & taliter vigore conſtitutionis regiſtrandum, pro caſſato & irrito haberi debeat, etiamſi teſtator hoc non expreſſerit, de quo latè agit Berlichius *p. 3. concl. 4. num. 46. & ſeqq. in contrarium allegatus*, qui tamen ibi depoſitionem illius teſtamenti pro ſolennitate intrinſeca non eſſe affirmat, ac proinde in alio caſu videtur conſentire, amotionem teſtamenti, cauſare vt irritum fiat.

9. Ego vt hoc ipſum probarem, latè deduxi effectum formæ teſtamenti inſcrineati, cuius defectus etiam in minimo annullat teſtamentum, & cæteras diſpoſitiones, & putaui inde pendere deciſionem quæſtionis, an hæc ſolennitas formalis fuerit nec ne; non enim poterat videri leuis ſolennitas, cum dicat ſtatutum, quod niſi hoc fiat, nullius erit poteſtatis, roboris & virtutis, ergo formalis & ſubſtantialis reſpectu teſtamenti inſcrineati, quod, niſi tale, non valet, hæc enim inſcrineatio eſt forma teſtamenti inſcrineati, imo alias, vbicunque requiritur ad actus ſubſtantiam (qualis quæſo ſubſtantia teſtamenti abſque inſcrineatione, cum ſcrinei iura teſtamentum non inſcrineatum, non agnoſcant ſed reſpectu bonorum immobilium non recipiant & pro nullo habeant,) diſpoſitio qualificata, non dicitur ſatisfactum iuri, niſi interueniat actus qualificatus, qualitas enim informat ſubiectum Pariſius *conſil. 57. num. 57. & ſeqq. lib. 4.* magis hæc inſcrineatio ſiue impoſitio in ſcrineum, quæ iuxta ſtatutum ad eſſe teſtamenti requiritur, nec ante perfectum eſt, ſed requiritur adhuc ipſa inſcrineatio, plenitudo enim non eget adiectione *cap. bene quidem diſt. 96.* & quod eſt completum, nihil amplius deſiderat Zaſius *lib. 2 ſing. intell. p 2. & in l. poſſidere §. ex pluribus nu. 22. ff. de acq. poſſ.* & conſequenter cum teſtamentum hoc informe plura deſideret, vt validum ſit, ante inſcrineationem perfectum dici non poterit, ſicut & alias plures perfectiones teſtamenti requirit Dauth. *de teſt. num. 126.* & teſtamenti perfectionem in quatuor conſiſtere dicit Martha *in digeſtis deciſionum tom. 5. tit. de teſtam. cap. 18.* plures requirit Tuſchus *litt. v. concl. 146. nu. 3.* vbi docet, quod teſtamentum habeat quatuor eſſentias, prima eſt conſenſus ſeu voluntas

nitas teſtatoris,ſecũda, ſolennitas iuris,quæ in noſtro caſu, quoq; conſiſtit in inſcrineatione,tertia,mors teſtatoris,quod iuxta cõmunem DD.opinionem ſubtiliter defendit Raudenſis *de Analogis lib.1.c.27.* quod ante mortem teſtatoris non ſit verum & perfectum,nam licet ante mortem habeat formã figurantem, non tamen viuificantem,quarta,aditio hæreditatis, vel vt docet Iaſon *vol. 3.conſ.8. nu. 24. & ſeqq.* quadruplex eſt,vna in materia, quæ eſt,vt voluntas teſtatoris ſit completa, ſecunda perfectio eſt in forma ſubſtantiali,quæ conſiſtit in inſtitutione hæredis,tertia perfectio eſt in ſolennitate legali ſiue ſtatutaria, quarta perfectio eſt quoad confirmationem,dicitque quod forma ſubſtantialis & formalis teſtamenti videatur concludi in puncto indiuiſibili, & ſic in vltima littera ſcripturæ teſtamenti, vel in caſu præſenti in ipſa inſcrineatione, ſic quoque docent DD. allegati apud Raudenſem *d. cap.27.nu.31.* ſolennitatem teſtamenti eſſe indiuiſibilem,quod vtrique verum eſt,vt ibi, de forma ſolenniſante, reſpectu cuius teſtamentum eſt quid indiuiduum, vnde qui partem indiuidui fecit, nihil feciſſe videtur, nam nihil dicitur factum, cum quid ſupereſt ad agendum, & non eſt perfectum, quando partes non habuerunt pro perfecto Iaſon *d. loco* & conſequenter quicquid iam ante coram Dominis Scabinis, Notario & teſtibus factum eſt, non poteſt dici adhuc teſtamentum ſtatutarium, ſiue inſcrineatum, nec ante inſcrineatum eſſe perfectum & completum, nec per ipſas partes pro tali haberi, quę cenſentur accommodare voluntatem ſuam ſecundum ſtatuta & conſuetudines loci, in quo agunt, *l. quare §. inter ff. locati* Alciatus *regul. 3. præſumpt. cap. 32.* quæ in teſtamenta & contractus influere ſolent Bald. *in l. de precibus Cod. de Impub. & alijs ſubſtit.* quos allegat Peckius *in reg.80.ſub nu.5.de reg.iuris in 6.*

Poſſent & hic quædam accommodari adducta per Wilhelmum Anthonij *de moratorijs reſcriptis tit.6.concluſ.15.num.75.& ſeqq.* vbi inter cæteras limitationes ad regulam, quod ſemel placuit,amplius diſplicere non poſſit, vel quod fides ſeruanda ſit, dicit, niſi actus contra iuris formam celebratus ſit, quippe intelligi debet, ſi fiat debito modo & decenter, alias veriſſimum eſſe, quæ de facto fiunt, de facto eſſe reuocanda, adeo, vt ordo ſit,reuocare ſine ordine illud, quod inordinatè factum eſt, vt effatur Achil. Perſonalis *in tractat. Adipiſ. poſſeſ.ſub num. 258. & 268.* & quando factum eſt nullum, vel contra legis diſpoſitionem, quod tunc quis poſſit contrauenire vel impugnare proprium factum, comprobat infinitis auctoritatibus, vt ſic liceat propriam turpitudinem allegare, quodque ille, qui facit actum contra legis formam, præſumatur facere velle actum otioſum & inanem Burſat: *conſilio 338. num. 51. lib. 3.* & quamuis facta, in rei veritate & naturaliter loquendo, infecta fieri nequeant, cum in re facta non valeat ars verborum, nec ad præteritum ſit potentia, tamen per viam fictionis & quoad effectum iuris, facta pro non factis haberi poſſunt, vti *ibi ſingula, & præterea num.98. & ſequentibus per DD. ibi quoque copioſe allegatos probat,* quod quamuis illa quæ nulla ſunt, non poſſint ratificari & confirmari, tamen hoc declarat vt equidem non valeat ab initio,ſed vt ex nunc, & amplietur procedere tam quoad defectum formæ & perſonæ, iunctis ijs,quæ trado ſupra c.4. 10.

de

Digitized by Google

& ſic in terminis ſtatuti requirentis inſinuationem fieri intra certum tempus addita clauſula annullatiua docet Boccatius *ad conſtitut. Marchiæ Anconit. gloſ. 5. nu. 6.* quod tunc ſit forma ſubſtantialis & præter allegatos in Barboſa *in dicta clauſula 40.* docet ita Caſtillo *de Vſufructu cap. 59. num. 31. & multis ſeqq. & num. 36.* dicit, quod lex Regia habens clauſulam annullatiuam, inducat formam immutabilem, quodque iſta negatiua inducat neceſſitatem, priuet potentiã, & actum in contrarium factum reddat nullum, item docet Linglois in *quinquaginta deciſiones Imperat. Iuſtin. in Cod. deciſ. 24. quæſt. 1. num. 3.* quod ſolennitas neceſſaria, dicatur ſubſtantialis, quod confirmatur, quoque ex dictione, in, quæ non ſolum denotat intrinſitatem, Beſoldus *in theſauro practico lit. I. in verb. in.* & accipitur pro intra, Zilettus, *lib. 2. conſ. crim. 15. num. 19.* ſed etiam in ablatiuo perfectionem denotat. *Bart. in l. gallus 15. 29. §. illo caſu nu. 2. ff. de liberis & poſth. Bald. in rubr. ff. ſoluto matr. Alex. in conſ. 22. num. 8. lib. 4.* & proinde Domini Conſulentes Norimbergenſes, allegabant in ſimili reſponſum fuiſſe per Vniuerſitatem Lipſienſem teſte Sigiſmundo Finckelhaus *quæſtion. 12. num. 32. & ſeqq. Anno 1632. decima quarta Maij*, quod teſtamentum apud Acta regiſtratum, & taliter vigore conſtitutionis regiſtrandum, pro caſſato & irrito haberi debeat, etiamſi teſtator hoc non expreſſerit, de quo latè agit Berlichius *p. 3. concl. 4. num. 46. & ſeqq. in contrarium allegatus*, qui tamen ibi depoſitionem illius teſtamenti pro ſolennitate intrinſeca non eſſe affirmat, ac proinde in alio caſu videtur conſentire, amotionem teſtamenti, cauſare vt irritum fiat.

9. Ego vt hoc ipſum probarem, latè deduxi effectum formæ teſtamenti inſcrineati, cuius defectus etiam in minimo annullat teſtamentum, & cæteras diſpoſitiones, & putaui inde pendere deciſionem quæſtionis, an hæc ſolennitas formalis fuerit nec ne, non enim poterat videri leuis ſolennitas, cum dicat ſtatutum, quod niſi hoc fiat, nullius erit poteſtatis, roboris & virtutis, ergo formalis & ſubſtantialis reſpectu teſtamenti inſcrineati, quod, niſi tale, non valet, hæc enim inſcrineatio eſt forma teſtamenti inſcrineati, imo alias, vbicunque requiritur ad actus ſubſtantiam (qualis quæſo ſubſtantia teſtamenti abſque inſcrineatione, cum ſcrinei iura teſtamentum non inſcrineatum, non agnoſcant ſed reſpectu bonorum immobilium non recipiant & pro nullo habeant,) diſpoſitio qualificata, non dicitur ſatisfactum iuri, niſi interueniat actus qualificatus, qualitas enim informat ſubiectum Pariſius *conſil. 57. num. 57. & ſeqq. lib. 4.* magis hæc inſcrineatio ſiue impoſitio in ſcrineum, quæ iuxta ſtatutum ad eſſe teſtamenti requiritur, nec ante perfectum eſt, ſed requiritur adhuc ipſa inſcrineatio, plenitudo enim non eget adiectione *cap. bene quidem diſt. 96.* & quod eſt completum, nihil amplius deſiderat Zaſius *lib. 2 ſing. intell. p 2. & in l. poſſidere §. ex pluribus nu. 22. ff. de acq. poſſ.* & conſequenter cum teſtamentum hoc informe plura deſideret, vt validum ſit, ante inſcrineationem perfectum dici non poterit, ſicut & alias plures perfectiones teſtamenti requirit Dauth. *de teſt. num. 126.* & teſtamenti perfectionem in quatuor conſiſtere dicit Martha *in digeſtis deciſionum tom. 5. tit. de teſtam. cap. 18.* plures requirit Tuſchus *litt. v. concl. 146. nu. 3.* vbi docet, quod teſtamentum habeat quatuor eſſentias, prima eſt conſenſus ſeu vo-

luntas

Digitized by Google

nitas teſtatoris,ſecũda, ſolennitas iuris,quæ in noſtro caſu, quoq; conſiſtit in inſcrineatione,tertia,mors teſtatoris,quod iuxta cõmunem DD.opinionem ſubtiliter defendit Raudenſis *de Analogis lib.1.c.27.* quod ante mortem teſtatoris non ſit verum & perfectum,nam licet ante mortem habeat formã figurantem, non tamen viuificantem,quarta,aditio hæreditatis, vel vt docet Iaſon *vol. 3.conſ.8. nu. 24. & ſeqq.* quadruplex eſt,vna in materia, quæ eſt,vt voluntas teſtatoris ſit completa, ſecunda perfectio eſt in forma ſubſtantiali,quæ conſiſtit in inſtitutione hæredis,tertia perfectio eſt in ſolennitate legali ſiue ſtatutaria, quarta perfectio eſt quoad confirmationem,dicitque quod forma ſubſtantialis & formalis teſtamenti videatur concludi in puncto indiuiſibili, & ſic in vltima littera ſcripturæ teſtamenti, vel in caſu præſenti in ipſa inſcrineatione, ſic quoque docent DD. allegati apud Raudenſem *d. cap.27.nu.31.* ſolennitatem teſtamenti eſſe indiuiſibilem,quod vtique verum eſt,vt ibi, de forma ſolenniſante, reſpectu cuius teſtamentum eſt quid indiuiduum, vnde qui partem indiuidui fecit, nihil feciſſe videtur, nam nihil dicitur factum, cum quid ſupereſt ad agendum, & non eſt perfectum, quando partes non habuerunt pro perfecto Iaſon *d. loco* & conſequenter quicquid iam ante coram Dominis Scabinis, Notario & teſtibus factum eſt, non poteſt dici adhuc teſtamentum ſtatutarium, ſiue inſcrineatum, nec ante inſcrineatum eſſe perfectum & completum, nec per ipſas partes pro tali haberi, quę cenſentur accommodare voluntatem ſuam ſecundum ſtatuta & conſuetudines loci, in quo agunt, *l. quare §. inter ff. locati* Alciatus *regul. 3. præſumpt. cap. 32.* quæ in teſtamenta & contractus influere ſolent Bald. *in l. de precibus Cod. de Impub. & alijs ſubſtit.* quos allegat Peckius *in reg.80.ſub nu.5.de reg.iuris in 6.*

Poſſent & hic quædam accommodari 10.
adducta per Wilhelmum Anthonij *de moratorijs reſcriptis tit.6.concluſ.15.num.75.& ſeqq.* vbi inter cæteras limitationes ad regulam, quod ſemel placuit,amplius diſplicere non poſſit, vel quod fides ſeruanda ſit, dicit, niſi actus contra iuris formam celebratus ſit, quippe intelligi debet, ſi fiat debito modo & decenter, alias veriſſimum eſſe, quæ de facto fiunt, de facto eſſe reuocanda, adeo, vt ordo ſit,reuocare ſine ordine illud, quod inordinatè factum eſt, vt effatur Achil. Perſonalis *in tractat. Adipiſ. poſſeſ.ſub num.258.& 268.* & quando factum eſt nullum, vel contra legis diſpoſitionem, quod tunc quis poſſit contrauenire vel impugnare proprium factum, comprobat infinitis auctoritatibus, vt ſic liceat propriam turpitudinem allegare, quodque ille, qui facit actum contra legis formam, præſumatur facere velle actum otioſum & inanem Burſat: *conſilio 338. num. 51. lib. 3.* & quamuis facta, in rei veritate & naturaliter loquendo, infecta fieri nequeant, cum in re facta non valeat ars verborum, nec ad præteritum ſit potentia, tamen per viam fictionis & quoad effectum iuris, facta pro non factis haberi poſſunt, vt *ibi ſingula, & præterea num.98. & ſequentibus per DD. ibi quoque copioſè allegatos probat,* quod quamuis illa quæ nulla ſunt, non poſſint ratificari & confirmari, tamen hoc declarat vt equidem non valeat ab initio,ſed vt ex nunc, & ampliatur procedere tam quoad defectum formæ & perſonæ, iunctis ijs,quæ trado ſupra c.4. de

Digitized by Google

& ſic in terminis ſtatuti requirentis inſinuationem fieri intra certum tempus addita clauſula annullatiua docet Boccatius *ad conſtitut. Marchiæ Anconit. gloſ. 5. nu. 6.* quod tunc ſit forma ſubſtantialis & præter allegatos in Barboſa *in dicta clauſula 40.* docet ita Caſtillo *de Vſufructu cap. 59. num. 31. & multis ſeqq. & num. 36.* dicit, quod lex Regia habens clauſulam annullatiuam, inducat formam immutabilem, quodque iſta negatiua inducat neceſſitatem, priuet potentiã, & actum in contrarium factum reddat nullum, item docet Linglois in *quinquaginta deciſiones Imperat. Iuſtin. in Cod. deciſ. 24. quæſt. 1. num. 3.* quod ſolennitas neceſſaria, dicatur ſubſtantialis, quod confirmatur, quoque ex dictione, in, quæ non ſolum denotat intrinſitatem, Beſoldus *in theſauro practico lit. 1. in verb. in.* & accipitur pro intra, Zilettus, *lib. 2. conſ. crim. 15. num. 19.* ſed etiam in ablatiuo perfectionem denotat. *Bart. in l. gallus 15. 29. §. illo caſu nu. 2. ff. de liberis & poſth. Bald. in rubr. ff. ſoluto matr. Alex. in conſ. 22. num. 8. lib. 4.* & proinde Domini Conſulentes Norimbergenſes, allegabant in ſimili reſponſum fuiſſe per Vniuerſitatem Lipſienſem teſte Sigiſmundo Finckelhaus *quæſtion. 12. num. 32. & ſeqq. Anno 1632. decima quarta Maij*, quod teſtamentum apud Acta regiſtratum, & taliter vigore conſtitutionis regiſtrandum, pro caſſato & irrito haberi debeat, etiamſi teſtator hoc non expreſſerit, de quo latè agit Berlichius *p. 3. concl. 4. num. 46. & ſeqq. in contrarium allegatus,* qui tamen ibi depoſitionem illius teſtamenti pro ſolennitate intrinſeca non eſſe affirmat, ac proinde in alio caſu videtur conſentire, amotionem teſtamenti, cauſare vt irritum fiat.

9. Ego vt hoc ipſum probarem, latè deduxi effectum formæ teſtamenti inſcrineati, cuius defectus etiam in minimo annullat teſtamentum, & cæteras diſpoſitiones, & putaui inde pendere deciſionem quæſtionis, an hæc ſolennitas formalis fuerit nec ne, non enim poterat videri leuis ſolennitas, cum dicat ſtatutum, quod niſi hoc fiat, nullius erit poteſtatis, roboris & virtutis, ergo formalis & ſubſtantialis reſpectu teſtamenti inſcrineati, quod, niſi tale, non valet, hæc enim inſcrineatio eſt forma teſtamenti inſcrineati, imo alias, vbicunque requiritur ad actus ſubſtantiam (qualis quæſo ſubſtantia teſtamenti abſque inſcrineatione, cum ſcrinei iura teſtamentum non inſcrineatum, non agnoſcant ſed reſpectu bonorum immobilium non recipiant & pro nullo habeant,) diſpoſitio qualificata, non dicitur ſatisfactum iuri, niſi interueniat actus qualificatus, qualitas enim informat ſubiectum Pariſius *conſil. 57. num. 57. & ſeqq. lib. 4.* magis hæc inſcrineatio ſiue impoſitio in ſcrineum, quæ iuxta ſtatutum ad eſſe teſtamenti requiritur, nec ante perfectum eſt, ſed requiritur adhuc ipſa inſcrineatio, plenitudo enim non eget adiectione *cap. bene quidem diſt. 96.* & quod eſt completum, nihil amplius deſiderat Zaſius *lib. 2. ſing. intell. p 2. & in l. poſſidere §. ex pluribus nu. 22. ff. de acq. poſſ.* & conſequenter cum teſtamentum hoc informe plura deſideret, vt validum ſit, ante inſcrineationem perfectum dici non poterit, ſicut & alias plures perfectiones teſtamenti requirit Dauth. *de teſt. num. 126.* & teſtamenti perfectionem in quatuor conſiſtere dicit Martha *in digeſtis deciſionum tom. 5. tit. de teſtam. cap. 18.* plures requirit Tuſchus *litt. v. concl. 146. nu. 3.* vbi docet, quod teſtamentum habeat quatuor eſſentias, prima eſt conſenſus ſeu voluntas

litas teſtatoris,ſecūda, ſolennitas iuris,quæ in noſtro caſu, quoq; conſiſtit in inſcrineatione,tertia,mors teſtatoris,quod iuxta cōmunem DD.opinionem ſubtiliter defendit Raudenſis *de Analogis lib.1.c.27.* quod ante mortem teſtatoris non ſit verum & perfectum,nam licet ante mortem habeat formā figurantem, non tamen viuificantem,quarta,aditio hæreditatis, vel vt docet Iaſon *vol. 3.conſ.8. nu. 24. & ſeqq.* quadruplex eſt,vna in materia, quæ eſt, vt voluntas teſtatoris ſit completa, ſecunda perfectio eſt in forma ſubſtantiali,quæ conſiſtit in inſtitutione hæredis,tertia perfectio eſt in ſolennitate legali ſiue ſtatutaria, quarta perfectio eſt quoad confirmationem,dicitque quod forma ſubſtantialis & formalis teſtamenti videatur concludi in puncto indiuiſibili, & ſic in vltima littera ſcripturæ teſtamenti, vel in caſu præſenti in ipſa inſcrineatione, ſic quoque docent DD. allegati apud Raudenſem *d. cap.27.nu.31.* ſolennitatem teſtamenti eſſe indiuiſibilem,quod vtique verum eſt,vt ibi, de forma ſolenniſante, reſpectu cuius teſtamentum eſt quid indiuiduum, vnde qui partem indiuidui fecit, nihil feciſſe videtur, nam nihil dicitur factum, cum quid ſupereſt ad agendum, & non eſt perfectum, quando partes non habuerunt pro perfecto Iaſon *d. loco* & conſequenter quicquid iam ante coram Dominis Scabinis, Notario & teſtibus factum eſt, non poteſt dici adhuc teſtamentum ſtatutarium, ſiue inſcrineatum, nec ante inſcrineatum eſſe perfectum & completum, nec per ipſas partes pro tali haberi, quę cenſentur accommodare voluntatem ſuam ſecundum ſtatuta & conſuetudines loci, in quo agunt, *l. quare §. inter ff. locati* Alciatus *regul. 3. præſumpt. cap. 32.* quæ in teſtamenta & contractus influere ſolent Bald. *in l. de precibus Cod. de Impub. & alijs ſubſtit.* quos allegat Peckius *in reg.80.ſub nu.5.de reg.iuris in 6.*

10. Poſſent & hic quædam accommodari adducta per Wilhelmum Anthonij *de moratorijs reſcriptis tit.6.concluſ.15.num.75.& ſeqq.* vbi inter cæteras limitationes ad regulam, quod ſemel placuit,amplius diſplicere non poſſit, vel quod fides ſeruanda ſit, dicit, niſi actus contra iuris formam celebratus ſit, quippe intelligi debet, ſi fiat debito modo & decenter, alias veriſſimum eſſe, quæ de facto fiunt, de facto eſſe reuocanda, adeo, vt ordo ſit,reuocare ſine ordine illud, quod inordinatè factum eſt, vt effatur Achil. Perſonalis *in tractat. Adipiſ. poſſeſ.ſub num. 258. & 268.* & quando factum eſt nullum, vel contra legis diſpoſitionem, quod tunc quis poſſit contrauenire vel impugnare proprium factum, comprobat infinitis auctoritatibus, vt ſic liceat propriam turpitudinem allegare, quodque ille, qui facit actum contra legis formam, præſumatur facere velle actum otioſum & inanem Burſat: *conſilio 338. num. 51. lib. 3.* & quamuis facta, in rei veritate & naturaliter loquendo, infecta fieri nequeant, cum in re facta non valeat ars verborum, nec ad præteritum ſit potentia, tamen per viam fictionis & quoad effectum iuris, facta pro non factis haberi poſſunt, vti *ibi ſingula, & præterea num.98. & ſequentibus per DD. ibi quoque copioſe allegatos probat,* quod quamuis illa quæ nulla ſunt, non poſſint ratificari & confirmari, tamen hoc declarat vt equidem non valeat ab initio,ſed vt ex nunc, & ampliatur procedere tam quoad defectum formæ & perſonæ, iunctis ijs,quæ trado ſupra c.4.

de

Digitized by Google

de confirmatione vel approbatione vnionis prolium ab initio nulliter factæ, ita rurſus Wilhelm. Anthonij *concl.49.nu.167.& ſeqq.* quando formæ renunciari poſsit, ſcilicet vbi de priuata alicuius vtilitate agitur, tunc namque quis formæ pro eo iure inductæ renunciare poteſt, quando enim ex ea aliquod beneficium inducitur priuati, tunc renunciatio licita eſt, quia forma tunc vicem conſilij habet, vide Manticam *de tacitis & ambig.lib.2.tit. 4. num.44. & lib.25. tit.6.num.* 41. Ant.Gabriel. *in communibus concl.tit. de Clauſulis concl.3.* Honded.*conſ.* 17.*nu.*18. *vol.*2. Cacher: *deciſ. 166. nu. 6. & ſeqq.*

11. Proinde in caſu ſtatuti noſtri ipſa inſcrineatio ſiue impoſitio teſtamenti in ſcrineo dicitur illud perficere, & non debet cenſeri ex vno magis, quàm ex altero conſiſtere, nulli enim extremorum, puta nec ijs ſolum, quæ ante inſcrineationem facta fuere, nec ſoli inſcrineationi, validitas teſtamenti attribuenda eſt, ſed potius vtrique extremorum per not. Signor. *conſ.167.nu.1.& 2.* neque hoc mirum eſt, quoniam illa dicitur cauſa alicuius rei, ſeu validitatis teſtamenti, quæ ſola eſt cauſa, non verò, ſi ſit ſimul cauſa cum alio Tiraq. *tract.ceſſante cauſa limit. 22. num. 3. & 5.* ideo ſi duo requirantur ad perfectionem alicuius rei, tunc actus ex vltimo perfectionem & conſummationem recipit, vti tradunt DD. ex Becio *conſ. 66. nu.16.* ita vt de hiſce actibus teſtandi & inſcrineandi tanquam ſe mutuo contingentibus & continentibus vnum ſit iudicium, adeo quod vni ex iſtis actibus ineſt, alteri quoque ineſſe cenſeatur, prout multa ſimilia tradit Fenucius *de momento temporis cap.* 27. etiamſi ſucceſsiuis temporibus fiant, quia cauſæ ſuos effectus producunt dupliciter, vno modo ſucceſsiue, altero momentaneè, ſic in præſenti, prædictę eſſentię ſeu formæ teſtamenti operantur ita ſuum effectum, vt ab vltima perfectione robur ſuum accipiat ipſa diſpoſitio Sarmienta *lib. 1. ſelect.interpr.cap.6.nu.3.* puta vt teſtamentum reſpectu immobilium non inſcrineatum nō ſit teſtamentum, & teſtamentum in reliquis non ſolenne, & tamen inſcrineatum, etiam ſit nullum, & conſequenter ex vtroque ſimul conſiſtit, & dicitur validum inſcrineatum, vti actus mixtus à perfectiori nomen retinet, Menoch: *remed. 4. adipiſ. poſſ.nu.29.*

12. Hiſce ita præſtructis & latiſsimè in actis iſtius cauſæ comprobatis, inferebam, quod actus in contrarium, ſiue exſcrineatio facta denotet actum in contrarium eſſe impoſsibilem, ſiue ipſum teſtamentum non ſubſiſtere, quod iam decidit à ſua ſubſiſtentia, nā ſemel remotum à ſua ſubſtantia non poteſt integrari Zaſius *p.1. de feudi amiſſ.nu.3.* pro quo facit vulgata theorica, quod de priuatione ad habitum non detur regreſſus, quod procedit, etiamſi priuatio non habuerit plenarium effectum Scaccia *de Commercijs & cambio §.2.gloſſ.5 ſub n.89.v.intellige, vbi & illa reg.* quod iura ſemel extincta non reuiuiſcant, prædicta latius comprobantur *tit. præced. cap. 8. verſ. in ſimili conſului*, & quemadmodum accidentia ſalua ſubſtantia abeſſe poſſunt, ſic quæ de ſubſtātia ſunt, nunquam, prout & ſolennium natura eſt, vt nec diuidi nec ſeparari queant DD. *per l. continuus 137.in pr.cum not ff de verb. oblig.* repetitio autem ſeu exſcrineatio, hoc eſt das abſchreiben, eſt quędam priuatio, quę reſpectu futuri temporis perpetuo operatur, cum omnis priuatio perpetua ſit, & perpetuo ſine ſpe redintegrationis afficiat Martinus

tinus Manter à Cueua *deciſ.* 24. *numer.* 15. quinimò quicquid extra modum eſt, in propriam ſpeciem degenerat Martha *in digeſtis deciſionum libro* 1. *titulo* 3. *capite* 1. *in pr.* & docet Raudenſis *lib* 8. *cap.* 28. *numer.* 100. quod deſtructo modo, deſtruatur & ordinatum & ordo, ſic nec qualitas poteſt ſeparari ab ipſa diſpoſitione, quaſi totum non dicatur ſine ſuis partibus, ideo ſi detrahantur quædam, non poterit amplius dici comprehenſio ſub eadem diſpoſitione, ſed tunc noua potius dicitur diſpoſitio Gratianus *tom.* 2. *diſc. forenſ. cap.* 335. *numer.* 14 *& ſeqq.* iunctis notatis Paciani *de probatione lib.* 2. *cap.* 28. *numer.* 91. *& ſeqq.* quanto magis igitur in præſenti caſu, ipſa exſcrineatio actum corruere facit, inſcrineatio enim pro forma requiritur, à qua, per actum contrarium factum, cecidit, adeoque teſtamentum hoc in forma ſua non reperitur, quo caſu actum corruere probat Vaſquius *ſupra allegatus* §. 4. & latè comprobat Gutierretz *in quæſt. Cano. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 116. *& ſeqq.* vbi quod forma ſit indiuidua, & diuiſio ſeu remotio teſtamenti ex ſcrineo corrumpat formam, & tunc utile per inutile vitietur, vti probat *numer.* 17. hæc enim eſt indiuiduorum natura, vt vnum ab altero ſegregari vel abeſſe nequeat *Doctores in l.* 2. *ex ſeqq. ff. de verb. oblig.* ſed hoc eſt accidentibus proprium, vt poſſint abeſſe ſine ſubiecti corruptione Tuſchus *lit. A. concl.* 82. nam vt pulchrè ſcribit Pariſius *volum.* 2. *conſ.* 19. *numer.* 183. ſicut ſe habet forma ſubſtantialis in rebus naturalibus, vt ipſa poſita ſequatur eſſe ipſius rei, & ea remota, ſequatur abeſſe, ſic ſe habet forma à lege vel teſtatore inducta, & in ſimili infert Caſtrenſis *par.* 2. *conſ* 30. *numer.* 2. ſicut, inquit, poſſeſſio perditur per poſitionem, ita & perditur per amotionem, adeo, vt irrito facto teſtamento, nec legata, nec fideicommiſſa debeantur *l. ſi veritas*, *l. ſi ex teſtamento Cod. de fideicommiſſ. cum concord* deficiente namque ſolennitate, corruit quicquid in teſtamento ſcriptum eſt Wameſius *cent.* 2. *conſ.* 384. *n.* 4. pro quo facit Brunus *de correct. & relaxat. ſolennitatis & formæ* §. *ſeptimo quæro*, *&c.* quod ſublata ſolennitate, ſublatum quoque intelligatur id, quod cum ſolennitate fit, & quod caſſata ſolennitate, omnia ſint caſſata, ſic & defectum inſinuationis vigore ſtatuti requiſitæ, legatarijs nocere docet Zaſius *in l. ſæpe numer.* 40. *ff de re iudic.* Salic. *in Auth. Caſſa quæſt.* 9. *Cod. de* ſ. *Eccl.* & ibi remiſſiue, ibi limitatur quoad legata piæ cauſæ, quaſi ſtatutum hoc non liget Eccleſiam, cuius contrarium defendit Alex. *conſ.* 65. *& latius conſ.* 119. *lib.* 6. cum paria ſint, teſtamentum ab initio eſſe nullum; vel ſi validum eſt, poſtea annullari, Surdus *lib.* 4 *conſ.* 462. *numer.* 28. & quamuis hæc latius comprobauerim, tamen admiſimus pia legata. *Vide ſupra de genere & Peckium de teſtamentis coniugum lib.* 3. *cap.* 12. *vbi DD. pro & contra piam cauſam.*

Quibus ritè ponderatis non obſtant in contrarium adducta, quippe diuiſis diſſipatiſque formalibus res ipſa collabatur neceſſe eſt, ac proinde non poteſt dici caſus omiſſus per notata Fuſarij *de vlt. volunt. conſ.* 155. *n.* 19 *& ſeqq.* vbi doctiſſimè hoc tractat pariter & DD. *in l. commodiſſime ff. de lib. & poſth.* quãdo caſus omiſſus habeatur pro omiſſo, & iuxta vulgatã Theoricam relinquatur iuris communis diſpoſitioni, & Modeſt. Piſtor. *p.* 1, *q.* 124. *n.* 105.

Digitized by Google

nec dici poteſt leuis ſolemnitas, cuius defectus annullat actum, illa enim dicitur leuis ſolennitas, quæ ſi omittatur, nullum vel modicum adfert præiudicium Alex. *in rubr. ff. de noui operis nunciat. vbi iura & DD. allegat.* idem facit prius comprobando Iaſon *in l. ſi unus ſub numer. 4. Cod. de teſtam.* imò an leuis ſolennitas vitiet inter DD. controuertitur, ideo magis accuratè diſtinguit Valaſcus *lib. 1. conſult. 52. numer. 27. & ſeqq.* vbi ſi leuis ſolennitas eſt ratione euitandæ fraudis, tunc etiam vitiat ſecundùm Iaſonem *d. loco* & Valaſc. ſi ſtatutum procedat annullando, vel leuem ſolennitatem pro forma haberi voluit, tunc etiam vitiat, egregiè Baldus *in l. cum quis Cod. de iuris & facti ignor.* dicit, quod forma & ſolennitas ſint in triplici differentia, nam primo requiritur ad eſſe, ſecundo ad eſſe & probationem, & horum duorum capitum omiſſionem vitiare aſſerit, tertio ad probationem ſolum, quo caſu ſi omiſſa fuerit, non vitiatur, imo nec ſemper tutum dicere, quod quicquid poſt actum ſubſtantiatum accedit, hoc non eſſe de forma ſubſtantiali, quia & ſubſtantialia confirmatoria poſt actum accedere probat Dauth *de teſtam. in explic. l. teſtandi 13. ſub numer. 2. in addit. Cod. de teſtam.* ſed hæc inſcrineatio non accedit poſt actum ſubſtantiatum, quia teſtamentum inſcrineatum vigore ſtatuti requiritur, aliud non valet, ita vt hæc qualitas dicatur ſubſtantialis, quæ non poteſt ſeparari ab ipſa diſpoſitione, quaſi totum non dicatur ſine ſuis partibus Gratianus *d. cap. 335. nu. 14 & ſeqq.* nec repugnat, quod forte idem ſit teſtamentum & nulla commiſſa falſitas, quia ſtatutum ulterius procedit, dum enim principaliter, communiter & particulariter vult obuiare fraudi, non ſolum annullat actum geſtum cum fraude (quia fraus ex natura ſui habet hanc annullationem) ſed etiam debet annullare actum, in quo poſſit fraus committi, & ſic conſiderat effectus, qui ſæpe à ſuis cauſis procedere ſolent & poſſunt, *vt titulo præcedente* demonſtratum fuit, legem non ceſſare, etiamſi ratio eius in caſu particulari ceſſet, ſic neque valet argumentum illud, quaſi ſtatutum non diſponat de iterata impoſitione, & conſequenter permiſſa cenſeatur, præterquam enim iam demonſtratum eſt, quod non poſſit imponi, quod cecidit à ſua ſubſtantia, ſciendum, quod argumentum à contrario ſenſu hic ſumi non poteſt, quia tunc reſultaret affirmatiua, quæ ex diſpoſitione prouenire nequit *l. Titia §. fin. ff de manumiſſis teſtamento Iaſon. in l. 1. ſub numer. 46. verſ. quarto limita ff. de offic. eius* & tritum eſt, quod argumentum à contrario ſenſu vltra limites ſenſus directi non operetur nec extendi debeat, vel vti dicunt Doctores, argumentum à contrario reſtringitur ad limites verborum, quæ ſunt in verbis directis, vnde non ſequitur, ſtatutum non diſponit de iterata impoſitione, ergo illa eſt licita, quia hoc modo ſumitur argumentum à contrario ſenſu extra limites verborum, quæ ſunt in ſenſu directo, quemadmodum etiam argumentum à contrario ſenſu non inducit nouam diſpoſitionem in caſu contrario, ſed ſolum ceſſationem in iſto caſu Nicolaus Euerhardi Iunior *volum. 1. conſ. 70. numer. 7.* quæ omnia & ſingula latius in actis & Reſponſis deduxi & probaui, quibus attentis cauſa tandem amicabiliter compoſita vel tranſacta fuit: Adſinia ſunt

præ

Digitized by Google

prædeductis, quæ tradunt Doctores de ſubſtantialibus, naturalibus & accidentalibus contractuum, quos per te videre poteris, & Manticam *d. titulo* 12. 13. *&* 14.

13. Cæterum Bartolus *& cæteri Doctores in L. nemo poteſt ff. de legatis primo*, tractant, an partes ſolennitatibus & formalibus renunciare poſſint, & hodie quæ eſt vigeſima Iulij Anno 1645. ad petitionem Nobilis & Ampliſſimi Domini Iohannis Peil, Vtriuſque Iuris Doctoris Sereniſſimi Principis Electoris Brandenburgici Conſiliarij Iuriſconſulti præclariſſimi reſpondi ad quæſtionem, an in caſu vbi contrahentes conuenerunt, quod etiamſi præſcriptum ſit ſiue non, nihilominus licitum ſit creditori executiuè procedere, & id, quod ſibi debetur, petere, non obſtante præſcriptione longiſſimi temporis, quo nihil à debitoribus petitum erat, reſpondi poſſe, nam licet Bartolus *in d. l. nemo poteſt* cum allegatis ibi Doctoribus tradant, quod præſcriptioni pacto renunciari non poſſit, tamen Additionator ibi dicit, quod præſcriptioni completæ renunciari queat, quemadmodum inter cæteras fallentias docet in terminis Felinus *in rubrica x. de præſcriptionibus numer.* 14. pacto fieri poſſe, vt finita præſcriptione iterum ſit debitum id, quod erat præſcriptum, vt ita, quod non poteſt fieri per pactum, fiat per viam repetitæ obligationis, ac ideo partes dicere poſſunt, quoties præſcriptum fuerit, toties iterum deberi volumus, quia deſinentia vnius, eſt origo alterius, vti probat, & quia ibi refert quaſdam declarationes, dixi quoque, licet pacto impedita non fuiſſet præſcriptio, tamen eandem ob defectum bonæ fidei impediri, iuxta pragmaticorum veram opinionem relatam *tit. ſeq cap. 3. ex Gailio 2. obſeru.* 18. *& Mynſing. verſ. 4. obſeru. 6 & alijs ibi alleg. iunctis traditis ibidem cap. 4. §. ſimilis eſt quæſtio verſ ſed contra prædicta*, ſicuti hodie refero in caſu omiſſæ denunciationis, an illa vigore ſtatuti requiſita ſit pro forma, & vbi res diuendita, per conſanguineum retracta, venditor teneatur de euictione, & præter Reinking de retractu prædicta reſoluit Meiſnerus *tom. 4. deciſ. Cam. Imp. 7. vbi & n* 16. *&* 22. in ſpecie dicit, quod non teneatur de euictione, quando conſanguineus vigore ſtatuti retrahit, (qui retrahendi modus in immobilius in patria Iuliacenſi licitus & admiſſus eſt) niſi in ſpecie deſuper cautum fuerit.

CAPVT VIII.

Ad ſtatutum Iuliacenſe, quo vltimo ſuperſtes coniunx eſt hæres mobilaris, quæ nomine mobilium & immobilium, hic autem pro immobilibus habentur. ſentiendum ſit, ſi fortè Colonienſes alijque reditus ibidem habeant, an ad vltimum ſuperſtitem ſpectent, an verò iure communionis inter ſuperſtitem & defuncti heredes diuidi debeant.

SVper præſuppoſitis graues oriuntur quandoque controuerſiæ, pro euidentialibus igitur præmitto, quæ ſint mobilia vel immobilia, quippe uti videre eſt apud Magonium *deciſ. flo ent.* 145. *numer.* 17. multa mobilia ſint, de quibus dubitatur, an ſint talia, atque imprimis remitto me *ad Doctores in l. mouentium ff. de verb. ſignif.* Anthon. Gabriel. *in communibus concl tit. de verb. ſignif. concl. 6. & ſeqq.* Wehner *pract. obſer. lit. F. verb.* fahrnuß / fahrende Haab / 1.

Beſoldus *in theſauro practico litt. L. in verb.* ligende Güter/ *&c & litt. F. in verb.* fahrende oder bewegliche Haab vnd Güter *vtrobique Doctores* Riccius *par.* 2. *collect* 239. *& par.* 3. *collect* 668. de annuis reditibus, an inter immobilia cenſeantur, ſeruitutes, reditus & actiones an mobilium vel immobilium numero habeantur Tiraq. *de retractu conſ* §. 1. *gloſſ.* 5 *& 6. & ibi gloſſ* 7 *numer.* 37. *& ſeqq.* quid de pecunia ad prædij emptionem aſſeruata, quid de pecunia ex rei immobilis venditione acquiſita Pinel. *in l.* 1. *par.* 2. *numer.* 43. *Cod de bonis maternis.* Gail. 2. *obſeru.* 11. vbi de pecunia ad cambium repoſita, an mobilia pretioſa immobilibus comparentur Cothom. *volum.* 3. *reſp.* 33 in ſubſcriptione conſilij, an legatum mobilium, pecuniam contineat, quod vult Cephal. *conſ* 598. *nu.* 52 *& ſeqq.* ſicut & aurum & argentum, ſed dicit conſuetudinem loci eſſe inſpiciendam ſeu attendendam, qua attenta, videmus & illa pro mobilibus haberi videatur, Plotus *de in litem iurando* §. 1. *numer.* 18. an pecunia deſtinata ſit mobilis vel immobilis Gratianus *diſc forenſ cap.* 943. *numer.* 16. *& ſeqq.* de penſionibus & fructibus inexactis agit Mantica *deciſ.* 14. & quis ſuccedat in caſu iſtius ſtatuti, in pecunia ſeu pretio fundi redempti, docet Zaſius *in l. ſi filiusfam. num.* 4. *ff. de verbor. oblig.* vbi ad plura infertur.

2. Aliqua notabilia tradit Reinkingh *de Retractu conſang. quæſtione* 3. *numer.* 7. *& ſequentib.* vbi inprimis dicit, quod licet annui reditus propriè nec res mobiles, nec immobiles ſint, tamen rebus immobilibus annumerari, de quo poſtea, vnde infert, quod conſuetudine exiſtente, quod coniunx in mobilibus ſuccedat, eam à reditibus excludi (cuius contrarium in patria Iuliacenſi obſeruatur) vbi dicit tamen iudicatum fuiſſe, & in praxi receptum, quod eorum poſſeſſor à ſatisdatione releuetur, licet contra diſputet Schultes *pr. obſeru.* 22. *numer.* 4. *& ſeqq.* ampliatur, ſiue conſiſtat in pecunia, ſiue in frumentis limitat primo, ſi non perpetuo vel ad longum tempus, ſed ad modicum conſtituti ſint Gail. 2. *obſeru.* 10. Mynſingerus 1. *obſeru.* 69. *numer* 12. ſic in Saxonia ſeruari, quod annui reditus, qui non perpetuo duraturi ſunt, ſed cum pacto de retrouendendo conſtituuntur, pro mobilibus haberi teſtatur Schurff & Thoming. *deciſ.* 3. *numer.* 9. quod abrogatum dicit Kopen *quæſt.* 24. *numer.* 10. *& ſeqq.* Secundo limitat, vt tunc demum procedat, ſi reditus annui ſuper, & ex rebus immobilibus conſtituti ſint, ſecus alias, & priori caſu bona ipſa in hypothecam data cenſentur, licet hoc expreſſe dictum non ſit; Tertio limitat in annuis reditibus ceſſis, & ibi quid de molendinis, item an ius retractus in illis locum habeat, ſic annuos reditus ſine hypotheca ſola perſonali obligatione promiſſos in Brabantia haberi pro mobilibus, ad longum deducit & validis rationibus comprobat Wameſius *cent.* 2 *conſ.* 17. *numer.* 13. paulo vero poſt in ſubiunctis addit, quod Doctores aliter ex Iure hoc definiant Tiraq. *d. gloſſ.* 6. §. 1. De nominibus, penſionibus, ſeminatis, an ſint mobilia Colerus *deciſ.* 59. quare autem reditus non hypothecati habeantur pro mobilibus, docet Chriſtinæus *volumine primo deciſione* 213. *numer.* 7. *& 8. vbi & de reditibus vitalibus*, *& deciſ.* 212. de deſtinato, an eiuſdem iuris ſit cum eo, ad

Digitized by Google

ad quod eſt deſtinatum, iunctis traditis per Nicol Euerh.Iun.*vol.*1.*conſ* 51. vbi & quod curator bonorum hic conſtitutus, habeat quoque adminiſtrationem bonorum alibi ſitorum.

3. Rurſus an actio, tendens ad immobile, cenſeatur mobilis vel immobilis, & an Iura nomine mobilium vel immobilium veniant Chriſtinæus *vol.* 4. *deciſ.* 71. *& deciſ.* 73. *num.*6.*&* 7.an penſiones,quarum dies non dum ceſſit mobiles vel immobiles ſint, *& rurſus vol.* 1. *deciſ.* 99. *numer.* 27. vbi dicitur, quod pecunia deſtinata in emptionem prædiorum, cenſeatur immobilis, de quo & quando deſtinatum habeatur pro immobili latius idem Chriſtinæus *vol* 1. *deciſ.* 212. *per tot.& vol.*1.*deciſ* 125.*num.*16. *& ſeqq.* dicit quæſtionem eſſe controuerſam, ibi & de reditu, an mobilis vel immobilis eſſe debeat, facit ad ſtatutum, quo cauetur, quod bona auita redeant ad latus, vnde prouenerunt Tiraq.*de retractu Lignag.*§ 22.*gloſ.*1.*nu.* 83.*& ſeqq.*

4. Porro an reditus in hoc caſu ſtatuti ad prædictum effectum comprehendatur, dubitari poſſet ex ijs, quæ paſſim DD. tradũt, quod tertiam ſpeciem conſtituant, de qua pulchra exſtat deciſio apud Gratianum *li.*1.*diſcept.forenſ c.*37. vbi quæritur,an annuæ præſtationes, vel cenſus, inter mobilia vel immobilia numerentur,& licet ibi dicatur, quando actione reali vel mixta petuntur,quod tũc inter immobilia numerentur, & ſic Magiſtratus loci, vbi bona ſita ſunt, collectare videatur, tamen contrariũ deciſum fuiſſe dicit, quia, inquit,cõſtituunt ius quoddam immobile ſeparatũ & abſtractũ, & de per ſe,& dicuntur eſſe de & in loco, in quo eſt deſtinata ſolutio,& vbi eſt perſona creditoris,reditus annui verò (niſi ſimus in caſu, quo neceſſario trahendi ſunt ad alterutrum) non computantur inter immobilia, cum ibi agatur de effectu collectandi, ergo manent ſub tertia ſpecie, quæ nihil aliud conſtituit, quam ius quoddam, ſeu actionem ad illos exigendum, & dicuntur eſſe de loco in quo eſt creditor, cuius oſſibus dicuntur inhærere propter effectũ exactionis,item dicit,vt annui reditus ſint immobilia bona, neceſſe eſt ex certis fructibus percipiãtur, non ex reditibus generalibus, & quando ſequantur perſonam creditoris,vide latius ibi,& reſolutionẽ obiectorum,nec obſtat,quod & actiones debitoris oſſibus inhærere dicantur, quia hoc intelligitur paſſiuè,ſecus eſt,quando de Iuribus & nominibus actiuè agitur,nec rurſus obſtat, quod actiones & Iura non circumſcribantur loco,quia ſecus eſt,quoad effectum exactionis,ſicuti nec obſtat, quod annui reditus debeantur actione reali vel mixta, quo caſu veniunt appellatione immobilium iuxta DD. communiter, quia realitas quidem & hypotheca conſtituitur ſuper bonis in ſecuritatem, ſed obligatio eſt perſonalis, & meritò hoc caſu cõſideranda, Alicat.*conſ.* 3.*n* 3. *&* 4. vbi & ampliat procedere in ſpeciali hypotheca, ratio Iuris in promptu eſt, quod perſonalis obligatio ad ſolutionẽ debiti præcipua & principalis habeatur, fundus verò pignoris vel hypothecæ Iure nominatim aſſignatus acceſſoriè tantũ, nõ ſecus ac fideiuſſores pro certiore & ſecuriore ſolutione,apponatur *l.in omnibus* 43.*ff.de ſolut.* vnde ipſi obligationi per ſe nihil additur vel detrahitur,vt quę ab initio ſine hypotheca aut pignore conſiſtat,& ijſdem extinctis integra maneat, *l.ſeruo* 25. *Cod. de pign. & hypothec.* idem in annuo reditu ſuper prædio conſtituto probat Couar.*lib.*3 *var. ca.*7.

*num.5.verſ.*4. Gail.2.*obſ.7.nu.*13. *vide tit.ſeq. cap* 5. hic ſimul annoto, quod nunc habeo in facti contingentia, conſului enim ſecundum vſitatam praxin, quod creditor ſeu emptor cenſus faciat penes Colonum arreſtari fructus, donec & quouſque ſibi de deceſſis penſionibus ſolutum fuerit, probat enim Fridericus Martini *tract. de cenſib. cap. vlt. num.* 21. quod prædio Hypothecato, omnes eius fructus ſint hypothecati Surdus *deciſ.*271.*nu.* 2. *vbi tamen in ſeqq.* hoc declarat, clarius vero ad propoſitum *deciſ.* 97. vbi quando fructus non ſint vel dicantur pars fundi, & quando fructus pendentes reputentur inter mobilia, ex prædictis infert quoque Klock *de contributionibus cap.*11 *num.* 69. *& plurimis ſeqq.* comprobando priora, quod annui reditus & alia iura & actiones, quoad actus collectandi in loco domicilij Creditoris, vbi deſtinata eſt ſolutio, expleantur, maneantque hoc caſu ſub tertia ſpecie, & ſic etiam hic ſeruari videmus, quando videlicet datur centeſimus nummus bonorum, quod equidem bona ſtabilia non, ſed reditus annui vbicunque etiam ſint, in exactionem veniant, ſic & forenſes collectari ratione immobilium, omnes ſcimus & de conſuetudine generali teſtatur Anthon. Theſſaurus *deciſ.* 149. *num.* 2.

5. Notabilia quoque ſunt, quæ tradit Berlichius *pract. concl. p.* 3. *concl.* 29. *vbi agit de ſtatuto, vigore cuius vltimo ſuperſtes lucratur bona mobilia, num.*46. *an procedat in caſu l. hac edictali C. de ſecundis nupt. n.*73. *& ſeqq. an procedat ſi bona immobilia in dotẽ data ſint nu.*77. *& ſeqq. quid ſi ex mobilibus emantur immobilia, & num.*85 *& ſeqq. quid è contra, ſi maritus cum conſenſu vxoris immobilia vendat & commutet, an illa immobilia lucretur, & num.* 103. *an mulier hoc poßit, & num.* 105. *quis locus attendatur. Et concluſ.*30. *per tot.* quæ mobilium appellatione contineantur ad hoc vt maritus ea lucretur ex diſpoſitione ſtatuti, & ibi de rebus deſtinatis. *Concl.*31. an pecunia hæreditaria quoad iſtum effectum inter mobilia numeretur, & quæ ſint talia. *Concl.*33. an nomina, Iura & actiones inter res mobiles referantur. *Concl.*34. quid de annuis reditibus ſtatuendum ſit, *& concl.*36. ex quibus cauſis portionem ſtatutariam quis amittat.

Quibus in caſuum deciſionibus, omnino adiungi debent ea, quæ tradit Karpzouius *p.*3. *conſtit. Saxon.* 23. *per plurimas definitiones,* vbi in prima ſtatim definit illam ſæpius agitatam quæſtionem, quod maritus vltra portionem in pactis dotalibus ſibi aſſignatam, ex bonis defunctæ vxoris, nihil amplius petere poſſit, cui deciſioni iunge Chriſtin. *vol.* 1. *deciſ.*78. ſed vtrum vxor eligere poſſit ius municipale, teſtamentum mariti, aut contractum antenuptialem tradit Peckius *de teſtam. coniug. lib.* 1. *cap.* 21. quod ſanè intelligas, & conſulas deſuper Berlich. & caſum in ſimili deciſum in Chriſtinæo *vol.*1. *deciſ.*73. *& rurſus* Karpz. *defin.*13. quod & mobilia, quæ extra territorium Saxonicum ſita ſunt, defuncta vxore, marito cedant, & paſſim ibi, quæ ſuperſtes lucretur, *& defin.* 18. quod maritus non ſuccedat in bonis defunctæ, priuſquam liberis de legitima ſatisfactum fuerit, *& defin.*19. quod in cauſa deficientium bonorum immobilium etiam parentibus ex bonis mobilibus legitima exſolui debeat, *& rurſus p.*3 *conſtit.* 24. *paßim per definitiones*, quæ ſint mobilia, & de annuis reditibus, & quid ſi dies nondum ceſſerit, ibi *& defin* 6. defuncta vxore ante ſolutionis diem, annui reditus poſtea 6.

exigi-

Digitized by Google

exigibiles, inter hæredes & maritum, pro rata temporis ſunt diuidendi, & de legato mobilium, & quæ talia Peckius *de teſtamentis coniugum lib.4.c.* 15. vbi & an annui reditus talia, & quando, & notabile eſt, quod Chriſtinæus *in conſuetud. Mechl. tit.16. art.* 2. *num.* 13. quærit, an ſi quoad bona immobilia nondum facta eſt adhæredatio, dicemus, tantum actionem perſonalem eſſe, eamque computari inter mobilia, vel actionem eius eſſe naturæ, qualis res ipſa, ad quam competit ex Gailio 2. *obſeru.*11 *num.* 10. cum reſtrictionibus ibi per DD. interim hic addidero, ſi alicubi receptum vel ſtatutum ſit, quod Hypotheca debeat conſtitui coram Magiſtratu rei ſitæ, nihil ſuffragetur quoad præferentiam, etiamſi in inſtrumento publico, ſed non coram Magiſtratu conſtituta fuerit, cum ſic publica inſtrumenta cenſeantur tanquam actiones perſonales. Neoſtadius *deciſ.*28.*&* 29 hoc ſtatutum autem non habere locum in tacitis deciſionibus aſſerit *deciſ.*30. & Mynſ. in ſuis reſponſis *decad.*1. *Reſponſ* 9.*nu.*2.19. *&* 21. an hoc ipſum quoad ſcrinea procedat hic Coloniæ, inter Doctos non conuenit, ſed videntur pro negatiua ſtringere ea, quæ de forma eiuſq; effectu *cap.praeced.* adducta fuere, pro affirmatiua vero DD. Chriſtinæus *ad conſ. Mechlin. lib.*7.*art.*1. *& ſeqq. in addit.* de tacitis hypothecis, Wehneri *pract. obſer. lit. V. verbo* Vergantung/ adde Gratianum *to.*2. *diſcep. forenſ. cap.*376 *num* 15 *& ſeqq. qui & cap.*943. *num.*16. *& ſeqq.* agit de pecunia deſtinata ad emptionem immobilium, an pro mobili vel immobili habeatur.

Porro ordinatio Iuliacenſis, quæ mobilium & immobilium loco numerari debeant, meo iudicio ſatis clara & tamen nunc in facti controuerſia propter varias in iure ciuili adductas rationes, controuerſa eſt, *cap.*95 von der Leibzucht ſo vil mir *& ſeqq.*

Sicut controuerſum eſt inter DD. cuius loci ſtatutum vel conſuetudo hoc in caſu attendi debeat, & licet mobilia perſonam & non territorium loci concernere aſſerant allegati apud Griuellum *deciſ.* 82. *nu.*29. *tamen in ſequentibus reperitur deciſum*, quod fiſcus loci, in quo reperiuntur, ea capiat, ſicut & nomina, ſi forte ſint confiſcabilia, & latius tractat idem Griuellus *deciſ.* 123. *per tot.* cuius loci & territorij cenſeantur nomina debitorum, iura, & actiones, & ad quem ex Dominis manumortalibus cõpetant, an ſcilicet Domini loci creditoris, vbi quatuor diuerſas recenſet opiniones, vide ibi, & de nominibus debitorum, de cuius territorio eſſe cenſeantur Colerus *de proceſſ. execut. p.*2.*cap.*3.*n.* 32. & Nicol. Euerh. Iun. *vol.*1.*conſul.* 5.*num.* 54. vbi & de bonis mobilibus, quæ alio in loco ſemper manſura ſunt, quamuis alias actiones & nomina debitorum Titij, etiam extra territorium contracta, dicantur adhærere perſonæ, & ideo domicilij loci ſtatutis ſubiacent vide ibi & Græuem ad Gail *lib.* 2. *obſ. ſeu concl* 124. *vbi in ſubiuncto conſid.* 7.

Rurſus hic aliqua notanda veniunt ex Karpzouio *p.*1.*conſt. Saxon.* 29. *defin.*21.*nu.*2. quod bona mobilia cenſeantur eſſe ſub Iuriſdictione eius loci, in quo debitor habuit domicilium, *& p.*3.*conſt.*12.*defin.*13.*numer.* 5. quod cenſeantur ſub Iuriſdictione eius loci, in quo Paterfamilias ea perpetuo habet, aut habere ſe perpetuo velle diſpoſuit, *& n.* 9 *& ſeqq* quod mobilia perſonæ, ſeu oſſibus defuncti, id eſt domicilio eius inhærere dicantur. *& p.*2.*conſt.*14 *defi.*24.*num.*6. *& p.*3. *conſt.*1: *defi.*15. quod in ſucceſſione mobilium, attendantur ſtatuta Domicilij, licet defun- 8.

Digitized by Google

defunctus alibi mortuus ſit. & ſi non habuerit certum domicilium, tunc ſecundum ſtatuta loci originis ſucceſſio fieri debet, *ſed defin.* 15. in mobilibus ad certum locum deſtinatis, ſecundum ſtatuta illius ſuccedendum eſt, vbi & immediate ſequenti *defin.* 16. habetur notabilis deciſio. ſi quis fortè incola Magiſtratui loci non ſubiectus (vti ibi exemplificatur de Clericis & profeſſoribus Vniuerſitatis) moriatur in Ciuitate, quod tunc ſucceſſio non fiat iuxta ſtatuta Magiſtratus oppidani, ſed iuxta communia, Prouincialia, aut illius Magiſtratus ſtatuta, cui paret, prius quoque poſſet exemplificari in Conſiliarijs Principis, vt non ſecundum Ciuitatis municipalis, in qua fortè degunt, ſed ſecundum Prouincialia ſtatuta, ſucceſſio regulari debeat, quamuis alius incola ſubiectus ſit conſuetudinibus & legibus loci, vbi incola eſt, *l. incola, ff. municipa.* etiam Iuriſdictioni, quod latè proſequitur Chriſtinæus *in conſ. Mechlini. tit. 1. art.* 42 & notabilis in hoc eſt doctrina Gailij 2. *obſer.* 35. *num.* 8. *& ſeqq.* & habui in facto. quod Karpz. tradit *defin.* 19. quod poſſeſſor domus Priuilegiatæ, non ſit obſtrictus ſtatutis loci, vnde nec eius hæreditas iuxta huiuſmodi ſtatuta diuidenda, vide & Chriſtinæum *vol. 2. deciſ.* 167. *num.* 5. quod Nobiles, qui aulam Principis ſequuntur non obligentur ſolemnitatibus locorum, vbi teſtamenta condunt.

9. Ex prædeductis facile reſolui poteſt quæſtio haud pridem inter Iuriſconſultos controuerſa, an ſi ciues Colonienſes habeant annuum reditum vel reditus in patria Iuliacenſi, vltimus ſuperſtes illos, tanquam quid mobile lucretur, an vero iuxta, ciuitatis Colonienſis, in qua, cæteris paribus, bonorum communio inter coniuges locum habet, fiat diuiſio iuxta ſtatuta, vt medietatem habeat ſuperſtes, alia medietas ad hæredes defuncti proprietariè deuoluatur, quemadmodum diuiſionem ita faciendam fore reſpondi, quia cum in Patria Iuliacenſi annui reditus habeantur pro mobilibus, conſequens eſt, quod iuxta conſuetudinem loci, in quo creditor habitat, de ijs iudicari debeat, cũ nõ ſint realiſita in territorio Iuliacenſi, quemadmodum & in vſu practico omnino tenendum eſt, quod tot hæreditates ſint, quot ſunt bona diuerſis territorijs obnoxia, & conſequenter pro modo facultatum fit aditio hæreditatis in vtroque loco, ita vt ſi in vno repudiare expediat, in altero tuto adiri poſſit, Chriſtin. *vol. 2. deciſ.* 166. *num.* 4. *vbi & in ſeq.* quoad mobilia pupillaria, ſi forte ſucceſſio territorio varietur, an ipſum domicilium pupilli, vel tutoris attendatur vide ibi, & Karpzouium *d. loco & ibi DD. allegatos*, docet quoq; Munnoz *de Ratiocinijs cap.* 29. *num.* 22. quod mobilia exiſtentia in diuerſis Regionibus, iudicantur non ſecundum locum, in quo ſunt, ſed ſecundum ſtatuta Prouinciæ vel Ciuitatis, in qua dominus illorum bonorum mobilium reſidet, *& ſub num.* 23. de acquiſitis per maritum & vxorem, quod debeat attendi conſuetudo domicilij mariti etiam reſpectu lucrorum alio in loco acquiſitorum.

Breuiter quoque idem Chriſtinæus *vol.* 10
4. deciſ. 63. *num.* 5. *& 6.* vbi an de iure communi ſucceſſio legibus ſitus dirigatur, & dicit quod moribus attentis quoad immobilia ita obſeruetur, item quod penſiones fundiarias & debita realia, mobilia vero & nomina extra ſtatuentium diſtrictum ſita & exigenda, an perinde in ſucceſſione, ac ſi intra territorium mortis fuiſſent, cenſenda ſint, controuertitur, vbi DD. allegati hoc affir-

Digitized by Google

affirmat inter cæteros Tiraq. ſubdens, ſi in vno aliquo loco tantum exigi poſſent, vt montium depoſita, quod tūc illius loci ſtatutum attendatur ſeu ſeruandum ſit, ſed confer Chriſtinæum *vol.* 1. *deciſ.* 252. vbi, an actiones circumſcribantur loco, vel nō, hoc eſt an ſint in loco vel non, & ibi illata & allegatos DD.

CAPVT IX.

De ſtatutario hærede mobilari & ſuperſtite coniuge vſufructuario bonorum immobilium, quorum proprietas ad liberos prioris matrimonij deuoluitur, & quo modo hæres iſte ad æs alienum ſoluendum teneatur, & quomodo alij æri alieno à defuncto contracto vel alias obſtricti ſint?

1. MIrū videri poteſt, quod ſtatutū vltimo ſuperſtitem hęredem mobilarē vocet, cum tamen mobilia ex peculiari iuris Conſuetudinarij, vel ſtatutarij diſpoſitione & prouiſione deferantur, quemadmodū in ſimili docent DD. allegati apud Karpzouiū *p.3.conſt.Saxon.*23.*defi.vlt.* quod maritus, cui ex ſtatuto ibi lucrum defertur, ſimulq; hæres mobilaris appellatur, impropriè ſit hęres, quemadmodum vigore ſtatuti vel ordinationis Iuliacenſis, & in quibuſdā alijs locis, ſicut & hic Coloniæ in ijs bonis, in quibus cōiuges aſſociati fuerunt, ab obitu vnius coniugis, & reſpectiuè Parentis, deuoluitur proprietas bonorum ad liberos prioris matrimonij ſuperſtite manente vſufructuario, quem hæreditarium vſufructum vocant, quia proprietas liberis præmortuis, dicto parēti vſusfructuario denuo cū vſufructu conſolidatur, atque ideo propter ſpem reſtituræ proprietatis ſecūdarius ille vſusfructus appellatur, hinc eſt, quod proprietarijs non liceat, quamdiu in vita eſt vſusfructuarius, eam proprietatem vel vendere, vel oppignorare, vel vllo alio denique colore onerare, ſic præter *tit.*15.*art.*7. *ſtatim allegandū,* docetur apud Chriſtin. *ad conſuet. Mechlin. in præmiſſo ibidem Tractatu de Magiſtratibus cap. quid differat*, Erb Tochernaer & Tochtenaer. & *tit* 7. *art.*1 *in addit.* ibi dicimus Erbtochte/ quia originaliter ab vſufructuario procedit res quæ ad eū reuerti apta eſt & rurſus *tit.*15.*art.*7. *vbi & poſt. numer.* 7. quæritur, an vſufructus ille hæreditarius deuoluatur à filijs ad nepotes titulo ſingulari vel vniuerſali, de qua conſuetudine & ſtatuto omnino videndus eſt Riccius *tract. de vnione prolium cap.* 2. ibi contra Molin. hanc conſuetudinem ſiue hoc ſtatutum, tanquam ſatis rationabile, *& in ſpecie ordinationem Iuliacenſem cap.* 74. defendit, & licet ſint, qui velint, parentem ſuperſtitem adhuc poſſe teſtari, tamen hoc ipſe non admittit, ſed ſuperſtitem è coniugibus adhuc Dominum & adminiſtratorem bonorum agnoſcit, nec actiones mouendi & excipiendi poteſtatem eidem adimit, alienationem tamen eidem hic interdicta.

Hinc oritur quoddam Paradoxon, videlicet quod Dominus non alienet, quemadmodum & interdum non Dominus alienare poteſt, vti ibi probat, videndus tamen Chriſtin. ad conſuet. *Mechlin. tit.* 16. *art.*25. *in addit.* quod hæc deuolutio bonorum, quæ fit per mortem alterius coniugis, fieri cenſeatur quaſi per anticipationē ſucceſſionis quoad proprietatē tantū, quæ viuēte adhuc eo, vnde progreditur, dubia eſt, eo autē mortuo demum effectū ſortitur, & vſusfructus tunc illi vnitur, quocirca non aliundè q̃ ex iure & ſinu Parentis ſuperſtitis eiuſdē bona obueniūt & imputari debēt in legitimā (alibi tamen, q̄ bona vigore ſtatuti deuoluta nō imputentur in legitimam, 2.

Ooooo dixit

dixit idem Chriſtinæus *vol. 1. deciſ.* 177. pro quo faciunt rationes adductæ per Deckerum *li. 1. diſſert.* 14. quaſi illa, quæ non ex voluntate Patris, ſed ex lege, vel ſtatuto liberi accipiunt, non imputentur in legitimam, de quo latius Surdus *conſ.* 206. *præſertim n.* 11. *& rurſus conſ.* 427. *n.* 11. *& ſeqq.* & quæ in legitimam imputentur *conſ.* 448. addatur Beſoldus *in Theſauro practico lit. E. verb.* Erbgüter/ *Fachn.* 3. *contr. c.* 70. itē an feuda & Emphyteutica bona in legitimam imputentur, Vaſc. *de iure Emphyteu. q* 46.) item dicit Chriſtin. quod deuolutio bonorum feudaliū fiat ſoluto matrimonio, item & quod hæc deuolutio impediri poſſit per vnū è coniugibus teſtamento ſuo ſeorſim condito, & ita ſeniores Aduocatos reſpondiſſe, ego caſu quo vterq; cōiunx de ijs teſtetur, nō video, quid tunc dictæ aſſertioni obſtet, ſed ſuperſtes ſolus non poteſt teſtari per notata à Beſoldo *in Theſauro pract. lit. V. in verb.* Verſchafft/ *& ratio eſt.* quia liberi iam à morte Parentis habent ius quæſitum ſiue proprietatem.

3. Ex prædictis, ſiue dicta ordinatione & ſtatuto præſuppoſito, videtur conſequi, quod proprietas ad liberos deuoluta, & dominium, inter ſe diuerſa ſint, & iuxta materiam ſubiectam accipi debeāt, quemadmodū iuxta DD. relatos in Barboſa *de appellat. verbo vtriuſq; iuris ſignif. appell.* 226. proprietatis appellatione venit dominium directū, prout ab vtili diſtinguitur, & ab eo ſeparatum eſt, vel vt ipſe fatetur, accipitur aliquando pro ipſa re, aliquando pro ſolo dominio directo, vel proprietate ſeparata ab vſufructu, ſic & dominium aliquando dicitur plenum, aliquando non plenum, quando directum eſt penes vnum, vtile penes alium, ſicut & quælibet rei vtilitas dominiū dicitur, idem Barboſa *appell.* 79. *num.* 2. *ibi & appell. ſeq* quis dicatur dominus, & conſequenter quia penes ſuperſtitem, non poteſt eſſe plenum dominium, quamobrem audiui hoc dominium, quod penes ſuperſtitem manet, à magnis practicis vocari modificatum dominium, cum tamen varij varia ſcripſerint, prout eorum habeo reſponſa, caſus indeciſus manſit, interim an & quomodo proprietas & dominium differat, poterit videri: oraſius *ad tit. ff de acquir. poſſ in anteludiu num.* 9. *&* 10 *& latè* Caſtilio *de vſufructu cap.* 75. *nu.* 16. *& ſeqq.* vbi accurate DD. inter ſe diſſentientium opinionem, de dominio & proprietate, an idem, an vero diuerſa ſint, & quotuplex ſit dominium, reſpectiuè examinat, hoc ſaltem in præſenti admonuero, omnia, vt opinor, in ſcrineis integra manere. neq; parentes ea peragere, quæ in noua rerum acquiſitione neceſſaria ſunt in caſu, vbi liberi præmoriuntur, quaſi dominium hoc, quod retinuerūt, ipſo iure rurſus conſolidetur cum proprietate, quæ ad liberos vigore ſtatuti deuoluta fuit, neq; enim cōſolidari poteſt, quod iam extinctū fuit iuxta ea, quæ traduntur, *tit ſeq de tempore* & conſequenter videtur eſſe aliquod dominiū penes parentem ſuperſtitem, puta ex illo iure quod ipſemet habuit tempore viuentis alterius coniugis, nam hoc ipſum, quod prædefuncta ſimul habuit, in liberos plenè deuolutum fuiſſe, qua ratione negari poterit? & ſic ſentit Chriſtinæus *in conſuet. Mechlin. tit.* 16. *art.* 19. ſed nota ibi, vt verum ſit in ijs bonis, quæ pleno iure ad præmorientem deuoluta erant, vt patet ex traditis *art.* 23. neq; per obitū liberorum fit nouū, ſed veritatis primordio adiuuatur, quando nō recedit omnino à precedenti natura originali, vt in ſimili concludit Chaſſan. *in conſuet.*

Digitized by Google

ſuet. Bug. Rubric. 7. §. 8. *in textu ibi, ex quo procedunt, &c.* ſimul etiam admonuero dictum ſtatutũ Iuliacenſe de ſucceſſione liberorũ diuerſi matrimonij, ita interpretatũ fuiſſe per Tilmannum de benignis Syntag. 1. *deciſ. Cam. Imp.* 4. *vot.* 3. *n.* 17. *& ſeqq.* vt non procedat in ijs hæreditatibus, quę vtriuſq; matrimonij liberis iure naturæ debentur, hoc eſt aſcendentiũ, ſed de aliunde, vel etiam linea collaterali accipiendũ eſſe, ac proinde auita hæreditas parenti binubo in ſecũdo matrimonio delata, non pro acquiſita habẽda erit, vt liberi ſecundi matrimonij ſoli ſuccedant, vbi contraria reſoluit, fatetur tamen maioribus votis contra ipſum concluſũ fuiſſe, quod ſtatutũ illud generaliter intelligendũ, ſed definitiuè pronunciatum nõ ſit.

4. Quibus ita præſtructis eluceſcit, ꝙ hęres dicatur mobilaris, eo fine vt æs alienũ contractum ipſe perſoluat, ſed quid ſi actione reali agatur? quâ hæredẽ mobilarẽ cõueniri poſſe impoſſibile putat, Deckherus *l.* 2. *deciſ.* 4. *n.* 21. proinde hęres immobilium bonorũ tũc tenetur, verum in caſu à me ſuppoſito, quo ſuperſtes adhuc detinet bona, quorũ eſt vſusfructuarius hæreditarius & aliqualis dominus, ipſum cõueniri quid prohibet? ſiquidem creditor habet electionem agendi cõtra poſſeſſorẽ vel petitorem hæreditatis, cautione nulla per eundem præſtanda. nam ſi poſſeſſor ſuccũbat, deducet de hęreditate *l. fin.* §. *ſi autem in contractibus ibi Caſtr. C. de pe. tit. hered* quã explicat. Iaſon. *in* §. *præiudicial. n.* 4. *inſtit. de act.* eãdem pro hoc inducit Valaſcus *tom.* 2. *conſul* 128. *nu* 3. *&* 4. *cum illatis*, vide tamen in caſu, vbi & ratio dubij eſſe poterat, quod ſolus hæres teneatur ad ſolutionem debitorum, & non vſusfructuarius Griuell. *deciſ.* 73. *n.* 1. *&* 2. *vti & n.* 5. dicit acutè & eleganter tradere Fabrum *li.* 18. *coniect. c.* 18. eam demum hæreditatẽ, quæ in effectu hæredem facit, non autẽ eam, quæ legatur, æri alieno obligare, prout & hæc doctrina infra accommodatur, ſicut & ibi traditur, quod hæres mobilaris æs alienum ſoluere teneatur, ita tamen, vt actiones, quæ bonis immobilibus cohærent, rerum immobiliũ hęredẽ ſequantur, ex Wameſ. & Chriſtin. in locis allegatis, videatur quoq; Chriſt. *vol.* 1. *deciſ.* 141. vbi etiã traditur, an reſtituatur ſi immiſcuerit ſe bonis mobilibus, iũcta *deciſ.* 166. *& deciſ.* 97. an vidua non obſtante contractu antenuptiali teneatur ad debita. & rurſus *deciſ.* 213. per ampliationem dicit ſæpius iudicatum, quod hæres immobilium, reditus hypothecatos teneatur ſoluere à morte defuncti, etiamſi per contractũ antenuptialem conuẽtum fuerit, quod ſuperſtes haberet omnia mobilia cum onere creditorum.

Cenſuit tamen Senatus, quod nec vidua teneatur ad ſolutionem redituum perſonalium ante initum matrimonium conſtitutorũ, nec etiam tenetur ad annuos reditus, quoad ſortem, vide tamen ibi. porro prius, quod ſc. non teneatur ad redituum annuã ſolutionem, iuxta ſtatutum, quo ſuperſtes ſimul eſt vſusfructuarius bonorũ immobilium, ita declarari debet, vt annui cẽſus per ipſum vſumfructuarium perſolui debeant, donec & quouſque durat iſte vſusfructus *l. fin. in* § *ſin autem C. de bonis quæ liber.* Gail. 2. *obſer.* 146. *per tot.* an vſusfructuarius teneatur ad ſolutionem æris alieni atq; ad onera diſtincte tractat Chriſtin. *vol.* 1. *deciſ.* 250. & cum præiudicijs *vol.* 4. *deciſ.* 76. *nu.* 3. *& ſeqq.* vbi inter ccętera ex cõmuni refertur, quod vſusfructuarius omnium bonorũ teneatur ad annualia legata quod rurſus declarat, quomodo alias hæres ſoluat debita, vide ad 5.

Digitized by Google

eum late Gratia.*to.2.diſc.for.c.*294.Cephal. *conſ.636 n.53.& ſeqq.*Garſ.*de expenſis c.*13. *n.* 26 *& ſeqq.*confer tradita per Ioan.Caſtillo *tract de vſufruct.c.*55 *& ſeqq* vbi &.an teneatur ad expenſas litis, *& c.3.n.* 62.*& ſeqq.*declarat,& Griuell.*deciſ.*73. an ad onera realia & ad quæ teneatur, & DD.*in l.*27. §.3.*ff.de vſufructu*,vide Gratian.*tom* 1.*diſcep.forenſ.c.* 193 *nu.6 & ſeq.*Chriſtin.*vol.4.deciſ.*76. *n* 3. *& 4.& vol.vlt.de feudis deciſ.*13. vbi an teneatur ad ſolutionem releuij latè Pinell. *in l.* 1 *p.2.C.de bonis Maternis* diſtinguit Munnoz. *de Ratiocin c.*10 *n.*15.*& ſeqq.*

6. Prædicta vt plurimum ex ipſis ſtatutis petenda & decidenda veniunt, quorum magnā partem reſolutam videbis in Chriſtinæo *ad conſuetud. Mechlin. titul.* 16.*art* 35. *vbi latè in additione & DD. quoque allegati*, ibique inuenitur caſus haud pridem hic controuerſus, vti & maxime ibi controuerſus apparet, quibuſdam volentibus funeris expenſas exſoluendas fore tantum ex portione ad defunctum, eiuſque hæredem ſpectante, ex doctrina Baldi & Chaſſ. ibi allegati, ſed dicit Chriſtinæus deciſum fuiſſe ex maſſa bonorum communium exſolui debere, puta mobilium, & ibi quæ veniant appellatione impenſæ funeris, (quid ſi maritus dotem lucretur & ſimul hæres inſtituatur quomodo tunc contribuat in expenſas funerales, docet Chriſtinæus *vol.*3.*deciſ.* 20. *numer.* 13.) & quid iudicatum quoad veſtes lugubres vxoris, rurſus quid iudicatum fuerit in ſolutione æris alieni inter hæredes paternæ & maternæ ſtirpis, item quid dicendum de reditu hypothecario ſtante matrimonio creato, vbi allegatus Charundas vult coniugem donatarium mobilium & acquæſtuum ad eius ſolutionem teneri, & hæredem pro eo exonerari, & ibi remiſſiuè cum quo & notandum, *d. titul.* 16. *art.* 8. *numer.*16. quod bona mobilia, quæ extra territorium ſunt, iudicari debeant, perinde ac ſi eſſent in loco, vbi defunctus obijt, *ſeu vti dictum cap. præcedenti*, domicilium habuit. ſiquidem bona mobilia perſonam reſpiciunt, immobilia territorium, idem de nominibus debitorum docet Alexand.*conſ.* 19.*vol.6.*

Rurſus videndus Chriſtinæus *vol.*3.*deciſ.* 20.*per tot.vbi numer.* 6. moribus Brabantiæ æs alienum ſequitur poſſeſſorem mobiliū in ſolidum, ſi ſufficiant, eoque iure & Gallos vti dicit, & procedere non ſolum ſi occupet vt hæres, ſed etiam (vide tamen eundem *vol.*1.*deciſ.*99 *num* 14. *& ſeqq. & vol.* 4. *deciſ.*34 *num.* 3. an onus legatorum ad ſubſtitutum pertineat & quis ſoluat annua legata alimentorum & quando ſoluantur) ſi occupet vt creditor, vel alio quouis iure, idque ſi bona mobilia æri alieno ſufficiant, alias reſiduum præſtatur ab hærede immobilium, vt notatur, *in l.certarum* §.1. *ibi Bald ff de teſta. milit. numer.* 14. declarat procedere de debitis mobiliaribus, ſecus eſſe in annuis reditibus ſuper fundo hypothecatis, & per defunctum conſtitutis, quos hæres immobiliaris impoſterum ſoluere debet, aſſerens ita in ſupremo Conſilio iudicatum fuiſſe, ita quoque docet Wameſius *cent.* 2. *conſ.* 19. *num.* 6. *& 7.* & de ſimilibus quæſtionibus æris alieni vide Choppinum *de re ruſtica lib.* 3. *p.* 3. *cap.* 10. *per tot.* & an debitum ſit mobile vel immobile, & quid ſi quis capiat bona in vim conſuetudinis, vel contractus, & de debitis ſoluendis per hæredes inæqualiter inſtitutos Caualcanus *p.* 4. *deciſ.* 28. quid ſi teſtator vnum præ

alijs

Digitized by Google

vnum præ alijs grauauit ſeu vni ex hæredibus impoſuit debiti vel annui reditus ſolutionem, an teſtator hoc facere poſſit tradit Chriſtinæus *vol.4.deciſ.69 num.4. vbi & in præced.deciſ.68 nu.4.& ſeqq.* an pacto hæredum fieri poſſit vt vnus ſoluat debita, & an emptor hæreditatis à creditoribus conueniri queat vide vbi quid iudicatum fuerit, item ibi an hæres poſſit contrauenire diſpoſitioni ſeu facto defuncti, quod eſt nullum, ibi reſolutum quod non, etiamſi feudum vel bona reſtitutioni obnoxia alienata fuerint vide tamen in præced. & ibi Doctores.

8. Sed quid Iuris ſit in ſoluendis debitis, quando plures exiſtunt hæredes, quorum vnus mobilium, alter conquæſtuum, & alius immobilium hæres eſt, hæc quæſtio deciditur apud Chriſtin. *d.loco n.7. & 10 & reſpondetur ad l.1 Cod.ſi certum petatur nu. 11.* vbi & dicitur, quod debita non ſoluantur pro modo emolumenti, quia illo iure vnicum tantum eſt patrimonium & vna ſpecies hæreditatis, quæ comprehendit omnes ſpecies, vel genera bonorum, niſi quod milites poterant habere duo patrimonia, *iuxta d. l.* certarum, ac non ita eſt de conſuetudine quorundam locorum, cum plures ſint hęreditates vnius perſonę, ſcilicet mobilium, altera acquęſtuum, vel etiam immobilium & altera paternalium & altera maternalium, vt patet in *regula paterna paternis, & materna maternis*, tunc quia vnuſquiſque in ijs ſuccedit, habet etiam qualitatem hæredis eorum bonorum, & ſic tenetur ad eiuſdem debita pro modo emolumenti bonorum, quæ quiſque capit, quia vnuſquiſque accipit titulo vniuerſali; notandum vero eſt illa Synonima eſſe, pro rata patrimonij, vel bonorum, item pro menſura vel modo emolumenti, ſicut & illa prioribus oppoſita ſunt ſynonima, pro hæreditarijs portionibus, pro partibus hæreditarijs, æqualiter pro æquali parte, Lambertus Goris *in prodromo Aduerſariorum iuris cap.5. vbi & cap 7.* examinat quatenus hoc verum ſit, quod hæredes ex diverſis lineis, paterna nempe & materna, ſuccedentes æs alienum pro menſura emolumenti agnoſcant, *& cap.6.* de Primogenito in feudo ſuccedente & allodialibus, quomodo ad æs alienum teneatur *& ibi in c. ſeqq.* de materia, cõſimiliter de *Regula paterna paternis, materna maternis* agit Griuellus *deciſ.*109 & rurſus Chriſt. *d.loco n.9.* tradit, quod actiones hæreditariæ perſonales, hæredibus & in hæredes competant pro portionibus hæreditarijs, & non pro modo emolumenti (onera hæreditaria qualiter in hæredes, diuiſione facta, transferantur docet Nicol. Euerh. Præſes *conſil* 159.) unde infertur, quod Primogenitus, qui habet bona iure præcipui, quæ ei tanquam talia deferũtur, nõ plus ſoluat ratione primogenij, quã minores natu, etiamſi annuus reditus eſſet ſpecialiter ſuper bonis iuri primogenituræ ſubiectis, & ita iudicatum refert, quæ ampliatio videbatur repugnare traditis *num.* 14. vbi pro fundamento illius deciſionis adducit, quod actiones reales poſſeſſores ſequantur paſſiuè, quia, ut ſaluetur prior doctrina, poteſt intelligi, quod actiones reales poſſeſſores ſequantur reſpectu creditorũ, qui ſe velint, vel poſſeſſores vel hæredes convenire poſſunt, de quo ſupra de Iuriſdictione dictum fuit, ita tamen vt ſi hæres poſſeſſor conuentus in ſolidum velit rem obligatam relinquere, teneatur tantum pro virili & ſua parte ſolvere, qua perſonaliter obligatur, vt tradit idem Chriſt. *vol. 3. deciſ.*

19. *nu.* 9. alias alteri ita conuento competit regreſſus contra alios, iuxta tradita Chriſtinæi *vol.* 1. *deciſ.* 189. *n* 8. & *d. deciſ.* 19. *n* 9.

9. Regulare autem eſt, quod actiones perſonales paſſiuè inter hæredes diuidātur pro portionibus hæreditarijs, textus expreſſus *in l pro hæred. Cod. de hæred. act.* quod tamen fallit in aliquibus caſibus relatis *per gloſſ. in d. l. pro hæred.* Valla *de rebus dubijs Tractat.* 18. *n* 16. & *ſeq.* ſicut & quinq; modis dictam *l.* limitat Guido Papa *ſing.* 297. Boer. *deciſ.* 59. & 57. quid obtineat in re cenſuali & emphyteutica vide Gratianum *tom.* 1. *diſcept. forenſ. cap.* 150. *num.* 15 & *ſeqq.* aliquot caſus breuiter recenſet Chriſtin. *vol.* 3 *deciſ.* 19. *n.* 8. quibus hæredes tenentur in ſolidū. 1. in obligatione indiuidua. 2. Si res reſtituenda, creditori ſit obligata in ſolidum. 3. In pollicitatione Reipub. ob honorem defuncto delatum. 4. In alimentis 5. Si teſtator legauerit ab vno hærede creditori hæreditario ex cauſa compenſandi debiti, tunc enim hæres ad quantitatem legati fert onus æris alieni. 6. In actione funeraria. 7. In caſu *l. qui fundum* 87. §. *ſi tu ex parte, ff. ad l. falcid.* 8. Procedit quoque etiamſi vnus hæredum partem prædij pro cenſu hypothecati poſtularet, poteſt enim in ſolidum conueniri ſaluo eidem regreſſu contra ſuos hæredes, *at n. præced.* vult ex æquitate quadam, quando hæres eſt diues & creditor eſt pauper, quod hæres tunc teneatur vltra ſuam portionem, quod ita ſimpliciter & abſolutè nō auderem firmare, niſi forte hoc accipi debeat in caſu, quando alij cohæredes non exiſtunt ſoluendo, quaſi tunc hæres exiſtens ſoluendo, conſcientiam defuncti exonerare teneatur, ſed nec hoc indiſtinctè affirmare audeo, niſi ponantur termini habiles, ſi enim plures ſunt hæredes, ſingulos quoque bona accepiſſe præſuppono, nam licet hæreditas ſit nomen iuris, & quis hæres eſſe poſſit abſque commodo, vel abſq; eo, quod bona accipiat, hoc caſu tamen nō video, cur hæres diues teneatur exonerare conſcientiam defuncti, à quo nihil accipit, ſi autem ſolus ille accipit, & alij non, tunc vtiq, æquum & iuſtum eſt, vt ad hoc ipſum teneatur, ſi vero & cohæredes ipſius bona acceperunt, quemadmodum & ille, hoc inquam caſu, non auderē priorem ſententiā generaliter firmare, quippe creditor potius ſibi imputare habet, quod in tempore ſibi non vigilauerit, & de debitoribus hęreditariis ſuum non exegerit, imo per multa iura allegata docet Ann. Rober. *li.* 4. *rer. iud. c.* 13. pro primogenito hiſce formalibus, nam etſi cohæres defuncti inopiam cauſetur, aut ſe à cohærede ſpoliatum dicat, non tamen excuſatur, qui ęquo iure æs alienum luat, in quo cap. pro & contra arguit, an primogenitus cùm alijs cohæredib. pro modo emolumenti, an pro portionibus hęreditarijs æs alienum ſoluere teneatur, & dicit pro primigenito fuiſſe iudicatum, quod iuxta portiones hęreditarias, & non pro modo emolumenti æs alienum exſoluere teneatur, & ibi quomodo portiones hęreditarię conſtituātur, niſi forte caſus propoſitus ſit de anniuerſarijs ſoluendis, tunc hæres iſte, non ex æquitate, ſed ipſo iure in ſolidum conueniri poteſt Ric. *p.* 3. *coll.* 528. hoc exemplificat in anniuerſarijs, quæ relinquuntur Eccleſiæ pro defunctis.

Alium caſum format Iul. Clar. §. *fin. q.* 51. 10
n. 16. & *ſeqq.* quod de iure Canonico hæres teneatur ex delicto defuncti, ſaltem ad vires hæreditatis, pone igitur quod vnus eorum non ſit ſoluendo, dicitur ibi, quod alter tenebitur exonerare conſcientiam de-

funcți

Digitized by Google

functi præter allegat: ibidem, ſic quoq; docet Cacher. *deciſ.* 152 *cap. vlt. ibi gloſſ. de ſepult.* & indiſtinctè de iure Canon. hoc verum eſſe dicit Mynſ. *decad.* 3. *reſp.* 31. *nu.* 67. quod actio detur in hæredem, ſiue ex delicto, ſiue ex contractu, ſiue aliunde proueniat, quia & hoc intelligo, vt non teneatur dictus heres vltra id quod ad eum peruenit, Buſius *in l.* 1. *ff de p nu. delict. vbi Couarr. alioſque allegat*, & hoc eſt, quod ſuperius dictum fuit, quod teneatur ad vires hæreditatis, quibus non debet fieri ditior in detrimentũ animæ defuncti, neq; enim bona dicuntur niſi deducto eo, quod debetur, conſimiliter Quintil. Pater *declam.* 273. bona, ait, porro quę ſunt? vt opinor ea, quæ detractis alienis deprehenſa ſunt, ad materiã vide DD. in Baiard. *ad Clarum d. l allegatos*, & Gutierrez *in quæſt. Can li.* 2 *c.* 18. *nu.* 63. *& ſeqq.* DD. quoque in Surdo *conſ.* 425. *n.* 18. *c.* 16. *&* 23. quod morte delinquentis crimen extinguatur, nec cognoſci poſſit contra hæredem delinquẽtis, quoad pœnam exequendã, niſi iam in vita defuncti præceſſit declaratoria, & ſecundũ aliquos ibi relatos, ſi iam ſit inquiſitus vel excuſatus, imo quando memoria defuncti damnari poteſt, poſſunt & bona defunctorum apprehẽdi, ſed hoc intelligi dicit, dummodo intra quinquennium id fiat à morte delinquentis, prout & controuerſa eſt quęſtio, an filius vel etiam vxor teneantur ex mutuo à Patre inope ad alendam familiam accepto, *DD pro & contra allegat Additionator ad Hyppol. de Marſil. ſing* 224 ſed eam exactius tractat Sanchez *de matr. lib* 9. *diſp* 4 *n.* 28. *& ſeqq.* vbi pro affirmatiua multa iura & DD. adducit pro negatiua tamen cõcludit, cum notabili declaratione, & docet *ſub num.* 29. quod mulier lucris conſtante matrimonio renuncians (de communione bonorũ inter coniuges & de materia latè Chriſtin. *vol.* 1 *deciſ.* 209. *& aliquot ſeqq*) non teneatur ad æs alienum à viro, conſtante matrimonio contractum, quod aliqui ita intelligebant, ſi ante initum matrimonium deſuper conuẽtum vel contra ius communionis pactũ initium fuit, de priori quæſtione latè Bonacina circa 4. Decalogi præceptum *diſp.* 6. *q.* 100 *puncto* 7. *propoſ.* 2. *n.* 12. & quid iudicatum fuerit vide in Valaſco *tom.* 2. *conſ.* 128. & declarationem *ad tit. Cod.* ne filius pro patre in Cęuallos *in ſpeculo commun. opin. qu.* 727. *n.* 45 *& ſeqq.* & notabilia in Coratio *de Except. contra præiud. ſent. Excep.* 101. *& ſeqq. & ad tit. Cod Ne vxor pro marito*, Gammam *deciſ* 200 *&* 366. & Chriſtin. *vol.* 1 *deciſ.* 209. *& ſeqq.* quem titulum non ſeruari Coloniæ dicit Mynſ. 1 *obſeru.* 29. & ferè in Germania non ſeruari dicit Treutel. *p.* 2. *diſp.* 6. *theſ.* 7. *ſub litt. I*, ac tradit Chriſtin. *vol.* 2. *deciſ.* 127. *n.* 6. *& ſeqq.* quod mulieri contra rigorem conſuetudinis ſubueniatur beneficio reſtitutionis in integrum, de quo vide Griuell. *deciſ.* 20 *vbi per tot.* in varijs caſibus, in quib. mulier reſtituatur vel non, & in caſibus occurrentibus omnino conſulas Gamm. & Valaſc. *in locis allegatis* exactè tractantes, an mulier teneatur ſoluere debita vel eorundẽ partem conſtante matrimonio cõtracta & rurſus Valaſc. *in praxi part c.* 24. *per tot.* item an & quando teneatur ad debita contracta ante matrimonium Chriſtin *vol.* 3. *deciſ.* 52. *n* 5. *vbi & n.* 6. an ſi coniuges ſe obligauerint in ſolidum mulier ſoluto matrimonio ita conueniri poſſit *& in præced.* quomodo ſocij teneantur, de quo tractat *volum.* 1. *deciſ.* 165 *&* 208. ad æris alieni ſolutionem *& deciſ. præced* de communione coniugali.

10 Notabilia quoque tradit Ceuall. *in ſpeculo comm. opin. contra cõmunes qu.* 636. *nu.* 12. *&*

19. *nu.* 9. alias alteri ita conuento competit regreſſus contra alios, iuxta tradita Chriſtinæi *vol.*1.*deciſ.*189.*n* 8.*& d.deciſ.*19.*n* 9.

9. Regulare autem eſt, quod actiones perſonales paſſiuè inter hæredes diuidãtur pro portionibus hæreditarijs, textus expreſſus *in l pro hæred. Cod. de hæred. act.* quod tamen fallit in aliquibus caſibus relatis *per gloſſ. in d. l. pro hæred.* Valla *de rebus dubijs Tractat.*18. *n* 16. *& ſeq.* ſicut & quinq; modis dictam *l.* limitat Guido Papa *ſing.* 297. Boer. *deciſ.*59. *&* 57. quid obtineat in re cenſuali & emphyteutica vide Gratianum *tom.* 1. *diſcept. forenſ. cap.*150. *num.* 15 *& ſeqq.* aliquot caſus breuiter recenſet Chriſtin. *vol.*3 *deciſ.*19. *n.*8. quibus hæredes tenentur in ſolidũ 1. in obligatione indiuidua. 2. Si res reſtituenda, creditori ſit obligata in ſolidum. 3. In pollicitatione Reipub. ob honorem defuncto delatum. 4. In alimentis 5. Si teſtator legauerit ab vno hærede creditori hæreditario ex cauſa compenſandi debiti, tunc enim hæres ad quantitatem legati fert onus æris alieni. 6. In actione funeraria. 7. In caſu *l. qui fundum* 87. §. *ſi tu ex parte, ff. ad l. falcid.* 8. Procedit quoque etiamſi vnus hæredum partem prædij pro cenſu hypothecati poſtularet, poteſt enim in ſolidum conueniri ſaluo eidem regreſſu contra ſuos hæredes, *at n. præced.* vult ex æquitate quadam, quando hæres eſt diues & creditor eſt pauper, quod hæres tunc teneatur vltra ſuam portionem, quod ita ſimpliciter & abſolutè nõ auderem firmare, niſi forte hoc accipi debeat in caſu, quando alij cohæredes non exiſtunt ſoluendo, quaſi tunc hæres exiſtens ſoluendo, conſcientiam defuncti exonerare teneatur, ſed nec hoc indiſtinctè affirmare audeo, niſi ponantur termini habiles, ſi enim plures ſunt hæredes, ſingulos quoque bona accepiſſe præſuppono, nam licet hæreditas ſit nomen iuris, & quis hæres eſſe poſſit abſque commodo, vel abſq; eo, quod bona accipiat, hoc caſu tamen nõ video, cur hæres diues teneatur exonerare conſcientiam defuncti, à quo nihil accipit, ſi autem ſolus ille accipit, & alij non, tunc vtiq; æquum & iuſtum eſt, vt ad hoc ipſum teneatur, ſi vero & cohæredes ipſius bona acceperunt, quemadmodum & ille, hoc inquam caſu, non auderẽ priorem ſententiã generaliter firmare, quippe creditor potius ſibi imputare habet, quod in tempore ſibi non vigilauerit, & de debitoribus hęreditariis ſuum non exegerit, imo per multa iura allegata docet Ann. Rober. *li.*4. *rer. iud. c.*13. pro primogenito hiſce formalibus, nam etſi cohæres defuncti inopiam cauſetur, aut ſe à cohærede ſpoliatum dicat, non tamen excuſatur, qui ęquo iure æs alienum luat, in quo cap. pro & contra arguit, an primogenitus cùm alijs cohæredib. pro modo emolumenti, an pro portionibus hęreditarijs æs alienum ſoluere teneatur, & dicit pro primigenito fuiſſe iudicatum, quod iuxta portiones hęreditarias, & non pro modo emolumenti æs alienum exſoluere teneatur, & ibi quomodo portiones hęreditarię conſtituãtur, niſi forte caſus propoſitus ſit de anniuerſarijs ſoluendis, tunc hæres iſte, non ex æquitate, ſed ipſo iure in ſolidum conueniri poteſt Ric. *p.*3. *coll.*528. hoc exemplificat in anniuerſarijs, quæ relinquuntur Eccleſiæ pro defunctis.

Alium caſum format Iul. Clar. §. *fin. q.*51. 10
*n.*16. *& ſeqq.* quod de iure Canonico hæres teneatur ex delicto defuncti, ſaltem ad vires hæreditatis, pone igitur quod vnus eorum non ſit ſoluendo, dicitur ibi, quod alter tenebitur exonerare conſcientiam defuncti

Digitized by Google

functi præter allegat: ibidem, ſic quoq; docet Cacher. *deciſ.* 152 *cap. vlt. ibi gloſſ. de ſepult.* & indiſtinctè de iure Canon. hoc verum eſſe dicit Mynſ. *decad.* 3. *reſp.* 31. *nu.* 67. quod actio detur in hæredem, ſiue ex delicto, ſiue ex contractu, ſiue aliunde proueniat, quia & hoc intelligo, vt non teneatur dictus hęres vltra id quod ad eum peruenit, Buſius *in l.* 1. *ff de priu. delict. vbi Couarr. aliosque allegat*, & hoc eſt, quod ſuperius dictum fuit, quod teneatur ad vires hæreditatis, quibus non debet fieri ditior in detrimentũ animæ defuncti, neq; enim bona dicuntur niſi deducto eo, quod debetur, conſimiliter Quintil. Pater *declam.* 273. bona, ait, porro quę ſunt? vt opinor ea, quæ detractis alienis deprehenſa ſunt. ad materiã vide DD. in Baiard. *ad Clarum d. l allegatos*, & Gutierrez *in quæſt. Can li.* 2 *c.* 18. *nu.* 63. *& ſeqq.* DD. quoque in Surdo *conſ.* 425. *n.* 18 *c.* 16. *&* 23. quod morte delinquentis crimen extinguatur, nec cognoſci poſſit contra hæredem delinquẽtis, quoad pœnam exequendã, niſi iam in vita defuncti præceſſit declaratoria, & ſecundũ aliquos ibi relatos, ſi iam ſit inquiſitus vel excuſatus, imo quando memoria defuncti damnari poteſt, poſſunt & bona defunctorum apprehẽdi, ſed hoc intelligi dicit, dummodo intra quinquennium id fiat à morte delinquentis, prout & controuerſa eſt quęſtio, an filius vel etiam vxor teneantur ex mutuo à Patre inope ad alendam familiam accepto, *DD pro & contra allegat Additionator ad Hyppol. de Marſil. ſing* 224 ſed eam exactius tractat Sanchez *de matr. lib* 9. *diſp* 4 *n.* 28. *& ſeqq.* vbi pro affirmatiua multa iura & DD. adducit pro negatiua tamen cõcludit, cum notabili declaratione, & docet *ſub num.* 29. quod mulier lucris conſtante matrimonio renuncians (de communione bonorũ inter coniuges & de materia latè Chriſtin. *vol.* 1 *deciſ.* 209. *& aliquot ſeqq*) non teneatur ad æs alienum à viro, conſtante matrimonio contractum, quod aliqui ita intelligebant, ſi ante initum matrimonium deſuper conuẽtum vel contra ius communionis pactũ initium fuit, de priori quæſtione latè Bonacina circa 4. Decalogi præceptum *diſp.* 6. *q.* 100 *puncto* 7. *propoſ.* 2. *n.* 12. & quid iudicatum fuerit vide in Valaſco *tom.* 2. *conſ.* 128. & declarationem *ad tit. Cod.* ne filius pro patre in Cęuallos *in ſpeculo commun. opin. qu.* 727. *n.* 45 *& ſeqq.* & notabilia in Coratio *de Except. contra præiud. ſent. Excep.* 101. *& ſeqq. & ad tit. Cod Ne vxor pro marito*, Gammam *deciſ* 200 *&* 366. & Chriſtin. *vol.* 1 *deciſ.* 209. *& ſeqq.* quem titulum non ſeruari Coloniæ dicit Mynſ. 1 *obſeru.* 29. & ferè in Germania non ſeruari dicit Treutel. *p.* 2. *diſp.* 6. *theſ.* 7. *ſub litt.* I. ac tradit Chriſtin. *vol.* 2. *deciſ.* 127. *n.* 6. *& ſeqq.* quod mulieri contra rigorem conſuetudinis ſubueniatur beneficio reſtitutionis in integrum, de quo vide Griuell. *deciſ.* 20 *vbi per tot.* in varijs caſibus, in quib. mulier reſtituatur vel non, & in caſibus occurrentibus omnino conſulas Gamm. & Valaſc. *in locis allegatis* exactè tractantes, an mulier teneatur ſoluere debita vel eorundẽ partem conſtante matrimonio cõtracta & rurſus Valaſc. *in praxi part. c.* 24. *per tot.* item an & quando teneatur ad debita contracta ante matrimonium Chriſtin *vol.* 3. *deciſ.* 52. *n* 5. *vbi & n.* 6. an ſi coniuges ſe obligauerint in ſolidum mulier ſoluto matrimonio ita conueniri poſſit *& in præced.* quomodo ſocij teneantur, de quo tractat *volum.* 1 *deciſ.* 165 *&* 208. ad æris alieni ſolutionem *& deciſ. præced.* de communione coniugali.

Notabilia quoque tradit Cauall. *in ſpeculo comm. opin. contra cõmunes qu.* 636. *nu.* 12. 10

&

Digitized by Google

19. *nu.* 9. alias alteri ita conuento competit regreſſus contra alios, iuxta tradita Chriſtinæi *vol.*1.*deciſ.*189.*n* 8.*& d.deciſ.*19.*n* 9.

9. Regulare autem eſt, quod actiones perſonales paſſiuè inter hæredes diuidũtur pro portionibus hæreditarijs, textus expreſſus *in l pro hæred. Cod. de hæred. act.* quod tamen fallit in aliquibus caſibus relatis *per gloſſ. in d. l. pro hæred.* Valla *de rebus dubijs Tractat.*18. *n* 16. *& ſeq.* ſicut & quinq; modis dictam *l.* limitat Guido Papa *ſing.* 297. Boer. *deciſ.*59. *&* 57. quid obtineat in re cenſuali & emphyteutica vide Gratianum *tom.* 1. *diſcept. forenſ. cap.*150. *num.* 15 *& ſeqq.* aliquot caſus breuiter recenſet Chriſtin. *vol.*3 *deciſ.*19.*n.*8. quibus hæredes tenentur in ſolidũ. 1. in obligatione indiuidua. 2. Si res reſtituenda, creditori ſit obligata in ſolidum. 3. In pollicitatione Reipub. ob honorem defuncto delatum. 4. In alimentis 5. Si teſtator legauerit ab vno hærede creditori hæreditario ex cauſa compenſandi debiti, tunc enim hæres ad quantitatem legati fert onus æris alieni. 6. In actione funeraria. 7. In caſu *l. qui fundum* 87. §. *ſi tu ex parte, ff. ad l. falcid.* 8. Procedit quoque etiamſi vnus hæredum partem prædij pro cenſu hypothecati poſtularet, poteſt enim in ſolidum conueniri ſaluo eidem regreſſu contra ſuos hæredes, *at n. præced.* vult ex æquitate quadam, quando hæres eſt diues & creditor eſt pauper, quod hæres tunc teneatur vltra ſuam portionem, quod ita ſimpliciter & abſolutè nõ auderem firmare, niſi forte hoc accipi debeat in caſu, quando alij cohæredes non exiſtunt ſoluendo, quaſi tunc hæres exiſtens ſoluendo, conſcientiam defuncti exonerare teneatur, ſed nec hoc indiſtinctè affirmare audeo, niſi ponantur termini habiles, ſi enim plures ſunt hæredes, ſingulos quoque bona accepiſſe præſuppono, nam licet hæreditas ſit nomen iuris, & quis hæres eſſe poſſit abſque commodo, vel abſq; eo, quod bona accipiat, hoc caſu tamen nõ video, cur hæres diues teneatur exonerare conſcientiam defuncti, à quo nihil accipit, ſi autem ſolus ille accipit, & alij non, tunc vtiq, æquum & iuſtum eſt, vt ad hoc ipſum teneatur, ſi vero & cohæredes ipſius bona acceperunt, quemadmodum & ille, hoc inquam caſu, non auderẽ priorem ſententiã generaliter firmare, quippe creditor potius ſibi imputare habet, quod in tempore ſibi non vigilauerit, & de debitoribus hęreditariis ſuum non exegerit, imo per multa iura allegata docet Ann. Rober. *li.*4. *rer. iud. c.*13. pro primogenito hiſce formalibus, nam etſi cohæres defuncti inopiam cauſetur, aut ſe à cohærede ſpoliatum dicat, non tamen excuſatur, qui ęquo iure æs alienum luat, in quo cap. pro & contra arguit, an primogenitus cùm alijs cohæredib. pro modo emolumenti, an pro portionibus hęreditarijs æs alienum ſoluere teneatur, & dicit pro primigenito fuiſſe iudicatum, quod iuxta portiones hęreditarias, & non pro modo emolumenti æs alienum exſoluere teneatur. & ibi quomodo portiones hęreditarię conſtituãtur, niſi forte caſus propoſitus ſit de anniuerſarijs ſoluendis, tunc hæres iſte, non ex æquitate, ſed ipſo iure in ſolidum conueniri poteſt Ric. *p.*3. *coll.*528. hoc exemplificat in anniuerſarijs, quæ relinquuntur Eccleſiæ pro defunctis.

Alium caſum format Iul. Clar. §. *fin. q.*51. 10 *n.*16. *& ſeqq.* quod de iure Canonico hæres teneatur ex delicto defuncti, ſaltem ad vires hæreditatis, pone igitur quod vnus eorum non ſit ſoluendo, dicitur ibi, quod alter tenebitur exonerare conſcientiam defuncti

Digitized by Google

functi præter allegat: ibidem, ſic quoq; docet Cacher. *deciſ.* 152 *cap. vlt. ibi gloſſ. de ſepult.* & indiſtinctè de iure Canon. hoc verum eſſe dicit Mynſ. *decad.* 3. *reſp.* 31. *nu.* 67. quod actio detur in hæredem, ſiue ex delicto, ſiue ex contractu, ſiue aliunde proueniat, quia & hoc intelligo, vt non teneatur dictus hęres vltra id quod ad eum peruenit, Buſius *in l.* 1. *ff de p œn. delict. vbi Couarr. alioſque allegat*, & hoc eſt, quod ſuperius dictum fuit, quod teneatur ad vires hæreditatis, quibus non debet fieri ditior in detrimentũ animæ defuncti, neq; enim bona dicuntur niſi deducto eo, quod debetur, conſimiliter Quintil. Pater *declam.* 273. bona, ait, porro quę ſunt? vt opinor ea, quæ detractis alienis deprehenſa ſunt, ad materiã vide DD. in Baiard. *ad Clarum d. l allegatos*, & Gutierrez *in quæſt. Can li.* 2 *c.* 18. *nu.* 63. *& ſeqq.* DD. quoque in Surdo *conſ.* 425. *n.* 18. *c.* 16. *&* 23. quod morte delinquentis crimen extinguatur, nec cognoſci poſſit contra hæredem delinquẽtis, quoad pœnam exequendã, niſi iam in vita defuncti præceſſit declaratoria, & ſecundũ aliquos ibi relatos, ſi iam ſit inquiſitus vel excuſatus, imo quando memoria defuncti damnari poteſt, poſſunt & bona defunctorum apprehẽdi, ſed hoc intelligi dicit, dummodo intra quinquennium id fiat à morte delinquentis, prout & controuerſa eſt quęſtio, an filius vel etiam vxor teneantur ex mutuo à Patre inope ad alendam familiam accepto, *DD pro & contra allegat Addit ionator ad Hyppol. de Marſil. ſing* 224 ſed eam exactius tractat Sanhez *de matr. lib* 9. *diſp* 4 *n.* 28. *& ſeqq.* vbi pro affirmatiua multa iura & DD. adducit pro negatiua tamen cõcludit, cum notabili declaratione, & docet *ſub num.* 29. quod mulier lucris conſtante matrimonio renuncians (de communione bonorũ inter coniuges & de materia latè Chriſtin. *vol.* 1 *deciſ.* 209. *& aliquot ſeqq*) non teneatur ad æs alienum à viro, conſtante matrimonio contractum, quod aliqui ita intelligebant, ſi ante initum matrimonium deſuper conuẽtum vel contra ius communionis pactũ initium fuit, de priori quæſtione latè Bonacina circa 4. Decalogi præceptum *diſp.* 6. *q.* 100 *puncto* 7. *propoſ.* 2. *n.* 12. & quid iudicatum fuerit vide in Valaſco *tom.* 2. *conſ.* 128. & declarationem *ad tit. Cod.* ne filius pro patre in Cęuallos *in ſpeculo commun. opin. qu.* 727. *n.* 45 *& ſeqq.* & notabilia in Coratio *de Except. contra præiud. ſent. Excep.* 101. *& ſeqq. & ad tit. Cod Ne vxor pro marito*, Gammam *deciſ* 200 *&* 366. & Chriſtin. *vol.* 1 *deciſ.* 209. *& ſeqq.* quem titulum non ſeruari Coloniæ dicit Mynſ. 1 *obſeru.* 29. & ferè in Germania non ſeruari dicit Treutel. *p.* 2. *diſp.* 6. *theſ.* 7. *ſub litt.* 1, ac tradit Chriſtin. *vol.* 2. *deciſ.* 127. *n.* 6. *& ſeqq.* quod mulieri contra rigorem conſuetudinis ſubueniatur beneficio reſtitutionis in integrum, de quo vide Griuell. *deciſ.* 20 *vbi per tot.* in varijs caſibus, in quib. mulier reſtituatur vel non, & in caſibus occurrentibus omnino conſulas Gamm. & Valaſc. *in locis allegatis* exactè tractantes, an mulier teneatur ſoluere debita vel eorundẽ partem conſtante matrimonio cõtracta & rurſus Valaſc. *in praxi part c.* 24. *per tot.* item an & quando teneatur ad debita contracta ante matrimonium Chriſtin *vol.* 3. *deciſ.* 52. *n* 5. *vbi & n.* 6. an ſi coniuges ſe obligauerint in ſolidum mulier ſoluto matrimonio ita conueniri poſſit *& in præced.* quomodo ſocij teneantur, de quo tractat *volum.* 1. *deciſ.* 165 *&* 208. ad æris alieni ſolutionem *& deciſ. præced* de communione coniugali.

Notabilia quoque tradit Caual l. *in ſpeculo comm. opin. contra cõmunes qu.* 636. *nu.* 12. 10

&

19. *nu.* 9. alias alteri ita conuento competit regreſſus contra alios, iuxta tradita Chriſtinæi *vol.* 1. *deciſ.* 189. *n* 8. *& d. deciſ.* 19. *n* 9.

9. Regulare autem eſt, quod actiones perſonales paſſiuè inter hæredes diuidãtur pro portionibus hæreditarijs, textus expreſſus *in l pro hæred. Cod. de hæred. act.* quod tamen fallit in aliquibus caſibus relatis *per gloſſ. in d. l. pro hæred.* Valla *de rebus dubijs Tractat.* 18. *n* 16. *& ſeq.* ſicut & quinq; modis dictam *l.* limitat Guido Papa *ſing.* 297. Boer. *deciſ.* 59. *&* 57. quid obtineat in re cenſuali & emphyteutica vide Gratianum *tom.* 1. *diſcept. forenſ. cap.* 150. *num.* 15 *& ſeqq.* aliquot caſus breuiter recenſet Chriſtin. *vol.* 3 *deciſ.* 19. *n.* 8. quibus hæredes tenentur in ſolidũ 1. in obligatione indiuidua. 2. Si res reſtituenda, creditori ſit obligata in ſolidum. 3. In pollicitatione Reipub. ob honorem defuncto delatum. 4. In alimentis 5. Si teſtator legauerit ab vno hærede creditori hæreditario ex cauſa compenſandi debiti, tunc enim hæres ad quantitatem legati fert onus æris alieni. 6. In actione funeraria. 7. In caſu *l. qui fundum* 87. §. *ſi tu ex parte, ff. ad l. falcid.* 8. Procedit quoque etiamſi vnus hæredum partem prædij pro cenſu hypothecati poſtularet, poteſt enim in ſolidum conueniri ſaluo eidem regreſſu contra ſuos hæredes, *at n. præced.* vult ex æquitate quadam, quando hæres eſt diues & creditor eſt pauper, quod hæres tunc teneatur vltra ſuam portionem, quod ita ſimpliciter & abſolutè nõ auderem firmare, niſi forte hoc accipi debeat in caſu, quando alij cohæredes non exiſtunt ſoluendo, quaſi tunc hæres exiſtens ſoluendo, conſcientiam defuncti exonerare teneatur, ſed nec hoc indiſtinctè affirmare audeo, niſi ponantur termini habiles, ſi enim plures ſunt hæredes, ſingulos quoque bona accepiſſe præſuppono, nam licet hæreditas ſit nomen iuris, & quis hæres eſſe poſſit abſque commodo, vel abſq; eo, quod bona accipiat, hoc caſu tamen nõ video, cur hæres diues teneatur exonerare conſcientiam defuncti, à quo nihil accipit, ſi autem ſolus ille accipit, & alij non, tunc vtiq; æquum & iuſtum eſt, vt ad hoc ipſum teneatur, ſi vero & cohæredes ipſius bona acceperunt, quemadmodum & ille, hoc inquam caſu, non auderẽ priorem ſententiã generaliter firmare, quippe creditor potius ſibi imputare habet, quod in tempore ſibi non vigilauerit, & de debitoribus hæreditariis ſuum non exegerit, imo per multa iura allegata docet Ann. Rober. *li.* 4. *rer. iud. c.* 13. pro primogenito hiſce formalibus, nam etſi cohæres defuncti inopiam cauſetur, aut ſe à cohærede ſpoliatum dicat, non tamen excuſatur, qui ęquo iure æs alienum luat, in quo cap. pro & contra arguit, an primogenitus cùm alijs cohæredib. pro modo emolumenti, an pro portionibus hęreditarijs æs alienum ſoluere teneatur, & dicit pro primogenito fuiſſe iudicatum, quod iuxta portiones hęreditarias, & non pro modo emolumenti æs alienum exſoluere teneatur, & ibi quomodo portiones hęreditarię conſtituãtur, niſi forte caſus propoſitus ſit de anniuerſarijs ſoluendis, tunc hæres iſte, non ex æquitate, ſed ipſo iure in ſolidum conueniri poteſt Ric. *p.* 3. *coll.* 528. hoc exemplificat in anniuerſarijs, quæ relinquuntur Eccleſiæ pro defunctis.

Alium caſum format Iul. Clar. §. *fin. q.* 51. *n.* 16. *& ſeqq.* quod de iure Canonico hæres teneatur ex delicto defuncti, ſaltem ad vires hæreditatis, pone igitur quod vnus eorum non ſit ſoluendo, dicitur ibi, quod alter tenebitur exonerare conſcientiam defuncti 10

Digitized by Google

functi præter allegat: ibidem, ſic quoq; docet Cacher. *deciſ.* 152 *cap. vlt. ibi gloſſ. de ſepult.* & indiſtinctè de iure Canon. hoc verum eſſe dicit Mynſ. *decad.* 3. *reſp.* 31. *nu.* 67. quod actio detur in hæredem, ſiue ex delicto, ſiue ex contractu, ſiue aliunde proueniat, quia & hoc intelligo, vt non teneatur dictus hęres vltra id quod ad eum peruenit, Buſius *in l. 1. ff de p su. delict. vbi Couarr. alioſque allegat*, & hoc eſt, quod ſuperius dictum fuit, quod teneatur ad vires hæreditatis, quibus non debet fieri ditior in detrimentū animæ defuncti, neq; enim bona dicuntur niſi deducto eo, quod debetur, conſimiliter Quintil. Pater *declam.* 273. bona, ait, porro quę ſunt? vt opinor ea, quæ detractis alienis deprehenſa ſunt, ad materiā vide DD. in Baiard. *ad Clarum d. l allegatos*, & Gutierrez *in quæſt. Can li.* 2 *c.* 18. *nu.* 63. *& ſeqq.* DD. quoque in Surdo *conſ.* 425. *n.* 18. *c.* 16. *&* 23. quod morte delinquentis crimen extinguatur, nec cognoſci poſſit contra hæredem delinquētis, quoad pœnam exequendā, niſi iam in vita defuncti præceſſit declaratoria, & ſecundū aliquos ibi relatos, ſi iam ſit inquiſitus vel excuſatus, imo quando memoria defuncti damnari poteſt, poſſunt & bona defunctorum apprehēdi, ſed hoc intelligi dicit, dummodo intra quinquennium id fiat à morte delinquentis, prout & controuerſa eſt quęſtio, an filius vel etiam vxor teneantur ex mutuo à Patre inope ad alendam familiam accepto, *DD pro & contra allegat Additionator ad Hyppol. de Marſil. ſing.* 224 ſed eam exactius tractat Sanhez *de matr. lib* 9. *diſp* 4 *n.* 28. *& ſeqq.* vbi pro affirmatiua multa iura & DD. adducit pro negatiua tamen cōcludit, cum notabili declaratione, & docet *ſub num.* 29. quod mulier lucris conſtante matrimonio renuncians (de communione bonorū inter coniuges & de materia latè Chriſtin. *vol.* 1 *deciſ.* 209. *& aliquot ſeqq*) non teneatur ad æs alienum à viro, conſtante matrimonio contractum, quod aliqui ita intelligebant, ſi ante initum matrimonium deſuper conuētum, vel contra ius communionis pactū initium fuit, de priori quæſtione latè Bonacina circa 4. Decalogi præceptum *diſp.* 6. *q.* 100 *puncto* 7. *propoſ.* 2. *n.* 12. & quid iudicatum fuerit vide in Valaſco *tom.* 2. *conſ.* 128. & declarationem *ad tit. Cod.* ne filius pro patre in Cęuallos *in ſpeculo commun. opin. qu.* 727. *n.* 45. *& ſeqq.* & notabilia in Coratio *de Except. contra præiud. ſent. Excep.* 101. *& ſeqq. & ad tit. Cod Ne vxor pro marito*, Gammam *deciſ* 200 *&* 366. & Chriſtin. *vol.* 1 *deciſ.* 209. *& ſeqq.* quem titulum non ſeruari Coloniæ dicit Mynſ. 1 *obſeru.* 29. & ferè in Germania non ſeruari dicit Treutel. *p.* 2. *diſp.* 6. *theſ.* 7. *ſub litt.* 1. ac tradit Chriſtin. *vol.* 2. *deciſ.* 127. *n.* 6. *& ſeqq.* quod mulieri contra rigorem conſuetudinis ſubueniatur beneficio reſtitutionis in integrum, de quo vide Griuell. *deciſ.* 20 *vbi per tot.* in varijs caſibus, in quib. mulier reſtituatur vel non, & in caſibus occurrentibus omnino conſulas Gamm. & Valaſc. *in locis allegatis* exactè tractantes, an mulier teneatur ſoluere debita vel eorundē partem conſtante matrimonio cōtracta & rurſus Valaſc. *in praxi part c.* 24. *per tot.* item an & quando teneatur ad debita contracta ante matrimonium Chriſtin *vol.* 3. *deciſ.* 52. *n* 5. *vbi & n.* 6. an ſi coniuges ſe obligauerint in ſolidum mulier ſoluto matrimonio ita conueniri poſſit *& in præced.* quomodo ſocij teneantur, de quo tractat *volum.* 1. *deciſ.* 165 *&* 208. ad æris alieni ſolutionem *& deciſ. præced* de communione coniugali.

Notabilia quoque tradit Caualll. *in ſpeculo comm. opin. contra cōmunes qu.* 636. *nu.* 12. 10

&

functi præter allegat: ibidem, ſic quoq; docet Cacher. *deciſ. 152 cap. vlt. ibi gloſſ. de ſepult.* & indiſtinctè de iure Canon. hoc verum eſſe dicit Mynſ. *decad. 3. reſp. 31. nu. 67.* quod actio detur in hæredem, ſiue ex delicto, ſiue ex contractu, ſiue aliunde proueniat, quia & hoc intelligo, vt non teneatur dictus heres vltra id quod ad eum peruenit, Buſius *in l. 1. ff de pœn. delict. vbi Couarr. alioſque allegat*, & hoc eſt, quod ſuperius dictum fuit, quod teneatur ad vires hæreditatis, quibus non debet fieri ditior in detrimentū animæ defuncti, neq; enim bona dicuntur niſi deducto eo, quod debetur, conſimiliter Quintil. Pater *declam.* 273. bona, ait, porro quę ſunt? vt opinor ea, quæ detractis alienis deprehenſa ſunt, ad materiā vide DD. in Baiard. *ad Clarum d. l allegatos*, & Gutierrez *in quæſt. Can li. 2 c. 18. nu. 63. & ſeqq.* DD. quoque in Surdo *conſ. 425. n. 18 c. 16. & 23.* quod morte delinquentis crimen extinguatur, nec cognoſci poſſit contra hæredem delinquētis, quoad pœnam exequendā, niſi iam in vita defuncti præceſſit declaratoria, & ſecundū aliquos ibi relatos, ſi iam ſit inquiſitus vel excuſatus, imo quando memoria defuncti damnari poteſt, poſſunt & bona defunctorum apprehēdi, ſed hoc intelligi dicit, dummodo intra quinquennium id fiat à morte delinquentis, prout & controuerſa eſt quęſtio, an filius vel etiam vxor teneantur ex mutuo à Patre inope ad alendam familiam accepto, *DD pro & contra allegat Additionator ad Hyppol. de Marſil. ſing* 224 ſed eam exactius tractat Sanchez *de matr. lib 9. diſp 4 n. 28 & ſeqq.* vbi pro affirmatiua multa iura & DD. adducit pro negatiua tamen cōcludit, cum notabili declaratione, & docet *ſub num.* 29. quod mulier lucris conſtante matrimonio renuncians (de communione bonorū inter coniuges & de materia latè Chriſtin. *vol. 1 deciſ.* 209. *& aliquot ſeqq*) non teneatur ad æs alienum à viro, conſtante matrimonio contractum, quod aliqui ita intelligebant, ſi ante initum matrimonium deſuper conuetum vel contra ius communionis pactū initium fuit, de priori quæſtione latè Bonacina circa 4. Decalogi præceptum *diſp. 6. q. 100 puncto 7. propoſ. 2. n. 12.* & quid iudicatum fuerit vide in Valaſco *tom. 2. conſ.* 128. & declarationem *ad tit. Cod.* ne filius pro patre in Cęuallos *in ſpeculo commun. opin. qu.* 727. *n.* 45 *& ſeqq.* & notabilia in Coratio *de Except. contra præiud. ſent. Excep.* 101. *& ſeqq. & ad tit. Cod Ne vxor pro marito*, Gammam *deciſ* 200 *&* 366. & Chriſtin. *vol. 1 deciſ.* 209. *& ſeqq.* quem titulum non ſeruari Coloniæ dicit Mynſ. 1 *obſeru.* 29. & ferè in Germania non ſeruari dicit Treutel. *p. 2. diſp. 6. theſ. 7. ſub litt. I*, ac tradit Chriſtin. *vol. 2. deciſ. 127. n. 6. & ſeqq.* quod mulieri contra rigorem conſuetudinis ſubueniatur beneficio reſtitutionis in integrum, de quo vide Griuell. *deciſ. 20 vbi per tot.* in varijs caſibus, in quib. mulier reſtituatur vel non, & in caſibus occurrentibus omnino conſulas Gamm. & Valaſc. *in locis allegatis* exactè tractantes, an mulier teneatur ſoluere debita vel eorundē partem conſtante matrimonio cōtracta & rurſus Valaſc. *in praxi part c. 24. per tot.* item an & quando teneatur ad debita contracta ante matrimonium Chriſtin *vol. 3. deciſ. 52. n 5. vbi & n. 6.* an ſi coniuges ſe obligauerint in ſolidum mulier ſoluto matrimonio ita conueniri poſſit *& in præced.* quomodo ſocij teneantur, de quo tractat *volum. 1. deciſ.* 165 *&* 208. ad æris alieni ſolutionem *& deciſ. præced* de communione coniugali.

Notabilia quoque tradit Caualł. *in ſpeculo comm. opin. contra cōmunes qu. 656. nu. 12.* 10 &

& ſeqq. an ſucceſſor in maioratu, vel alius particularis ſucceſſor teneatur debita à defuncto contracta, vel onera rei inhærentia luere, an vero hæres, de quo latiùs agit *quæſt.* 747. vbi diſtinguit inter cenſum perpetuum, & redimibilem, nam ſi legetur domus, ſuper qua eſt cenſus redimibilis impoſitus, ſolutio & redemptio illius pertinebit ad hæredes, non vero ad legatarium domus cenſui obnoxiæ, vbi contraria reſoluit & dicit illa menti tenenda, tanquam in praxi quotidiana alias docet Gratianus *tom. 2. diſcept. forenſ. cap.* 244. *num.* 39. *& ſeqq.* de Legato rei, pro quo ſoluitur annuus cenſus, quod eum ſoluet legatarius, & de cenſu ſuper re impoſito, quod debeatur ab uſufructuario, emphyteuta, & alio poſſeſſore, & in præced. quando non teneatur ad annuum cenſum ſuper omnibus rebus impoſitum, item an vſusfructuarius & legatarius teneatur ad collectas & de vſufructuario omnium bonorum, item fideicommiſſario, ad quæ teneatur, vide ad eum, & nota quoque tanquam in praxi quotidiana.

12. Conſulendus etiam erit Franciſcus de Barri *de ſucceſſione teſtati & inteſt. lib.* 9. *tit.* 4. *per tot.* quid teſtator cenſeatur legaſſe, & quod ſi res legata ſit affecta aliquo onere, an teſtator eam liberè legaſſe cenſeatur, ibi & de luitione pignoris, & quid ſi ſuper fundo legato reditus ſit, Neoſtadius *deciſ.* 11. teſtatur iudicatum, quod onus luendi pignoris non ad hæredem, ſed ad legatarium ſpectet, ſi res quam teſtator ſciens legauerat pro debito iteratiuo obligata eſt, vel annuus reditus inde præſtabatur, ſecus eſſe dicit, ſi fuiſſet ſimplex debitum, quod ſingulis annis non renaſceretur, quia ſic ad ignorantiam vel ſcientiam teſtatoris recurrendum erit, *vel in* §. *ſed & ſi rem inſtitut. de legatis.* Madæus *de pignorib. cap. quarto in principio* ibi plenè, Wurmbſerus *pract. obſeruat. lib.* 1. *tit. de legatis obſeru.* 1. an legatum tranſeat cum onere, & quis debeat rem oppignoratam luere, pretium rei venditæ inſolutum perſoluere, & ſimilia, pleniſſimè tractat Pinellus *in lib.* 1. *part.* 2. *Cod. de bonis maternis numer.* 68. *& ſeqq.* de materia & quis teneatur ad onera vel non.

Prioris & ſecundi matrimonij liberi quomodo ſuccedant, & debita ſoluant Antonius Feronius *in conſuet. Burgdeg. lib.* 2. *tit.* 5. §. 17. & quod fauore alimentorum contra vnum ex hæredibus in ſolidum competat actio cum declaratione Caſparus Anthonius Theſaurus *lib.* 2. *quæſt. forenſ.* 67. & quid ſtante hypotheca, qui *quæſt.* 85. quærit, an vnus ex hæredibus poſſit conueniri in ſolidum ad cenſum ſoluendum, & licet ibi multi præſtantes Doctores allegentur in contrarium, tamen iudicatum fuit, quod poſſeſſor hæres teneatur ad dimittendum bona obnoxia tenenda iure pignoris, donec totum debitum fuerit ſolutum, ita tenet Couarruuias *ibi allegatus*, quamuis ipſe Theſaurus hoc ipſum rurſus declaret, vt procedat in quantum rei poſſeſſæ valor, & qualitas patiatur, & quid iudicatum fuerit, quando agitur hypothecaria Surdus *conſ.* 209. *num.* 8. *& 9.* 13.

An hæres vel fideicommiſſarius ſoluat legata Franciſcus de Barri *dicto Tractat. lib.* 8. *tit.* 16. ſimile in Gail. 2. *obſeru.* 154. item an hæres teneatur de euictione rei legatæ, Surdus *conſil.* 517. *num.* 25. *& ſeqq.* rurſus de uſufructuario omnium bono- 14

Digitized by Google

bonorum, an teneatur ad æs alienum Pariſius *volumin. 2. conſ. 94. num. 20. & ſequent.* de quo diſtinctè agit Caſtil. in ſuo elaganti Tract. de vſufruct. ſi autem quis ſit vſufructuarius omnium bonorum, & legatarij & creditores inſtent, quid faciendum ſit legatarijs, vt ſuum conſequantur & quid in vſusfructuario docet Matthesil. *ſingul. 4.* item an hæres vel legatarius ſoluat gabellam, Karpzouius *p. 3. conſt. ſaxo. 38. def. 15.* vbi reſoluit, quod legatarius teneatur, vide & Gratianum *dicto loco, qui & cap. 62.* reſoluit, cuius periculo res legata differatur.

15. Præterea an Donatarius omnium bonorum teneatur ad ſolutionem æris alieni Ant: Faber *in Cod. de donat. def. 4. 5.* 10. & 11. Christinæus *eodem tit. vol. 4. deciſ.* 190. vtrum autem iſte donatarius hæredis loco conueniri poſſit, & quouſq; tractat Papon: *de arreſtis lib. 11. tit. 2. vbi & in append: quid ſi non fecit inuentarium & tit. 3. Arr. 1. & 3. de hypotheca in cenſibus & reditibus indiuidua*, & quod diſcuſſio non requiratur vbi contra ipſum debitorem agitur, quod & alibi ex cõmuni probaui procedere in annuo reditu, videlicet quod poſſeſſor abſq; diſcuſſione conueniri poſſit, ſic & venditor domus vel fundi, tenetur ea libera præſtare ab omni onere, fundumq; exonerare omni annuo reditu, & emptorem reddere indemnẽ, quæ obligatio venditoris eſt indiuidua, ita vt eo mortuo ſinguli eius hæredes teneãtur in ſolidum, quia annuus reditus non poteſt pro parte redemi, ita reſoluit Christinæus *v. 1. deciſ. 220. n. 5.* in qua deciſ: diſcutitur, an & quando hypotheca reſpectu creditorum ſit diuidua vel indiuidua, & quando non, *& in præced. deciſ. aliqua not: de annuis reditib. vbi & deciſ: 217.* an annuus reditus pecunia conſtituti in frumento, vino &c. ſint reducibiles in pretium pecuniarum, de quo etiam agit *deciſ: 214. & deciſ: 367.* redituum ceſſorum petitio, vbinam & contra quem fieri debeat, & an æs alienum à ſocio contractũ, de communi ſoluendum ſit Mantica *de tacitis & ambig. lib. 6. tit. 22.*

Rurſus Christinæus *volumin. 1. deciſ. 213.* vidua quæ habet omnia mobilia, ad quæ debita teneatur, *& deciſ. 214.* de reditibus annuis in frumentis aut alio ſpecie conſtitutis quomodo ſoluendi ſint, & vbi, deſuper vidi ſpecialiter per Principes prouiſum fuiſſe.

Porro an hæredes ad factum teneantur in ſolidum, & an omnes teneantur cenſum extinguere Gratian. *tom. 2. diſc. forenſ. c. 323. Rurſus* Chriſt. *v. 2. deciſ. 4. & 5. vbi & aliqua de debitis ſoluendis*, reliqua in locis allegatis, plures annotaui *ad l. ex facto §. vndè ſcio quæſitum ff. de hæredib: inſtit:* inter cæteros Alexand: *lib. 1. conſ. 31. num. 9.* in illo caſu, vbi vnus accipit bona immobilia, alter mobilia, quomodo æs alienum ſoluendum ſit, *& ibi Additionatores*, latè Chõppinus *de re ruſt. lib. 3. p. 3. cap. 10. & de regula paterna paternis & materna maternis, qumodo tunc ſoluendum ſit æs alienum* Anthon: Gabriel: *in com: concl: tit. de ſucceſſ: ab inteſtato lib. 4. tit. 3. in f.* Chaſſan: *in conſ. Burg. rubr. 7. §. 8. verſ. ſed quæro* &c. item de debitis ſoluendis per hæredes inæqualiter inſtitutos Caualc. *p. 4. deciſ. 28.* item an teſtator vnum hæredem grauare poſſit ſolutione æris alieni, & quomodo Wameſius *ad ius canon. tit. de teſtam. conſ. 420.* quid hac in re iudicatum ſit, Chriſtin. *vol. 6. deciſ. 53.* & de deducendo credito ex hæreditate Gratianus *cap. 204 & cap. 836. num. 17. & ſeqq.* quod veſtes lugubres non ſoluantur per vſufructuarium, quod limitat Guido Papa *deciſ. 541. num. 3.* quoad 16.

Ppppp vſu-

Digitized by Google

vſuſructuarium omnium bonorum, qui ſibi illas procurare tenetur, Nicol: Euerh: præſes *conſ. 198. num. 19.* quod ſuperſtes ex coniugibus veſtem lugubrem impenſis domus mortuariæ habere debeat, & hoc puto moribus noſtris conuenire, alias videri poterit Garſias *de expenſis cap. 13. num. 23. & ſeqq.* ea propter puto morem Regiminis vel conſuetudinem loci attendendam eſſe, videatur etiam ad propoſitam materiam, Tepatus *in comp. deciſ. tit. de action. & oblig. hæred. 515.* quamuis regulariter æs alienum non reſpiciat certi loci facultates Gratianus *tom. 1. diſc. for. cap. 194. num. 32.*

Haud pridem ſuper caſu aſſerti ſtatuti
17. conſultus fui, à nobili Domino Andrea à Mulheim Reip. Colonienſis Senatore meritiſſimo præclari & ingenij & iudicij Viro, ex parte eiuſdem vxoris domicella Margareth. Gail, cuius frater cum fratres ſuos hæredes inſtituiſſet, & debita ab ipſo contracta ex bonis patrimonialibus (ſuper & de quibus, obſtante ordinatione iuliacenſi teſtari non potuit) exſolui præcepiſſet, reſpondi hoc fieri non potuiſſe, quem enim quis non honorat, eum quoque grauare non poteſt, ſed potiùs in fraudem legis ſeu ordinationis eſſe factum, vult enim ordinatio, quod bona in familia, vel ad eos, qui ſunt de parentela & ſanguine, permanere debeant, & proindè de illis teſtari non permittit, quoties vero lex prohibet aliquem effectum & finem, dicitur quoque ex mente legis prohibitus omnis modus, per quem in fraudem legis peruenitur ad illum effectum, ſiue per quem lex circumueniretur & illuſoria fieret, Stephanus de Phede *de interpet. legum p. 1. §. ſed quia num. 43. vbi & in ſeqq. recenſet modos, per quos fraus fiat legi, & num. 69.* probat, à quo remouetur finis, remouentur quoque quæ ſunt ad finem, ſic etiam qui prohibetur alienare, prohibetur quoque facere contractum, per quem peruenitur ad alienationem ſeu hypothecam, textus expreſſus *in l. fin. C. de rebus alienis non alienandis &c.* vbi DD. iunctis traditis per Vaſquium *de teſtatoris potentia* §. *10. vbi multa de prohibitione & eius effectu, & de ſucceſſ. progreſſu lib. 3.* §. *28.* quatuor prohibitiones recenſendo explicat Capycius *deciſ. 108.* iunctis traditis vel allegatis DD. per Gailium *2. obſeruat. 16. nu. 7. & 8.* de prohibitione alianationis à lege vel teſtatore facta, an rem afficiat, quandoquidem ſi ille, qui de re ipſa teſtari non potuit, eandem æris alieni ſolutione grauare poſſet, facillimè quoque in fraudem legis ſeu ordinationis, alienationem, cauſa æris alieni faciendam, promouere, ac ita ipſam ordinationem fruſtrare poterit, nullam rem inquit Plautus in Trucul. oportet doloſè aggredi, neque enim conſtitutioni fraus fieri debet Gail. *de pignorat. cap. 7. num. 8.* cenſetur autem fraus fieri legi, ſi quod directè fieri prohibetur, indirectè fiat, quinimo & in materia fauorabili, ſtatuti, teſtatoris, vel contrahentium res alienari prohibita, nè quidem pignori dari poteſt *d. lege fin. Cod. de rebus alienis non alienand.* ſicut & appellatione alienationis inter cætera venit & in ſolutum datio Roſenthal *de feudis cap. 9. concl. 6. & ſeqq.* ſecus tamen eſſet, ſi alienaretur ex neceſſitate rei incumbente Chriſtinæus *volum. 3. deciſ. 77.* ſicut & ſuperius in §. *quibus ita* &c. doctum fuit, quod illa hæreditas, quæ in effectu hæredem facit, æri alieno obſtricta ſit, atque ideo reſpondi Nobiles Gail, tanquam hæredes ſui fratris, ad æs alienum ſoluendum de iure obligatos eſſe.

Priùs

Digitized by Google

18. Priùs tamen declarandum videtur quoad onera rei inhærentia, quæ creditori etiam non obſtante prohibitione teſtatoris ſoluenda ſunt, cum potentius ſit æs alienum & ius creditoris, quam d. prohibitio Gratianus *tom.3.diſc.for.cap.334.num.14.vbi in ſeq.* docet, quomodo ſolui debeat, quodque extantibus alijs bonis non attendatur allegata ibi neceſſitas, ſicut & legitima, in qua filius dicitur creditor, non detrahitur ex bonis alienari prohibitis *num.18.* quemadmodum & notum eſt, quod alius ſit hæres ſanguinis, alius hæreditatis, & quid ipſis attribuatur, docet Honorius ab Axel *ad lib.3. decretalium tit. ſucceſſ. ab inteſt.* atque in illis, quæ iure ſanguinis alicui debentur, non poſſe defunctum præiudicare, docet Riccius in ſuis collectaneis, ſic & inter ſepulchra hæreditaria, & familiaria diſtinguit Garſias *de expenſis cap.8.ſub num.4.* clarius Linglois *in 50. deciſ. Iuſtin. in ſua deciſ. 8. quæſt. 4. num. 5.6.9. & ſeqq.* item ius ſepulchri, Patronatus &c. an veniant in reſtitutione fideicommiſſi, num ad hæredes pertineant, an diuiſibilia ſint: hiſce affinia ſunt, quæ tradunt feudiſtæ de differentia feudi hæreditarij, & ex pacto & prouidentia, an & quando ex ijs feudis debita ſoluenda ſint, Gail. *2. obſeruat. 154. per tot.* latè Chriſtinæus *volumine 1. deciſione 205.* quinimo ne quidem ipſe hæres alienationem contra legē vel ſtatutum factam, ratam habere tenetur, vt iudicatum reperitur apud Chriſtinæum *volum. 1. deciſion. 270. num. 5.* vide tamen ibi allegatum Tuſchum *tomo 4. concluſ. 53. maximè num. 38. & ſequent. 41.71.73.109.* & quid obtineat in feudis, quidque in bonis fideicommiſſo ſubiectis apud Chriſtinæum *dicto loco,* quibus in dotem vel donationem propter nuptias datis, vſumfructum conſuetudinarium, vltimo ſuperſtiti debitum, in ijs conſiſtere defendunt DD. apud Peckium *in regul. 80. ſub num. 5. de regulis iuris in 6.* aliqua alia de ſolutione debitorum traduntur *tit. ſeq. cap. 5.*

Pro declaratione dicti ſtatuti Iuliacenſis, 19.
audiui iudicatum, ſub bonis Auitis comprehendi quoque Patrimonialia, ſeu bona ſemel ſucceſſione delata (quod de iure non admittit Griuellus *deciſione 109. & ibi de dicta regula* paterna paternis, & materna maternis) ſic etiam ſub acquiſitis venire in iſta patria, quæ hæreditate delata ſunt, quia illa fiunt inter coniuges ibi communia, verum quod de iure communi, nomine acquiſitorum non veniant bona ſucceſſione delata, ſeu hæreditates, ſed tantum illa, quæ opera & induſtria acquiruntur, latè probat Nicol. Eueth. Iunior *volumin. 2. conſ. 24. num. 1. & multis ſequentibus* & Nicol. Eueth. præſes *conſ. 135.* vterque hoc ipſum quoque defendit in materia Pactorum dotalium, etiamſi in illis reperiantur illa verba, quæ coniuges ſtante matrimonio acquiſiuiſſent vel alias vel ſimili modo nacti fuiſſent, vulgo, zuſammen bracht / bey ein ander bracht / oder ſonſten vberkommen hetten / Porro quæſtus dici non poſſunt niſi deducto ære alieno Griuell. *deciſione 95. num. 6.* ita iudicatum apud Chriſtinæum *volumi. 2. deciſion. 58. qui & volum. 5. deciſion. 72. num. 11.* docet cum allegatis ibidem, quod venientes ad pagum vel ciuitatem, non teneantur ad debita ante eorum aduentum contracta, idem docet Gail. *de arreſtis imperij cap. 9. in f.* ſed vide limitationem in Chriſtinæo *num 12.* & alias contrarium in Alexandro *conſilio 455. libro 1. & Doctores*

Digitized by Google

ibidem, quæ ſub diſtinctione reſoluenda ſunt.

CAPVT X.

Cuius loci ſtatuta inſpicienda & attendenda ſint, in varijs caſibus hic demonſtratur, & an extra territorium extẽdantur, an Realia & perſonalia ſint, vndè cognoſcatur?

1\. PRo deciſione prædictorum, in aliquot locis conſulendus eſt Chriſtinæus *vol. 2. deciſ. 3. & aliquot ſeqq. vbi & deciſ. 5.* ponitur conſtans regula, quod mobilia ſequi & regulari debeant ſecundùm ſtatuta loci domicilij eius, ad quem illa ſpectant, prout hoc ipſum quoque cap. præced. probatum fuit, ita vt actio tendens ad rem mobilem, eodem iure cenſeatur, quo ipſa res, vti è contra ſi tendat ad immobile, cenſeatur quoque eodem iure, quo res immobilis, & quid ibi deciſum, & qualis declaratio facta fuerit, ibi videri poterit cum illatis, quod quia ſtatutum de bonis mobilibus verè perſonale eſt, & ſumit iudicium in loco domicilij, hoc ipſum quod Iudex de eo ſtatuit, vbique obtinere debeat, quia non alio iure habentur quam perſona ipſa, & idcirco legem capiunt à loco domicilij, quamobrẽ cum de iure perſonæ, aut habilitate quæritur ad actus ciuiles in vniuerſum, domicilij Iudex iudicat, id eſt, ille cui perſona ſubijcitur, quodque ille edixit, iudicauit, & ordinauit, de iure perſonarum vbicunque obtineat, quocumque etiam ſe contulerit ob afficientiam Perſonæ idem Chriſtinæus *dicto volumine 2. deciſione 3. numero 3. & ſequentibus* vbi quoque ratio differentiæ colligitur inter iura realia & perſonalia, immobilia & mobilia, quod illa locorum & rerum ſitum ſic ſpectant, quod alijs legibus, quam territorij, iudicari non poſſint, & latiùs ibi, ex quo apparet ratio deciſionis cauſæ poſſeſſorii Ciuis, me in illa patrocinante, determinatæ, cum enim quidam miles in Patria mea Reſæ condidiſſet teſtamentum & quandam virginem hæredem inſtituiſſet, dixi illud ad bona Gocchiæ ita (quo loco de immobilibus teſtamenta fieri nequeunt,) extendi minime poſſe, ſed meos clientulos vti proximiores ab inteſtato in poſſeſſione eſſe & fore manutenendos, prout non obſtante priori euſdem ex aduerſo facta apprehenſione, manutenti fuere, vt alibi dixi, quippè vitium viſibile eſt, vbi quis teſtatur de bonis, de quibus teſtari non poteſt Cothmannus *volumine 3. Reſponſione 45. num. 123. & ſequentibus* nam licet infinita ſit contractibus, teſtamentis, negotiationibuſque attributa libertas, ea tamen moribus & legibus locorum cedit, & omnis poteſtas ſuis concluditur finibus, ita & patrimonij fit diuiſio, neque enim nouum hoc eſt hodiè, ſed in ducatibus Geldriæ, Iuliæ Montium & in alijs locis vſitatum, quod quis contra Regulas iuris Romani pro parte teſtatus & inteſtatus diſcedat Chriſtinæus *vol. 4. deciſ. 213. num. 66.* in terminis vero iuris communis de illa reg. videri poſſet Dauth. *de teſtam. nu. 39. & aliquot ſeqq. vbi nu. 54. & ſeqq.* docet, quomodo vnius patrimonium ſcindatur, & tradit aliquot limitationes *ad l. ius noſtrum ff. de regul. iuris.*

Prædicta quæſtio determinatur apud Chriſt. *vol. 1. deciſ 282.* quo breuitatis cauſa fit remiſſio, iunctis traditis per eundem *vol. 4. deciſ. 63. num. 4. & ſeqq.* vbi quamuis 2.

appa-

appareat controuerſum de iure ciuili, an conſuetudo vel ſtatutum in rem, vel in perſonam loquens, in cauſa ſucceſsionis ab inteſtato porrigatur extra territorium, (vide Mynſing. *5.obſeru.19.num.3.* Gail.1.*obſeru.114.num.4.*) item an conſuetudo vel ſtatutum incluſiuum vel excluſiuum certarũ perſonarum, extendi debeat ſolum ad bona in ſtatuentium territorio ſita, non etiam alibi exiſtentia, vbi DD. pro & contra copioſe allegantur, tamen in Regionibus & territorijs, in quibus huiuſmodi reperiuntur ordinationes ſuccedendi, diuidendi hæreditates, &c. non eſt dubium, quin mobilia à perſona, immobilia à ſitu cuiuſque Prouinciæ legem accipiant, & ita in vſu practico ſeruatur, & quid iuris ſit, quoad nomina, vide quoque ibi, de quibus etiam in terminis variorum ſtatutorum latè agit Kopen *quæſt.31.per tot.* de bonis, in alieno territorio ſitis, diuidendis, quid iuris quoad annuos reditus, mobilia, merces, &c. & in fine tradit, cuiuſnam loci ſtatuta forenſis obſeruare teneatur, præſumitur autem quòd teſtator cenſeatur ſe voluiſſe conformare conſuetudini vel ſtatutis loci, ſicut & actus interpretandi, & conceſſio Emphyteuſis intelligitur facta ſecundùm ſtatuta & conſuetudinem loci diſponentem; de modo ſuccedendi ab inteſtato; confer Valaſcum *tom. 2. rerum indicat. conſul. 182.* de teſtatore forenſi, & quid ſi in naui in India teſtetur, vbi & declarat illam regulam, quod quoad ſolemnitaté actus ſemper attendatur locus, in quo celebratur, non procedere, quoad habilitatem perſonę gerentis, ſed tunc locum originis attendi, & vbi de ſtatuto habilitante vel inhabilitante perſonam, prædictis poteris addere pulchrum conſilium Surdi *conſ.343 per tot.*

Aliud vtique exiſtimandum de mobilibus & iuribus perſonalibus, quia cum perſonæ nullis agrorum finibus aut mœnibus ſic concludantur vt exire non liceat (prout ſit in realibus) vtique dicendum, quòd perſona ſitum non habeat, ac proinde exceſſu loci quis non liberatur legibus domicilij, niſi domicilium ipſum mutet, illudque ad aliud territorium transferat, ſic quòd perſona priori caſu non dicatur affici, niſi cum vniuerſaliter afficitur. 3.

Sed priori deciſioni cauſæ teſtamentariæ videtur obſtare communis DD. doctrina, quòd vbi agitur ſe ſolemnitate actus, locus vbi actus celebratur, attendatur, DD. *in l.1. C.de ſumma Trinit. & in l.ſi fundus, ff.de euict. & Canon.in cap.quod Clericis, x. de foro compet.* plures allegat Cephal. *lib.2.conſ.170 num.21.* & ita in terminis iudicatum dicunt DD. allegati apud Chriſtin. *vol.2. deciſ.4. n.1.* quòd ſeruandæ ſint conſuetudines loci, vbi ſit teſtamentum, & non iſtius loci, vbi bona ſita ſunt, proindeque præſuppoſito, quod teſtamentum ſecundùm ſolemnitates Reſæ obſeruari ſolitas validè factum fuerit, videtur quoque quòd illud vtique valere, & effectum ſuum operari debeat, & ita in terminis concludit Gail. 2. *obſer.123.* & præter infinitos cum præiudicijs allegatos à Græueo *ad Gail lib.2.concl.123.* ita quoque docet Mynſig. *5.obſer.20.* & reliqui allegati apud Vaſq. *lib.4.controu.cap.3 n.171.* (vbi tamen *nu. 18.* DD. in contrarium allegantur) quòd teſtamentũ iuxta conſuetudinem loci factum vbique valeat, pro cuius confirmatione pulchræ rationes adducuntur à Gail, diciturque idem procedere in contractibus, quòd celebrati cum ſolemnitate requiſita in loco contractus, extendant ſe ad omnia bona, licet in loco bonorum maior ſolemnitas 4.

requireretur, quia perpetuum eſt, quod, quoad ſolemnitates attendatur conſuetudo loci, in quo actus celebratur, vbi plura, & inter cætera refert, quòd decreta adminiſtratio tutoris, porrigatur etiam ad bona extra territorium eius, qui tutorem dedit, verum ad prædicta reſpondetur, quod Gailius & alij DD. accipi & intelligi debeant in caſibus habilibus, & de iure communi, quo iure quis pro parte teſtatus & inteſtatus diſcedere non poteſt nec patrimonium ſcindi in plura, ſecus in caſu vbi extant locorum ſtatuta, quibus ordinatum & cautum repetitur, quod de certo genere bonorum teſtamentum fieri non poſſit, prout ſtatutum eſt in Ducatu Iuliæ & Montium, ac ideo ſi de diuiſionibus & ſucceſſionibus agatur, par eſt, quod non conſuetudo loci, vbi quis teſtatur, ſed vbi res ſitæ ſunt, attendatur, quia hæc concernunt rem & non perſonam Chriſtin. *d. deciſ.4.n.3. & ſeqq.* teſtatur ita ſeruari, quemadmodum hæc praxis in Ducatu Iuliæ & Montium notoria eſt, & ita ſæpiùs obtinui, nam ſicut iura realia non porrigunt effectũ extra territorium, ita & hanc præ ſe virtutem ferunt, quòd nec alieni territorij leges in ſe recipiant, & ita in praxi nõ ſolum conſtantiſsimè obſeruatur, ſed etiam per ipſoſmet DD. videmus Gailij doctrinã declarari vel limitari, niſi in loco, vbi bona ſita ſunt, ſit ſtatutum prohibitiuum bona transferri in alium per teſtamentum vel alio modo apud Chriſtin. *vol.1. deciſ.282.nu.3. & ſeq.* quem conſulas in caſibus occurrentibus, cum plura ibi tractentur, quod teſtamentum fieri debeat obſeruata ſolemnitate loci, vbi fit, & ſecundùm ſtatutum loci vbi aperitur Caſp. Ant. Theſaurus *lib.2. queſt.8. num.12.* cum quibus ſimul nota, quodnam ſtatutũ dicatur ordinatorium & deciſorium Card. Tuſchus *lit.S. concl. 456.* & exemplis declaratur apud Mynſing. *4. obſer. 82. & ibi,* quid ſi fuerit contractum & alibi deſtinata ſolutio, ſic Wameſius *tom.2. conſ.362. n.4. & ſeqq.* exemplificat in inſtumento hic habente paratam executionem, alibi verò nõ, tunc ſi eo alibi agatur, more illius iudicij procedi debet, ex quo Wameſio ſimul colligitur illud ordinem reſpicere, per quod cauſa non finitur vel deciditur, vti eſt prouiſionalis iudicatio, condemnatio, vel quia tantum reſpicit ordinem procedendi executiuum, vide Tuſch. *d. loco,* vbi latiùs.

Summoperè autem notanda venit diſtinctio, an Statuta loquantur in rem, vel in perſonam, vel an ſint mixta, quemadmodum Pragmatici diſtinguunt; Perſonalis conſuetudo vel ſtatutũ eſt, quæ de perſonarum cõditione, iure, vel qualitate, à rerum conditione penitus abſtracta, diſponit: Realis, quæ abſque perſonarum aliquo intuitu; Rerum tantum ius, conditionem & qualitatem dirigit; Mixta, quæ ex vtriuſque ſubſtantia componitur, quarum ſpecierum, vt ſunt diuerſæ definitiones, ſic diuerſos quoq; habẽt effectus, vti exactè colligi poteſt ex Nicol. Burgun. *ad conſuet. Fland. tract.1. n.1. & ſeq.* Argentræo *ad conſuet. Britan. tit. de donat. art.218. gloſſ.6. nu.30.* quibus adde Chriſtin. *vol. 2. deciſ. 56.* vbi & prædictos allegat, & præfato modo diſtinguit, licet Nicol. Burgund. mixtam eſſe neget, exiſtimando omnem rerum naturam ſub realibus & perſonalibus concludi poſſe, interim non malè tamen faciunt Pragmatici, vti alibi ſæpius, quãdo facilioris doctrinę cauſa diſtinguunt, etiamſi non videatur præciſe huiuſmodi diſtinctio neceſſaria, ſi vniuerſaliter vera ſit doctrina Burgundi exiſtimantis, Statuta perſonalia, rerum mixtura, fieri realia, & 5.

vt

vt regulare eſt, quod mixta participatione & concurſu ſub ſimplicibus contineantur, Zaſius *in l. ſtipulationum, num. 14. ff. de verb. obligat. & 23.* quod potentius trahat ad ſe impotentius, vnde rectè dixit Surdus, ad cognoſcendum, an Statuta ſint realia vel perſonalia, effectum conſiderari debere, vt ſi ſtatuto caueatur, quòd primogenitus habeat duas hæreditatis partes, fratres ita diuident hæreditatem, liberi ita ſuccedent, & ſimilia, &c. Statutum tale reale eſſe vtique aſſeret Burg. neque enim negari poteſt, de rebus ipſis ita principaliter diſponi, ſicut & docet Martin. Monter à Cueua *deciſ. Regni Arrag. 25.* quòd fortius ſit ius reale quàm perſonale, quodqùe diſpoſitio in rem fortior ſit, & afficiat perſonas in quocunque gradu inueniantur, quomodo autem cognoſcatur an ſtatutum loquatur in rem, vel perſonam, explicat Tuſchus *lit. S. conſ. 514. n. 5. & ſeq.* & clarè Surdus *conſ. 257. nu. 14.* ad hoc ipſum cognoſcendum dicit conſiderari debere ſtatuti effectus, non autem verba, vt ibi exemplificat, idem Chriſtinæus *d. deciſ. 3. poſt num. 3.* vbi ex ipſo Burg. ſubdit, mixtum rectè dici, quod perſonæ rebusqùe in territorio ipſo conſiſtentibus ius ponit, v.g. minor bona ne alienet, &c. nomen enim perſonæ, generaliter accipitur, vt vniuerſa complectatur mobilia, quæ non alio iure habentur, quàm perſona ipſa, à qua legem ſitumqùe accipiunt, quoties enim bona alienari prohibetur, non eſt ſimplex oratio, nam bonorum appellatione, & mobilia & immobilia continentur, proinde hinc ſubeſt perſonale aliquid & reale, quæ geminant orationem, omnemqùe prohibitionem faciunt ſimul circa res perſonasque conſiſtere, ita vt perſonale ſtatutum perſonas reſpiciat, reale certi territorij perſonas, mixtum vtrasqùe, plura in Chriſtinæo.

Quemadmodum quoque controuerſum eſt, an ſtatutum introducens communionem bonorum inter coniuges, afficiat bona ſita in loco, in quo non eſt inter coniuges huiuſmodi communio, pro parte negatiua facit, quod ius communionis inducatur ex contractu ſocietatis coniugalis, & conſequenter à Regione cõtractus dirigitur, prout omnibus nota eſt Theorica, quòd in deciſorijs cauſarum, inſpiciendus ſit locus cõtractus, iam verò, vt quidam volunt, ſocietas ſeu communio coniugalis non à conſuetudine vel ſtatuto reali, ſed perſonali procedit, cum per eandem non rei, ſed perſonæ ius cõſtituatur, vt per plura argumenta ſubtiliter concludit Molin. *conſ. 53.* quod indubitatum videtur, ſi pactis dotalibus ius ſuccedendi coniugi ſuperſtiti conſtitutum fuerit, quandoquidem huiuſmodi pacta, nõ exiſtentibus liberis, ſubſiſtere & ſeruanda eſſe, videre licet apud Dauth. *de teſtament. num. 84.* & clarius in Ant. Fabro *in Cod. de pactis conuentis,* neque tunc ſubintrat doctrina Gailij *2. obſer. 124.* quòd conſuetudo vel ſtatutum diſponens, non extendatur extra territorium, quippe prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis; confer tradita ibi per Græueum. 6.

Verum prædicta quæſtio controuerſa apparet apud Chriſtin. *d. deciſ. 3.* & in praxi tenendum eſt, quod communio coniugalis non ſit ius perſonale, ſed reale, ac proinde territorij lege vel conſuetudine varietur, quemadmodum in mea Patria paſſim inter coniuges viget communio bonorum, quæ ſe non extendit ad bona ſita in loco, in quo non eſt talis conſuetudo, quia ſtatuta & conſuetudines ſunt locales, & ſic non obligant niſi ſubditos, nam vbi ceſſat iuriſdictio ſta- 7.

ſtatuentium, vbi ſtatuti diſpoſitio non attenditur, *l. fin. ff. de iuriſdict. l. 1. C. de ſuſpect. tut. cap. cum animarum de conſtit. in 6. cum not. ibid.* & hoc ipſum verum eſt, ſiue ſtatuta ſint concepta in rem, ſiue in perſonam, quia non extenduntur extra ſua territoria, Alex. *conſ. 128. per tot. & conſ. 16. vol. 1.* vbi Molin. dicit ita obſeruari, quemadmodum in ſimili obſeruatum fuit in Camera Imper. Mynſ. *5. obſ. 19. num. 3.* communemque eſſe & veritatem teſtatur Alb. Brun. *tract. de ſtatut. art. 8. num. 123. & ſeq.* & ratio eſt, quia ſicut limitatur potentia cauſæ, ita etiam limitari debet effectus, *l. ſi arrogator, ff. de adopt. l. Iuriſperitus, §. cum oriundos, ff. de excuſat. tutor.* atqui verò potentia & auctoritas ſtatuentium non ſe extendit extra proprios limites, ergo nec effectus eius ſe extendere poteſt, Iaſon *in conſ. 163. volum. 2.* Roland. *conſ. 80. vol. 4. per tot.* & ita in vſu practico obſeruandum erit contra DD. diſſent. ac proinde ſuperſtes coniunx medietatem bonorum immobilium alterius loci, in quo non viget iſta conſuetudo, petere non poterit, vtpotè ſpectantem ad præmorientis proximiores ab inteſtato, & hanc ſententiam, quod ſtatutum vel conſuetudo introducens communionem inter coniuges ſit realis, aliquot Senatuſconſultis confirmat Charondas *in obſ. Gallic. in verbo Biens*, & latius probat Peckius *de teſtam. coniug. lib. 4. cap. 28.* quibus accedunt leges Prouinciales & municipales Ruremundenſes, hoc tamen addito, niſi aliter pactis dotalibus conuentum fuerit *p. 1. §. 2. artic. 7.* nam vt alibi probatum extat: Willführ bricht Landrecht/ quo caſu ius metiendum erit ex ipſis pactis, vt hoc caſu ex ipſis pactis cauta & prouiſa petere poſſet; alias de actione & conſuetudine reſultante, agit Griuell. *deciſ. 90.* qui & *deciſ. 11.* pulchrè reſoluit, quo in loco collecta exſolui debeat, iunctis traditis per Klock *de contribut. cap. 11.* & Roſenthal. *de feudis, cap. 5. concl. 80.* item ad quid reſpiciendum ſit, in cauſis & controuerſijs feudalibus decidendis, tractat Mynſing. *5. obſ. 76.* Præterea Chriſtinæus *vol. 1. deciſ. 283.* quis locus ſpectandus ſit in contractibus & quaſi contractibus, & in ſolutione debitorum defuncti, vbi & aliquæ limitationes, nam quoad ea, quæ celebrato contractu fieri debent, inſpicitur conſuetudo illius loci, vbi facienda ſunt, & dum quæritur, quomodo & quatenus teneatur hæres debita ſoluere, inſpicienda eſt conſuetudo domus mortuariæ, ſicut quoque notabilia ſunt, quæ tradit Chriſtin. *ad tit. C. de municip. & originariis, deciſ. 3. & ſeq. vol. 5.* ſemper tamen memoriæ tenebis, quòd vigore generalis conſuetudinis, mutatio domicilij eximat ciuem à iuriſdictione ciuitatis originariæ Gail. *2. obſ. 36. n. 7.* & hoc ipſo, quod mutet domicilium, perdit priuilegia ciuitatis Afflict. *deciſ. 384. per tot.* & deſinit eſſe ciuis, Iaſon *in in l. 1. §. huius ſtudij n. 16. ff. de Iuſtit. & iur.* quamuis in pluribus locis, domicilium quis habere poſſit, vide Tuſchum *lit. H. v. Habitatio multiplex*, & quæ dicatur habitari vel non, *concl. 7.*

8. Ego cùm per notata à Roſenthal *de feudis, c. 1. concl. 14.* ad regulandam ſucceſſionẽ in bonis feudalibus ſuſtinerem, legem vel conſuetudinem loci rei ſitę inſpiciendã eſſe, obtinere non potui, quia ſpectanda eſt conſuetudo vel ius Curiæ dominantis, vel feudalis, ita iudicatum reperitur apud Chriſtin. *vol. 1. deciſ. 229.* ratio diuerſitatis eſt, quòd leges feudales non à poteſtate territorij, ſed prouidentia patroni originem ducunt, hinc ad locũ dominantem potius, quàm ſeruientem

Digitized by Google

reſpicitur, vide tamen eundem Chriſtin. *vol. vlt. de feud. deciſ. 56.* vbi videtur contrarium pronunciatum, quaſi Dominus feudi non poſſit ſua inueſtitura bona iſta eximere à iuriſdictione Domini loci, quia hoc verũ eſt, quando agitur de feudo ſeruiente, vel eius oneribus, vt ipſemet Chriſtin. *vol. 1. deciſ. 284. n. 10.* declarat & ibi per tot. cuius loci conſuetudo in feudis ſpectanda ſit, quemadmodum ſcio eſſe in partibus bona feudalia ad Regem Catholicũ ſpectantia, de quibus tamen vaſallus ſimpla ſeu contributiones, vti ex alijs bonis gentilitijs, ſoluta ſcio, vide de prædictis eundem Chriſtin. *vol. 4. deciſ. 212. n. 223. & ſeq.* item *vol. 4. deciſ. 78. & ſeq.* at cuius loci ſtatutum attendatur, ad menſuram dotis eiuſq; lucrum Vaſq. *lib. 4. contr. c. 3. n. 20. & ſeq.* item quando agitur de reſtituenda dote, quæ materia tractatur per DD. *in l. exigere. ff. de iudic.* & Chriſtinæus *d. loc.* tradit, quando dicta lex non procedat, & ſimul ibi quæritur, an ſtatutum, quo licitũ eſt parentibus omnia ſua bona diſtribuere, ſit reale vel perſonale, & illata ibi, ſic quotidianum eſt in praxi, quod tradit idem Chriſtin. *vol. 3. deciſ. 133. n. 46.* cuius loci cõſuetudo obſeruanda ſit in reſtitutione, item in lucro dotis, & quid ſi mutetur domiciliũ vide omninò ibi & remiſſiuè, quemadmodum quoque Valaſcus *tom. 2. rer. ind. conſul. 176.* latè agit de materia d. l. exigere, vbi quoque declaratur & limitatur, & eſt caſus de mercatore Luſitano in Regno Caſtellæ per multos annos commorante, & vxorem ducente Vlyſſoponæ in Portugallia, an cenſeatur contraxiſſe matrimonium ſecundùm leges Luſitaniæ, an ſecundùm leges Caſtellæ, quoad dotis repetitionem, confer Manticam *de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 14.* in lucro dotis an ſtatutum domicilij vxoris, an viri obſeruandum ſit, an dictum habeat locum in forenſi, Additionator ad Theſaurum *deciſ. 184.* & Surd. *conſ. 91. n. 9.* item an bona extra territorium veniant in ſucceſſione ſtatuto delata, Gratian. *tom. 1. diſcept. for. c. 120. n. 86. & ſeq.* quoad immobilia negat, quoad mobilia affirmat, & docet Surd. *conſ. 198 nu. 21. & 23.* quòd maritus promittens reddere dotem, non intelligatur renunciare lucro ſibi delato, & promittens reſtituere dotem tam in loco contractus, quàm alibi, nõ cenſetur recedere à domicilio quoad lucrũ, & in ſeqq. notabiliter ſubijcit, quod expreſſum non faciat ſilere tacitum, quando tendunt ad diuerſum finem & effectũ, & Munnoz *de Ratiociniis, c. 29. in fin.* quod in quærendis lucris inter virum & vxorem attendatur cõſuetudo domicilij mariti, etiam reſpectu lucrorum alio in loco acquiſitorum, adde Vaſq. *lib. 4. contr. c. 3. n. 19. & ſeq.* Hieron. à Laurentijs *deciſ. Rotæ Auin. 135.* agit de his, qui contraxerunt extra locum ſtatuti nõ obſeruata ſolemnitate ſtatuti, & decidit quòd non valeat contractus rationes vide ibi, ſed tamen quia ibi in coniunctam perſonã alienatio facta erat, valida declarata fuit.

9. De Statutorũ ſolemnitatibus, & quouſq; ligent, vide Caſp. Ant. Theſaurum *lib. 2. q. 8.* quem omninò videas, quia variè diſtinguit, & diſtinctione facta ibi quærit, an Clerici ligentur ſtatuto de ſolemnitate ſeruanda, & DD. pro & contra allegatis, dicit veriorem eſſe opinionem, quam nos in vſu practico reſpectu immobiliũ ſeruari videmus, quòd ligentur, & extendunt hoc DD. ibi ad cauſam piam, ſed dicit ſe non audere firmare, ſed iudicare velle ſecundùm communem, quòd pia cauſa non ſubiaceat iuris poſitiui ſolemnitatibus, licet cõtrarium ſequatur, Chriſtin. *vol. 2. deciſ. 4. nu. 5.* deciditur

Digitized by Google

tamen apud Theſaur. *quaſt.praced.7.* quòd Clericus litigans coram Iudice ſæculari, teneatur ſeruare ſtatutum ſuper ordinatione iudiciorum diſponens, idq; non ſolum dicit procedere in præparatorijs, ſed & deciſionibus cauſarum, quæ formalitatem & ſolemnitatem iudiciorum concernunt; an autem ſtatutū requirens ſolemnitatem in contractu, procedat extra territorium, & quid ſi perſona ſubiecta ſit & fuerit inhabilitata, & quomodo inhabilitas intelligatur pulchrè reſoluitur apud Theſaur. *d.q.8.n.13. & ſeq.* quem in caſibus occurrentibus conſulas.

9. Plura ad propoſitum tradit idem Theſaurus *lib. 2. quaſt.* 1. an ſtatutum excludens fœminas à ſucceſſione propter agnatos, locum habeat fauore Clerici, & Monaſterij, vel Monachi profeſſi; *quaſt.* 2. an ſtatutum excludens fœminam à ſucceſſione maſculi, excludat à ſucceſſione fratris Clerici, & à quibus bonis, *quaſt.3.* an ſtatutum excludens dotatam vel maritatam procedat in moniali, *quaſt.4.* ſtatutum excluſiuum fęminarum, de quibus intelligendum ſit, & in quibus caſibus procedat, & an odio forenſium inductum ſit; *quaſt. 5.* an & quando ſtatutum excludens fœminas dotatas, comprehendat bona extra territorium ſtatuentium ſita, an procedat in mobilibus & pecunia, & quid in Iuribus & actionibus, & quid in cenſibus & reditibus; *quaſt.6.* ſtatutum de lucro dotis, an habeat locum inter forenſes, & quando bona intra territorium ſtatuentium poſita ſint; *quaſt.7.* ſtatuta circa ſolemnitates iudiciorum loquentia, quas perſonas ligent, & *quaſt. 8.* quæ omnia & ſingula tanquam quotidiana ſignanda ſunt, & per Theſaurum in dictis locis doctè tractantur, quare recurras ad eum.

10. Habeo ex illis quæſtionibus adhuc vnam in facto, quandoquidem iuxta communem relatam cap. ſeq. verſ. rurſus in hac materia, videlicet, quòd ſtatutū excludens dotatam à ſucceſſione, non extendatur ad bona extra territorium ſtatuentium ſita, cui opinioni tamen videbatur repugnare ſatis validè doctrina Alexand. *lib.7. conſ. 431. num. 17. & ſeq.* nam ſi perſona ita excluſa ſit ſimul ſubdita Domino ſic ſtatuenti, quod illam, dote accepta, inhabilitare poſſit ad ſuccedendum, conſequenter, quia hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti, vti inhabilis non poſſit ſuccedere in bonis extra territorium ſitis, & ita multum refert an ſtatutum ſit in perſonam an in rem, de hoc dicturus ſum *cap.ſeq.* & ſtatutum quomodo in rem vel perſonam ſcriptum dicatur, latè Cothman. *vol.1. reſp. 21. num.164. & ſeqq.* ibi & in ſpecie *num. 150.* quòd res feudales non ligentur loci ſtatutis, de quo quid iuris ſit, vide apud Chriſtinæum *par.1.tit.de Genere* allegatum, in materia noſtra videndus quoque Mantica *de tacitis & ambig. lib. 3. tit.13.* vbi inter cætera, quod locus celebrati contractus inſpiciatur ad reformandam actionem, & moderandam condemnationem, locus celebrati contracti in petenda reſtitutione in integrum, locus deſtinatæ ſolutionis quoad forum, licet quoad ſolemnitatem ſeruetur locus celebrati cōtractus, conſuetudo debet obſeruari, cum quæritur, cuius loci menſura adhiberi debeat, ſi tamen legitimè probetur, & plura ibi, quemadmodum tacitæ & ambiguæ conuentiones ex loco congruam recipiant interpretationem, ſimilia in Alexand. *ad Bart. in l. ex facto ff. de hared. inſtit.* ad verbum ex certo loco, & cuius loci conſuetudo inſpicienda ſit, aliqua habes in Borello *in Summa deciſ. lib.1. cap.13.*

Cora-

Digitized by Google

11. Coracius *de except. contra praiud. ſent. except. 22. quaeſt. 30. num. 8.* Iudex in exequendo debet ſeruare ſtatuta ſui loci, intellige vt *num. 9.* ſi iudicium ibi agitur, item ſi reſpicit ordinem iudicij & formam in procedendo, ſecus ſi reſpicit condemnationem vel executionem, tunc ſtatutum loci contractus attenditur, iunctis traditis per Zaſium *in l. à Diuo Pio §. ſententiam, ſub num. 9. ff. de re iud.* ibi DD. pro & contra in illa quaeſtione, cuius loci ſtatuta Iudex requiſitus pro facienda executione obſeruare teneatur, & quid de conſuetudine obſeruetur etiam in criminalibus, & rurſus Coratius *d. tract. except. 62. per tot.* quod Iudex vnius territorij non exequatur ſententiam alterius, niſi requirente eo, qui ſententiauit, & multis declaratur, quomodo Iudex pronunciare poſſit executionem faciendam in bonis extra territorium, & quòd inſtrumenta habentia executionem paratam ex forma ſtatuti loci contractus, habeant etiam executionem paratam extra territorium loci contractus, in caſu occurrenti conſulas Gratianum *tom. 1. diſceptat. foren. cap. 146. num. 30. & 34. & aliquot ſeqq.* vbi inter caetera tradit, & vidi ſaepiùs in praxi ſeruari, quod ſtatutum Iudicis loci à quo petitur executio ſit ſeruandum. Reinking *de retract. quaeſt. 1. num. 40. & ſeq.* an conſuetudo loci in quo contractus celebratur, an contrahentis, an verò rei ſitae attendenda ſit.

12. Ad cuius loci Dominum ſpectent bona cōfiſcata, Chriſtin. *vol. 2. deciſ. 37. n. 9. & ſeq.* de quo Griuellus *cap. 8.* allegatus late agit, ſuccinctè praeiudicijs relatis Papon. *de arreſtis lib. 24. tit. 14. arreſt. 2.* quando ceſſiones, transportus vel onerationes habeant naturam realitatis Chriſtin. *d. volum. 1. deciſ. 379.* an tunc (vbi talia ſunt ſtatuta vel conſuetudines, quod coram Iudice rei ſitae debeat fieri tranſportus, hypotheca, &c.) excludat tacitas hypothecas, vide Mynſing. *reſp. 9.* Chriſtinaeum *in Conſuetud. Mechlin. tit. 7. art. 1. & ſeq.* Gratianum *tom. 2. diſceptat. forenſ. cap. 376. num. 15. & ſeqq.* quid obtineat in diuiſionibus, Chriſtinaeus *volum. 1. deciſ. 362.* & de iure communi, an ſi quid de certo aliquo fundo ſoluatur, hypotheca inducta cenſeatur, Wameſius *tom. 2. conſ. 486.* item ſtante ſtatuto, quod coram Magiſtratu loci actus fieri vel hypotheca conſtitui debeat, vide plurimos caſus deciſos in Karpzouio *par. 2. Conſt. Saxon. 23. definit. 1. & ſeqq* qui omninò videndus eſt.

Quis locus attendatur in ordinatorijs & deciſorijs, latè Scaccia *de iud. lib. 2. cap. 2. num. 690. & ſeqq. & num. 605. & ſeqq.* Doctores *in dict. l. 1. Cod. de Summa Trinit. & alijs citatis.* 13.

Conſuetudo particularis ſoluendi decimas attendenda eſt, non autem vniuerſalis loci dominantis, Martha *in Digeſtis tom. 3. tit. de Decimis, cap. 76. & ſeqq.* item an ſtatutum Ciuitatis Metropolitanae liget loca circumuicina & diſtrictualia pulchrè declaratur à Caſp. Anton. Theſauro *lib. 2. quaeſt. 49.* item an Nobilitas conceſſa ab Imperatore, extendat vires ſuas extra territorium Griuell. *deciſ. 32. ibi & de habilitate,* quomodo verò priuilegia & quando ad vicos extendantur Zaſius *in l. quid de creditore, §. ex hoc edicto, num. 13. ff. de damno infecto,* item Caſtrum iuriſdictionem habens, an gaudeat priuilegijs Ciuitatum, Gail. *2. obſer. 62. in prin.* & Tuſchus *lit. C. Caſtra de ciuitate non ſunt de ciuitate, conc. 542.* iunctis traditis per Menochium *lib. 3. praeſumpt. 100* an & quando caſtro, oppido, & ciuitati

prædia adiacentia, præſumantur eſſe Principis, Domini ipſius caſtri, oppidi & ciuitatis. In concernentibus obligationem perſonæ, inſpicitur locus actus geſti, in concernentibus verò deciſionē litis, attenditur illud ius, quòd ſeruatur in loco contractus, cum ſaliennijs tradit Andreas ab Exea *de pactis, par. 3. num. 498.* vide Coſtalium *in l. ſi fundus, ff. de euict. & l. exigere, ff. de iudic.* confer quædam tradita per Anton. Fabrum *in Cod. de legib. defin. 3.* vbi an petita reſtitutio Cambij aduerſus contractum Romæ initum decidi debeat, iuxta leges Sabaudiæ, *& defin. 4.* de diſtinctione adhibenda cum quæritur, an edicta Principis ligent quoſcunque, & an ſubditos vbique & *defin. 5.* quoad ſolemnitates quis locus inſpiciatur. Gratianus *tom. 2. diſceptat. forenſ. cap. 253. num. 11. & ſeqq.* docet, quòd ſtatutum reddens inhabilem perſonam ad contrahendum, trahatur ad ſubditum vbique contrahentem, cum poteſtas ſtatuendi inter ſubditos non coarctetur territorio, neque ex differentijs locorum mutetur ſtatus iuris, idem docet Chriſtinæus *ad conſuet. Mechlin. tit. 5. art. 11. num. 5. & art. 7. num. 13.* quòd lex Principis obliget ſubditos vbicunque ſint, aliud tamen dicit eſſe Gratianus, vbi tantum prohibitus eſt facere actum, vel contrahere ſine certa ſolemnitate, tunc enim valet extra territorium, ſi modo non fiat in fraudem ſtatuti, vide Menochium *lib. 2. præſumpt. 2. per tot.* an ſtatutum liget ſubditos extra territorium contrahentes, vel actum facientes, & ibi de ſtatuto inhabilitante perſonam, an & quando porrigatur extra territorium, latè pro & contra arguitur, & tandem diſtinguitur in Tiraquell. *ad leges connubiales, gloſſ. 8. num. 216. & ſeqq.* an ſtatuto prohibitus facere actum, & contrahere ſine licentia viri, poſſit eundem facere extra territorium ſtatuentis, de quo & DD. in Mollero *ad Conſtitut. Saxon. par. 2. conſt. 15. num. 16. & ſeqq.* diſtinctè Caſpar. Anton. Theſaurus *d. quæſt. 8.* an ſtatutum inhabilitans perſonam, extendatur extra territorium, de quo etiam agit Anton. Gabriel *in communibus concluſionib. tit. de ſtatuto, concl. 8. & ſeq.*

Ex quorum rationibus diſputata fuit cauſa matrimonialis Chriſtinæ Pfaffrads / quæ hinc vadens ad nundinas Francofurtenſes cum ciue Colonienſi Waldt / ibi coram Parocho Catholico contraxit matrimonium, & quia, vterque ciuis Colonienſis & coram proprio Parocho non fuit contractum matrimonium, ſuſtinui ego ob non obſeruatam Concilij Tridentini formam, matrimonium eſſe & fuiſſe nullum, & conſequenter inter tales perſonas ſtatutariam communionem bonorum locum non habuiſſe, quamuis Bonacina alijque præſtantiſſimi Doctores doceant, Concilium Tridentinum obligare ſubditos in loco exiſtentes, & non extra, ſicut & Surdus *deciſ. 197. n. 4. & 5.* per DD. ibi docet, quod ad hoc vt ſtatutum liget, non ſolum requiritur vt perſona ſit ſubdita, ſed etiam quod ſit in territorio, & per tot. inde illata, tamen quia verba Concilij præciſa ſunt, clauſulam annullatoriam connexam habentia, defunctus Dominus Officialis Eylinck. aſſumptis duobus Profundiſſimis S. Theol. Doctor. & Profeſſ. Decano Hoen & P. Nicol. Heuſtatt matrimonium nullum declarauit, & ita in terminis terminantibus tenet Barboſa *ad Concil. Trident. alleg. à Zypæo in conſul. Can. ad Concil. Trident. lib. 4. tit. de ſponſalibus & matr. art. 6.* quod matrimonium de nouo coram Parocho proprio renouatum, validū 14.

poſtea

poſtea declaratum fuit, alias poterit quoque videri Ledeſma *de matrim. quæſt. 45. art. 5. verſ. tota autem difficultas*, vbi diſtinguit tres caſus quoad illos, qui vadūt ex locis, in quibus Concilium receptum eſt, ad loca vbi nō eſt publicatum, & receptum, contrahendo coram alieno Paracho, memini tamen me patrocinante in alijs cauſis huiuſmodi matrimonia per ſententiam annullata fuiſſe, videlicet quando incolæ & Ciues Colonienſes euntes ad aliud territorium, in quo nec domicilium fouebant, nec ſubditi erant, cōtrahebant in Ducatu Iuliæ vel Montium fecerunt ſe matrimonio iungi, & in vna earum cauſarum dixi, etiam Acatholicos ad obſeruantiā formæ Concilij obligatos Chriſtinæus *vol. 1. deciſ. 33. in f.* dicit, Hæreticos ad obſeruantiā formæ Concilij teneri, quod etiam probatur ex Wam. *tom. 2. conſil. 15.* An vero Peregrini teneantur legibus ſui territorij, quando per alia loca peregrinantur, tradit Barboſa *in cap. illa diſt. 12.* cum ibi illatis, & rurſus *diſt. 14. cap. ait autem lex, nu. 15. & ſeq.* quod lex extra territorium non obliget vide ibi, ſed declaratum à Surdo *d. deciſ. 197.*

15. An autem iudex poſſit cognoſcere de delicto extra territorium commiſſo Peguera *deciſ. 87.* & videtur quod non, quod ſubdito extra territorium delinquenti pœna infligatur, Barboſa *in cap. vt animar. n. 5. 9. & ſeqq. de conſtit. in 6.* de quo vide ſupra de iuriſdict. cap. 8. & 9. Denique in faciendo arreſtum, cuius loci conſuetudo attendenda & quis locus contractus ſit, Peckius *de iure ſiſtendi cap. 8.* adde tradita DD. ad aliquot titulos *C. lib 3. à tit C. de iuriſd. & multis ſeq. tunct. tradita per Chriſtin. ibid. in deciſionib.*

* * *

CAPVT XI.

De ſtatuto excluſiuo fœminarum, vel etiam prætenſa conſuetudine per Nobiles vſurpata, excludendi ſorores dotatas à ſucceſſione bonorum?

DE ſtatutis fœminarum excluſiuis, integrum tractatum ſcripſit Albert. Brun. de quo multis agit *Tepatus in comp. deciſ. tit. 60. per tot.* alijque, permaxime vero DD. Itali paſſim de ijs multa ſcribunt, ad quos me refero, ego in hiſce partibus talia ſtatuta, quæ ſunt planè & abſolute excluſiua fœminarum, vel tales conſuetudines, ſi benè inſpiciantur & examinentur, non reperiri exiſtimo, hoc autem probè noui, quod Sereniſſimus Princeps Elector ordinauerit filias nobiles dote accepta fauore fratrum ſeu familiæ (quæ abſq; bonis ſordeſcit Mantica *de coniect. vlt. vol lib. 7. tit. 1. nu. 45.* ita DD. communiter quia familiarum diuitiæ ſunt quoddam velut humidum radicale, & nerui rerum, Bias apud Diogen: *lib. 2.*) à ſucceſſione excludi, quo caſu propter dotem excluſa dicitur priùs vocata, & tunc alimenta ſuccedunt loco legitimæ & debentur ſtatim integra, à die mortis teſtatoris, ſicut dos relicta vna cum fructibus, ita diſtinguit Caualcan: *p. 3. deciſ. 8. nu. 57. & ſeqq. & rurſus num. 9. & ſeqq.* quod ſtatutum diſponens, quod filia dotata aut maritata non ſuccedat ſtantibus maſculis, dicitur non ſimpliciter excludere filiam, quo caſu ait, numerum & partem in legitima etiam ad fauorem maſculorum facere (confer Anth. Fabrum *in Cod. de Epiſc. & Cler. def. 2.*) ſecus ſi ſtatutum dicat, quod non ſuccedat, & poſtea mandat illam alimentari & dotari, tunc enim non facit numerum in legitima, nec 1.

Digitized by Google

dos ſuccedit loco legitimæ,ſed conditionaliter, adeo quod non dotata non tranſmittat dotem,prout tranſmittit, ſi priùs eſt vocata,vide latius ibi, iunctis tamen ijs, quæ traduntur *hoc tit.& verſ. ſuper caſu*, ea propter benè aduerti debet, an verba ſtatuti conueniant, vt docet Albert. Brun. & ſimilia in Caſp. Ant. Theſauro *lib. 2. quæſt. 73. num. 5. & 6.* deinde hoc caſu ſtatuti, excludentis fæminas dotatas propter maſculos,dicitur ſucceſſio ſuſpenſa, & non ſublata maſculis mortuis Cardin. Tuſchus *litt. m concl. 367.* & de filia redintegranda in caſum deficientium maſculorum,latè Caualc. *vol. 4. deciſ. 1. 2. & 3. item aliqua in deciſ. 20.* cui adde Farinac. *p. 2. deciſ. 75.* & de fœmina ſemel excluſa, an ſemper excluſa cenſeatur quomodo procedat & quid indicatum fuerit Chriſtinæum *vol. 1. deciſ. 394.*

8\. Eodem modo filia renuncians, facit partem,non vero Monachus, ita Ant. Faber *in Cod. de Epiſc. & Clericis def. 2.* de quo latè, Chriſtinæus *in Auth. nouiſſima num. 17. & ſeqq. Cod. de inoff. teſtam.* & quid iudicatum fuerit apud Boſſium *in prax. crim. tit. de publicatione bonorum num. 2. & 3.* late quoque Griuell. *deciſ. 34.* an ille qui non admittitur ad partem faciat partem & numerum in legitimæ computatione Cothm. *vol. 2. Reſp. 99. num. 273. & ſeqq.* & quid de excluſa per ſtatutum ipſo iure, quid de Monacho & moniali Riccius *p. 3. collect. 380.* Boer *deciſ. 104. per tot.* Chriſtinæus *vol. 1. deciſ. 89.* & exemplificatur in Kellebents Tract. *de renunciat. ſucceſſ. 37.* & diſtinctè Franciſcus de Barri *de ſucceſſ. teſtati & inteſtati lib. 16. tit. 2. num. 5. & ſeqq.* cum autem hæc quæſtio in quadam cauſa controuerteretur, ego cum alio in illa patrocinantibus allegauimus præter Griuell. *d. deciſ. 34. per tot.* Theſaurum *deciſ. 159.* qui exacte illam tractat, & eius filius Caſp. Ant. Theſaur. *lib. 2. quæſt. 92.* docet,quod ſtatutum excludens fœminam propter maſculos, excludat quoque monialem & ibi remiſſiuè, & hodie eſt quæſtio,an vigore ordinationis Iuliacenſis maſculis non extantibus Primogenitæ filiæ debeatur domus paterna præcipua, wie daſſelbe in ſeinen graben / Zaunen vnd aderen gelegen iſt / (alias Edera quid ſit *vid. l. 3. §. 1. & ibi gloſſ. ff. arbor. furt. cæſarum*) quæ autem veniant ratione domus Barboſa *de appell. vtriuſq; iuris freq. appell. 82.* & quid veniat appellatione pertinentiarum *appell. 200. iunct. trad. appell. 106.* Gail. *lib. 1. de pace publica lib. 1. c. 6. n. 21.* magis tamen in terminis Ioan. Coner *tract. de primogenit. lib. 2. quæſt. 4.* & quid de horto ædibus adiacente, in quo nemus aut vites conſitæ erant, iudicatum fuerit Choppinus *de re ruſtica lib. 2. cap. 4. in fine* confer ad prædicta Viuium *deciſ. 176.*

Plura alia in terminis ſtatuti conſideranda veniunt, prout & adhuc hodiè in cauſa Aduocatum ago, vbi de congruitate dotis inter partes quoque diſceptatio eſt, quæ autem dicatur dos congrua, & quod tempus inſpiciatur & an vni filiæ tanta danda, quanta alijs fuerit data Caualc. *p. 3. deciſ. 5. num. 96. & ſeqq.* hoc vltimum videlicet, quod pater non cogatur dare pro dote vel donatione propter nuptias, quantum alijs liberis dedit, reſoluit Annæus Robertus *lib. 3. rerum iud. cap. 6.* ea propter operæ pretium eſt indagare, quæ ſit & dicatur congrua dos, latè Mantica *de tacitis & ambiguis lib. 10. tit. 21.* tradit, ex quibus rationibus dos congrua æſtimari debeat, & *tit. 22.* an minor legitima, congrua dicatur, *iunctis traditis tit. 23. vbi & tit. 24.* an tempus dotis conſtitutæ 9.

ſtitutæ, vel mortis patris in definitione congruæ dotis ſpectari debeat & per tot. iſtum librum de dote, & quædam apud Ant. Fabrum *in Cod. de inoff. teſtam. def. 11.* de fructibus legitimæ adiudicandis *def. 18.* quod filia ſtatuto excluſa, quæ dotem habuit licet minorem legitima, niſi enormiter læſa proponatur, non audiatur *def. 20.* dotem congruam non ſemper ex legitimæ comparatione æſtimandam eſſe, *def. 21. & 23.* & quod tempus inſpiciatur vt dos congrua dicatur vide ibi, & eundem *ad tit. Cod* de pactis vbi paſſim ſunt notabilia de renunciatione per filias facta, & eiuſdem effectu.

4 Porro Marc. Cala *de modo articulandi & prob. Gloſſa vnic. n. 823.* expreſsè docet, quod congrua dos dicatur, ſi fuit aſſignata portio, quæ non eſt minor legitima, & è contra incongrua, quæ eſt minor legitima, ita Gram. *deciſ. 101.* iudicatum refert, tamen dicit aduertendum, ſi mulier ſecundum ipſius conditionem non poſſit inuenire maritum cõdignum, tali caſu etiam dotem vltra legitimam eſſe aſſignandam, ſi vero cum minori dote poſſit mulier pari vel nubere condigno, tunc non debet dos commenſurari legitimæ, ſed ſufficit quod ſit benè & decenter nupta, addens ſe ex hoc magnum honorem reportaſſe in cauſa alicuius nobilis, & ita Kellebents *de renunciat. ſucceſſ. quæſt. 42.* verùm tradit, quod dos, ratione cuius læſio æſtimari queat, ſecundùm mores Regionis, numerum liberorum, quantitatem bonorum, conſtituenda ſit, ad hoc vt dicatur iuſta, eiuſque definitio iudicis arbitrio committenda ſit, *& num. 72.* quod etiam minima dos ſufficere poſſit, ſi cum illa ęquali nubere poſſit, alias pro patrimonij quantitate illa conſtituenda, & adhoc pater compelli poteſt, & ita intelligit Gailium *2. obſer. 95. num. 11. & rurſus num. 28.* quod multa ob nobilitatis excellentiam ſtatuta & moribus inducta ſint, nec læſio illa attendatur, quia renunciatio habet vim donationis, vbi & contraria reſoluit.

Quemadmodũ pulchrũ audiui præiudicium Camerale referri, quo Comitiſſæ cuidam loco dotis, tantum duo millia aureorum aſſignata ſeu data fuerint, conſimiliter docet Fichard. *conſ. 53. n. 10. vol. 1.* quod in Illuſtribus Nobilium familijs Germanicæ nationis, ab antiquo fieri conſueuerit, quod filiæ, pro conſeruatione & incremento ſuæ gentis, exigua plerumque dote contentæ, paternis, maternis, fraterniſque etiam ſucceſſionibus renuncient, quæ conſuetudo cum æqua & honeſta, merito iuri Ciuili præferenda *& rurſus conſ. ſeq. num. 4. & conſ. 3. vol. 1. num. 8.* quod illa pacta & conſuetudines, per quas filiæ à paternis hæreditatibus excluduntur, ita tamen vt mediocri ipſis pecuniæ ſumma (prout loquitur in *f. num. 5.*) proſpiciatur, ſint in Germania vſitatiſſima, ita vt ineptum ſtultumque ſit, in dubium reuocare, an valeant vel non, addantur, Zaſius *in l. ſtipulatio hoc modo num. 44. ff. de verb. oblig.* & Surd. *conſ. 148. vbi & DD.* extra dubium ponunt, valere ſtatutum, vt dos minor ſit legitimâ, & vt ſit congrua, reſpicitur, quæ fuit data, nec attendatur ſi poſtea facultates dotantis auctæ fuerint, quodque contra tertios poſſeſſores ad ſupplementum legitimæ agi non poſſit, & alia notabilia ibi, & quanto tempore ſupplementum legitimæ, & querela inofficioſæ donationis præſcribatur, priora vidi in quadam cauſa maximæ importantiæ controuerti, tu poteris videre DD. de hac quæſtione, quodnam tempus attendatur ad dotis congruitatem, inter alios Chaſſan. *in conſ. Burg. rub. 7. §. 12. nu.*

Digitized by Google

12. nu. 22. & ſeqq. innſtis traditis per Gratianum *tom. 1. diſcept. forenſ. cap. 148. nu. 80. & ſeqq.* & an tempore mortis, an tempore conſtitutionis attendatur congruitas dotis pro & contra arguit Peregrinus *deciſ. 13. num. 28.* pulchrè & diſtinctè de hoc agit Caſp. Ant. Theſaurus *lib. 2. quaſt. forenſium quaſt. 68.* an ſtatutum excludens filiam propter agnatos, excludat à legitima, ibi DD. pro & contra, quid iudicatum fuerit cum diſtinctione ipſius ibi habes, item an in calculatione legitimæ habeatur ratio rei excluſæ, ſeu à quâ filia excluditur, vbi quoque diſtinguit, *qui & quaſt. 90.* tractat arduam illam, & maximè controuerſam quæſtionem, an renunciatio matris obſit nepotibus, & quid ſi filiæ ſint hæredes matris, & quid ſi concurrant cum patruo, vide ibi quid iudicatum fuerit, *& quaſt. 93.* an filia quæ dote recepta renunciauit bonis paternis, an auctis poſtea facultatibus patris, poſſit petere augmentum dotis vel legitimæ ſupplementum, ibi magiſtraliter hanc quæſtionem tractat, & quod tempus inſpiciatur quoad cõgruitatem dotis, Surdus *conſ. 488.* quod tempus attendatur vt dos dicatur congrua, vbi quod filia nobilis ſemel congruè dotata, poſtea auctis facultatibus parentis, non petat ſupplementum, ſicuti & diminutis facultatibus non diminuatur dos, in quo conſ. dicit, & veſtes & iocalia filiæ in cauſam nuptiarum data, in legitimam imputari.

6. Alias quoque ſi ſcire velis, quæ ſit dos parua vel magna, poteris videre Viuium *deciſ. 260.* & quæ congrua *Menoch. de arb. lib. 2. caſu 149.* Seraphin. *de priuilegio iurament. pr. 2.* & Gilm. *tom. 2. p. 2. vol. 22. & DD. inl. quaro ff. de iure dot.* cum quibus & hoc notandum, quod docet Fuſarius. *lib. 2. conſ. vlt. volunt. 171.* quod dos ſecundùm morem Regionis dicatur congrua, licet minor ſit quàm legitima, imo licet mater potuiſſet petere ſupplementum, quod tamen non petiit, hoc ad filios non tranſmittitur, & licet dos ſit arbitranda abſque onere temporis, ſecus tamen, vbi eſt conſuetudo, deindè nota ex Farinac. *p. 2. deciſ. 60. per tot.* quod minor dos de conſuetudine detur monaſterium ingredienti, ita & ſupplementum non petat, ſed dos congrua dicatur, cũ qua fuit recepta, dicit ita hodie practicari, idem cum Farinac. in ſuis deciſionibus docet Gregorius Decimus Tertius Pontifex maximus *deciſ. 63.*

Rurſus in hac materia difficultas eſt, an filia ita dotata vel dotanda cenſeatur excluſa à bonis extra territorium ſtatuentis ſituatis (ſtatutum inhabilitans fœminas extantibus maſculis an habeat locum in bonis feudalibus vel Emphyteuticis Felinus *in cap. qua in Eccleſiarum num. 95. x. de conſt.*) ego plurimorũ DD. auctoritatibus comprobaui huiuſmodi ſtatuta vel conſuetudines non extendi extra locum, vel territorium, ita diſſolutis contrarijs docet Alex. *conſ. 128. lib. 1.* vbi Bart. Bald. atque alios allegat, & ab hac opinione non eſſe recedendum tradunt Brun. *d. Tract. 8. quaſt. 25.* Cacher. *deciſ. 100. in fin.* Michael Graſſus *in communib. opin. verb. ſtatutum quaſt. 16.* quos allegat & ſequitur Chriſtin. *ad conſuetud. Mechlin. tit. 16. in ſummario vel Rubrica 5.* & quod iſta ſit communis opinio, docet quoque Putens *lib. 1. deciſ. 351.* & ita ſæpius iudicatum reperitur apud Chriſtinæum *vol. 1. deciſ. 187.* rationem & ampliationem adducit Gail. *2. obſer. 124. num. 15.* & varia Rotæ Romanæ præiudicia allegat Gratianus *tom. 3. diſcep. forenſ. cap. 431. num. 20. & ſeqq. ſicut & vbi num. 26.* allegat plurimos DD. cum præiu- 7.

Digitized by Google

præiudicio Rotæ, quod ſtatutum excludens fœminas, non excludat forenſes, (ſed quid reſpectu immobilium in praxi ſeruetur *cap. præced.* dictum fuit & poſtea dicetur,) quibus addendum dicit *num.16. & ſeqq.* vt huiuſmodi ſtatuta, excluſiua fœminarum, locum habeant, requiri, quod adſit ſubiectio tam reſpectu bonorum quam reſpectu perſonæ, & quod iſta ſubiectio ſit in vno eodemque ſtatuto, & allegatis quoque præiudicijs hæc ita intelligi à Rota aſſerit, quemadmodum & in Camera Imperiali iudicatum fuit Mynſ. *5. obſeruat.19. num.3.* quod ſtatutum, ſiue in rem ſiue in perſonam loquens, non extendatur ad bona extra territorium ſita DD. & deciſonarios quamplurimos allegat Caualc. *p.3. deciſ.12. num.5.3.* & in caſu in quo conſului perſona non erat ſubdita, & conſequenter in ſtatuto non continetur Alexand. *conſ.141. nu.7. & ſeqq. lib.7.* ne quidem quoad bona iuxta Alexand. *conſ.44. num.30. & ſeqq. lib.5.* Rochum de Curte *Tract. de conſuetud. num.718. & ſeqq.* Felin. *in cap. poſtulaſti num. 4. de foro compet.* Roland. à valle *de lucro dotis quaeſt.36. n. 11.* qui dicit communem, cum alijs adductis per Portium *lib.5. concl.* 28. late Crauett. 271. *ſub num.1.* neque enim quoad bona in territorio quis ſubditus fit Surdus *conſ.195. nu.9. & 10. lib.2. & DD. ibi allegat. qui & conſ.* 113: tractat eam quæſtionem, quam vidi controuerti in cauſa creditorum filiæ dotatæ cum pacto in inſtrumento dotali expreſſe comprehenſo, quod ſi dotata filia nobilis ſine liberis mortua fuerit, ipſa dos reuerti debeat ad alios liberos dotantis, & vidi horum petitione non attenta, creditoribus adiudicata bona in dotem data loco legitimæ.

8. Priori quoque doctrinæ non obſtat, quod cap. præced. dictum fuit, videlicet quod habilitas in ſuccedendo reſpectu bonorum immobilium à loco ſitus hodie in vſu practico proficiſcatur, iunctis traditis per Gailium *d. obſeruat.124. num.5. & ſeqq.* quia hoc ipſo non efficitur, quod ſit ſubditus habens bona in territorio, ſed tantum ſequitur, vt quatenus in ijs ſuccedere velit, intelligat iſta bona in territorio ſita ſtatuti & territorij legibus, ſubiacere & quatenus iiſdem vti velit ſeſe iiſdem conformare, vel ſecundùm eadem ius ſucceſſionis in bonis ibi ſitis regulare debeat, alias in ijs non ſuccedat, priori enim caſu negari non poteſt vel in praxi non debet; quin immobilia ex ſitu & lege loci, vbi ſita ſunt, dirigi & cenſeri oporteat eius iuris, cuius de ſunt territorii iura exempla & præiudicia refert Chriſtinæus *vol.2. deciſ.59.* quod ampliatur procedere, licet ſtatuta de ſucceſſionibus ab inteſtato in Perſonam concepta forent, quibus & forenſes vinciuntur quoad bona ibi ſita, ita DD. quos allegat & ſequitur Cothm. *vol.1. reſp.21. num.132.* vbi tamen aſſerit communem eſſe in contrarium, ſed hanc in praxi eſſe receptam, quippe non debemus conſiderare quomodo diſpoſitio loquatur, ſed ad quid eius effectum dirigat *cap. tanta de exceſſ. prælat.* ſicut & effectus potius, quam modus ſpectandus eſt Bart. & Bald. *in l. ſi aut ff. de legibus* quamuis hoc caſu, quo forenſis ſtatuto eiuſque beneficio vti nolit, propriè loquendo non poſſit dici quod eodem obligetur *arg. l. fin. & quæ ibi not. ff. de iuriſdict.* quia ſtatutum nihil poteſt diſponere circa perſonam non ſubditam Bart. Bald. & DD. *in l. cunctos populos Cod. de ſumm. Trinit.* infinitos ad hoc cumulat Rol. à valle *conſ.24. num.17. & ſeq. vol.3.* & quemadmodum Perſonæ non ſubditę huiuſmodi

Digitized by Google

ſtatutis non obligantur, ſic nec eorum cō-modis gaudere debent, quia ſtatuta ſunt fauore ſubditorum & non forenſium, vt inquit Caſtren. *in l. omnes populi in f. ff. de iuſtitia & iure* Pariſius *conſ. 12. num. 24. vol. 3.* & hoc eſt, quod docent DD. quod forenſis non gaudeat beneficio ſtatuti Bart. *in Tract. repreſſal. quaſt. 5. in pr.* Albertus *tract. ſtatutor. in 2. p. quaſt. 9.* Plotus *Tract. de in litem iurando §. 57. num. 7.* Brun. *d. tract. art. 6. num. 13. & 14.* nec forenſis ad renunciandum ad præſcriptum ſtatuti obligatur Gail. *d. obſer. 124. num. 5.* quæ latiùs deduxi in fauorem Illuſtris Perſonæ, cui iuxta iuris cō-munis diſpoſitionem æqualiter cum fratre ſuo ſuccedere volenti obijciebatur à fratre ordinatio Patriæ, in qua tamen nec eorum Parentes habitauerant, nec dicta perſona ſubdita erat, nec eiuſdem frater, niſi quod in patria iſta, cuius ordinationi & ſtatuto innitebatur, aliqua bona ſtabilia erant, quia quoad iſta dixi ſeruanda ſtatuta, in reliquis iuxta ius commune ſuccedendum eſſe, ſic & contractus cenſetur celebratus iuxta ſtatuta & conſuetudinem loci Surdus *deciſ. 265. nu. 58.* vt alibi latiùs probo, ac proinde niſi ſpecialiter prouiſum ſit, ita quoque actum & contractum intelligitur, prout ſtatuta diſponunt, de quo ſupra.

9\. Quemadmodum conſului in cauſa Prænobilis Dominæ Quadt de Wickradt maritatæ Prænobili Domino Eck von Panthaleon / contra eiuſdem fratrem, non obſtante quod in fauorem eiuſdem plurimi, Nobiles in ſcripto atteſtarentur ab immemoriali tempore obſeruatum fuiſſe, quod filiæ nobiles congrua dote accepta renunciarent, & ita excluderentur à ſucceſſione, pro quo videntur eſſe aliqua argumenta apud Meiſnerum *tom. 3. deciſ. Cam. Imp. 14.* & Schurff *cent. 3. conſilio 70. num. 15. & ſeq.* tradit, quod ſtatuto vel conſuetudine induci poſſit, quod filiæ dotatæ extantibus maſculis non ſuccedant, quodque conſuetudo ex actu negatiuo, & non vſu inducatur, quando non vſus habet, ſeu continet in ſe tacitum vel implicitum actum contrarium diſpoſitioni iuris communis in ſubſtantia vel forma, vt ſcilic. hæreditas detur maſculis tantum, & non fœminis, & quomodo ex non ſolo vſu inducatur conſuetudo, reſoluit quoq; notabiliter Nicol. Euerh. Iunior *vol. 2. conſ. 1. num. 217.*

Nihilominus inquam, in causâ prædictâ contrarium reſpondi, & huic meo reſponſo vna mecum ſeſe ſubſcripſit Præclariſſimus Iuriſconſultus Dominus Godefrid. Schnell. Licentiatus, variorum Principum Conſiliarius, & quia magna bonorum pars in ducatu Iuliæ erat, dixi ordinationem Patriæ *tit. von Heyrats verſchreibungē cap. 94. §. wiewoll & ſeqq.* tantum diſponere vltra ius commune, quod filiæ accepta dote renunciantes, quamuis iuramentum non præſtiterint, renunciatio per ipſas abſque iuramento facta valeat, cuius contrarium in iure reperitur cautum *in cap. quamuis de pactis in 6.* cuius diſpoſitionem fruſtra conuellere nititur Molin. apud Mynſing. *6. obſ. 26.* quamuis filia renuncians iuxta *d. cap. quamuis* grauiter læſa admittatur ad ſucceſſionem, ita allegati DD. apud Chriſtin. *vol. 1. deciſ. 249. num. 6. & ſeqq.* ibi refert ita iudicatum fuiſſe, & in præced. an renunciatio ſucceſſionis paternæ, prohibeat legitimam eiuſuè ſupplementum, de quo latius agit *deciſ. 279.* interim non infimi Iuriſconſulti tenent corporale hoc in caſu requiri iuramentum iuxta diſpoſitionem *cap. quamuis de pactis in 6.* de quo videri poſſet Fichard. *in conſilijs ſuis* 10.

in

in aliquot locis,& alij, & ita puto iuris eſſe, licet hoc dubiũ reddi videatur in praxi per notata Wehneri *in prac. obſer. litt. B. in verbo* bey glauben vnd trawen/ Fürſt: Graff: vnd Adelichen ehren *verſ. his non obſtantibus cõtraria opinio verior eſt & in praxi recepta,* quod promiſſio ſub fide nobili, iuramento æquipolleat vide ibi, qui tamen non loquitur in terminis renunciationis iuxta dicta *cap. quamuis*;quemadmodum Couarr. *ibi p. 1. §. 2. nu. 3.* docet, quod hæreditatis renunciatio loco iuramenti, vt vulgo dicitur an Eides ſtatt, non ſit iuramento omnino adæquanda,& ita in terminis aliquando conſuluiſſe Lipſienſes teſtatur Weſenb. *conſ. 15. num. 25. vol. 1.* non enim eſt idem, quod ponitur pro eodem *gloſſ. in l. merces ff. de verb. ſignif.* interim hic admouero, pleriſque obligationibus vel inſtrumentis notabilem aliquam ſummam crediti & debiti continentibus, inſeri prædicta verba, ſub fide nobili, bey wahren worten/ glauben vnd trauen oder an andes ſtatt loco iuramenti, & tamen taliter promiſſa ſæpe non ſeruari videmus, igitur ſi iſta verba verùm importarent iuramẽtum, bone Deus! quot homines hodie periuri forent, quos tamen propter talium pactorum inobſeruantiam tales non reputari pro comperto habemus, & ita video declarari per DD. allegatos apud Wilhelmum Anthonij de Moratorijs Reſcriptis *lib. 7. concl. 30. num. 62.* quando de pœna agitur, & quando requiritur iuramentum ad ſolemnitatem actus, quod tunc promiſſio talis operetur effectus iuramenti corporalis, hinc etiam Wehnerus declarari poteſt, vt eius doctrina vera ſit quoad vinculum contractus, ac ita vigore dictæ ordinationis renunciatio per filias abſque iuramento facta ſubſiſtit, nec regreſſum habent ad bona paterna, vtrum autem filiæ dote contentæ, & regreſſui renunciare velint, hoc ipſum ſtat in earum arbitrio & poteſtate, neque enim legum correctiones inducere debemus *l. ſi quando Cod. de inoff. teſt.* ſed caſus à ſtatuto vel d. ordinatione omiſſus, remanet in diſpoſitione iuris communis, Decius *conſ. 296. num. 6. iunctis traditis* per Wameſium *tom. 2. conſ. 400. num. 8.* vbi docet, quod verba ſtatuti correctorij iuris communis, ſeu exorbitantis & à iure recedentis, ſtrictiſſimè ſint accipienda, ſecundùm eorum corticem, prout iacent, vt quidem aliquid operẽtur, ſed vt in minimò lædant ius commune, & caſus à ſtatuto omiſſus retineatur & reguletur ſecundùm diſpoſitionem iuris communis, ita vt prohibitio illius de vno expreſſo, contineat tacitam permiſſionem, ſeu nõ includat ſaltem prohibitionem de non expreſſo, vti ibi exemplificat, quod prohibitio de acquirendo immobilia, non extendatur ad prohibitionem pretii eorundem:

Conſimiliter non attentis nobilium atteſtationibus, quod filiæ nobiles dotatæ vltra 10. 20. 30. & plures excluſæ fuerint, ſcio Monaſterij Weſtphaliæ in cauſa domicellæ Nagel & domicellæ Kerckerink per Iudicem Aulicum iudicatum in earũ fauorem, videlicet vt cum fratribus ſuccederent & pro filia quædam pulchra adducta vides in Mynſ. decad. *2. reſp. 11.* in terminis de filia prætenſè à ſucceſſione vigore conſuetudinis excluſa, ſimile apud Viuium *in conſ. poſt deciſ. 225. ſubiuncto*, de fœminâ ad ſucceſſionẽ bonorem feudalium in Regno admittenda, vbi multa notabilia contra prætenſam conſuetudinem, vigore cuius ſuſtentum fuit eã excludi, adducuntur, imo contra multos DD. tenet Wam. *cent. 2. conſ. 7. n. 50. & ſeqq. cum aliquibus DD.* quod familia nobilium con- 11.

ſuetudinem inducere non poſſit, & quamuis centum annis ita obſeruatum fuerit intra illos, tamen poſteros non liget, vt præciſè ſequi teneãtur, ſed tantum ſit facti obſeruantia, ſeu vſus Patrisfam. à quo in dubio poteſt ſumi interpretatio, nõ autem deciſio cauſæ, ita vt ſecundùm id fieri poſſit, non vero ita fieri debeat, ita pulchrè Wameſ. qui tamen præter Zaſ. *in l. ſi quid à filio §. fin. de leg.* vbi in terminis, quod familia ſtatutum facere poſſit vt filia dote recepta hæreditati renũciet, docet *cent. 2. conſ. 40. n. 4.* quod valeat conſuetudo vnius familiæ, *& conſ. 49. nu. 9.* quod familiæ conſuetudo deroget generali conſuetudini territorij, ſed in caſu propoſito conſuetudo probata non eſt per notata Viuij *d. loc.* prædicta quoq; latè confirmantur apud Meiſ. *tom. 3. deciſ. Cam. Imp. 14. n. 72. & ſeq. & n. 84.* dicit Tiraq. *de iure primogen. quæſt. 16. in vtramq; part. diſput. & DD.* allegare, an familia conſuetudinem inducere poſſit, *hinc Tiraq. & Meiſ. d. l. diſtinguunt,* & rurſus docet idem Meiſ. *tom. 2. lib. 1. deciſ. Cam. Imp. 1. n. 9. & ſeqq.* quod in actibus voluntarijs, ſiue negatiuis ſiue affirmatiuis, cõſuetudo nunquam inducatur, & proindè licet filiæ Nobiles antehac dotatæ nõ ſucceſſerint, nõ video quomodo inde conſuetudo contra alias inducta dici poſſit, ſicut nec ijs quæ meræ ſunt facultatis, inducitur conſuetudo, late Meiſner. *d. deciſ. 1.* Mynſ. decad. *1. reſp. 10. & ibi n. 31. & ſeqq.* Rurſus in ſpecie de propoſita quæſtione & de conſuetudine familiæ, an valeat, & quæ in ea ſint conſideranda, idem Mynſ. *dec. 5. reſp. 49. & 50.* confer Gratian. *tom. 4. diſcep. forenſ. cap. 681. nu. 42.* vbi ne quidem ſufficit fœminas fuiſſe excluſas, niſi & probetur eas excluſas fuiſſe propter cauſam conſuetudinis, Meiſn. *d. deciſ. 14. nu. 73.* pro quo facit, quod potius ex gratia vel ciuilitate, quã ex neceſſitate quid actum vel renunciatũ fuerit Caſtr. *conſ. 179. incip. in cauſa col. 3. n. 4. verſ. non obſtat. lib. 1.*

Imo & in caſu ſtatuti quod filiæ excludãtur, adhuc earum factum, videlicet vt renũcient, dotatæ non dicuntur abſolutè excluſæ, ac proinde ſi ſingulariter ſucceſſioni renunciaretur, non cenſetur legitimæ renunciatũ ita aliquoties iudicatum reperitur apud Griuell. *deciſ. 34. n. 15.* in qua deciſ. quoque docet, quod legitima ſtatuto minui & dos, eius loco, licet minor ſubrogari poſſit, & ibi an filia renuncians faciat partem in computatione legitimæ, *& rurſus deciſ. 120. num. 25.* quod ſi ſtatutum excludat dotatam tunc nõ dotata ſuccedit, & ita videmus quantum interſit, ſimpliciter excludi & excludi erga dotẽ, *& ibi per tot. dec.* de filia quæ accepta dote renũciauit & de ſtatuto excluſiuo *& d. dec. 34. n. 56. & ſeq.* confer Chop. *de re ruſt. lib. 3. c. 7. numer. 75.* quod filia ſtatuto vel renunciatione excluſa, nepotes ad ſucceſſionem admittantur, & N. *ibi gloſ.* marginalem quod ſtatutaria excluſio porrigatur ad omnes deſcendentes excluſæ. 12.

Sed ſtante ſtatuto rurſus controuerſum eſt, an excluſa quoq; cenſeatur à bonis extra territorium ſitis, & excludi voluit ſub diſtinctione Surdus *conſ. 343. n. 19. & ſeq.* vbi quod ſubdita poſſit inhabilitari quoad ſucceſſionem, eaq; inhabilitas trahatur etiã extra territorium, & rurſus *conſ. 553. n. 9.* vbi in prioribus plurimos DD. in contrarium allegat, prout contrarium quoq; ſentit Capyc. *deciſ. 159.* & quod fœminæ à ſtatuto excluſæ, cenſeantur quoq; excluſæ à bonis extra territorium ſitis allegatis auctoritatibus docet etiã Ant. Theſ. *deciſ. 34. ſub n. 6. & per tot.* de tali ſtatuto & DD. allegãtur in Gręti. Aui ad Gail. *2. concl. 124. n. 9.* quod ſtatutum excluſiuum 13.

con-

continens diſpoſitionem fauorabilem extendatur ad bona extra ſtatuentium diſtrictum ſita, quod forte intelligitur, quando perſona excluſa eſt ſubdita, quemadmodum docet Alex. *lib.7.con.431.nu.7.& ſeqq.* quod ſtatutũ excludens dotatas, extendatur etiam ad bona extra territorium ſita, ſi ſubiecta ſit ipſis ſtatuẽtibus, quia dicit, filia nulla bona accipere poteſt, niſi vt hæres, vnde ſi priuetur potentia conſequendi vniuerſale, ſub quo particularia continentur, priuata etiam ſit potentiâ conſequendi particularia ſub vniuerſali incluſa, quod facilius procederet, in caſu, vbi non ſunt tam variæ & diuerſæ iuriſdictiones & ſtatuta, nam vnius territorij Dominus, non facilè admittet, vt alterius territorij Dominus filiam inhabilitare poſſit quoad bona extra ipſius ſtatuentis territorium in alterius dominio ſita, & proinde requirit Gratianus allegato loco, vt ſit ſubdita ſimul reſpectu bonorum, ſed Chriſtin. *vol.4. deciſ.63.num.4.* tractat quæſtionem hanc, an conſuetudo vel ſtatutum in rem vel perſonam loquens extra territorium porrigatur in cauſa ſucceſſionis ab inteſtato, & primò an conſuetudo incluſiua vel excluſiua certarum perſonarum extendi ſolum debeat ad bona in ſtatuentium territorio ſita & non alibi exiſtentia, ibi DD. pro & contra. At ego hodie in cauſa aliqua ſuſtineo, filiam nobilem eſſe admittendam in bonis extra territorium ſitis, quod ipſum iſtius territorij Dominus facilius admittet, quam ſi renunciaſſet omnibus bonis, quia vt vult Nicol. Euerhard. iun. *volum. 2. conſ. 25. num. 48. & ſeq.* eam ſic admittere non poſſet, vtpotè proprio placito excluſam; verum quia in dicta cauſa frater nobilis diſtulit ſorori ſuæ congruam dare dotem, & in dubium trahebatur conſuetudo vel ordinatio, dixi filiam interim immittendam, Gilmannus *Symph. par.1. tit.7. voto 6. num. 187.* prout & alimenta & expenſas pendente lite ei ſoluendas fore, per diuerſa decreta ſeu ſententias prouiſionales obtinui, de quo ſupra *de Litibus* actum fuit, ſed quia & frater hæreditatem ære alieno grauatam allegabat, & ita legitimam vel dotem relaxare nolebat, quæritur, an ſi prius velit ſoluere æs alienum, & offerat cautionem, audiendus ſit, de quo vide Raudenſem *de Analog. in append. par. 6. ſub num. 51. & ſeqq.* vbi pro & contra arguitur; ſimile apud Anton. Fabrum. *de errore pragmat.*

Rurſus ego reſpondi in caſu vbi parentes filiabus pro dote aſſignarunt quatuor millia aureorum, quæ, erecto deſuper inſtrumento, in fauorem fratrum paternæ & maternæ hæreditati renunciant, ſed poſtquam vna ex dictis ſororibus poſt parentes innupta moritur, quæſitum, an ſororum filiæ cum patruis ſuccedant, ratio dubij deſumitur ex Caualcano *par. 1. deciſ. in indice lit. M. incip. Matrimonium ſine denunciationibus, &c.* quaſi dos non peti, niſi ſecutis nuptijs, poſſit, per Doctores ibi alleg. & ita iudicatum refert, ſed in caſu præſenti contrarium reſpondi ſc. dotem illam tranſmitti ad hæredes per rationes & DD. alleg. apud Vincentium de Franchis *Deciſ. Neapolit. 618.* vbi proponitur caſus, ſi ſorores propter maſculos fuerint excluſæ ab omni ſucceſſione, ſic tamen quòd fratres eas teneantur dotare quando nupſerunt, quòd hæc dos tranſmittatur ad hæredes, etiam eo caſu, vbi ante contractas nuptias mortuæ fuerint, & ita iudicatum fuiſſe, ipſe Caualcanus d. loco concedit, quòd huiuſmodi relicta & debita quoad legitimam, non ſint 14.

 con-

conditionalia, ideo tene menti, quando dos ſuccedit loco legitimæ, illam tranſmitti ad hæredes, etiam non ſecutis nuptijs, Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.11.tit.23. num.22. & ſeq.* Surdus *de alimentis, tit.3. quæſt.1.num.64. & ſeqq.* & *num.56.* quando loco legitimæ ſuccedere dicatur, imò indiſtinctè aliqui tenent in caſu ſtatuti excludentis filias erga dotem, vel renunciationis, quod tunc ſemper dos ſuccedat loco legitimæ, Tiraquell. *in l.ſi vnquam, in verb. ſuſcepit liberos, num.112. Cod. de reuoc. donat.* ibi Doctores allegat, quibus adde Viuium *deciſ.415. num.4. & ſeq.* Pereg *deciſ. 3. num.5. lib.1.* Cephal. *conſ.56. num.15. & ſeqq. lib.1.* Alexand. *conſ.121. volum.6. num.3.* vide omninò Viuium *deciſ.415.* an autem maſculus excludens fœminam vigore ſtatuti tranſmittat ius hæreditate non adita in terminis tradit Surdus *deciſ.138.* ſic etiam in caſu primogenituræ, quando cæteri fratres forte Principes, Comites excluduntur, quid & quantum ipſis dandum vel aſſignandum ſit, vide Beſoldum *in theſauro practico, lit. A. verb.* abgefundene Herren/ *num.4.* quam excluſionem Galli *Appenage*, vocant, vide ibi Additionatorem iunctis traditis eadem *lit. A.* Abgeſonderte Kinder/ *num.5.* & in prioribus terminis, Abtheilung der Herrſchafften/ & *in tract. de Regia ſucceſſ. differt.4.*

15. Rurſus prius ſtatutum intelligendum videtur, vt tantum ab hæreditate dotantis excluſa cenſeatur Caualcanus *par.3. deciſ.8. num.29. & ſeq.* hinc in vſu practico obſeruari cernimus, quòd filię plerumque renuncient bonis paternis, maternis, & fraternis in vſum maſculorū, quo caſu tamen maſculis nó extantibus redintegrantur, vt ſupra ex Caualcano dictum fuit, & exornatur in materia renunciationis apud Crauet. *conſ.974. num.15.* & de effectu renunciationis *conſil. 289. per tot.*

In hac materia de moribus, obſeruantijs, 16.
vſibus, ritibus, ſtatutis & conſuetudinibus licet multa adduxerim, tamen adhuc infinita de ijs dicenda & agenda reſtant, præcipuè autem vt & ego inueteratis meis moribus, aſſuetudine, & obſeruantijs prauis repudiatis ad Dominum meum me conuertam, quandoquidem in peccatis ſum natus, poſtea in voluntarijs volutatus, & in malis habituatus, vnde & ferrea nata eſt peccandi conſuetudo, cuius vincula diſſoluere nequeo, quippe, vt dicit Publius, grauiſſimum eſt conſuetudinis imperium, quæ enim ſemel inoleuerunt, euelli non poſſunt, cui conuenit illud Poëtæ:

Non temere antiquos mutat Germania mores
Ponere difficile eſt, quæ placuere diu.

Et illud vulgatum:

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem
Teſta diu. ———

ita vt ſi dixerim nunc incipiam (ſicut & *Prouerb.cap.22.* dicitur: Adoleſcens iuxta viam ſuam etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea, idcirco talis iam radicatæ conſuetudinis tempus eſt vt me emendem) ſtatim tamen adeſt peccatum præ foribus, & erigitur aduerſus me inimicus, & tenet me conſuetudo mali tenaciter & inuitè, Thomas à Kempis *in ſoliloq. cap.4.* vbi pulchra & pia ad propoſitum, & Cicero *in orat. pro Publio Sylla:* Omnibus, inquit, in rebus iudices, quę grauiores maioreſque ſunt, quàm quod quiſque voluerit, cogitauerit, admiſerit, non ex crimine, ſed ex moribus eius, qui arguitur, eſt ponderandum, neque enim poteſt quiſquam noſtrum ſubitò fingi, neque cuiuſque vita repentè mutari, aut natura conuerti,

Digitized by Google

uerti, nemo repentè fit ſummus, nemo repentè turpiſſimus; quemadmodum & Ariſtoteles *lib. 2. Ethic. cap.* 1. Omnes virtutes & omnia vitia ex conſuetudine bonorum vel prauorum actuum generantur, vnde natum diuerbium: Conſuetudo eſt altera natura, quia inſtar nouæ & acceſſoriæ naturæ inclinat, vrget atque impellit; hinc S. Auguſtinus *in confeſſ. ſuis:* Suſpirabam, inquit, ligatus non ferro alieno, ſed mea ferrea voluntate; velle meum tenebat inimicus, & inde funes mihi fecerat; ex peruerſa enim voluntate facta eſt conſuetudo, & dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas, quibus, quaſi quibuſdã annulis ſibimet annexis, tenebat me ſtrictè dura ſeruitus.

Eapropter non immerito timeo, quia ſine illa mala conſuetudine, ſine immunditijs videri non poſſum, peccata mea ſi celantur, ſunt inſanabilia, ſi videntur ſunt deteſtabilia, vrunt me dolore, terrent me timore, mole me obruunt, pondere me premunt, pudore me confundunt: & ita demiſſo capite coram te, Domine, ſto trepidus & confuſus, obſecrans vt iuſtitiam in miſericordiam commutes, ſi enim & Viri ſancti coram te comparere reformidant, vbinam ego manebo niſi ad Tribunal miſericordiæ vadam, & rogem vt omnia mea delicta in Sanguine tuo ſint diluta, & perpetuæ obliuioni propter nomen ſanctum tuum tradita, quoniam in conſpectu Diuinitatis nemo dubitat miſericordiam conſequi, quemadmodum & S. Bernardum feciſſe lego, qui in graui morbo viſus eſt à Sathana accuſari, ibi de propria iuſtitia ſuorum meritorum prorſus deſperans: fateor, inquit, non ſum dignus ego, nec proprijs poſſum meritis regnum obtinere, cæterum duplici iure obtinens illud Dominus meus, hæreditate ſcil. Patris, & merito Paſſionis, altero ipſe contentus, alterum mihi donat, ex cuius dono iure mihi illud vendicans non confundar, Auctor vitæ cap. 13. *ita nec ego confundar ſi cor humiliatum & contritum habuero* Pſal. 50. *quia doces me in te ſperare* apud Eccleſ. *dicens, reſpicite filij nationes hominum, & ſcitote, quia nullus ſperauit in Domino, & confuſus eſt; hinc Poëta:*

Terra fremat, Regna alta crepant, ruat orbis & orcus,
Cui comes eſt CHRISTVS, nulla ruina nocet.

nec tale cor habere poſſum, niſi dono tuo habeam, nec quod habeo tibi dare poſſum ſine te, quia ea eſt mihi à vitio & aſſuetudine innata peruerſitas, vt neque boni aliquid facere, imò neq; cogitare poſſim, niſi tu Deus dederis, & ſingulari gratia animum meum ad id excitaueris, quod & libenter facis, quia Domine, tam bonus & miſericors es, vt etiam dona tua corones in nobis, S. Auguſtinus epiſt. 105. tom. 2. *ideo quoque alibi idem Sanctus dicit: Ouis perdita nunquam reuerteretur, niſi pij Paſtoris miſericordiam conſequeretur. hinc & Sponſa in Canticis Sponſum ſuum ad fructus ſuos colligendos inuitans ait: Veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum; O quanta Beatitudo, inquit* S. Hieronymus ad Hed. quæſt. 1. *pro paruis magna recipere, æterna pro breuibus, pro morituris ſemper viuentia, & habere Dominum debitorem; Da ergo Domine, vt depoſita hac peccandi conſuetudine, in ſanguine tuo emundatus, vita emendata accipiam fructus, quos vt conſequar, peto donum Spiritus ſancti, vt non conſueto meo more, ſed Diuinitatis rore aſperſus agam dignos fructus pœnitentiæ, ab illicitis abſtineam, & tibi ſoli & ſummo Bono adhæream in ſecula ſeculorum.*

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS DECIMVS.

Juſtitia in Tempore & prætextu temporis vulnerata.

CAPVT PRIMVM.

Tempore, Leges, Priuilegia, Conuentiones, Confœderationes hodie nimis facilè, quandoque benè, quandoque malè, imò perſæpè & homines cum illis mutari.

1\. HAud equidem inficias eo, quin leges & mores ſuum æuum habeant, tempore varientur & mutentur, plerumque in deterius, nam quantumcunque bona mente, & initio veterum decreta, ac pragmaticæ ſanctiones inducta cenſeantur, tamen ſucceſſu temporis propter humanæ naturæ corruptionem ad varios abuſus rapta vileſcunt, cum hæc ſit omni in re animorum conditio, vt à neceſſarijs orta primo, cuncta peruenerint ad nimium, Plinius *lib.1. hiſtor. cap.4.* quod quandoque inhoneſtum viſum, deinde honeſtè fieri putetur, Hering. *de fideiuſſ. cap.33. num.49.* pro quorum confirmatione repeto quæ *parte 1. tit.1. de Adminiſt. Iuſt. cap.4. & 5. de Clement. cap.6. de Æquitate paſſim, & de Iuſtit. Fori & Poli. cap.1. & 15.* dicta fuere, iuncta *Nouell.7. cap.2.* & Couarr. *in relect. cap. Alma Mater, p.2.* de mutatione legum, ſucceſſio temporum inquit Symmach. *344.* placita priora mutauit; ſic & leges, ſed non ſine cauſa, & quæ cauſæ adeſſe debeant, Grotius *de iure belli, lib. 2. cap.20. num.24.* ſcitum eſt, & ex oraculo ſcriptum, nihil conſtat loco ſtabili, & nihil, quo ſtat loco, ſtabit, omnia ſternet abducetque ſecum vetuſtas, Senec. *ad Mar. c.26.* adeo omnia cum incepere, deſinunt, cui naſci cõtigit, ei mori reſtat, qui hodie diues cras, pauper eſt, hinc Poëta:

Ipſa dies, quandoq; parens, quandoq; nouerca eſt.

Omnia aliena ſunt, inquit Senec. *in Prouerb.* tempus tantum noſtrum, quotidie eſt deterior poſterior dies, atque vt maritimis æſtibus, modo vnda affluit, modo refluit, ita humanę res interdum ſubiectis incrementis alleuantur, ſed etiam maioribus damnis deſeruntur, quòd & in legum promulgationibus ſæpè accidit, quæ iuſtè, hoc eſt, ſecundũ locorum, temporum, rerum & perſonarum cõditiones, qualitates, circumſtantias & viciſſitudines regi ac Iuſtitia adminiſtrari debent, quoniam humana ea eſt conditio, vt variato tempore, & illæ varientur, *l. pretia rerum, ff. ad L. Falc.* vnde & mutatis moribus iura mutantur humana, præſertim, quoties euidens neceſſitas, aut publica vtilitas id expoſcit, *cap. non debet, de conſang. & affin.* quamobrem priuilegium Eccleſijs ab initio iuſtè conceſſum, ſi ſuccedente tempore fiat præiudiciale, & nimis damnoſum, meritò reſtringi, moderari ac reuocari poterit, *c. dilectis, & c. ſuggeſtũ, ibi gl. x. de decimis, c. quia ſancta, §. verũ diſt.63.* permaximè ſi incipiat eſſe damnoſum publ. vtilitati, *l. ſi C. ſi contra ius vel vtil. pub. l. dãnoſa, C. de precib. Imp. off.* 2.

de quo

Digitized by Google

de quo latius agit Barboſ. ſupra de Adminiſ. Iuſt. alleg. vbi & dictum, quomodo Sereniſſimus Princeps Elector modificauerit priuilegium hoc belli tempore (cum alias clauium ciuitatis cuſtodia ad Senatum & Conſules pertenuerit Meiſ. *tom.* 4. *deciſ. Cam. Imp.* 22. *nu.* 54.) cui conuenit illud Poëtæ.

Temporibus medicina valet, data tẽpore proſunt,
Et data non apto tempore, vina nocent.

Et illud Eccleſ. omnia tempus habent, ita ut fatuus dicatur ille, qui extra tempus aliquid facit, quia omnia ſuis temporib. debẽt conuenire *ca. ſi Eccl.* 23. *q.* 4. non eadem omnibus decora, *ait* Tacit. *6. annal.* adeo etiam, vt & benefacta malè ſeu dicenti tempore non locata, etiã malefacta cenſeantur, vt ait Enn. & Tull. 2. *officio.* ſic & ipſe Deus remunerat quod benè fit, non bonum quod fit, Luc. de Pen. *in l. Cond. nu.* 15. *Cod. de Cond. & proc.* & præter iura prædicta, mutationẽ ita iuſtam perhibentia. probant quoq; *cap. vlt. diſtinct.* 14. *l. vnic. in pr. Cod. de Caduc. toll.* D. Thom. 1. 2. *q.* 97. *art.* 1. *& q.* 104. *art.* 3. Ariſt. 5. *Ethic. c.* 7. conſimiliter S. Aug. *1. de libr. arbitr. c.* 6. dicit, legem iuſtam poſſe, per tempora iuſta mutari, mutata enim Rep. eius ſtatus quoque mutari debet, quemadmodũ poſtulat interdum vel temporum ratio, vel recens & noua morum regula, vt antiquæ leges temperentur, immutentur & abrogentur, vnde Claud.

priſcamque reſumunt
Canitiem leges, emendanturque vetuſta
Accedunt que noua.

Quoniam in mundo ius nullum ſtabile eſſe cecinit verſus:

Ortus cuncta ſuos repetunt finemq; repoſcunt,
Et redit in nihilum quod fuit ante nihil.

Et iuxta Boëtium:

Repetunt proprios quaq; recurſus
Redituq; ſingula gaudent,
Nec manet vlli traditus ordo,
Niſi quod fini iunxerit ortum,
Stabilemq; ſui fecerit orbem.

Ita & Regna ſuos fatales habere periodos 5. exornatur apud Klock. *de contrib. c.* 7. *n.* 134. *& ſeqq.* ſuis ſpatijs tranſeunt vniuerſa ſub cœlo, ſol deficit, luna laborat, ſydera cadunt Lipſ. *lib. 1. de conſtant. c.* 16. leges mutantur in æs inciſæ Manut. *in præf.* omnium, inquit Symm. *lib.* 8. *cap.* 27. fuga fit, nam

Omne quod natura parens creauit
Quantumlibet firmum videas, labeſcit
Tempore, ac longo fragile ac caducum
Soluitur vſu.

Tamen Scacc. *de commer. & camb.* §. 1. *q.* 7. *p.* 2. *ampl.* 19. *n.* 8. *&* 10. licet alleget DD. quod lex humana non ſit eadem apud omnes, ſed variabilis, tamẽ hoc declarat & nititur probare, quomodo illa eadem ſit apud omnes, & inuariabilis *nu.* 19. 21. *&* 39. ſed hoc inter omnes conſtat, quod ius diuinum & naturale immutabile ſit, vnde dicimus, quod res de facili reuertatur ad ſuam naturam & originem, prout ſupra de ratione *c.* 1. *&* 2. quoq; probaui, ea, quę ratio naturalis dictitat, fixa & rata manere, nihilominus Catholicè dicimus, omnia vana & tranſitoria, præter amare Deum, & vt dicit Poëta:

Tranſit honos, tranſit fortuna, pecunia tranſit
Omnis, ſed tantum fama perennis erit.

Et quamuis bona inſtituta ad vnguẽ ſeruari deberent, tamen hodie multi noua inſtituta introducũt, non quia bona, ſed quia noua, mutatio autem omnibus in rebus, inquit Volat. *lib.* 29. præterquam in malis, periculoſiſſima eſt, etiamſi in melius fuerit, ſaltem ad tẽpus periculo non vacabit, quinimo neque ipſæ leges humanæ facilè aut ſine iuſta cauſa mutari debent ſecũdùm DD. paſſim, pro quo & induco illud Plinij & Taciti *Annal.* 14. ſuper omnibus negotijs melius atque rectius olim prouiſum, & quæ

conuertantur, in deterius mutantur, vnde prædicatur hodie illud Ennij.

Moribus antiquis res ſtat Romana.

Interim iuxta S. Ambroſ. *in Luc. 1.* æui mutatio, facti vniuſcuiuſq; ſæpè mutat naturam, ſed vt dicit Tacit. *Annal. 3.* tot à maioribus leges repertæ, tot quas D. Auguſtus tulit, illæ obliuione, hæ, quod flagitioſius eſt, contemptu abolitæ ſecuriorem luxum fecere, nam ſi velis, quod nondum vetitum eſt, timeas ne veteraſcat, ſi prohibita impunè tranſcenderis, neque metus vltra, neque pudor eſt.

4. Prædictis itaque non efficies, quod tempora exoticis noſtris moribus & vitijs ita communibus accommodari, & leges propterea mutari, ſed potius illa per leges corrigi & conſtringi, & leges in commune bonum procedentes nunquam occaſum pati debeant Symm. *lib. 10. epiſt. 3.* maiorum inſtituta ceciderunt, quæ modeſtiæ, quæque ſobrietati patrocinabantur Tertull. *cap. 6* ſic Imp. Baſil. teſte Cedrono ſtatuit leges inutiles abrogare, vtiles autem & neceſſarias repurgare atque eas de integro ſanare, quia iuxta Poëtam:

Sit ſuſpecta, nouum quæ pandit ſemita collem.

Ad ea iam tempora deuentum eſt, quibus nec vitia noſtra nec remedia pati poſſunt Liu. *lib. 1.* quicquid ſecundum priſcos mores licitum & honeſtum eſt, minus deſideratur noua appetuntur, nouitas delectat hanc dolendam legum mutationem & violationem irridet Owenus verſibus præcedenti titulo relatis, vtinam ergo adhuc viuerent Locrenſes, qui ſeuere & ſub pœna diſcriminis vitæ cuſtodiebant, leges veteres & patria inſtituta tuebantur, vt ſi quis nouam legem rogaturum ſe eſſe oſtenderet, cogebatur eam proponere collo in laqueum inſerto, quod ſi legem propoſitam Populus adprobaſſet, ſuaſor diſcedebat illæſus, ſed ſi lex repudiabatur, laqueo interficiebatur, nunc ſi Locrenſes viuerent, facile credidero, quod leges ſartæ, tectæ conſeruarentur, quod Maiorum inſtitutis magis inhæreretur, traditionibus Eccleſiæ obſecundaretur, & Patrum dicta & monita in maiori pretio & auctoritate haberentur, non tam faciles & crebræ eſſent Theologorum diſtinctiones, & ceſſarent vt plurimum Iuriſconſultorum limitationes & repetitæ ſublimitationes; prædictæ namque, ſæpe tales exiſtunt adinuentiones & artes, quæ diſtinguentes & limitantes ipſos nec modo non ſaluant, ſed potius damnant, quæ Chriſtianiſmum quaſi in paganiſſimum conuertunt, quemadmodum enim Pagani pro puncto honoris, & pro defenſione conceptæ opinionis poſthabito humilitatis decore quidlibet fere audebant ſeu licitum exiſtimabant, ſic non pauci Chriſtiani hodie in rebus fidei proprio ſenſu & interpretatione, in Theologicis & Iuridicis rebus, variante circumſtantia in argumentum reſpectiuè tractis, quandoque etiam præceptis charitatis, & pacis (ſine quibus tamen earum auctor verè & Chriſtianè coli non poteſt) minimè attentis, noua parturiunt, ne autem nouum videatur, varijs excogitatis interpretationibus, explicationibus atque argumentis quod proferunt legi veteri, diuinæ, rationi naturali, Iuri Canonico & Ciuili conuenire dicunt, cum tamen iuxta Comici ſententiam

Digitized by Google

tiam tot iam ſæculis prolatam & diuulgatam, nihil dicatur, quod prius dictum non ſit, nihil enim ſub ſole nouum, nec valet quiſquam dicere, ecce, hoc recens eſt Eccleſ. *cap.* 1. ſemper quippe, vt ait Thucidides, eadem fabula in mundo agitur, hinc Cyrus apud Xenephontem iam moriturus filios ſuos hiſce alloquitur verbis, Diſcite ex ijs, quæ iam facta ſunt & Tacitus 11. *Annal.* omnia, inquit, quæ nunc vetuſtiſſima videntur, fuere noua, inueteraſcet hoc quoque, & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit, vnde non poterunt hodie ſcriptores rerum nouitate prodeſſe, vel vti multi putant, placere, præſertim ij, qui ius ciuile profitentur, quorum illud eſt proprium, vt eandem rem ſexcenties repetant, veluti conqueritur Reinaldus Ridolfius *in epiſtola quadam ad Franciſcum Viuium*, ſufficiebant quondam ſcripta Iuriſconſultorum Iuliani, Pomponij, Scæuolæ, Pauli, Vlpiani, Papiniani, cæterorumque huius ordinis veterum Iureconſultorum, nunc vero deprauatis huius ſæculi moribus nunquam ceſſante ſcribendi licentia in immenſum creſcunt librorum volumina, hinc iocosè, imo ſerio, benè, Dominus Melchior Haſſelt Patritius quondam Ampliſſimi Senatus Colonienſis Appellationum Commiſſarius, quemadmodum pro ſua humanitate mihi erat familiaris, cernens meam Bibliothecam, omnes libros comburendos eſſe, vno excepto, in quo vnica & ſola veritas haberetur, dicebat, quia abſoluti ſapientis eſt non duci opinionibus, ſed certo verum tenere Cic. *lib.* 4. *Acad. quæſt.* quæ tamen veritas per multitudinem librorum læditur, oppugnatur, & leges ipſæ deprauantur, quamui explicari poſſe videatur illud Poëtæ.

Cur creſcant quæris tot vbique volumina iuris
In promptu cauſa eſt, creſcit vbiq; dolus.

5. Cum enim hoc calamitoſo ſæculo ingenia hominum à priſca ſinceritate digreſſa magis ſtudioſa ſint ad machinationes, technas & fraudes fabricandas & repudiata quodammodo humilitate Chriſtiana ad Ethnicorum ſuperbiam, quæ ipſis generoſitas quædam vocatur, dilabantur, ac ita vitia ipſæ virtutes videri velint, nihilque audere relictum ſit, non potui non facere, quin ſaltem rudi Minerua contra huiuſmodi mala aliquid in lucem ederem extremam limam doctioribus addituris relinquens, quandoquidem iam ad extrema peruentum eſſe alij dicunt, & quis dubitat? nam

Sic viuunt homines, veluti mors nulla ſequatur
Aut velut infernus, fabula nuda foret.
Aut velut in ſuperis gloria nulla foret.

Cum videamus quæcunque ferè vitia, prætextu conſuetudinis excuſari, ſiue in hodiernos hominum mores vitium reijci, ea propter hominum eſt culpa non temporis, ne dicas, inquit S. Hieron. ſuper illud Eccleſ. 41. Non eſt dicere priora tempora meliora fuere, quam nunc ſunt, virtutes faciunt dies bonos, vitia malos, nam quamuis.

Tempora mutentur & nos mutemur in illis.

6. Tamen noſtrũ non eſt in vitijs accreſcere, ſed vt tempus ad plenitudinem ſuã currit, ita nobis ad plenitudinẽ ſeu perfectionẽ

virtutum curſitandum erit, miſeriam & calamitatem temporum plenis buxis acclamamus & increpamus, ſed eorum cauſam, noſtra vitia, non amputamus; Tēpus malū non per naturam, inquit Theophylact. *ad Epheſ.* 5. ſed propter ea, quæ in illo fiunt, hominum eſt culpa non temporis, nunquid enim videmus hodie multis tempus deeſſe ad exequendum mala; multis tempus abundare in perficiendo mala, vt etiam ſe laſſatos reperiant in via iniquitatis, *Sap.* 5. alijs tempus ſupereſſe ad mala conſultandum & perficiendum, alios temporis opportunitatem quærere ad palliandum iniuſta, ac ſi de omnibus iſtis rationem nullam eſſemus reddituri, (quod tamen infallibile eſt, ideo vitæ tempus ita metiendum, quaſi & diu & parum eſſemus victuri, vt inquit Laertius, Chriſtianis vero ita viuendum eſt, ac ſi ſingulis momentis moriendum, & de omnibus exactiſſima ratio reddenda foret) ſed cogitent non omnia licita, quæ exiſtimant iuſta, aut quę in populorum inſtitutis ſunt, quod ipſum exiſtimare ſtultiſſimum eſſe, ait Luc. de Pen. *in l. vniuerſos num.* 17. *Cod. de ſtud. liber.* nec refragatur illud Terent. *in Andr.* nunc hic dies aliam vitam affert, alios mores poſtulat, quandoquidem hoc ipſo non efficitur, quod etiam vitam & alios mores peiores, ſed potius meliores poſtulet, vt emendemus in melius, quę vſu prauo introducta & recepta ſunt, in prouerbio eſt, diſtinguas tempora & conciliabis ſcripturas, diſtinguamus inquam tempora vetera, & noua, illa Chriſtianis Chriſtiana, hęc Chriſtianis non ſat Chriſtiana ſunt, hinc perbellè quidam dixit:

Aliter tunc orbe nouo cœloq; recenti
Viuebant homines.

Prout Saluſt. (quem Thom. Morus *in Rep. Vtopia pag.* 26. refert, hi quibus opes nullę ſunt, inquit, bonis inuident, malos extollunt, vetera odere, noua exoptant, odio ſuarum rerum, omnia mutare ſtudent.

——— ſic omnia verti
Cernimus atq; alias aſſumere pondera gentes,
Concidere has.

Et Plaut. in Trinummo ait.

Mores mali, quaſi herba irrigua,
Succreuerunt vberrimè, neq; quicquam hic vtile nunc eſt,
Niſi mores mali, eorum licet iam meſſem metere maximam,
Nunc mores, nihil faciunt, quod licet,
Niſi quod lubet, ambitio iam more ſacta & libera eſt à legibus.

Et latius ibi, & Tertull. *de cultu fœm.* vetera inſtituta iam pridem corruptis moribus ludibrio ſunt, ſæculi improbitas quotidie inſurgit, fraudis, inquit Cic. atque inſidiarum & perfidiæ plena ſunt omnia & 3. *offic.* Iuſtitia vacillat vel iacet potius, pudori, probitati, virtuti, rectis ſtudijs, bonis artibus nihil eſt loci: quem in pluribus locis ad propoſitum allegat Vaſq. *lib.* 1. *contr. cap.* 20 *nu.* 33. nunc Iuſtitiam vmbratilem habemus; vtinam adhuc vmbratilem dicit Luc. de Penna, hinc tam mali mores, hinc tanta malorum licentia, vbique ferè audacia priores partes habet, inquit Dio *lib.* 41. hinc probitatem laborare neceſſe eſt, hiſce temporibus, dicit Auctor. *tract. onus Eccleſ. cap* 4. §. 5. iniquitas & malitia vſque ad ſummum gradum creuit, Iuſtitia autem cum decreſcit, Religio perijt, impietas, auaritia, libido, cæteraque crebeſcunt, Iuſti ſunt præda ſceleratis, ac diuexantur vndique ab iniuſtis, ſoli mali ſunt opulenti, boni vero omnibus contumelijs expoſiti, atque egeſtate conficiuntur, confunditur omne ius, ac leges interierunt,

Dat veniam coruis vexat cenſura columbas.

Omnia

7. Omnia vi & audacia poſſidentur, non fides in hominibus, non pax, non humanitas, non pudor, non veritas eſt, & ita neque ſecuritas, neque regimen, neque requies à malis vlla, modo nempè totius Alemanniæ nobilitas tumultuatur, omnis denique terra concutitur, fremunt vbique bella, omnes gentes ſunt in armis, & Chriſtiani ſe inuicem oppugnant, Ciuitates principeſque Imperij Romani, iam inter ſe præliantur, quæ ſingula, ſunt ſigna futuræ & indubitatæ noſtræ calamitatis, hactenus ille, quo nihil verius hoc tempore, quo prædicta vbique notoria & communia ſunt, dici poterit, notoria enim non egent probatione, ſed ſeipſa oſtendunt, quaſi omnium ætatum crimina, atque omnium ſcelerum immanitas in hæc tempora, ceu in quandam ſentinam confluxerint, adſunt modo periculoſa ac ſæpius denunciata tempora, adeſt nũc mare calamitatum & miſeriarum ſupra miſerias & calamitates obſeſſionis Ieruſalem relatas à Ioſepho, haſce plagas præſentes & futuras, terræ motus vehementiſſimi prædixerunt, prout dicit, *Pſalmiſt. torrentes iniquitatis conturbauerunt me, ideo commota eſt & contremuit terra, fundamenta montium conturbata & commota ſunt, quoniam Deus iratus eſt eis & aſcendit fumus in ira à facie eius*, igitur dum tempus habemus, operari bonum neceſſe erit S Paul. *ad Galat.* 6. nam vt ait S. Bernard. *Serm ad Scholaſt.* nihil eſt pretioſius tempore, ſed heu nihil hodie illo vilius reperitur, tranſeunt dies ſalutis, & nemo recogitat, nemo ſibi perire diem, nunquam rediturum, cenſet, prout exornatur à Fab. Iuſt. *in Tob. cap.* 14. *verſ.* 11. *num* 5. *& ſeqq.* tamen vt dicit S. Aug *de temp. ſerm.* 7. delectatio occidit & præterijt, vulnerauit & tranſiuit, miſerum fecit & abijt, infœlicem reddidit & reliquit, & tamen minis ſecuri viuimus, & haud reflectimus nos ad illud Poëtæ, Græci apud Ficinum:

Fallimur, & cæci mortem procul eſſe putamus,
Illa tamen medio corpore clauſa iacet.
Quandoquidē ex illa miſeri qua naſcimur hora
In vita, iuncto mors comes atra pede.
Partem aliquam vitæ, ſemper furatur & ipſam
Diminuit vitam, qualibet hora ſuam.
Et morimur ſenſim, & momento extinguimur vno,
Non ſecus ac Lampas deficiente oleo.

8. Quin nũc ah! miſeri, dũ loquimur, morimur, belliſſime igitur Epictet. *in Enchrid. cap.* 28. mors & exilium, inquit, & omnia, quæ in malis habentur, ob oculos tibi quotidie verſentur, omniũ vero maximè mors, ſic nihil vnquam humile cogitabis, nec impenſe cupies quicquam, & tamen vix milleſimus animum ſuum aduerſus ea, quæ poſſunt euenire, ſatis decenter & Chriſtiane firmat, tot præter domum noſtram, dicit Senec. *ad Marc. cap.* 9. ducuntur exequiæ, de morte non cogitamus, tot acerba funera, nos togam noſtrorum infantium, nos militiam & paternæ hæreditatis ſucceſſionem animo cogitamus, tot diuitum paupertas in oculos incidit, & nobis nunquam in mentem venit, noſtras quoq; opes æque in ludibrio poſitas, neceſſe eſt itaque magis corruamus, qui quaſi ex inopinato ferimur, neceſſe eſt eum aduerſa fortuna comminuat, quem ſecunda decepit, omne tempus nobis impenſum, inquit S Bernard à nobis exigetur, qualiter expenſum, nos in tempore viuimus & tempus ignoramus, mirum & obſtupendum imo horrendum, quod non recogitemus indies tempus, à quo pendet æternitas, in tempore viuimus, ac ſi ſemper hic eſſemus victuri, vbi enim

eſt, quæſo te, qui contrarium aſſeris, timor Domini, vbi vera Iuſtitia? vbi probitas & ſinceritas, nunquid, ſi verum fateri velimus, verum eſt hodierno tempore illud Horat:

Damnoſa quid non imminuit Dies?
Ætas Parentum peior Auis tulit.
Nos nequiores mox daturos.
Progeniem vitioſiorem.

Item alius:

Filius à Patre degenerat, nec fama nepotum
Æquat Auos. Regnant cædes, occulta venena
Inſidiæ ac ſtupra,

Qui gladio præualit, de finibus optime diſputat, ius in armis hodie ſuper cætera valet, ſed ijs maximum diſcrimen. ait Tacit. *lib 4. hiſtor.* penes quos aurum & opes, præcipuæ bellorum cauſæ.

9. Quod ſic hodiernis temporibus conuenit, vt nihil vnquam verius & magis accommodatius dici poſſit, prçterquam enim hoc in locis ſuperius relatis ſatis probatum reperitur, cernimus omnes, hodie delicta non reputari delicta, vel plane exiguũ videri, quãdo illud cõmittimus, quod priſtinæ ſynceritati, pietati ac fidei Chriſtianæ, quouis tormento terribilius exiſtimatum fuit, ac proinde non immerito hodie applicari poterit illud Senecæ *lib. de natur. quæſt.* quotidie, inquit, aliquid ſubtilius, aliquid elegantius excogitat luxuriæ furor, vſitata contemnens, iam non ſunt homines ad concupiſcentiam dentibus, & ventre, & ore contenti, etiam oculis guloſi ſunt, & propter temporum & morum mirabilem varietatem, ego totus horreo & contremiſco, quoties monita & præcepta ſacræ ſcripturæ lego, & vitas, SS. Patr. reuoluo, conſiderando quam lege ab eorum ſemitis diſtemus, vnde fit, quos illi olim tepidos exiſtimarunt, nos hodierno tempore ob raritatem veræ orthodoxæque pietatis & probitatis, valde pios & Iuſtos iudicemus, quippe in multitudine Impiorum parum probus, multum excellere videtur, cum tamen bonitas non ſit, peſſimis eſſe meliorem Senec. *Epiſt.* 79. neq; hæc tempora aliorum imitatione, aut quod nos ipſi eos ſequamur, excuſabunt, licet nolle peccare dicamus, nam intentio bona in rebus iniuſtis eſſe non poteſt, habenis namque iniuſtitiæ ſemel laxatis, deinceps dominatur illud peruulgatum, mala mens, malus animus, & è contra malus animus, mala mens, & adagium, quod à græcis originem traxit, mali corui malum ouum, quomodo autem peccata in primitiua Eccleſia punita fuerint, docet Barboſ. *in cap. accuſaſti x. de accuſat.* & quomodo hodie contemnantur, & multum eſt ſi vel leuiter puniantur, verum vbi tranquilla tibi omnia videntur, inquit, Senec. *de ira* 2. *cap.* 3. ibi nocitura non deſunt, ſed quieſcunt, quieſcunt inquam ad tempus, vt in tempore magis puniãtur, quemadmodum ſupra de Clement. probatum extat, parum igitur vel nihil ſe meliorem eſſe horum comparatione exiſtimare debes, per ea, quæ eleganter tradit Salu. 2. *contra auarit pag.* 53. *qui & de gubernat. Dei lib.* 5. *pag.* 168. tanta eſt raritas bonorum, inquit, vt pene vnus eſſe videatur, vitijs ipſis honeſtus acceſſit titulus, hinc titulata excuſantur, bonum igitur non vulgi veritatis peſſimi interpretis, ſed diuinæ legis rectæque rationis ponderibus librandum eſt, non ſat boni igitur quos comparatiuè bonos aſſeris, poſtquam in tam periculoſa & turbulenta tempora incidimus, merito cum S Policar exclamare licebit, Bone Deus! in quæ nos tempora reſeruaſti

vt

Digitized by Google

vt iſta patiamur, poſtrema mundi ætas referta eſt malis tanquam morbis Senectus, & Lipſ *in Epiſt.* 22 *cent.* 1. aduigila hic igitur inquit, iam ante ſerio prouide, quæ vitia cognata vel amica cuique genti, quis enim neget, vt in hominibus ſingulis, ſic Populis labes, Galliam ecce, cogites leuitatem & vanitatem. Italiam? proteruiam in ea & libidinem. Hiſpaniam? faſtum Africanũ. Germaniam? Commeſſationes & ebrietatem, latius Gregor. Tholoſanus, *de Republ. lib.* 4. *cap.* 4. *numer.* 4. *& ſeqq.* hinc dicitur.

Quiſquis patitur ſuos Manes.

Quod & de Germania olim dixit Tacit *de moribus Germ. cap.* 22 diem noctemque continuare in potando, nulli probrum apud Germanos, habebitur aliquando ebrietati honor, & plurimum meri cepiſſe, virtus erit, Senec. *lib.* 1. *de benef. cap.* 10. illa lex quæ olim in conuiuijs Græcorũ obtinebat, prô dolor! à multis adhuc hodie practicatur. Aut bibat, aut abeat, cuius effectus vide apud Tacitum dicto loco, quod ipſum tempore quidem excuſatur, ſed apud Deum nõ acceptatur per notata *cap. ſeq & Prouerb.* 23. væ illis qui commorantur in vino & ſtudent calicibus epotandis. pereãt neceſſe eſt, pro quo facit & illud, per crapulam cibi & potus, perit homo totus, idem, vinum multum & forte, non multum diſtat, à morte, & tamen potatur, de prædictis admonitus, illa tanquam dira omnia reſpuit, meminiſſe potius deberet.

Cum bibis ex vitro vitrũ cinerem eſſe memẽto
Sic eris ipſe cinis, cum te trahet vltimo finis.

Nec in prædictis ſiſtimus, quia omnis malitia inualeſcit, omnia vitiorum & fraudis genera crebreſcunt, iuſtitia interit ac exulat fides, pax & vera germanitas non amplius reperitur, ſed vis & audacia præualet, omnis ſexus & ætas bella conſultat & tractat, non modo externa & finitima, ſed & inteſtina, quis ſcit an non Turcica? Turcica inquam, quia Germana & Chriſtiana pax iam dudum exulauit, & niſi Deus auertat, Turcica bella magis ac magis inualeſcent:

Verba docent, & ſigna monent & pœna probabit,
Ni ſubito vitam in melius cõuertimus, actum eſt.

Neque miremur inquit S. Cypr. *ad Demetr.* in genus humanum ſeu Catholicos creſcere iram Dei, cum quotidie creſcat, quod puniatur.

CAPVT II.

Peccata & delicta, ſeu mala in ſe, nulla temporis diuturnitate excuſari, ſed potius augeri, & an pœna minuantur.

PRo confirmatione prædictorum repeto quædã dicta *p.* 1. *de Iuſti. fo. & poli c.* 17. *& de Iuriſd. c.* 5. & exornantur à Zaſio *vol.* 1. *conſ.* 5. *nu.* 66. *& ſeqq.* & in terminis idem Zaſius *conſil.* 14. *n* 106. *& ſeq. & conſil.* 15. *nu.* 32. quia peccata quo diuturniora, eo grauiora ſunt *diſtinct.* 8. *vbi cap. non debet in f. x de conſang. & affin. ca. fin. x. de conſuet.* & quod praua conſuetudo temporis curſu non firmetur probat Crauet. *conſil.* 314 *n.* 4. *&* 5. hinc multas prauas conſuetudines abrogat, *conſtit. crim. Caroli V. art.* 218. an vero in foro fori mala conſuetudo excuſet, tradit Tyraq. *de pœn. temp. cauſ.* 42 *per tot*, ſi nequitia, miſeros facit, inquit, *Boet.* 4. *conſ.* 4. miſerior eſt diuturnior nequam, peccatum enim quo antiquius eo grauius eſſe ſolet Crauet. *conſ.* 146. *n.* 4. *& d. cõſ.* 314. *n.* 5. vbi de conſuetudine nutritiua peccati loquitur, quam ne quidẽ antiquiſſimo tempore iuuari, aut confirmari dicit *c.* 1. *de conſuet. in* 6. quia lapſus temporis legem iniuſtam non validat *gloſſ. in cap. inter cætera* 16. *quæſt.* 3. Crauet. *d. conſ. nu.* 5. pulchrè exor-

Digitized by Google

exornatur in Fabiano Iuſtin. in Tobiam *tract. de ſuperbia gradibus cap. 9.* de grauitate antiqui & conſuetudinarij peccati, & quod iuxta *Ezechie. cap. 8.* mulieres ſedentes plangentes Adonidem, aliorum abominationes ſuperarint, vel magis peccarint, quam qui ſtantes idolo cultum exhibuere, vide ibi, ſic & in iure noſtro delicta, quæ tractum & cauſam ſucceſſiuam habent, magis punienda ſunt DD. allegat Cothom. *vol. 1. reſp. 32. num. 245.* & in ijs ſeueritate vtendum eſt, Luc. de Pen. *in l. ſi quis C. de deſert.* qui iuxta S. Ambroſ. diu in mala exercitatione detenti, non facile corriguntur, tunc namque veriſſimum eſt illud, emendatio morum, difficile Luctamen, quæ ſunt virgulta, inquit, Caſſiod. *5. Epiſt. 38.* erunt ſi negligantur, & robora, vnde Farinac. *de delict. & pœn. q. 18. num. 80.* docet, quod conſuetudo delinquendi, faciat delictum magis atrox & pœnam augeat, *& q. 20. num. 43. & ſeqq.* plene traditur, per quot actus inducatur conſuetudo peccandi, quomodo & quando excuſet conſuetudo loci in delictis & in quibus, interim notandum, quod iniquitas ſtatuti nunquam tranſeat in iudicatum Felin. *in cap. cum omnes, num. 4. x. de conſtit.* & conſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt, vt pulchre dicit S. Cypria. *contra Pompeium ad Epiſcopum Stephanum*, relatus ab Annæo Roberto, *lib. 2. rerum iud. cap. 1. fol. mihi 294.* temporis enim præſidium dicitur impium, in Iaſone, *vol. 3. conſ. 64. num. 15.* quæ tamen declari poſſunt, ita vt in ijs, quæ ſuapte natura mala vel contra ius naturale, gentium, & diuinum ſunt, conſuetudo praua non excuſet à pœna temporali, ſecus quando conſuetudo praua contra iuris ciuilis diſpoſitionem inducta eſt, ita DD. diſſentientium opiniones conciliat & diſtinguendo exornat Peguera *deciſ. 34. per tot.* vnde reſpondi male votaſſe quendã, quod fornicatio ſimplex hic non debeat puniri, vtcumque de iure ciuili concubinatus permiſſus eſſet.

E contra vero in ijs, quæ ſunt Iuris poſitiui, quamuis conſuetudo mala fide forte inducta, ſi tamen ſinè violentia diu durauit, poteſt abrogare legem humanam, cum ſucceſſu temporis validetur, DD. & caſum in eſu carnium ex regula aliquibus Religioſis prohibito, at à tempore immemorabili permiſſo, refert Zypæus *ad concil trident. conſult. 1. verſ. huius tit. de conſuetud. vbi declaratur, text. in d. cap. fin.* alias neque tempus tollit crimen, neque temporis præſcriptio, Guid. Papa *deciſ. 221.* in cuius confirmationem adduco quod recitat Philoſ. 5. *Polit.* quod cum quidam Theopombus Spartanis imperans, partem regni ſui dimiſiſſet, quia illud iniuſtè tenebat & iniuſto titulo poſſidebat, increpatus fortiter ab vxore propria, quod deberet verecundari, quod regnum minus, dimitteret filijs ſuis, quam ipſe à patre ſuo recepiſſet, reſpondit Rex, ſi minus dimitteret in quantitate, maius tamen in temporis diuturnitate, quod refertur in magno ſpeculo exemplor. *in verb. reſtitutio, exemplo 3.* ego ſimilia audiui & quidem horrenda, quod poſſeſſores non ſolum antiquiſſimi, ſed etiam qui vltra aliquot centenos annos, in ſua familia bona aliena habentes, damnati fuerint, Firma enim eſt regula, non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum., firmum & illud apud Canoniſtas, quod heres conſcientiam animamque defuncti exonerare teneatur, Viu. *deciſ. 195. num. 8. prout latius, cap ſeq. demonſtrabitur.* 2.

Vnde ſæpius admiratus fui, quo pacto & ratio- 3.

ratione iuris, aliqui Politici Regnorum & Prouinciarum inuaſiones diuturnitate temporis, vel neſcio quo fato aut permiſſione Dei propugnare queant, quantum enim ad primum attinet reſponderi poteſt, ea quæ ab initio non valent, temporis tractu non conualeſcere. & obſcurato principio, omnia ſequentia incerta eſſe & obſcura reddi, ſicuti & omnis actio à ſuis principijs regulari debet, vnde principium fine potentius æſtimatur, & cauſa perficiente potior incipiens habetur, Crauet. *conſ.* 882.*num.* 13. *pro quo faciunt præcitata iura & cap. ſeq. alleganda*, quoad ſecundum vero reſpondetur, neceſſitatem fati quoſdam ex ipſis Catonicis negaſſe *& p.* 1. de bello ſatis euacuatum eſt, denique quoad tertium repetenda ſunt dicta, *p.*1.*tit.*1.*& tit.*2. quod licet Deus propter peccata huius vel illius Regis, Principis, vel Domini, permittat Regna, Prouincias, & bona ipſi auferri, tamen auferens peccat, ſic propter peccata Chriſtianorum Imperium Orientale eripuit Turca, quod tamen ipſe iniuſtiſſimo poſſidet titulo, ſic de alijs inuadentibus Regna & Prouincias edixit ipſemet Dominus Deus *Deut. cap.* 9. nec obſtat, quod *p.*1 *tit.* de bello dictum & quod Romani virtute ſua Romanum Imperiũ meruerint, & tamen integra Regna occupauerint, prioribus dominis inde depulſis, quandoquidem, ſi meruerint virtute ſua, poteſt negari, quod iniuſto bello illa occupauerint, deinde ſi præſupponatur quod Deus illis imperium Romanum dederit, & conceſſerit, dici non poteſt, quod illa occupauerint iniuſto titulo, ſicuti in veteri teſtamento Deus Iudæis, aliorũ habitationes & terras adiecit Iuſtiſſime, cum ipſe ſit Dominus Dominãtium, nec ei dicere liceat, cur ita facis, huic vel illi Regi vel domino dand) alterius dominiũ, quia autem Dei voluntas nobis occulta eſt, non licebit huic vel illi Regi, ob aliorum peccata, tollere Regna & Principatus eorum, dominioq; rerum ſuarum illos priuare, quod latius patet ex adductis per Couar. *in relect. cap. peccatum p.* 2. §. 10. *de reg. iur. in* 6. *de bello aduerſus infideles, an & quatenus licitum ſit, qui &* §. 9. *num.* 4. tradit aliquas iuſti belli cauſas, quibus & forte Romani ad bellum alijs inferendum inducti fuerunt, ibi & notabilis Cæſaris ſententia apud Lucanum, arma tenenti, inquit, omnia dat, qui iuſta negat. *& p.* 3. agit de reſtitutione poſſeſſorum bona fide bonorũ. vide ad eũ, prædicta declara per Zypæi. *d. loco*, quandoque non procedere, quoad ſucceſſores, qui non tenentur examinare facta anteceſſorum, ſed præſumere poſſunt illos bonos, & factum bonum fuiſſe, niſi conſtet de malo, deinde quando principia ipſa, vt in antiquis ſolet, obſcura ſunt, vel dubia, tũc enim oportet ſentire pro conſuetudine vel tempore immemoriali iunctis ijs quæ traduntur *cap. ſeq.*

Quemadmodum autem in foro poli peccata & crimina diuturnitate temporis magis ſordeſcunt, ſic in foro fori diuturnitate temporis alleuiantur, imo quandoque extinguntur, *l. ſi dubium ff. de pœn.* quod exornatur & declaratur in Tyraq. *de pœn. tempo. cauſ.* 29 qui *& cauſa* 41. docet, quod cõſuetudo in delictis excuſet, prout videmus quod in Germania nullus propter ebrietatẽ puniatur, & in alijs Regnis propter ſimplices Fornicationes pęnam nemo ſubit, vt exclamare liceat cum Cic. *in Verr.* ô conſuetudo peccandi? quantam habes iucunditatem in improbis, & audacibus, cum pœna abſuit, & licentia conſecuta eſt, prius rurſus 4

Digitized by Google

declara prius, vt procedat in conſuetudine publica iniuſta, ſecus ſi ſit priuata, pudorem tollit, ait Senec. multitudo peccantium, & deſinit eſſe probri loco, commune maledi-ctum, tempus culpam extenuat, inquit Saresb. 4. actumue commendat, quod rurſus declara vt praua conſuetudo excuſet à pœna exteriori, licet non excuſet à peccato & culpa, Barboſa *in cap. deniq; n. 3 diſt. 4. ibi DD. alleg.* conſulas in caſibus occurrentibus Farinac. *de inquiſit. q.* 10. an, & quando ex diuturnitate temporis pœna minuatur, *& nu.* 20. *&* 351. de pœna ſpirituali *& alias n.* 84 *& ſeqq. iunctis iis, quæ tradit* Matheſila *ſing.* 77. *& ibi Additio.* quod conſuetudo longiſſimi temporis, tolerata per ſuperiorem Monaſterij, excuſet contrauenientes Regulæ, etiā in verbis præceptiuis, & ſic ratione conſuetudinis quis excuſatur ab actu prohibito, vide ibi in pluribus exornatum, & docetur quod non omnis contrauentio regulæ obliget ad mortale, nec obſtat, quod ita videantur venire contra votum, dum ſolemniter promiſerunt ſeruare votum, quia profeſſio non refertur ad omnia contenta in regula, ſed ſolum contra tria ſubſtantialia eiuſdem contraueniendo quis peccat mortaliter, in cœteris venialiter, niſi ex contemptu quis contraueniat, niſi aſſueſcat, & niſi contraueniret præcepto Prælati, & prius dicta, videlicet quod conſuetudo excuſet, declarantur & ampliantur.

5. Ego vero in hac materia omnino diſtinguendum eſſe puto inter actus ſuapte natura malos, & illos, qui cohoneſtari poſſunt, illi ſemper illiciti cenſentur, Grotius *de iure belli. lib. 3. cap. 1. numer. 4. & ſeqq.* & de actibus prohibitis & in quotuplici ſint differentia, quæque honeſtari poſſint, latius agit Ferd. de Caſtro Societatis Ieſu *de virt. & vitiis, tract. de peccat. diſp. 1. punct. 13. iunctis traditis* per Bonacin. *de legib. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 7. §. 3.* vbi quod lex iniuſta non obliget in conſcientia, & quot modis dicatur iniuſta, *& punct. vlt. §. 3. in 1 propoſ. num.* 8. *& ſeq.* quod non poſſit induci conſuetudo contra ius diuinum, naturale, & gentium, quatenus huiuſmodi ius deducitur ex principijs naturæ, ſicut enim non poteſt introduci conſuetudo contra ius naturæ, niſi circumſtantiæ rerum ita varientur, vt res eſſe deſinant intrinſecæ malæ, ita nec conſuetudo introduci poteſt contra ius gentium, ita nec vſus excuſat in ijs quæ de ſua natura mala ſunt & deteſtabilia, Felin. *in cap. ea quæ num. 1. in fin. x. de ſimon.* Farin. *in praxi Crim. p. 1. quæſt. 20. num. 16.* pulchram hiſtoriam refert, Grot. *de iur. bell. lib. 2. cap. 20. num. 47. in fin. ex Plutarcho,* barbaros quoſdam, qui humanis victimis Deos colebant, pœnas daturos Romanis fuiſſe, ſed cum antiquitate moris ſe excuſarent, nihil mali paſſos, vetitos tamen ne quid impoſterum tale facerent, ſint igitur hæ duæ maximæ, præ oculis, quod peccatum non dimittatur niſi reſtituatur ablatum, quodque peccati venia non detur, niſi correctio ſequatur, quæ ita comprobantur, *in reg. 4. & 5. de reg. iur. in 6. iunctis traditis* per Barbo. *in vtroque loco & cap. ſeq. in declarationibus & cap. poſſeſſor malæ fidei. 2. d. tit. numer.* 10. *&* 11. quod conſuetudines iniuſtæ & peccati nutritiuæ iure Cano. abrogentur, ius ciuile vero poteſt vti voluntarijs peccatis ſubditorum in bonum commune, non præſtando auctoritatem ſed ita permittendo fieri, vt latius ibi *& p. 1. titul. 1.* traditum fuit, iunctis traditis per Gratianum *tom. 2. diſc. forenſ. cap. 309. num. 32. & ſeqq.* quando tolerantia veniat, conſideranda, ibi & quod

Digitized by Google

quod actus negatiuus non contradicendi, non ſit eius potentiæ ad inducendum conſenſum prout affirmatiuus.

CAPVT III.

De effectu temporis immemorialis, & quod tale dicatur, & quomodo probetur, cum notabilibus declarationibus.

1. QVando in praxi de hoc tempore eiuſque effectu agitur, perſæpe dubio marte pugnatur ſeu litigatur, & imprimis immemorialis temporis adducuntur effectus, quos refert Wameſ. *cent.* 1. *conſ.* 4. *n.* 9. *& ſeq.* quod ibi habetur pro cõſtituto, pro priuilegio, & non ſolum omnia priuata, ſed & publica occupat, & excludit, & non eſt opus de bona fide & titulo docere, quia præſumptionem iuſti tituli ac priuilegij ſecum trahit, & non datur reſtitutio in integrum contra præſcriptionem centenariam ſeu immemorialem, & hoc verius dicit *cent.* 1. *conſ* 2. *num.* 15 *& ſeqq.* ſicut & priuilegia centenariæ præſcriptionis recenſet in multis caſibus Caſp. Anton. Theſau. *lib.* 2. *quæſt.* 27. quod & illo tempore præſcribatur omne ius, etiam inpræſcriptibile, & cui lex reſiſtit, item contra Romanum Imperium, contra Romanam Eccleſiam, & præſumitur ſolemnitas in alienatione rei Eccleſiaſticæ, imo & Regalia præſcribuntur, & plura ibi, in ſumma iuxta Senec. 6. *natur. q.* 10. nihil à vetuſtate tutum, prędictis conuenit illud Martialis.

Quid non longa dies, quid non conſumitis anni
Et Ouid:
Cũcta poteſt igitur tacito pede lapſa vetuſtas.

2. Sunt autem DD. inter ſe diſſentientes *n.* 3. *allegati*, quorum aliqui tenent, quod maior ſit præſcriptio centenaria, quam immemorialis, nam immemorialis dicitur ſexaginta annorum ſecundum Cacheran. *deciſ.* 101. *numer.* 26. Vinc. de Franchis *deciſ.* 166. contrarium tenet Felin. *in cap. ad audientiam* 5. *limit. de præſcrip. & latè* Couar. *in Relec. cap. poſſeſſor. p.* 2. §. 3. *numer.* 6. qui enumerat differentias inter iſtas præſcriptiones, quod autem *numer.* 8. dicit, illud tempus non dici immemoriale, cuius initium quocunq; modo oſtendi poteſt Balb. *de præſcrip.* 2. *p.* 3. *punct.* 1. *q.* 6. *num.* 26. ſiue per inſtrumenta, ſiue per litteras aut alia documenta Maſcardus *de probat. conclu.* 1043. hæc tamen opinio abſolutè & indiſtinctè intellecta, falſa ſit neceſſe eſt, quia hac opinione, ſtante, nec Diluuij tempus, nec orbis initium, immemoriale tempus dici poſſet vt dicit Weſenb. *conſil.* 2. *numer.* 82. *ille igitur numer.* 77. putat, tempus immemoriale dici, quod excedit centum annos, quod etiam, abſolute loquendo, verum non eſt, rectius ergo alij dicunt ſufficere ad illius conſtitutionem, ſi de eiuſdem memoria non conſtat, prout dicit *Imp. in l.* 3. §. 4. *ff. de aqua quotidiana &c.* eſt ductus aquæ, cuius origo memoriam excesſit, & patet hoc ex dictis DD. & differentiam quoque ponit Crauet. *de antiq. temp p* 4. *abſolutis differentiis numer.* 1. *& ſeqq per l. ſi arbiter. ff. de probat.* hoc tempus probari per teſtes, qui ſunt ad minus 54. annorum de quadraginta annis teſtificantes, Mynſ. 1. *obſ.* 30. vbi & de effectu iſtius temporis, & quid ad eius probationem requiratur, 1. quod teſtes ſint ad minus 54. annorum & de 40. annis teſtificentur, 2. quod teſtes neceſſario dicant communem opinionem eſſe, quod de contrario vſu non exſtet memoria, 3. quod teſtes ita sẽper viderint & audiuerint à ſuis maioribus, 4. quod nunquam fuerit obſer-

uatum contrarium, ibi plures DD. allegat. Geil. *2. obſer. 66. num. 9 & docet* Pacianus *de prob. lib 1. cap. 47. num.* 16. *& ſeq.* quomodo articuli ſint formandi in probando memoriam nõ extare, quod ab affirmatiua ſit inchoandum, articulando, quod communis omnium opinio ſit, memoriam rei talis non extare, & quod teſtes in probando exercitio Iuriſdictionis continuatæ tanto tẽpore, cuius initij memoria non extat in contrarium, debent deponere, quod ſemper audiuerunt, & viderunt ita eſſe, nec vnquam audiuerunt aut viderunt contrarium. ſubiungentes communem omnium opinionem eſſe, quod non extet memoria hominum in contrarium, & licet alij plura requirant, dicit tamen non eſſe de neceſſitate, vt ad præciſam formam verborum teſtes ſe obligent, modo eorum teſtimoniũ, in effectu concludat, ita communiter ab omnibus teneri, quod in contrarium homi. num memoria non extet, & iſta generalis opinio, quod non extet memoria in contrarium. habetur loco probationis in factis multum antiquis, nec requiritur alia probatio ſi illa opinio ſit vniformis apud omnes, nec de ea ſit contradictio apud peritos, inferendo, quod licet Eccleſia non habeat Inſtrumenta de ciuitatibus ſuis, ſi tamen habeat generalem opinionem præſcriptam apud omnes, hoc illi ſufficiat pro plena probatione, alias ſequeretur abſurdũ, quod niſi talis probatio ſufficeret, non poſſet probari, quod Cæſar fuiſſet Imperator, vti latius exornatur ibi.

3 Conformiter aliquibus Vaſq. *de vlt. volunt. & ſucceſ. lib 2. §. 17. de ſucceſſ. reſolut. num. 30. & ſeqq.* quod fama cum adminiculis probet, quod inducit pro nobilibus qui per patrimonia ſucceſſiua non poſſunt probare ius patronatus, quia Iuxta Bald. talia antiqua facta probantur per initia & famam, & pro eo iure ſeruit antiquiſſima poſſeſſio, & rurſus ex Bald. confirmat ſuperius tradita *& nu. 45. & ſeq* quæ requirantur ad famæ probationem, ſicut & illa immemorialis tẽporis antiquitas facit, vt quamuis ab initio probari potuiſſet titulus, & poſtea probari non poſſit forte defectis & extinctis qui adfuerunt, quippe omne quod ortum eſt, mortalitatem conſequi ex Cic. *lib. 1. de natura Deorum*, refert Coraſ. *in l. illicitas. §. ſicuti ff de offic. præſid.* ea propter Plin. *lib. 2. Epiſt. ad octauia*: habe, inquit, ante oculos, mortalitatem, è qua aſſerere te hoc vno momento poteſt, nam cætera fragilia & caduca non minus, quam ipſi homines, deſinunt occiduntque, terrena omnia inquit Apul *de mundo*, mutationes & conuerſiones, poſtremo interitus habent, & vt pulchre dicit text. *in l. præſens, 57. §. homini Cod de Epiſcop. & Cleric.* homini cuique curſus vnus eſt vitæ ab opifice datus, cuius finis eſt omnino mors, vnde & Arnob. *lib. 1. aduerſus gentes*, adeſt, vicinus introitus, inquit, mors omnia finiens, & cunctis adimens ſentientibus vitam, & exornatur apud Hering. *de fideiuſ. cap.* 20. §. 10. *numer.* 86. *& ſeqq.* quomodo quis bis viuere & mori dicatur, æquiſſimum tamen eſt & rationi adprimè conſentaneum, vt omnes hi probationum defectus, quos temporis antiquitas parit, eiuſdem temporis auctoritate ſuppleantur, vt pulchre tradit Antonius Faber *in conſult. de Ducatu Montens: pro duce Sabaud. p. 1. pag.* 19. iunctis traditis per Graſſ. *in com. concl. lib. 2. titul. de præſumptione cap.* 20. præſumptio autem reſultans ex hoc tempore eſt iuris & de iure Menoch. *lib. 2.*

Digitized by Google

*lib.1.conſ.*90 *n.*67.*& lib.*3.*præſ.* 131. *nu.*29. & Zaſ.*lib.*2.*conſ.*6.*nu.*13.*& ſeqq* dicit, quod ob temporis longitudinē præſumptiua admittatur probatio, & quod in remotiſſima tēpora, ſurſum verſum duraſſe præſumatur id, cuius certum non apparet initium, fruſtraq; diſputetur, vbi adeſt tale tempus de bona fide & iuſto titulo, nec obſtat ibi dictū Baldi, quod bona fides non præſumatur, niſi probetur titulus; quia dicit, quod loquatur de præſcriptione longi temporis, & notāter dico, quod loquatur in materia ſeruitutis, alias *cap.ſeq* probo, quod quandoq; & bona fides, abſque titulo conſiſtere poſſit, & pro exornatione iſtius doctrinę, quod ſi de initio non conſtat, quod in remotiſſima tempora ſurſum verſum duraſſe præſumatur, addo ſimile ex Gramm *deciſ.*64.*nu.*38.*& ſeqq.* quod allegans id fuiſſe obſeruatum diu per conſuetudinem longæuam, & obſeruantiam etiam à tempore cuius initij memoria in contrarium non exiſtit, & probans de decem annis id fuiſſe obſeruatum, apparet conſuetudinem iam eſſe præſcriptam, & idem fuiſſe obſeruatum per maius tempus.

4. Verum enimuero contra prædictū tempus videbis in praxi allegari. 1. Defectū probationis iſtius temporis, neq; enim dubium quin ſit difficilis probationis, multa ſiquidē requiruntur ad probandū vſum tanti temporis, præſertim in iuribus diſcontinuis, vt ſcil. probēt quod ſemper ita viſum fuerit & auditū à prædeceſſoribus, & quod ita ſemper communis opinio, & communis vox & fama publica, de tali iure prætenſo, & quod nunquam contrarium obſeruatum, & ita viſum fuerit obſeruari, à 50. annis & vltra, & vt de his ſingulis fidem faciant, coniunctim neceſſe eſt, adeo vt ſi teſtis deponat, quod ſemper viderit & audiverit dici à ſenioribus, & quod ſit publica vox de immemoriali tempore, non concludat, quia non dicit, quod vnquam viderit vel audiuerit contrarium, & quod ſit communis vox & fama, nec dicit quod hominum memoria non extet in contrarium; quo fit vt teſtes ſuper tali probatione inducti ſint 54. annorum, vel tot vltra 40. quod fuerint tunc capaces, ad intelligendum hoc, quod viderunt olim ſuper quo nunc deponunt, ita quod de viſu proprio poſſint ſaltem probare poſſeſſionem & præſcriptionem 40. annorum, in reliquo vero admittitur probatio de auditu alieno, & licet de communi voce & fama deponere debeant, non eſt tamen neceſſe vt deponant, de communi opinione & fama populi, ſed ſufficit quod de communi fama & opinione eorum, qui veriſimiliter ſcientiam talis rei habuerunt, aut ſcire potuerunt, nec requiritur, quod teſtes ſinguli deponant omnia prædicta requiſita, cum ſufficiat vt vnitè de omnibus illis teſtificentur, hæc ita allegat & DD. auctoritatibus comprobat Klock. *de contrib. cap.* 20. *num.* 241. *& ſeqq.* vbi & de præſcriptione iuris collectandi agit, præter ibi allegatos, vide Tuſcum *lit. T. teſtes in antiquis qualiter deponere debeant. concl.*290. & immemoriale tempus quomodo probetur Riccius *p.*4.*collect.* 1266. *& p.* 1. *collect.* 233. dicit concluſum fuiſſe, illa quatuor recenſita ex Mynſ. 1.*obſ.* 30. non requiri, vt quilibet teſtis de illis teſtetur, ſed quod poſſint coniungi ad faciendum vnum, quemadmodum Klock. dicit ſi vnitè de ijs deponant, Meiſner. *tom.* 3. *deciſ.cam.Imp.*33. *numer.*34. *& ſeq. deciſ.* 34. *numer.* 6. *&* 12. quæ ad præſcriptionis immemorialis probationem requirantur, & quod Aduocatus articulare de-

Digitized by Google

debeat, Mynſ. *decad* 2. *reſp.* 11. *numer.* 20. *& ſeqq.* ex Anton. Gabriel. *in comm. con. luſ. tit. de præſcript. concl.* 1. *num.* 74. vbi & quod de dicta communi opinione & fama conſtituendus ſit principalis & peculiaris articulus, nec ſufficiat generalis vltimus articulus, quo dici ſolet, de omnibus prædictis eſſe communem vocem & publicam famam, qui ad hoc allegatur à Sixtino *de Regal. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 156.

5. Secundo contra tale tempus & præſcriptionem allegari ſolet. ex communi ſententia immemorialem poſſeſſionem nihil efficere, vbi conſtat de vitioſo initio, iura & Doctores allegat Cothom. *in ſingulari ſuo libro reſp.* 30. *num.* 7. *& ſeqq.* neque obſtat, quod præſcriptio immemorialis malæ fidei præſumptionem tollat Maſcard. *concl.* 1213. *num.* 54 *& ſeqq.* quia hæc præſumptio cedit probationi vitioſi initij, quo caſu immemorialis præſcriptio non procedit, *cap. fin. ibi Cano. de præſcript.* & quod mala fides hodie quamcunque præſcriptionem impediat, infinitos DD. hoc ipſum tenentes adducit & præiudicijs comprobat idem Cothm. *vol.* 2. *reſponſ.* 63. *num* 32. *& multis ſeqq.* ſicut & pulchris rationibus, & DD. auctoritatibus exornatur à Barboſa *in cap. poſſeſſ. de reg. iur. in* 6. & ita teſtantibus Gail. 2. *obſ.* 18. & Mynſ. 4. *obſeru.* 6. (vbi tribus modis limitat.) Camera Imperialis iudicauit, quod ipſum tam verum eſſe puto, vt eius contrarium ſit iniuſtiſſimum & peccati nutritiuum, ac proinde apud Chriſtianos non admittendum vel practicandum per notata Viuij *deciſ.* 195. vbi quoque probat, quod & mala fides defuncti hæredi vniuerſali noceat, qui titulo hæredis adiuit hereditatem, volenti à ſemetipſo præſcriptionẽ inchoare, & ibi quis dicatur malæ fidei poſſeſſor, & quod hæres teneatur exonerare conſcientiam defuncti *deciſ. Rot. Gen.* 27. & faciunt ad prædictorum confirmationem adducta per Cothom. *vol.* 3. *reſp.* 47. *numer.* 337. vbi & verſus.

Tempus longæuum non excuſabit in æuum.
Cum malè ſis vſus, quia non præſcribit abuſus.

Iuncta doctrina Zaſij *lib.* 2. *conſ.* 16. *numer.* 50. *& ſeq.* quod vbi titulus eſt iniquus, & initium ruinoſum, ceſſet omnis præſcriptio, etiamſi per mille annos duraſſet, quodque ex primordio poſterior formatur euentus, & alibi ſæpius, quod radix infecta virentem non poſſit producere ſtipitem, Zaſius *lib.* 1. *conſ.* 18. *numer.* 30. *&* 31. *& conſ.* 15. *numer.* 45. *& conſil.* 14. *numer.* 51. *&* 99.

Temere cœpta, inquit Rufin. 10. *hiſtor.* 6. *Eccleſ.* 30. corrigi ſpatio ſolent, vel debent, cum ne quidem centenaria conſuetudo futura, etiamſi ſit rationabilis, valeat, Viuius *deciſ.* 225. *in conſil. ibi ſubiuncto numer.* 29. *&* 30. nihilominus ſucceſſores in Republ. videntes legem ab anteceſſoribus non ſeruatam, bona fide præſcriptionem inchoare poſſunt, per notata à Barboſa *in cap. in iſtis numer. fin. diſt.* 4. licet alias factum prædeceſſoris, quis cæteris paribus, contra ſe pati cogatur Zaſius *lib.* 1. *conſ.* 14 *nu.* 89. Tertio ex titulo inualido ne quidem poſſeſſor antiquiſſimus iuuatur Menoch. *remed* 3. *redint. poſſeſſ. n.* 638. *& ſeqq.* neq; titulus inualidus iuſtificatur ex longinquitate temporis, quando apponat de inſtrumento & titulo, Caualc. *p.* 2. *deciſ.* 29. *num.* 24 *&* 34. *per tot.* de bonis Eccleſiæ alienatis agit, & licet titulus præſumatur ex antiquiſſimo tempore, & vltra centum annos non ſit neceſſe illum allegare, vt idem Caualc. *p.* 3. *deciſ.*

Digitized by Google

ciſ.11.n.52. pro hoc DD.allegat, tamẽ *n* 75. *& ſeqq.* docet, quod titulum allegare debeat, qui vult ſe præſcriptione tueri,& quod titulus in perſonis incapacibus non præſumatur ex antiquiſſimo tempore, niſi quis alleget cauſam capacem, & de illa apparenter appareat, vnde noſtri pro cautela tradunt, quod melius ſit non allegare titulum, quam invalidum Thuſc.*lit.T.concl.*312. Zaſ. *lib.2.conſil.16. num.* 50. *& ſeq.* cum nec poſſeſſio immemorialis iuuet, vbi apparet de titulo vitioſo, inualido aut iniuſto DD. allegat Beſoldus *in theſauro practico lit. R. verb.* Ritterſchafft/ *nu.69 in conſilio ſubiuncto verſ. & quando.*

7. Quarto allegari ſolet, quod multa ſint inpræſcriptabilia, prout multos caſus refert Damhoud. *in ſelectis ſuis ſententijs verb. præſcriptio.* & Card. Tuſch. *lit. T. tempus immemoriale operatur multa concl.* 40. *num.* 127. *& ſeqq.* in quibus præſcriptio immemorialis non procedat, ſic & caſus, in quibus non attendatur immemorialis præſcriptio refert Pariſ. *lib.* 1. *conſ.* 27. *num.* 49. & docet Felin. *in cap. cum ex officij num.* 1. *x. de præſc.* quando lex facit materiam inpræſcriptibilem, tunc ſublata præſcriptione cenſetur & ſublata, quæ eſt immemorialis, de quo tamen multi dubitant, & contrarium docent, quod hęc non cenſeatur excluſa Boer. *deciſ.39.* Afflic. *deciſ.*154. Riccius *p.*5. *Collet.* 1591. DD. pro & contra allegantur in Barboſa *tract. de clauſ. vſufreq. clauſ.* 87. vbi pro negatiua infinitos allegat, ſed eam duobus modis limitat 1. Si illa conſuetudo immemorialis ſit irrationabilis & iniqua, ſecundo quando eadem militat ratio in immemoriali, ſed rurſus magna eſt difficultas, an conſuetudine prohibita in quacunq; materia, cenſeatur non ſolum prohibita de præterito & de præſenti, ſed & de futuro, vide ad eum, atque alios DD. pro & contra in Cæuall. *in ſpecul.com.opin qu.* 704. qui & in materia hac videndus eſt, cum ibi plura tractentur per DD. allegatos, prout vidi ſæpius in praxi allegari, quod illa, quæ ſunt merè facultatis, non poſſint præſcribi, oportet autem ſcire definitionem merè facultatis, quam habes apud Mindan. *de proceſſib. lib.* 2. *cap.* 37. *numer.* 4. *ibi & in ſeq.* quando hæc facultas degeneret in ius, cui adde Crauet. *de antiq. tempo p.* 4. *incip. circa præmiſſa num.* 35. *& ſeqq.* an conſuetudo & præſcriptio procedat in ijs, quæ ſunt merè facultatis, pulchrè quoque Knichen *de iure territorij, cap.3.n.217. & ſeq.* de actu meræ facultatis, eiuſque effectu, & quomodo præſcribatur; vel non, & de duplici facultate cum illatis Freder. Martini *de cenſib. c.*8. *n.*135. *& ſeq.*

Alia notabilia quoque refert Wameſius *ad ius Cano de fide inſtr conſ.* 134 *nu.* 6. *& ſeq.* quod ex naturali libertate quis facere poteſt, ab eo etiam poteſt abſtinere, è contra longa abſtenſio ab vſu eius, quod permiſſum eſt, (pulchra de hac facultate permiſſiua & quomodo temperetur apud Zaſ. *in l. legis virtus nu.* 1. *&* 5. *ff. de legib.*) facultatem vſus non tollit iunctis traditis per Meiſner. *tom.* 2. *lib.* 1. *deciſion.* 1. *num.* 8. *& ſeqq.* nec hic obſtat, inquit Wameſ. quod Titius ſemper petierit ſigillum à Scabinis, ita vt à longa conſuetudine recedere non debeat, quia dicit, etſi hoc verum eſſe poſſit, vbi res ex conſuetudine actiua & paſſiua originem & ſubſtantiam habet, non perinde tamen vbi id, quod conſuetum eſt fieri, cauſam & vſum habet ex naturali facultate, & aliter quandocunque faciendi poteſtatem, vide omnino ibi, quomodo iura nega- 8.

negatiuâ præſcribantur, & requiſita ad acquiſitionem iurium negatiuorum, & an præſcribantur præter allegatos in Cothom. *vol.3. reſp. 47. nu. 319. vbi & in ſeqq. & preced.* an tempore immemoriali præſcribantur, quæ Principes in præeminentiam aliquam poſſident, item an in illa præſcriptione ſufficiat, ſcientia Officialium Principis, & quando non procedat: verum quod & reſeruata, Principe ignorante, conſuetudine & acquirantur & præſcribantur DD. in Vaſq *lib 4 contro. cap. 4?. n. 5.* multa quoque notab. apud Chaſſan. *in conſuet. Burg. tit. de foreſt. rubr. 13. §. 2. n. 13. & ſeqq.* quem vidi allegari in Meiſ. *lib. 1. deciſ Cam. Imp. 25.* vbi quomodo tam in iuribus affirmatiuis, quam negatiuis libertas acquiratur, & quomodo quis ſit in poſſeſſione eorum iuriũ; & quædam contra libertatem, quando illa non acquiratur, & quędam de præſcriptione & acquiſitione libertatis contra ſupremam poteſtatem, item an libertas & exemptio à præſtatione collectarum aliorumque publicorum onerum præſcribi poſſit latè Klock. *de contrib. cap. 16. nu. 26. & plurimis ſeqq.* & de præſcriptione immunitatis Maſcard. *de prob. concl.* 883 & Thuſc. *lit. C. an conſuetudo negatiua induci poßit, & quando ſecus concl.* 802. & quam diu non ſoluens gabellam liber ſit: de vi & effectu temporis immemorialis & conſuetudinis apud Nicol. Euerh. Iun. *vol. 2 conſ. 1. numer.* 147. *& multis ſeqq. vbi & n.* 217. quomodo ex ſolo non vſu inducatur conſuetudo, diſtinguit ſuper hoc Schurff. *cent. 3. conſil. 70. nu. 13. & ſeqq.* diſtinctè de non vſu, an & quomodo per non vſum amittatur priuilegium. Ferd. de Caſtro Societatis IESV *de virt. & vit. tract. 3. de priuileg. diſp. 4. punct.* 18. *& ſeqq.* an per contrarium vſum tollatur, & an per non vſum tollatur Zaſ. *lib. 1. conſ. 16. n. 8. & ſeqq.*

Quorum doctrinis quandoq; vſus fui in conſilijs, reſpondendo contra Nobiles atteſtantes, quod à tempore immemoriali filiabus ſuis certam dotem ſoluerint, & filiæ renunciauerint & contentæ fuerint, dixi enim illo non obſtante filiam hodie petentem hæreditatem admittendam eſſe ex Wameſ. *cent. 2. conſ. 7. n. 34. & ſeqq. &* 50. *& ſeqq.* qui etiam *ad ius cano. tit. de appell. conſ.* 199. *n.* 14. docet, quod ex actibus voluntarijs non inducatur conſuetudo aut contrarius vſus, & ita bis in cauſa Nobilium iudicatum fuiſſe in fauorem filiarum Monaſterij percepi, de quo *tit. preced.* in ſpeciali cap. actum fuit. 9.

10. Quinto quoq; allegari ſolet, quod tempus immemoriale non faciat incapacem capacem, in materia clericorum hoc allegat Card. Tuſc. *lit. L. concl.* 342. *num.* 117. *& ſeqq.* quod tunc neq; titulus præſumatur, aliqui etiam iuris reſiſtentiam allegant, quod vide exornatum apud Caualc. *p. 1 deciſ. 27. nu. 31. & ſeqq.* vbi & quando lex à principio reſiſtit, & prohibet, nunquam cauſatur bona fides, tunc nec poſſeſſio prodeſt in materia ſummarijſſimi vel plenarij poſſeſſorij, ſed quod fructus reddere teneatur, reſiſtentia namque iuris inter alia potiſſimum duo operatur, quod quis debeat oſtendere titulum poſſeſſionis, quem prætendit habere contra iuris diſpoſitionem Capicius *deciſ.* 77. Knichen *de iure territorij cap. 5. n. 156. & ſeq* Tuſch. *lit. P. cõcl. 439. n 5.* item, quod qui contra ius poſſidet, non ſit manutenendus in poſſeſſione Tuſch *lit P conc. 441. nu. 16.* Ioſeph. de Seſſe *tract. de inhibit c. 5 §. 10. nu. 33. & ſeqq.* & iudicatum dicit Chriſtinæus *vol. 1. deciſ.* 68. quod agens poſſeſſorio contra eum, qui eſt fundatus de iuri communi,

ſuc-

ſuccumbat, quod ampliatur à Riccio 4. *collect.* 1314. ſed vide Farinac. *part.* 1. *deciſ.* 685. quando detur manutenentia ex ſola iuris aſſiſtentia, & de prædictis Doctores *in cap. cum perſona de priuileg. in 6.* Couarr. *pract. concl. cap.* 17. Pacianus *de probat. tit.* 2. *cap.* 20. Klock. *de contribut. cap.* 20. *num.* 252. *& aliquot ſeqq.* vbi aliqua notabilia in praxi cum præiudicio Camerali, & ſi conſtet de titulo licet non perfectè, tamen prodeſt poſſeſſio contra ius quoad ſtatum præſentem Tuſchus *litt. S. conclu.* 419. ſed quia materia nimis latè patens eſt, ideo ad Doctores fit remiſſio, hoc ſaltem addidero, quod nuper in prima inſtantia obtinuerim ex doctrina Caualc. *part* 5. *deciſ.* 1. *num.* 32. *& ſeqq.* contra quandam Vniuerſitatem, ex quo ibi dicit, quod præſcribens viam vel paſcua debeat deducere & probare ſe illis vſum fuiſſe iure ſeruitutis, non amicitiæ vel familiaritatis, nam paſcuis vtens ſimpliciter, cenſetur vti iure amicitiæ, qualis non præſcribit, etiam ſpatio temporis immemorialis, iunctis traditis per eundem *p.* 5 *deciſ.* 4. *nu.* 55. *& ſeqq.* & plura alia deduxi, quæ cauſa modo in iudicio appellationis indeciſa pendet, ſed alij vtique replicabunt, iure ſuo vel naturali ſe vſos fuiſſe via, & quamuis ad acquirendam ſeruitutem requiratur, quod quis vſus ſit ſciente & patiente aduerſario, hoc tamen non procedit, in longiſſima, minus in immemoriali præſcriptione, prout probat Magerus *de aduocatia armata cap.* 9. *num.* 970. *& ſeqq.* & vt præſcriptio habeat vim conſtitutionis & priuilegij, quæ requirantur docet Lodou. *p.* 1. *deciſ.* 106.

11. Cæterum multa ijs replicari ſolent, & poſſunt, qui ſoli tempori innituntur vel pro ſe allegant ſemper ferè titulum, bonam fidem, aliaque, ita vt difficilè ſit malam fidem vel vitioſum initium propter diuturnitatem quoad tales concludenter probare, vnde fatetur Barboſa *in d. cap. poſſeſſor. numer.* 7. quod in præſcriptione immemoriali mala fides probari non poſſit, niſi illis modis, quibus aliquid probatur contra præſumptionem iuris & de iure, deinde allegant præſumptam bonam fidem ſufficere, & quoad hæredem, quod ficta vel præſumpta fides defuncti, hæredi non noceat, docet Couarruuias *in cap. malæ fidei* §. 9. *numer.* 7. Molin. *de iuſt. & iure tract.* 2. *diſp.* 65. *numer.* 7. quippe vmbra vmbram non facit, & ſufficit titulus putatiuus vt Theologi concedunt, Bonacina *diſp.* 1 *quæſt. vlt. punct.* 2. §. 2. *num.* 22. & aliqua notabilia de hac, alijſque præſcriptionibus, & earum interpretationibus tradit Chriſtinæus *in conſuet. Mechlin. tit.* 20. *in Rubr. art.* 1. *ibi & in addit.* proponitur celebris illa quæſtio, an præſcriptioni locus ſit reſpectu emptoris fundi eo caſu, quo ipſe Creditor à priori Domino penſionem accepit ſingulis annis ſolutam, & quid ibi iudicatum reperitur in verſ. proinde. quam quæſtionem habes quoque reſolutam in Griuello.

Porro quando principia obſcura ſunt vel dubia, tunc oportet ſentire pro conſuetudine & præſcriptione per notata *cap. præced. ex Zipæo*, & qui ſe in præſcriptione fundare non poſſunt, ſæpe allegant conſuetudinem, prout videre eſt apud Farinac. *part.* 1. *deciſ* 445. vbi agit de præſcriptione temporis immemorialis, ſuper iure primogenituræ *& n.* 10. *in fin.* aliud vero eſt in conſuetudine, ſufficit enim ſic obſeruatum eſſe, pro qua inducenda non requiritur ſciẽtia aut patiẽtia alterius partis ſed ſufficit 12.

Digitized by Google

vſus maioris partis, vt præiudicet minori, ſiue contradicenti, ſiue non ad vtrumq; effectum, actiue & paſſiue, ea propter nota ſemper differentiam inter præſcriptionem & conſuetudinem ex Balb. *de praſcr. 1 par pr. quaſt.* 10. & principaliorem refert Gutierrez *in quaſt. Cano. lib. 2. cap. 21. num. 69.* quod ex præſcriptione acquiratur ius priuato, ſiue illud trahatur ex publico ſiue priuato, per conſuetudinem vero non acquiritur vnitius, ſed in publicô, vndecunq; cauſetur, licet ius trahatur ex priuato, quia conſuetudo eſt lex ſcripta, ergo communis, & Bonacin. *de legib. diſp.* 1. *q* 1. *punct. vlt.* § 3. *nu.* 46. *verſ.* 4. dicit, quod conſuetudo eſt quid iuris, inducit enim ius & legem, præſcriptio vero dicitur quid facti, quia alicui adijcitur dominium rei alienę, tum quia conſuetudo requirit conſenſum & vſum populi, ad pręſcriptionem vero ſufficit factum vel vſus priuatæ perſonæ, tum quia præſcriptio non eſt valida ſine bona fide, conſuetudo vero non requirit bonam fidem, verum in principio requiritur, quia introducentes peccant, cum faciant contra legem, vide ibi reſolutionem obiectionis, plures differentias, inter præſcriptionem & conſuetudinem, inducit Zaſius *in l. de quibus num.* 23. *ff. de legib. vbi & in ſeqq.* tradit, qui poſſint inducere conſuetudinem vel non, plenius Crauet. *de antiq temp. p.* 4. §. *tranſeo nunc, &c.* de differentia conſuetudinis & pręſcriptionis, de qua & Barboſa *in cap. fin. x. de conſuet.* & Nicol. Euerh. Iun. *vol* 2 *conſ* 1. *num* 139. *& in ſeqq.* quod multa non poſſint pręſcribi, quę tamen conſuetudine acquiruntur. In ſumma; in vetuſtate plerique ad ſuum fauorem magnam vim ponunt, & quaſi fundamentum ineluctabile, diuturna namq; conſuetudo, inquit Phil. *de decal.* potentior, quam natura & ſola virtutum incorrupta teſtis vetuſtas. Fab. *declam.* 3. & Poëta.

Laudamus veteres ſed noſtris viuimus annis.

Illa ſunt robuſta, inquit Caſſiod. 1. *epiſt.* 13.
25. illa diuturna, quę prudentia incipit, cura cuſtodit, illa inquam, quę iuſta ſunt æterna ſunt, cætera caduca, fluxa, mortalia, & lethifera, quocunque protegantur prætextu & temporis diuturnitate, quam nemo iuſtitiæ & veritati præponere debet, niſi ipſe in æternum velit eſſe miſerrimus, imo & hic peccata punienda forent, niſi ſæpe maius malum timeretur; vel niſi mala conſuetudo & vetuſtas patrona foret, nam ex tali tempore delicta tolluntur, tamen de iure Can. quoad forum pœnitentiæ, non tollũtur, ſed de iure Ciuili delicta præſcribũtur; & quanto tempore vide Boer. *deciſ.* 26. *per tot.* Aufre. ad Capell. Tholoſ. *deciſ.* 188. quos refert & ſequitur Wameſ *tom.* 2. *conſ.* 560. *text in iure noſtro l. ſi diutino ff. de pœn l. querela. Cod. ad l. corn. de falſis l.* 2. *&* 3. *ff. de requirẽdis reis.* plures allegat Papon. *de arreſt. li.* 24. *tit.* 11. *art.* 1. imo & præiudicia, quod accuſationes criminum 20. annis præſcribantur; ita & poſt longum tempus homicida, pœna capitis puniri non debet iuxta *d. l. qui diutino.* quam ad hoc allegat, prius tamẽ quod ſcil. accuſationis criminum 20. annis præſcribãtur declaratur in addit: per Charond. *li.* 6. *c* 87. vt verum ſit de pœna corporis, nõ vero ciuilis, quod ita intelligerem verum, quatenus partis interſit, ſiue reſpectu actionis rei perſecutoriæ, quia pœnis præſcribi, in iure clare deciſum reperitur, vide igitur ibi *arreſt.* 3. iunctis traditis per Gail. *lib.* 1. *de pace publ. c.* 20. vbi tractatur, an reo vel accuſatore mortuo pereat inſtantia in criminalibus & quando non, & quod publica crimina de iure ciuili pręſcribantur, & quid ſit de

de iure Can.*n.*32.*& lib.*2.*c.*13.an crimen filijs vel agnatis noceat.

CAPVT IV.

De effectu longi temporis, an obligationem inducat, ſine titulo & bona fide? & de vtriuſque effectu.

1. SIcut is, qui deſtituitur iuſto titulo, præſumitur eſſe in mala fide Bald. *in l.*1. *Cod. de ſeruit.* ita & illi, qui eſt in mala fide, titulus non patrocinatur Surd. *li.*1.*conſ.*28.*n.*72.*& ſeq.* vbi inprimis dicitur is malę fidei, qui cõtrahit ſolemnitatib. iuris non ſeruatis, quæ præſumptio eſt iuris & de iure, vti & ille, qui emit ab eo, qui non poteſt vẽdere, hinc infert, quod Eccleſia, Vniuerſitas &c. contra huiuſmodi alienata iuuetur remedio Can. redintegrãda 3.*q.*1. quo cõſilio ſæpe in praxi vſus fui, iuncta doctrina Simmoncel. *tr de decr. li.*3.*tit.*9.*n.*42. vbi docet, quod contrahens cum minore ſine ſolennitate, dicatur eſſe in dolo & in mala fide, & quod hęc pręſumptio iuris & de iure, ita vt nõ admittatur probatio in contrarium, nec ille tutus ſit in conſcientia, & Grat. *li* 1 *diſcep. for c.*45.*n.*30. docet, quod faciens actũ contra diſpoſitionem iuris vel ſtatuti, dicatur in mala fide, & *in ſeq.* quod fructus reſtituantur, quando actus eſt nullus, de quo plenè agunt DD. allegati *p.*1.*de dub.* & pleniſſimè ac magiſtraliter Scacc. *de com & camb.* §.1.*q* 7.*ampl.*19.*vbi & n.*68.*& ſeqq.* quod contrahens cũ Eccleſia ſine ſuperioris conſenſu, cum pupillo ſine tutore, tenetur reſtituere, ibi ſimul & declaratur, item an Electus teneatur reſtituere ſi electio nõ ſit ipſo iure nulla, ſed veniat annullanda, an præſcribens teneatur reſtituere, & qui, vide ibi, quia docta & ſubtilia sũt iunctis notatis per Caualc. *p* 1.*deciſ.*27. vnde colligitur, quod titulus non ſemper proſit, ne quidem præſcribenti, ſed ad id talis requiritur perſona, à qua, per traditionem factam, directum transfertur dominium, ac proinde titulus à Prælato Eccleſię, non ſeruatis ſolẽnitatibus, à colono, emphyteuta, Minore habitus, non eſt habilis ad pręſcriptionem, licet alias verum ſit, quod titulum probans eo ipſo bonã fidem probet, Meiſ. *tom.*3.*deciſ.cam.Imp.* 33.*n.* 118.*& ſeqq.* quamuis & bona fides abſq; titulo haberi poſſit, Mindan. *de interd.c.*9.*n.*76. per notata Couar. *in C.poſſeſſ.p.*2.§.8.*n.*1. *& ſeqq.* & alij apud Menoch. *lib.*3 *præſ.*130.*nu.* 17. tamen titulus in longi ſaltem temporis præſcriptione requiritur, non vero in pręſcriptione longiſſimi, ſiue 30. vel 40. annorum, iura & DD. allegat Mindan. *vide DD. in l.Celſus.ff. de vſucap.* in præſcribenda libertate titulus non requiritur *text.& gloſſ in l.*2.*Cod.de præſcrip. longi tempo.* iuncta doctrina Mynſ. *decad.*2. *reſp.*19.*n.*23.

Deinde notandum, quod titulus multis modis accipiatur, Gloſſ. & Bart. *in l.non eſt, C.fam herciſc.* Cyn. *in l.cogi in* 1 *q.C. de petit. hered.* vbi dicit, quod titulus 9. modis accipiatur, interim notanda, quæ tradunt DD. an ex curſu longi temporis præſumatur titulus & ſolemnitas, de quo Can. *in c.peruenit x.de conſib.c.querela de Elect. c peruenit de emp. & vend. Legiſtæ in l.cum de in rem verſo*, vbi Bart. Bald. & Caſtal. *de vſuris & in l.ſi de certis C. de pact.* vtrobiq; DD. an quis ex præſtatione, ſolutione decennali, impoſterum ad idem faciẽdum obligetur; de ſolemnitate vero, an & quando illa ex longo tempore præſumatur DD. *in l.ſciendũ ff. de verb.oblig.* latiſſimè Tiraq *in tr.de præſcript.* §.1.*n.*13.*& ſeqq.* Ant.Gabr. *in ſuis concl.de præſump.concl.*1. Menoch. *li.*3.*præſ* 131. *& ſeqq.* Maſcard. *de prob.concl.* 1362.*& concl.*1317. Bald. *de præſcr.* 2.*p.q.*10. Crauet. *de antiq.temp.*2.*p.c.*1.2.*&* 3. 2.

 in

in quo alios allegat & varios caſus,& aliqua de tempore, & effectu longi & longiſſimi temporis. Vaſq *de vlt. volunt. li.1. de ſucceſſ. reſol.§ 2. n.4. & ſeq & 23. & ſeq. & li.4 contr.c. 4.*it m *li.2.c.61. & aliquot ſeq. & c.83. & ſeq. & c 86. aliqua quoq; de ſucceſſ. reſol. lib.1. §.5.* vbi & de diutinæ patientiæ effectu, & an mandatum præſumatur ex temporis diuturnitate. quid ibi iudicatum fuerit, & latius de longo tempore *in §.7.*

3. Quibus ita præſtructis dici poteſt, quod tẽpus ſuapte natura non inducat nec tollat, obligationẽ, nec ſi inualida eſt, eam confirmet *l.o ligat. ferè §. placet ff de oblig & act. l. Creditor C. de vſuris l. operis ff. de oper. libert. d.l. ſi certis* Nicol. Euerh. Iun. *vol.2. conſ 32. n.* 4. *ex Caſtr.* docet, quod tẽpus benè eſt modus obligationis validæ allegatę, aliter non probatæ probandæ, non inducendæ, imò nec tollendæ, quia obligationes ſunt quidã effectus, hi autem præſupponunt cauſas, tẽpus verò non eſt cauſa, ex qua oriri poteſt, vel tolli obligatio, ſed potius comes quidã eſt, quia res humanæ tempore non efficiũtur, ſed temporis cõcomitantia, & ponitur inter media extremorum, eſtq; cauſa occaſionalis, non effectiua, ita ſubtiliter docet Guit. *in repet l. nemo poteſt n.187. & ſeqq. ff. de legat.* 1. nec dicit obſtare, quod pręſcriptione tollatur dominium & obligatio, & dicit ita cõciliari *d.l. cum in rem verſo. & d.l. ſi certis.* conformiter Nicol. Euerh. Iun. *d.l.* vnde cautela colligitur, quod qui per longum tẽpus poſſiderunt, vt alleg ent aliquem titulũ, quem licet non probent, vincent tamẽ, quia probant diuturnã pręſtationẽ, alias iuxta wam. *to.2. conſil.*489 *nu 6. & ſeqq.* non ſufficit 10. vel 30. annorũ pręſtatio, niſi probetur facta ex ſpecifica cauſa, quod intellige vt ſufficiat factũ eſſe ex cauſa, vt ita appareat, vel certa ſit, licet propter diuturnã præſtatiõnẽ eam probare non ſit neceſſe, quia obligatio præſumitur precesſiſſe ex diuturna pręſtatione Maſc. *de prob. concl.* 1119. vide Papo. *de arreſt. li.12 tit 3. in addit. & art.2. arreſt.3.* & Mant. *de tac. & amb. li 3. tit.15. n.5. & ſeqq.* vbi & an titulus deduci debeat, vt quis in futurũ obligetur, hinc efficitur, ꝙ tempus quidẽ non ſit mod' tollendę aut inducendę obligationis, tamẽ ſufficiat, ad eam p̃ſumendã. Caſt. *in conſ.51. n.2 v. ſed leuiter & v. nec etiã obſtat, li.2.* allegatus à Tuſch. *lit. S.* ſolutio ſimpliciter facta, in q̃ cauſam cenſeatur facta *concl.* 353. *n.*12. verũ in caſib. occurrentib. conſulas Flores Diez. *pract. q. li. 3. q.23. per tot.* vtrũ ex curſu longi tẽporis, pręſumatur titulus aut ſolẽnitas in titulo, vel in actu requiſito, vbi & de illa frequenti in praxi quęſtione, an titulus cenſus pręſumatur ex lõga ſolutione, vbi declaratur & limitatur, item an titulus præſumatur, quando ius reſiſtit, an contra Minorẽ, Vaſall. Eccleſiam p̃ſumatur titulus ex patiẽtia decẽnali in his, q̃ ſũt parui p̃iudicij, vbi plura iura declarãtur, an licẽtia Domini, an ſeruitus, an diſpenſatio, profeſſio, matrimonium pręſumantur, an titulus beneficij præſumatur, an donatio, nobilitas, notariatus & plura alia. vide ibi.

Ego reſpondi in notabili quæſtione, quã reſoluit Wam. *to.2 ad tit. de cenſ cõſ.*482. vbi declarat, licet ſit ſpecificus & apertus creditoris conſenſus; vt p̃ Caponibus, ſportulis, panibus, &c. ſoluat pecuniã, tamen tunc continuata ſolutio in pecunia, etiam p̃ centum annos facta, non liberat debitorem à præſtatione caponum &c. creditore volente, quia ſolutio pecuniæ per ſe non ſtat, ſed reſpectiua ad primam obligationem, quia ſic conſeruatur, nam quando vnum eſt in obligatione, & aliud ſoluitur reſpectu eius, quod verè debetur, tunc ſemper retinetur obligatio eius, quod debetur, 4.

Digitized by Google

quod ibi latius deducitur & pulchrè explicat Roman.*conſil.* 158.quod ipſum,cum inſignis Eccleſiæ Xantenſis Syndicum agerem,accõmodaui contra quẽdam, qui fundo quodam ad hortum rurſus redacto, decimas in frumentis ſoluere detrectauit,reſpondi enim ipſum ad earũ ſolutionẽ teneri non obſtãte ſolutione in denarijs tanto tẽpore facta,per prædictam doctrinam,iũcto Wameſ.*cent.* 2.*conſil.*31.vbi ille,qui prato debebat ſeruitutẽ,non volebat eam concedere,prato in agrum mutato, cuius contrariũ ibi pulchris rationibus demonſtratur. nam prior ſolutio dicit,non ad ſubſtantiam obligationis vel intrinſecam eius conditionẽ, ſpectat, ſed videndum qualis ſit ipſius obligationis,ſubſtantia, adde iura *in conſil.*33. & Zal.*in l.ſi ita ſtipulatus ff.de verb oblig.* & rurſus Wameſium *to.*2.*conſ.*309.*num* 8.*&* 9.vbi docet, quod præſtatio non continua non obliget,ſed ſolutiones difformes obligationem in futurum impediant, plura de annua pręſtatione& alijs impoſitionibus vide Couar.*in c.poſſeſſor p.*2.§.4.*de regul.iuris in* 6.

5. Similis eſt quæſtio,quã reſoluit Frederic. Martini *de cenſib.cap.*8 *num.*53.*& ſeqq.* quod ſi in alia ſpecie & materia, quam conuentum eſt, pẽſiones annuæ per aliquot annos, ſint ſolutæ,creditor non cogatur eas impoſterum neque capitale alterius monetę,quã conuentum fuit, recipere, *gloſ. in cap. cum peruenit & cap.cum canoni.x.de cenſib.* Gail.2. *obſ* 73. *limita* niſi monetæ conuentæ fuerit præſcriptum, id eſt, ſolutio in alia moneta vltra 40.annos facta *& cap.*5 *ibi & num.*97. *allegat cap.olim cauſam,x de cenſib.* idem multum notabiliter pro Vaſallis, alijſque reſoluit Frederic.*de Sande in conſuet.Geldriæ tit.de dominicis & feudalis curia honorariis, cap.* 3. *in fin.*ex Schurf.*cent.* 6.*conſil.*21.*nu.*11.*arg.d.cap. cum olim*,ſi aliquoties pro conceſſionum renouationibus minores ſummæ ſint ſolutæ, quod tunc maioris ſummæ exactioni cenſeatur præſcriptũ,etiamſi de maiori ſumma tempore conceſſionis fuerit conuentũ, ſed præterquam quod ſciam hoc ipſum per diuerſos Dominos non fuiſſe attentum, prædictis doctrinis videtur obſtare, quod ſic præſcribatur cum mala fide, in iure reprobatum,quoniam ſcit iuxta tenorem obligationis ſe plus debere,quemadmodũ ſatis accuratè explicat Wameſ. *cent.* 2. *conſil.*28.*nu.* 19 *&* 20 quod ſit malæ fidei poſſeſſor, qui ſcit rem in totum, vel pro parte ad alium pertinere,item qui ſcit vendentem ius vendendi nõ habere,item qui clam aut vi poſſidet,item qui dolo ad vendendum alium inducit, qui ex illato metu rei alienæ poſſeſſionem adipiſcitur, cui rurſus non obſtat, quod metu facta teneant, quia titulus improbum poſſeſſorem non excuſat, quoties ab initio interpoſiti contractus ſcientiam rei alienę habet,itẽ ex eo ſolo inducitur mala fides,quando contrahens ſcit contractũ, quãuis iuris ſubtilitate validũ, reſcindi poſſe,etiam tum,quando initium vitioſum aut improbatum nõ eſt,magis vbi à vitio occaſio reſciſſionis naſcitur, latiſſime Maſcard. *de probat.concl.*1002. vbi multi caſus,in quibus bona vel mala fides præſumatur,*& cõcl.* 1001.*num.*3.ex Bald.quod malæ fidei poſſeſſor ſit triplex, ſed ad principalem obiectionem reſponderi poteſt per notata à Scaccia *de com & Camb.*§ 1.*q.*7.*ampliat* 19.*nu.* 128.*& ſeq.*quod tacens habeatur pro conſentiẽte, & quod tacens tãto tempore, cenſeatur cõſentire,quodq; aperta & diuturna negligẽtia æquiparetur volũtati, & reſoluẽdo obſtantia in materia pręſcriptionis,colligitur, ꝙ tacens tãto tẽpore de obligationis ſũma,

& eam in alia moneta recipiens, videatur conſentire, ita vt ſoluens poſſit bona fide credere illius conſenſum, qui & in eodẽ tractatu docet, quod iuri quærendo ſine bona fide preſcribatur, vt iuri petendi legitimam, legatum, & dicit ita ſe in Rota obtinuiſſe de quo vide Gratian. *lib. 1. diſcept. forenſ. ca.* 118. *num.* 19. *& ſeqq. &* 35. iunctis traditis per eundem, *tom. 3. diſc. for. cap.* 433. *nu* 6. *& ſeqq. vbi & num.* 70. refertur communis, quod in iure quærendo nõ conſideretur titulus aut mala fides præſcribentis, ſed tantum nigligentia non petentis, tu deſuper conſulas Cano. *in cap fin. x. de præſcript. & DD. ſupra citatos.*

6. Pro confirmatione prioris aſſertionis, videtur quoque facere, quod patientia & taciturnitas legitimo tempore vallata, habeatur pro conſenſu *l. alienationis ibi*, Alciat. & Goedd. *ff de verb. ſig.* plures allegat Reinckink *de retract. quæſt.* 7. *numer.* 16. ſed ego ſolebam ſequi opinionem Gailij 2. *obſ.* 73. in Camera approbatam & communem, quod in annuis præſtationibus non detur præſcriptio, ita vt creditori non poſſit objici præſcriptio quoad futurum quo minus poſſit recipere ſolutionem in tali moneta & valore, de quo loquitur obligatio, & confirmatur à Caſtilio *tr. de vſufructu cap* 67. *nu.* 33. vbi addit, quod hodie non procedat præſcriptio in annuis præſtationibus, Mynſ. 3. *obſ.* 13. ſed contra prædicta in cauſa modo pendente in Sulſtorff/Ducatus Montenſis, mihi obiecta fuit ordinatio Iuliæ *cap.* 107. *in verb.* oder aber daß der Keuffer/ ſimile ſtatutum reperitur Mechliniæ, quod debitor cenſus vel penſionis perpetuæ, ſatisfaciat ſolutione 3. annorum, & à reliquis liberetur apud Chriſtin. *in conſ. Mechl. tit.* 12. *art.* 9. *ſed num.* 23. *per DD.* ibi allegatos non valet hæc præſcriptio in foro conſcientiæ, deinde reſpondi, quando ſcio mihi deberi 20. & accipio decem tantum, non præſcribitur, quia ratione partis retinetur totum, ita ſe conſuluiſſe aſſerit, Zaſ. *in l. ſi ita ſtipulatus ff de verb. oblig.* ſecus eſſe dicit, ſi ignorauerim mihi plus debitum fuiſſe, *d. cap. cum Canonicis*, & ſi alter fuerit in bona fide, ſic etiam quando dominus recepit à poſſeſſore partis diuiſæ cenſum, pro parte ſua cenſetur illud diuidere. Papon *de arreſt li.* 13. *tit.* 2. *arreſt.* 14. *in addit.* Hering *de fideiuſ. cap.* 20. §. 13. de quo vide Chriſtinæum *in conſuetudi. Melch tit.* 2. *art.* 11. vbi & quomodo poſſeſſor in ſolidum ſit condemnandus, ſi agatur hypothecaria, item dici poteſt, quod dicta ordinatio, vti localis, non extendatur ad alia territoria vel liget alterius loci ſubditos, ſed quia inter ſubditos iſtius Ducatus controuerſia erat, pro tunc dicebam, præterquam, quod ordinatio accipi deberet de vniformi præſtatione, quæ in caſu, de quo agebatur, multum difformis erat, Canoniſtas & Theologos tenere, quod ſtatuta permittentia præſcriptionem cum mala fide, inualida ſint. Cœuall. *in com. opin. quæſt.* 173. *num.* 6. *vbi dicitur communis, & præter DD. allegatos in Chriſtinæo d. loc. hoc ipſum concedit ipſemet tit.* 20. *in rubr. nu.* 12. *&* 13. conſtat autem, quod propria obligatio habeat ſemper in ſe ſcientiam, & ſcientia malam fidem, mala fides vero inficit præſcriptionem, nec replicari poterit, quod ipſe creditor habeat inſtrumentum, conuentus autem non fuerit ipſe contrahens, ſed hæres, qui habet probabilem ignorantiam, & conſequenter bonam fidem, quia reſpondetur ex notat. per Coſtalium, quod hæres defuncti conſcientiam exonerare debeat, an autem per ſtatutũ talis præſcriptio induci poſſit, tractat quo-

Digitized by Google

quoq; Scaccia *d. lo. n.* 135. & de ſtatuto, vt debitū certo tempore præſcribatur, Gratian. *li. 1. diſcept. for. c.* 52. ac vellem libenter cōcludentes audire rationes, quare ſtatutum peccati nutritiuum valere, vel præſcribens cū mala fide in conſcientia tutus dici poſſit? ſi ſtatutū valere dixeris, mala fides præſupponi non debet, quia ſic non valeret Couar. *in cap. poſſeſſor de reg. iur. in 6.* & hæc contra alios eſt communis opinio, Vaſq. *de teſtatoris potentia lib. 1. §. 10. n. 26. & ſeqq.* & licet ſtatutum ex cauſis actiones tollere poſſit, tamen debitor in conſcientia obligatur Chriſti. *d. lo.* & Valaſ *to. 2 conſult.* 125. agit de famulis nō petētibus ſtipendia intra trienniū.

7. Cæterum an ſolutiones plurium annorū inducant obligationem in futurum vide Wameſ. *to. 2. conſil.* 489. *nu. 6. & ſeq.* Linglois *de. iſ.* 11. *q.* 7 vbi & quid requiratur, late Iaſon. *in § præiudicialu n.* 56 *& ſeq. Inſtit. de action.* vbi & aliquot limitationes, & Klock. *de contrib. cap.* 16 *nu.* 199. *& ſeq.* probat, quod immunis ſoluēs ſibi non præiudicet, quoad futura, & ibi quod vnicus actus in reiterabilibus non adferat præiuditium in futuris & Gilman. *tom. 4. Symphor. p. 1. voto.* 5. *n.* 58. *& ſeqq. vbi* 5. *modu limitat*, quod ex præſtatione 10. annorum obligatio preſumatur, quibus addatur Flores Diez *d q.* 23. *per tot.* deinde limitatur quod diutina præſtatio ex mera liberalitate facta non obliget in futurum, quod ſublimitatur per Raudenſem de Analogis *li. 1. c.* 59. *n.* 160. reſpectu piæ cauſæ, & eſt ſpeciale, vt fauore Eccleſiæ, conſuetudo ex actibus voluntarijs longo tempore continuatis inducatur Marſyl. *ſing.* 192. & vbi agitur de fauore piæ cauſæ, tempus eſt modus inducendæ obligationis, *l. 1. C. de fideicom.* quæ etiam procedit in cauſa piæ cauſæ Tiraq. *de pia cauſa priuil.* 60. *qua iura & alia allegat* Surdus *conſil* 254. ſicuti & plura allegat Gutierrez *in q Cano. lib* 2. *ca.* 21. vbi probat, quod laici teneantur obſeruare pias cōſuetudines in oblationibus, quod vtiq; verum credo concurrentibus, ibidem enarratis requiſitis, & Cauale. *p. 1. deciſ.* 27. *num.* 33. quod ad ſoluendum Eleemoſynas, decimas, primitias, & alimenta quis cogi poſſit, ſi per annos 30. & vltra ſoluerit, tamen prædictis non obſtantibus, iunctis ijs, quæ tradit Valaſc. *tom. 2. conſult.* 179. an laici teneantur ad fabricam Eccleſiarum & earum reparationem, concludit Surdus in caſu ibi propoſito, quod prædicatori Euangelij aliunde reditus, veluti ex decimis, primitijs, Eleemoſynis, vel etiam ex patrimonio, habenti, ſubditi non teneantur alimenta &c. præſtare, etiamſi quidam hoc ſæpè fecerint, cuius conſilio quandoque contra quendam Sacellanum vſus fui, qui eo ipſo, quod poſt concionem apud Ruſticos menſam habuerat, eos impoſterū ad idem faciendum obligatos cenſebat, quod conſilium eſt valde notabile in iſta materia, & ampliabam procedere quoad moder. nos Ruſticos ſeu ſucceſſores in bonis conductitijs, nam ſingulares ſucceſſores etiam alios, quando annua præſtatio eſt perſonalis, ad eam non tenentur Wammeſ. *cent.* 3. *conſil.* 86. vbi &, quod reditus ſolui nōn debeat, cuius cauſa ignoratur, quod limita in diutina ſolutione, quæ continuanda eſt Chriſtinæus *vol. 1 deciſ.* 54. imo & in poſſeſſorio, licet præſtatio non fuerit diutina, de quo an & quando detur mandatum manutenentiæ, vide Gratianum *lib. 1. diſcept. forenſ. cap.* 113. *paſſim per tot.*

Notabiliter quoque docet Farinac. *p. 1. deciſ.* 502. *numer.* 23. quod diutina fructuum ſolutio ex cauſa cenſus probet impo- 8.

poſitionem præceſſiſſe, & hanc rationem dicit receptam à Rota, quemadmodum ſæpe vere non ſcitur cauſa præſtationis niſi quod longiſſimo tempore Canon vel penſio ſoluta fuerit, vnde contingit quoq; dubitari, qualis ſit canon vel penſio. & quia notabiles differentiæ effectus inde reſultant prout habeo in facto, quod qui concedit alicui emphyteuſin, præſtet tantum patientiam, non etiam, vt emphyteuta vtatur, fruatur, ad quod tenetur locator Ant Faber *in C. de iure emphyt. defin.* 36. *vbi & def.* 5. docet, quod Dominus directus non teneatur de euictione, niſi ad pretij reſtitutionem, præterquam ſi fuerit in dolo, è contra nec emphyteuta expelli poteſt ob id, quod re malè vtatur *defi.* 52. vbi & quid Dominus tunc facere debeat & plures alios differentes effectus videbis in DD. per me allegatos, teneo autem & credo veram doctrinam Nicol. Euerh. Iun *d. conſ.* 33 *nu.* 10 *cum DD. per ipſum allegatis.* quod poſſidens fundum non emphiteuticum quadraginta annis, & pro eo præſtans penſionem, quod præſumatur contractus emphyteuticus præceſſiſſe, ſi inquam poſſidens fundum eum vt emphyteuticum poſſederit, licet à parte rei talis non eſſet, & de eo non conſtaret, nam quid ſi poſſidens dicat bona emphyteutica eſſe, dominus vero locata dicat, quis probet? hanc quæſtionem tractat Berlich. *pract. concl. p. 2. conclu.* 48. & an ius perpetuæ coloniæ faciat immemorabilis poſſeſſio, & vniformis annua præſtatio, Cothom. *vol.* 1. *reſp.* 78. ſuper quo haud pridem conſului in cauſa domini Præpoſiti Xantenſis, contra eos, qui bona ab ipſius anteceſſoribus in ſecundam vel tertiam generationem locata, alij vero in emphyteuſin conceſſa, vel etiam ius perpetuæ coloniæ prætendebant, & in primis in obiectionibus præmiſi, quod quilibet ſibi & ſuis hæredibus conſulere, iiſdem proſpicere & pro iis contrahere cenſeatur, ita vt huiuſmodi conceſſiones, non obſtantibus verbis Gepachtet / &c. ſaltem vtile dominium trãsferant, quia hęc verba communia ſunt & ſecundum ſubiectam materiam accipi debent, quia quandoq; locationem quandoque emphyteuſin important. Wehneri *in practica obſer. lit. P. verb.* Pacht vnd Pachtlehen *vbi DD.* & Beſoldus *in theſauro practico lit. P. verbo* Pacht, &c. & quamuis ibi illa verba ad contractum locationis referat, nihilominus dicendum videtur, locationem longi vel longiſſimi temporis in emphyteuſin degenerare Meiſnerus *tom. 4. deciſ. Cam. Imp.* 28. vel videtur dici poſſe (an poſſeſſio ex pluribus titulis acquiri queat, & quando tradit Franciſcus Marcus *p. 1. quæſt.* 877. & pulcherrimè Zaſius *in l. poſſideri §. ex plur. ff. de acq. poſſ.* cuius doctrina vti notabilis ſæpius vſus frui) quod docent DD. allegati in Beſoldo *in theſau. pract. lit. E. verb.* Erbgüter / quod vniformis præſtatio per 40. annos, pariat ius emphyteuticum, cum nec vt locatio, reuocari queat, *Pfeil. conſil.* 57. Schrad. *conſ.* 48. ſicut quoque docet Valaſc. *to. 2. conſult.* 132. *num.* 17. *& ſeqq.* quod ad præſcribendum aliquam qualitatem in bonis, nempe quod cenſeantur talia vel talia, ſufficiant 40. anni, ſicut & bona deſiſtunt eſſe Maioratus, ſi per triennale tempus alienata fuerint, *& ibi DD. dicunt* ſufficere duos actus alienationis. *ſed vide in ſeq. an contra ſucceſſores præſcribatur, & rurſus conſult.* 192. *per tot.* an ius coloniæ præſcribi poſſit, ibi multis modis declaratur, quod perpetuarius ſit contractus, & perpetuarij Coloni, qui vtilem in rem habent actionem, & ius

ad

Digitized by Google

ad alios transferũt, Valaſ. *de iure Emph.q* 36. *ibi DD.& remißiue* & ponit differentiã inter tales colonos & Emphyteutas Tyraq. de retractu,*li.*1.*gloſ.*14.*n.*84 male ęquatos,qui *&q.*1.*n.*9.dicit,quod præſumatur talis contractus, qui in patria magis frèquentatur, pro quo & faciebat modicitas pretij per illos annuatim ſoluti,quia & accidentia conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt, Surd.*conſil.*179.*n.*59.rurſus Valaſ.*q.* 29.*n.* 2. 3.*& ſeq.*probat, quod etiã ex locatione ad longum tempus transferatur vtile Dominium,quæ eſt communis ſententia, ac proinde de iure Cano. ſpecies alienationis cenſetur *Clem.*1.*cum gloſ.de rebus Eccleſia &c.*cõſequenter non tã verba Gepachtet/ quã ipſe contractus attendi debet, & magis materia ſubiecta,quam ſonus verborũ Cr uet.*conſ.* 245.*n.*6.Tiraq *de retractu conſ.*§.32.*gloſ.*1.*nu.* 34 hinc dicit Afflict.*deciſ.*73.*in fin.* quod licet contrahẽtes appellẽt contractũ emphyteuticum,ſi tamen adeſt pretium & natura emptionis,emptio ab ipſa materia ſubiecta iudicari debeat,quin imo dici poterit,quod & ius perpetuæ coloniæ præſcriptum dicatur Balb.*de præſcript.p.*4 *pr.q.*9.*n.*1. Menoch.*li.*3 *praſ.*108 *nu.*1 *& ſeq.*Terentacinq. *li.*3.*var.reſol.tit.de iure emphyteu n.* 10.*& ſeq.* & deniq; pluribus alijs deductis,hic breuitatis cauſa omiſſis, dicebam, quod hæredes alijs præferendi ſint,Gail. 2.*obſ.*148.*n.*1.*in f.* & licet,hoc controuerſum appareat, tamen plurimis, DD. auctoritatibus comprobat Borellus *in ſumma deciſ.lib.*1.*tit.* 33.*nu.*265.*&* 267. ita iudicatum reperitur apud Gammam *deciſ.*41.Mantic.*de tacit.& ambig.li.*22. *tit.*35 *nu.*1. Cabed.*p.*1 *deciſ.* 203. Valaſc. *conſult.*101. *&* 157. Molin *de iuſtit.& iure tr.*2. *diſp.* 484. præſertim illos reueſtire tenetur Eccleſia Benintend.*deciſ.*87.& Caldas *de renouat.emphyt.q.*8.*n.*2.

9. Sed præterquam contractus nullitas ſatis deducta fuit, prædictis non obſtantibus contrarium reſpondi,propter expreſſa verba contractus, pro cuius comprobatione præmiſi aliud eſſe Pacht/ aliud Erbpacht/ Wamcſ.*cent.*1 *conſ* 65 *ſub nu.*32. illud ſiquidem contractum locationis & venditionis, hoc emphyteuſeos denotat, poteritque locator, nulla temporis præſcriptione obſtante,ſinita locatione bona ad ſe recipere, *l.*2.*& l.*7.§.*vlt.C.de præſcript* 30. & ſe in poſſeſſione manutenere, ita in terminis reſoluit Karpzo.*p.*2.*conſt. Sax.*40.*defi.* 2.*nu.* 6. *& ſeq.* Mollerus *ad d. conſt.* 40. addens quod ita Electori placuerit, & Scabinatus pronuncient, quod non præſcribant ius perpetuæ coloniæ, præſertim cum in caſu præſenti tempus finiendæ obligationis expreſſum & finitum erat, cuius effectum vide *in cap.*6. *hoc tit.* & quod de relocatione dictum fuit, hoc conſuetudine Germaniæ non ſeruari teſtatur,Gail *d.loc.num.*3 accedunt pacta hic expreſſa,quæ derogant legibus,ſtatutis & conſuetudinibus, ſicut vulgo dicitur, prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionẽ legis, deinde videatur omnino Crauetta *de antiq.temp.*§. *materia ſingularis teſtium p.*4.*numer.*100.*& ſeq.* an Colonus poſſit præſcribere ius perpetuæ coloniæ, iunctis traditis latiſſime per Cothom.*vol.*2. *reſp.*79.*& vol.*1.*conſil.*40 *per tot.*paſſim DD. quoque allegat Reinkingk *de retractu, q.* 4.*n* 110. *& ſeqq.*item vnde cognoſcatur, an bona ſint emphyteutica vel cenſitica,& differentia late in Berlichio *p.* 2. *concl.*47. & in caſu propoſito ſatis efficaces videntur mihi rationes Vaſquij *lib.*4.*contr. cap.* 4. *nu.* 16.vbi contra DD.tenet, quod conducens per 30.annos feudum vniformi pretio,non quærat ius impoſterum conducendi inuito

Digitized by Google

Dominio, ſiue non præſcribit ius perpetuæ coloniæ, imo in locatore poſſet dici, quod mala ſit fides, dum alio quam conuento modo poſſidere incepit, ibi, *& n.12. & ſeqq* præſcribi non poteſt ius facultatis tempore immemoriali, ſic nec actus præſumitur geſtus ex neceſſitate illo tempore, vide ibi, & an cauſa obligatoria præſumatur & quando quid ſponte aut ex neceſſitate factum fuerit.

10 Præterea aliqua notabilia in materia cenſus, quomodo in petitorio & poſſeſſorio, per teſtes probetur in Follero. *de cenſib. in verb. huiuſmodi cenſualia, n.88 verſ. probatur etiam cenſus &c.* & an ad probationem cenſus ſufficiens ſit ſola venditoris confeſſio, & quid deciſum, docet. Guido Pap. *deciſ.29. & 272.* Nō minus notabiliter reſoluit, Caualc. *p.1. deciſ.27 n.33.* quod ſubditi non teneantur Carregia, vecturas. & operas facere ſuis dominis ſine præmio, non obſtante quauis longitudine tēporis, & quauis præſcriptione & cōſuetudine, quæ eſt irrationabilis, & non obligat, vti pro hoc multos DD. adducit: & quod diutina præſtatio facta Principi, non obliget ſubditos in futurum per aliquot rationes probat Anton. de Petra *de poteſtate Princip c.4. num.32. & ſeq. & ca.16. p.1. Rubr. qua diſtinguūtur ſeruitutes*, de quo vide & Moller. *li.4. ſemeſtr. cap.38. per tot.* Ruſtico dicente ſe precario ſeruitia præſtitiſſe, Domino id negante, cui onus probandi incumbat, de quo vide ſupra de iuriſdict. allegatos DD. item an & quando annua præſtatio in futurum obliget, an qui fecit aliquid vel non, teneatur in futurum, per allegatos in Chriſtinæo *vol 1. deciſ.118. num.4.* vide Crauet. *de antiq. temp. p.4. ad fin.* Meiſ. *tom 2. lib.1. deciſ.1 num.8. & ſeq & præter DD. in locis relatis*, Franciſ. Caldas, *de Renouat. emphyteu. quæſt.15. paſſim per tot.* vbi docet modum articulandi pro eo, qui ſe vult in tempore fundare & de effectu temporis, & in quibus non prodeſt temporis diuturnitas, & Vigelius *in methodo iuris controu lib. 2. cap.11. per quæ quodque probetur lit T. verb titulus ex diutina præſtatione & poſſeſſione præſumitur, cum limitationibus ibidem*, Card. Tuſch. *lit. P præſumuntur multa ex lapſu temporu concl. 361. & concl 634. numer. 18.* & Fred. Mart. *de cenſibus cap. ;. num. 39. & plurimis ſeqq.* vbi multa vtilia, & de eo qui longo tempore ad molam, vel furnum alterius acceſſit, & de eo qui ſolus longo tempore piſcatus eſt, Roſenthal *de feud. cap 5 concl. 57.* item Quæſtio iſta, quam decidit Ant. Fab. *in C. de præſcript. quæ pro libert.* compet. fuit diſcuſſa in cauſa cuiuſdam adſcriptitij, qui in Ciuitate Imperiali per longum tempus vt liber habitauerat.

CAPVT V.

Tempus impoſſibilitatis neceſſitatis & difficultatis hoc tempore nimis ſæpè allegari, & hoc ipſo abuſum in praxi induci.

HIc potiores partes & iura, temporis ā-tes ſibi vendicant, idcirco ad ea, quæ 1. talia ſint, diligenter aduertere oportet, ne iuſtitiam ſub hoc plauſibili prætextu lædamus, vide DD. *in l. impoſſibilis & ibi* Zaſ. *quot ſint genera impoſſibilium, & quæ obligationem vitient, vel non ff. de verb oblig. & DD.* allegatos apud Barboſ. *tr. axio. iur. Vſufreq. axio.118.* docentes pro re nata verum eſſe, quod impoſſibile dicatur, quod ſit contra bonos mores, ita vt iuramento non validetur, *reg. 58. de reg. iur. in 6.* (qui autem tales, & qui praui mores ſint, DD. allegat idem Barboſa *de clauſ. vſufreq. clauſ.183. n.3.*) inter cætera quod non conuenit honeſtati, item

Digitized by Google

item quod ſalua dignitate fieri non poteſt, quod pēdet à Principis poteſtate, puta ſi illud concedere non conſueuit, item quod tantum fieri poteſt per remedium extraordinarium,& quod magna difficultas impoſſibilitati æquiparetur, impoſſibilia autem non obligant, prout ibi ſingula probat. idē docet Carocius *de except. contra praiud. ſent. except.* 47. *n.* 36. quod difficultas & impoſſibilitas æquiparentur, quod intelligo, vt procedat cæteris paribus, exornatur à Zaſio *in l. multum nu.* 8. *ff. de verb. oblig* Gilman. *tom.* 4. *Sympho p.* 1. *voto.* 4. *nu.* 32. vide de materia impoſſibilitatis DD *in l. impoßibilium ff de reg. iur.* & hic dicere licebit cum Quintil. *declam.* 249. id vobis, Iudices, facillime perſuaderi poterit, ſi non tam iniuſtos neque tam imprudentes exiſtimatis legum-latores fuiſſe, vt neceſſitate perſtringerent ea, quæ præſtari non poſſent, neceſſitas eſt inquit Senec *lib.* 4. *contr.* 4. quæ nauigia iactu exonerat, neceſſitas eſt, quæ ruinis incendia opprimit, neceſſitas eſt lex temporis, ſuprema pericula, inquit Claud. ſemper dant veniam, in neceſſitate omnia ſunt communia Scaccia *de comm. & Camb.* §. 1. *q.* 1. *nu.* 54. vnde moderari debet dictum, DD. quod tempore neceſſitatis furtum licitum ſit. ſi enim tum omnia communia ſunt, vtique non recte furtum dixeris, ſed rectius Plutarch. contra famem nulla contradictio iunctis ijs, quæ tradit Surdus *de aliment. titul.* 9. *quæſt.* 32. *numer* 11. *& ſeqq.* vbi aliqua notabilia de neceſſitate, & quando dicatur extrema neceſſitas, nam ſi aliunde quid haberi poteſt, non licebit aliena ſurripere, cum hoc caſu non ſint communia: de neceſſitate plura vide in Guid. Papa *deciſ.* 156. Capell. Tholoſ. *deciſ.* 258. Cagnol. *in l. qua propter neceßitatem, de reg. iur.* ſic idem Barboſa *tract. Axio. Iur. vſufr. ax.* 157. de neceſſitate tradit, quod non habeat legem humanam, neque diuinam, quia multa prohibita de iure diuino & humano fiunt permiſſa ex neceſſitate, & è contra permiſſa fiunt prohibita, hinc reperitur in Fran. Marco. *p.* 1. *deciſ.* 645. fabro, intereſſe tamen ſoluto, exercitium ad tempus, vt vicinus requiem habere poſſit, interdictum, & in decem exemplis, quibus neceſſitas facit recedere à iure, ponit Cephal. *conſ.* 451. *num.* 282. *& ſeq.* & præter Luc. de Penna *in l. curialis, Cod. de decurio.* multa de neceſſitate adducit Tiraq. *de pœnis tempor. cauſ.* 3. *& de retract. conſang.* §. 26 *gloſſ.* 1 *nu.* 20. *& ſeq.* & ſcitum eſt, ſæpe eſſe cedendum tempori, at ſemper neceſsitati: vt Germanicum quoque præ ſe fert adagium, die noth hat kein geſetz, exornatur aliquot moralibus per Gail. *lib.* 2. *de pace publica cap.* 2. *nu.* 1. *& ſeqq.* hinc Publius dixit:

Neceßitas quod poſcit ni das, eripit
Neceßitas dat legem, non accipit,
Neceßitatem ferre, non flere decet.

Neceſsitas inquit Caſsiodorus 1. *Epiſt.* 13. moderamen non diligit, ſic nec poſſe quis dicitur, quod non niſi cum magno incommodo & difficultate poteſt. Magerus *de aduoca. armat cap.* 13 *num.* 159. multa ſingularia de neceſsitate, Neuizan. *in ſylua nuptial. hinc paßim*, DD. in varijs caſibus, varia referunt & decidunt.

Enimuero quoad prius ſciendū eſt, quod ea quoq; poſsibilia dicantur, quæ de facto, natura & iure fieri poſſunt, impoſſibile vero de facto eſſe dicitur, ſi cœlum digito attigeris, de natura, quod filius ſit maior natu patre, de iure, ſi filius patrem indigentē non alat, vel quis faciat, quæ de iure non poteſt, de quo latius, Gomeſ. *to.* 1. *var.* 2.

reſol.cap 12.*nu*.67. deinde præmitto ex Menoch.*de arbitr.iudic.caſ*.182.*num*. 18. *& ſeqq.* vbi plurimæ neceſſitatis ſpecies referuntur, quod alia ſit fatalis, quæ caſu euenit, ſecunda naturalis, quæ à natura prouenit vt edere, bibere, tertia eſt, quæ fit data opera, quarta eſt legalis, de qua agit Crauet. *in conſil. pro genero & Menoch. d. caſu*, vbi ſatis oſtendit, quod neceſſitas data opera, ſeu culpabilis, non releuet, & quod qui neceſſitatem ſuo facto ingreſſus eſt, ei ſuccurrendum non ſit, & alia plura de neceſſitate & eius effectu, vide ibi. & quod inalienabilia tempore neceſſitatis alienare liceat, quodque & neceſſaria alienatio non comprehendatur ſub prohibitis alienari, Martinus Monter à Cueua *deciſ. Reg Arrag.* 25. *numer*. 11. & multa alia quæ neceſſitas excuſat, deducit Luc. de Pen. *in l. ne cui Cod. de commeatu* ſcilicet, furtum periurium, voti trãſgreſſionem, iuramentum, (quæ tamen ego ita vt ille abſolute dicit, non audeo adprobare) quodque præceptum non obliget ad impoſſibilia vel nimis difficilia, vbi quoque proponitur caſus, an Monialis languida, quæ Medicorum conſilio à languore curari non poteſt, nec mortem euitare, niſi vadat ad balnea, poſſit exire clauſtrum ſine licentia Superioris, equidem petita ſed non obtenta, vbi pro & contra arguitur, & diſtinguitur, ſic & reſidentiæ neceſſitas ob bella & alias impoſſibilitates relaxatur, Wameſius *tom.*1. *conſil.* 243 *numer*. 8. aliaque facit licita, alias illicita & exornatur per Munnoz *de Ratiociniis cap.*14. *num.* 9. *& ſeq.* vbi remittit ſe ad Surd. *de Aliment. priuil.* 39. quod exornatur quoque à Magero *de aduocat. armat. cap.*11. *n.*773. *& ſeqq.* vbi quoque docet ad neceſſitatem non pertinere, quod libidinosè & voluntariè cauſatum eſt, *vbi & num.*781 *& ſeqq.* de impoſſibilitate & difficultate, & quod ſatisfeciſſe dicatur, qui fecit quod potuit. *vt latè ibi & latius cap* 16.*num*.412. *& multis ſeqq.* ibi etiam qui promittit ſe aliquid facturum, ſub pœna, excuſatur ab illa, ſi fecit quod potuit, & quando factum eſt in obligatione, quod difficultas impediat moram, & qui non ſoluit ſtatuto tempore, non incurrat periurium ſi ſoluere non potuit, dicitque quod & impotentia ſuperueniens excuſet, vide ad eum, declara vt ſuperius. niſi difficultas ſuperueniens cauſata fuerit culpa ipſius, ſic vt & neceſſitas ſponte cauſata non conſideratur Vaſq. *lib.*2. *contr cap.*60.*num* 7.

Porro ſatis perſpicuè diſtinguit Zaſ. *in l. quod te mihi dare n.*38 *& ſeq. ff. ſi cert pet.* quod difficultas non excuſet ab obligatione quãtitatis, ſed potius ſuſpendatur & clarius *in l. continuus* §. *illud inſpiciendum*, *nu*.5. *& ſeq. ff de verb obl.* vide omnino ibi, quomodo impoſſibilitas & difficultas differant, quæ excuſet vel vitiet, quoties autem vllo modo ſolui poteſt, fiat ſolutio per notata, à Barboſ. *cap. peccatum de reg. iur. in* 6. & præ oculis habendum illud Tertulliani *in exhort. ad Caſtita.* nulla, inquit, neceſſitas excuſat, quæ poteſt non eſſe neceſſitas, (videtur hoc induci poſſe pro limitatione eorum quæ tradit Peckius *in reg* 28. *de reg. iur. in* 6. vbi alioquin pulchra quoque moralia de neceſſitate) & pro temporis neceſſitate inducta euaneſcunt, ceſſante neceſſitate, *cap quod per neceſſitatem*, 1. *q.* 1 *cap. quod pro remedio* 1. *quæſt*. 7. & rurſus Zaſ. *in l. ſtipulatio iſta nu.*22 *ff. de verb. oblig.* contra communem dicit ſe obtinuiſſe, quod difficultas, quæ præuideri potuit, non excuſet à pœna *l Sanximus Cod. de fideiuſ.* ſicut & difficultas quæ remoueri poteſt, non excuſat, quia demum 3.

magna

Digitized by Google

magna difficultas impoſſibilitati æquiparatur Surd. *deciſ.* 141. *n.* 9. *&* 10. ea propter dicit Luc. de Pen. *in l. reos Cod. de reis poſtul. nu* 22. quod difficultas nimia, & impoſſibilitas æquiparentur quamobrem talis ab allegante ſiue in ea ſe fundante probanda eſt cũ prędicta non in quauis leui vel minima difficultate procedant, ſed tunc demum, quãdo tanta eſt, quæ aliquo modo caſui fortuito ſimilis cenſeri poſſet, Moſ. *tom.* 4 *deciſ. cam. Imp.* 22. *n.* 130. quæ deciſio tractatur inter alia, quatenus impoſſibilitas ſeu difficultas facti excuſet, interim feuda ex neceſſitate alienari non poſſe, tamen ſine licentia Domini ſuppoſita conſuetudine poſſe, docet, Schurff. *cent.* 2. *conſil.* 88.

4 Verum enimuero hoc tempore videmus & eos, qui difficultatem & neceſſitatem pro fundamento ponunt, de ea quoq; cognoſcere vt non ſoluant, quod iuſtitiæ debent, in cauſis quidem, inquit Caſſ. 3. *ep.* 36. ſemper eſt ſuſpecta potẽtia, dum velle creditur, quod poſſe iudicatur, videmus & illos, qui maxima tributa & collectas exigũt, imo extorquent, ſe quodãmodo in haſce difficultates & neceſſitates vltro præcipitare, dum bella non pacem volunt, & quanto potẽtiæ cupidiores ſunt, tanto facilius neceſſitatem ſibi in hiſce fingunt, & vectigalia duriora poſcunt, vt hinc vires habeant, ne premãtur ſed magis augeãtur, quod neceſſitas extorquet, inquit Sareſb. 3. 11. gratiam minuit, & Val. Max. quicquid imperio cogitur, ait, exigenti magis, quam præſtanti acceptum refertur; vt tanto iniuſtius ſit illa in obſeruãtiam & conſuetudinem præcipitare, quemadmodum mihi quandoq; Cleri cauſam agẽti reſponſum fuit, ita ab antiquo iam factum, hoc & illud datum fuiſſe, ac proinde horum obſeruantiæ derogare non licere, at illa, quæ de iure non licent, impoſſibilia dicuntur, pulchrè Senec. *epiſt.* 104. non quia difficilia ſunt, inquit, nõ audemus, ſed quia non audemus, difficilia ſunt, vt alibi, *&* *in ſeq c. vlt.* dicitur, illa tantum poſſumus quæ honeſte poſſumus; & quod natura negat, non audet lex, Zaſ. *in parat. ff. de vſufr. earum rer. quæ &c. nu.* 5. quemadmodum videmus, quoſdam nimio luxu, nimia rerum & famulorum affluentia inſoluendo fieri, & nihilominus ſub prędictis laruis ſeſe excuſare, in quos & ſimiles quadrat illud Caſſiod. mater criminum neceſſitas, neſciunt dare, ſed accipere. Regalius eſt dotare quam petere, Chriſtianum & iuridicum eſt, alterum non lædere, ſed ſuum cuique tribuere & neminẽ grauare, quod tamen ita inualuit, quaſi non prohibitum, ſed omni iure licitũ foret, eapropter, vt S. Aug. *hom.* 48. dicit, quia diſceſſit deuotio Dei, acceſſit indictio fiſci, cum tamen neminem grauare debeat imperiũ, quod ad vtilitatem debet reſpicere ſingulorum Caſſiod. 1. *ep.* 6. tritum eſt prouerbium, boni paſtoris eſt tondere pecus, non deglubere, vnde adhuc hodie prædicatur aurea Tib. Imper. ſententia, pecunias à ſubditis ita exigendas eſſe vt relinquatur ſors, vnde res poſſit creſcere. Et Alex. M. dictum, Olitorẽ odi, qui radicitus excidit herbas; & arbores ab ima ſtirpe reuellit, quippe boni paſtores ita tondent, vt lana detonſa poſſit renaſci, nunquid autem hodie eius contrariũ fit, nã plus vectigalium exigitur, q̃ fortunę ſubditorũ ferre poſſunt? nunquid videmus quoſdam bona ipſa, vnde ſolui & vt ita dicã renaſci deberent contribuenda, per ſubditos in ſolutum offerri, & tamen non exaudiri? dicit *Eccl. c.* 34 panis egentiũ vita pauperis, qui defraudat homo ſanguinis eſt, qui aufert in ſudore panẽ, quaſi qui occidit pro-

Digitized by Google

ximum ſuum, quandoquidem vt Iuriſconſulti docent, bona ſunt altera vita hominis: deinde libertati & immunitati hominum huiuſmodi exactiones in iure odioſę & prohibitæ ſunt, per notata, Kopen. *q.11 n.10. & ſeqq.* vbi & quod Princeps ſubditis theſaurizare, eoſq; in cunctis neceſſitatibus paſtoris vice fouere debeat, ſed quia auctor tronus Eccleſiæ. & Klock. *de contrib.* plurima loca tam ex ſacris, quam profanis litteris contra tales contributiones adducunt, ad illos me remiſiſſe ſufficiat, quib. attentis nõ fecero litem meam, quia veniet dies, qua nil tranſibit inultum, neq; tam facilè cauſa neceſſitatis & difficultatis, vt modo cum iniuria alterius prætensè excuſabitur: neceſſitatis equidem non aliud effugium eſt, quam velle, quod ipſa agit, ſed Principes & tẽporales, poſſent onera ſua facere leuia, ſi attẽte ad res ſuas, ſi Chriſtianè magis, quã politice, ſi ornatè potius quam pompoſè, ſeu cum pomparum pompa non viuerent, modo ſe ipſos in neceſſitatem præcipitantes, dicebat Amaſis Egypti Rex facillimum eſſe, ꝗcunque placet, continẽtia pudicę mulieri facilis eſt & iucunda, impudicæ ardua, difficilis, & moleſta S. Hier. *ad Euſtach. de cuſt. virg.* nihil amantibus, ait durum eſt, nullus difficilis cupienti labor, amemus Chriſtum eiuſque ſemper quæramus amplexus, & facilè videbitur omne difficile eſſe facile.

5. Verum hodie non quæruntur amplexus Chriſti, ſed loculorum Chriſtianorum, quia vera Iuſtitia regnantiũ, inquit Luc. de Pen. *in l. cond. n.16 C de cond. & proc.* hodie quoad eorum propoſitum eſt necata, & impletum cernimus illud Cic. 3. *offic.* poſt tyrannidem Cæſaris declamãtis, majores veſtri aliud ius gentium, aliud ciuile eſſe voluerunt, quod ciuile id non continuo gentium, & quod gentium id non continuo ciuile eſſe debet, ſed nos veri iuris, germanæq; iuſtitiæ ſolidã & expreſſam effigiem nullam tenemus, vmbra & imaginibus vtimur, eas ipſas vtinam ſequeremur, & tamen non vmbras, & figuras ſequi, ſed veram germanamq; iuſtitiam nos adminiſtrare oportet, alias in nos redũdabit, quodcunq; iniuſtè egimus, adeoque in illo die ipſis brutis miſeriores erim⁹, quæ præſentis ſeculi curſum ſecundùm creatoris ſui incomprehenſibilem voluntatẽ peragunt, de ſuis factis, quia rationabilia non ſunt, nullam rationem reddituri, at nos quia rationabiles facti ſumus, de nobis ipſis & de omnibus rebus reddituri ſumus Deo rationes exactiſſimas, proque qualitate actuum aut pœnam aut gloriam æternam recepturi, nam:

Ex meritis vita dependet ite, verite.

Equidem ſtipendia hodie colligũtur, at inter dignos non rectè diſtribuũtur, gregarij milites egent, alij abundãt, hi in luxu vitam degunt, illi in penuria & miſeria vitã agunt, & quod plus eſt, ſi quod tibi non placet, recipiunt, ſeuere puniuntur, quodãmodo excuſabiles. quandoquidem vt Caſſiod. dicit, ſub quadã excuſatione peccare videtur, cui neceſſaria non præbentur, diſciplinã ſiquidem non poteſt ſeruare ieiunus exercitus, dum quod deeſt, ſemper præſumit armat⁹, habeat quod emat, ne cogatur cogitare, ꝙ auferat, neceſſitas moderamẽ nõ diligit, nec poteſt imperari multis ꝙ nequeunt cuſtodire pauciſſimi, ita eleganter Caſſiod. vnde factum audiui, ꝙ cum milites in Belgio nõ acciperẽt ſtipẽdia ac propterea aliena bona auferrẽt accuſati, de furto per quendã auditorem generalẽ, non fuerint cõdemnati neq; illos cõdemnaſſem, ſi modo ad ſubleuandam neceſſitatẽ & nõ vltra accepiſſent,

Royſius

Digitized by Google

Roysius ſtatim allegandus *deciſ.3.n.319.* ideo prouidendũ eſt in his, ne dum ſumptus quæritur, prædo graſſetur, *c.milit.23.q.1.c.3. x.de furtu.* & pulchrè S. Greg. *in Reg.lib.4.ca. 37.* cui vti proſpeximus, inquit fraternitas tua, eius vitæ ſubueniat, ne forte ad malè agendum excuſationẽ ſibi ex neceſſitate videatur aſſumere, porro, ſi præciſa ſit neceſſitas & difficultas, tunc in iuſta cauſa, alias non, practicari poterit, illud Caſſiod. *4. ep. 21.* neceſſitas temporis excuſat onera iuſſionis, puta ſi moderata ſint, quippe moderata durant, & nimietas ſemper in vitio eſt, ad prædictorum confirmationẽ faciũt notata per Petr. Royſ. *deciſ. Lituan.3.n.243.& plurimis ſeqq* de neceſſitate & fame, ac vtriuſq; effectu, ibi quoque, quæ dicatur ſumma, & quæ ſit præſens neceſsitas, *vbi num.300* hoc belli tempore notetur, quod in bello iuſto rem alienam in cauſa neceſsitatis auferre liceat, ſecus in iniuſto, notẽt & hoc collectores tributorum in bello iniuſto, notent & cęteri, quid dicatur iuſtum pretium tempore neceſsitatis & penuriæ, vt quis cogatur rem vendere Grat. *tom.1.diſc.for c.149.*

6. Verus ille cenſus eſt, inquit idem Caſsio. *7. ep. 10.* quem lætus poſſeſſor exſoluit, ſed cum admiratione audiui, quod quidam ſoluant, cum quibuſdam vero cõniueatur vel fiat remiſsio, ſed probo, inquit Tryph. hanc eſſe iuſtitiam, quę ſuum cuiq; tribuit, vt nõ diſtrahatur ab vllius perſonę iuſtiore repetitione, *l. bona fides ff. depoſ.* Grot. *de iur belli, lib.2.c 16.n.26.in f.* neque enim communi omniũ vtilitati & neceſsitati cum lęſione & iactura quorundam tantum, ſed vniuerſorum conſuli & ſuccurri debet, ita vt eius cõtrarium dicatur contra ius & æquitatem Vaſq. *de ſucceſſ.reſolut.lib 1.§.3. num.12. l.cum oportet in pr.Cod.de bonis, quæ lib.l. illud & l.illam Cod.de collat.* etenim aliquorum remiſſio non debet aliis eſſe tribulatio, quod ipſum tam ex iure, quam pulchris moralibus latius exornatur à Luc. de Pen *in l. actores Cod de exactor.tribut* vbi & illud, quod vnum altare tegendum non eſt, & alterum detegendũ addens quod fauore Reip. quis teneatur vltra debitam portionem, ac propterea neceſsitas hodie habet leges inexorabiles, & amariſsimas, Val. Max *lib.7. cap 6.* quemadmodum conqueritur Clericus, cõqueritur & laicus ſub prætextu neceſſitatis neceſſaria ſibi eripi, atque in extenſione portionis, laxari habenas, eapropter Pontifices ſtatuerunt, ne ijs inconſultis, etiam in neceſsitate Clerici contribuant *cap. quod olim de immunit. Eccleſ.in extrauag.com.* quod tamen videtur temperandum, quid enim ſi ſit publica & præſens neceſsitas, *de qua in cap non minus & cap. aduerſus x. de immunit. Eccleſ.* hoc caſu iuxta Panorm. *in d. cap. non minus, num. 19. & 20. & ad cap. vlt.de ædific. Eccl.* nõ erit neceſſarium, ſi illa neceſsitas ſit præſens & omnib. immineat, ad Summum Pontificem recurrere, & hoc ipſum ſuadere videtur ipſa neceſsitas, tum etiam aliæ rationes, nam cauſa pietatis & neceſsitatis à iure ſemper excipitur *cap. vlt. de ferijs,* negari vero non poteſt, quin pium ſit patriam aduerſus hoſtem defendere *cap. fortitudo cum ſeq. 23. quaſt. 3.* & nullum priuilegium quantumcunque generale præiudicare debet publicæ vtilitati Wameſius *tom. 1. conſil. 25. ſub n. 7.* ibi iura allegat, & Franciſcus Marcus *p. 1.qu.458.* vbi Eccleſia, Nobiles, & DD. tempore belli ad collectas tenentur, *& rurſus q.561.* quod à munerum patrimonialiũ pręſtatione non excuſentur. Quemadmodũ videmus in conſtitutionib. Imp. quod nemo eorum à cõtributionibus

Turcicis

Turcicis liberetur aut ſit immunis, quia teſte S. Ambr. *in cap. aurum Eccl. 12 q 2.* aurum habet Eccleſia, non vt ſeruet, ſed vt eroget, & ſubueniat in neceſſitatibus, ita etiam vt pro captiuorum redemptione res Eccleſiæ alienari poſſint *cap. ſacrorum 12. q. 2.* & pluribus hoc ipſum probat Cæualcos *in ſpec. com. opin q 578. nu. 4. & ſeqq. &c.* an autem tempore neceſſitatis inimicis ſubuenire teneamur, ſub diſtinctione reſoluit Bonacina *ad 1 decal præceptum. diſp. 3. quæſt. 4. punct. 6. propoſ. 3. n. 20.* & D. Thomas hanc Theoricam, quod neceſſitas non habeat legem. intelligendam eſſe, quando cætera paria ſunt, quia ob priuatam neceſſitatem, ſi communitas magnum inde accipiat incommodũ, non ſemper licet contra legem agere.

7. Porro ne in hoc paſſu contra Can. peccetur, tenenda eſt reg. à Panor. *in d. cap. non minus*, tradita, ſi neceſſitas vel vtilitas directo & principaliter cõcernat & Eccleſiaſticos & laicos; vt puta, inquit, praua ſocietas territorium ciuitatis incendit, deuaſtat, cõſumit, in quo & Eccleſia habet multas poſſeſſiones, hoc caſu Eccleſiaſtici quoq; contribuunt, vt quorum vtilitas etiam priuata æquè verſetur, ac vtilitas laicorum, adeoq; de neceſſitate conſtet, per euidentiam rei, alias Epiſcopi iudicio ſtandum erit, *d. ca. non minus & cap. aduerſus.* prout explicat & declarat ipſemet Cæual. *d. lo. in fin.* quod Clerus in tempore neceſſitatis ad prædictam contributionem teneatur, intelligi debeat, non de propria Regis auctoritate, ſed Pontificis, licentia, niſi fuerit imminens periculum, in mora, qui & *quæſt. 729.* agit de eo, an qui in extrema neceſſitate aliquid cepit, teneatur ad reſtitutionem ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam, de quo ibi, ego tamen in priori caſu puto clerum præ laicis non eſſe grauandum; ſed cum eo benignius adhuc agendum, ſumma namq; ratio eſt, quæ pro religione facit; & ita aliqui temperãt priorẽ doctrinã. vide Cacher *deciſ. 68.* Guid. Pap. *deciſ. 78.* & prædicto modo declarat Aldera. Maſcard. *de general. ſtatut. interpr. c. 1. n. 240. & ſeq* vt in illis, quæ reſpiciũt communem, vtilitatem tam clericorum q̃ laicorum, ſubiaceant quidem ordinationibus laicorum, debeant tamen cogi à ſuo iudice Eccleſiaſtico, quodque Clerici non debeant adſtringi, ſi ad decus vrbis quid fieret, ſecus ſi propter neceſſitatem, vide ad eum, & latius ibi declarationes: alias quomodo onus tributi fiſcalis, diuidendum ſit inter contributos tradit Anton. Fab. *in Cod. de munerib. patr. defin. 19.* cuius doctrina quandoque vſus fui in cauſa capituli Craneburg. quam ibi tradit *defin. 26.* de immunitate perſonarum Eccleſiaſticarum à munere & onere hoſpitis recipiendi, vbi tamen declarare videtur, quod ſuperius dictum fuit de conſulendo Pontifice, ſi aliter immemoriali cõſuetudine receptum ſit, quam Canoniſtæ irrationabilẽ dicunt, & tamen aliter & aliter ſępè practicatur, vt videre eſt apud Ant. Fabrum *in Cod. de Epiſc. & Cler. def. 56. & 57. confer. in ſeq. def.*

Vt verum fatear, variè deſuper reſponſum vidi, tu igitur videre poteris, Card. 8.
Tuſch *lit. E.* Exempti quibus caſibus ſoluere compellantur, *concl. 573.* & ibi remiſſiue Rauden *de Anal c. 40.* Wehneri *in pract obſ. lit. F verb.* frey gericht lich/ ibi quod illa verba Vaſallos à collectis Imperij non excuſent, *item l. N.* nothülff/ *item lit. L. verb.* Landſteüer/ *& lit. S. verb.* ſchatzung / ſic & Plotus *tr. de in litem iurando* §. 1. *n.* 17. docet, quod immunitas conceſſa ab omnibus oneribus ordinarijs & extraordinarijs, non comprehendat

quæ

Digitized by Google

quæ imponantur tempore belli Mynſ. 4. *obſ* 70. Meiſner. *tom.2. lib.1.deciſ.Cam.Imp. 6.n.63. & ſeqq.* Arnol. à Reiger. *in Theſaur. Iur.lit.I. verb immunitas, &c.* vbi & quouſque extendatur. Anton. de Petra *de poteſt. Princ.cap.4.& 5.* ſed quia materiam contributionis abſoluit Klock. *in ſuo tract. de contrib.* ideo ad eum ſit remiſſio, iunctis ijs quæ præter Valaſcum *tom. 2 conſult.* 131. notabiliter adducit Flores Diez *lib.2 pract.quaſt.2.* de illis, qui poſſint imponere collectas, & qui,& pro quibus bonis, de modo diſtributionis &exactionis, de perſonis exemptis,& immunitatibus latè ibi.

9. Interim ego ſubticere non poſſum, quod multi ſeſe hodie fundent in doctrina à Raudenſ. *tract. de analog cap.* 39. *num.* 147. *& ſeq.* allegata, quod ex tolerantia Papę & vniuerſitatis Eccleſiæ, p obtinendis contributionibus, laici faciant executionem in eorum bonis, quaſi ſit tacita diſpẽſatio ſic faciendi, qđ ipſum ſcio præſtantiſſimos Iuriſconſultos in caſu præciſæ neceſſitatis docere, vt autem hoc extra illum admittam, non audeo propter Canon. communiter contrarium tenentes, & quod Papa & Eccleſia hoc exulcerato tempore magis conſultum exiſtimare poſſit potius tacere, quam contradicere, ſcientes in prę iudicialibus ius ſaluum manere,& actus in pati non inferre ius concludenter conceſſum, quemadmodum ſupra de iuriſdictione dictum facit.

10 Hodie vero propter iniuriam temporum ſæpe fit, quod debitores fundum ex quo præſtatur penſio, vel tributum penditur, in ſolutum aſſignari velint, quæritur ergo an audiendi, ego certè cum cuidam inſeruirem, ac cliens meus id petijſſet, non fuit admiſſus, quia ex parte creditoris replicari poſſet, hunc non eſſe ſoluendi modum; ſed beneficium ceſſionis competere miſeris obæratis, ita etiam vt Vniuerſitas paupertatis prætextu bonis cedere poſſit, iuxta Martinum Monter à Cueua, *deciſ. Reg. Arragon.* 4. *numer.* 14. *confer Hunnium in Encyclopædia ſua part.* 3. *tit.* 3. *cap.* 2. quænam debitorem, de ſolutione interpellatum, à mora excuſent iunctis ijs quæ tradit *p.3.tit.28 de ſolutionibus per aliquot capit.*

Materia prioris quæſtionis tractatur 11. per Doctores *in Authent. hoc ſi debitor. Cod. de ſolut.* ibi & Chriſtinæus *volum.* 6. *deciſ.* 215. Ludouic. *part.* 2. *deciſ.* 64. vbi eiuſdem requiſita enumerat, & dicit *d. Authenticam* non procedere, quoad mercatores,& campſores, & Follerus *de cenſib.* §. *tanquam numer.* 49. an audiatur cenſualis, ſi vult dare fundum in ſolutum, requiſita item *d. Authent.* recenſet Benintend. *deciſion. Bonon.* 28. Iaſon. *Conſ.* 9. *numer.* 23. *& ſeq. volum.* 1. Marcellus Cala *de modo articul. & probandi* §. *vn num.* 1280. vbi vt debitor non admittatur ad ſoluendum aliud pro alio inuito creditore, debet allegare cauſas, cur hoc facere velit, non enim ſufficit, ſi ſimpliciter bona immobilia offerat, item debet probare ſe eſſe inhabilem ad ſoluendum in pecunia, item debet oſtendere inſtrumenta & ius efficax eorum bonorum, quæ vult dare in ſolutum, item debet offerre fideiuſſorem pro euictione & in ſpecie in materia *d. Authentica* hoc niſi, idem Cala. *d.* §. *vnic. numer.* 772. *& ibi deciſionarij*, & Iaſon. *in l.* 2. §. *mutui. ff. de rebus credit.* de iſta reg. an inuito creditore, aliud pro alio ſolui poſſit, quam ibi duobus modis ampliat & viginti modis limitat, requiſita *d. Authent.* enumerat quoque Hunnius *in Encyclopædia ſua part.* 3. *titulo* 28. *cap.* 3. & ibi quod tempus attendi

debeat in ſolutione monetæ, pleraque ex Berlich.*p.2.concl* 35. an debitor quantitatis poſſit ſoluere in bonis,ſi aliud non habeat, tractat, Gratian *cap.*853.*num* 70 *& ſeqq.* videatur & cautela Tennini *de caut. caut.*254. & Iohan.de Caſtil.*lib.2.quotid.contr.cap.*24. vbi & de hærede,an in pecunia ſoluere poſſit, notabile eſt quod docet Chriſtinæus *in conſuetud.Mechlin.tit* 17. *art.6. in addit.* vbi ſi legata ſint alimenta ex fundo præſtanda, poteſt hæres tradere fundum, ſi non tantum inde proueniat, *vide ibi, & Doctores allegatos,& l.Lucius ff.de alimentis. & cibar. legat.* vbi adhuc frumentum debetur, licet nihil naſcatur, quia fundus iure pignoris deſignatus videtur, Zaſius *in l.inter ſtipulantem. § ſacram num.*14.*ff de verb.oblig.*adde & præced. ſicut & debitor annui cenſus non liberatur cedendo fundum creditori in aſſecurationem crediti, cum etiam re ſublata, non cenſeatur ſublata actio perſonalis, petendi annuum cenſum, *ſed* quid ſi diſpoſitio vel obligatio ſit limitata, & fundus taxationis, & non demonſtrationis cauſa expreſſus, an inde annuus cenſus præciſè ſolui debeat, ſæpè controuertitur.

12. Similem caſum proponit Wurmbſerus *pract. obſeruat. tit. de feud. cap.* 2. vbi Princeps cuidam annuatim ex Camera vel Cauena certam quantitatem pecuniæ, vel frumenti percipiendi aſſignauit, hoc caſu ſi Camera ſine culpa promiſſoris euacuata eſt, exſpectandum eſſe dicit, donec iterum de Camera ſolui poſſit, quandoquidem dictum, quod perciperet ſuper & de fructibus diſtrictus illius vel dominij, & ſi verba illa denotant locum,ex quo percipi & ſolui debeant, & ſunt adiecta cauſa taxationis, conſequenter tantum, *d. loco* debet fieri ſolutio, quo perdito ceſſat feudi præſtatio, ſecus vero vbi locus tantum eſſet adiectus loco ſolutionis. & dicit pro hoc eſſe textum *in cap.*1.& ibi Doctores *de notis feudorum in vſibus feudi. lib.* 2. vbi & cauſam non per ſententiam, ſed per amicabilem compoſitionem fuiſſe ſopitam.

Quemadmodum reperio pluries fuiſſe 13. deciſum, etiam in emptione & venditione annui cenſus aliiſq; contractibus, vti & in donatione,legato,&c.quod non perſonalis obligatio principaliter attendatur, ſi limitata & deſignata ſit diſpoſitio, tunc enim fundus directo quærendus, ita non ſemel iudicatum fuit,teſte Garſia *de expenſ. c.* 4.*n.* 42.*&* 43. qui omnino videndus à *nu.* 39. *& ſeq. ibi & de intellectu d. l. Lucius.* & quando limitata ſit venditio, vt reditus aliunde ſoluere non cogatur, quia limitata venditio, quaſi corpus eſſet venditum,adeo vt & Wameſ.*tom.2.ad tit.de cenſib. conſ* 493. doceat, quod non ſolum caſus futuri temporis ad venditorem non pertineat, ſed etiam ſi obligatio ſit reſtricta ad certa prædia, nõ operetur clauſula, quod velit bonum facere & pręſtare,multa quoq; notabilia apud Mantic.*de tacit & ambig.lib.*4.*tit.*18.de ambigua fructuum venditione, & caſus apud Gammam *deciſ.*42. de officiali,cuius officium oneratum eſt penſione annuatim ſoluenda, an liberetur ex defectu redituum. item an debitor nullum cenſum aut modicum percipiens, teneatur ad ſolutionem Caſtilio. *tr.de vſufruct.cap.* 78. & præter citatos DD. videndi ſunt tractatus haud pridem de ſuper editi & Zaſ. *in d.§.ſacram.num.*11. *vbi diſtincte in quo §.*& Bart.tradit. quando verba dicantur demonſtratiua & taxatiua, iunctis traditis per Card. Tuſchum *lit.* D *demonſtrationis cauſa, vel cauſa diſponendi qualiter*

liter

liter cognoſcatur concluſ. 191. *interim notato, quod tit. præced. cap.* 8. docuerim, videlicet actionem perſonalem principalem eſſe, & hypothecariam acceſſoriam, vnde videtur inferri, licet in fundo nil naſcatur debitorem tamen perſonaliter obligatum eſſe video tradi per DD. reditus annuos non aliter valere, quam ſi ſuper certo fundo conſtitutus fuerit, ita vt fundo perempto, reditus quoque perimatur, Couar. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 7. *num. f.* Garſias *de expenſ. cap.* 4. *num.* 43 Cæuall. *in ſpec. com. opin. q.* 312. *nu.* 4. *& ſeq.* Roderic. *de annuis reditibus lib.* 2. *q.* 7. ſed & hic aduertendum eſt, Canoniſtas quidem docere reditus annuos non aliter valere, quam ſi ſuper certo aliquo fundo conſtituantur, quo perempto & reditus perimatur, Doctores apud Gail. 2. *obſ.* 7. *nu.* 11. *&* 12. *tamen ipſemet nu.* 13. de conſuetudine aliud obſeruari teſtatur; quod adeo certum eſt, in praxi vt dubitari de eo non liceat, vnde & infert Gail, quod perempto fundo debitor adhuc ad ſolutionem teneatur, neque enim demonſtratio præſumitur cauſa diſpoſitionis, Surdus *deciſ.* 104. *n* 36. niſi forte dicatur, quod in caſu, vbi reditus limitate conſtitutus fuit ſuper fundo, actionem hypothecariam principalem cenſeri, iuxta Mudæum *ad rubr. ff. de pignor. & hypoth. num.* 2. dum, inquit, ne quem tamen id fallat, prætereundum non putaui hodierno vſu hypothecariam actionem aliquando principalem cenſeri, vt in reditibus ſuper certo prædio aſſignatis, quod & in multis Geldriæ partibus, ita obſeruatur Lambertus Goris, *tract. aduerſariorum iuris cap.* 6. vide illata ibi, interim attenta doctrina Gailij & praxi Camerali prius non obtinet abſolutè & indiſtinctè in emptione & venditione annui reditus.

Verum diligentiſſimè aduerti debere 14 exiſtimo, an verba obligationis ſint appoſita cauſa demonſtrationis, vel taxationis, de quo latè & diſtinctè Gygas *de Penſion. q.* 62. vbi & caſus quotidiani, & modum cognoſcendi, quando aliquid dicatur cauſa demonſtrationis vel taxationis, tradit Felinus *in cap. ſuper litteris num.* 4. *x. de reſcript.* Item Gratianus *to.* 5. *diſcep. forenſ. cap.* 988. an & quando legatum dicatur relictum demonſtratiuè, ſiue taxatiuè, & an debeatur, ſi locus adiectus non reperiatur, & *cap.* 838. de legato in ſpecie de tali & tali loco; item de promiſſione vini, quod ex certo loco naſcitur Crauet. *conſil.* 418. & docet Cephalus *conſil.* 636. *num.* 9. *& ſeq.* ſi locus ſubſtantiæ legati adiungatur, vt ſi lego decem, quæ in arca habeo, tunc locus reſtringit, vt ſi non ſint in arca, non debeantur, ſi ſunt tantum quinque, etiam tantum quinque debeantur, ſecus eſſe dicit, ſi locus non ſubſtantiæ, ſed tantum executioni eſſet adiectus, quandoquidem vt docet Martinus Monter. à Cueua *deciſion. Arrag.* 10 *num.* 37. quod verba executiua principalem contractum non immutent, imo eius naturam aſſumant, vt latius ibi, & clarè hoc inducit Farinac. *part.* 2. *deciſ.* 91. ibi an & quando conditio adiecta executioni actus cum faciat conditionalem, aut ſuſpendat, vbi donatio facta Titiæ, ſi cum conſenſu eius nubat, reſpicit ſubſtantiam, ſecus ſi verba, vt ibi, eſſent adiecta executioni, vt ſi prius erant donata, & poſtea dictum fuerit, quam primum cum conſenſu donantis nupſerit, illa habebit, conditio namque quæ tendit ad diminuendum actum iam perfectum, non attenditur confer ad intellectum, quæ verba

Digitized by Google

talia ſint, Tuſchum *litt. A. actus ſi fiat in executionem alterius concl.* 130. *& lit. E. executiuus actus quis dicatur concl.* 47. ſed verba potius demonſtratiuè, quam taxatiuè adiecta cenſentur Gratianus *diſc. forenſ. cap.* 836. *numer.* 20. Surdus *de alimentis tit.* 9 *quæſt.* 30. *numer.* 17. *imo contrarium num.* 41. vide illata ibi, & docet Alex. *lib.* 2. *conſil.* 20. *numer.* 7. quod verba non ſtent cauſa demonſtrationis, quando ſtant cum verbo executiuo, vti ibi exemplificatur. Tu igitur non intermittas videre Cauale. *parte* 1. *deciſion. in indice littera V. incip. verba in dubio, potius præſumuntur poſita demonſtratiuè & exemplificatiuè, quam reſtrictiuè & taxatiuè*, vbi latè in caſu teſtamenti & fundationis, & Franciſcus de Barri *tractat. de ſucceſſione teſtati & inteſtati lib.* 9. *titulo* 19. *numer.* 9. *& ſequentibus.* de iſta quæſtione ſi teſtator leget tot amas vini vel tot modia frumenti ex toto fundo, ſi non naſcantur, an nihilominus debeantur, & diſtingunt Doctores ibi, an demonſtrationis vel taxationis cauſa adiectus ſit locus, & vnde hoc cognoſcatur, vide omnino caſus ibi reſolutos, *& aliqua titulo* 22. *ſub numer.* 5. *& titulo* 4. *numer.* 8. *verſ. tertio.* fallit, ſi teſtator relinquat ad menſuram, vt lego decem iugera terræ ex tali fundo, vel decem iugera terræ, tunc iugera integra debebuntur, licet non habeat tot, & ita vides multum intereſſe an venditio incipiat à corpore, an à menſura, ſuper quo haud pridem conſului ex Antonio Fabr. *in Cod. de contrah. empt. def.* 3. *&* 4. Wameſio *cent.* 3. *conſil.* 11. de venditione ad menſuram, quid præſtare debeat, *& conſil.* 21. quomodo præſtanda ſit menſura. & quid ſub ea contineatur, *& conſil.* 3. *numer.* 7. vendita ad pondo, menſuram, aut numerum, cuius periculo ſint ante traditionem; & quæ dicatur emptio & venditio ad corpus ſeu menſuram facta, Doctores *in l. quod ſæpe §. ſi res ff. de contrah. empt.* Fabian. *de Monte. de empt & vendit. quæſt* 5. *ſub numer.* 60. & 61. Tuſchus *lit. V. concl.* 48. diſtinctè Schrad. *de contractibus tit. de empt & vendit. ſub num.* 148. *& ſeq.* clarè Rauchbar. *lib.* 1. *quæſt* vlt. c. vlt. *& Sax. quæſt.* 21. & ex quibus colligatur Farinac. *part.* 2. *deciſion.* 73. pulchrè Deckerus *lib.* 2. *diſſert.* 7. *numer.* 18. *& ſeq* præter Couarr. *in ſuis reſolutionib.* & Pincl. *ad l.* 2. *part.* 3. *cap.* 2. *Cod. de reſcind. vendit.* & plures caſus refert Caroc. *tract. locati & conduct. tit. de condit. & demonſt.* quæ ideo prædictis annectere volui, quia cum ijs ſymboliſant, & prædicta omnia in praxi quotidiana ſignanda ſunt.

15. In tempore neceſſitatis & difficultatis nobis conſtitutis, non eſt negligendum dictum, quod Thales Philoſophus, vt auctor eſt Laertius in eius vita interrogatus; quodnam eſſet difficillimum, reſpondit, noſce ſeipſum, quod eſſet facillimum, alteri conſilium dare Eraſmus *in adag.* prout ſæpè alijs conſilium damus, & nos ipſos vere ignoramus, vide *part.* 1. *de honor cap.* 1. *& vlt.* ideo in tempore neceſſitatis & difficultatis ſemper recurramus ad eum, qui difficilia facit facilia & ſuauia, & cum Epict. *apud Ar.* 4. *cap.* 7. habeo, inquit, ſemper quod volo, ſemper ſiquidem volo, quod fit, melius enim iudico, quod Deus vult, quam quod ego, conforme eſt illud Dominicum, fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra.

* * *

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VI.

De temporis obſeruantia & lapſu.

1\. TEmporis occaſionem arripiēdam eſſe *p.1.tit.1.cap.* 4. exornatur & patet ex traditis *cap.*1. de temporis lapſu, eiuſq; virtute, & plura alia de anno, die, tempore, item continuo & vtili, & quod tale ab initio, quodq; formā non ſeruare dicatur, qui tēpus nō ſeruat, pluribus docet Reinkingk *de retractu q.*7. cuius doctrina & DD. ibid. allegatorum quotidie in praxi occurrit, vbi & illud, magna eſt iactura temporis, & ex Lipſio *Epiſt. ſelect.* 55. *cent.*1. ſicut in flumine vnda vndam trudit, nec reuocat vnquam elapſam, ſic in tempore, dies diem, nec reparat amiſſam, pariter docet Aldenradus Maſcard. *de generali ſtatutorum interpretatione concl.9.num.* 10. *& ſeqq.* quod tempus appoſitum ſeu præfixum à ſtatuto, dicatur continere formam, quod duobus modis ibidem declaratur, Felin. *in ca.cum dilecta de reſcript.* hinc & dicitur, omnia probe fieri, quæ fiunt tempore ſuo, ex quibus & in caſu de quo ſuperius *ca.* 4 dictum fuit, deduxi, quod diſpoſitio facta pro certo & limitato tempore, vti in caſu ad vitam, vltra illud extendi non debeat, quia præciſa eſt natura limitati temporis, & de forma contractus, *deciſio Rota Genuenſ.*27.*num.* 18. *& ſeqq.* & quidem quando actui explicando adſignatur principium temporis & finis, tunc tē. pus eſt de forma ſubſtantiali Wehrneri *in pract.obſ.lit.M.verb.* mettler weil / vide ibi illata, quid igitur ſi electio eſt facienda in Ianuario, quæ fit in Aprili, Caualc. *p.* 1. *deciſ.* 40. *numer.* 41. *& latius lib.* 1. *in indice lit. E. incip. electio & extract. offici.* quando eſt facienda certo tempore, vide tamen Gratianum *tom.*2. *diſcept.forenſ.cap* 239. pulchre & ſubtiliter Afflict. *deciſ.* 73. *vbi & numer.*7. docet, quod elapſo tempore conuentionis, inducatur reſolutio contractus, ita vt non admittatur purgatio moræ, ſed pactis & exceptionibus inhæreri debeat, vti *probat ſub num.* 8. cum quo conuenit illud vulgatum, quod limitata cauſa, limitatum producat effectum, quemadmodum natura temporis præciſi eſt, vt conſtituto tempore lapſo, in perpetuum quis excludatur, adeo vt poſt tempus limitatum ſumatur argumentum à contrario ſenſu, etiam ad correctionem iuris communis virtute limitationis, quæ alias nihil operaretur vt probat. Mart Mont. à Cueua *deciſ. Reg. Arrag.* 24.*nu.*25. *&* 34. & tempore excluſus perpetuo cenſetur excluſus, ſine ſpe redintegrationis, quippe excluſio ipſa eſt priuatio quædam, quæ reſpectu futuri temporis perpetuo operatur, cum omnis priuatio perpetua ſit, & perpetuo afficiat, *vti ex Bald. refert numer.* 15. vbi dicit ſuffragari illud Philoſophicum, à priuatione ad habitum non dari regreſſum (quomodo hoc declaret, *vide eundem, deciſ.*15.*num.*13. *& deciſ.*43.*num.*36 *& ſeq.*) ampliantque DD. priorem doctrinam de tempore limitato procedere, tam in vltimis voluntatibus, quam Iudicijs & contractibus, prout in cōuentionibus loquitur, *l.vnus §.ſi cum Reo ff. de pact.* vbi habetur, quod pactum ad tempus limitatum factum, non extendatur vltra tempus, & faciunt notata per Bart. *in l ſi vno §. item cum quodam ad fin. ff. locati.* Vbi ait, quod famulus conductus ad certum tempus, vel pro certo tempore, non poſſit alio tempore inſeruire, niſi forte impeditus, ita & fideiuſſor ad tempus vltra non obligatur.

Digitized by Google

2. De termini lapſu paſſim DD an & quãdo probationes admittantur, poſt termini lapſum Maſcard. *de probat*, *concl.* 1229. de termini ad agendum lapſu, Wameſ. *cent.* 1. *conſ.* 26. *& conſil.* 27. de termino ad agendũ per Iudicem præſcripto, quatenus poſt terminum lapſum valide quid fieri poſſit, latè tradit Aſinius *ad ſtatutum de modo procedendi in ciuilibus*, §. 15. *& aliquot ſeqq & §. 22. cap. 2. per tot.* confer Matheſib. *ſing* 40. vbi Additionator, *num.* 20. an inſtrumenta produci poſſint poſt ſtatutum terminum, & quid ſi addita fuerit comminatio, quod non audietur vltra, *& in ſeqq.* quod Iudex in contumaciam tunc poſſit pronunciare, nullam eis fidem adhibendam eſſe, de prioribus quoque conſulas Wehrner. *pract. obſ lit V. verb.* Wegh benehmen/ ſignanda autem eſt ſingularis doctrina Capicij *deciſ.* 205. *nu.* 3. quid ſi Iudex ſtatuat diem vltra quem audiri non debeat, eo non obſtante, actor poſſit agere & reus, excipere, quia ius quæſitum ad agendum perpetuo, & Reo ad excipiendum, non poteſt Iudex eis ſua interlocutoria tollere, niſi bina monitio interueniat, ſicut & facultas probandi non amittitur, niſi Iudex deſuper interlocutus fuerit, Marſil. *ſing.* 283. *quod declarat*, Blarer *tract. l. diffamari cap. 8. ibi paſſim per tot. de materia*, an tunc moram purgare liceat, Gail. 1. *obſ.* 86. ibi Blarer dicit, quod omnis terminus poſt litis cõteſtationem ſit perẽptorius, *&c.* 2. quibus caſibus Iudex poſſit præfigere terminũ ſub pœna præcluſionis.

3 Porro placet hic quædam de præceptis & comminationibus, in decretis ad ſententiam præambulis, addere, prout à me in Camera Imperiali collectę fuere, & præſuppono ex Gratian *tom. 2. deciſ. forenſ. ca.* 239. *n.* 15. *& ſeqq.* quod in comminatione requiratur iuſta cauſa, vt poſſit minuere pluralitatem terminorũ, & ſi fiat, detur appellatio, etiam poſt decem dies, cum iſtæ comminationes non habeant vim ſententiæ, neque tranſeant in iudicatũ, vt nec præcepta, abſque cauſæ cognitione facta, & ibi, quid ſi adiecta ſit clauſula, ex nunc pro vt ex tunc, ibi plura de termini pręfixi effectu, &c. item ex Anton. Theſau. *deciſ.* 11. de ſtylo ſeruari, quod bina comminatio fieri ſoleat, iunctis traditis per Contard. *tr. l. diffamari ca. 5. n. 73. & ſeqq.* quod comminatio abſque cauſa nõ valeat, quodq; appellandum ſit à comminatione, quæ fieri non debuit, & comminatio in termino poſita, quod vlterius audiri non debeat, quod impediat purgationem morę, ibi & de clauſula, ex nunc prout ex tunc, & è contra, & plura de effectu termini, & an contumax citandus ſit ad audiendum ſententiam, confer tradita per Cano. *ad cap. 2. de confeſſis in 6.* Surd. *lib. 3 conſil. 360. per tot.* an & quando contumax habeatur pro confeſſo & ſi bis monitus reſpondere ſub comminatione, non reſponderit, accipiatur pro confeſſo.

Quibus præſtructis notãdum, quod cõminatio præcluſionis viæ probandi, vel aliud quid agẽdi, fundetur *per l. municipiorũ. ff. de opt. legat.* Abb. *in cap. cum dilectus num.* 4. *x. de fid. inſtrument.*

Prorogatio termini habet hanc cõminationem, wo er in ſulcher zeit/ waß ſich gebürt/ nicht handelen würde / das es alßdan bey gemelter Vrtheil endtlich bleiben ſol/ vel ſub cõminatione concluſionis in puncto ſeu, wo er ſolchem alſo nit nachkommen würd / das alßdann die ſach in dieſem punct vel dieſes puncts halber/ für beſchloſſen/ angenohmen ſeyn ſoll/ an autẽ termino lapſo poſſit prorogatio peti, & quo remedio ſaluetur proceſſus, 4

ceſſus tradit Zaſ. *in l. dies cautioni, n. 8. & ſeq. ff. de damno inſect. & in l. pro tribunali n. 3 ff. de re iudic.* teſtatur, ſe in practica ſeruari vidiſſe, quod Iudices & prorogationis terminũ legalem mutauerint, terminus etiam legalis nunquam eſt peremptorius, ſi probetur legitimum impedimentum, Hart. *pract. obſer. tit de feud. cap. 12. in med.*

Ad libellum articulatum zu handlen / & litem conteſtandam, & ad dandum articulos defenſionales, præfigitur terminus ſub comminatione litis conteſtatæ, articulorũ cõfeſſatorũ, præcluſionis viæ defenſionaliũ.

5. Ad libellum ſummarium ſimilis eſt comminatio, ſed omittit articulorum confeſſatorum præcluſionem, ex quo ſummarius libellus nullos contineat articulos, &c.

In puncto datæ dilationis ad libellandũ, vel acta vel compulſoriales producẽdi, ſub comminatione abſolutionis à citatione cũ expenſis, differentiam inter abſolutionem à citatione & inſtantia tradit, Mynſ. 4. *obſ.* 65. & de ſententia ab obſeruatione Iudicij, & ab inſtantia, latè Caualc. *lib. 1. deciſ. 7. per tot.* confer. Zaſ. *in l ſi à te n. 6. & 7 ff. de except. rei. Iudic.* ibi quomodo ferendæ.

Auff ſupplicationes, exceptiones, repliccas oder andere producta zu handelen / ſub comminatione cõcluſionis in puncto, auff atteſtationes zu handelen / ſub comminatione præcluſionis viæ, daß jhme der wegh ſulches zu thun benohmen ſein ſoll / de quo ſuperius citatus Wehrneri.

Auff reſponſiones zu handelen / ſub comminatione concluſionis in puncto.

6. Ad nominandos commiſſarios, ſub cõminatione præcluſionis viæ, poſt publicatas atteſtationes auff exception oder probationſchrifft zu handelen / regulariter ſub comminatione concluſionis in cauſa, &c.

Auff nominationem commiſſariorum zu handelen / ſub cõminatione, daß die ernendte Commiſſarien / (in communi vel meliori, prout res exigit, forma) vnd zeit pro prima dilatione probandi, wir gepetten / Salua notarij adiunctione, erkandt / zugelaſſen vnd angeſetzt. &c. In puncto recognitionis ſigillorum & ſcripturarum, ſub comminatione wo er deme / niſi recognoſcat vel diffiteatur, alſo nicht nachkommen würde / daß alßdan die ſigilla, &c. pro recognitis angenohmen ſein ſollen.

Procuratorium ſi ſit inſufficiens, ſoll N. bey ſtraff der ordenung / gnochſamen gewalth vorbringen / quãdo nullũ producitur mandatum, vidi ſæpius iniunctum & ſtatutum terminum illud exhibendi, ſub pœna falſi Procuratoris. 7.

In mandatis pœnalibus, puta pignorationis, ſi citatus petat terminum prorogationis, additur comminatio ſub euentuali declaratione. In mãdatis ſine clauſula, in puncto paritionis, concluſum eſt in puncto.

Atteſtationes & rotulos zu procediren / ſub comminatione præcluſionis viæ, &c.

Ad articulos, poſitionales, defenſionales, eliſiuos, ſub comminatione confeſſatorum, ſed quid requiratur, vt poſitiones pro confeſſis haberi poſſint, tradunt Canones & Barboſa *in d ca. 2. de confeſſis in 6.* quid ſi libellus fuerit ineptus Scaccia *de iudiciis li. 2. c. 75. nu. 16.* cõfer tradita in præcedẽtibus, & quid ſi tempus articulari debuerit, & nõ ſit, articulatum, Mynſ. 1. *obſ.* 92. & contumax in reſpondendo quãdo habeatur pro confeſſo tradit Magon. *deciſ. Lucens.* 156. multa ad excuſationem contumaciæ adducit Crauet. *conſil.* 330. ad prædicta confer Borel. in ſumma *deciſ. li. 1. tit. 40. n. 28. & ſeq.* hæc & ſimilia ad longum, ſæpe magis inutiliter quam 8.

fru-

Digitized by Google

fructuoſe in praxi diſputantur, quaſi terminorum aſſignationes & præfixiones ſint ad libitum Iudicum arbitrariæ factæ, ita figuntur & refiguntur decreta, admittuntur & repelluntur partes, non prout religioni iudicantis videtur, ſed magis prout ipſius affectus impellit.

9. In caſu propoſito, ad propoſitum dicit Surd. *deciſ.*203. quod tempus ad vitam limitatum, contineat contrariam diſpoſitionem poſt tempus,&quod conceſſum,ad tempus, poſt illud cenſeatur prohibitum, quodque tempus conuentionale etiam curr at impedito. & rurſus *conſil.*403. *num.* 58. quod temporis ea ſit vis, vt contrariam contineat diſpoſitionem, ideo dicit *numer.* 26. *& ſeq.* quod contractus verba principaliter reſpicienda ſint, quia verba ſunt forma contractus. & dant ei ſubſtantiam & formam, quodque verba contractus habeantur pro textu, *per iura & DD. ibi*, & latius pro confirmatione prædictorum Pacianus *de probat.lib.*1.*cap.*32. *per tot.* & ibi regula, quod poſt tempus permiſſum videtur, & ante, & è contra, poſt tempus prohibitum, vbi aliquot modis declaratur, ſic in caſu plane ſimili, quando dominus feudi vel emphyteuſeos conſentit oppignorationi eiuſdem ad tempus, tunc lapſo tempore exſpirat, ita præter Berlich. *p.*1 *conclu.*66.*numer.* 55. *& ſeqq.*) vbi tamen declaratur) docet Roſenthal *de feudis cap.*7. *conclu.* 18. *numer.* 12. ratio generalis eſt relata per eundem *concluſ.*36. *numer.*1. quod conſenſus ſuper contractu datus,non porrigatur de tempore ad tempus. *Vbi in gloſ. plures DD. allegat*, quippe verba adiecta limitandæ vel finiendæ obligationis, cauſa non debent effectũ ſuũ vltra extẽdere, nec refert quod vulgo dicitur. Tempus non eſſe modum diſſoluendi obligationem quia hoc accipiendum eſt de cauſa ſolius temporis,ſecus quando cum tempore concurrit conſenſus partium, aut alia efficax cauſa, tunc enim ſicut obligationes tempore conſtitui,ita & tolli, dubium non eſt, Magerus *de Aduoc.arm.cap.*16. *numer.*365.*& ſeqq.* vbi Doctores & plura ad propoſitum quod facultas pro certo tempore, vltra illud non duret, ita vt tempus rei alicui præfixum, ſit de forma ipſius, ſicut ſubtiliter tradunt Bart. Iaſ. Caſtrenſ. Zaſius & alij *in l. cum qui ita* 56. *§. qui ita ff. de verb. oblig.* an tempus obligationibus adiectum, tollat eaſdem ipſo iure vel ope exceptionis, ibi quoque Alciat.latiſſimè, & aſſignat rationem quare dictiones obligationibus adiectæ ſeu inſertæ, quoad, quouſque, &c. non finiant obligationem ipſo iure,ſed ope exceptionis, licet,ſi inſtrumentum contractus producatur,oppoſitio exceptionis neceſſaria non ſit, quia pactum huiuſmodi, quouſque, quoad viuam, &c. contractui ineſt. Tamen in caſu propoſito ſuperius *cap.* 4. præterquam & Inſtrumenta contractus producta fuere, dicendum, quod ius reale finito tempore ipſo iure extinguatur Cephal.*conſil.*48 *numer.*43. *& ſeq.* alias concedit, quod nec contractus nec obligatio ipſo iure exſpiret, quia inheret oſſibus noſtris, certe hæc ſubtilia magis in ſcholis, quam in foro diſcutiuntur, vel in Iudicijs vbi ſola facti veritate inſpecta proceditur, Iudex enim videns ex actis exceptionem competere, eam etiam non expreſſe oppoſitam, ſupplere poteſt, ita reſpectu exceptionis præſcriptionis Cameram Iudicare teſtatur Mynſ. 3.*obſ.*39. *in fin.* & diſſolutis contrarijs ita reſoluitur in Karpzouio *p.* 1. *conſt. Saxo.* 25. *defin.* 1.2.*&* 3. *de*

Digitized by Google

de quo tamen in iure magna eſt diſſentio inter DD. & communis contra Mynſ. vti patet ex traditis per Magerum *de Aduoc. armat. cap.* 17. *num.* 430. *& multis ſeqq.* effectum autem vtriuſque videre poteris in Tiraq. *de retract. conuent.* §. 1. *gloſ.* 2 *ad verb. intra tempus ſub num.* 41. *& in repet. l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur, nu.* 268. & rurſus Alciat. *in l. lecta ff ſi cert. petatur num.* 41. *& multis ſeqq.* ſubtiliter probat, quod lapſus Diei & pactum in continenti adiectum, imo conditio reſolutiua, non perimat obligationes ipſo iure, ſed tantum ope exceptionis, quod vt dixi, in praxi parum proderit, ſi Iudex videat in actis probatum, exceptione actionem eſſe eliſam; quemadmodum deduci in d. reſponſo, vbi quoque tradidi quid dicatur perpetuum ex Barboſa, & Gomeſ. *ad reg. Cancell. de iure, quæſito non tollendo, quæſt.* 4. quæ omnia eo magis confirmabam, quia non agebamus in actu reiterabili, ſed qui per finitas generationes effectũ ſuũ conſummauerat, imo & perpetua dici poſſunt, quæ apta sũt ad vitã durare quia non habent certũ tempus intra quod duratura ſint, Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 1. *gloſ.* 4. *nu.* 120. *& tit.* 2. § 1. *gloſ* 1. *num.* 39. quid perpetuum Tuſchus *lit. P. concl.* 312. *& concl. ſeq.* an conceſſio ad vitam ſit perpetua vel temporalis.

10 Deinde in praxi ſæpe occurrit, quod tradit, Gratianus *tom.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 354. *in fin.* quod primo emptore non ſoluente pretium debito tempore, poſſit venditor alteri vendere, quando fuit facta reſeruatio dominij, & pretium promiſſum ſoluere intra certum tempus, imò indiſtinctè tenet Marcel. Cala. *de modo articulandi & probandi gloſ. vn. numer.* 961. *vbi plures allegat,* quod primo emptore non ſoluente, aut ſoluere differente poſſit eadem res abſque periculo & pœna, alteri vendi, quod ſeruit pro limitatione, *l. qui duobus ff. ad l. Cornel. de falſis*, de prædictis aliqua in Crauet. *conſil.* 327. *ſub numer.* 22. quid ſi autem venditor dilationem duorum Menſium, ad faciendam ſolutionem, impetrauit, an ijs decurſis poſſit eandem rem alteri vendere, vide Chriſtinæum *vol* 2. *deciſ.* 174. *numer.* 14. inducta apud Tiraq. *de retract. conuent.* §. 1. *gloſ* 2. *ad verba intra tale tempus, num.* 45. *& ſeqq.* & quædam illata in Gratiano *tom.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 207. *vbi & num.* 15. *& ſeqq.* quando terminus appoſitus promiſſioni videatur adiectus cauſa limitandæ obligationis, quodque promittens retendere intra certum tempus, vltra illud amplius non teneatur & plura ibi, & quod contractus reſoluatur, non impleta conditione in tempore, ſecus in modo, qui *tom.* 1. *cap.* 44. *n.* 5. *& ſeqq.* tradit notabiles differentias, inter modum, & conditionem, *& late docet, cap.* 136. quod non dicatur diſpoſitio conditionalis, quando apponitur executioni vel reſolutioni, de quo & Surdus *conſil* 263. *num.* 60. *& ſeq.* & Zaſ. *in l. ſi duobus*, §. *fin ff de diuerſ. & tempor præſcript.* & licet conditio acquiſitionem ab initio impediat, ex quo nihil ponit in eſſe, donec ei fuerit ſatisfactũ, modus tamen ab initio acquiſitionem non impedit, ſed reſoluitur eo non impleto Caſtilio *p.* 2. *Iur. controu cap.* 18. *num* 24. quod intelligit Gratianus *d. cap.* 136. *num.* 16 *&* 17. quod quis relicto non priuetur modo non impleto, niſi fuerit cauſa finalis illius, quo caſu adhuc requiritur monitio, modus autem cauſam finalem complectitur, quoties modus ſeu onus reſpicit fauorem donatoris aut alterius, quam eius, cui onus iniunctum fuit, tunc modo non ad impleto ſiue

Digitized by Google

quando tempus dicatur adiectum cauſa differendæ ſolutionis, non autem finiendæ obligationis, illo caſu datur etiam petitio poſt terminum lapſum, tanquam ſimus in actu momentaneo, qui expediri poteſt poſt tempus, & dicit procedere, quando dies adijcitur obligationi mero fauore debitoris, ita ſcilicet ſi creditor pro parte ſua nihil habeat adimplere, ſed vbi debitori adimplenti aliquid eſt obſeruandum ex parte creditoris, qui aliter non tenetur obſeruare, tunc niſi ſibi ſatisfiat intra tempus præfinitum, non tenetur admittere debitorem ad ſatisfaciendum poſt tempus, V. latiſſimè exornatum in Menoch. *de arbitr. lib.2. caſu* 498. quando is, qui dare vel facere aliquid tenetur, facere debuiſſe vel potuiſſe dicatur, vt pœnam euitet.

12. Rurſus vide Zaſ. *in l. ſi ex leg. ff. de verb. oblig.* quando die præfixo adhuc monitio requiratur, vt quis in mora conſtituatur, vel eſſe dici poſſit Surd *conſil.*550 *num.*15.*& ſeqq.* Menoch.*d. caſu* 498. Bart *conſil.*98.*p.*2. vbi an ante admonitionem quis negligens dicatur, & Crauet.*conſil.*12.*n.*3. dicit, quando quid intra terminum præfixum nō poteſt, ſufficiat poſtea fieri, ſic & temporis limitati natura non operatur ob impedimentum prohibitionis legalis. Gratianus *tom. 1. diſcept. forenſ. cap.*69.*num.* 7. ſed in caſu propoſito, vti ſæpe alias ſuſtinui, non propterea contractum annullari, ſi poſt eius perfectionem dicatur, tradetur vel accipietur res empta intra tale tempus, quod ſæpius in vnius vel alterius fauorem adijcitur, nec indiſtincte intelligi debet, *l.*1 §.2.*ff. de edēdo*, quod dies ſit pars contractus, de quo vide Surd.*conſil.*217. quemadmodum & locus ſolutionis dicitur pars obligationis, ſi adijciatur vel inſit ipſi obligationi ſolet, enim ipſam obligationem augere, vel minuere. Wameſ.*cent.*1.*conſil.*32.*nu.*3.*de quo DD. ad tit. ff. de eo quod certo loco.*

Confuſa hæc mundana? dierum & tēporum vices videmus pijſſimo ordine ſeruari in Eccleſia Catholica, prout & ſtatutis temporibus, & non in alijs, ſacri ordines miniſtrantur, ordinātur enim in vere vt virtutibus floreant, in æſtate, vt fructus adferāt, in Autumno, vt fructus operum metant, in hyeme, vt iam collectos fructus in horreo conſeruēt, & eis in Domino fruātur Ignat. Lopez *in pr Crim. Cano Dias, ca.*26.*verſ. ratio vero*, ſic & Eccleſia diem Dominicam celebrandam inſtituit, quamuis alij velint, dici Dominicæ feſtum, iure diuino inſtitutū fuiſſe, de quo Couar. *to.*2.*var. reſol. c.*19.*n.*6. vbi & ratio, cur illa dies inſtituta fuerit, quæ ex hoc verſu colligi poteſt: 13.

Quo ſol Iuſtitiæ, mea lux, mea vita, reuixit,
Solu apud nos eſt. ſola in honore dies.

Diem Dominicam vocamus, quia eſt dedicata ad venerationem Domini, ſicuti & dies Sabbathi vocatur à Sabba, quod eſt requies Scaccia *de iudic. li.*2.*c* 3.*n* 316. *& ſeqq.* in quo capite multa tractat de tempore, Anno Menſibus, diebus & noctibus, quomodo tempora obſeruanda ex S. Bernardo, quem refert Chaſſ. *in Catbolo glor. mundi. p.*12. *conſid.*36. docent ſubſequentes verſus:

Per tria diſpenſet ſe tempora, mens ſapientis,
Præteritum, præſens, poſteriuſque ſequens.
Præteriti recolens, quæ ſunt ventura videto,
Quæ præſentia ſunt, cum ratione gere.
Prodit enim vitam qui negligit anteriora,
Spernens hic mundum omnibus aptus erit.
Nam quamuis mundus credatur ſuauis,
Tamen cito tranſit inſtar nauis
Præuolat ceu prapes auis,
Euroque fugit ocyus,
Fuge ergo & tu mundum velocius.

14 Quandoquidem qui tempus in hoc mũdo terit in ſuauitate, quæcunque amara habebit in æternitate, contra quæ nulli amplius remedio, nulli benificio locus eſt, cum enim hic ſint dies, & tempus acceptabile, qui illud præterlabi permittit, cenſetur illis renunciare Surdus *deciſ.*106. *nu.* 17. *& ſeqq.* ita vt quanto plus mundo quis fuerit inebriatus, tanto acrius poſtmodum ſentiet eius cruciatus, dic mihi inquit, Hug. *de anima*, vbi ſunt amatores mundi, qui ante pauca tempora nobiſcum erant? nihil ex eis remanſit, niſi cineres & vermes, attende diligenter, quid ſint vel fuerint homines, fuerunt ſicut tu, comederunt, biberunt, riſerunt, duxerunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcenderunt, hic caro eorum vermibus, & illic anima ignibus deputatur, donec rurſus infelici collegio colligati, ſempiternis inuoluantur incendijs, qui ſocij fuerunt in vitijs, ſocij erunt in pœnis, vna namque pœna implicat, quos vnus amor in crimine ligat, de tanta lætitia quanta triſtitia & latius ibi.

CAPVT VII.

Miſcellanea quædam de tempore.

1. THales Mileſius, vt refert Diogenes, interrogatus, quid eſſet antiquiſſimum omniũ? reſpondit, Deus, qui eſt ingenitus, quid pulcherrimum? Mundus, quid maximũ? locus, nam capit omnia, quid velociſſimum? mens, quia diſcurrit per vniuerſa, quid fortiſſimum? neceſſitas, quia cuncta ſuperat, quid ſapientiſſimum? tempus, nam omnia inuenit, propter quod Plutarchus ait, tempus eſſe conſiliorum datorem optimum, & vulgo dici ſolet, tempus virum oſtendit, priora referuntur apud Pacian. *lib.* 2. *de probat.* 24. *in addit. lit. A. in quo cap. multa tradit de tempore*, quid ſit tempus, à quo ſit probandum, & de prioritate illius, & quid ſi duo teſtamenta eodem die confecta reperiantur, quod prius cenſeatur factum, & plura alia ibi, in materia criminali & accuſatione, vel etiam in actione iniuriarum, an dies, locus, & tempus exprimi debeat, Gail. *obſ.* 64. Mynſ. 2. *obſ.* 40. *tu præter*, DD. *in l. libellorum ff de accuſat.* vide Grauell. *deciſ.* 43. Borell. *in ſumma deciſ. lib.* 1 *titul.* 49 *numer.* 7. *& ſeqq.* Scacciam *de iudic lib.* 2. *cap.* 9. *numer.* 469. *& ſeqq. & numer.* 476. quod in criminalibus probatio in genere non ſufficiat, hinc & teſtis deponens, quod Titius verba iniurioſa dixerit, quæ ipſe non audeat eloqui, non probat. Farinacius *p.* 3 *quæſt.* 105. *numer.* 386. *adde eundem de teſtibus quæſt.* 56. *numer.* 142. & Maſcard. *concl.* 512. *numer.* 3. & quomodo puniatur deficiens in probatione Scaccia *de iudic. lib.* 1. *cap.* 51. ſi tamen accuſator non recordetur diei, & iuret, non tenetur exprimere Idem *de commer. & Camb.* . 7. *quæſt.* 5 *numer.* 113. nec tenetur in delictis continuis, & habentibus tractum ſucceſſiuum exprimere diem & menſem, Ioan. Baptiſ. Fragoſ. *de Regimine Reipub.* Chriſtian. *lib.* 5. *diſp.* 12. §. 2. *numer.* 60. *& ſeqq.* vbi DD. Alias nota, quod ſi tempus & locus eſt de ſubſtantia, ſcilicet, quando dies talis eſt, quæ de non delicto, faciat delictum & è contra, & locus mutet forte delictum, vt furtum in loco ſacro factum, eſt ſacrilegium, hoc caſu tempus & locus articulanda & probanda erunt, alias non, ſic docet Clarus §. *fin. quæſt.* 12. *numer.* 8. *& ſeqq. &* 14. *iuncto traditis* per Card. Tuſch. *litt. T. tempus quando eſt de ſubſtantia debet probari & quando ſecus*, *concl.* 35. quando autem

dies

Digitized by Google

dicitur, quod diuerſitas in tempore diuerſificet ſubſtantiam & effectum rerum, *l. ſi communem §. ſi is*, ibi Caſtr. *ff. qu. emadm. ſeruit. amit.* vti è contrario concurrentia temporis, facit rem alias diuerſam, cenſeri eodem iure, cum alia, quæ concurrit in tempore, hoc intelligi debet, iuxta Colerum *in cap. cum venerabilis, num.* 41. *x. de except.* demum verum eſſe, quando diuerſitas temporis neceſſario concludit diuerſitatem ſubſtantiæ & effectus, vti patet ſupra, quid autem ſi citatus vel accuſatus excipiat, contra accuſationem vel libellum non continentem diem & menſem, ad hoc ſaltem, vt ſe melius defendat, vide DD. *in locis allegatis*, & Græu. *ad Gailium, &c.*

2. An & quomodo tempus omnia conſumat & mutet, ac perimat. Vaſq. *lib. 2. contr. cap.* 56. *num.* 3. *& ſeqq.* in tempore fiunt omnia ac pereunt, vnde quidam, tempus rem ſapientiſſimam dixere, at Paro-Pythagoreus, ſtolidiſſimam, quia tempore cuncta in obliuionem veniunt, in quo dixit rectius iuxta Grotium *tract. florum ſparſio ad tit. ff. de diuerſis & tempor. præſcript.* ſcitum eſt illud Senec. *natur. quæſt. cap.* 27. vrbes conſtituit ætas, hora diſſoluit, momento fit Cinis, diu ſylua *& rurſus conſol. ad Polyb.* vnum eſt rebus humanis, ait, opus, cui nulla tempeſtas nocet, quod nulla conſumit vetuſtas, cætera quæ per conſtructionem lapidum, & marmareas moles, aut terrenos tumulos in magnam educta altitudinem conſtant, non propagarunt longam diem, quippe & ipſa intereunt, immortalis eſt ingenij memoria, conſimiliter Ouidius:

Singula ne referam, nil non mortale tenemus
Pectoris exceptis, ingenijq; bonis.

quo fine dixit quoque Seneca *epiſtola* 79. vnus dies hominis eruditi plus valet, quam imperiti lõgiſſima dies, ſed terrena non curant, ait Nazarius *in Panegyrico*, qui ſemper diuina meditantur. Nam per ipſas difficultates nobis exeundum eſt, inquit Lactant. *de vero cultu cap.* 23. *in fin.* peritus eſt, qui in cœleſtibus eruditus eſt, quia vtile eſt multa ſcire, inquit Iſidorus, & recte viuere, humanorum terminos non curant, qui ad ſummum bonum tendunt: varia quoq; & notabilia de tempore, & quemadmodum tacitè & ambiguè conventiones, ex tempore interpretationem accipiant, tradit Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 15. *per tot. & lib.* 5. *tit.* 5. de locatione pluribus annis facta, ſi pro omnibus non poteſt valere, an valeat pro tempore, quo fieri potuit. Vbi & de regula, vtile per inutile non vitiatur.

Pulchrè & diſtinctè Hector Felicius 3. *tract. de ſocietate cap.* 24 *n* 10. *& ſeqq.* de mora inducenda per lapſum diei, item an dies tacita interpellet pro homine ſicut expreſſa, & de tempore ſolutioni faciendæ, & non ad terminandum obligationem appoſito, item de gerundijs quædam notabilia in Sebaſt. Medices *tract. de acq. poſſ ad verb. acquirenda in rubr. n.* 3. quando modum vel conditionem importent, & de effectu, Franciſ. de Barri, *tract. de ſucceſſ. teſt. & inteſta. lib.* 17. *tit.* 2. *num.* 11. in ſtatuto poſita limitant Alex. *lib.* 3. *conſil.* 1. *n.* 22. gerundium, agendo, ſignificat actum in fieri, non ſubſtantiam & effectum actus, Alb. Bruno *tr. de ſtatutis excludi. fœm art.* 6. *n.* 309. *vt Inſtit. de Actio.* dicitur, de actionibus ipſis & non de agendo, & verba futuri ſubiunctiui, quando veniant ſub præterito vel futuro in legibus vel ſtatutis pulchrè. Zaſ. *in l. hoc edictum §. hoc autem ff. quod quiſque iur. &c.* & de temporum cumulatione quædam notabilia, idem Zaſius *in l. ſi idem cum eodem, ff. de Iuriſdict.* &

Chaſſ *in conſuet. Burgund. tit. de Iuſt. & Iuriſd.* 1.§.2. vbi & diſtinctè.

4 De continuatione temporis Notab. in Ploto. *tr. de in litem iurando in pr. n.* 2. *& ſeq.* quem induco *tit. praced.* pro limitatione ſtatuti continuantis poſſeſſionem in hæredem. De tempore partus & abortiuo partu Franc. Marc. *p.* 1. *q.* 953 *& DD. in l* 7. *ff. de ſtatu hominum.* & Aromæũ *lib.* 2. *poſt. deciſ.* 13. *in Coronide.* pulchrè Zaſ *lib.* 2. *intell. cap.* 34. de materia acceſſionis, & aliqua de temporis ſuppletione, *& cap.* 36. quod tempora in dubio intelligantur continua. *& in l. Pomponius* §. *praterea. ff. de acq. poſſ.* rurſus de materia acceſſionis. Præſcriptio non completur per acceſſionem temporis, niſi per hæredes & ſucceſſores iuxta Hondend. *vol.* 1. *p.* 5. *conſil.* 79. *n.* 24. de quo vide DD. *in l. poſſeſſio teſtat ff. de vſurp. & vſucap.* Chriſtinæus *vol.* 1. *deciſ* 88 *n.* 3. *& in conſuet. Mechlin. tit.* 20. *art.* 1. *ibi DD. alleg. in addit. verſ.* Notandum hic quoque eſt quod poſſeſſio.

5. An Nouitius egrediens intra annum probationis, & poſtea reuertens, poſſit tempora coniungere, dicitur quod non, quia tempus ibi eſt de forma. Grat. *lib.* 1. *de diſc. forenſ. c.* 166. *n.* 14. *& ſeq.* vnde reſpondi in cauſa cuiuſdam nobilis, intra annum probationis ſæpius exeuntis & per aliquot dies emanentis, profeſſionem eiuſdem poſtea ſubſecutam, fuiſſe nullam ex Barb. *ad conc Trid.* & plures DD. in iſta materia allegat idē Barboſa *in c. multos n.* 3. *&* 4. *diſt.* 55 & ibi remiſſiue de profeſſione ante annum facta, quod ſit nulla, cum debeat ibi ſtare per annum, ibi quoque in *c ſeq.* quid Romæ iudicatum fuerit in Anno biſſextili, ſi fortè ingreſſus An. 27. & An. ſeq. 26. Martij profeſſus fuerit prius extēdit Grat. *to.* 2. *c.* 440 *n* 10. *& ſeqq.* quod nec egredi poſſit cum licentia Superioris, in materia vero ſtatutorum, quæ requirunt, inſinuationem, intra certum tempus & ſimilia vide Bald. Peruſinum *tract. de ſtatutis in verb. inſinuatio & verbo tempus & verb. terminus* breue hic tempus quo licet.

De cætero quia tempus hic breue eſt, quo 6.
licet ſcire quid ſumus, & facere quod erimus, curemus & faciamus quicquid ſapiente bonoq; Chriſtiano dignum eſt, hoc eſt, Deum & diuina noſſe & colere; præter illud quod eſt. fluxa, caduca, vana & euanida ſunt, quinimo ſæpe & in hoc mundo nihil medium inter præcipitia & ſumma perſępe inter vltimam & maximam fortunam nil intereſt; neminem dicit Senec. *ep.* 4. eo fortuna prouexit, vt non tantum illi minaretur, quantum illi prouiderit noli igitur tranquillitati confidere, momento mare euertitur; eodem die, vbi luſerunt nauigia, ſorbentur, eo magis temporis ratio hic habenda, ne in æternum abſorbeamur. Boët. *de conſol. Philoſ lib.* 3 *proſ.* 5. plena eſt, inquit exemplorum vetuſtas, plena etiam præſens ætas, qui Reges fœlicitatem calamitate mutauerint, & rurſus Senec. *de tranquill. cap.* 11. quod Regnum eſt, ait, cui non parata ſit ruina & proculcatio, & dominus & carnifex? nec magnis iſta interuallis diuiſa, ſed horæ momentum intereſt, inter ſolium & aliena genua. dicit enim verſus:

In ictu oculi clauduntur omnia.

Exempla in ſacris litteris 4. *Reg. cap* 19. *&* 7.
25 in Iuſtino *lib.* 1. 2. 3. 9. 10. Curtio *lib* 5. & alia infinita in infinitis Scriptoribus, quibus nos, eheu Germani, hoc turbulentiſſimo belli omnia exulcerante tempore, nimis verè annumeramur, poſteris exemplo ſeruituri, nam iuxta Poëtam.

Nos quoque floruimus, ſed flos fuit ille caducus.

Quam

Quam potens enim, quamque magnifica extitit Germania, ſed ah! quam deſolata, & deſerta nunc proſtat, non Germaniam ſed deſertum eam dixeris, quiſquis eam nunc, & olim luſtrarit, ſic

Ludit in humanis diuina potentia rebus.

quotquot nos ſequentur, rogo, vt exactiorem temporis rationem habeant operentur bonum in tempore, viuant vnanimes ne & diſcordia eos perire faciat tempus enim ad omnia vtile eſt, tempore lucramur & perdimus æterna atque terrena ſed fœlix, cui tempus hæc tranſitoria abſumit, vt æterna lucretur.

CAPVT VIII.

De præſenti tempore, an initium, an finis inſpiciatur, & de clauſula rebus, ſic ſtantibus eiuſdemque abuſu.

1. QVando quid debeatur in principio vel in fine anni, *vide DD. in l qui hoc anno*, vbi & Zaſ. *ff. de verb. oblig.* ibi Coraſ. illa ſatis clarè explicat, & illum verſum.

Anno ſi debes in fine tenebris anni,
Annua ſi debes tunc inſpicies caput anni.

Similia in Mantica *de tacit. & ambig lib. 14. tit. 40.* latè Meiſner. *tom. 4 deciſ. Cam. Imp. 1. per tot.* vtrum in legatis annuis, aut in ſingulos annos relictis, cœptus annus integer debeatur, & ad hæredes tranſmittatur; ibi & de verbo, ad vitam.

Sic & in delictis initium potius, quam exitus ſpectatur *l. Diuus Hadrian ff. ad l. Cornel. de ſicarijs. l. 53. ff. de furtis*, caſus inde deciſos adducit Riccius *part. 4. collect. 662.* ſcelera quoque, ait Seneca, *in excerptis controuerſiarum 4. 7.* quamuis extra exitum ſubſederunt, puniuntur, quo ſenſu dixit, & Tertullianus *de pœnitentia*, voluntas ne tunc quidem liberatur, cum difficultas perpetrationem ejus intercipit (interim notandum quod Doctores paſſim atteſtantur conatū, in delictis de conſuetudine non puniri, excepto fere crimine læſæ Maieſtatis) quod autem inſpiciatur initium, quando pœna imponitur pro delicto, docet etiam Bartolus *quæſt. 15. numer. 6. vbi per tot.* in vtramque partem diſputat, an is, qui in ciuitate ordinauit hominem interficere, & eundem extra ciuitatem alter interficiat, teneatur pœna ſtatuti punientis ordinatum homicidium in ciuitate, & reſoluendo dictam quæſtionem negatiuè, diluit duodecim rationes in contrarium adductas, & reſpondet quomodo procedat, quod in delictis initium ſpectetur, & non finis, fauore rei prout docet Hyppol. de Marſil. *ſing. 225.* vbi hoc exemplificat & multos allegat Doctores; *vbi in fin.* ait contra iſta tenere Iaſonem *in l. plerique ff. de in ius vocand.* ſic idem Bartolus *quæſt. 20. num. 3.* dicit, quando vno tempore eſt initiatum delictum, alio tempore perfectum, quod tunc perfectio conſideretur ſecundùm tempus initij, & de initio ſpectando in delictis Bartolus *in l. cætera 43. §. ſed & de legat. 1.* & quando præſens ſtatus & non futurus inſpiciendus ſit non illud, quod euenire poteſt, tradit Zaſius *in l. inter ſtipulantem, §. ſacrum numer. 18 ff. de verb. oblig.* & exornatur per Schurffium *cent. 3. conſil. 81. numer. 8.* vbi & finis habens neceſſariam conſequentiam ad principium, finis non inſpiciatur, ſed ipſum principium, at vero nos ſemper finem ſpectemus, quia vt dicit Iſidorus vnumquemque Deus de ſuo fine, non de vita præterita iudicat ideo ſemper ita viuamus, ait Cicero vt

rationem

Chaſſ *in conſuet. Burgund. tit. de Iuſt. & Iuriſd.* 1. §. 2. vbi & diſtinctè.

4 De continuatione temporis Notab. in Ploto. *tr. de in litem iurando in pr. n. 2. & ſeq.* quem induco *tit. praced.* pro limitatione ſtatuti continuantis poſſeſſionem in hæredem. De tempore partus & abortiuo partu Franc. Marc. *p. 1. q. 953 & DD. in l. 7. ff. de ſtatu hominum.* & Aromæſi *lib. 2. poſt. deciſ. 13. in Coronide.* pulchrè Zaſ *lib. 2. intell. cap.* 34. de materia acceſſionis, & aliqua de temporis ſuppletione, *& cap.* 36. quod tempora in dubio intelligantur continua. *& in l. Pomponius §. praterea. ff. de acq. poſſ.* rurſus de materia acceſſionis. Præſcriptio non completur per acceſſionem temporis, niſi per hæredes & ſucceſſores iuxta Hondend. *vol. 1. p. 5. conſil. 79. n. 24.* de quo vide DD. *in l. poſſeſſio teſtat ff. de vſurp. & vſucap.* Chriſtinæus *vol. 1. deciſ 88 n. 3. & in conſuet. Mechlin. tit. 20. art. 1. ibi DD. alleg. in addit. verſ.* Notandum hic quoque eſt quod poſſeſſio.

5. An Nouitius egrediens intra annum probationis, & poſtea reuertens, poſſit tempora coniungere, dicitur quod non, quia tempus ibi eſt de forma. Grat. *lib. 1. de diſc. forenſ. c. 166 n. 14. & ſeq.* vnde reſpondi in cauſa cuiuſdam nobilis, intra annum probationis ſæpius exeuntis & per aliquot dies emanentis, profeſſionem eiuſdem poſtea ſubſecutam, fuiſſe nullam ex Barb. *ad conc Trid.* & plures DD. in iſta materia allegat idē Barboſa *in c. multos n. 3. & 4. diſt. 55* & ibi remiſſiue de profeſſione ante annum facta, quod ſit nulla, cum debeat ibi ſtare per annum, ibi quoque in *c ſeq.* quid Romæ iudicatum fuerit in Anno biſſextili, ſi fortè ingreſſus An. 27. & An. ſeq. 26. Martij profeſſus fuerit prius extēdit Grat. *to. 2. c. 440 n 10. & ſeqq.* quod nec egredi poſſit cum licentia Superioris, in materia vero ſtatutorum, quæ requirunt, inſinuationem, intra certum tempus & ſimilia vide Bald. Peruſinum *tract. de ſtatutis in verb. inſinuatio & verbo tempus & verb. terminus* breue hic tempus quo licet.

De cætero quia tempus hic breue eſt, quo 6.
licet ſcire quid ſumus, & facere quod erimus, curemus & faciamus quicquid ſapiente bonoq; Chriſtiano dignum eſt, hoc eſt, Deum & diuina noſſe & colere; præter illud quod eſt, fluxa, caduca, vana & euanida ſunt, quinimo ſæpe & in hoc mundo nihil medium inter præcipitia & ſumma perſępe inter vltimam & maximam fortunam nil intereſt; neminem dicit Senec. *ep.* 4. eo fortuna prouexit, vt non tantum illi minaretur, quantum illi prouiderit noli igitur tranquillitati confidere, momento mare euertitur; eodem die, vbi luſerunt nauigia, ſorbentur, eo magis temporis ratio hic habenda, ne in æternum abſorbeamur. Boët. *de conſol. Philoſ lib. 3. proſ.* 5. plena eſt, inquit exemplorum vetuſtas, plena etiam præſens ætas, qui Reges fœlicitatem calamitate mutauerint, & rurſus Senec. *de tranquill. cap.* 11. quod Regnum eſt, ait, cui non parata ſit ruina & proculcatio, & dominus & carnifex? nec magnis iſta interuallis diuiſa. ſed horæ momentum intereſt, inter ſolium, & aliena genua. dicit enim verſus:

In iſtu oculi clauduntur omnia.

Exempla in ſacris litteris 4. *Reg. cap* 19. & 7.
25 in Iuſtino *lib.* 1. 2. 3. 9. 10. Curtio *lib* 5. & alia infinita in infinitis Scriptoribus, quibus nos, eheu Germani, hoc turbulentiſſimo belli omnia exulcerante tempore, nimis verè annumeramur. poſteris exemplo ſeruituri, nam iuxta Poëtam,

Nos quoque floruimus, ſed flos fuit ille caducus.

Quam

Digitized by Google

Quam potens enim, quamque magnifica extitit Germania, ſed ah! quam deſolata, & deſerta nunc proſtat, non Germaniam ſed deſertum eam dixeris, quiſquis eam nunc, & olim luſtrarit, ſic

Ludit in humanis diuina potentia rebus.

quotquot nos ſequentur, rogo, vt exactiorem temporis rationem habeant operentur bonum in tempore, viuant vnanimes ne & diſcordia eos perire faciat tempus enim ad omnia vtile eſt, tempore lucramur & perdimus æterna atque terrena ſed fœlix, cui tempus hæc tranſitoria abſumit, vt æterna lucretur.

CAPVT VIII.

De præſenti tempore, an initium, an finis inſpiciatur, & de clauſula rebus, ſic ſtantibus eiuſdemque abuſu.

1. QVando quid debeatur in principio vel in fine anni, *vide DD. in l. qui hoc anno*, vbi & Zaſ *ff. de verb. oblig.* ibi Coraſ. illa ſatis clarè explicat, & illum verſum.

Anno ſi debes. in fine tenebris anni,
Annua ſi debes tunc inſpicies caput anni.

Similia in Mantica *de tacit. & ambig lib.* 14. *tit.* 40. latè Meiſner. *tom.* 4 *deciſ. Cam. Imp.* 1. *per tot.* vtrum in legatis annuis, aut in ſingulos annos relictis, cœptus annus integer debeatur, & ad hæredes tranſmittatur; ibi & de verbo, ad vitam.

Sic & in delictis initium potius, quam exitus ſpectatur *l. Diuus Hadrian ff. ad l. Cornel. de ſicarijs. l.* 53. *ff. de furtis*, caſus inde deciſos adducit Riccius *part.* 4. *collect.* 662. ſcelera quoque, ait Seneca, *in excerptis controuerſiarum* 4. 7. quamuis extra exitum ſubſederunt, puniuntur, quo ſenſu dixit, & Tertullianus *de pœnitentia*, voluntas ne tunc quidem liberatur, cum difficultas perpetrationem ejus intercipit (interim notandum quod Doctores paſſim atteſtantur conatū, in delictis de conſuetudine non puniri, excepto fere crimine læſæ Maieſtatis) quod autem inſpiciatur initium, quando pœna imponitur pro delicto, docet etiam Bartolus *quæſt.* 15. *numer.* 6. *vbi per tot.* in vtramque partem diſputat, an is, qui in ciuitate ordinauit hominem interficere, & eundem extra ciuitatem alter interficiat, teneatur pœna ſtatuti punientis ordinatum homicidium in ciuitate, & reſoluendo dictam quæſtionem negatiuè, diluit duodecim rationes in contrarium adductas, & reſpondet quomodo procedat, quod in delictis initium ſpectetur, & non finis, fauore rei prout docet Hyppol. de Marſil. *ſing.* 225. vbi hoc exemplificat & multos allegat Doctores; *vbi in fin.* ait contra iſta tenere Iaſonem *in l. plerique ff. de in ius vocand.* ſic idem Bartolus *quæſt.* 20. *num.* 3. dicit, quando vno tempore eſt initiatum delictum, alio tempore perfectum, quod tunc perfectio conſideretur ſecundùm tempus initij, & de initio ſpectando in delictis Bartolus *in l. cætera* 43. §. *ſed & de legat.* 1. & quando præſens ſtatus & non futurus inſpiciendus ſit non illud, quod euenire poteſt, tradit Zaſius *in l. inter ſtipulantem*, §. *ſacrum numer.* 18 *ff. de verb. oblig.* & exornatur per Schurffium *cent.* 3. *conſil.* 81. *numer.* 8. vbi & finis habens neceſſariam conſequentiam ad principium, finis non inſpiciatur, ſed ipſum principium, at vero nos ſemper finem ſpectemus, quia vt dicit Iſidorus vnumquemque Deus de ſuo fine, non de vita præterita iudicat ideo ſemper ita viuamus, ait Cicero vt rationem

Chaſſ *in conſuet. Burgund. tit. de Iuſt. & Iuriſd.* 1. §. 2. vbi & diſtinctè.

4. De continuatione temporis Notab. in Ploto. *tr. de in litem iurando in pr. n.* 2. *& ſeq.* quem induco *tit. praeced.* pro limitatione ſtatuti continuantis poſſeſſionem in hæredem. De tempore partus & abortiuo partu Franc. Marc. *p.* 1 *q.* 953 *& DD. in l.* 7. *ff. de ſtatu hominum.* & Aromæſi *lib.* 2. *poſt. deciſ.* 13. *in Coronide.* pulchrè Zaſ *lib.* 2. *intell. cap.* 34. de materia acceſſionis, & aliqua de temporis suppletione, *& cap.* 36. quod tempora in dubio intelligantur continua. *& in l. Pomponius* §. *praeterea. ff. de acq. poſſ.* rurſus de materia acceſſionis. Præſcriptio non completur per acceſſionem temporis, niſi per hæredes & ſucceſſores iuxta Hondend. *vol.* 1. *p.* 5. *conſil.* 79. *n.* 24. de quo vide DD. *in l. poſſeſſio teſtat ff. de vſurp. & vſucap.* Chriſtinæus *vol.* 1. *deciſ* 88 *n.* 3. *& in conſuet. Mechlin. tit.* 20. *art.* 1. *ibi DD. alleg. in addit. verſ.* Notandum hic quoque eſt quod poſſeſſio.

5. An Nouitius egrediens intra annum probationis, & poſtea reuertens, poſſit tempora coniungere, dicitur quod non, quia tempus ibi eſt de forma. Grat. *lib.* 1. *de diſc. forenſ. c.* 166 *n.* 14. *& ſeq.* vnde reſpondi in cauſa cuiuſdam nobilis, intra annum probationis ſæpius exeuntis & per aliquot dies emanentis, profeſſionem eiuſdem poſtea ſubſecutam, fuiſſe nullam ex Barb. *ad conc. Trid.* & plures DD. in iſta materia allegat idē Barboſa *in c. multos n.* 3. *&* 4. *diſt.* 55 & ibi remiſſiue de profeſſione ante annum facta, quod ſit nulla, cum debeat ibi ſtare per annum, ibi quoque in *c ſeq.* quid Romæ iudicatum fuerit in Anno bisſextili, ſi fortè ingreſſus An. 27. & An. ſeq. 26. Martij profeſſus fuerit prius extēdit Grat. *to.* 2. *c.* 440 *n* 10. *& ſeqq.* quod nec egredi poſſit cum licentia Superioris, in materia vero ſtatutorum, quæ requirunt, inſinuationem, intra certum tempus & ſimilia vide Bald. Peruſinum *tract. de ſtatutis in verb. inſinuatio & verbo tempus & verb. terminus* breue hic tempus quo licet.

De cætero quia tempus hic breue eſt, quo licet ſcire quid ſumus, & facere quod erimus, curemus & faciamus quicquid ſapiente bonoq; Chriſtiano dignum eſt, hoc eſt, Deum & diuina noſſe & colere; præter illud quod eſt. fluxa, caduca, vana & euanida ſunt, quinimo ſæpe & in hoc mundo nihil medium inter præcipitia & ſumma perſępe inter vltimam & maximam fortunam nil intereſt; neminem dicit Senec. *ep.* 4. eo fortuna prouexit, vt non tantum illi minaretur, quantum illi prouiderit noli igitur tranquillitati confidere, momento mare euertitur; eodem die, vbi luſerunt nauigia, ſorbentur, eo magis temporis ratio hic habenda, ne in æternum abſorbeamur. Boët. *de conſol. Philoſ lib.* 3. *proſ.* 5. plena eſt, inquit exemplorum vetuſtas, plena etiam præſens ætas, qui Reges fœlicitatem calamitate mutauerint, & rurſus Senec. *de tranquill. cap.* 11. quod Regnum eſt, ait, cui non parata ſit ruina & proculcatio, & dominus & carnifex? nec magnis iſta interuallis diuiſa, ſed horæ momentum intereſt, inter ſolium, & aliena genua. dicit enim verſus: 6.

In ictu oculi clauduntur omnia.

7. Exempla in ſacris litteris 4. *Reg. cap* 19. *&* 25 in Iuſtino *lib.* 1. 2. 3. 9. 10. Curtio *lib* 5. & alia infinita in infinitis Scriptoribus, quibus nos, eheu Germani, hoc turbulentiſſimo belli omnia exulcerante tempore nimis verè annumeramur, poſteris exemplo ſeruituri, nam iuxta Poëtam,

Nos quoque floruimus, ſed flos fuit ille caducus.

Quam

Digitized by Google

Quam potens enim, quamque magnifica extitit Germania, ſed ah! quam deſolata, & deſerta nunc proſtat, non Germaniam ſed deſertum eam dixeris, quiſquis eam nunc, & olim luſtrarit, ſic

Ludit in humanis diuina potentia rebus.

quotquot nos ſequentur, rogo, vt exactiorem temporis rationem habeant operentur bonum in tempore, viuant vnanimes ne & diſcordia eos perire faciat tempus enim ad omnia vtile eſt, tempore lucramur & perdimus æterna atque terrena ſed fœlix, cui tempus hæc tranſitoria abſumit, vt æterna lucretur.

CAPVT VIII.

De præſenti tempore, an initium, an finis inſpiciatur, & de clauſula rebus, ſic ſtantibus eiuſdemque abuſu.

1. QVando quid debeatur in principio vel in fine anni, *vide DD. in l. qui hoc anno*, vbi & Zaſ. *ff. de verb. oblig.* ibi Coraſ. illa ſatis clarè explicat, & illum verſum.

Anno ſi debes in fine tenebris anni,

Annua ſi debes tunc inſpicies caput anni.

Similia in Mantica *de tacit. & ambig lib.* 14. *tit.* 40. latè Meiſner. *tom* 4 *deciſ. Cam. Imp.* 1. *per tot.* vtrum in legatis annuis, aut in ſingulos annos relictis, cœptus annus integer debeatur, & ad hæredes tranſmittatur; ibi & de verbo, ad vitam.

Sic & in delictis initium potius, quam exitus ſpectatur *l. Diuus Hadrian ff. ad l. Cornel. de ſicarijs. l.* 53. *ff. de furtis*, caſus inde deciſos adducit Riccius *part.* 4. *collect.* 662. ſcelera quoque, ait Seneca, *in excerptis controuerſiarum* 4. 7. quamuis extra exitum ſubſederunt, puniuntur, quo ſenſu dixit, & Tertullianus *de pænitentia*, voluntas ne tunc quidem liberatur, cum difficultas perpetrationem ejus intercipit (interim notandum quod Doctores paſſim atteſtantur conatũ, in delictis de conſuetudine non puniri, excepto fere crimine læſæ Maieſtatis) quod autem inſpiciatur initium, quando pœna imponitur pro delicto, docet etiam Bartolus *quæſt.* 15. *numer.* 6. *vbi per tot.* in vtramque partem diſputat, an is, qui in ciuitate ordinauit hominem interficere, & eundem extra ciuitatem alter interficiat, teneatur pœna ſtatuti punientis ordinatum homicidium in ciuitate, & reſoluendo dictam quæſtionem negatiuè, diluit duodecim rationes in contrarium adductas, & reſpondet quomodo procedat, quod in delictis initium ſpectetur, & non finis, fauore rei prout docet Hyppol. de Marſil. *ſing.* 225. vbi hoc exemplificat & multos allegat Doctores; *vbi in fin.* ait contra iſta tenere Iaſonem *in l. plerique ff. de in ius vocand.* ſic idem Bartolus *quæſt.* 20. *num.* 3. dicit, quando vno tempore eſt initiatum delictum, alio tempore perfectum, quod tunc perfectio conſideretur ſecundùm tempus initij, & de initio ſpectando in delictis Bartolus *in l. cætera* 43. §. *ſed & de legat.* 1. & quando præſens ſtatus & non futurus inſpiciendus ſit non illud, quod euenire poteſt, tradit Zaſius *in l. inter ſtipulantem*, §. *ſacrum numer.* 18 *ff. de verb. oblig.* & exornatur per Schurffium *cent.* 3. *conſil.* 81. *numer.* 8. vbi & finis habens neceſſariam conſequentiam ad principium, finis non inſpiciatur, ſed ipſum principium, at vero nos ſemper finem ſpectemus, quia vt dicit Iſidorus vnumquemque Deus de ſuo fine, non de vita præterita iudicat ideo ſemper ita viuamus, ait Cicero vt rationem

Chaſſ *in conſuet. Burgund. tit. de Iuſt. & Iuriſd.* 1. §. 2. vbi & diſtinctè.

4 De continuatione temporis Notab. in Ploto. *tr. de in litem iurando in pr. n. 2. & ſeq.* quem induco *tit. praced.* pro limitatione ſtatuti continuantis poſſeſſionem in hæredem. De tempore partus & abortiuo partu Franc. Marc. *p. 1. q. 953 & DD. in l. 7. ff. de ſtatu hominum.* & Aromæſi *lib. 2. poſt. deciſ. 13. in Coronide.* pulchrè Zaſ *lib. 2. intell. cap. 34.* de materia acceſſionis, & aliqua de temporis ſuppletione, *& cap. 36.* quod tempora in dubio intelligantur continua. *& in l. Pomponius §. praterea. ff. de acq. poſſ.* rurſus de materia acceſſionis. Præſcriptio non completur per acceſſionem temporis, niſi per hæredes & ſucceſſores iuxta Hondend. *vol. 1. p. 5. conſil. 79. n. 24.* de quo vide DD. *in l. poſſeſſio teſtat ff. de vſurp. & vſucap.* Chriſtinæus *vol. 1. deciſ. 88 n. 3. & in conſuet. Mechlin. tit. 20. art. 1. ibi DD. alleg. in addit. verſ.* Notandum hic quoque eſt quod poſſeſſio.

5. An Nouitius egrediens intra annum probationis, & poſtea reuertens, poſſit tempora coniungere, dicitur quod non, quia tempus ibi eſt de forma. Grat. *lib. 1. de diſc. forenſ. c. 166. n. 14. & ſeq.* vnde reſpondi in cauſa cuiuſdam nobilis, intra annum probationis ſæpius exeuntis & per aliquot dies emanentis, profeſſionem eiuſdem poſtea ſubſecutam, fuiſſe nullam ex Barb. *ad conc. Trid.* & plures DD. in iſta materia allegat idẽ Barboſa *in c. multos n. 3. & 4. diſt. 55.* & ibi remiſſiue de profeſſione ante annum facta, quod ſit nulla, cum debeat ibi ſtare per annum, ibi quoque in *c ſeq.* quid Romæ iudicatum fuerit in Anno biſſextili, ſi fortè ingreſſus An. 27. & An. ſeq. 26. Martij profeſſus fuerit prius extẽdit Grat. *to. 2. c. 440 n 10. & ſeqq.* quod nec egredi poſſit cum licentia Superioris, in materia vero ſtatutorum, quæ requirunt, inſinuationem, intra certum tempus & ſimilia vide Bald. Peruſinum *tract. de ſtatutis in verb. inſinuatio & verbo tempus & verb. terminus* breue hic tempus quo licet.

De cætero quia tempus hic breue eſt, quo 6. licet ſcire quid ſumus, & facere quod erimus, curemus & faciamus quicquid ſapiente bonoq; Chriſtiano dignum eſt, hoc eſt, Deum & diuina noſſe & colere; præter illud quod eſt. fluxa, caduca, vana & euanida ſunt, quinimo ſæpe & in hoc mundo nihil medium inter præcipitia & ſumma perſępe inter vltimam & maximam fortunam nil intereſt; neminem dicit Senec. *ep. 4.* eo fortuna prouexit, vt non tantum illi minaretur, quantum illi prouiderit noli igitur tranquillitati confidere, momento mare euertitur; eodem die, vbi luſerunt nauigia, ſorbentur, eo magis temporis ratio hic habenda, ne in æternum abſorbeamur. Boët. *de conſol. Philoſ lib. 3 proſ. 5.* plena eſt, inquit exemplorum vetuſtas, plena etiam præſens ætas, qui Reges fœlicitatem calamitate mutauerint, & rurſus Senec. *de tranquill. cap. 11.* quod Regnum eſt, ait, cui non parata ſit ruina & proculcatio, & dominus & carnifex? nec magnis iſta interuallis diuiſa, ſed horæ momentum intereſt, inter ſolium, & aliena genua. dicit enim verſus:

In ictu oculi clauduntur omnia.

Exempla in ſacris litteris 4. *Reg. cap 19. &* 7. 25 in Iuſtino *lib. 1. 2. 3. 9. 10.* Curtio *lib 5.* & alia infinita in infinitis Scriptoribus, quibus nos, eheu Germani, hoc turbulentiſſimo belli omnia exulcerante tempore, nimis verè annumeramur, poſteris exemplo ſeruituri, nam iuxta Poëtam.

Nos quoque floruimus, ſed flos fuit ille caducus.

Quam

Quam potens enim, quamque magnifica extitit Germania, ſed ah! quam deſolata, & deſerta nunc proſtat, non Germaniam ſed deſertum eam dixeris, quiſquis eam nunc, & olim luſtrarit, ſic

Ludit in humanis diuina potentia rebus.

quotquot nos ſequentur, rogo, vt exactiorem temporis rationem habeant operentur bonum in tempore, viuant vnanimes ne & diſcordia eos perire faciat tempus enim ad omnia vtile eſt, tempore lucramur & perdimus æterna atque terrena ſed fœlix, cui tempus hæc tranſitoria abſumit, vt æterna lucretur.

CAPVT VIII.

De præſenti tempore, an initium, an finis inſpiciatur, & de clauſula rebus, ſic ſtantibus eiuſdemque abuſu.

1. QVando quid debeatur in principio vel in fine anni, *vide DD. in l qui hoc anno*, vbi & Zaſ. *ff. de verb. oblig.* ibi Coraſ. illa ſatis clarè explicat, & illum verſum.

Anno ſi debes in fine tenebris anni,
Annua ſi debes tunc inſpicies caput anni.

Similia in Mantica *de tacit. & ambig lib.* 14. *tit.* 40. latè Meiſner. *tom* 4 *deciſ. Cam. Imp.* 1. *per tot.* vtrum in legatis annuis, aut in ſingulos annos relictis, cœptus annus integer debeatur, & ad hæredes tranſmittatur; ibi & de verbo, ad vitam.

Sic & in delictis initium potius, quam exitus ſpectatur *l. Diuus Hadrian ff. ad l. Cornel. de ſicarijs. l.* 53. *ff. de furtis*, caſus inde deciſos adducit Riccius *part.* 4. *collect.* 662. ſcelera quoque, ait Seneca, *in excerptis controuerſiarum* 4. 7. quamuis extra exitum ſubſederunt, puniuntur, quo ſenſu dixit, & Tertullianus *de pœnitentia*, voluntas ne tunc quidem liberatur, cum difficultas perpetrationem eius intercipit (interim notandum quod Doctores paſſim atteſtantur conatū, in delictis de conſuetudine non puniri, excepto fere crimine læſæ Maieſtatis) quod autem inſpiciatur initium, quando pœna imponitur pro delicto, docet etiam Bartolus *quæſt* 15. *numer.* 6. *vbi per tot.* in vtramque partem diſputat, an is, qui in ciuitate ordinauit hominem interficere, & eundem extra ciuitatem alter interficiat, teneatur pœna ſtatuti punientis ordinatum homicidium in ciuitate, & reſoluendo dictam quæſtionem negatiuè, diluit duodecim rationes in contrarium adductas, & reſpondet quomodo procedat, quod in delictis initium ſpectetur, & non finis, fauore rei prout docet Hyppol. de Marſil. *ſing.* 225. vbi hoc exemplificat & multos allegat Doctores; *vbi in fin.* ait contra iſta tenere Iaſonem *in l. plerique ff. de in ius vocand.* ſic idem Bartolus *quæſt.* 20. *num.* 3. dicit, quando vno tempore eſt initiatum delictum, alio tempore perfectum, quod tunc perfectio conſideretur ſecundùm tempus initij, & de initio ſpectando in delictis Bartolus *in l. cætera* 43. §. *ſed & de legat.* 1. & quando præſens ſtatus & non futurus inſpiciendus ſit non illud, quod euenire poteſt, tradit Zaſius *in l. inter ſtipulantem*, §. *ſacrum numer.* 18 *ff. de verb. oblig.* & exornatur per Schurffium *cent.* 3. *conſil.* 81. *numer.* 8. vbi & finis habens neceſſariam conſequentiam ad principium, finis non inſpiciatur, ſed ipſum principium, at vero nos ſemper finem ſpectemus, quia vt dicit Iſidorus vnumquemque Deus de ſuo fine, non de vita præterita iudicat ideo ſemper ita viuamus, ait Cicero vt rationem

Digitized by Google

Chaſſ *in conſuet. Burgund. tit. de Iuſt. & Iuriſd.* 1. §. 2. vbi & diſtinctè.

4 De continuatione temporis Notab. in Ploto. *tr. de in litem iurando in pr. n. 2. & ſeq.* quem induco *tit. præced.* pro limitatione ſtatuti continuantis poſſeſſionem in hæredem. De tempore partus & abortiuo partu Franc. Marc. *p. 1. q. 953 & DD. in l. 7. ff. de ſtatu hominum.* & Aromæū *lib. 2. poſt. deciſ. 13. in Coronide.* pulchrè Zaſ *lib. 2. intell. cap.* 34. de materia acceſſionis, & aliqua de temporis ſuppletione, *& cap.* 36. quod tempora in dubio intelligantur continua. *& in l. Pomponius §. præterea. ff. de acq. poſſ.* rurſus de materia acceſſionis. Præſcriptio non completur per acceſſionem temporis, niſi per hæredes & ſucceſſores iuxta Hondend. *vol.* 1. *p.* 5. *conſil.* 79. *n.* 24. de quo vide DD. *in l. poſſeſſio teſtat ff. de vſurp. & vſucap.* Chriſtinæus *vol. 1. deciſ* 88 *n.* 3. *& in conſuet. Mechlin. tit.* 20. *art. 1. ibi DD. alleg. in addit. verſ.* Notandum hic quoque eſt quod poſſeſſio.

5. An Nouitius egrediens intra annum probationis, & poſtea reuertens, poſſit tempora coniungere, dicitur quod non, quia tempus ibi eſt de forma. Grat. *lib. 1. de diſc. forenſ. c.* 166 *n.* 14. *& ſeq.* vnde reſpondi in cauſa cuiuſdam nobilis, intra annum probationis ſæpius exeuntis & per aliquot dies emanentis, profeſſionem eiuſdem poſtea ſubſecutam, fuiſſe nullam ex Barb. *ad conc Trid.* & plures DD. in iſta materia allegat idē Barboſa *in c. multos n. 3. & 4. diſt.* 55 & ibi remiſſiue de profeſſione ante annum facta, quod ſit nulla, cum debeat ibi ſtare per annum, ibi quoque in *c ſeq.* quid Romæ iudicatum fuerit in Anno biſſextili, ſi fortè ingreſſus An. 27. & An. ſeq. 26. Martij profeſſus fuerit prius ext. Edit Grat. *to. 2. c.* 440 *n* 10. *& ſeqq.* quod nec egredi poſſit cum licentia Superioris, in materia vero ſtatutorum, quæ requirunt, inſinuationem, intra certum tempus & ſimilia vide Bald. Peruſinum *tract. de ſtatutis in verb. inſinuatio & verbo tempus & verb. terminus* breue hic tempus quo licet.

De cætero quia tempus hic breue eſt, quo 6. licet ſcire quid ſumus, & facere quod erimus, curemus & faciamus quicquid ſapiente bonoq; Chriſtiano dignum eſt, hoc eſt, Deum & diuina noſſe & colere; præter illud quod eſt, fluxa, caduca, vana & euanida ſunt, quinimo ſæpe & in hoc mundo nihil medium inter præcipitia & ſumma perſæpe inter vltimam & maximam fortunam nil intereſt; neminem dicit Senec. *ep.* 4. eo fortuna prouexit, vt non tantum illi minaretur, quantum illi prouiderit noli igitur tranquillitati confidere, momento mare euertitur; eodem die, vbi luſerunt nauigia, ſorbentur, eo magis temporis ratio hic habenda, ne in æternum abſorbeamur. Boët. *de conſol. Philoſ lib. 3. proſ.* 5. plena eſt, inquit exemplorum vetuſtas, plena etiam præſens ætas, qui Reges fœlicitatem calamitate mutauerint, & rurſus Senec. *de tranquill. cap.* 11. quod Regnum eſt, ait, cui non parata ſit ruina & proculcatio, & dominus & carnifex? nec magnis iſta interuallis diuiſa, ſed horæ momentum intereſt, inter ſolium & aliena genua. dicit enim verſus:

In ictu oculi clauduntur omnia.

Exempla in ſacris litteris 4. *Reg. cap* 19. & 7. 25 in Iuſtino *lib.* 1. 2. 3. 9. 10. Curtio *lib* 5. & alia infinita in infinitis Scriptoribus, quibus nos, eheu Germani, hoc turbulentiſſimo belli omnia exulcerante tempore, nimis verè annumeramur, poſteris exemplo ſeruituri, nam iuxta Poëtam,

Nos quoque floruimus, ſed flos fuit ille caducus.

Quam

Digitized by Google

Quam potens enim, quamque magnifica extitit Germania, ſed ah! quam deſolata, & deſerta nunc proſtat, non Germaniam ſed deſertum eam dixeris, quiſquis eam nunc, & olim luſtrarit, ſic

Ludit in humanis diuina potentia rebus.

quotquot nos ſequentur, rogo, vt exactiorem temporis rationem habeant operentur bonum in tempore, viuant vnanimes ne & diſcordia eos perire faciat tempus enim ad omnia vtile eſt, tempore lucramur & perdimus æterna atque terrena ſed fœlix, cui tempus hæc tranſitoria abſumit, vt æterna lucretur.

CAPVT VIII.

De præſenti tempore, an initium, an finis inſpiciatur, & de clauſula rebus, ſic ſtantibus eiuſdemque abuſu.

1. QVando quid debeatur in principio vel in fine anni, *vide DD. in l. qui hoc anno*, vbi & Zaſ. *ff. de verb. oblig.* ibi Coraſ. illa ſatis clarè explicat, & illum verſum.

Anno ſi debes. in fine tenebris anni,
Annua ſi debes tunc inſpicies caput anni.

Similia in Mantica *de tacit. & ambig lib.* 14. *tit.* 40. latè Meiſner. *tom.* 4 *deciſ. Cam. Imp.* 1. *per tot.* vtrum in legatis annuis, aut in ſingulos annos relictis, cœptus annus integer debeatur, & ad hæredes tranſmittatur; ibi & de verbo, ad vitam.

Sic & in delictis initium potius, quam exitus ſpectatur *l. Diuus Hadrian ff. ad l. Cornel. de ſicarijs. l.* 53. *ff. de furtis*, caſus inde deciſos adducit Riccius *part.* 4. *collect.* 662. ſcelera quoque, ait Seneca, *in excerptis controuerſiarum* 4. 7. quamuis extra exitum ſubſederunt, puniuntur, quo ſenſu dixit, & Tertullianus *de pœnitentia*, voluntas ne tunc quidem liberatur, cum difficultas perpetrationem eius intercipit (interim notandum quod Doctores paſſim atteſtantur conatū, in delictis de conſuetudine non puniri, excepto fere crimine læſæ Maieſtatis) quod autem inſpiciatur initium, quando pœna imponitur pro delicto, docet etiam Bartolus *quæſt.* 15. *numer.* 6. *vbi per tot.* in vtramque partem diſputat, an is, qui in ciuitate ordinauit hominem interficere, & eundem extra ciuitatem alter interficiat, teneatur pœna ſtatuti punientis ordinatum homicidium in ciuitate, & reſoluendo dictam quæſtionem negatiuè, diluit duodecim rationes in contrarium adductas, & reſpondet quomodo procedat, quod in delictis initium ſpectetur, & non finis, fauore rei prout docet Hyppol. de Marſil. *ſing.* 225. vbi hoc exemplificat & multos allegat Doctores; *vbi in fin.* ait contra iſta tenere Iaſonem *in l. pleriſque ff. de in ius vocand.* ſic idem Bartolus *quæſt.* 20. *num.* 3. dicit, quando vno tempore eſt initiatum delictum, alio tempore perfectum, quod tunc perfectio conſideretur ſecundùm tempus initij, & de initio ſpectando in delictis Bartolus *in l. cætera* 43. §. *ſed & de legat.* 1. & quando præſens ſtatus & non futurus inſpiciendus ſit non illud, quod euenire poteſt, tradit Zaſius *in l. inter ſtipulantem,* §. *ſacrum numer.* 18 *ff. de verb. oblig.* & exornatur per Schurffium *cent.* 3. *conſil.* 81. *numer.* 8. vbi & finis habens neceſſariam conſequentiam ad principium, finis non inſpiciatur, ſed ipſum principium, at vero nos ſemper finem ſpectemus, quia vt dicit Iſidorus vnumquemque Deus de ſuo fine, non de vita præterita iudicat ideo ſemper ita viuamus, ait Cicero vt

rationem

rationem reddendam nobis arbitremur, nam quamuis:

Stet Scelus occultum, ſed non remanebit inultum.
Vltio Iuſta Dei, digna refundet ei.

homo enim nat' de muliere, & ab hac cum reatu, breui viuens tempore, ideo cum metu, repletur multis miſerijs, ac propterea cum fletu S. Bern.

Hac eſt vita hominum ſic lata dolendis
Alternat fortuna ferox, eat ordine mundus
Antiquo, nobis rerum experientia proſit.

2. Iunctis traditis per Scacc. *de Iud. li. 2. c. 8. n.* 240. vbi refert ſententiam S. Greg. in Reg. vita noſtra hic, ait, nauiganti ſimilis eſt, is enim, qui nauigat, ſtet, ſedeat, iaceat, ſemper vadit, quia impulſu nauis ducitur, ſic & nos, ſiue vigilantes, ſiue dormiẽtes per momenta temporum ad finem tendimus, *& n.* 295. ex S. Aug. refert vitæ humanę amaritudines, & Senec. *epiſt.* 42. quotidie, ait, morimur, quotidie enim demitur aliqua pars vitæ, & tunc quoq; cum creſcimus vita decreſcit. & latius ibi. Alias puto quod doctrina de initio & fine attendẽdo ſit in iure noſtro broccadica, de quo diſtinctè agit Menoch. *li. 6. præſ.* 17. ibi & quæſtio ꝓpoſita, ad quẽ mulcta ꝑtineat, an ad eum qui tẽpore delicti commiſſi, an vero qui tempore ſententiæ Iudex eſt. & quid iudicatum fuerit apud Ant. Fab. *in C. de pœn def.* 3. *iũctis traditis per* Surd. *conſil.* 227. ſicut & brocardica eſt materia, an initiũ licitum progreſſum illicitum excuſet teſte Zaſ. *in l. clam. n.* 9. *& ſeqq. ff de acq poſſ.* vbi diſtinctè in practica & materia ſtatutorum, ſimilem à Bart. propoſitam quæſtionem decidit Gratian. *diſcep. forenſ. c.* 383. *nu.* 26. de delicto in loco non exempto facto, ſed conſummato in loco exempto, quod poſſit per ordinarium puniri; omnes DD. *in l. ſi filius famil ff de verb. oblig.* docent, quod in contractibus inſpiciendũ ſit tempus contractus, vbi hoc ipſum clarè deducit Coraſ. ſed quando contractus eſt celebratus ſub conditione, an tunc tempus contractus vel exiſtentis conditionis inſpiciatur Mantica *de tacit & ambig. lib. 3. tit.* 15. *n.* 35 *& ſeqq.* Reincking *de retract q. 7. n.* 221. *& ſeqq. vbi n.* 258 recolligendo priora, dicit, in contractibus conditionalibus quoad actum primum, ſeu aptitudinem conceptæ & præparatæ ſub conditione obligationis certæ, quæ tamen in ſpe dicitur obligatio quamdiu pendet conditio, inſpiciendũ eſſe tempus contractus, quoad actum vero ſecundũ ſeu plenariũ effectum obligationis, & inde formandæ actionis eiuſque preſcriptionis, inſpiciendum eſſe tempus euenientis conditionis, ita tamen, vt cõditio poſtea exiſtens retrahatur ad tempus contractus; & iuris fictione perinde habeatur, ac ſi fuiſſet impleta, vel nunquã adiecta, ſic non obſtat, quod ſtatus contractus non mutetur ex poſt facto *l. inſulam* 127. *ff. de verb. oblig.* quia conditione adinueniẽte ſtatus eius nõ mutatur, ſed adimpletur, ac ſi ab initio euenisset vel defeciſſet, vide vtrobiq; illata tam in iure quam in praxi notabilia.

Porro in actione negotiorum geſtorum 3. initium inſpicitur, vt negotiorum geſtor repetat, diſtinctè Capyc. *deciſ.* 80. *n.* 5. *&* 6. & verba præſentis temporis non includunt futura, niſi in expreſſis, ac ita verborum interpretatio fieri debet habita ratione eius, ad quod proferens reſpexit, ſic Wilhelmus Ant. *de moratorijs reſcriptis tit.* 7. *concl.* 35. *vbi & n.* 11. Ex Arnob. aduerſus Gent. nulla futurorum, ait, poteſt exiſtere comprobatio, cum hæc ſit conditio eorum, vt comprehendi

hendi nullius poſſint anticipationis attractu.

Multos caſus, in quibus tantum præſentia comprehenduntur, enarrat Sichard. *in rubr. Cod. quæ res pign. oblig. poſſ.* verbum præſens non trahitur ad futurum, Bart. *in l. cum ſtipulamur, ff. de verbor. oblig.* & *par. 1. conſil. 74. num. 2.* donans vel vendens bona, intelligitur de præſentibus, & non futuris, niſi expreſſe dicatur, & reſpondet *ad l. fin. Cod. quæ res pign. oblig. poſſ.* iunctis traditis per Zaſium *in l. ſi quis iniquum, §. quod autem, ff. quod quiſque iuris*, ibi præteritum tempus, nec præſens nec futurum complectitur, & quando fallat, vbi & de ſtatuto, quod alios nolint acceptare, poſſint tamen rebus accreſcentibus acceptare, quia dictum ſtatutum intelligitur rebus ſic ſtantibus, & quòd tempus præſens nec in contractibus nec in vltimis voluntatibus, nec in iudicijs futurum comprehendat, Coraſ. *in l. ſi ſtipulatus, §. cum ſtipulamur, ff. de verbor. obligat.* & quando de præſenti præſumatur in præteritum, & quomodo, exornatur apud Chriſtinæum *vol. 1. deciſ. 185. n. 38.*

4. Porro præterita abierunt, præſentia abeunt, abeuntia ſecurus quis aſpicere poteſt ſatius ducens, perpetuis cœnis mala breuia penſare, quàm pro breuibus bonis mala perpetua ſuſtinere; omnis vita præſens vna breuiſſima nox eſt; dies mei pauci ſunt & mali, & poſt modicum finientur, & erunt quaſi non fuiſſent, vita hominis eſt quaſi vmbra, quæ præterijt; ſed in memoria æterna erit iuſtus, & ab auditione mala non timebit; exornatur à Thoma de Kemp. *in ſoliloq. Animæ, cap. 5. per tot.* de breuitate & miſeria præſentis vitæ; pronuncia ergo, quia vanitas omnis homo viuens, quid igitur in vita tantopere eſt quærendum ait Cicero *de finib.* quam quis ſit finis, quod extremum, quod vltimum, quo ſint omnia bene viuendi rectéque faciendi conſilia referenda, vnde bellè admonet verſus:

Quicquid agis prudenter agas, & reſpice finem.

quia vt ait Seneca *in epiſt.* Omnis dies velut vltimus ordinandus eſt. De felicitate hominis vltimus dies iudicat; Ex fine ſuo, ait ſanctus Cyprianus, vnuſquiſque aut iuſtificabitur aut condemnabitur; non enim quæruntur in Chriſtianis initia, ſed finis, cœpiſſe quidem multorum eſt, ad cumulum vero perueniſſe paucorum, non inchoaſſe tantum, ſed perfeciſſe virtus eſt, virtus namque boni operis eſt perſeuerantia, vt teſtatur S. Hieron. & hinc S. Gregorius: In caſſum bonum agitur, ait, ſi ante terminum vitæ deſeratur; fœlix ergo & omni beatitudine dignus eſt, quem ſenectus Chriſto occupat ſeruientem, & quem extrema dies Seruatori inuenit militantem idem S. Hieron.

Præterea an & quando initium contractus inſpiciatur & inde illata apud Gratian. 5.
tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 273. & *cap. 51. n. 6.* ita etiam docet Cothman. *conſil. 99. num. 214. & ſeq.* quod in omnibus negotijs tempus conuentionis inſpiciatur, ſcil. vt locum habeat in actibus inter viuos, non vero in ijs, qui ex morte confirmantur, vt ſunt vltimæ voluntates, priori caſu ſubintrat regul. *Neſcit vox ſemel emiſſa reuerti.* ſunt enim obligationes ab initio voluntatis, poſtea neceſſitatis *l. ſicut. C. de oblig. & act.* hinc Poët.

Dicta ſemel nullum patiuntur iure recurſum.

poſteriori verò caſu cōtraria eſt regula, ambulatoria eſt voluntas hominis vſq; ad mortem, vt & contractus in teſtamento factus corruat, teſtamento corruente ſeu reuocato vt volunt allegati in Surdo *deciſ. 149. nu. 4.* cuius contrarium ipſe probat *n. 12. & ſeq.* & dicit hanc communem, tamen principalis

Digitized by Google

propoſitio reſpectu teſtamenti ampliatur vt ipſum teſtamentum iam factum nõ dicatur ſubſiſtere ante mortem, vt more ſuo ſubiliter defendit Raudenſ. *de Anal. c. 27.* & alibi, quam opinionem dicit communem; in materia teſtamentorũ alia quoque regula eſt, ꝙ verba teſtatoris debeant intelligi ſecundùm tempus teſtamenti, iuxta *l. ſi ita. ff. de auro & arg. legato*, qua reg. quoque vtitur Bart. *in l. continua, in 4. oppoſit. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & in caſu notab. Wehneri *in pract. obſ. lit. S. verb.* ſo, *verſ.* Aber wie deme/ꝛc. vbi & teſtamentum, vt valeat, & hæres ex teſtamento poſſit adire, requiritur habilitas teſtatoris tempore teſtamenti, & quoad hęredem tempus aditionis, vide Caualc. *par. 3. deciſ. 20. num. 37.* & *47.*

6. Materia *d. l. ſi ita*, frequens eſt in praxi, & latè Menoch. *4. praſ. 127.* an & quando teſtator præſumatur ea tantum legare, quę habebat tẽpore teſtamenti, vbi & explicat *d. l.* ſicut limitationes illius habes apud Riccium *p. 2. collect. 365.* & alia deciſa *ad d. l.* in Ricc. *p. 3. collect. 546.* Menoch. *lib. 4. praſ. 126. & 137. n. 4. & ſeq.* Gratian. *lib. 1. diſcept. forenſ. c. 98. per tot.* latè Franc. de Barri *tr. de ſucceſ. teſta. & inteſtati, lib. 9. tit. 5. per tot.* de acceſſione ſiue augmento rei legatæ, itẽ de acceſſionibus vſurarum & fructuum, qui acceſſerũt viuo teſtatore, vbi varij caſus, & diſtinctè *tit. 14. n. 7 & 8.* ſi teſtator legauerit veſtes, videtur tantũ eas legare, quas habebat tempore teſtamenti, quod ibi ampliatur, & datur differentia inter teſtamenta & cõtractus.

7. De clauſula rebus & terminis ſic ſtantibus, præclaros DD. allegat Mager. *de aduoc. arm. c. 16. n. 751. et ſeq.* quod illa in omnibus pactis, & conuentionibus ſubintelligatur, etiamſi promiſſiones iuratę ſint, & quod habeat locum in promiſſione habente verbũ aliquod extenſum ad futurum, exornatur à Plutar. *in Lac.* Wilhel. Ant. *de morat. reſcr. tit. 6. cap. 15. n. 31. et ſeq.* quam materiam tractant DD. *in l. quidam cum filium. ff. de ver. oblig.* & latè Farinac. *lib. 1. tit. 4. de carcerib. et carceratis, q. 34. n. 42. et ſeqq.* vbi & iura, quòd omnis promiſſio etiam iurata, habeat in ſe hanc tacitam conditionem, rebus ita ſtantibus & aliquo nouo non ſuperueniente, quid ergo de vita hominis fluxa & inſtabili dicendum? Quæ iuxta Poëtam:

Vita quid eſt hominis? viridantis floſculus horti,
Sole oriente oriens, ſole cadente cadens.

Nec non:

Optima pars vitæ in luctu & ſqualore ſeneſcit
Vt fluctus fluctum, mala ſic mala concomitantur,
Naſcentes morimur, finisq; ab origine pendet.

Ideo belliſſimè Senec *epiſt. 25.* nihil, inquit, æque tibi proficiet ad temperantiam omniũ rerum, quam breuis cogitatio breuis æui, & hui⁹ incerti, quicquid facies, reſpice ad mortem, omnia enim hic fluxa, caduca, tranſitoria, mutationibusque quotidianis obnoxia ſunt, nam qui vidit mundum, ſimul quoque expertus eſt veriſſimum eſſe, quod non reſpondeant eodem curſu vltima primis, hinc rectè Ouid.

Ludit in humanis diuina potentia rebus
Et certam præſens vix habet hora fidem
Tu quoq; fac timeas, & quæ tibi læta videntur
Dum loqueris, fieri triſtia poſſe puta.

Conſidera ergo finem nunquam habiturũ finem, & tempus ſecuturum abſq; tempore, & ecce iam inſtat, & fortaſſis hoc momento aderit; hinc exclamare licet cum S. Bernardo *de interiori domo, c. 53.* ô neceſſitas abiecta naſcẽdi, viuendi miſera, duriſsima moriendi; vnde igitur ſuperbit homo, cuius cõceptio culpa, naſci pœna, labor vita, neceſſe mori, quãdo vel quomodo, vel vbi neſcire? 8.
aliàs rurſus ad propoſitum, quod promiſſio quantumcunq; generalis, nõ trahatur ad ea, ad quæ

Digitized by Google

ad quæ promittens veriſimiliter in ſpecie,ſi ita rogatus fuiſſet, ſe non obligaſſet, hinc Crauet. *conſil.778.nu.15.* docet,quòd noua cauſa accedēte ab obligatione recedi liceat, & Corac. *tr. locat. & conducti, tit.de remiſ. n.54.* quòd qui conduxit domum ad legendum,non teneatur ad penſionē, ſi ex aliqua nouitate non potuit legere ex Caſtrenſi,qui dicitur ita obtinuiſſe, & quia quælibet conuentio intelligitur facta & promiſſa, rebus ſic ſtantibus,ideo ex noua cauſa non dicitur pax rupta,iuxta Paril.*vol.4.conſ.165.n.28.*& allegat Sen.*de benef.c.34.* nō mutat ſapiens conſilium omnibus his manentibus,quæ erant,cum ſumeret Hering.*de fideiuſ.c.20.§. 25.n.4.* & latiùs §.*33.n.13.* ex Seneca alijsq; vbi & ꝙ ſubintelligatur in promiſſionibus clauſula,ſi poterit, iunctis traditis per Gail. *lib.1.de p.pub.c.4.* quòd & fines mandati ex cauſa ſuperueniente excedi poſſint,ꝙ ipſum accommodatur quoad Duces belli,Capitaneos,& Legatos Principum; vide tamen ibi & *n.44.* & *ſeq.* vbi de prædicta clauſula, & quod offenſio ex noua cauſa facta, præſumatur.

9. Sed præterquam meo iudicio d. clauſula ita declarari poteſt,vt procedat,ſi ſtatus rerū præſens in cauſa finali incluſus,ſiue ſuper eo fundatus ſit contractus, tunc enim mutati ſtatus ratio facit collabeſcere ipſam diſpoſitionem, vel conuentionem argumento eorum,quæ traduntur *ſup.de Ratione,c.8.& 9.* pulchrè Sen.*lib.4.de benef.c.35.et 39.*Deſtituere,inquit,leuitas nō erit, ſi aliquid interuenit noui,quid miraris,cum conditio promittentis mutata ſit,mutatū eſſe conſilium; & *c.38.*ait,non eſſe turpe,cū re mutare conſilium; de prædictis vide Barboſ.*de clauſ.vſufreq.cl.129.*vbi & vulgatum,quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio,vti declaratur & limitatur, quod poſſit intelligi, dūmodo alius Contrahens ſeruet promiſſa,itē quòd procedat,ſi cauſa ſuperueniens ab initio non fuit cognita,ſecus ſi præuiſa & præcogitata fuit,vel potuit cogitari; item,quòd regula perdat officium ſuum in diſpoſitione,verbis vniuerſalibus concepta,in qua veniunt pręſentia & futura; item quando partes diſpoſuerunt etiam ſtatu mutato,ſed ſtatus præſens homini indies dilabitur, vt dicit Poëta :

Certa dies nulli eſt, mors certa, incerta ſequentū,
Cura,locet tumulum, qui ſapit ante ſibi.
Vtendum eſt ætate,citò pede labitur ætas,
Labitur occultè falliq; volubilis ætas.

Pro cuius memoria neſcio quam dulcis auribus meis inſonet illa melodia, quæ quotidiè ante fores à pauperibus Studioſis occini auditur :

Cur mundus militat, vana ſub gloria,
Cuius proſperitas, eſt tranſitoria,
Tam citò labitur eius potentia
Quàm vaſa figuli, quæ ſunt fragilia,&c.

Et ſicut Gloſſa inquit :

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo,
Et ſubitò caſu quæ valuere ruunt.

Similem priori cantui refert P.Sandæus Io. Societ. IESV Concionator & Doctor eximius *in Tract. Mundus fallax, comment. 1. folio,Mihi,65.& ſeq.* hinc bellè quidam exclamat :

O cæca mens mortalium
Quouſq; quæris vanitatem ?
Oblita ſpiritualium,
Non cogitas æternitatem ?
Quo tendis, ab quo properas,
Cur finem haud conſideras.
Honores, opes, prædia,
Et ſceptra tranſeunt momento
Venuſtas forma, modica,
Sunt ſæpe nobis nocumento,
Mundana quid ſunt omnia
Quàm fumus, vmbra, ſomnia ?
Vt vnda mundus effluit,

Digitized by Google

Vt umbra vilis euaneſcit,
Vt flos, ſic homo deſinit,
Iam floret, at cras contabeſcit, &c.

Et rurſus idem Barboſa *tract. axiomat. iur. vſufreq. axiom.73. num.3. & 4.* quod quidem in omni diſpoſitione partes intelligantur ſe reſtringere ad ſtatum ſecundum tempus contractus, & rebus ita ſtantibus, ſed tamen hoc non procedat in ijs, quæ recipiunt augmentum & diminutionem (de quibus ſupra *de Genere* dictum fuit) item fallit vt ſupra dixit, ſi cauſa iſta ſuperueniens, à principio fuerit præuiſa & cogitata, qui & *axiom. 81.* agit de regula, quòd ea quæ de nouo emergunt, nouo indigeant auxilio, quodq; nouis morbis, noua conueniant antidota præparari; prius intellige vt prædictum fuit; poſterius potius morale vel nimis generale eſt, vt euacuet d. limitationes, imò ſtrictius docet Menoch. *lib.6. præſ. 37. num. 32.* quòd clauſula rebus ſic ſtantibus, non habeat locum in actu duorum voluntate firmato, quaſi non poſſit reprobari ſemel approbatum, *l. Pomponius, ff. de negot. geſt.* quodque factum legitimè non retractetur ex caſu ſuperueniente, ſed diſpoſitio conſumetur in primo actu, Surd. *conſil. 18.* & contractuum actus eſt continuus, & ſtatus eorum non mutatur ex poſt facto, Reinkingk *d. quæſt. 7. nu. 224. & ſeq. & nu. 271. & ſeq.* quod humanæ fidei congruat cuſtodire, quæ ſemel placuere, nec liceat mutare conſilium in alterius detrimentum, quod Politici quidam vigore d. clauſulæ nimis liberè faciunt, præ oculis habentes pernitioſum illud Cicer. dogma, non ſeruanda eſſe promiſſa, quæ ſunt ijs, quibus promiſeris inutilia, nec ſi plus tibi noceant, quàm illi proſint, cui promiſeris, vtcumq; enim prius facilè obtinebis, ſic poſterius coram homine ſenſato non practicabis, quia an res vtilis ſit futura ei, cui promiſit, promiſſor iudicare non debet, & tamen hodie nuſquã ferè tuta fides, niſi vbi expedierit; quia vt Seneca monet, futuro & præterito torquemur, & multa bona noſtra nobis nocent; mirum autem eſt, quòd multi tantam efficaciam huic clauſulæ detorto ſenſu attribuant, cum nil in eodẽ ſtatu manere quotidie cernamus, poſt inopiam ſæpe abundantia, poſt repulſam ſæpe purpura, poſt exilium ſæpe magiſtratus, poſt damnationẽ quandoq; maxima ornamenta ſubuenere, triumphatus ſæpe triumphat, adeo ſæpe maiori fortunæ locum facit iniuria; multi ceciderunt vt altiùs ſurgerẽt, Senec. *epiſt. 42.* è contra multi ſurrexerunt altius vt caderent, habet has vices conditio mortalium, ait Plin. *Paneg.* vt aduerſa ex ſecundis, ex ſecundis aduerſa naſcantur; occultat vtrorumq; ſemina Deus, & plerumq; bonorũ malorumque cauſę ſub diuerſa ſpecie latent; quicquid verò eſt boni in mundo iuxta S. Aug. aut eſt præſens, aut præteritum vel futurum, ſi præſens, eſt inſtabile; ſi præteritum, iam nihil eſt; ſi futurum, eſt incertum; ſola ergo perpetua bona in Cęlo, vera bona ſunt, quæ ſunt ſemper ſtabilia, certiſſima, feliciſſima, quoad præſens igitur quid refert, ait Seneca *ep.88.* hic plus edit, ille minus, vterq; iam ſatur eſt? hic plus bibit. ille minus quid refert? vterq; non ſitit, hic pluribꝰ annis vixit, ille paucioribus, nihil intereſt, ſi tam illum multi anni beatũ fecerunt, quam hunc pauci, quare alibi monendo inquit, ſatis multum temporis ſparſimus, incipiamus vaſa in ſenectute colligere, in freto viximus, moriamur in portu; vt hoc fiat, præſentis temporis, ait S. Gregor. *homil.32.* ita agenda eſt lætitia, vt nunquam amaritudo ſequentis Iudicij recedat à memoria.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT IX.

De tempore futuro.

1. AN quælibet diſpoſitio non tantum in præſentibus ſed etiam in futuris accipienda ſit, tractatur, teſte Couar. *lib. 1. var. reſ. c. 13. in f.* apud Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit. 1. gloſ. 5. n. 18.* cui addantur Decker. *lib. 1. diſſert. 2. n. 19.* Iaſon *in l. ſi ſtipulatus §. cum ſtipulamur ff. de verb. oblig.* Cephal. *conſ. 321. n. 49. & ſeq.* Griuel. *deciſ. 5. n. 9. & 10.* Surd. *conſ. 52. n. 49. & ſeq.* rurſus Iaſon *in l. qui filiab. n. 12. ff. de leg. 1.* Alb. Bru. *de Augmento & diminut. concl. 9.* Hering. *de fideiuſ. c. 6. n. 216.* Tuſch. *lit. D. conc. 491. & ſeq. & lit. V. concl. 113. & ſeq. & concl. 567. & ſeq. lit. F. concl. 566. lit. P. concl. 738.* Barboſa *de clauſ. clauſula 104. T. 5.* Arnold. à Reiger *in Theſ. iur. lit. T. in verb. tempus* Zaſ. *in l. ſi ſocius ff. de reb. credit.* Gratian. *diſcept. forenſ. lib. 1. cap. 145. n. 13. & ſeq.* Et de generaliſſimâ renunciatione *cap. 346.* Boer. *deciſ. 62. nu. 17.* Afflict. *deciſ. 355. &* Barboſa *de appell. vtriuſq; iuris appell. 35. n. 15. & ſeqq.* apud quos varij caſus repertuntur reſoluti; in vniuerſalibus veniunt futura Surd. *conſ. 128. n. 8. & conſil. 450. n. 42. innct. trad. p. 1. de genere.* &c. malè humanis ingenijs natura conſuluit, ait Curt. *lib. 8.* quod plerumque non futura, ſed tranſacta perpendimus, cum tamen iuxta Salom. futura ſeu quatuor nouiſſima ſedulo cogitare debeamus, ne peccemus, ſed in bono perſeueremus, quia vt inquit S. Bern. *epiſt. 139.* abſque perſeuerantia, nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor conſequitur, nutrix eſt ad meritum, mediatrix ad præmium, ſoror patientiæ, conſtantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, ſanctitatis propugnaculum, è contra væ tibi ait, qui reuerti deſideras ad vomitum, redire ad luctũ, nam ſicut nauis, quæ multos fluctus tranſit, multaſque tempeſtates effugit, in ipſo autem protu tandem in ſcopulum impingit, ita, inquit. S. Chriſ. multi poſtquam ſuſtinuere labores, ieiunia, aliaſque afflictiones ' tum, quando in portu iam, & magis ſecuri eſſe poſſunt, naufragium faciunt, quia vt dicit Iſidorus non inchoantibus præmium promittitur, ſed perſeuerantibus datur.

Porro in fœdere, an nomine ſociorum 2.
futuri veniant, apud Grot. *de iure belli lib. 2. cap. 16. nu. 13.* ſimile Magerus de *aduocat. armata cap. 11. num. 167. & ſeqq.* an aduocati tutelares res tam præſentes quam futuras defendere teneantur vbi& immunitas conceſſa ad bona futura quoque ſpectet.

An pacta dotalia ad futura, & acquirenda extendantur Boer. *deciſ. 204. num. 36. & ſeqq.* ius futurum competens ſub euentu aliquo, bene renuntiari poteſt, iura autem, quę dicunt quod iuri futuro non liceat renuntiare, intelliguntur vt non valeat renuntiatio ſtatim quoad effectum Valaſc. *tom. 2. conſult. 135. num. 13. & ſeqq.* Sed bone DEVS quam ſæpe anxios & ſolicitos vidi homines in hiſce ratione temporalium eſſe de futuro, qui tamen illud poëtæ recordari potius deberent.

Fleres ſi ſcires, vnũ, tua tempora menſem,
Rides cum non ſit forſitan vna dies.

Flenda eſt huius vitæ calamitas inquit S. 3.
Aug. *22. de Ciuitate Dei 22. & 30.* & alterius deſideranda, felicitas, temporis pręteriti, ait S. Bern. ſuper Cant. fructus eſt compunctio, futuri flos eſt, deuotio omnibus rebus mundanis præſtantior. Quæ in generali bonorum obligatione comprehenſa intelligātur Mant. *de tacitis & ambiguis lib. 11. tit. 4*

vide Menoch.*lib. 4. præſ.*127. & quid in generali hypotheca tacita, Menochius *de acq. poſſ.remed.3.n.*132. an veniant inſtrumenta crediti Gabriel *in comm. concl.de regul. iur. concl.vlt.* Immunitas conceſſa non extenditur ad bona poſtea quæſita iuxta Bald. allegatum in Surdo *conſ.262.num.*10. *ſed ipſe cum alijs tenet num.*51. contrarium, & dicit hanc opinionem eſſe communem, in quo conſilio per totum agit de immunitate & licet pro hac plures DD. allegentur apud Beſoldum *in theſauro practico lit. R. nu. 69. verb.* Ritterſchafft *in reſponſo ibi ſubiuncto verſ.ac quamuis*, tamen ibi probat exemptionem velut odioſam & ſtricti iuris extra ſuam cauſam non eſſe extendendam, neque ad poſtmodum quæſita applicandam, hinc Eccleſiam profanorum bonorum emptione ditatam immunitatem non mereri conſtat, itemque Nobilem plebeios agros comparantem ad priſtina onera teneri, & ita ſeruari videmus in Ducatu Iuliæ, ſic nec iuriſdictionem vnius Prouinciæ ad locum nouiter adiectum prorogari teſtantur quoque DD. per eum allegati, rurſus videatur Card. Tuſch. *lit. D. diſpoſitio generalis loquens de præſenti quando trahatur ad futura vel non concl. 491. & concl.ſeq.* diſpoſitio loquens de futuro, quando locum habeat in præſentibus, vel futuris & vtrimque remiſſiue, in præſentibus & futuris nimium occupari homines, & præſentia & futura negligunt, vtinam ſæpius dicerent cum Meſſolano, qui cũ admodum ſenex ad conuiuandum poſtridie iſtius diei inuitaretur, quid ait, me inuitatis, ego quidem à multis annis craſtinum non habui Ideo.

Corrige præteritum, præſens rege, cerne futurum.

4. Mandatum generale ad omnes & ſingulas cauſas, intelligitur & de futuris Puteus *lib. 3. deciſione 37.* de quo vide Gratianum *diſc.forenſ.cap.145.* Quod lex ad præterita non pertineat aliaque, vide *DD. ad tit. ff. de legib.* in vniuerſalibus quoque veniunt, quia videntur eſſe de acceſſionibus Surdus *conſ.126.nu.6. vide ſupra de genere.*

5. Hæc & ſimilia de tempore adducta temporalia ſunt, licet apud nos quandoq; perpetua, quemadmodum dicimus quæ annalia ſunt ad agendum, perpetua ſunt ad excipiendum, caſum deciſum reperies in Caſp. Ant. Theſau. *lib.2.quæſt.forenſ.17.ſub nu.3. in f.* & doctrinam declaratam apud Corac. *de excep.contra præiud.ſent.excep.22. quæſt. 18.num.9.& ſeqq.* ſicut & perpetuum quadrupliciter dicitur apud Zaſ. *in l.ſi ſtichum §.ſtipulatio num. 10. ff. de verb. obligat.* vbi & defenditur tit. DD. Cutzemij Canonici ſenioris ad S. Gereonem ſummo Altari inſcriptus, inter cætera, conſiliarius Cæſaris perpetuus, quia vt tradit Zaſ. talis dicitur, qui aſſumptus fuit non habita mentione annorum, prout dictio, perpetuum, & perpetuo, varie in iure noſtro accipitur, de quo Barboſa *de dictionib. vſu frequent.dict.254.* circa quæ tamen, vt fluxa & tranſitoria tanquam circa telas araneæ magis inſiſtimus & deſudamus, quam quæ æterna futura ſunt, quæ ſcimus vel firmiter credimus, cuius æternitatis duratio ſemper & finis nunquam eſt, vide Patrem Drexelium de æternitate, quid æternitate iuſtorum præclarius, quid æternitate damnatorũ horribilius fingi aut excogitari poterit? quid horribilius morte? quid iudicio terribilius? gehenna nõ poteſt intolerabilius cogitari, quid metuet, ſi quis ad iſta non trepidat, non expaueſcit, non timore concutitur. S. Bernard. *de primordijs, medijs, & nouiſſimis rebus*, itaque ſic tranſeundum erit per tranſitoria, ne perdamus

mus

mus æterna, nam iuxta Fab. *declam.12.* miſeris vltimum eſt miſerationem quoq; perdere, & cogites illud Plin. *8. Epiſt.17.* paruulum differre patiaris aduerſa, an exſpectes, tempus vltionis prope eſt, quo delicta ſeueriſſime punientur, infinita eſt velocitas temporis, inquit Seneca *Epiſt.49.* quæ magis fauet reſpicientib. conſimiliter Poëta.

—— —— Fugit irreuocabile tempus.
Ver breue, flos breuior, ſed vita breuiſſima noſtra eſt.
At bene. ſi morimur vita perennis erit.
Vita quid melius? bona fama? quid hac? ſibi recti.
Conſcia mens. quidnam hac? rectius inde mori.

quia in vita hominis ſemper finis quærendus eſt ait Iſidorus, quia Deus non reſpicit quales ante fuerimus ſed quales circa finem extiterimus.

Vita breuis eſt inquit S. Auguſt. *de verb. Domini*, & ipſa breuitas ſemper incerta, vita hæc eſt cœca, dubia & ærumnoſa, ergo dicamus cum Poëta.

Damna fleo rerum, ſed plus fleo damna dierum
Quiſquis poteſt rebus ſuccurrere, nemo diebus.

omne tempus ait S. Hieron. quo te non meliorem factum ſenſeris, te æſtima perdidiſſe & S. Bern. cogita, inquit, vnde veneris, & erubeſce, vbi ſis, & ingemiſce, quo vadas & contremiſce, quia neſcimus quo eamus, & an in gratia nunc ſtemus ſeu permaneamus, ſed vnumquemque iudicat Deus, ait S. Hieron. ſicut inuenerit, nec præterita conſiderat, ſed præſentia, ſi tantum vetera, nouella conuerſatione mutentur, ea propter ſemper animo præmeditari oportet, quid futuri & quo venturi ſimus.

6. In illo namque die non proderit male viuentibus ante actæ vitæ probitas, quia ſuperueniens nequitia iuſtitiæ opera deleuit Lactan. *6.24.* quemadmodum è contra ante actæ vitæ malitia non oberit pœnitentibus, vti patet apud Ezechielem *cap.18. & latius p.1. de dub. demonſtrat. fuit*, de quo exemplum notũ eſt in Niniuitis, quibus euerſio & interitus comminatus fuit, & tamen Deus mutauit ſententiam, qui prius propter peccata iratus, poſtea per pœnitentiam redditur placatus, non quod Deus mutetur, ſed quod peccatores mutentur, & eum quodammodo mutatum in his, quæ patiuntur, inueniunt, ſicut mutatur ſol oculis ſauciatis, quibus prius mitis, poſtea aſper videtur, cũ tamen in ſeipſo ſemper maneat idem, ſic facies Chriſti quantumuis Immutabilis & beatis Iucundiſſima appareat, nihilominus in extremo iudicio reprobis erit horrenda, non defectu diuinæ Maieſtatis, ſed culpa reproborum, quemadmodum idem panis eſt palato ſano ſuauis, ſed non ſano, amarus & pœna, pro cuius confirmatione faciunt tradita *p. 1. de clement. cap. vlt.* neque obſtat *d. cap. 18. apud Ezechiel.* quod Deus nolit mortem peccatoris, quandoquidem voluntas Dei antecedens, non eſt mors peccatoris, ſed aliud eſt de conſequente, non enim ad puniendos nos creauit, ſed vt efficiat nos bonitatis ſuæ participes, vt bonus, ſed peccantes puniri vult vt iuſtus, dicitur igitur prima præcedens voluntas, & acceptatio ex ipſo exiſtens, ſecunda vero voluntas ſequens, vt permiſſio ex noſtra cauſa exiſtens, eorum autem quæ in nobis ſunt, ſi bona quidem præſertim, antecedenterque vult & acceptat, ſi mala & reuera mala, neque præſertim neq; conſequenter vult illa; ita Damaſc. *lib.2. cap. 29.* adde pulcherrimum textum *in cap. vaſis: ira 23. quæſt. 4.* vtinam igitur præſentia vel & etiam futura temporalia non ita amemus vt æterna amittamus, quid enim ſunt illa, & quid ſunt illi, quaſi putredo *ait Iob. cap. 13.* con-

conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum, quod comeditur à linea, omnia inquit Salomon. *Eccleſ.3.* pergunt ad vnum locum, de terra facta ſunt, & in terram pariter reuertuntur, tranſierunt omnia ſicut vmbra *Sapient.5.* igitur conſerua tempus & declina à malo & fac bonum, quoniam vanitas vanitatum & omnia vanitas præter amare Deum, hinc Demoſt, Hadriani Imp. tempore Philoſophus, viros fortunatos ſæpe admonere ſolebat, ne obliuiſcerentur, quam cito deſituri eſſent, nam.

Quid ſumus ô miſeri, niſi puluis motus ab aura
Et fragili vitro ſimiles vmbraque fugaci,
Atq; roſis quæ mane vigent, mox veſpere languēt
Nunc viui, atq; hilares, paulo poſt vermibus eſca,
Nunc pulchri & validi, paulo poſt turpe cadauer.
Heu mihi, quid prodeſt congeſta pecunia nobis.
Fatalis inſtat hora, cuique ſerius
Velocius calcanda eſt mortis Via.
Eſt commune mori, mors nulli parcit honori,
Diues & fortis veniunt ad funera mortis
Serius aut citius metam properamus ad vnam.

7. Ergo illa apperenda, illa ſummopere diligenda eſſe, monet S. Gregor. quæ nec inuenta tranſeunt nec adepta deficiunt, hinc

Mors tua mors Chriſti, fraus terræ gloria Cœli.
Et dolor inferni ſunt meditanda tibi.
Viue diu, ſed viue Deo. nam viuere mundo
Mortis opus, vera eſt viuere vita Deo.
Quicquid erit tandem. mea ſpes eſt vnica Chriſtus,
Huic viuo, huic moriar, cætera curo nihil.

quia vt ait Apoſt. ad Philipp. 1. mihi vita Chriſtus eſt, mori lucrum, ergo *Memento peccati, vt doleas, Mortis, peccare vt deſinas, Diuinæ Iuſtitiæ, vt timeas, Miſericordiæ, vt non deſperes Quibus adde verſum mihi ab inſigni* Patre ac Domino Rectore Raij Societatis Ieſu tranſmiſſum.

Ne moriare, opus eſt mortem, præcurrere morte.

nam ſi id, quod futurus es, ſedula meditatione rimaris, credo, ait Caſſiod. quod aut raro, aut nunquam peccabis, quod politici ſtultum reputant ante miſerias eſſe miſerum, & exſpectatione futuri, præſentia amittere, calamitoſus enim eſt animus, teſte Senec. in Epiſt. futuri anxius, & ante miſeriam miſer, qui ſolicitus eſt, vt ea, quibus delectatur, ad extremum vſque permaneant, nullo enim tempore conquieſcet, & expectatione futuri, præſentia, quibus frui poterat, amittet, & tamen omnibus modis ſuadent contra aduerſa præparamento opus eſſe, vt, vbi illa iam ingruunt, media ipſa non deficiant; viri fortis eſſe dicit Liuius *lib. 6.* vt nihil timere, ita nihil contemnere, quia nihil tutò in hoſte deſpicitur, inquit Curt. *lib. 6. cap. 3.* quem ſi ſpreueris valentiorem negligentia facies, quare ſatis apposite ad propoſitum Senec. *ad Helen. cap. 5.* ait, illis grauis ipſa fortuna eſt, quibus eſt repentina, facilè eam ſuſtinet, qui ſemper exſpectat, nam & hoſtium aduentus eos proſternit, quos inopinatè occupauit, & qui futuro belli ſe ante bellum parauerunt, compoſiti & adaptati primum, qui tumultuoſiſſimus eſt, ictum facilè excipiunt, eodem modo aduerſus futura præparatio fieri debet, magna pars eſt, ait Senec. *Epiſt. 36.* apud imperitos mali, nouitas, hoc vt ſcias, ea, quæ putauerunt aſpera, cum aſſueuere, patiuntur, ideo ſapiens aſſueſcit futuris malis, & quæ alij diu patiendo leuia faciunt, hic leuia facit diu agitando, antè armat, quam patiatur, vnde quidquid fieri poteſt, pro futuro habendum, quia iuxta Terent. in Adelph. iſtud eſt ſapere, non quod ante pedes eſt modo videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt, proſpicere, & ex conſilio Senecæ, ſi prudens eſt tuus animus, tribus temporibus diſpenſetur, præſentia ordina, futura prouide, præterita recordare, Boer *deciſ.324. nu.*

Digitized by Google

num. 2. quia periiſſe ſemel, æternum eſt, ea-propter iam in principio videndum, quemadmodum velis venire ad extremum, vt ait Cicer. unde rurſus benè quadrat eximij Patris Rectoris Raij Societatis Ieſu ſententia, *vt benè obeas, munus vitæ bene obire neceſſe eſt*, ſedulo perpendamus illud Poëtæ.

Quid valet hic mundus, quid gloria, quidvè Triumphus.
Poſt miſerum funus puluis & vmbra ſumus.

omnes enim morimur, & quaſi aquæ dilabimur, quæ non reuertuntur *2. Reg. cap. 14.* & S. Iacobus *cap. 4.* vita veſtra vapor eſt & ad modicum parens, quia vt inquit S. Hier. decretũ Domini ſtabile, vt qui venerit, trãſeat, quod & Ethnici fateri fuere coacti, vndè Plato in Apologia ait, mortẽ vt effugias, nihil machinari oportet, nec in iudicio nec in bello, quia ſtatutum eſt hominibus ſemel mori *Apoſt. ad Hebræos cap. 9.* & mortale eſſe omne mortalium bonum dixit Metrod. ergo dum tempus habemus operemur bonum *Apoſt. ad Galat. 5.* quod profectò exiguum eſt & velociter currit *Sap. 2.* quia vt ait Senec: corpora noſtra rapiuntur fluminum more, adeſſe enim feſtinant tempora *Deut. 32.* in hoc mundo Chriſtianis pretioſa, quia quod in rebus diuinis ſumis tempus, inquit Plaut. *in milite*, ſapienti lucrum eſt, imo ſeruire Deo regnare eſt, quid hoc bono meliùs, quid hac fœlicitate fœliciùs? viuere Deo apud quem eſt fons vitæ, & in cuius lumine videbimus lumen S. Auguſt. *de Spiritu & littera cap. 22.* ſi iam adeſt vitæ meæ finis, in quo tandem meliùs extinguar Curt. *lib. 7.* quamobrem heu! cur vſque adeo viliſſima terra, cuius fœda breui corrodent viſcera vermes, ſuperbis? momento fit cinis, inquit Senec. diu ſylua, hinc belliſſime quidam monuit.

Sic ergo cuncti viuite
Viuatis vt æternitati
Sic mori iam nunc diſcite
Ne moriamini damnati
Æternitas vos terreat
Æternitas vos vrgeat.

& quidam alius Chriſtianus Poëta.

Quod ſibi quiſq; ſerit præſentis tempore vitæ
Hoc ſibi meſſis erit, dum dicitur, ite, venite
Iudicis in lite breuis eſt vox ite, venite
Dicetur reprobis ite, venite probis.

itaque.

Rumpe mei lapidem cordis, Seruator Ieſu,
Vt mollita pio viſcere mella fluant
Fac mea mens, ferro quæ nunc eſt durior omni,
Flexilis in rectum fiat ab igne tuo:

Et fac benigniſſime Ieſu, vt tua gratia præueniente, aſſiſtente, & ſubſequente, ſic in præſenti vita viuam, vt in fine huius tranſitoriæ vitæ meæ, vitam inueniam in amore tuo ſempiternam, & tandem cum Electis tuis hanc ſententiam proferri, audire merear, venite benedicti Patris mei, poſſidete Regnum vobis paratum à conſtitutione mundi, de quo Matth. 25. quod mihi cæteriſque ob ſuam miſericordiam & merita amariſſimæ paſſionis, deletis peccatis meis, concedere dignetur Ieſus Chriſtus, nam

Non ſum læta ſeges, lolium ſum triſte, ſed oro
Me tamen in meſſem collige Chriſte tuam.

O arbor vitæ, ſine te ſumus arida ligna
Sed tibi conſerti, florida palma ſumus:

ad te igitur Domine, tanquam ad fontem vitæ recurro, ego, qui vulnera ſuſtineo, plagas ſentio atq; infinitis miſerijs oppreſſus ſeu peccatis voluntarijs ſauciatus ſum, vt te ad compaſſionẽ & miſericordiam commoueam, nullus enim miſericordiæ ſubditus eſt, niſi qui miſer eſt, vt autẽ in æternum nõ ſim miſer, reſpice me, Domine, nunc in tempore opportuno oculis miſericordiæ tuæ, vt hoc tempore moriar mundo, moriar carni, moriar mihimetipſi & tibi ſoli viuã in ſæcula ſæculorum.

Digitized by Google

TITVLVS VNDECIMVS.

De Juſtitia in Veritate vulnerata.

CAPVT PRIMVM.

De veritatis excellentia & virtute.

1. TAntæ excellentiæ & virtutis eſt veritas, vt nullus tam confeſſi ſceleris ſit, qui eam apertè impugnare vel mentiri ſe vltro fateatur, ſed dum quidam crimen ſcelusuè audent, nequitiam falſitatemque, quæ eſt veritatis imitatio *Nouell.73. in pr. & ibidem gloſſa inquit*, veritatis immutatio vel mutatio, laudabili aliquo prætextu tegere, ac diſſimulare ſtudent, quo fine ſæpe Apologias in publicum edunt, ſæpe etiam mendacia, courtoſias ſeu verba aulica vocant, prout in capitulis ſeqq. demonſtrabitur, ita veri amorem æquè omnes præ ſe ferunt, & ſæpenumero, nemo inſtat iactantius fidem ſuam obligat; quam qui eam maximè violat, deformes iſti virtutis laude turpitudinem tegunt Apul. *apol. 1.* virtutem incolumem odimus, ſublatam ex oculis quærimus, contra quos quadrat illud Saluiani *lib. 4. ad Catholic. Eccleſiam*, fornicatoribus, inquit, dicere licet, non ſe hoc animo fornicari, quod Deum ſpernant, quia calore corporis atque infirmitate vincantur, & homicidiæ id affirmare poſſunt, non ſe contemptu Dei humanum ſanguinem fundere, vel odio enim ſe, vel cupiditati tantum ſcelera præſtare, ſed quid prodeſt malis hæc excuſatio, cum ſcilicet nihil interſit qua ſe quiſpiam dicat peccare cauſa, cum ſit omne peccatum diuinitatis iniuria & P. Contzen *Tract. Daniel Aulæ ſpeculum c. 10. §. 12. Principi bono*, ait, ſemper grata eſt integritas, malo vt plurimum, non quia virtutem ſectatur, ſed quia commodam ſuis rationibus arbitratur, dãnaturus vbi detrimentum fore putatur, & hoc caſu veritas communiter patitur, oppugnatur, & impugnatur, miſerrima eſt miſeria, inquit Plautus, ſi vi verum vincatur & Arnob. *lib. 6.* melius putatis, non vinci, quam confeſſæ cedere atque annuere veritati, ea putatur gloria vanitatis, nullis cedere viribus veritatis. Sanctus Auguſtinus *lib. 5. de ciuitat. Dei cap. 27. iunctis traditis per me ſupra de iuſtitia fori & poli caput 1.* ſicuti ſub fucato veritatis prætextu omnia defenduntur, imo quaſi illam defendas, bonos perſequendo allegas *caput qui peccat 23. quæſtion. 4. & ſimilia*, vbi dicitur, non perſequimur vos, niſi quemadmodum veritas perſequitur falſitatem, veritas præſertim hodie, multos habet inimicos, & paucos veros amicos, tu iuxta illud Machabęo. qui inuentor omnis malitiæ factus es, non effugies manum Domini, puta de huiuſmodi adulationibus, hypocritis vel etiam nequam, qui veritati ſcutum detrahunt ac ſpoliant, eamque vſque adeo palliare norunt, vt videri ali-

quid,

quid, verum vincat, qui verbis verum obtrudunt, illud rebus ipſis falſificant, quia dum mala ſuadent per ſuauia, elegantia, ac polita verba, veritatem obumbrãt, quippe mendacium ſpecie placet aliena, quia per ſe corruptum vaneſcit & defluit, niſi aliunde ornatu quæſito circumlitum fuerit & politum, ſicuti autem mendaciorum natura eſt, vt cohærere non poſſint (quæ enim ſocietas lucis ad tenebras) ita veritas vndique quadrat, & ſibi conſentit, ideo perſuadet, quia conſtanti ratione ſuffulta eſt. Quid vetat igitur illos prædicto modo appellare, nequam Schelm quaſi Schilde-nemmen dicti ſunt, qui hodie candida vela ferunt, opera externarum ſeu apparentium virtutum, inquit Chaſſan: *in Cathalogo glor. mundi p. 8. conſid. 13.* in hac vita viros eminentes conſtituunt, ſed tamen qui ſcuto veritatis muniti & armati ſunt, contra quæcunque mendaciorum falſitatumque tela inuulnerabiles redduntur, ſi illo benè & prudenter vti & dirigere norunt, nam ſicuti talis eſt falſitatis vel erroris conditio, vt etiam nullo ſibi adſiſtente conſeneſcat ac defluat, ita è contra talis veritate ſtatus, vt etiam multis impugnantibus ſuſcitetur & creſcat S. Chryſoſt: *de laudibus Paul. ſermone 3.* quæ enim à veritate non veniunt, iuxta S. Auguſtin. *lib. 7. de Ciuitat. Dei cap. 19.* ſeipſa ſubuertunt, quandoquidem veritas manet, & immaculata in æternum, viuit, & obtinet in ſæcula ſæculorum *capit. conſuetudo diſtinct. 8. Eſdræ capit. tertio & quarto lib. 3.* vbi propoſita reperitur illa quæſtio, quid de tribus, ſcilicet Rege, vino & Muliere fortius videretur, varijs varia reſpondentibus, rectè deciditur veritatem ſuper omnia eſſe victricem, quippe veritas eſt baſis & fuudamentum iuſtitiæ, quâ virtus nulla præclarior, diciturque res ſolidiſſima, & murus inexpugnabilis, ideo ſuper omnia ſequenda Barboſa *in capit. veritatis nnmero ſecundo & tertio x. de iureiurando & tract. Axiomat. iuris vſu frequent. axiomat. 224.* vbi & quod præualeat opinioni ſeu exiſtimationi, quodque ſemper ei adhærendum ſit, quia amicus Socrates amicus Plato, ſed magis amica veritas, quæ mater iuſtitiæ appellatur à Bald. *in lege Libertini ff. de ſtatu hominum*, idcirco omnibus præferri & præualere debet *capit. veritas & ſequent. diſtinct. 8.* & pro eius probatione etiam teſtes inhabiles admittuntur, quod tamen intellige & declara, ex Pacian. *de probatione lib. 1. capit. 9. numero 30.* vt in hiſce procedat, quæ eius naturæ ſunt, vbi habitu & actu alij teſtes haberi non poſſunt, quæ autem ad hoc requirantur, vide omnino Additionatorem *ibi littera D.* & pro confirmatione priorum facit illud Poëtæ.

In rebus dubijs generoſum fulget honeſtũ.

Nam quemadmodum illuſtrius ab igne 2.
aurum exit, ita à mendacijs, falſitatibus & erroribus, veritas, quæ ſæpè multorum improbitate depreſſa, tandem emergit & innocentiæ defenſio intercluſa reſpirat, Cicero pro Cluentio, veritas temporis filia dicitur apud Gellium *lib. 12 noct. Attic. capitul. 11. in fine* ſæpius examinata magis ſplendeſcit, vt pulchrè dicit Cothmann. *volum. 2. reſponſ. 86. numero 1.* ex Caſtrenſi & Crauett. quod veritas oppugnata ſe efferat, ac oſtendat inſtar palmæ, quæ preſſa exſurgit, & ſicuti aromata magis redolent, quanto magis conteruntur & oppugnantur, ita veritas tanto clarior nebulis expulſis in lucem progreditur, vbi exorna-

tur, quia veritatis tanta eſt potentia, vt ſeipſam, quamuis in rebus exiguis, ſua claritate, defendat, Lactantius Firm. *diuin. inſtit lib. 3. cap. 1.* magna igitur virtus eſt, veritatem agnoſcere, maior conſeruare, maxima non deſerere, ea propter ſubiectus eſto veritati, ne vnquam ſuccumbas veritati, labium namque veritatis erit firmum in perpetuum *prouerb. 12.* hoc eſt, vt quidam explicant, labium veracis, vera loquentis, nō flectetur, ſed erit firmum ac ferreum, nam veritas auctore Stobæo *ſermone 50.* ferrea imo adimantina eſt, & ictibus fraudulentis percuſſa, magis ſplendeſcit vt ait Ephrem. de veritate & vt Cicero *in Vatin.* ait, tantam ſemper potentiam veritas habuit, vt nullis machinis aut cuiuſquam hominis ingenio, aut arte ſubuerti potuerit, & licet in cauſis nullum patronum aut defenſorem obtineat, tamen per ſe ipſa defenditur, vnde nec mirum, quod veritas ſemper iuſto triumphet iudice, iniuſto autem ſuccumbat, quippe iuſta ab iniuſtis petere, ſecundùm Plautum inſipientia eſt, imo licet tunc quoad operationem ſuccumbere videatur, tamen ſibiipſi merces eſt, & de ſui contritione odorem ſpargit ſuauitatis, dum cupiditate oppugnatur, non expugnatur, metu premitur, non opprimitur, odio concutitur, non læditur, amore offuſcatur, non excoecatur.

3. Porro iuxta dictum Pithagoræ, apud Ælianum duabus rebus homo ad Deum proximè accedit, vera ſemper loquendo, & benefaciendo alijs, ſiue proximis, & apud Iamblichum, veracitas, dux dicitur ad omnia diuina humanaque bona, Grotius *de iure belli lib. 3. cap. 1. numero 20.* veritas & æquitas in iure noſtro ſunt duo lapides angulares, quos iudex obſeruare debet, Baldus *in cap. quoniam de probationib.* & veritas eſt iudic.j domina atque directrix, cui iudices ſeruire debent, quoniam iuxta Fragoſum *de Regimine Reipublic. Chriſtianæ lib. 1. Diſput. 2. §. 1. numer. 101.* veritas omnium fortiſſima, mater iuſtitiæ eſt, diſputando & notando magis eluceſcit, eademque crebrius exagitata magis ſplendeſcit, & in diſputatione limatur, vt probat Cacher. *deciſ. 30. num. 1.* atque argumentis ſæpe latens veritas aperitur, candorem amat, latebras odit, tricas horreſcit, aditus patentes quærit, libera eſt, ſeruire neſcit, aliena vmbra tegi non vult, ſuo lumine delectatur, cum ſeruili ignauoque hominum genere commercium non habet, ſolis liberis & ſpeculantibus præſto eſt, hinc Iſiodorus *de ſummo bono*, exclamat, magna eſt, inquit, vis veritatis, quæ omnia ingenia, aſtutias & calliditates ſuperat, quæ contra ficta ſimulataque figmenta ſeipſam defendit, quæ poſt Deum colenda eſt, quod pluribus proſequitur & probat: Hieronym. Giachatis *de ſyndicatu num. 262. & ſeqq. poſt opera criminalia Iulij Clari* impreſſa vbi & illud Baldi *in l. precibus Cod. de impuber. & alijs ſubſtit.* viam quaſi ferro aperit, qui per contraria vadit, quandoquidem contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, & dubiorum ſolutio eſt veritatis inquiſitio, Reushnerus *conſilio 1. in fine pr. & deciſio Rotæ Genuenſis 14. ſub num. 29. ibi*, priùs eſt, vt noſtra firmemus, deinde obiecta confutemus Ariſtot. *3. Rhet. & num. 113.* regulariter, ait, tota vis & difficultas conſiſtit in reſpondendo ad contraria, & illis ſolutis concluſiones redduntur clariores per DD. allegat. & rurſus Giach. ex Caſtr. *conſ. 390. dicit*, quod Iudex, qui eſt Dei miniſter, veritati inhærere debeat,

&

Digitized by Google

& Fragoſus *d. Tract. lib. 4. diſp. 7. §. 2. n. 20.* quòd Magiſtratus & Iudices veraces eſſe debeant, tam apud partes, quàm apud Principem cauendo ab adulatione, iuxta *Pſal.* 118. loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu Regum, & non confundebar, non enim poteſt ſtare iudicium ſine veritate, quia comites ſunt, ſi enim non ſint veritatis amatores, quomodò verum agnoſcere poterunt? Patiemurne igitur, inquit Lactantius *in lib. de opificio Dei, cap. vlt.* extingui aut opprimi veritatem? ego verò libentius vel ſub hoc onere defecerim, nam ſi M. Tullius, eloquentiæ ipſius vnicum exemplar, ab indoctis & ineloquentibus, quia pro veritate nitebantur, ſæpe ſuperatus eſt, cur deſperem veritatem ipſam contra fallacem captioſamque facundiam ſuâ propriâ vi, & claritate valituram?

4. Iudex autem ad nihil aliud inuentus eſt, quàm ad veritatem indagandam, Gramm. *deciſ. 34. num.* 2. & eidem ſemper locus eſſe debet *l. fin. ff. de probat. l. 3. §. ff. de iureiuran. & d. cap. conſuetudo, & cap. conſuetudinem diſtinct. 8. cum concord.* Iudex enim vir bonus dicitur, ſupra *de Perſonarum acceptione*, at viri boni ſunt veritatis cultores, fraudis inimici, Cicero 1. *Offic.* & Rex ſeu Iudex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur, *Prouerb. 25.* imò veritas dicitur in Viuio *d. loco in fin.* Iudicis oculus, cui pro poſſe debet inhærere; quanta verò veritatis vis ſit, pluribus tradiderunt Iaſon *conſ. 77. in prin. lib. 1.* Neuizan. *in ſylua nupt. lib. 5. num. 2. punct.* 112. Arnold à Reyger *in Theſauro Iuris, lit. V. verbo Veritas*; Viuius *deciſ. 189.* & paſſim alij, adeò vt dicat Surdus *deciſ. 234. num. 5.* quòd promiſſio facta in veritate, habeatur pro iuramento, hæc talis eſt, nihil quòd erubeſcat, niſi abſcondi, Tertull. *Apolog. 45.* audaciorem veritas facit, inquit Nazarius *in Panegyr. pag. 89.* quippe tanta eſt veritatis præſtantia, vt & ipſi teſtes pro ea habenda torturę ſubijciantur in duobus caſibus, 1. ſi negent ſe interfuiſſe facto, & de mendacio conuincantur, 2. ſi dicant ſe interfuiſſe, & recuſent dicere veritatem, vel ſi vacillent in ea dicenda, Peguera *deciſ. 16. in addit.* vbi & ex Bartolo tradit, quòd teſtis poſſit torqueri, ſi contra illum ſit præſumptio de ſcientia facti, vel ſi vacillet.

Ex prædictis euincitur, quòd pro aucupanda cuiuſquam hominis, vel etiam ſummi Principis gratia, non ſit negligenda veritatis & iuſtitiæ maieſtas, nam iram DEI in ſe prouocare dicitur, qui metu cuiuſdam poteſtatis veritatem occultat, *cap. quiſquis, 11. quæſt. 3.* & potius eſt tolerandum ſcandalum, quàm veritatis omiſſio, Decius *conſ. 368. in fin.* Pariſ. *conſ. 51. in fin.* & *conſ. 53. num. 33. lib. 4.* Cephalus *conſ. 454 num. 64.* Franciſcus Marcus *par. 1. quæſt. 892* vbi tamen declaratur, quòd illud procedat in veritate vitæ, quæ non debet dimitti propter ſcandalum, ſecus in veritate iuſtitiæ & doctrinæ, quæ interdum dimittitur propter ſcandalum, intellige vt ibi in exemplo, alias nec hoc facilè practicandum, quandoquidem, vt docet Tertullianus *de veland. virg.* Bonæ res neminem ſcandalizant, niſi malam mentem, mors potius obeunda, quàm veritas deſerenda; & ſanctus Auguſtinus *de liber arbitr.* Si de veritate, inquit, ſcandalum ſumitur, vtilius permittitur naſci ſcandalum, quam veritas relinquatur; quia dicit Dominus, ego ſum veritas *Syrach cap. 4.* Iuſtus eſt DEVS noſter, & viæ eius veritas & iuſtitia, & *Pſ. 119.* 5.

Bbbbbb 3 Ini-

Inimici igitur veritatis inimici DEI ſunt, quemadmodum hæreſis fuit, illa Priſcilianorum, teſte ſancto Auguſtino *de hereſibus*, opinio:

Iura periura, ſecretum pandere noli.

quod etiam teſtatur Iuſtinianus *in l. 8. ff. de condition. inſtit.* de quibuſdam, qui valdè faciles ſunt ad iurandum contemptu Religionis, & vltro ſe offerentes audiui, quos meritò ſuſpectos dicebam ex Seraphino *tract. de priuilegio iuram. pr. 31. in addit. num. 44.* quia iniuſtè quid detinens facilè iurabit, quod hoc ipſum iuſtò titulo poſſideat, vt retinere poſſit, vel debitum ſoluere non cogatur, tam multi enim iureiurando abutuntur, vt Laberius iuſiurandum dixerit emplaſtrum æris alieni, ideo Plato noluit cuiquam in re ſua deferri iuſiurandum, 12. *de legibus*, ſic & ego conſului, quòd non cuiuis iuramentum deferendum ſit, quia iuxta Wameſium *ad ius Canon. de except. conſil. 137. in fin.* iuramentum voluntarium, quòd pars parti in iudicio refert, ſemel præſtitum irreuocabile eſt, & loco ſolutionis cedit, ita vt parti deferenti remedium appellationis denegetur, ſecus vbi Iudex illud defert in ſupplementum probationis vel in exoneratione, vide Seraphin. *d. tract. priuileg. 102.* ignorantiæ tamen iuramento probatæ contraria admittitur probatio legitima, DD. allegat Coratius *de except. contra præiud. ſentent. except. 49. num. 161.*

6. Quandoquidem veritati tanquam matri Iuſtitiæ omnia cedunt, Bald. *in l. libertini, ff. de ſtatu homin.* ſic res iudicata cedit confeſſioni partis victricis, vti exornatur à Paciano *de probat. lib. 1. cap. 11. num. 5. & ſeqq.* imò & probatio cedit veritati, quoties pars victa, poſt rem iudicatam admiſſa, veritatem, & ſententiæ iniquitatem demonſtrat, quo caſu ſententia retractanda venit, Iaſon *in l. patre furioſo col. 3. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris*, Menoch. *rem. 4. adipiſcen. poſſeſſ. num. 608.* Innocentius *in cap. cum Bertold. de re iudic.* intellige & declara vt per Pacianum *d. cap. 11. numer. 3. & ſeqq.* ſic etiam iuramentum cedit veritati, Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 50. numer. 6.* ita & communis opinio cedit veritati, Colerus *de proceſſ. execut. par. 4. cap. 1. num. 41. & ſeqq.* & quidem iure meritò omnia veritati cedere & ſubiecta eſſe debent, cum nihil in vita æquè ſit pretioſum, ac veritas; Philo *de Iudice*, adeo vt aduerſus propriam confeſſionem admittatur probatio in contrarium, *l. fin. ff. de probat.* Coraſius *in l. admonendi, numer. 20. ff. de iureiurando*, Magon. *deciſ. flor. 2. num. 26.* nam veritas in facto eſt mater iuſtitiæ; in deciſione iuris, Roland. à Valle *conſ. 6. num. 8 volum. 1.* & *conſil. 11. num. 2.* iuncto *conſ. 47. num. 11. & conſ. 88. n. 2. vol. 2.* ſiquidem iuxta S. Aug. *de liber. arb.* veritatis & ſapientiæ pulchritudo, nec multitudine audientium conſtipata excludit venientes, nec peragitur tempore, nec mitigatur locis, nec nocte interrumpitur, nec vmbra intercluditur, nec ſenſibus corporis ſubiacet, ideo & confeſſio veritati repugnans non attenditur Magon. *Deciſ. Lucana, 13. num. 21.* euidentiæque facti repugnans, probationis effectum non operatur, nec veritati præſcribere quis poteſt, vt loquitur Tertullianus *de velan. virg.* ſed ſibiipſi teſtimonium tribuere valet, iuxta Galenum; hodie tamen in cauſa aliqua propter quædã verba, & quidem pro excul-patione, & in alium finem ſcripta, quidam Iudices confeſſionem partis & veritatem negotij inde elicere, proindeque condemnare volunt, quod non licere putabam, quan-

quandoquidem confeſſio incidenter &]in alium finem facta non præiudicat, Surdus *conſ.225.num.21.*

7. Poſtquam igitur tanta eſt veritatis præſtantia & eminentia, vt etiam prauis hominibus verbo tenus amica ſit, mirum videri poteſt, vnde dimanârit illud diuerbium: Die Warheit kan nicht herbergen. hoc eſt, quòd veritas hoſpitium non inueniat, prout ſcitum & illud Terentianum:

Obſequium amicos, veritas odium parit.

Imò eò hodie deuentum eſt, vt improbus vel homo ingratus obſequio non flectatur, & ipſa veritas non quidem ipſa in ſe, ſed eiuſdem libera enunciatio quandoque adeo crudelis & amara eſt, vt mortem pariat; quia iuxta Martialem:

Vero verius quid ſit audi,
Verum gallicè non libenter audis.

quod comprobatur per Apoſtolum *ad Galatas 4.* Ego inimicus factus ſum vobis, verum dicens; ſed prioris ratio eſt, quòd hodie veritas quaſi in luto necata ſit, vt dicit Lucas de Penna *in l. quoties, ſub num. 11. Cod. de Naufragijs*, hæc enim eſt conditio veritatis, iuxta S. Hieronymum *ad Gal. 4.* vt eam ſemper inimicitiæ perſequantur, ſicut per adulationem perniciofæ amcitiæ côquiruntur, libenter enim, quod delectat, audimus, & offendit omne, quod nolumus; *& in epiſt. ad Marcellum*, Ita ſe habet natura, vt amara ſit veritas, blanda vitia æſtimentur, nam ſemper inimica veritatis vitia ſunt, & optimi quique ab improbis, quaſi exprobrantes, aſpiciuntur Sulpit. *lib. 3. hiſtor. pag. 513.* ea propret veritas ſemper inuiſa eſt, quod is, qui peccat, velit habere liberum peccandi locum, nec aliter putet, ſe malefactorum voluptate ſecuriùs perfrui poſſe, quàm ſi nemo ſit, cui delicta non placeant, latiùs Lactantius *lib. 5. cap. 9.* atque ita verum eſt, quòd ex tribus optimis, tria oriuntur peſſima: è veritate odium; è fęlicitate inuidia; atque è familiaritate contemptus, ſi ſit nimia, iuxta illud vulgatum: Nimia familiaritas contemptum parit; *cap. quando, diſt. 86.*

Hinc luculenter apparet, hodie veritatem propugnare non ſatis tutum, imò periculoſiſſimum eſſe in mundo furioſo, impio, iniuſto, fallaci ac mendaci, qualis enim quiſquis eſt, qui errata & vitia ſibi objici æquus ferat? quis, cæteroquin agnus, hic leo non eſt? idcirco exclamat S. Paulus *ad Galat. cap. 3.* O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit non obedire veritati, quomodo hodie contra illos exclamari poſſet, qui tam in ſacris quàm profanis veritati varia infligunt vulnera, errantibus ſimiles, qui enim ſummam veritatis amiſit, ſemper erret neceſſe eſt, Lactantius *de ira Dei, cap. 27.* quemadmodum proprium & commune hoc eſt, quòd errores veritatem oppugnent, in argumentum ipſam veritatem adducentes, ſimile illud ſancti Ambroſij *in Pſal. 118.* defenſio non eſt arrogantia, ſed cuilibet eſt licitum, ſua iura tueri, &, quia veritatis inueſtigatio permittitur, magis defeſio licita eſt. 8.

Sed ſemper aduertendum eſt, quemadmodum diſputando veritas exquiritur, ita nimium altercando amittitur, neque enim pro veritate certandum eſt armata potentia, ſed potentiore patientia, S. Auguſtinus *lib. 18. de ciuitat. Dei, cap. 54.* Sacris, inquit Philo *de vita contemplat.* ſufficit pura ſimplicitas, ac proinde apices Iuris in foro conſcientiæ non excuſant, & ſubtilitas ibi penitus vitanda eſt, forum enim conſcientiæ, eſt forum boni & æqui coniuncti, quæ ita perfecta iuſtitia requirit, ideo debet vocari tribunal 9.

bunal veritatis, (ſicut & Menoch. *de arbit. lib.1.quaſt.45.num.6.*conſcientiæ forum æquitatis eſſe dicit) non fictionis, Viuius *deciſ.160.num.10. & 11.* ibi & ex Bald. docet, quod conſcientiæ non conueniat de apicibus iuris diſputare, & in fine, quòd dicta Sanctorum tanquam lex verè & certè ſint attendenda,& eorum ſcriptis omninò ſtandum,*cap.nonnulli 16.quaſt.1.cap.2.de Clericis non baptizat.* & DD. *in l.1.ff.ſi cert.petatur,* (quod tamen vide declaratum ſupra *de Opinionib.)* Hinc non immeritò Conſtantinus Imperator reſpondiſſe fertur cuidam obſtinato,dictis Sanctorum credere recuſanti: Scalam pone in cœlum, aſcende, vt ſecurus fias; Stultum eſt inquit Cyrill. Alex. contendere ſuperfluè,&ad ineptas quæſtiones reſpondere; iuuenum enim hæc ſunt exercitia, qui in negotijs, & negotijs rerum adhuc ſunt rudes, Greg. Tholoſ. *de Repub. lib.17.cap.3.* & Germani dicunt:

Mit viel hadern vnd diſputiren
Thut man die hochthewre Warheit verlieren.

vnde proh dolor! nimis verè vereor,quòd multi hodie contra SS. Patres & autoritates Conciliorum leuiter reluctantes periculo ſuo experiri velint, num propriæ ſuæ ſententiæ,dic opiniones,imò phantaſmata, præualeant,nimirum veri ſpecie & vmbra decepti, dum ſibi præ cæteris ſapere videntur, facetis fabricis & doctis dolis,ait Plautus *in milite glorioſ.* glaucoma ob oculos obijcitur, ſiquidem iuxta Proſper. *de Ingratitudine:*

—— quem non recto via limine ducit,
Quanto plus graditur,tanto longinquius errat.

& vbi ſemel à recto deerratum eſt, maturè in vitia,in praua,in præcipitia veluti de vno abuſu in alios ferimur, Vell. *lib.1.*

Sed quia quotidianus debet eſſe periculi metus, cuius naſcitur incurſus, maior vtique debet eſſe in illis,qui veritatem à ſanctis Patribus traditam & Conciliorum autoritate confirmatam non amplectuntur; quid enim profuit, inquit Lactant. Firmian. *lib.2.Diuinarum inſtit.* te vidiſſe veritatem, quam nec defenſurus es, nec ſequuturus, quidque etiam Cicer. autore *lib. 1. de Natura Deorum,* tam temerarium tamque indignum ſapienti grauitate atque conſtantia, quam aut falſum ſentire, aut quod non ſatis exploratè perceptum & cognitum, ſine dubitatione defendere; Peſſima conſuetudo eſt, inquit Caſſiodorus *3. epiſt. 3.* deſpicere veritatem; illis autem iuxta S. Chryſoſtomum *ſuper Matth.* non poteſt eſſe excuſatio condemnationis, ignorantia veritatis, quibus fuit inueniendi facultas, ſi fuiſſet quærendi, dic hic, ſequendi voluntas? quia eſt exploratum, quòd multi ſint, qui poſſunt quidem, ſed nolint recta poſſe, vnde Pſalmiſta *Pſal. 35.* noluit intelligere,inquit, vt bene ageret, quæ ferè ita allegantur *in cap.excellentiſſimus* 11. *quaſt.3.* quia capacitas ſenſus hæreticorum inſaturabilis eſt, & vt Apoſtolus dicit, ſemper diſcentes, nunquam ad veritatem peruenientes, falſitas falſitatem trahit, S. Auguſtinus *lib. 1. contra Creſcent. cap. 27.* & modica tranſgreſſio à veritate diſcedentibus,fit longè maior,quia principium virtute maius eſt, quàm magnitudine, ideo quod in principio modicum eſt, in fine fit perquam magnum, Ariſtot. 1. *de Cœlo, cap.5. num.33.* 10.

Verum ne temere de temerario iudicio arguar, aduertendum eſt ad illud S. Auguſtini *in lib. de ſermone Domini in monte,* ſuper illud Matthæi; *Nolite iudicare & non iudicabimini*; hoc loco ait,nihil aliud præcipi 11.

cipi exiſtimo, niſi ea facta, quæ dubia ſunt, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur, de his autem, quæ non poſſunt bono animo fieri, ſicut ſunt blaſphemiæ & huiuſmodi, nobis iudicare permittitur, de factis autem medijs, quæ poſſunt bono & malo animo fieri, temerarium eſt iudicare, vt condemnemus; & rurſus *contra Manichæos lib.* 11. *ſuper prædicta verba*, dicit, hoc loco nihil aliud nobis præcipi exiſtimo, niſi vt ea facta, quæ, dubium eſt, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur, quod autem ſcriptum eſt, ex fructibus eorum cognoſcetis eos, de manifeſtis dictum, quæ non poſſunt bono animo fieri, aut quædam facta media, quæ ignoramus quo animo fiant, quia in malo & bono fieri poſſunt, de quibus temerarium eſt iudicare, maximum vt condemnemus, imò duo ſunt in quibus temerarium eſt iudicium, quo animo quid factum ſit, vel incertum qualis futurus ſit, qui nunc vel bonus vel malus apparet; malus autem ſemper hæreticus vt talis. Catholica igitur veritas complectenda eſt, ne Catholicè dicatur quòd extra eam non ſit ſalus, qui vnitatem Eccleſiæ non tenet, quomodo fidem tenebit, adulterari non poteſt ſponſa Chriſti incorrupta eſt & pudica, vnam domum nouit, vnius cubiculi ſanctitatem caſto pudore cuſtodit *cap. ſequitur 24. quæſt.* 1. addantur tradita *in diſtinct.* 11. *& ſupra de Dubijs, de Æquitate & de Opinionibus*; pro Iuſtitia ergo, dic & veritate, agonizare pro anima tua vſque ad mortem, certa pro illis, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos *Eccleſ. cap. 4.* nam licet veritas odium pariat, & ſæpe periculum, veritas tamen manet repugnante etiā quocunque, veritas tandem vincit, & bona cauſa triumphat; nec poſſumus aliquid contra veritatem, ſed pro veritate, vt S. Paulus 2. *ad Corinth. cap. 13.* & *cap. 6. diſt. 34.* exclamando dicit, audiat Deus, ſi vos ſurdi eſtis, audiant Angeli ſi vos contemnitis; Eccleſia Catholica ait cum S. Paulo *Actor. 20.* mundus ſum à ſanguine omnium, non enim ſubterfugi, quo minus annunciarem omne conſilium Dei vobis, ſed animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei, Apoſtolus 1. *Cor. cap.* 2. Non percipit, inquam, quæ veneranda Antiquitas ſtatuit; quæ vt teſtis luculentiſſima, verum eſſe prædicat conteſtaturque in tanta doctrinarum omnium ſæculorum varietate, fidem Catholicam Romanam ſeu Pontificiam in ſuapte vnitate & ſtabilitate, contra errores inductos, conſiſtere, quam tamen nouitas negligit, *cap. anteriorum, verſ. illud* 2. *quæſt. 6.* apud nos inconuulſis radicibus viuit antiquitas, cui decreta Patrum ſanxere reuerentiam *cap. antea 25. quæſt.* 1. *ibi & cap. prima*, ſalus eſt noſtræ fidei regulam cuſtodire, & ex conſtitutis SS. Patrum nullatenus deuiare, ſed nequeunt oculi aſſueti tenebris, inquit ſanctus Auguſtinus, ſummæ veritatis radios intueri, tenebras enim vident, tenebras diligunt, tenebras approbant, de tenebris euntes in tenebras, neſciunt vbi corruant, captiui à proprio ſenſu & intellectu; neque enim S. Auguſtino teſte, *Tractatu 18. in Ioannem*, aliunde emerſerunt dogmata peruerſitatis illaqueantia animas, niſi ex eo; quòd ſcripturæ bonæ non intelligantur benè, & quod in eis eſt, non benè intelligatur; etiam temerè & audacter aſſeratur, &c. & huic audaciæ, vt ſæpius audiui, ſpecioſus prætextus ponitur, quòd ſanctus Spiritus, electis & Chriſti fidelibus aſſiſtat, & ſenſus reconditos, quantum ad ſalutis neceſſita-

tem ſufficit, aperiat, quaſi verò illi electi ſint, qui ſeipſos ſegregant ab Eccleſia Romana, quaſi inquam, ſanctus Spiritus alium iam ſenſum ipſis inſpiret, quam olim SS. Patres docuit, vel alium quem tradit Eccleſia; ſtetit hic ſenſus, tanquam inconcuſſa veritas contra veteres errores, ſtat contra modernos, & ſtabit contra futuros, tanquam propugnaculum inſuperabile, contra omnium, quotquot fuerunt, quotquot ſunt, & quotquot erunt hęreticorũ, S. Scriptura palliatas opiniones minimè ſunt mutanda, inquit Iuriſconſultus *in l. minimè, ff. de ll.* quæ interpretationẽ ſemper certam habuerunt.

12. Quàm fœlix igitur eſt, qui Eccleſiæ meruerit incorporari, quis inueniet eam? per obedientiam veram, per fidem & charitatem, vt ſit vnum membrum & electa plebs ipſius, magnum & arduum eſt hoc, imò & rarum; nam multi ſunt vocati, pauci verò electi, Dionyſ. *Prouerb. 31.* nam licet Catholici quoque fateantur, quòd vnius vel duorum, vel etiam plurium SS. Patrum in his, quæ ad ſacras litteras & doctrinam fidei pertinent, non ſit firma, ſed tantum probabilis auctoritas, tamen vbi eſt concors omnium ſanctorum Patrum ſententia, ac ſenſus circa fidem & ſacram Scripturam, omninò tenenda eſt, Barboſa *in cap. noli, diſt. 9.* ergo iiſdem refragari periculoſiſſimum; non propriam doctrinam, inquit Caſſiodorus, ſed priſcorum dicta commendo, quę poſteris laudare fas eſt, & prædicare glorioſum, quoniam quidquid de priſcis ſub laude Domini dicitur, odioſa iactantia non putatur; hinc Cicero *de natura Deorum 3.* à te Philoſopho, inquit, rationem accipere debeo, maioribus autem noſtris, etiam nulla reddita ratione, credere, quis hoc credet dicit Poëta:

——— *niſi ſit pro teſte vetuſtas.*

Sola virtutum incorrupta teſtis, Fab. *declamat. 3.* cuius auctoritas, inſtar Prophetiæ S. Gregorius *ſuper Pſal. 7.* quæ pro Eccleſia Catholica ſtat vetuſtas veritate ſubſiſtens, quæ verum cultum, ſenſumque retinet, & vt perbellè Lactantius *lib. 14. cap. 30.* dicit, hic eſt fons veritatis, hoc eſt domicilium fidei, hoc templum Dei, quod ſi quis non intrauerit, vel è quo, ſi quis exierit, à ſpe vitę & ſalutis æternæ alienus eſt, nec prædictis obſtat illud Plinij *lib. 14. ep.* Inuenio, inquit, apud ſapientes honeſtiſſimum eſſe, imitari maiores, ſi modo recto itinere præceſſerint, cum & alias ſic diligendi ſint homines, vt eorum non diligantur errores, S. Auguſtinus *ſuper Ioan.* ac proinde ſanctorum Patrum dicta cedere debeant veritati, Concilia ipſa, ſacris Literis; ſed huius opinionis fucum oſtendi ſupra *de Æquitate*; dum hæc obiectio pro vero præſupponat, quod eſt in quæſtione, an ſancti Patres, vbi omnes conſentiunt, errent, an Concilia ſacris Litteris aduerſum quid doceant? quid quæſo maius, quid ſanctius eorum auctoritate, qui à Spiritu ſancto illuminati fuere, quis tanto ſuperbiæ faſtigio tumidus eſt? qui Conciliorum ſenſum contemnat, quæ in Spiritu ſancto congregata, Catholicas faciunt interpretationes & definitiones; tu igitur noli altum ſapere, ſed time, Apoſt. *ad Roman. cap. 12.* & noli contra Antiquitatem, contra ſanctorum Patrum auctoritatem, & Conciliorum decreta, tibi diuinos affingere afflatus, venerari potius, quàm interpretari diuina oracula conſueſcas, vt dicit Simmachus. 13.

ORATIO.

CRedo itaque Domine, quòd recta ſit atq; irreprehenſibilis fides hæc, quam præ-

prædicat ſancta DEI Catholica & Apoſtolica Eccleſia *l. cum recta, C. de Summa Trinit.* etſi eam veritatis hoſtes obtentu nominis vt Papiſticam, quaſi ab ipſa re alienum vocabulum, maximè omni tempore conueniens à Capite Eccleſiæ in terris exiſtente deſumptum *l. reddentes, Cod. d. tit.* oppugnent, ſatis abundè ab orthodoxis Patribus propugnatam, Sanctorum confeſſionibus per totum orbem roboratam, doctorum Virorum ſententijs adunatam, ſanguine Martyrum ſignatam & miraculis claram, hanc fidem ego agnoſco & amplector Domine IESV quam tot ipſe ſignis tamque euidentibus argumentis feciſti illuſtrem, vt meritò quiuis prudens aſſentiri illis poſſit & debeat, opportunum eſt ergo voce exclamare prophetica, iucundetur tibi & mihi, (qui promptiſſima voluntate captiuamus intellectum noſtrum in obſequium fidei, dum noſtrum iudicium S. Litteris earumdemque vero ac genuino ſenſui ab Apoſtolis tradito, à Viris ſanctis expoſito, & ad nos propagato ſubijcimus & meritò ſubijcere debemus; nam quamuis Plato, alijque Sapientes Græciæ, nec non Acatholici Biblia ſacra legerint, & adhuc indies legantur, tamen hoc ſine fructu & ſcientia veritatis fecerunt, iudicio ſuo ipſa Biblia ſeu ſacras litteras ſubijcientes, non ſe illis) & abundet Cœlum deſuper, & effundant montes iucunditatem, colles lætitia lætabuntur *Pſalm. 95.* huic fidei quiſquis contradictor extiterit, alienum ſe à ſancta communione, alienum ab Eccleſia iudicabit eſſe Catholica *l. liquet, Cod. d. tit.* ideo credo tibi, ô prima & fulgentiſſima æterna Veritas, ô DEVS meus, ac pro certiſsimo ac veriſſimo habeo, quidquid tu nobis reuelare dignatus es, & per Eccleſiam tuam, quæ eſt columna & fundamentum veritatis, proponis credendum, ſiue id ſcriptum ſit ſiue non ſit, eique firmiſſime aſſentior non alia ratione nixus, quàm quia infinita tua Bonitas & Sapientia id nobis reuelauit, abſque te enim deficit mihi veritas, iudicium, ſcientia & diſcretio omnis, quia dum tua abeſt illuſtratio, vanitas videtur veritas, malitia iuſtitia, vitium virtus, & ſcelus zelus; illumina ergo cor meum, adauge fidem meam, in hac fide & in bono vſque ad huius vitæ finem concède perſeuerantiam, vt tandem conſequar ſalutem atque in te omnia bona, quæ idem fideliſſimus DEVS promiſiſti nobis per IESVM CHRISTVM filium tuum & Dominum noſtrum in ſæcula ſæculorum benedictum.

CAPVT II.

Quid ſit Veritas, quotuplex, & quando dicamur ſcire?

GLoſſa *in Nouell. 73.* dicit, veritatem aliam eſſe diuinam, aliam humanam; Diuinam eſſe ipſum DEVM. iuxta illud *Matthæi:* Ego ſum via, veritas & vita; humanam definit, quòd ſit notitia rei, maximè per viſum, ſed Alexand. *conſ. 56. ſub num. 1. vol. 4.* veritatem nihil aliud eſſe ait, quam adęquationē rei ad intellectum, quæ ſi benè conſideretur, in primam redundat, quare Additionator ad Alexand. *in lit. C.* voluit, quòd iſtę definitiones ſiue deſcriptiones referantur potius ad notitiam veritatis, quam ad ipſius eſſentiam, quemadmodum non ideo quid verum eſt, quia verum ita eſſe dicimus, ſed illud verum dicitur, quia tale eſt, Ariſtot. *lib. 9. Metaphyſ. c. 1.* vnde licet Moyſes in lege ſua, citatus *in cap. cum eſſes, x. de teſtam.* dixerit: In ore duorum vel trium 1.

 ſtat

Digitized by Google

ſtat omne verbum; tamen inde non efficitur, quod duo vel tres affirmauerint, hoc ipſo ſit rectius & verius, ſed id eo capite ſignificatur, vt quamdiu in hac mortalitate conſtituti ſumus, quid ſit verum, non facile poſſit apparere, ea ipſi cum veritate coniuncta exiſtimemus, quæ ex plurium opinionibus conflata ſunt, vnde fit, quamuis veritas ſemper vna & perpetua ſit, neque aliorum aſſertione ſuſpenſa, quia tamen plerumque in obſcuro latet, eſt animi ingenui potiùs cum multis ſentire, quàm propria alacritate de re quacunque velle iudicare, ſic eleganter dicit Coſtal. *in proœmio aduerſariorum ſuorum*, quemadmodum & vulgò dicitur, quod ex noſtro affirmare vel negare nō immutetur rei veritas, *l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præſidis, l. cum facta*, vbi DD. *Cod. de iuris & facti ignor.* ſed cum veritas ſæpe in abdito ſit, ideo communis opinio præſumitur vera, & pro veritate habetur, Alciatus *1. præſumpt. 51. num. 2.* ſic & illud verum dicitur, quod probatur *d. §. veritas*, quod & Iudex ſequi tenetur, & ſecundùm probàta iudicare, iuxta tradita *de adminiſtratione Iuſtitiæ cap. 1. & de Iuſtitia fori & poli*, vbi quoque ex Scaccia probatum extat, quòd Iudex non ſecundùm conſcientiam propriam ſiue priuatam, ſed ſecundùm allegata & probata iudicare debeat, quippe conſcientia publica & communis, priuatæ præferri meretur, *cap. iudicet, ibi gloſſ. 3. quæſt. 7.* Couarruuias *in cap. poſſeſſor, par. 3. §. 2. num.* 11. & ibi Peckius *de regulis iuris in 6.* quandoquidem conſcientia ex iure debet informari & ſcrupuloſa deponi Bald. *conſ. 295. num. 2. lib. 1.* Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 2. cap. 14. num. 7. & 8.* requiritur enim in foro externo publica ſcientia Iudicis, ita vt priuata non ſufficiat, ne ſub priuatæ ſcientiæ prætextu & colore vindictas proprias ſumat & iniuſtitias faciat, Scaccia *de commerc. & camb. §. 1. quæſt. 7. ampliat. 19. num. 35.* vbi hoc ipſum comprobat exemplo Danielis *cap. 13.* & ita ſæpius iudicatum fuiſſe teſtatur Chriſtin. *vol. 2. deciſ. 148. num. 21.* contra ea quæ docet Coral. *miſcellan. iuris, cap. 20.* ſed tamen aliquot limitationes dat Felin. *in cap. paſtoralis, num. 21. x. de offic. deleg.* quia vero probationibus creditur, factum intellexi (non de Germanis) quod per Actorem, quandoque per Reum, modicâ pecunia falſi ſubordinentur teſtes hoc & illud affirmantes pro vero; quod tamen à parte rei falſum erat, quo caſu, licet & ipſe Iudex vt priuatus rem aliter ſe habere ſciret, neque alijs modis contrarium eius detegi poſſet, ſecundùm allegata & probata, vt publica perſona iudicabit. Hinc conſtat, quod veritas humana, quæ & facti dicitur, ſæpè tollatur, ſicut & veritas creata, ab homine mutari poteſt Mynſing. *6. obſeruat. 25. num. 3.* in qua obſeruatione & tribus ſequentibus de materia confinium & terminorum notabilia tractat, & ita non ſolum huiuſmodi veritas humana, ſed & ipſæ leges poſitiuæ variantur, cum & in ipſis non ſit ratio perpetua, quia aliquando ex præſumptionibus quid fundatur, quod alio apparente euaneſcit, tum etiam quia ex moribus temporum, perſonarum, & locorum conditione colligitur ratio, vnde hiſce variatis, variatur & ratio, & ſic ipſa lex poſitiua, quod tamen limita in legibus quæ ex præſumptione iuris & de iure ſtatuuntur, quia iſtæ ſunt perpetuæ & non mutabuntur niſi vno caſu, videlicet ſi veritas per confeſſionem aduerſarij in contrarium pateat, quæ latius proſequitur Zaſius *in l. non omnium*

num.

num: 23. & ſeqq. ff. de legib. vbi &, an in teſte inquirenda ſit ratio, vt veritas eluceſcat, & tradit duo pulchra moralia, noli altum ſapere, ſed ſapias ad ſobrietatem, ſecundo, non inquirendum eſt quod inquiſitum plus ſubuertit, quam ædificet, ſic quotidie dicimus, veritas in paucis conſiſtit, quod veritatis ſimplex ſit oratio, quam implicare non oportet, vt dicit Seneca *Epiſt. 49.* & Fred. de Senis *conſ. 254.* eum qui veritatem tradit non laborare, ſed in his, quæ adducuntur pro eius oppoſitione, ea magno labore & languore tradi, quæ latiùs tradit idem Zaſius *lib. 2. conſ. 2. num. 82.* vbi dicit, ſeſe pro veritate reſpondere, quem ad hoc in reſponſis meis ſæpius adduxi, conformiter Cothom. *vol. 4. reſp. 18. num. 18. refert Euripidis dictum.* quod veritatis ſimplex ſit oratio *& num. 19. Pindar* quod in cauſa bona tria verba ſufficiant, *& rurſus vol. 5. reſp. 22. num. 23. in fine* ait, cum veritatis & iuſtitiæ laqueis conſtricti ſe expedire nequeant, extranea miſcent, pro lege veritatis vſurpant legem vanitatis, Rurſus idem Zaſius *in lege qui Roma §. duo fratres num. 10. ff. de verb. oblig.* dicit, quod veritas alia eſt vera, alia opinata, in veritate vera, dictio, quaſi, verè affirmat, vt eſt in Sacris litteris, vidimus gloriam eius quaſi Vnigeniti, in veritate opinata ſecus eſt, exprimit enim potiùs opinionem, vbi & quod præfata dictio, quaſi, ſignificet quoque fictionem v. g. incedit quaſi ſtultus, & ſic veritas humana eſt, verum eſſe aliquando, verum dici, vel hoc vel illud pro vero haberi, & ſic veriſimilia ſequimur, ita & conuentiones ex veroſimili mente extenduntur Mantica *de tacitis & ambiguis lib. 3. tit. 1.* è contra teſti in veriſimilia deponenti non creditur Maſcard. *de probat. concluſ. 1358. per tot.*

Quamuis autem veritas humana multiplex ſit, alia enim eſt quæ dicitur bonæ vitæ, alia quæ dicitur veritas diſciplinæ ſeu doctrinæ, alia quæ nuncupatur veritas Iuſtitiæ, & alia eſt veritas Philoſophiæ, de quibus Carau. *Rit. 288. Capitulum emanatum à Duce Calabriæ not. 5. ad quem ſe remittit* Marcellus Cala *de modo artic. & probandi gloſſ. 4. num. 4.* tamen hic de ea veritate humana agitur, quæ & facti dicitur, & ex probationibus, argumentis, coniecturis & præſumptionibus, vel etiam ex omnibus ijs, quibus Iudicis animus inſtruitur, conſtat, de quo præter Vaſquium *lib. 5. contr: cap. 26. num. 8. vbi quoque exornatur, vide ſupra de adminiſtratione iuſtitiæ cap. 1.* iuncta doctrina Bart. *in l. admonendi ff. de iureiur.* ibi & quando quid dicamur ſcire, imo ſcire dicimur, quando à fide digno certiorati ſumus Felin. *in cap. præterea de teſtibus* vbi & alij modi, quibus ſcire dicimur, quod non vidimus, ſic quoque docet Iaſon *in conſ. 76. num. 7. vol. 3.* quod quis pro certo ſcire dicatur, certioratus à viro digno, vel à viro docto, vt quis conſtituatur in bona fide, Peckius *in cap. eum qui certus, num. 2. de regulis iuris in 6.* & plures allegat Tiraq. *de pænis temp. cauſa 51. num. 26. & ſequent.* quod perſuaſa talis credulitas non ſolum facit abeſſe dolum, ſed etiam dictum viri memorati conſtituit in bona fide *Gloſſ. in lege Titio ff. de condit. & demonſt.* & reſpondit Baldus *in lege iudicia C. de rei vindic.* quod ſi quis audiuerit ab homine notabili, quod emerit talem fundum, licet verùm non ſit, tamen ex eo cauſetur credulitas ad præſcribendum, imo bona fides ex iniuſtis & temerarijs cauſis cauſari poteſt. Baldus *in lege 1. & ibi Gloſſ. Cod. vbi cauſa ſtat. term.* quem ad hoc allegat Nicol: Euerh. *conſ. 10.*

2\.

Digitized by Google

num. 7. Iaſon. *conſ. 153. num. 12.* quo caſu bona fides tantum præſtat, quantum ipſa veritas *leg. 178. ff. de regulis iuris* quæ iura in cauſa quadam grauiſſima, in qua & profundiſſimi & ſubtiliſſimi Duo Theologiæ Doctores Prædicatorum P. Ioannes Philippus Freidt tum Prior, poſtea Prouincialis, & Pater Nicolaus Hauſtatt Profeſſor in hac Almâ vniuerſitate Colonienſi, & Præclariſſimus Iuriſconſultus Dominus Doctor Buſtorff: mecum, retulerunt, tanquam præcipuum fundamentum relationis adduxi, effecitque vt eoſdem aliter antea ſentientes in meam ſententiam pertraxerim, non ſeparando tunc coniugem, quæ cum alio, prioris matrimonij nullitatem allegante, à Theologis & Iuriſconſultis informata licere, matrimonium contraxerat, quæ, niſi Fiſcus egiſſet, ad petitionem primæ, quæ allegabatur, ſed non probabatur mortua, ſeparanda interim fuiſſet, alias quando viro bono credi non debeat, docet Felinus *in cap. cum in iure x. de offic. deleg.* Carocius *de exceptione contra praiud. ſent. excep. 120. num. 13. & ſeqq.* & quando excuſet aliquem vide Pacianum *de probat. lib. 1. cap. 49.* & rurſus alios modos, quando quid ſcire dicamur tradit idem Bart. *in l. pupillus ff. de acquir. poſſ.* & dicimur ſcire, quando ſuper facto alterius res geritur, quæ vehementer opinamur, vbi eſt expreſſus Character noſtræ exiſtimationis, quod firmiter ſic exiſtimamus, Zaſius *in l. quod de creditore §. ſi & alieno num. 2. ff. de damno infecto* Alexan. *conſ. 117. num. 10. lib. 7.* & exornatur in Paciano *lib. 1. de probat. cap. 49. num. 20. & ſeqq.* vbi & iuramentum deciſiuum, de veritate dicenda, poteſt & ſumi de his, quæ indubitanter ab alijs accepimus, de gradibus autem credulitatis quoad iudicem & quot ſint motus animi Iudicis videatur Baiardus *ad Clarum quaſt. 20. num. 4. deciſio Rota Genuenſis 28. num. 18.* Coraſius *in d. l. admonendi num. 53. & ſeqq.* pulchrè Sebaſtianus Medices *de legib. p. 3. quaſt. 21. DD. in d. l. admonendi & in l. 3. §. 2. ff. de teſtibus* præſumptæ autem veritatis exemplum habemus *in cap. afferte x. de praſump. & qua ibi not. per DD.* ad quos lectorem breuitatis cauſa remitto, ad quorum confirmationem conferunt quędam tradita *de clementia cap. 6.* & de effectu negatæ veritatis ſiue mendacij in Riccio *p. 1. collect. 209. & DD. allegatis* in Næuio *in vſibus feudorum lib. 2. tit. 26. §. Vaſallus,* de pœna negationis & quando committatur, Wameſius *tom. 1. conſ. 96. num. 6.* latiſſimè Gratianus *lib. 11. diſcept. forenſ. cap. 109.* vbi declarat, quod pœna contra negantem, intelligatur de doloſo, & quod locum habeat circum rem indiuiduam, non vero circa diuiſibilem & multos caſus ibi recenſet, in quibus locum non habeat.

CAPVT III.

Quod veritas ſemper inueſtiganda ſit, quâue via & ratione, quomodo alias actus vel iudicium non ſubſiſtat, ibi & de neceſſitate & effectu plenaria cognitionis cauſa?

VEritas ſemper eſt inueſtiganda quærendo, opponendo & diſputando, 1. Viuius *deciſion. 189.* ibi multa de veritate, induxi ego ſæpe *capit. iudicantem 30. quaſt. 5. & l. iudices & qua ibi not. per Doctores Cod. de iudic.* contra præcipitatas ſententias, *iuncto notabili textu in capit. 34. de pœnitentia diſtinct. 3.* lenta virtus & cun-

Ctatrix

Digitized by Google

ctatrix ait, non antè iudicat, quam quod honeſtum & decorum inſpexerit, velox autem iniquitas, quæ ad nocendum occaſionem quærit, omnia præcipitat, ideo non facilè ad culpam veniunt, qui veritatem examinant *Nouell.60. in pr.* veritas obuia eſt, inquit Minut. *378.* ſed requirentibus, & Menander, producitur inquit, in lucem veritas inquiſita, atque ita ipſa dubitas primus dicetur gradus ad veritatis inueſtigationem, hinc Ariſtoteles *lib.2. Metaphyſ:* inquit, veritatem inquirens ſine dubitatione, fit ſimilis ignoranti, quæ ſcire debeat: verum ſcire inquit Lactant: Firmianus, diuinæ eſt ſapientiæ, vtinam tam facilè verum inuenire, quam falſa examinare poſſem, nam quamuis ita interdum perſpicua veritas ſit, vt eam infirmare res nulla poſſit, tamen interdum quoque eſt adhibenda vis veritati vt eruatur, Cicero pro Cluentio, veritas autem ſcientiæ non eſt quærenda de riuulis ſed de ipſo fonte, *cap. ieiunium diſtinct. 86.* Ioann. And. *in cap. certificari de ſepult.* & per inueſtigationem reperitur, neque enim omne quod apparet & videtur, verum eſt, Ariſtoteles *3. Metaphyſ.* hinc Belgæ dicunt, et is niet all goldt / wat blinckt / & ex S. Hieron. dicit Raudenſis *de analogis in appendice par. 6. num.86.* quod veritas non conſiſtat in verbis, ſed in ſenſu, non in ſuperficie, ſed medulla, non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis, indeque Lactant. *lib.1.* primus gradus inquit, Sapientiæ eſt falſa intelligere, ſecundus, vera cognoſcere, adeo vt in iure Sapientia indicetur dubitare etiam de re clara, ſic & fatua dicitur quæſtio, quæ non habet rationem dubitandi, imo veritatem inquirentes ſine dubitatione ſimiles ſunt neſcientibus quo ire debeant Zaſius *lib 2. conſ.3. num.3. iunctis traditis ſupra de dubijs cap.1.*

2\. Hinc nata eſt theorica, Præcipitantia eſt nouerca iuris & iuſtitiæ & apud Cardinalem Tuſchum *littera R. repentina feſtinatio reprobatur concl. 185.* melior eſt gradus lentior, inquit Sanctus Leo *in ſermone de Pentecoſt.* per iter rectum, quam velocitas feſtina per deuium, priùs tamen vide declaratum *ſupra de litibus capitulo 4.* ideo & prouerbialiter dicitur: feſtina lentè, *de quo & ſupra de clementia capitulo 6. in fine dictum fuit,* idcirco ſententia præcipitanter lata ipſo iure nulla eſt, Gailius *de arreſtis Imperij cap.1. numer. 12.* nam veritas perquirenda & attendenda Card. Tuſch. *littera V. concluſ.165. & ſequentib.* in qua deprehendenda etiam ad ſimilitudinem attendimus Crauett. *conſil. 9. num. 25.* quia veriſimile, & correſpondens experientiæ, & rationi naturali, non eget alia probatione Mandell. *conſ.7. num.25.* ideo dicit Mynſ. *decad.6. reſp.60. num.11.* quod iudex non ſemper multitudinem teſtium, quantæ etiam ſint auctoritatis, ſed ad paucorum dicta veriſimilia deponentium attendere debeat, quid ſi varient, & qui tunc præualeant, idem Mynſing. *decad.4. reſp. 42. nu. 4.* de quo vide multa ſuperius de dubijs. Imo quod non eſt veriſimile, adeo fidem non meretur, vt etiam ad probationem admitti non debeat, & ſententia lata ſuper inueriſimili, ſit & dicatur nulla, per not. Schrad. *volum. 2. conſilio 24. numer. 39.* idem ampliatur & declaratur à Maſcardo *de probation. concl.1358.* ſed quia hæc materia veriſimilium, paſſim obuia eſt apud DD. ideo ad eos me remitto, & Nicolaus

Euerh.

Digitized by Google

Euerh. in locis legalibus *in loco A veriſimili* & Barboſa *tract. argumentaberis iuris vſu-frequent. à veriſimili & Doctores in capit. quia veriſimile x. de præſumpt.* ſic etiam ad coniecturas & præſumptiones attendit iudex Crauett. *conſil. pro genero num. 320.* de quibus latè Menochius *de præſumpt. & alij DD. iunctis ijs, qui cap. præced. citati fuerunt*, docentes per quæ Iudex ad credulitatem perueniat, ſignanter per Coraſium qui & pulchrè reſpondit *ad l. 2. §. eiuſdem ff. de teſtibus* nam licet per illum textum dicatur, quod probationes ſint iudici arbitrariæ, eo tamen inclinare debet animi eiuſdem motus, quo trahit rei probabilitas & rei ſimilitudo Wameſius *cent. 1. conſ. 77.* ita vt ſemper diligenter & ſtudioſè facti veritatem inueſtigare, & obſeruare ſe obligatum agnoſcat, & non aliter ſententiam proferat *Nouell. 112. cap. 3. §. 2. in verb.* & veritate ſubtilius requiſita legitimam proferre ſententiam, veritas namque benè inueſtigata & ſuſtentata, ſemper vincit, Seneca *Epiſt. 50.* nec prædictis obſtat, quod veritas eſt paucis contenta, nec ornatum cupit, Deus enim voluit hanc veritati eſſe naturam, vt ſimplex & nuda eſſet luculentior, quia ſatis ornata per ſe ornamentis extrinſecus fucata corrumpitur & in ſimili.

O nari res ipſa negat contenta doceri
Vino vendibili ſuſpenſa hedera opus non eſt.

5. Quandoquidem hominum mores ita hodie ſunt, vt plurimi nec veritatem agnoſcere, nec audire, nedum doceri velint, nullum hodie intra ſe manet vitium, nihil hodie turpe cuius pretium placet, igitur aduerſus tantam morum euerſionem omnia conanda, omnis generis argumenta vt potentius in hominum animas influant, ad veritatem illuſtrandam, neceſſaria videntur, inueſtiganda quippè, vt ait Cicero *de Pratura vrbana*, cauſa cognita multi poſſunt abſolui, incognita quidem nemo condemnari poteſt. Quapropter cauſæ cognitio omnino neceſſaria eſt, in quibus autem conſiſtat, vide Menochium *de arbitr. quæſt. 19.* Maſcard *de probat. concl. 33. num. 51. & ſeqq.* Contard. *in tract. l. diffamari cap. 4. DD. in l. 9. §. 1. ff de officio proconſ.* vbi Iaſon dicit, mandata ſiue clauſula licitè ſperni poſſe, quod & DD. Camerales docent, excipiendo caſus, vti dicunt vff die vier fäll / *& Doctores in l. ſi cum multa §. 8. ff. de re iudic.* vbi & quomodo dicatur præcipitanter, & ſine cauſæ cognitione, cognoſci, & quod tunc iudex habeatur pro priuato, imo ſpoliare dicitur Gailius *2. obſeruat. 76. & Doctores in l. meminerint Cod. vnde vi* Cardinalis Tuſchus *littera S. ſpoliatus à iudice reſtitui debet concluſion. 386. & littera F. facta de facto, etiam reuocanda ſunt de facto concluſ. vndecima* vbi & de tenuta data parte non citata reuocanda, iunctis traditis contra taliter factas immiſſiones à Meiſnero *lib. 1. deciſ. 31.* Farinac. *p. 1. deciſ. 511. & 513. & ſequentibus* Guido Papa *ſingular. 746. numero ſecundo & deciſ. 552 num. 2.* decidit caſum, quem modo habeo in facto ſuſtinens, quod mendacium de manutenēdo in poſſeſſione, re ipſa non diſtet à mandato executoriali, habeatq; vim executionis, à qua proceſſum inchoari iura prohibent, niſi per cognitionem ſaltem ſummariam iudici conſtiterit, quis ſit in poſſeſſione, ideo decretū manutenentiæ poſſeſſore inaudito inualidum & nullum eſſe dicebam, iudex enim manutenendo præſupponit quem eſſe in poſſeſſione Guido Papa *conſ. 91.* Mandoſius *de inhib. quæſt. 118.*

Hinc

4 hinc fit quod plerunque cum clauſula ſalutari decernantur manda ta manutenentiæ, remedium autem, quod detur contra iudicem nulliter exequentem ſeu ſpoliantem, oſtendit Meiſner. *tom. 4. deciſ. cam. imp. 19.* & quod mandatum de manutenendo, non niſi parte citata, & conſtito. de poſſeſſione detur, docet Viuius *deciſ. 226. n. 6. & 9.* nec obſtat quod dicatur, ſpoliatus à iudice, non eſt reſtituendus, niſi cùm cauſæ cognitione Crauett. *conſ. 5. num. 8.* quia id verum eſt, ſi proceſſum & ſententiatum fuerit Meiſner. *d. deciſ. 31. num. 1. & 2.* imo aliquis non priuatur poſſeſſione ex decreto Iudicis non ritè vel rectè procedentis, Farinac. *p. 1. deciſ. 560. nu. 6. & latiùs p. 2. deciſ. 85.* quod probatis extremis ſpolio agi poſſit, etiam vbi poſſeſſio capta fuit iudicis authoritate nulliter & iniuſtè procedentis, vbi & traditur, quando dominus directus finita Emphyteuſi poſſit abſque vitio ſpolij capere poſſeſſionem propria autoritate, quæ quæſtio modo in ardua cauſa controuertitur, de quo videri poterunt Gratianus *tom. 2. diſc. forenſ. ca. 378.* vbi & de pacto occupandi propria autoritate, & Papon. *de Arreſtis lib. 12. tit. 6.* vbi de pactis reſolutorijs, Valaſcus de iure emph. quæſt. 18. & tom. 2. conſult. 173. Roſenthal de feudis *cap. 10. concl. 41. num. 76. & ſeqq.* cum ampliat. & limitationibus, Magerus *de aduocatia armatâ cap. 16. num. 889. & ſeqq.* diſtinctè Raudenſis de *Analogis cap. 34. num. 345.* iuncto Chriſtinæo *ad Conſuetud. Mecchlin. tit. 10. art. 2. numer. 40. & ſeqq.* plurimi allegati apud Dias *in addit. ad Gamm. deciſ. 4. num. 2.* Zypæus *in conſult. cano. lib. 3. conſult. 2. tit. locato.* Beſold. *in theſauro pract. litt. l. verb.* Lehn *in conſilio ſubiuncto, verſic. eſt autem ius Domini*, Carocius *de except. contra praiudiciales ſent. excep. 44. nu. 241. & ſeqq.* pulchre Caualcanus *p. 2. deciſ. 36. num. 105. & ſeqq.* vbi & de filia manutenenda in feudis, ex quorum doctrinis ſuper varijs caſibus ſæpe reſpondi.

Principalis autem quęſtio de iudice nulliter & notoriè iniuſtè procedente, quod tunc non amittatur poſſeſſio per executionem facta, traditur à Farinac. *p. 1. deciſ. 561. nu. 3. & 10.* & ita, licet regulare ſit, quod fructus autoritate iudicis percepti, non reſtituantur *l. final. Cod. de carbon. edict.* hoc tamen intelligitur, ſi cum cauſæ cognitione fuerit proceſſum Afflict. *dec. 218. num. 5.* vide Meiſnerum *lib. 1. deciſ. cam. imp. 18. num. 22.* & Chriſtinæum *volum. 4. deciſ. 137. & vol. 5. deciſ. 87. num. 27. & ſeqq.* late Nicol. Euerh. Iun. *vol. 2. conſ. 1. num. 28. & ſeqq.* ibi latè de Reg. quod ſpoliatus ante omnia reſtituendus ſit, & Coſtal *in l quemadmodum § magiſtratus ff. ad l. aquil.* quomodo interdicto agere poſſit ſpoliatus à iudice, cui reſiſti poteſt, ſi non legitimè procedat, quo caſu dicitur ſpoliare Maranta in ſpeculo diſp. 1. addatur Mandoſ. de inhibit. *quæſt. 46.* Et Surdus *Conſ. 168.* quibus addendum eſt quod docet Ant. Gabriel. *in communibus concluſ. tit. de ſententijs concl. 4. & 6. an ſententia præſumatur rite lata & concl. 5. an præſumatur pro iuſtitia decreti*, vtrobique cum ampliationibus & limitationibus; alias communis reputatio & error ſufficiens eſt ad præſumendum quid ſolemniter geſtum, non tamen ſufficit ad præſumendam qualitatem hominis, ex qua redditur ſolemnis, ita Gratianus *Tom. 2. diſc. forenſ. cap. 336. num. 24. & 25. & ſeqq.* vbi declaratur *l. Barbarius ff. de offic. prat.* de quâ agit Tuſchus *litt. l. incipit lex Barbarius non habet locum multis caſibus; item litt. o, opinio & reputatio communis multa operatur concl. 157.* & diſcutitur apud Sanches de

Dddddd matrim.

matrim.*lib.3.diſp.22.quæſt.5.*an ſufficiat cõmunis error abſque titulo collato à ſuperiore cũ poſſeſſione officij,&in *præced. quæſt. & diſput.ſeqq.*de materia prædicta, & ſic de inſtrumento Notarij putatiui,agit Farinac. *de falſit.& ſimult.quæſt.*115.*num.*91.*& ſeqq.* & latè Maſc.*de probat.conſ.*646. latiſſimè Pacianus *de probat.lib.* 2. *cap.*21. & non abs re erit prædictis quoque addere Zaſium *in l. iuſtè ff.de acquir.poſſeſſ.* vbi namque quis rem iuſte poſſidere dicitur, quando ordo iudiciarius ſeruatus fuit, ea ſcilicet quæ ad proceſſum pertinent(docet enim Wameſius *cent.*1.*conſ.*39.*ſub num.*2.quod non poſſit de cauſa cognoſci niſi proceſſu pro modo cognitionis inſtructo) etiamſi non rectè poſſideat, quia rectè poſſidere dicitur quiſpiam, qui ſecundum veritatem iuſtitiæ,vel cum cauſæ cognitione poſſidet, eſt enim in iudicio rectitudo duplex, cognitionis & veritatis, Rectitudo cognitionis eſt,cum de cauſa cognoſcitur, cum iudex perpendit acta, quo caſu dicitur rectè proceſſiſſe,licet iuſtitiam læſerit, quia iudices non poſſunt ſemper ſecundum iuſtitiam iudicare,vnde ſufficit cęteris paribus,quod ex cauſæ cognitione iudicent,hoc eſt, quod ſæpius in ſententijs dicitur,viſis & diligenter examinatis actis & actitatis dicimus & pronunciamus (imo in partibus Geldriæ vidi ſententias latas continere ea quæ in actis producta erant, & verba adiecta; deſuper dicimus & decernimus vel pronunciamus) Rectitudo autem veritatis præſupponit iudicem ex iuſtitia & veritate pronunciaſſe,&tunc talis ſententia,etiamſi non procederetur ritè, id eſt,non obſeruaretur ordo iudiciarius, ſententia, maximè in ſupremis curijs,vbi ſola facti veritate attenta proceditur, valeret, & monet illa ſignanda eſſe addendo, quod dictio, ritè, in iudicijs proceſſum cauſæ reſpiciat, rectè vero,refertur ad merita cauſæ, cæterum in extraiudicialibus,puta in commiſſionibus, pactis,contractibus, negotijs, dicitur res ritè fieri,cum forma ſeruatur à iure tradita, verbi gratia,forma ſtatuti, forma conuentionis,& hoc caſu ritè & rectè differre dicit,& hoc eſſe pro iudicibus laicis, qui aliquando de cauſa cognoſcunt,audiunt partes,ſed à veritate cadunt, hos nihilominùs rectè ait iudicaſſe iuſtitiâ fori, & rectitudine cognitionis, vnde & vulgo DD. dicunt, ſententiam contra ius partis latam tranſire in iudicatum, nec prætextu nullitatis executionem impediri,Gail.*de arreſtis imperij c.* 11.*numer.* 17. *ibi & in margine remiſſiuè*, ſic ius decernere dicitur Prætor etiamſi iniquè decernat, *l. ius pluribus.* §. *prætor. ff. de iuſt.& iure*, de cuius intellectu pulchre Zaſius *in l.ius dicentis num.* 2. *& ſeqq. ff. de iuriſd.* & ſic vides,etiamſi ius dicatur,quia ſemper æquum & iuſtum eſt,*l.*1.*& l.pen. ff. de iuſt. & iure*, quod non eſt ius, & è contra, poteſt quid eſſe ius, quod non eſt iuſtum,vti examinatur apud Zaſiũ *in d.l.iuſtè,& ſupra de adminiſtratione iuſtitiæ c.*1.*traditur*,quod à parte rei quid iniuſtum eſſe poſſit, quod tamen bona fide vel iuſte fieri dicitur: Concluſiuè autem admonentur omnes Principes, eorumque Officiales & iudices, vt antequam quidquam ſtatuant, pronuncient, vel iubeant, illud diligenti examinatione perpendant,ne figant & refigant leges & iudicia, quo nihil nocentius poteſt eſſe in Repub. vt dicit Petrus Gregor. Tholoſan. *de Rep.lib.*9.*cap.*3.*ſub num.*15. vel ne ſententia lata reuocetur, & rurſus reformata varietur, quod proh dolor ſæpiùs practicatum ſcio,imo vidi poſt latas ſententias definitiuas,

Digitized by Google

uas, vel vim definitiuæ habentes ab ignorãtibus peti repoſitionem *ex l. quod iuſſit. ff. de re iudic.* contra quos adduxi *l. iudex poſteaquam ff. d. tit.* & Wameſium *cent.* 1. *conſ.* 80. *nu.* 20. quod repoſitio aduerſus ſententiam non pro reſtitutione in integrum, ſed pro mera variatione accipi debeat, adde eundem *to.* 1. *conſ.* 150. *num.* 18. & Euerh. Nicol. iun. *vol.* 2. *conſ.* 34. *numer.* 32. *& ſeqq.* iura & DD. allegat, quod iudex ſententiam ſuam mutare, corrigere, vel declarare non poſſit (intellige hoc de certa, nam obſcuras declarari in praxi ſæpè videmus) quod ipſe limitat ibi, quoad ſententiam nullam, quia illa non trãſit in iudicatum, vide ad eum & Lancellott: *de officio prætoris tit. de ſentent. num.* 10. *& ſeqq.* quando iudex ſententiam definitiuam reuocare poſſit, de quo videatur Scaccia *de ſent. & re iud.* Carocius *de except. contra præiud. ſent. DD. ad tit. C. ſententiã reſcindi nõ poſſe.*

6. Ad extremum addo. quando veritas aliter haberi vel inueſtigari non poteſt, quod hoc ipſum articulari & probari debeat, probetur autẽ, quãdo ex natura illius negotij, ſeu facti veriſimiliter alij teſtes nõ potuerunt accurrere ſeu interuenire, tunc admittuntur infames & inhabiles, ſic docet Marcellus Cala. *de modo articulandi & probandi, Gloſſa vni. num.* 774. *& ſeqq.* declarat, ſi nec actu nec habitu, attento communi curſu, alij teſtes haberi poſſint, *& num.* 450. docet, quomodo probetur veritatem aliter haberi non poſſe eo fine, vt præſtari poſſit iuramentum in litem à damnũ paſſo, videlicet dolum conuenti, & quod rès non appareat vel demonſtrari non poſſit, ſiue non extet *de quo DD. in l. ſi quando. Cod. vnde vi & Plotus de in litem iurando.*

7. Porro ad melius ſinceriuſque de re qualibet cognoſcendum & ſtatuendum Veritas, Ratio atque Æquitas vti ſorores concatenatæ eſſe atque inuiolatæ cuſtodiri debent, & tamen nihil eſt, ſub cuius prætextu ipſa Iuſtitia grauius & frequentius hodie vulneretur, quandoquidem cum Veritas odium pariat, quandoque mortem, vt plurimum plurima inconuenientia, non liberè dicitur quod verè ſentitur, ſed falſum pro vero obtruditur, eodem modo ratio non vera, ſed ficta vel cerebrina hominẽ à veritate diſſociat, & facile deuiũ in id, quod ipſe intendit, tranſuerſum agit, Æquitas vero vniuerſi iuris Regina proſcripta atque in locum ipſius larua quædam ſurrogata reperitur, quemadmodum de vera iam exulante æquitate conqueritur quidam poëta hiſce verſibus.

Non ideo calcabis equum, quod feceris æquum
Æquum qui faciunt, his male currit equus
Æqui hoſtes vectantur equis, pedes ambulat Æquus,
Æquum ſperne igitur, ne tibi deſit equus.

At tu fac æquum ne tibi deſit cœlum, & pone affectus, vt veri ſequantur Iuſtitiæ effectus, quia iam alibi oſtendi, quantopere per illos Iuſtitia lædatur, & tamen oportet eos, iuxta Ariſtotelem *Lib.* 1. *de cœlo cap.* 10. qui volunt veritatem bene iudicare, arbitros eſſe non aduerſarios, non paſſionatos ſed veros & cordatos iudices, Quamobrem belliſſime à maioribus poſitum reperitur in Curia Senatus noſtri. 8

Ingreſſu affectus omnes ante oſtia linque,
Et dic Iudicij libera vota tui
Atque ab altera parte.
Egreſſu expedias ſtudio commiſſa fideli,
Et quæcunque palam ſunt nocitura, tace.

Summatim dicendo & hoc capitulum abſoluẽdo, cõſiderationes bonorum, iuxta Senecæ monitum, perquire etiam cum labore, non pro deſiderio voluntatis, ſed pro amore virtutis, quandoquidem teſte S.

Gregor.in moral. ſancti viri, quot labores nunc veritati commendantes exhibent, tot iam remunerationis ſuæ pignora intra ſpei ſuæ cubiculum clauſa tenent, at iuxta S. Bern. de grad. hum. tribus modis inquirimus veritatem, in nobis, noſmetipſos dijudicando, in proximis, eorum malis compatiendo, in ſui natura, mundo corde contemplando.

CAPVT IV.

Veritas non verbis ſed opere exhibenda ac practicanda eſt.

1. VEritatem olim Philoſophi deſcripſerunt, quod ſit adæquatio rei ad intellectum & ad vocem, quando nimirum, vox menti, res voci, & opus conſonat ſermoni. cuius rei luculentum habemus teſtimonium apud S. Ioannem *Epiſt.* 1. *cap.* 3. filioli mei non diligamus verbo, neque linguâ, ſed opere & veritate. & S. Cyprianus *ſerm.* 3 *de bono patientiæ circa initium*, Philoſophi non verbis ſed factis ſimus, nec veſtitu ſapientiam ſed veritate præferendā nouimus, nam qui tātum autores ſunt rerum gerendarum, nec ipſi quicquā gerunt, pro loquacibus ſunt habendi Lactant. diuinar. inſtit. de falſa ſapientia lib. 3. cap. 16. hinc & nos dicimus, ſi quis foro quid dignū præſtare, ac veritatem legum in apertum deducere, ſuoque decore inueſtire velit, magis huic rei aptus cenſeri debet practicus, quam theoricus, quippè theorica dicitur veritatis ſpeculatio, quæ tribus modis habetur, per definitionem, diuiſionem, & exemplorum poſitionem Bald. *in l. iuri operam num.* 1. *ff. de iuſt. & iure,* ibi & traditur, quod per exemplum res melius, & quaſi oculata fide intelligatur, pro cuius rei comprobatione tritum extat illud Senecæ dictum, longum iter eſt per præcepta, breue & efficax per exempla, quia homines amplius oculis, quam auribus credunt, quemadmodum noſtri dicunt, quod demonſtratio, ſeu argumentum ab effectu ſeu opere, dicatur probatio ſenſitiua, adeoque experimētum verorum ſermonum vt concordent cum rebus ipſis ſenſatis, vnde verba & dicta aliquando contra mentem loquentis procedere poſſunt, quod tamen de facto dici minime poteſt, Iaſon *in l.* 32. *ff. de legib.* Weſenb. *conſ.* 52. *num.* 8. hinc quoque approbatur & ſaluatur vulgi dictum ſatius eſſe dicere, quam ſcribere vel facere, quemadmodū in confeſſo eſt, quod realia facta & opera magis probent voluntatem alicuius, quam verba ſeu dicta vocalia, & quidem tanto fortior conſenſus atque confeſſionis tenor inducitur ex facto, quanto potentior eſt actus facti, quam actus verbi Crot. *in l. ſciendum num.* 21. *ff. de verb. obligat. DD. in l. non tantum ff. rem ratam haberi*, quemadmodum perbellè Annius latinorum Prætor apud Liuium *lib.* 8. *cap.* 4. inquit, ad ſummam rerum noſtrarum pertinere arbitror, quid agendum nobis, quam quid loquendum ſit, facile erit explicatis conſilijs accommodare rebus verba, & Marcus Manilius dixit.

Per varios vſus artem experientia fecit,
Exemplo monſtrante viam.

Sic vulgo quoque dici ſolet, quod animus noſter magis facto quā verbo demonſtretur, Surdus *deciſ.* 194. *num.* 21. *l. Paulus ff. rem ratam hab.* quod & in factis negatiuis obtinet, ſi quis non faciat, quod facere conſueuerat, §. *Pauonum inſtit. de acquiren. rerum dom.* vti ibi colligitur animus Pauonum ad feritatem exeuntium, ſi non redeant more ſolito, quemadmodum quoque Ariſt. 11. *polit.* 2.

*polit.cap.*11. docuit, in moralibus magis exemplis, quam verbis nos proficere, cui verba non ſatisfaciunt, inquit S. Ambroſius 1. *Cor.cap.*14. ſolent exempla ſuadere, ſed vt dicit Seneca *epiſt.*123. ad exempla viuimus, nec ratione componimur, ſed conſuetudine abducimur, vtinam tam facile eſſet præſtare bonitatem inquit Lactāt: *lib.6.diu.inſt. cap.6.* quam facilè eſt ſimulare bonitatem, *& lib.3.de falſa ſapient.cap.*16. qui docent tantum nec faciunt, ipſi præceptis ſuis detrahunt pondus, qui enim obtemperent, cum ipſi præceptores doceant non obtemperare? bonum eſt autem recta, & honeſta præcipere, ſed niſi & facias mendacium eſt, & incongruens atque ineptum eſt non in pectore ſed in labijs habere bonitatem, nihil magis commune eſt hodie, quam

Veritas in ore, Fucus in corde.
Iuſtitia in verbis, Malitia in facto
Pietas in ſuperficie, In fundo impietas,
Peccatorum myrias, Calamitatum chylias,
Nam ſi abeſſet iniquitas,
Nulla nos turbaret calamitas,
Quia Deus ſcit mutare ſententiam,
Si nos emendemus malam noſtram vitam per pœnitentiam.

3. Verum nos ſequimur Dauidem peccantem & non pœnitentem, dicimus cum Dauide peccauimus Domine, quaſi in vocibus conſiſteret pœnitētia, quæ in ſenſu peccati, in ſerijs gemitibus & in ſeria ac actuali cōuerſione ad Deum completur, bene enim orat, qui corde plorat, & qui bonum operatur à Deo honoratur, ille plus didicit, qui plus facit, cæterum ſi quod tu ediſcis, ego facio, magis mea opera ſcripturas tenent, quam tuus ſermo, qui vanè reſonat S. Hier. ſuper Pſ.c.22 quare S. Aug. ſuper Pſ. ſic doce me, ait, vt agam, non vt tantummodo ſciam quid agere debeam, ſicut enim dictum eſt de Domino, quod non nouerat peccatum, & intelligitur, non fecerat, ſic & iuſtitiā ille verè dicendus eſt noſſe, qui facit.

Rurſus Ariſt. *polit.3.cap.*12. ait validiores, & auctoritatis plus habere, quæ naſcuntur è moribus, ex experientia ſcilicet leges, quā quæ ſcripto continentur, hinc & illud pſalmiſtæ *pſal.* 118. à mandatis tuis intellexi, quod non exponitur, mandata tua intellexi, ſed à mandatis tuis implens intellexi, vt exponit Gloſſa *cap.vlt. Luca relata per Lucā de penna in l.quoties C.de nauffragis.hinc* S. Aug. *lib.4.de doct.Chriſt.* belliſſimè dicit, Doctor in ſuo ſermone mallet rebus placere quam verbis, nec exiſtimat dici melius, niſi quod dicit verius, nec Doctor verbis ſeruiat, ſed verba Doctori, quia & noſtri dicunt, vbi facto opus eſt, illic verba non ſufficiunt, vt exornatur à Zaſio *in l. hoc edict.* §. *hac autem ff.quod quiſque iuris eſt*, per quem textum docent DD. quod verba cum effectu accipienda ſint, ex quo multa mirabilia refert Vaſquius *in l ſi quando cod.de inoff.teſta*: quem legiſſe te non pœnitebit, iunctis traditis per Tuſchum: *litt.u.concl.*90. *& ibi remiſſiue.* Ex quibus deduci poteſt quam neceſſaria ſit practica, cum hæc facilius rem alicui perſpectam reddat, licet vna alterius ope indigeat, Theorica quoad cognitionem, practica vero quoad operationem, vnde vulgo dici ſolet. 4.

Practica eſt pluris quam tota ſcientia iuris;

Si artem vſumque diſſocies, vtilior eſt vſus expers artis, quam ars quę ſui vſum non habet, nam in omnibus fere minus valēt præcepta, quam experimenta, vt Quintil. ait, & exactius *lib.*12.*cap.*6. dum inquit, & Hercle quantumlibet ſecreta ſtudia contulerunt, eſt tamen proprius quidam fori profectus, alia luta, alia veri facies, pluſque

ſaperes vſus ſine doctrina, quam citra vſum doctrina valeat, audiuiſſe enim in ſtudijs & didiciſſe in ſcholis nō proderit, niſi quod in illis eſt deglutitū, in foro digeratur, cum ex Cic. ſententia, virtutis omnis laus in actione conſiſtat, hinc illud poëtæ.

Vt decuit, docuit, qui re ſua verba probauit
Plus male facta nocent quam benedicta docent.
Iuſtitia eſt operum, dat pœnam & præmia fortis,
Actio virtuti debet adeſſe comes.

facta magis probāt voluntatē quam verba *l. ſi tamē* 48. §. *ei qui ff. de adilit. edict.* Reuſner. *lib.* 4. *deciſ.* 17. *num.* 14. vbi ſubijcit, quod facta ſint maſculina, verba fœminina, hinc germani, ein mann ein wort, iunctis traditis per Tuſchum litt. F. *Facto nō minus quam verbis elicitur conſenſus concl.* 15. non proderit igitur eſſe vel fuiſſe Chriſtianum vel Religioſum etiam, niſi vita & profeſſio factis comprobentur, imo nocebit potius nomen ſine re, quia damnabilior eſt falſitas in veritatis profeſſore, cui quoque conſequens eſt, quod acerbiores pœnas in altero ſæculo ſuſtinebunt mali Chriſtiani quam pagani, bona voluntas non proderit, ſi bene factū defuerit, hinc eſt quod verus ſit amicus, nō qui verbis, ſed re iuuat, iuxta illud Plauti in Epidico

Is amicus eſt, qui in re dubia te iuuat
Vbi re eſt opus,
Nihil homini amico eſt oportuno amicius

5. Quandoquidem multa pulchra verba abſque rectè factis, inania ſunt, proindè vt arbor multis abundans folijs, & fructibus vacua, ita & facta niſi benè fiant, male facta ſunt, ea propter diſcretio inter virtutes facilè ſibi primas vēdicat, puta vt quis poſſit remedium attingere & medium ſeruare, & vti ad prius propoſitū refert ex Ariſt. Lucas de pēna *in l.* 4. *Cod. de princ. agent. &c.* ars quidem facilem, natura potentem, vſuſque promptum reddit artificem, vndè ex Angel. docet Cacher. *deciſ.* 1. *prope finem inquiens* per Theoricā videmus, per practicā guſtamus, ac ideo veritas magis operando quam audiendo intelligitur, & Bald. *in cap. ex tenore, de reſcript.* dicit, quod leges tunc ſapiunt cum practicantur, & tunc fructus velut ex arbore colliguntur, vnde vulgo dici ſolet in ſcholis leges diglutiuntur, & in foro digeruntur, quia practica eſt ſcientia digeſtiua, vt tradit idem Bald. *in l. Aemilius nu.* 11. *in fi. ff. de minoribus*: & experientia efficax rerum magiſtra *cap. quam ſit de elect.* prout hæc & alia multa tradit Hypol. *in princ. pract. crimi.* & Simon de Prætis *de interpret. vlt. volunt. nu.* 32. Martinus Monter. à Cueua: *in proœmio deciſionum ſuarum ad quos* Lectorē remitto, ita vt iuxta Bald. *in cap.* 2. *de feud. ſine culp. non amitt.* à practica vera interpretatio ſumatur, quia eſt vera legum intellectrix, & ambiguæ diſpoſitionis vera interpretatio *cap. dilectus X. de conſuet.* quo loco ait, nos debere ſequi intellectum ab vſu approbatum, etiam verba impropriando, quia ſcire nihil aliud eſt, quam veritatē vſu perceptam mente tenere gloſſ. *in l. in ſumma.* §. *idem habeo ff. de aqua pluu. arc. DD. in d. cap. Dilectus iuncta l. ſi de interpretatione & qua ibi notantur per DD. ff. de legibus*, & deciſio Rotæ Genuenſis 181. in f. tradit, quod vera interpretatio ſumatur à practica, & communi obſeruantia, vt ita dici poſſit, quod alia ſæpe ſit veritas practica, alia ſpeculatiua, prædictis tamen adde, quod ſicut ars infœcunda eſt ſine vſu, ita & vſus temerarius ſine arte, hoc eſt quod dixit Ant. Faber, praxis ſine theorica manca & periculoſa eſt, non minus quam fides ſine bonis operibus, quia iuxta S. Chryſoſt, qui ſcit & non facit, ſimilis

Digitized by Google

lis eſt illi, qui lateram lauat, nam ſi laues laterem, non mundatur, ſed commoto loco ſordeſcit.

6. Rurſus Boetius *de ſcholaſt. diſcipl.* rerum effectus, ait, operis exhibitione declaratur & S. Grego. probatio dilectionis exhibitio eſt operis nobiſmetipſis non ſolum, ſed & alijs, quia vt tradit Seneca *Epiſt.* 48. nō poteſt quiſquā beatè degere, qui ſe tantum intuetur, omnia ad ſuas vtilitates conuertit, alteri viuas oportet, ſi vis tibi viuere, *& de vit. beat. cap.* 30. mitto, inquit, ſapientem, dū ſe vtilem cæteris efficit, commune agere negotium, cū de ſe bene meretur, hoc ipſo alijs prodeſſe, quod ipſis profuturū optat, re enim non verbis peculium augendum eſt *l. peculium* §. 1. *in f. ff. de peculio*. vnde quotidie in foro allegatur, vbi facto opus eſt, verba non ſufficiunt *l. non omnes. in f. ff. de re milit.* vbi gloſſ. ait, eſſe argumentum contra promittentes maria & montes, vt eis credendum nō ſit *deciſ. Rota Genuenſis* 162. *n.* 2. *vbi & numer.* 5. *allegat.* Neuiz. dicentem, multa allegare non eſſe laudabile, ſatiſque eſſe illum Doctorem citare, qui alios allegat vel refert, Aſin. *in praxi* §. 24. *cap.* 3. *nu.* 5. quod & ego, vt plurimum in toto tractatu meo obſeruaui, prædicta vero comprobātur ex illo, quod omnis virtus in actione conſiſtat, quodque res, & nō verba ſpectari oporteat S. Iacobus *cap.* 2. *verſ.* 22. eſtote factores verbi & non auditores tantum nō verbis, ſed factis vult ſpectari Chriſtiana Religio, res namque ante verba ſunt, Ambroſ. 1. *Corinth.* 2. vir probus plus præſtat, quam promittit, effectu minor in ſpecie, ſed maior in vſu, hinc Pſaltes *pſal.* 24. Ad te Domine, ait, leuaui animam meam, & Nazienz.

Optimum opus manuū, has in cælū extendere puras
Atque ſuo caſtas fundere ab ore preces.

Quandoquidem qui ad aures Domini viam facere cupit, ait S. Gregor. ſummopere ſtudendum eſt vt voces actibus adiuuentur, ſic enim vbi pugnat ſancta oratio, ibi vincitur tribulatio, è contra odioſa eſt oratio cum rem agas, longinquum loqui. & vt Cic. dicit, non linguæ volubilitas, ſed virtus & integritas in homine requiri ſolet, præclarè igitur Senec. dicit, virtutem exercet & oſtendit recta actio, nam in ore fruſtra voluuntur verba, ſi virtutis deficiunt opera Saresb. 5. c. 9. vnde & vulgo dici ſolet, linguam quidem otioſam, at manum operariam eſſe oportet, ſed quia multi reperiuntur ſimulantes & ficti, ideo difficilè inuenitur, ait S. Hieron. in quo cor & facies, id eſt operatio, & doctrina in vno conueniant, quid autem dicturi ſumus, dicit S. Greg. in Reg. qui iniqua operibus docemus, & ſola voce ea, quæ ſunt iuſta, prætendimus, oſſa ieiunijs atteruntur, & mente turgemus, corporis deſpectus veſtibus tegitur, & elatione cordis purpuram ſuperamus, iacemus in cinere, & excelſa nō deſpicimus, Doctores humiliū, Duces ſuperbię, Ouina facie lupinos dentes abſcondimus hactenus ille, ideo nō ſimus nominales, ſed reipſa philoſophi, tractent alij entia rationis, excogitent ideas Platonicas, nos non verbis ſed factis ſimus Philoſophi, nec verbis ſapientiam, ſed veritate præſtemus, virtutem magis, quam iactātiam colamus, iunctis traditis *ſupra de æquitate cap.* 9. §. 1. & imitemur Solonem, dum inquit, O patria tibi equidem verbo & opere auxiliatus ſum Laert. *in Solone*, quemadmodū adhuc quotidie vulgo dicitur, verba non implent ſaccum, viris ſapientibus non placent phalerata, ſed fortia, quia non pro verbis, ſed pro

rebus

rebus enunciandis verba ſunt inſtituta, vide aliqua in Luca de Penna *in Rubr. Cod. de legatis ſub nu.36.* & vetus fuit Græcorum adagium, dicere mulierum eſt, facere virorum, magis opera ſuadent, quam verba, S. Ambroſ. 2. *Theſſ.* 3. ſupereſt inquit Lactant: vt verba factis firmentur, pulchrè Poëta:

Deniquè quid verbis opus eſt ſpectemur agendo.

Item:

Ore loqui docte & virtutem oſtendere factis.

9. Quid opus teneras mordaci radere verò auriculas, dicēte Perſic. Satyr. 3. *legum* cōditores nō ſolēt dialecticare in verbis ſed rerū ponderare cacumina & exitus *l. ſcire leges ff. de legib.* & realitatē magis perpendere quā nuda rerum vocabula *l.* 3. *Cod. de lib. præter.* è contra, qui minus ſciunt, plus loquūtur, & præ doctis verboſi ſunt, ſimiles dolijs, quæ euacuata ingentem ſonum reddunt pulſata, at plena nullum, de quibus dici poteſt, quod de quibuſdam philoſophis retulit Epictetus, factis procul, verbis tenus, ſtatuam ornat figura, virum actio, Ieſus cœpit facere & docere *Act.* 1. *verſ.* 2. iunctis traditis per Lactant. Firminianum de vera Sapientia lib. 4. cap. 24. recte igitur S. Auguſtin. *in Ioan.* 76. opere eſt demonſtranda dilectio, ne ſit infructuoſa nominis appellatio, verba rebus ſuis congruentia eſſe debent, dicit ICtus *in §. alia Inſt. de donat:* ſit igitur iuſtitia non labiorum, ſed & factorum *S. Aug. in Pſal.* 57. & iuxta Poëtam

Non vox, ſed votum, non Muſica cordula, ſed cor
Non clamor ſed amor, pſallit in aure Dei.

10. hinc Venerabilis Beda, oratio, vera inquit, iucunda ſit laudatio, quod tunc fit, ſi quod ore canimus, operum executione non impugnamus, quippe prope Dominus inuocantibus eum in veritate, Confer: tradita *cap.* 4. & ſemper tene mente illud Ambroſij *in pſal.* 37. *tomo* 4. nihil prodeſt agere, niſi ita agatur vt oportet, quid igitur dicturi ſumus, inquit S. Gregorius in Reg. qui iniqua operibus docemus, & ſola voce ea, quæ ſunt iuſta, prætendimus, latius ibi: qui ad aures Domini viam facere cupit, inquit idem Gregorius, ſummopere ei ſtudendum eſt, vt voces actibus adiuuētur in ſumma, recede à malo & fac bonum, & tanto eſto feruentior in operatione, quanto incertior es de vocatione.

CAPVT V.

Veritatis abuſus in verbis aulicis qua hodie complemens appellamus.

Nota eſt & ſimul lepida hiſtoria de quodam Hiſpano veterano milite in Belgio, cui cum ſæpius officium verbis aulicis promiſſum eſſet, ſed re ipſa experiretur, in ſe verum illud Saluiani *lib.* 4. nomen ſine actu atque officio ſuo, nihil eſſe, atque in verborum officijs plerumque latere ſimulationem, cum huiuſmodi verba teſte Heringio *de fideiuſſ. cap.* 27. *p.* 1. *nu.* 306. Hiſpani vocent palabras de complmento, & Germani ehrenwort vnd kein rechte verheiſſung/oder vil geſchrey wenig woll / contra illud Prætoris *in l.* 1. *ff. de pactis.* pacta ſeruabo, quemadmodum ſtudioſè agendum eſt, vt illa, quæ ore promittuntur, opere compleantur cap. *qualiter eod.* de quo latius vide *ſupra de iuſtitia fori & poli cap.* 1. quandoquidem ſecundum Poëtam 1.

Omnis inanis abit viduata oratio factis,
Et ducit quauis actio verba in opus.

Et illud Plauti, quid te refert beneficum eſſe oratione, ſi ad rem auxilium emortuū eſt, abiuit magna ſarcina dorſo ſuo impoſitâ, qui ita oneratus ad commilitones ſuos reuerſus & interrogatus quid geſtaret 2.

in

in dorſo, Reſpondit Complemientos iſtius promiſſoris, ita vt hic deriſus, alter illuſus fuerit, quid enim aliud dictio illa compoſita, complemens, indicat, quam compleo & mentior, ac proinde tales cupreſſis ſimiles dici poterunt, quæ cum ſublimes ac pulchræ ſint, & procul egregium quiddam polliceri videantur, tamen vbi propè acceſſeris, fructum non habent, vt ait Lenecius *in obſerv. polit. cap.* 126. verba, vt inquit Plautus, ſine penu & pecunia & Germani groſſe wort vnd nicts dahinden/quorum fiducia ſicut tela aranearum, *Iob* 8. *cap. verſ* 14. qui alios labijs lactant, contra præceptum diuinum *Prou.* 24. *verſ.* 28. quare belliſſime dixit S. Hier. melius eſſe è duobus imperfectis, Ruſticitatem habere Sanctam, quem eloquentiam peccatricem, multoque melius eſſe, vera loqui ruſtice, quam diſerte falſa proferre, vnde S. Gregor. monendo ait, mentiri atque iurare lingua tua prorſus ignoret, tantusque in te ſit veritatis amor, vt quidquid dixeris iuratum putes, huiuſmodi igitur verba, viris probis, & chriſtianis horrenda auditu, potius releganda quam practicanda forent, quorum magiſtris dici poteſt, hi ſunt qui docuerunt linguas ſuas mendacium, eruditi pro falſitate, ſapientes ſunt vt faciant malum, eloquentes, vt impugnent verum, vtinam inquit Lactan. 4. 2?. tam multi benè facerent, quam multi loquuntur benè, qui altera manu ferunt lapidem, vt quidā dixit, panem oſtentant altera, pollicentur verbis, quod factis præſtare nolunt, quod dicitur aulica courtoſia, quam & pueri addiſcunt, & ſic

Ars ſit, vbi à teneris crimen addiſcitur annis.

quia hodie *Verona Beneuentanam, raro itur ad vrbē*

Eſto Placentinus, tu Benè ventus eris

Quiſquis in ambigua ſe non accommodat aula

Omnibus ingeniis, non habet ingenium:

Itaque

Tutius in caula, blanda quam viuitur aula,
Aula vale, caula ſint magis ipſe comes

quia Aulici

Ore benedicunt, corde maledicunt,
Ore dicunt: Aue, corde dicunt caue,

iuxta Poëtam

Incautos ſemper blanda ſub imagine ludit,
Promittit fauos, aloen infida miniſtrat.
Sic Iudas ori ora premit, melliq; venenum
Inſerit, & blanda Dominum ſub imagine prodit,
Hic ſocium ſimulans, & amica fraude ſalutans.
Vah truculenta Pio lupus oſcula porrigit Agno,

de quibus dici potes, intus Nero, foris Cato, totus ambiguus monſtrum eſt, velut quædam beſtia compacta ſecundum illud Poëticum,

Leo pars prima Draco, media ipſa chimara,

Quia quòd verbis iactitant, factis improbant, quod nudis aſſertionibus dicunt, artibus contra ſe ipſos teſtes ſunt, omnium aulicorum inquit Seneca, vnum officium, vna contentio eſt, quatenus blandiſſimè fallant, proſperum ac fælix ſcelus, virtus vitatur Seneca *in Hercul. Fur.* verum enimvero non malè meo iudicio iſtiuſmodi homines aſſimulari poterunt Sodomiticis pomis, quæ poſt Sodomæ deflagrationem externa quidem ſpecie pulchra & flauia, at carioſa intus, & cinere plena ſunt, vel præſtigijs, quæ à laruis exiſtunt, quaſſa fide ſūt, qui iugiter blandiūtur, inquit Symach. 1, 31. ſed nefas eſt eum, qui veritati ſtudet, in re aliqua eſſe fallacem, *Lactant.* 6. 18. quia quod verbis promittunt opere debent, per tradita *cap. præc.* quinimo & in verbis, & in factis perſæpe falſitas, diminutæ ſunt veritates à filijs hominum, molimenta eorum falſa ſunt cum Iuda, proditoria, deceptoria, & ſimulatoria, quibus vere conuenit

illudComici, *In melle ſunt lingua veſtra ſita atq; orationes,*

Lacteq; corda felle ſunt lita atq; acerbo aceto,
Linguis dicta dulcia datis,corde amarè facitis.

Et ita veritas, hac noſtra tempeſtate, iſtis complemens ſuccumbit, non ſecus,vt triticum ſub zizania, & ſemen ſub vepribus prout latiùs traditur apud Ioannem Geiler *in nauicula fatuorum turba* 102 ibi addit quod falſorum Societas ita confœderata, & aſpirationibus mutuiſq; ſupportationibus illi complexi ſint, vt vix aliquis fidelis, etiam veraces & iuſtitiarij ad correptionem miſſi, eorundem aciem frangere, & aliquem eorum corrigere poſſint,ſed quomodo iam verax habebitur in occulto,tam fallax repertus in aperto? quod lingua promittunt, corde mentiuntur, non probant inquit Saluia:de gubernat.*lib.*4. quod fatentur, & impugnant profeſſionem moribus ſuis, magiſq; damnabilis eſt malitia, quam titulus bonitatis accuſat, ſimulata ſanctitas, eſt duplex iniquitas, ſimulata verba, ſiue huiuſmodi mentita, occidunt animam,in quos quadrat illud Solon: quo plus ſuperſtitionis & cæremoniarum, eo minus ſecuritatis, & vbi abundantior eſt cautela, ibi euidentior fraus, Tiraq. *de retract.in præfat.num.*18. Monter à Cueua *deciſ.* 10.*nu.* 24. vitium eſt leuium hominum atq; fallacium ad voluntatem loquentium omnia,nihil ad veritatem, fides ſincera inquit Diogen.Laertius *in Solo.* non ſcrupulis, ſed integritate & probitate firmatur, verus amicus in facto, fictus in verbo cognoſcitur,is amicus,qui in re dubia iuuat vbi re eſt opus,inquit Plautus *in Epicidio Gail. de pace publica lib.*2.*cap.*10.*nu.*29.*& ſeq.* amicus autem offendens,magis lædit, *pſal.*54. *verſ.*22. molliti ſunt ſermones eius (puta Aulici) ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula, conformiter S. Greg. in homil.de cõme.*mart.* minorē dolorē inquit, mala ingerunt,quæ ab extraneo inferũtur,plus tormēta ſequũt, quæ ab illis patimur,de quorum mentibus præſumebamus,dicente pſalmiſta, ſi inimicus meus malè dixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique, tu verò vnanimis meus, & homo pacis meæ in quo ſperaui, magnificauit ſuper me ſub plantationem,cum quo conuenit nota iſta hiſtoria de Iulio Cæſarē per Brutum interfecto,aulica igitur verba, ſi amicum fallant, deteriora ſunt, quia iuxta Poëtam

Blanda quidem vox eſt. ſed facta inimica probant
Impia,ſub dulci melle venena iacent.
Sæpe vultu,ſæpe voce blanda ſe tegit dolus hinc Poeta
Ore aliud,clauſoq; aliud in pectore condunt.

Nunquid hi ſunt,,qui & Adulatores,hypo- 5
critæ, vel verborum nundinatores dicuntur, fumum vendere priuatis interdictum, Aulicorũ mercatura eſt,examinetur,an nõ illorum proprietates vel qualitates & hiſce conueniant, cum tamen elogio edocti ſimus, quod ſermo noſter debeat eſſe,eſt, eſt, non, non, quod autem his abundantius eſt,à malo eſt *Matth.*5.*verſ.*37. Religio fide pectoris continetur ait *Symm.* 7.104. caue ergo profectum penſes ex cortice vel foliis, radix ipſa petenda eſt, Quid igitur claudicamus in vtramque partem? quare quod ore proferimus corde non ſentimus cogitem⁹ illud S. Auguſtini, vita hęc miſera eſt, mors incerta quæ ſi ſubito obrepit, quomodo hinc exibimus? nam iuxta Poëtam

Mille modis morimur mortales, naſcimur vno,
Vna via eſt vita. moriendi mille figura.

Ergo viuere doctus, viue tibi, nam morie- 6
re tibi, ſic abutere mundi rebus,inquit S. Hiero.in *Eccleſ.cap.vlt.* vt ſcias te in vltimo iudi-

Digitized by Google

iudicandum, ab illo inquam, qui de verbis otioſis rationem exiget, quomodo igitur ſubſiſtent confuſi bilingues, & duplicis cordis homines cum iſtis aulicis mendaciis? viderint iſti, tunc enim non proderit vſitatus iſte fucatus modus, ſint aulica verba vſitata, ſed rebus ipſis conuenientia, quod ſedulo promittitur, diligenter exequendum eſt *per nota: cap. praec. & ſupra de iuſtitia fori ac poli cap.*1. peſſimum eſſe genus hominum dicit Seneca *epiſt.* 123. qui verba geſtant, Chriſtus ac Apoſtoli huiuſmodi verba aulica vanamque verborum fallaciam non docuerunt ſed puram fidem ſcientia & bonis operibus obſeruādam, tanto ſanctiores, quanto apertiores, quia iuxta Ariſt. 3. *Ethic.* oratio, quæ non manifeſtat intentum fruſtra eſt, ſcilicet quia non facit ſuum opus, ſic & ille qui ſimulate loquitur, ore decipit *Prouerb.*10. eapropter abſit in verbis & moribus ruſticitas, exulet aulica duplicitas, & ſubintret Chriſtiana ſimplicitas, quod tamen difficulter eiuſmodi hominum generi perſuadebis, qui alacriori ſtudio Placentiam quam Veronā verſus iter dirigunt, ſed adulatores cane peius & angue vitandos ſincera antiquitas docuit, videatur Petrus Gregor. Tholoſ. *de Repub. lib.* 8. *c.* 7. & Keller. *de offic. iurid. polit. lib.* 1. *cap.* 19. vbi aliqua notatu digna contra adulatores Aulicos, & notum eſt Diogenis adagium, Tutius eſſe in corvos incidere quàm in adulatores, refert Æneas Syluius *lib.* 1. *Comment. de rebus geſtis Alphonſi de* Sigiſmundo Imperatore, quod cuidam nimiū ſibi adulanti impegerit alapam, qui inquit, cur me cædis Imperator, cur me inquit Sigiſmundus, mordes adulator, vtinam hodie plures haberemus Sigiſmundos, certe tot adulatores minime haberemus, de quibus paſſim Politici plura ſcribunt, ad quos breuitatis cauſa fit relatio, ſimile ſuperiori de Ladiſlao Rege Poloniæ, & plura mala adulationis refert Fabianus Iuſtinian. in Tobiam *cap.* 2. *verſ.* 10. *in docum.* 1. & de aula dixit Poeta.

Aula rebus dedit reſcripta notata papyro,
Et ſine mente ſonos & ſine corde manus.

blandi ſunt ore, crudeles in corde, lingua 7.
veraces, in opere tenaces, verborum ſono & paſtu ventrem implent, qui apud inferos digerendus eſt, tanta pœna digni, qui pulcherrimas veritatis margarithas conculcare ſtudent, ſed hoc artificiosè ſcire, & verba pro rebus dare, pro moribus temporū prudentia nunc eſt, & ille verus habetur politicus, quamuis quicquid eſt fictum & commentitium, quia veritate ſubnixum nō eſt, facillime diſſoluatur, tanquam hæc ſit eorum natura vt cohærere non poſſint, nec vnquam cum veritate ſtare & permanere, quia nullum ſimulatum diuturnum eſſe iam dudum docuit Coſta *de facti ſcient. & ignor. inſpect.* 6. *nu.* 37. & facta cito ad naturam ſuam redeunt: Hiſce non immerito auderem adſcribere eos, qui tanta verborum pompa extra rem & contra rei veritatem, alios laudibus in cœlum vſque extollunt, ſeu laudem alicui adſcribunt quæ ei non competit, *arg. eorum qlla de honoribus cap.* 6. Bonacina notat, nām vti ille detrahere cenſetur, qui minuit, aut laudat remiſſe, cum & iuxta Bart. veritatem celans falſum incurrat, Tyndar: *de teſtibus cap.* 9. *nu.* 9. quod vti ab omnibus ita maxime ab Aduocato alienum eſſe debet, Alban. *conſ.* 17. *in pr.* Tenninus *de cautelis caut.* 1. pulchrè Annæus Robertus lib. 2. rerum iud: ca. 19. nam detractionis malum peſſimum eſt, & vt dicit S. Bern. triplex lancea eſt detracto-

 ris

ris lingua, quæ vno ictu tres confodit, dicentem, audientem, & eum in fama, de quo detrahitur, ita hoc verum eſt diſerti & eloquentis patroni officium, vt ſe veritatis laude non reticentia aut mendacio commendari exoptet, hinc & ille contra veritatem peccat, qui plus æquo laudat, quod nec ipſis laudatis æque conducere exiſtimo cap: *cuius de pænitentia diſt.* 2. in quo puto Oratores, Poëtas, ac Pictores primas tenere, atque exorbitare, dum liberiori calamo vnum nimiè extollunt, alterum nimiè deprimunt, nec puto excuſari eos vulgato verſ.

——.—— Pictoribus atq; Poetis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

8 Quia intelligerem hoc procedere, quando vera loquuntur non quando mentiuntur, quippe nō poſſum nec audeo immeritarũ laudũ & titulorum buccinatores, quibus homines facillimè ad vanam gloriam incitantur, ita vt quod in re non habent, ex nomine aſſumant, & in quandam arrogantiam dilabantur, verorum chriſtianorum Oratorum, ſed è contra adulatorum cathalogo adſcribere, qui hominibus ſuperlatiuum ſine poſitiuo contra regulas Grāmaticorum affingunt, qui eos omni laudum genere digniſſimos prædicant, qui vel maximè vituperabiles ſunt, vel ſi quid in ijs laude dignum ſit, vitia tamen alia & crimina præponderant, hi inquam ſunt, qui antiquitus vſitatam litterarum inſcriptionem **dem erbarn vnd frommen** ſiue probi & honeſti nomen, vti nimis ſimplex (quia ipſis homines non ſimplices ſed duplices reddiderunt, quod à Chriſtiani oratoris officio longè alienum & peccaminoſum eſſe arbitror) re ipſa antiquarunt, ſeu relegarunt, cum tamen iuxta Caſſiod. 1. *epiſt.* 12. nihil ſit laudabilius Aduocationis vel alterius profeſſionis officio, ſi purè impendatur, quare vt monet Menander in Nann: *-----Adſit ſemper veritas.*

Tibi ac mihi res omnium tutiſſima
Veritas cæli ciuis eſt & ſola fruitur conuictu Deorum.

Relinquamus ergo Poetas ac Pictores 9
prædictos etiam oratores nimis hodie frequentes, nos qui iuſtitiæ & veritatis Sacerdotes ac miniſtri dicimur, hanc ſemper amplectamur, hanc ſequamur, & quauis re mundana potiorem habeamus, in Tribunalibus maximè exuberantem, de quibus ah vtinam dici poſſet, quod de Tribunali Caij Aquilij dixit Cic: certè apud eos, qui hic adſunt, veritas valebit, aut ex hoc loco repulſa, vbi conſiſtat, reperire non poterit, quoniam conſtans manet Agathonis ſententia quod quilibet Magiſtratus & Iudex meminiſſe debeat 1. ſe hominibus imperare, 2. ex legibus ſe imperare debere, 3. ſe non ſemper imperaturum eſſe.

Æquè intolerabis eſt ſecta ſeipſos præ- 10
dicto modo laudantium, de quibus præclarè Plin. *lib.* 1. *epiſt.* 8: quod magnificum inquit, alio referente fuiſſet, ipſo, qui geſſerat, recenſente, vaneſcit, homines enim cum rem deſtruere non poſſunt, iactantiam eius inceſſunt, conforme eſt illud Poetæ

Omnibus inuiſa eſt ſtolida iactantia mentis
Dum de te loqueris, gloria nulla tua eſt.

cuius rei luculentum exemplum ſit Cicero, cuius cum poſt oppreſſum Catalinam maxima eſſet auctoritas, eam tamen creberrima & aſſidua prædicatione inſigniter diminuit Plutarch. in vita Cicer. hinc rectè vulgo dicitur

Nec te collaudes, nec te culpaueris ipſe.
Hoc faciunt ſtulti quos gloria vexat inanis.

O

Digitized by Google

11. O glorioſa humilitas inquit S. Bernar. qua ipſa quoq; ſuperbia ſe palliare appetit, ne vileſcat; prædicta tamen declara, vt ad repellendam ignominiam, calumnias, iniurias, vel ad maiorem aliorum ædificationem licita ſit propria laus, Plutarch. *de ſui laude*, ſi teipſum citra reprehenſionem laudes, iquit, licet, primum ſi depellendæ calumniæ cauſa vel criminis id facias, vbi idipſum probat Græcorum exemplis, merentem laudare, ait Seneca *epiſt*. 102. iuſtitia eſt, & ex Socratis decreto, Thus quidem Dijs, laudem vero bonis viris tribuere iuſtum eſt, omne quod non habuit decus, inquit Seneca, addita virtute ſumit, cubiculum laudum dicimus, quod idem obſcuriſſimum eſt nocte, dies illi lucem infundit, nox eripit, ſic iſtis, quæ à nobis indifferentia dicuntur, diuitijs, viribus, honoribus, è contra, morti, exilio, malæ valetudini, dolori, malitia aut virtus dat boni vel mali nomen, virtutes igitur in aliquibus elucentes obtrectationibus aliorum in modum defenſionis opponere ſæpe neceſſe eſt, ita inuidia, ita altercatio & detractio hodie ſunt frequentes & communes, vt niſi infinitè contra iſta te armaueris, facile vincaris, quemadmodum hodie in quodam cõſilio cuiuſdam laudes & virtutes contra ſathanicas calumnias extollo, ſæpe enim mali homines illas ingerunt, quas ipſe Diabolus ingerere non poteſt, prout inter alia huiuſmodi Adulatorum & Calumniatorũ exempla, in hiſtorijs paſſim obuia, habemus apud Peckium *de iure ſiſtendi, cap*. 14. *ſub num*. 3. *relatum p*. 1. *de Clementia cap*. 6. Diabolum imitantium, ita boni expoſiti ſunt inuidiæ & calumnijs malorum, Diabolus iuxta S. Gregor. lib. 2. *moral*. ipſe malus quæ accuſet, non inuenit, ad malum ipſa bona flectere quærit, cuius rei luculentum quoque habemus exemplum in Senec. *conſol. ad Hel*. ducebatur, vt refert Seneca, Athenis ad Supplicium Ariſtidos, cui quiſquis occurrebat, oculos deijciebat & ingemiſcebat, non tanquam in hominem iuſtum, ſed tanquã in ipſam iuſtitiam animaduerteretur, inuentus tamen eſt, qui eius faciem inſpueret, poterat ob hoc moleſte ferre, quod ſciebat neminem id auſurum puri oris, at ille abſterſa facie & ſubridens, ait, comitanti magiſtratui, admone iſtũ, ne poſtea tam improbè oſcitet, hoc fuit contumeliæ ipſi, contumeliam facere, ac ita apparet verum quod dicit Saluſt. *ad Cæſar: de ord: Repub*: viros interdum fortuna, ſæpe inuidia fatigat, vbi anima naturæ ceſſit, demptis detractionibus, ipſa ſe virtus magis magisque extollit, quia vt dicit Senec: virtutem nulla vis excutere, caſus aut fraus à nobis ſubducere poteſt, ſed iuxta Poëtam

Lucet in aſpectu pietas, intrinſeca virtus
Scribitur in vultu, probitas in imagine fulget.

quando autem ſeipſum laudare liceat vide Freher. *de fama & exiſtimatione*, & Thomam Hybernicum *in floribus Doctorum litt: l. in verb. laus*, mulierum hoc proprium eſt quod ſeipſas laudent, & ſemper ab alijs laudari velint, ſed quot ſunt foris Helenæ, intus vero Hecubæ. attende igitur & caue, quia multi ſtrepitu labiorum ait S. Hieronym. ſuper *Matth*. 6. Benedicunt Dominum, & immunda mente veritati interius contradicunt.

* * *

Digitized by Google

CAPVT VI.

Veritatis abuſus in ſimulatione & diſſimulatione.

1. LVcas de penna *in l. Reos ſub num.* 9. *&* 10. *Cod. de Reis poſtulatis*, agens de ſimulata innocentia, ſimulata iuſtitia, & æquitatæ, ait, quod hiſce temporibus penuria nulla, ſed maxima affluentia ſit, quæ eſt duplex iniquitas, quia facit malũ & abutitur bono, ſic diſſimulatio in vitio eſt *l. ea cõmendandi* §. *finali ff. de contr. empt.* dolus eſt, inquit, non in eo tantum, qui obſcure loquitur, ſed qui inſidioſe diſſimulat, Gallus Aquilius, vt refert Grotius *tract. florum ſparſio ad tit. ff. de dolo malo*, formulas protulit de dolo malo, in quibus cum ab eo quæreretur, quid eſſet dolus malus, reſpondebat, cum eſſet aliud ſimulatrum, aliud actum, proprie autem diſſimulat, qui quod ſcit, ſe neſcire dicit, vel qui relicto quod ſit verum, proſequitur quod ſcit eſſe non verum Lucas de Penna *in l. actuarij. num.* 4. *Cod. de erogat. Milit.* vbi & quod diſſimulatio interdum ſit laudabilis & diſcreta, de quo & Cardin. Tuſchus *litt. D. diſſimulare quando licitum vel non licitum concl.* 510. *& litt. C. cauillationibus quando vti liceat concl.* 135. & diſtinctè Iaſon *conſ.* 153. *n.* 7. *lib.* 2. loquitur, quod ſimulatè fieri dicatur, quodque inſtrumentum tunc falſum dicatur, quando ab eo remouetur & mens & verba contrahentium, ſimulatum vero, ſi remoueatur mens & non verba, de quo loquitur *tit. Cod. plus valere quod agitur quã quod ſimulatè concipitur*, ſi vero remouentur verba, & non mens, tunc inſtrumentum nec ſimulatũ quia ſubſtantiatur in radice veritatis, & eius ſubiectum eſt veritas *Cap. nihil obſtat X. de verborum ſignificat.* de qua ſimulatione totum tractatum ſcripſit Farinac. *de falſitate & ſimulatione quaſt.* 192. *p.* 1. & ibidẽ ponit 4. ſpecies ſimulationis, ex quibus vera & propria ſimulatio reprobetur, quando partes ſic agunt, vt nihil fiat, *vide ad eũ & ad tit. Cod. plus valere & DD. in l. imaginaria ff. de regul. iuris.* pulchra vero extat deciſio Magonij *deciſ. florent.* 76. pro excluſione ſimulationis in cõtractu viri pro vxore, ſed de hac ſimulatione principaliter non agitur, alioquin videas Marcellum Calam *de modo articulandi & probandi* §. *vn. nu* 198. *& ſeqq.* contractus ſimulatus quomodo probetur *idem num.* 497. *& ſeqq.* quomodo probetur venditionẽ eſſe fictitiam & ſimulatam, iũctis traditis per Tepat. *in comp. deciſ. tit.* 352. *de ſimulato contractu, qualis ſit, quomodo probetur, de eius effectu, an eidem renũciari poſſit, & quibus caſibus valeat.* veritas tamen præualet ſimulationi, quippè legum eſt amica, amanda, & cui omnia cedunt: verũ potiſſimũ hic agitur de ea diſſimulatione, quando contra leges, ſtatuta, & veritatem prætextus quæruntur, prætextus dicitur fictio, figura, ſpecies, ſeu velamen, quo quis adduci ſe fingit ad aliquid agendum, cum tamen alia cauſa ducatur, & moueatur, in hunc ſenſum, Suetonius in vita Cæſaris & Tiberij, vtitur verbo prætextus, & Virg. 4. Æneid.

Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam

Qui hodie optimi videri volunt, honeſtis nominibus publicum bonum ſimulantes, pro ſua quiq; potentia certant, qui loco & tempore opportuno, vel in illo die nullam in belli pertinacia ſalutem conſiſtere reipſa experientur, quomodocunque hic ei prætextus quæratur, qui gaudeat magis ad vanitatẽ, quam ad veritatẽ, imo & vltra illos prętextus eo deuentũ eſt, quod teſtę Poëta 2.

Non

Digitized by Google

Non opus eſt vltra titulos prætendere factis
Iure valet, quidquid pars violenta gerit.

3. Pleraq; tradit Bonac. *de cenſuris in bulla cœnæ conten. diſp. 1. q. 14. puncto 1. prop. 2. n. 5. v. obijciens*, addens nomen prætextus adhiberi nō ſolum ad ſignificandam fictam cauſam, ſed etiam veram *l. ſub prætextu*, *Cod. de tranſact. cap. inter monaſterium & cap. ſuborta de re iud. inferendo*, quod & illi, qui confugiunt ſub prætextu ad Iudices ſæculares, excommunicentur, vide ibi, ſed prætextus in malis hodie ſunt infiniti, & fucatis adinuentionibus colorati, recte ijs applicari poterit illud *Pſalmiſta Pſal.* 117. circumdederunt me, ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis, apes enim in ore mel habent & in aculeo caudæ vulnus, ita omnes, qui blandiuntur ſed latenter ex malitia feriunt, apes ſunt, quia loquendo dulcedinem mellis proponunt, ſed occultò feriendo vulnus inferunt S. Gregor. *ſuper Ezechiel. hom.* 9. quod & recte quadrat in hodiernos politicos, Aulicos, & quoslibet Adulatores, doloſus enim vt decipiat, inquit Iſidorus, occultam malitiam blandis ſermonibus ornat, quemadmodum re ipſa experimur nimis verum eſſe illud S. Gregorij *in moralibus*, *ſuper illud Iob* 12. *verſ.* 4. *deridetur enim iuſti ſimplicitas &c.* huius mundi ſapientia, eſt cor machinationibus tegere, ſenſum verbis velare, quæ falſa ſunt, vera oſtendere, hanc qui ſciunt, cæteros ſuperbiendo deſpiciunt hanc qui neſciunt ſubiecti & timidi in alijs ipſum mirātur, hæc ſibi obſequentibus, præcipit honorum culmina quærere, adepta temporibus gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab alijs mala, multiplicius reddere, cum vires ſuppetunt, nullis reſiſtentibus cedere, cum virtutis poſſibilitas deeſt, quicquam per malitiam explere non valet, hoc in pacifica bonitate ſimulare, quæ refert Barboſa *in cap. multa num.* 17. *X. de præbendis vbi & in ſeq.* vides Aulicorum pericula. Huiuſmodi ſimulatores hodierno tempore magna in copia habemus, qui ſequuntur Ioab, hic enim Abner quaſi ad ſecretū Colloquiū amicè vocās, percuſſit eū in inguine & mortuus eſt in vltionem ſanguinis Aſael fratris eius 2. *Regum cap.* 3. *verſ.* 27. idem Ioab 2. *Reg. cap.* 20. *verſ.* 9. & 10. Amaſam blandè alloquens & demulcens imo ſalutantando eū fratrem vocans, occidit, quod ſciret illum ſibi deſignatum collegam in eodem magiſtratu, timeretque ne tandem ſibi Amaſam præferretur, ac ſolus militiæ Regiæ præficeretur. Cyrill. *in Ioann. cap.* 8. *lib.* 8. vox illorum, vox quidem Iacob, ſed manus, manus Eſau ſunt *Geneſ. cap.* 27. Introrſum turpes, ſpecioſi pelle decora, hinc quidem Poëta

Iſti ſunt mores, hæ noſtri temporis artes
Vox eſt Iacobi, manus eſt immanis Eſaui

in quibus vtinam verificetur,

Falſus in ore
Careat honore.
Lingua doloſa
Vbique ſit odioſa.

Verum enimuero, Deus bone, quot mūdus hodie abundat ſimulatoribus, qui amicitiam ſimulant, hoſtes in occulto, vel detrectatores abſentes, hi quanto magis ſimulationibus inebriati & ineſcati, tanto acriora infigunt vulnera, pro quo faci⁊ *cap. ſi inimicus diſt.* 93. quippè magis nocēt inſidiæ, quæ latent, iuxta Senecā, & Nazianz. *orat.* 35. qui minimè ſuſpectus, ait, pernicioſius vulnus infert, & rurſus Seneca *de benef. c.* 20. inſidioſiſſimè nocet, cui gratiæ aguntur pro iniuria, peior odio inquit Plin. *Paneg.* amoris ſimulatio, vnde non eſt deterior hoſtis, quam fictus amicus, nunquid hoc præſertim 4.

tim

Digitized by Google

ſertim in Aulis Principum quotidianũ eſt? ſimulant enim ſe Amicum alterius, quem oderunt, promittunt ei obſequia, quę proſequuntur, ſed quæ peſtis maior aut nocentior fingi poteſt bono familiari? *gloſſ. in l. 1. ff. ad Syla. & in l. data Cod. de donat.* peiora ſunt tecta odia, inquit Senec. *de prouid.* quã aperta, & agnoſci amat, qui odium oſtendit, propterea te loquax inimicus minus, quam taciturnus offendit.

hinc Poeta

Non odium grauius quam ſimulatus amor.
Tuta frequenſque via eſt, per amici fallere nomen

Sed tuta frequenſque licet ſit via, crimen habet. *Prouerb.* 10. *Ierem.* 9.

Quippe ab illo prius damnum irreparabile accipimus, quam ſuſpicari quicquam poſſimus, rurſus è contra ab eo facile poſſumus cauere, qui ſe aduerſarium profitetur, vnde Poëta

Decipies alios verbis, vultuq; benigno
Nam mihi iam notus diſſimulator eris.

5. Quod hypocritæ proprium eſt, quid enim aliud eſt vita hypocritæ iuxta S. Gregor. *in moralib.* niſi quædam viſio phantaſmatis, quæ hic oſtendit in imagine, quod non habet in veritate, hypocrita iuxta Iſidor. 10. *etymol.* Græco ſermone in latino ſimulator interpretatur, qui dum vitijs malus ſit, bonum ſe palam oſtendit, qui iuxta Poëtã

—— —— Pulchram fallendi nouerat artem
Veris falſa probans, quia tantum falſa loquendo
Fallere nemo poteſt, veri ſub imagine falſum
Inſluit, & furtim deceptas occupat auras.

quia vt Publius ait, habet ſuum venenum blanda oratio, vnde & *Prouerb.* 29. *verſ.* 6. dicitur, meliora ſunt vulnera diligentis, quã fraudulenta oſcula odientis, Adulator vitia cuiuſq; dealbat, inquit *Sareſb.* 3. 4. & Tacitus *in vita Agricol. cap.* 41. peſſimum inimicorum genus, laudantes vocat, quæ rurſus Poëta expreſſit his verſ.

Nulla quidem peſtis magis eſt operoſa nocendi
Quã ſimulatus amor nimiumq; domeſticus hoſtis.

Sic aſtutus ille ſerpens blandis hiſce verbis, 6.
Dij eritis & nequaquam moriemini, primos noſtros parentes decepit, ideo *Syrac. c.* 21. monet, vt tanquam à facie colubri fugiamus peccatum, coluber namque habet caput, corpus & caudam, aſtute caput immittit, quo admiſſo totus ſtatim illabitur, per caput intellige, mali ſuggeſtionem, per corpus, delectationem, & per caudam, cõſummationem, nullæ enim ſunt occultiores inſidiæ, quam hæc, quæ latent in ſimulatione officij aut in aliquo celſitudinis nomine vt dicit S. Bern. nam eum, qui palam eſt aduerſarius, facile cauendo vitare quis poteſt, quemadmodum Troianus equus idcirco fefellit, quia formam miſericordiæ mentitus eſt, hinc belliſſimè Poëta

Senſi etenim mecumq; vtinam deprenderet Orbis
Quam fallax & blanda venit, nihil hoſte polito
Sauius, omnifico vultu mentita fauorem.

ſed quæcunq; à naturæ ſuæ conditione recedunt inquit Gueuara, merito vituperantur. In quos inuehitur Seneca in Hipp. dum ait,

O vita fallax abditos ſenſus geris
Animiſq; pulchram turbidis faciem induis,
Pudor impudentem celat, audacem quies.
Pietas nefandum.

Totius vero iniuſtitiæ nulla eſt capitalior 7.
ſiue principalior, ait Cic. quam eorum, qui cum maximè fallunt, id agunt, vt boni viri eſſe videantur, & Plutarch. *de Herod. malig.* inquit, non modo extrema eſt iniuſtitiæ videri iuſtum, cum non ſis, ſed & ſummæ malignitatis, ſimulando facilitatẽ, iniquiſſimum ſe præbere, extrema eſt peruerſitas, inquit Plato, cum prorſus iuſtitiã

vaces,

Digitized by Google

vaces, ad id niti vt vir bonus eſſe videaris, conſimiliter Publius dicit, Malus vbi ſe bonum ſimulat, eſt peſſimus, hoc eſt, diſſimulata malitia peſſima eſt, ſolùm etiã nomen inimici abhorretur, perinde quæ profert, mox reſpuũtur, non ita in amico ficto, hypocrita, vel adulatore: Tãtæ autẽ ſimultates noſtra ætate in amicitiam graſſantur, vt multi ſe nobis coniunctiſſimos eſſe pr ſe ferant, ſeq; plus quam noſtros eſſe, omnib. argumentis, quæ extare videntur, oſtendãt, quorũ tamen animus perfidioſa proditione totus ſcatet, quo ſunt nobis omni ex parte inimiciſſimi, & multo quidem periculoſiores illis, qui ſe tales haberi apertè volũt, *c.1. diſt.93.* Coraſ. *in annot. Arreſt. Tholoſ.* 4. vbi & dicit, quod tam exigua eſt copia eorum, in quibus fiducia aliqua collocari queat, vt Phœnix plerumque non ſit rarior, & docet quâ prudentia cum amico agi debeat, vbi & illud apothegma Biantis, quo iubemur ita Amicum diligere, vt aliquando ſimus vſuri vt inimico, quod poſtea ita vſurpatum eſt, ita amicum habeas, poſſe fieri, vt inimicum putes, & rurſus Coraſ. *de iure ciuili, in artem redigendo c.*18. *in f.* rem periculo plenã eſſe inquit, iudicare, probus quiſpiam ſit an improbus, multis enim, inquit Cicer *epiſt.*1. *ad Q. fratrem*, ſimulationum inuolucris tegitur & quaſi velis quibuſdam obtenditur vniuſcuiuſque natura, oratio vero ſæpiſſimè. hi ſunt

Qui curias ſimulant. & bachinalia viuunt.

8. Melius Lactant. *inſtit.* 1. virtus colenda, non imago virtutis, illi ex verbo Chriſti ſimiles ſunt ſepulchris dealbatis, quæ foris patent hominibus ſpecioſa, intus vero ſunt plena oſſibus mortuorum. & omni ſpurcitiâ, hoc eſt, hypocriſi & iniquitate *Matt.* 23. *verſ.* 28. vel etiam ſimiles proditori Iudæ, qui Magdalenam vnguentum, vt ille aiebat inutiliter, in corpus Chriſti effundentem reprehendit, *Matth.* 26. *verſ.* 7. *& ſeqq.* qui tamen longè peiora fecit, Chriſtum Dominum ſuum triginta denarijs vendens *Matth d. cap verſ.* 15. *& ſeqq.* Sed non poteſt diuturna eſſe hæc obſtructio, nec diſſimulatio multo tempore latere Cic. *pro Sextio*, ideoque cum Chriſtus nobis attendere iuſſiſſet à falſis Prophetis, qui veniunt ad nos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, addidit, à fructibus cognoſcetis eos, *Matth.* 7. *verſ.* 15. quoniam difficile eſt, vt malus quis ſemper lateat Plato *lib.* 2. *de Repub.* nec vllum mendacium ſeneſcit, vt inquit Volater. *lib.* 28. quos ſeu mendaces interim & fictos Eccleſia militans tolerat, quæ vti in medio, puta inter cœlum & terram ſubſiſtit, ita vtrarumque partium homines communiter recipit, ſunt ficti in Eccleſia, quomodo humores mali in corpore, quando euomuntur, releuatur corpus, ſic quando exeunt mali, releuatur Eccleſia *cap. eſt vnitas de conſecrat diſt.* 4.

Ego quandoq; reſpondi contra aliquem, 9.
qui vt aiebat, matrimonium cum quadam virgine ſimulatè contraxerat, quodque verè & realiter non conſenſerat coram Parocho contrahendo vel dicendo, quod eam in vxorem acciperet, ſed quod iam antea proteſtatus fuerat, quod talia coram Parocho non animo ſe obligandi vel contrahendi edicere vellet, & vidi allegatos DD. aſſerentes, matrimonium in foro poli non ſubſiſtere ob defectum conſenſus, cuius contrarium ego ſuſtinui dicendo. Primo, quod in foro fori Iudici de defectu conſenſus non poſſit fidem facere, pro quo facit Doctrina Philoſophi, quod voces ſint tum rerum, quæ animo percipiuntur & exiſti-

Digitized by Google

exiſtimantur, tum affectuum, qui in ipſo ſunt ſigna & notæ, id eſt, vox data eſt ad ſignanda ea, quæ internè concipiuntur, animoque inſunt, ex quo ſequitur oportere illas eis eſſe conſentaneas, ſi enim ab illis diſſentirent, nequaquam ea indicarent, nam vt inquit S. Auguſt. quiuis aliquid nunciat, teſtimonium perhibet animo ſuo, conuenit enim vt externa interius conſentiant, quamuis hodie politicum ſit illud Oweni.

Diſſimula, ſimula, quoties occaſio poſcit
Moribus vt morem, temporibusq; geras,
Temporibus qui ritè ſapis, ſeruire memento
Omnibus, vt tempus ſeruiat omne tibi.

Et illud Terent. *act.* 2. *ſcen* 2.

Quidquid dicunt, laudo, id rurſum ſi negant laudo quoq;
Negat quis, nego, ait, aio, poſtremo imperaui egomet mihi.
Omnia aſſentiri, is quæſtus nunc eſt multo vberrimus.

10 Prædictum vero dixi quoque procedere. 2. Etiamſi proteſtatio coram Notario interpoſita fuiſſet (qui talem proteſtationem coram ſe interponi vt peſſimi exempli admittere non debuiſſet) quandoquidem poſtea in ipſam conſenſit, proteſtatio autem non impedit ſequens matrimonium Coraſius *in l. ſi tam anguſti num.* 8. *de ſeruit.* pro cuius comprobatione ſeruiunt *tradita ſuperius cap.* 4. factum enim ſiue contractus potentius probat factum quam verbalis proteſtatio Iaſon. *conſil* 153 *num.* 3. *lib.* 2. vel per actum ſubſecutum intelligitur actui incompatibili renunciatum, *deciſio Rotæ Genuenſis* 93 *num.* 10. præſertim in caſu prædicto, vbi oppoſitum conſequentis, non poteſt ſtare cum antecedenti, *d. Rota deciſ.* 101. *in fin.* quo caſu proteſtatio actui contraria nihil operatur, quod tunc vtique verum eſt, quando ordinatur ad tollendum factum, facta enim pro infectis haberi non poſſunt, ſecus eſt ſi proteſtatio ordinetur ad tollendam mentem facto, Wameſius *cent.* 1. *conſil.* 40. *num.* 14 *& ſeqq.* de quo pulchrè Surdus *conſ.* 143. *num.* 59. *& ſeqq.* & in terminis ita conſuluit Caſtrenſ. *conſ.* 45. *num.* 2. *lib.* 1. vbi reſpondet ad contraria, ſic etiam in terminis matrimonij proteſtationem clandeſtinam non attendi, reſoluitur apud Deckerum *lib.* 1. *diſſert.* 9. ea propter non placet mihi cautela pro iuuenibus, puellas decipere volentibus, tradita in Hypolito de Marſilijs *ſing.* 286. de clauſula contractus ſponſaliorum & matrimonij reſolutione interpoſita, contra quem ſtringere videntur dicta per Bald. *in l ſi quis ita ff. de hered. inſtit.* prout ipſemet fatetur, ſed magis arridet conſilium Iſocratis ſola ratione naturali illuminati, quod in prima oratione ad Regem Nicoclem ſcripſit, adeo omni tempore veritatem æſtimabis, inquit, quod ſimplicia tua verba aliorum iuramentis efficaciora ſint, quem refert Peguera *deciſ.* 39. *in addit. ibi & in ipſa deciſ.* pulcherrimè exornatur, quod fides omnino ſeruanda ſit, & hiſtorijs probatur quomodo puniti fuerint qui eandem non obſeruarunt.

Interim prædictis videntur è diametro 11. repugnare tradita à DD. apud Barboſam *in cap. in dolo* 22. *quæſtione* 2. quod iurans, cum dolo fallendi alterum, & ſine intentione adimplendi, in foro conſcientiæ nullam obligationem contrahat, quamuis proferat verba apta ad matrimonium, ſi tamen in rei veritate nullum habuit animum contrahendi, nullum in rei veritate detur matrimonium, qui tamen dicit ob euitãdum ſcandalum, quod ratione deceptionis teneatur adimplere, diſputent igi-

tur

Digitized by Google

tur DD. ibi quidquid velint, ſi ego eſsé Iudex in prædicto caſu, non ſolùm pronunciarem illum obligatum, cum ſubſecutus conſenſus coram Parocho non poſſit ſeparari ab obligatione, imo hoc ipſo inducta cenſeatur obligatio, ſed etiam eum punirē, quippe Ethnicum eſt illud, lingua iurauit, mens iniurata eſt, Euripid. *in Hypol.* malus, inquit Publius, eſt vocandus, qui ſua cauſa eſt bonus, nedum quod dictam cautelam laudem, vel toleranda putem, quæ occaſionem delinquendi præbent, ſcriptum enim eſt in *Pſalm. 36. verſ. 9.* quoniam qui malignantur, exterminabuntur.

12. Quandoque tamen licita eſt ſimulatio, de quo agetur *c. ſeq.* cum inimico ſimulate agere politicum creditur, quia iuxta pertritũ illud, inimico reconciliato ne fidas, quod ita inducit Cyril. *lib. 1. c. 23.* Si quis aliquem offenderit, ſemper eum paueſcat, ſub tali parabola, vulpes calcans aſpidem mordetur & ipſe mordens, recedunt ab inuicem, poſtea cum ſibi iterum obuiarent, dicit aſpis, diu te quæſiui, vt tecum pacem facerem, & ore, quo te prius momordi, oſcularer, quia pace nihil melius, reſpondit autem vulpes, verum quidem, dum vera fuerit, ſi autem ficta, nihil pernicioſius, tunc enim eſt lux obnubilans, vita mortifera, & dulcedo venenoſa, vade ergo cum tua pace, mihi ſemper timendus eſt offenſus, namque fratres Ioſephi, quem offenderant Adoleſcentes timuerunt & ſenes, quo dicto euitato hoſte diſceſſit, prædeductis confer quæ de adulatione & adulatoribus ſcribit Cothoman. *vol. vlt. Academ. reſponſo 43. per tot.* vbi quædam notabilia & moralia & de effectu, quam ſibiipſi & alijs pernitioſi exiſtant adulatores, *& in f.* pulchra differentia inter verum amicum & adulatorem; & quia ſub ſpecie veritatis multi mentiuntur hodie ſæpiſſime, magnæ ſapientiæ erit virtutes à vitijs rectè diſtinguere, vt latius ibi, ad quem breuitatis cauſa ſit remiſſio; concluſiuè ſuadeo hodie præ oculis haberi illud Poëtæ:

Fide, ſed ante vide, qui fidit, nec bene vidit,
Fallitur, ergo vide ne capiare fide.

CAPVT VII.

Veritatis abuſus in verbis Amphibologicis, reſtrictionibus mentalibus, æquiuocationibus & aliqua de mendacijs.

BReuibus me reſoluendo circa mendacium, dico illud ſemper illicitum, quia 1.
mentiri eſt contra mentem ire, vel ſicuti S. Auguſt. *cap. 22. Enchirid. relatus cauſa 22. quæſt. 2.* definit, is mentitur, qui contra id, quod animo ſentit, loquitur voluntate fallendi, omne autem, quod non eſt ex fide, peccatum eſt Apoſtolus Paulus *ad Romanos cap. 14. verſ. 23.* hoc eſt, vt explicat Barboſa *in cap. monet 22. quæſt. 1. numer. 7.* omne id, quod non eſt ex conſcientia, ſiue ſecundum conſcientiam, & ita contra illam, peccatum eſt, mendacium autem eſt contra mentem, & ſic contra conſcientiam, quæ ſententia Catholica eſt Delrio *lib. 5. diſquiſ. magic. ſect. 10* roborata per S. Auguſt. *& latius de mendacio ad Conſentium cap. 4.* atque octo genera mendaciorum recenſet *c. primum eſt 22. quæſt. 2.* vbi & quomodo grauius in ijs peccetur, & Ariſtot. 4. *Ethic. cap. 7.* naturæ lumine ait, per ſe malum & vituperabile mendacium eſt, iuncta doctrina Pacian *de probat. lib. 1. cap. 21. num. 3. & ſeqq.* quod non ſit licitum mentiri pro ſalute hominis, vbi exornatur & declaratur menda-

Digitized by Google

cij mataria, ego illud nunquam ne quidem maioris boni aſſequendi, vel maioris mali euitandi cauſa, licitum puto, non enim ſunt facienda mala vt eueniant bona. *per notata part.* 1. *tit.* 1. & exornatur à Scaccia *de iudic. lib.* 2. *cap* 9. *num* 838. *& ſeqq.* vbi tamen dicit quædam mendacia eſſe permiſſa, quando quis vtitur æquiuocatione, vt in exemplo de Patriarcha Iacob, de S. Franciſco, &c. ſed ipſemet fatetur non reputari illa peccata, cum non loquantur contra id, quod gerunt in mente.

2. Propterea notanda eſt differentia inter æquiuocationem, reſtrictionem mentalem & amphybologicam locutionem, ſeu propoſitionem, Æquiuocatio enim eſt, cum verba ſecundum ſe admittunt, duplicem ſenſum, vel vtrumque ferè æquè vſitatum vel vnum vſitatum communiter, alterum rarius, reſtrictio vero mentalis eſt, cum verba non admittunt verum vel plenum ſenſum, niſi cum addito, vti exemplificando docet Greſſerus, *de conſcientia lib.* 5. *cap.* 18. vbi ex communiſſima DD. ſententia æquiuocationem ad euitanda indicata incommoda licitam dicit, hanc autem aliqui ibi illicitam aſſerunt contra communem DD. opinionem, quam exornat & declarat Greſſerus *& cap.* 19. *numer.* 187. *& ſeqq.* vbi diſtinguit inter reſtrictiones occultas & inuſitatas, quales vocat, non quæ latent prudentes, ſed quæ latent omnino auditores, aliæ ſunt ſatis obuiæ, vt ſi confeſſarius dicat ſe neſcire peccata in confeſſione audita, legatus ſibi commiſſa, vel quilibet aliquod crimen vel ſecretum, ad haſce ſufficit vtilitas ad quemlibet honeſtum finem, illæ vero redduntur licitæ morali neceſſitate, ſeu cauſa & incommodo non quouis, ſed graui, quale excuſat ab obſeruatione præceptorũm poſitiuorum, *& numer.* 193. tradit, non eſſe licitam tam facilè & frequenter, vt aliqui putant, reſtrictionem mentalem, ſed peccatum eſt vti ad euitandam confuſionem, pœnam, vel reprehenſionem aliquam, vel leuem iacturam honoris vel bonorum, aut ad obtinendum lucrum aliquod alias iuſtum, ſi merces ſupra meritum vel verum laudetur, notent hoc Mercatores & inſtitores noſtri. Ex prædictis vero infertur licitum eſſe in bello dare inimicis occaſionem errandi, quod plerique ſtratagema appellant, hæc ſunt arcana, dicit Velleius *lib.* 2. quibus aliud dicitur, aliud intelligitur, ſimulata ſæpè honeſta, & non illicita, ſi enim in contractibus priuatis ſine dolo malo poteſt aliud ſimulari *l.* 1 *ff. de dolo*, quanto magis hoc ipſum in publicis pro re nata licitum erit, politicum hoc eſt, qui neſcit ſimulare neſcit regnare, quod & ego admitto, ſi legibus, prudentia, temperatum ſit, Oranus *de principe Chriſtiano lib.* 2. *cap.* 4. intolerabile autem puto, ex ſpecialibus quibuſdam regulam architectari, & in mentalibus reſtrictionibus habenas laxare, cum & ille, qui fingit vel ſimulat, fallat, licet falli non ſemper obſit, ſed plurimis in negotijs ſit opportunum, vnde ſimulatio & in verbis & in rebus ipſis ſæpè licita reperitur, quid enim prohibet rebus ipſis indifferenter vti ad diuerſa indicanda, licet fallendi animo fiat, neque enim aduerſus præſcriptum natura agit, qui fingit vtendo re ab ipſa inſtituta, ad verum exprimendum, nec in fallendo ſemper eſt peccatum, nec fallere prorſus inhibitum, ſed tantum, cum ad eius incommodum, qui fallitur

fallitur ſpectata ea propter perplacet mihi declaratio Fabiani Iuſtiniani *in explic. Tob. cap.* 5. *verſ.* 7. *in documento.* quod iuſtitiæ vel charitatis cauſa vti liceat verbis geminatum ſenſum habentibus, & amphibologicis, addens nos poſſe vti tacita reſtrictione verborum, dum aliquod incommodum in nos, vel alios, ex eius manifeſtatione reſultat, verbi gratia, cum expoſcenti à nobis pecuniam, quam habemus, reſpondemus, nos non habere pecuniam, tacite animo concipientes, ad mutuo dandam, vel ſi Legatus interrogatus, num hoc vel illud in mandatis habeat, licitè negatiuè reſpondere poteſt, ſe non habere, ſcilicet, vt aperiat tibi, ſicut alijs ſacræ ſcripturæ locis hoc explicat, nihilominus non debemus exiſtimare paſſim, & quauis minima de cauſa hiſce reſtrictionibus vti nos poſſe, ſed tunc, quando nobis vel proximo graue damnum imminet, ſi iuxta mentis interrogantis, qui interrogandi non habet legitimam poteſtatem, reſpondeamus, nam alias, dicit, conuerſatio humana vel charitas Chriſtiana læderetur, repugnaretque puritati ac ſimplicitati Chriſtianæ, & facilè tolleretur vniuerſa negotiorum commoditas, ſi quis illis in alterius incommodum ſeu præiudicium vti liceret, turpe inquit, Seneca *Epiſt.* 24. aliud loqui aliud ſentire, quanto turpius aliud ſcribere, aliud tacita mente concipere. hinc Homer:

Odi illos ſeu clauſtra erebi, quicunq; loquũtur.
Ore aliud, tacitoque aliud ſub pectore voluunt.

3. Qui corde & ore loquuntur, apud latinos bilingues dicuntur, qui ſophiſticè loquitur inquit, *Eccleſiaſticus* 37. *verſ.* 23. odibilis eſt, in omne re defraudabitur, & in multis exemplificat Barboſa 22. *quaeſt.* 2. vbi & de vxore adultera à marito interrogata, impulſaque iurare, num adulterium commiſerit, poterit negatiuè reſpondere, intelligendo ſe non feciſſe adulterium tali mente vel tali die, &c. vbi & de ſimulatione, qua vſus fuit Dauid 1. *Regum cap.* 21 *verſ.* 13. & ſic conuenit illud Caſſiodori 3. *Epiſt.* 51. expedit interdum deſipere, de quo extat pulchrum exemplum de Iehu Sacerdote, qui ſimulabat ſe colere Baal idolum, vt congregatos eius Dæmonis Sacerdotes combureret, 4. *Reg. cap.* 10. *verſ.* 19. *& ſeqq. cap. vtinam* 20. *quaeſt.* 2. alios caſus in quibus ſimulatio licita eſt, & quam alias peruerſa, tradit Lucas de Penna *in l.* 4. *Cod. de metall.* nemo diu, inquit Sen. de Clement. fictam perſonam ſuſtinere poteſt, cito in naturam ſuam recidunt, quibus veritas abeſt, adde Becanum *in manuali controuerſ. lib.* 5. *cap.* 21. & merito D. Thomam *ſecunda ſecundæ quaeſt.* 110. *articul.* 3. *ad* 4. cum ait, Tametſi mentiri aut ſimulare nullo modo licitum ſit, tamen licet veritatem occultare prudenter ſub aliqua diſſimulatione, qui hoc confirmat ex S. Auguſt. *lib. contra mendacium cap.* 10. vbi ait, quamuis enim omnis, qui mentitur, velit celare, quod verum eſt, non tamen omnis qui vult, quod verum eſt, celare, mentitur, nec veritatis taciturnitate committitur falſum niſi in teſte Zaſius *in. l. qui Romæ* §. *duo fratres num.* 36. *ff. de verb. oblig.*

Hiſce doctrinis vtuntur vt plurimum 4.
noſtri temporis politici, eaſque peruerſè & in infinitum quaſi extendunt pro Maximis habentes, veritatem ſilere licitum, diſſimulare politicũ, occultare lucroſum & victorioſum eſſe, qui eo vſq; etiam

 deue-

Digitized by Google

deveniunt, vt mendacium ipſum, licitum exiſtiment, vt teſtatur Grotius *de iure belli lib. 3. cap. 1.* vbi alioquin pulchra & notabilia de dolo, diſſimulatione, falſiloquio, ambiguis & amphibologicis locutionibus, tractat, qui tamen propterea mendaces dici nolunt, ſed multum ſibi detractum putant, ſi mendacijs vtantur, pro mendacibus quoque habeantur, mendacibus igitur relinquantur mendacia non ſatis Romana, nullatenus Catholica, nec obſtat quod quandoque maioris mali vitandi cauſa minus malum peragendum eſt, præſertim ſi mentiendo nemini noceamus, multis autem opitulemur, quia reſpondetur iuxta tradita, *p.1.d.titul.1.* non licere mala minora facere, vt euitentur maiora, ſed illa bene permitti poſſe, nemo vero te coget, hoc vel illud facere, cum voluntatis arbitrio nullus vim inferre valeat, & ſi tibi vis inferatur, etiam faciendo iure diuino vel naturali prohibita, peccabis grauiſſimè, nec rurſus obſtat, quod Abraham pro euitando maiori malo *Geneſ. 20. verſ. 2.* Ægyptijs dixerit, Saram ſororem eſſe, vt ita videatur mentitus, ſic & obſtetrices Ægyptiorum mentitæ ſunt de filijs maſculis populi Iſrael *Exodi 1. verſ. 19.* ob quod factum à Deo quoque remuneratæ fuerunt, *verſ. 20.* nam ad hæc & ſimilia reſpondetur, quod Abraham non negauerit eſſe vxorem ſuam, ſed dixit ſororem, quod verum erat genere paterno, nec mentitur tacens verum, ſed ille, qui dicit falſum animo fallendi, obſtetrices autem non commendantur propter mendacium, ſed ob miſericordiam, quam ſeruandi cauſa à nece, infantibus præſtiterunt, quapropter Dominus indulſit eis mendacium, leuius enim peccat qui mentitur ad bonum peragendum, quam qui ad malum, videantur paſſim Theologi *in ſecundam ſecundæ quæſt.* 110. quorum doctrinam in hoc merito ſequar, quod mendacia numquam permiſſa ſint, nec veritati aduerſantia verba proferre poſſimus ad fallendum, quod proprie eſt mentiri, cuius rei luculentum perhibet teſtimonium Polyb *lib. 6. hiſt.* Cicero *lib. 3. offic.* ante finem, Liuius *lib. 3. decad. 3.* Gellius *lib. 7. noct. att. cap. 18.* vnanimiter atteſtantes, quod poſt Cannenſem pugnam Hannibal ex captiuis Romanis, quos detinebat, decem iuratos ad Senatum Romanum miſerit in caſtra redituros, niſi de redimendis captiuis impetrarent, cumque caſtris egreſſi eſſent, vnus ex ijs, minimè Romanus vt dicit Liuius, veluti aliquid in caſtris eſſet oblitus, in illa redijt iuſiurandi ſoluendi cauſa, & confeſtim ſecutus comites, re autem in Senatu non impetrata, cæteri in caſtra Hannibilis redierunt, alter domum abijt tanquam fallaci in caſtra reditu ſeſe iureiurando exſoluiſſet, ne iterum redire teneretur, quod cum reſciuiſſet Senatus cenſuit eum comprehendendum, & cuſtodibus publicis datis ad Hannibalem deducendum eſſe, & quidem rectè, fraus enim vt dicit Cicer. de ea re loquens, periurium non diſſoluit, neque ex tam fallaci primo reditu fuit ſatisfactum menti & intentioni paciſcentis Hannibalis.

Similem hiſtoriam in Germania noſtra contigiſſe refert Æneas Syluius *in deſcriptione Europæ 39.* & Alciatus *in l. boues §. hoc ſermone ff. de verb. ſignif.* cum Albertus Franconiæ Comes in arce munitiſſima Bambergenſis vrbis à Ludouico Imperatore obſideretur, cuius filium intermiſſe inſimula- 5.

Digitized by Google

mulabatur, difficiliſque eius arcis oppugnatio videretur, Otho Moguntinus Epiſcopus profectus ad Albertum ſe litis arbitrum profeſſus eſt, iurauitque ſi ſecum ad Imperatorem proficiſceretur, vel pacem impetraturum vel in arcem incolumen reducturum, credit Albertus & Othonem ſequitur, vix arcem egreſſi erant, Otho eum hortatur vt in arcem pranſum redeant, ſi forte longiuſcula apud Imperatorem eſſet futura mora, abſoluto autem prandio, iterum egreſſi ad Ludouicum peruenerunt, mox Albertus captus & capitali ſententia damnatus eſt, cui fidem Othonis imploranti reſpondit Otho, ſe datæ fidei ſatis feciſſe, atque religione iuramenti ſolutum eſſe, qui ſemel incolumem reuerſurum, non autem ſecundo promiſerat, certe nec hic, cum ſuis reſtrictionibus mentalibus, intentioni ac menti Alberti ſatisfecit, ſimiliter Coraſius *in l. 29. numer. 3. ff. de legibus*, refert hiſtoriam de Thracibus, qui cum hoſte 130. dierum inducias pacti, noctu depopulabantur agros, eo ſe colore velantes, quod induciæ dierum eſſent non noctium, callide nimis verba contorquendo, quippe in omni oratione conſiderari debet perſona loquentis & perſona, ad quam ſermo dirigitur, *l. ſi vno in pr. ff. locati & l. plenum §. equitij ibi Bart. & Bald. ff. de vſu & habitat.* & quia verba ad ſolam mentis ſignificationem reperta fuerunt, merito ſignificatio, & non verborum prolatio attendi debet quod adeo verum eſt, vt qui verba legis complectitur contra ipſius mentem, legis violator cenſeatur, tantum abeſt vt eius obſeruator iudicetur, *l. fraus ff. de legibus*, verba propterea inſtituta ſunt, inquit, textus *in cap. is autem 22. quæſt. 2.* non per quæ homines ſe inuicem fallunt, ſed per quæ quiſque in alterius notitiam cogitationes ſuas proferat, verbis igitur vti ad fallaciam, non ad quod inſtituta ſunt, peccatum eſt, neque licitum eſt cum Lyſandro lacædemonio & Dyoniſio Tyranno exiſtimare, pueros aſtragalis ſeu taxillis, viros iureiurando decipiendos eſſe Plutar. *in Lyſandro* Bodin. *de Republ. lib. 5. cap. 6.* qui prædicto modo interpretrando ſibi iuſiurandum, & leges aptas faciunt, nec ſuos potius mores ijs accommodant, vt loquitur Liuius *decad. 1. lib. 3.* hinc non immerito Cicer. *pro Cecinna* dixit, ſcriptum ſequi calumniatoris eſt, boni vero Iudicis voluntatem ſcriptoris autoritatemque defendere, de quibus latius *ſupra de æquitate cap 9. §. 1. actum fuit*, ſed iuxta eundem Cicer. *pro M. Marcello* in animis hominum multæ latebræ & multi receſſus, non tamen ibi latere debet, quod alios lædit & defraudat, ſed quid ita? numquid hodie verum illud Poëtæ:

Et fraudari homines, & fallere Numina Diuum
Tales ſunt multi, qui apparent fronte Politi
Aſtutam vapido ſeruantes pectore vulpem.
Hinc & illud hodie verum:
Haud facile eſt, nequam noſcere poſſe virum.

Nã & ſcelera ſceleribus tuenda eſſe putant pſeudopolitici, ſimilia refert Zaſ. *in l. ſi mora n. 8. ff. ſoluto matrimonio*, verum dicit ſibi illa non placere, & cur placere poſſent? quia *S. Paul. 1. ad Tim. 1.* finis præcepti, inquit, eſt charitas de corde puro, & conſcientiã bona, & fide non ficta, eorum autem mens & conſcientia inquinatę ſunt, *S. Paul. ad Titum cap. 1.* actus eorum veritati non 6.

ſunt

Digitized by Google

ſunt conformes, neque enim coniungi poteſt amaritudo cum dulcedine, pugna cum pace, cum tranquillitate tempeſtas, caligo cum lumine, fictitia cum veris, nequitia cum bonitate, &c. iure optimo igitur dicam hic cum S. Hier. *lib.2.epiſt.6. ad Heliodorum,* abeant preces, blandimenta diſcedant, debet amor læſus, ſeu vir bonus, ob fucata mendacia iraſci, quandoquidem vt belliſſimè, Senec.*de 4. virtutibus Cardinalibus*, ait, etiamſi veritas redimenda ſit mendacio, non mentiaris, interim non intendo controuertere Theologorum ſaluberrimas huius materiæ doctrinas, qui rectè diſtinguunt inter dicere falſum, & occultare aliquod verum, illud ad mendaciũ, hoc ad æquiuocationem pertinet, & ſæpe licitum eſt Couarr. *lib.1.var.reſolut.cap.2. in fin.* vbi quod Iudex talibus ambiguis verbis ad veritatem eruendam vti poſſit, vel fallacijs, de quo & tractat Scaccia *lib 1. de iudic. cap. 86 numer.* 35. *& ſeqq & lib.* 2. *cap.9.num.*848.*& ſeq.*de Aduocato, &c. & præter citatos Grotium & Barboſam ibique allegatos vide Ioannem Baptiſtam Fragoſum Soc. Ieſu *de Regimine Reipub. Chriſtiana lib* 5.*diſp.*12.§.4 *num* 274.*& ſeqq.* vbique videbis DD. tenentes, quod Reus etiam Iuridice interrogatus non teneatur fateri ſuum crimen, etiam in cauſa capitali, ſed qua lege & ratione efficaci hoc probent, non video, nam ſi ita interrogati, aliter reſpondeant, vtiq; falſum reſpondent, omne autem veritati oppoſitum vitium eſt, Lucas de Penna *in l. vacantia nu.* 24. *C.de bon.vacant.lib.* Quamuis DD. hoc ipſum aſſerentes fortè ponant fundamentum ſuum in mentalibus reſtrictionibus vel amphibologicis locutionibus (vide Deckerum *lib.1.diſſert.1.ſub numer.*51.) tamen ipſe Fragoſus fatetur, quod Iuridicè & legitimè interrogatus teneatur fateri verum, etiam iuxta tradita §.11 *numer.* 354. cum periculo vitæ, quinimo & ipſe Seneca lumine naturali illuſtratus, cogitatio tua, inquit, numquam recedat à vero, nedum vt falſum dicat, ex quo verum effici non poteſt Cic.2. *de anima,* ſed iuxta Ariſt. 2. *Priorum* ex falſis benè ſequitur verum, ſed ex veris numquam falſum, hinc rectè Poëta:

Recta valent, obliqua cadunt ſtat gloria veris,
Turpes euentus, quæ ſimulantur; habent.

Prius dicta limitantur, ſi quis iniuſtè interrogetur, de quo diſtincte Bonacina *ad* 8.*Decalogi præcept. diſp.* 10. *quæſt.* 3. *punct.* 2. *propoſ.* 1. vbi facit Regulam, quod Reus, qui non Iuridicè, aut non ſeruato Iuris ordine, interrogatur, non teneatur veritatem aperire vel iurare, ſecus ſi Iuridicè interrogetur, Iuris autem ordinem non ſeruari dicit, quando Reus interrogatur abſque præcedente infamia, vel ſemiplena probatione, vel manifeſtis indicijs, quando vero illa præceſſerunt, & ipſi Reo conſtant, tunc vtique tenetur reſpondere alias non, & quæritur an præciſe fateri debeat, vbi adhuc habet ſpem euadendi, & licet negatiuè reſpondeat, tamen non video, quomodo hoc ipſum defendi poſſit in caſu, vbi ſufficientia indicia præceſſerunt, & Reus propter illa tortus neget factum à ſe commiſſum, vt ſic euadat pœnam, quia & ſic, videlicet ſtantibus inditijs ſufficientibus ad torturam, habet adhuc ſpem euadendi, negando & purgando per torturam inditia & conſequenter iuxta illam opinionem poſſet toties quoties illam ſpem habet, impune non fateri verum, cum tamen iudice 7.

extra

extra iuris ordinem procedente, Reus non poſſit aperte veritatem negare, ſed poſſit ſubterfugere reſponſiones vel appellare vel proteſtari iuxta Pacianum *de probat. lib. 1. cap. 7. nu. 5. & ſeqq.* vbi exiſtimat hanc opinionem quoad conſcientiam eſſe tutiorem, & ibi *Additionator litt. A.* dicit quod mentiri non liceat, tamē licet palliare delictum, & ad illud excuſandum vti verbis duplicibus ſeu amphibologicis, & ita declararem prædicta, vt ſi Iudex non ritè vel non iuridicè procedat, poſſet illi prædicto modo reſpondere, & hæc ſententia eſt D. Tho. *2. 2. quæſt. 69. art. 1.* Luc. de Penna *in l. nec ipſi nu. 6. vbi & cautela Cod. de incolis.* quod etiam Ignatius Lopez *in addit. ad practicam crim. cano. Diaz cap. 129. ſub litt. A. verſ. octauo* ampliat procedere, quod Reus non teneatur reſpondere, quando per exceptionem declinatoriam vel recuſationem (intelligo ego, ſi iuſta & legitima ſint) ſuſpenſa eſt Iuriſdictio Iudicis, quo caſu dicit, poſſe veritatem abſque mendacio celari, & Scaccia *de ſent. & re iud. Gloſſa 14. quæſt. 21. nu. 70. & ſeq.* docet ſi deſunt indicia, quod Iudex non poſſit interrogare, quia eſſet interrogatio ſuggeſtiua de iure reprobata, & Iudex ita interrogando faceret iniuſtitiam, vnde nec Reus ita interrogatus, tenetur reſpondere *verum iuxta textum in Prouerb. 10. verſ. 9.* qui ambulat ſimpliciter ambulat confidenter.

9. Concludo igitur cum Barbo *in cap. qualiter num. 4. & ſeqq. & in cap. cum dilecti num. 3. x. de accuſat.* vbi namque & in priori docet, quod iniuſtè interrogatus non teneatur veritatem dicere, aut crimen ſe feciſſe, è contra in priori cap. dicit, quod fateri teneatur, iuſte interrogatus, cum igitur in hoc & duobus præcedentibus capitibus perſpicuum ſit, quod hodie verborum & ſermonum magnus ſit abuſus, ſuadent alij attendendum fore, ne quis nimium fidat, nam vt dicit Poëta:

Nil homini melius, quam diffidentia prudens
Vt capiare minus credere diſce minus:

Et vt Euripides *in Helen.* docet, diffidentiâ moderatâ nihil eſſe vtilius hominibus, imo generaliter magis Polybius *ad Demetrium*, ſcripſit monendo, ſobrius eſto, nemini fidē habere memento, ſpes tuas in te ipſo pone, hi ſunt nerui prudentiæ quod tamen ita generatim intellectum non ſatis Chriſtianum, Chriſtiani multi reipſa obſeruant, quibus tamen moderata & prudens diffidentia permiſſa & ſæpe neceſſaria eſt, vnde quidam dixit, prudenti incredulitate nihil quicquam eſſe vtilius mortalibus quod propter deprauatos hominum mores & frequentiam horum verborum merito attendi debet, ſicut & quidam rectè monet:

Vertraw nicht leichtfertig jederman/
Ob er gleich vor dir wol ſchwetzen kan.
Nicht ſchärffer ſchwerdt auff erden iſt/
Dan Zungen dreſchen mit falſcher Liſt/
Jetz iſt alſo die Tráw vnd Welt ſtatt/
Rede mir gut ich thue dir quaedt

ſed grauiſſimum inimicitiæ genus eſt, inquit Caſſiodor. ſuper Pſal. 54. eſſe corde aduerſarios, & lingua ſimulare deuotos.

Addo hic caſum not: ſuper quo retuli Anno 1636. in cauſa Geſskeir, qui conuentus ſuper actione mutui, quod acceperat, ſed vt dicebat, reſtituerat, Actor inſtat iuxta reformationem, vt pure & ſimpliciter per verbum credo vel non credo reſponderet ſingulis poſitionibus, inter quas reperiebatur, quod mutuum acceperit, captus ergo ſimpliciter reſpondens condemnari debebit non probata reſtitutione,

Digitized by Google

ea propter reſpondit non aliter credo, quã quod reſtituerim, & admiſi poſitionem vti iuridicam,& Reformationi Ampliſſimi Senatus non aduerſantem, de quo caſu in terminis agit Scaccia *de iudic. lib.2.c.9.n.837. & ſeq.* in hoc& ſimilibus caſib. poſſem vſurpare illud Canonicum *in cap. ex merito in f. 6.quæſt.1.* habeant Aduocati ſimplicitatem columbæ, ne cuiquam machinentur dolos, & ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſupplantētur inſidijs, *iunct. cap. ſi cupis 16.quæſt.1.* vnde Petrus Gerhardi *ſingul.26.* docuit, quod vti liceat cautelis tranſeundo per ſubtilitates iuris & hoc ſemper licere ait, quando fit ad obuiandum damno veriſimiliter contingenti, imo dicit iura interdum permittere procedi per viam ſimulatam, vt ibi, de quo Pacianus *de probat. lib.1. cap. 21. nu. 4. & ſeqq.* an, & quando, vel quomodo fallacijs contra fallacias quis vti poſſit, certe Chriſtianus iſte, qui templum Mahumetarum contra legem Turcicam ex curioſitate intrauerat, ex anxietate vero pœnæ capitulis ſibi imminentis in tibialijs aliquid naturale fecerat, apprehenſus, ſe obſtructionem ventris habuiſſe, dicebat, vt autem ab ea liberari poſſet, Templum deuotionis cauſa ad Mahumetem intraſſe, & ſic liberatum eſſe, Turcæ vnanimiter acclamantes miraculum eſſe, tibialia adfigi mandarunt, hic Chriſtianus inquam, in foro exteriori ab incompetenti iudice interrogatus veritatem fateri equidem non tenebatur, ſed nec mentiri debebat, igitur prædicto modo loqui poterat in periculo conſtitutus, rurſus ad propoſitum caſum. Reus reſpondere poterat, quæ ad defenſionem ſuam faciebant, ne interrogatio ſeu poſito, quę inſultum aut captionem aliquam implicat, captioſa ſit ſimpliciter reſpondenti Bald. *in l. 1. nu. 2. Cod. de ædilit. action.* argumento eorum, quæ tradit Sichard. *ad l. 1. Cod. de probat.* ſic ſtatutum mandans reſpondere, poteſt ex cauſis modificari Baldus *in l. iusiurandum ff. de iureiurando*, vide pro prædictorum confirmatione latè Pacianum *de probat. lib. 1. cap. 21. num. 22. & ſeqq. & cap. 24. & ſeqq.* de excipiente & reſpondente conditionaliter Boer. *deciſ. 24.* Griuell. *deciſ. 12. num. 25.* Cænallos *in communib. opinion. quæſt. 362.* Pelis *in proceſſu tit. 26. num. 17. & 18.* & reliquos ſupra titulo de genere cap. 4. adductos, alias de negante & eius pœna, Pacianus *d. lib. 1. cap. 19. & cap. præcedent. 18.* an quis ratione partis indebitæ, poſſit negare & *cap. 17.* vbi an negare cenſeatur, qui negat narrata prout narrantur in libello. verum moneo, hæc ſit propoſiti noſtri ſumma, quod ſentimus, loquamur, quod loquimur, ſentiamus, concordet ſermo cum vita Senec. *Epiſt. 75.* extra planum veritatis tramitem abire non licet, menti ſemper impreſſum geramus præclarum & Chriſtianum dogma Tertull. de An. cui veritas comperta ſine Deo? cui Deus cognitus ſine Chriſto? cui Chriſtus exploratus ſine Spiritu Sancto? cui Spiritus Sanctus accommodatus ſine fidei Sacramento? prædictis adde Malderum tract. de reſtrictionis mentalium abuſu item an liceat ſe ſimulare hæreticum vt hæretici deprehendantur, & an eorũ teſtimonio credatur vid. Molin. *conſ. 3.* quem ad hoc allegat Beſol. *in theſ. prac. lit. R. verb. Ruge n. 83. verſ. de offi. ibi multa* de denunciatoribus & qui denunciare teneantur.

CAPVT VIII.

Veritatis abuſus in taciturnitate.

DVbitari hic merito poſſet, an plus ſit vitij in loquacitate, quam taciturnitate,

te, niſi garrulam dicendi & detrahendi inclinationem potiores partes habere, iam alibi, ſimul de detractionis peſſimo vitio, dictum fuiſſet, imo & ipſa ſecreta reuelari perſæpè experimur, cum tamen de ſecreti obligatione & reſtitutione præclare ſcribat Bonacina *de reſtitutione in particulari Diſput. 2. quæſt. 2. punct. vnic. prop. 1. & 2.* nihil æquè oblectauerit animum, dicit Seneca *de Tranquillit. vita*, quam amicitia fida, quantum bonum eſt, vbi ſunt præparata pectora, in quæ tuto ſecretum omne deſcendat, quorum conſcientiam minùs quam tuam timeas, iurans autem non reuelare ſecreta, turpia & illicita an ſine periurio reuelare poſſit vide Mynſ. *2. obſeruat. 78.* vbi & cui reuelanda ſint, *& 5. obſeruat. 40. & ſeq.* an ſciens reuelationem contra principem, eam detegere, vel reuelare teneatur, ibi & an, quando, & quomodo ſecreta confeſſionis reuelari poſſint per DD. ibi, quomodo vero puniatur non reuelans Chaſſan: *in conſuet. Burg. Rubri. 1. de inſtit. & droicts verſ. item teneatur &c.* quando autem quis teneatur reuelare delinquentem docet Cardin. Tuſchus *littera R. concl. 310.* Colerus *in cap. 1. nu. 30. & ſeqq. de reſtit. ſpol.* Wehneri *in practicu obſeruat. littera R. verb.* Rugen/ & quamuis aliqui teneant, quod quis de iure naturali & diuino taneatur indicare malefactorem, relati per Ant. de Petra *de poteſtate Principis cap. 24. num. 176.* ipſe tamen cum alijs ab illis diſcendit, adeo vt Guido Papa *ſingul. 504.* dicat, nec teneri reuelare quod quis velit te interficere, videtur tamen contra charitatem facere, alijs non faciendo, quod ſibi vellet fieri, Damhoud. *de patrocinio pupill. cap. 4. num. 39.* item an de iure Canonico teneatur Zaſius *in l. vbi autem §. ſi tibi ff. de condict. ob turpem cauſam*, Gutierrez *in quæſt. Canon. lib. 1. tit. 11. ſed de prædicta quæſtione vide ſupra de clementia cap. 3. præſertim ibi allegat. Vaſq. & Duiz, & rurſus ad propoſitum videatur*, Gutierrez *in quæſt. Canon. lib. 1. cap. 14. num. 3.* vbi ea demum taciturnitas veracitati nocet, quæ à iure præcipitur & exprimitur, & *per tot.* an. impetrans diſpenſationem, teneatur exprimere, ſe priùs cognouiſſe conſanguineam *& lib. 2. cap. 15.* de falſitate, ſub & obreptione cauſarum finalium & impulſiuarum, & de veritate in ijſdem tacita, & an ſufficiat in genere aliquid exprimi, vt impetratio ſaluetur à ſubreptione.

Porro vitium taciturnitatis in Confeſſarijs & Concionatoribus numquam ſuſpicatus fuiſſem, niſi à fide dignis cathedram trepidantem, cathedram bilinguem referri audiuiſſem, cum dicere quod vellent periculoſum, quod nollent miſerum eſſet, qui tamen non Pilatino timore (dum audiunt hæc verba Sancti Ioannis 19. *verſ.* 12 non es amicus Cæſaris) ſed liberè veritatem dicere debent neceſſitate officij patrocinium veritatis ſuſcipere & eloqui ſtrictiſſime obligati, & iuxta S. Ambr. *in Epiſt.* ad Theodoſ. Imper. nihil in Sacerdote tam periculoſum eſt apud Deum, tam turpe apud homines, quam quod ſentiat, veritatem non libere pronunciare, hinc S. Greg. in Homil. nos, inquit, qui ex oblationibus fidelium viuimus, quas illi pro ſuis peccatis obtulerunt, ſi comedimus & tacemus, eorum proculdubio, peccata manducamus, nec enim oportet peccatorum pretia accipere, & nihil ſeu non ſufficienter contra peccata prædicando dicere, ille enim defenſor veritatis eſſe debet, qui cum rectè ſenſit, loqui non metuit nec erubeſcit, etiamſi ita hodie ſit, quod libere 2.

& ſine adulatione veritatem prædicantes, & geſta prauæ vitæ arguentes, gratiam non habeant apud homines, cogitent illi, ſi Deus nobiſcum, quis contra nos, quo duriora pro veritate tolerant, eo æternitatis præmia certius ſperent, è contra, væ enim mihi eſt, dicit S. Paulus *1. Corint. cap. 9. verſ. 16.* ſi non euangelizauero, væ mihi inquit Iſaias *cap. 6. verſ. 5.* quia tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, tu qui ſpiritualia vides, vt habetur in reuelationibus S. Brigittæ, non ideo ſilere debes, quia vituperaris, nec ideo loqui, quia laudaris, nec quod verba diuina contemnantur, & non ſtatim perficiantur, quandoquidem eum, qui Chriſtum, aut eius verba contemnit, iudicat Iuſtitia, qui vero obedit, remunerat miſericordia, iniuſti vero acriter increpandi, & iuſti ſtrenuè defendendi ſunt, ne condemnationem æternam mereantur cum Pilato nimis ciuiliter agente cum Iudæis, dum diceret, quid vultis faciam Regi Iudæorum? Marci *15. verſ. 12.* prout hodie multi ſunt, qui hoc re ipſa imitantur quid vultis? quid dicam? quid iudicabo? quid eloquar? ita enim ſeſe aliorum fauori accommodant, vt propriam ſalutem amittant.

3. Cuius rei luculenta extant exempla, quorum breuitatis cauſa vnum alterumue referam P. Lonn. Bruxell. pro concione retulit, Nobilem quendam, quo cum notitiam in Italia habuerat, à Confeſſario cum ipſo familiari non correptum fuiſſe, qui poſtquam è viuis diſceſſerat, eidem confeſſario damnatus apparuit ipſumq; ſummoperè deteſtatus, tandem vero vna cum pœnitente per Dæmonem ad tartara detruſus fuit, idcirco belliſſimè Auila monet, confeſſarium eligẽdum eſſe ex millibus vnum, vix inter decem millia, vt Sales *in introduct. ad vitam Piam p. 1. cap. 4.* tradit, dici enim non poteſt quanta ſit ad excipiendas confeſſiones idoneorũ inopia, ſi ex his tribus charitate ſcilicet, doctrina, & prudentia, vel vnicum in aliquo deſideretur, eſt res periculis plena, ita Sales, pro iuſtificatione prioris exempli facit, & illud Ezechiel *c. 3. verſ. 17. & ſeqq.* Fili hominis (tu confeſſarie & Concionator) ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me, ſi dicente me ad impium, morte morieris, nõ annunciaueris, ei neque locutus fueris, vt auertatur à via ſua impia, & viuat, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autẽ eius de manu tua requiram *& latius cap. 33. & ſeqq.* ad propoſitum quoque commemorat D. Henricus Suſonis de Rupibus *lib. 9. c. 23.* quod primogenitæ filiæ parentes in cõfeſſione confeſſarium conſuluerunt, vtrum petenti filiæ mundanos faſtus annuere deberent, qui vt in diuitum amicitia maneret, neglecto ſuo officio, eos non modo non reprehendit, ſed id licitũ eſſe aſſeruit, quæ filia poſtmodum damnata ſecum in perditionẽ traxit, conſulentes parentes, confeſſarium permittentem, totamq; familiam eam inuitantem, ſicq; ſuperbia filiæ & ſegnities confeſſarij, in reprehendendo cunctos traxit in damnationẽ, vident igitur quod nec hic ſtatus ſit abſq; periculo, imo S. Chryſ. *hom. 2. in act. Apoſt.* illud latius extendit hiſce formalibus, non temere dico ſed vt affectus ſum ac ſentio: non arbitror inter Sacerdotes eſſe multos, qui ſalui fiant ſed multo plures, qui pereant, in cauſa eſt, quoniam res excelſum requirit animum, & innumeris oculis illis opus eſt, vnde mirabilia quoq; in alijs caſib. à viris fide dignis referri audiui, quæ prętereo ſed caueãt illi, caueãt & ſic

ſic laudari, quid enim occini mihi prodeſt, inquit S. Augſtinus, ſi me continuis laudibus mundus attollat, quia malam conſcientiam non ſanat laudantis præconium, nec conuulnerat conuiciantis opprobrium, ſi conſcientiam non mordet veritas criminis, oleum autem peccatoris, eſt laus adulatoris, ideo nunquam deflectas à vero, & diſcas, vbi de honore Dei ac veritate agitur, nemini parcendum eſſe Arumæus *lib. 2. deciſ. 4. num. 54.* & ſicut de equo, quod ſit fortis, circumdatus hinnitu, cuius gloria narium terror, terram vngula fodit, exultat audacter in occurſum, pergit armatus, contemnit pauorem & cedit gladio, vt S. Gregorius *c. 30.* latè proſequitur; ita deſignatur audax & optimus Prædicator, cuius officium videbis pulchrè elucidatum *in cap. 1. diſt. 43.* incipit: Sit Rector diſcretus in ſilentio, vtilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticeſcat; vide latiùs ibi, ex quo etiam colligitur, quanta prudẽtia præditi eſſe debeant Prædicatores, vt attendant, cum ſe præparant ad concionandum, ſub quanto cautelæ ſtudio loquantur, ne ſi inordinatè ad loquendum rapiuntur, erroris vulnere corda audientium feriantur, & cum fortè ſapientes ſibi fieri deſiderent, vnitatis compagem inſipientes abſcindant, hinc namq; Veritas dicit, habete ſal in vobis, & pacem habete inter vos; latiùs ibi, niſi enim ſit ſummè diſcretus & attentus poterit ipſi occini:

Diſplicet imprudens, vnde placere putat.

Igitur:

Sic linguam frana, recta rationis habena,
Ne te confundat, ſi verba ſuperflua fundat.

5. Nam licet ornare & illuſtrare orationem ſit artis & naturæ, ſcire tamen quando quidque deceat, ſolius prudentiæ eſt, Cicer. *2. de Oratore*, pulcherrima ſunt quæ hic applicari poſſunt tradita à Luca de Penna *in Rubric. Cod. de legation. num. 35.* quo breuitatis cauſa ſit relatio iunctis traditis *num. 33.* de audacia, vbi & canes muti vocantur non valentes latrare, *& cap. Nolite, 86. cauſa 11. q. 3.* quòd non debeant timere eos, qui occidunt corpus, ne fortè propter timorem mortis non liberè dicatis quod audiſtis, nec fiducialiter prædicetis omne quod in aure ſoli audiſtis, & latiùs ibi.

Prius probè ſciens quidam Hollandus 6. Theologus cum videret imberbem ſeu iuuenem ſibi ſuisq; ſocijs mitti Confeſſarium, prędixit futurum peracta confeſſione alium ſuperuenturum, propoſitis namque caſibus difficilioribus Confeſſarius iſte abiens alteri fecit locum; quis enim dubitat, quin non ſolum exacta doctrina in Confeſſario & Concionatore, ſed & ſumma prudentia requiratur, vt omnia ritè & iuſtè determinare & accommodare ſciant, nam vt S. Gregorius *in Paſtoral.* ait, non vna eademque cunctis cohortatio congruit, quia nec cunctos par morum aſtringit, quod enim vni prodeſt alteri nocet, inſtar medicinę, quæ nonnunquã vni malum minuit, alteri laboranti penitus vires aufert, cuius rei obſtupenda referuntur exempla in Tractatu Canonum Concilij Prouincialis Colon. *tit. Formula viuendi Canonicorum & vita, &c.*

Haud pridem, ſumma cum nauſea audi- 7. ui, Viros doctos, perſonis & temporibus ſeſe accommodando, ad modum Lesbię regulæ decreta SS. Patrum, & Canonum ſtatuta, figere & refigere (ſeu vt Iuriſconſulti dicunt contra regulas quærere vel inuenire exceptiones) vt perſonis ſatisfacere viderentur: eheu! ſic prudentiores alijs à veritate recedunt, quam ob proprium commodum liberè profiteri non audent, atque ti-

Digitized by Google

more indignationis & diſgratiæ, id quod ſciunt, liberè non proferunt; quid quæſo hoc ipſo, in illis tetrius excogitari poſſet? quam à voluntate diuini verbi, per Prophetas & Apoſtolos traditi, à præſcriptis & regulis, ſeu expreſſis SS. Patrum doctrinis & norma recedendo, ad hominum voluntatē deflectere, atque immotam veritatem vel inſidioſis artibus oppugnare, vel pernitioſis non minus quàm periculoſis (& vtinam nō quandoque fucatis) interpretationibus, fictiſque coloribus adumbratam, vel adulando vel mentiendo obſcurare; quid flagitioſius illis? qui ex ambone ſacra, in æde conſecrata, in conſpectu Angelorum & ſanctæ Eccleſiæ, ore, veritati dicendæ conſecrato, gratiam hominum venantur, & veritatem non apertè ediſſerunt, ſecus ac in primitiua Eccleſia factum fuit, aliter quoq; quam præcipit Apoſtolus *ad Theſſal.* 2. & eſto, obdurent mundani, aduerſus ſalutares admonitiones, corda ſua, Religioſi & Eccleſiaſtici tamen ſuo fungantur munere, officio & ſuę vocationi incumbant, ſed ah! ſciunt Ioanni Baptiſtæ veritatem dicenti caput amputatum; Qui diſſipat ſepem, dicit Salomon *cap.* 10. mordebit eum coluber; & *Eccleſ. cap.* 9. Qui arguit impium, ſibi maculam generat, verum vt dictum, illi timendi non ſunt qui occidunt corpus, ſed ille, qui animam & corpus poteſt mittere in gehennā; mittendi inquam eo qui non faciunt, quæ ſunt officij & vocationis; Vos enim eſtis ſal terræ, ſed ſi ſal infatuatum fuerit, in quo ſalietur? vide *Matth. cap.* 5. & *Marc. cap.* 9. igitur electi ad Euangelij prædicationem liberè dicant, quæ ſunt Euangelij; qui enim nouit quod facere debet, & non facit, nondum didicit ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm litteram, quorum miniſterium periculoſum eſt, & ſecurior verbi auditor, quàm verbi prolator, vt teſtatur S. Auguſtinus in quodam ſermone.

Porro ſignandum eſt dictum *cap. milite,* quòd non ſolum proditor veritatis ſit, qui pro veritate mendacium loquitur, ſed & qui veritatem non liberè loquitur, nam cum veritas non defenditur, opprimitur, *cap. error, diſt.* 83. & quia veritas eſt mater iuſtitiæ, melius eſt pro illa pati ſupplicium, quam pro adulatione conſequi beneficium, nec puto prædictos releuare illud S. Hieron *in Eccleſ. cap.* 10. quod ignorat medicina, non curat, latiùs ibi, quia conſtituti ſunt ſpeculatores veritatem dicere, vitia annunciare & examinare tenentur, vide Ezechielem *cap.* 3 & *cap.* 33. & Theologos paſſim de Sacramento pœnitentiæ agentes; Vir magnus, ait Ariſtoteles *cap.* 3. vtitur libertate in loquendo, & veritate, quandoquidem paria ſunt, falſum dicere, & veritatem celare, Tiraquell. *de pœnis temp. cauſ.* 44. Boſſius *de falſis, num.* 139. Vir bonus, inquit Lactant. *inſtit.* 4. nihil cogitat, quod prædicare non audeat, ideo clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, inquit Dominus apud Iſaiam *cap.* 58. *verſ.* 1. & S. Auguſtinus *ad Spiritum ſanctum de eius vtilitate,* Deſcendiſti, ait, in timidos metu Iudæorum incluſos, & emiſiſti eos audaciſſima doctrina inflammatos, nihil ergo peto niſi te, quia tu es Doctor & doctrina, Medicus & medicina, Perfector & Præparator mentis, amor & amator, tu es donum, tu es dator vitæ, & conſeruator vitæ; & rurſus *ſuper Ioannem* dicit: Pater, & Filius, & Spiritus veniunt ad nos, dum venimus ad eos; veniunt ſubueniendo, veniunt illuminando, veniunt obediendo, veniunt metuendo, & veniunt implendo; adſunt,

ſunt, inquam, veritatem loquentibus, & iuſtitiam operantibus, quæ non nouit patrem neque matrem; ideo eam audacter loquaris & quæ dicis exemplo comprobes, vt comprobat in teſte Gail. 1. *obſeru. 100.* quod occultans veritatem mortaliter peccet, quã fateri ſeu deponere debet, etiamſi ſecreta non reuelare iurauerit, *per iura & DD. ibi alleg.* & quod obtineat, in Sacerdote ſeu Confeſſario tradit *num. 8.* & quid ſi confeſſio reuelata fuerit de conſenſu partis Maſcardus *de probat. vol. 3. concluſ. 12. 86.* quod quandoque factum audiui, meo iudicio nõ benè, quemadmodum magiſtri animarum quandoque exorbitant non parum; quare Zypæus *in conſil. Canon.* quærit, an Paſtor iniuriarum teneatur, qui in ſpecie hunc vel illum malum edixerit, & an & quando in ſpecie de aliquo dicere poſſit, S. Auguſtin. *de Anima*, dicit, quòd tres ſint paſtoris voces, ſuauis ad infirmum, dulcis ad morientem & alta ad ſurdum.

9. Signanda quoque ſunt prædicta contra Mercatores alioſque contrahentes, nam & venditor rei vendendę vitia tacere non poteſt, ita nec proteſtatio valet, quod de ijs teneri nolit Fridericus Martini *de cenſib. c. 6. num. 100. & ſeq.* ſed tenetur ad omne intereſſe, Mynſing. 1. *obſ. 56. num. 7.* quia debet emptorem de omnibus qualitatibus & conditionibus rei venditę certiorare, de quo vide diſtinctè & quotidiana apud Surdum *deciſ. 146. per tot.* diſtinctè quoque Martinus Monter à Cueua *deciſ. Regni Arragon. 13. num. 37. & ſeq.* an quis onera rei detegere, & an alter illa explorare teneatur, & quæ vitia ſileri poſſint Frider. Martin. *d. loc.* imò & crimen ſtellionatus committit, celans ſpecialem hypothecam creditori ſuo bona celata oppignorans Chriſtin. *in conſ. Mechl. tit. 7. num. 16. & 17.* quæ omnia & ſingula nota tanquam in praxi quotidiana, ſic & reliqui tenentur, qui non in tempore loquuntur, vel porrigenda tempeſtiuè tradunt, ſi alter inde damnum paſſus fuerit, notent hoc magiſtri ſupplicationum, qui in detrimentum alterius diu ſilent, vel ſupplicationes, quo minus legantur conquiſito aliquo colore, penes ſe retinent, quemadmodum enim nec hos ipſe neglectus, ſic nec illorum taciturnitas ex eo, quod emptores omnia viderint, benèque perſpexerint, ſemper excuſabit, imò nec emptor ſcire cenſetur, niſi omninò certo ſciat & rei qualitates, cuius rationem vide in Tennin. *tract. de cautelis, cautel. 236.* confer Tuſchum *lit. R. concl. 18.* ac proinde datur medium, inter ſcientiam & ignorantiam, ſcil. ſcientia ſine qualitatibus totius facti iuxta Lancellot. *de attent. lite pend. §. 1. cap. 4. n. 73.* nam ſcientia dicitur notitia rei cum cognitione qualitatum & circumſtantiarum, *Deciſ. Rota Genuenſ. 14. num. 73.* & ſcire quis tunc propriè dicitur, dum quis falli nequit Viuius *deciſ. 417. n. 16.* prædicta quoque exornantur in Tiraquell. *de vtroque retractu, §. 36. gl. 2. n. 30.* & de clauſula ex certa ſcientia, Barboſ. *in cap. Venerabilis, x. de confirmat.* ſi quis autem alienum fundum emat ſciens, vide DD. *in l. ſi fundum, C. de euict.*

Ad occultandam veritatem vidi ſępè Poſitiones fieri negatiuè, vt fateri non viderentur, actores articulabant abſq; eo, quod verum &c. exiſtimantes ita ad probationem ſe aſtringi non poſſe neque debere, cum tamen negatiua, quando eſt fundamentum intentionis probari debeat ab allegante, nam oratio quæ ponit aliquot ens, dicitur affirmatiua, etiamſi negatiua concipiatur, de quo latius Pacianus *de probat. lib. 1.* 10.

cap.

cap.16. ſicut è contra non curatur, ſiue verbis negatiuis ſiue affirmatiuis fiant poſitiones, dummodo ipſa poſitio vi ſua habeat negatiuam, Zaſius *in l. pater pro filia, §. final. num.5. ff de doli mali & metus except.* faciunt tradita per Pacianum *d. loco & cap. ſeq.* vbi ad ſatietatem videbis, quando negatiua probanda ſit vel non.

11. Aliquando tamen taciturnitas multum prodeſt, quemadmodum vidi viros prudentes hominibus obſtinatis vel ineptis multa effutientibus nihil reſpondiſſe, non inconuenienter S. Chryſoſtomus *ſuper Matth. cap.21.* Vtinam, inquit, recedendo vel tacendo compeſceret, quos reſpondendo nō potuit, quia malitia non docetur ſermonibus ſed excitatur, vnde malum hominem tacendo melius, quàm reſpondere vincere potes, quemadmodum in iure noſtro quandoque expreſſa nocent, & non expreſſa nō nocent *l.155. ff. de regul. iur.* de quo præter DD. ibi, vide Coraſium *in l. continuus, 46. §. ſi ita, num.3. ff. de verbor. oblig.* & exornatur, quòd tacere bonum ſit, apud Luc. de Pen. *in Rubr. C. de legationib. n.21. & n.32.* ille autem ſcit rectè dicere, qui nouit ordinatè tacere, magnæ ſapientiæ tempeſtiuum ſilentium, quod omni ſermone eſt præſtantius Valer. Max. *lib. 2.* oportet enim vt ſit valdè ædificabile verbum quod emendet ſilentium, qui os ſuum claudit non detrahit, nec mentitur; Nobile eſt verbum in tempore ſuo dictum, hęc & alia refert Thom. à Kempis *tract. Vallis lilior. c.18.* vbi & iſte verſus Catonis:

Omnibus adde modum, modus eſt pulcherrima virtus.

Ibi de vtilitate ſilētij plura reperies, ea propter os vnū à natura & aures duas accepimus, ait Xenocrates, & ſilentio nemo facile, ſed loquendo multi ſæpe peccant, conformiter Poëta:

Nam nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutum.

Quod declara in ijs, quibus tacitus ſibi præiudicat, de quo vide Barboſ. *in reg. qui tacet conſentire videtur 73. de regul. iur. in 6.* & alibi, & rurſus *in reg. is qui tacet 44. eod.* & legiſtę *in l. qui tacet 185 ff. de reg. iur.* quare prius temperatur iuxta Ouid. 12.

Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus,
At contra grauis eſt culpa tacenda loqui.

Vnde Iſaias gloriatur, quòd Dominus dederit ipſi linguam eruditiſſimam, vt ſciat tempeſtiuè loqui, iunctis traditis *Prouerb. c. 13.* hinc Pſaltes *Pſal.39.* Dixi, ait, cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea; innuens difficillimum eſſe eam reprimere & intra officij cancellos continere, cum etiam ex intermiſſione ſeu mutatione modici verbi, ſtatus & veritas totius orationis mutetur Zaſius *l. b. 1. conſ.15. num. 52.* hinc perbellè dicit S. Gregor. *lib. 7. Moral.* tempus tacendi & tempus loquendi, diſcreta viciſſitudine penſanda ſunt tempora, ne aut cum reſtringi lingua debet, per verba ſe inutiliter ſoluat, aut cum loqui vtiliter poteſt, ſemetipſam pigre reſtringat.

Nihilominus innumeri reperiuntur hodie, qui non habita rerum, locorum & perſonarum differentia, tacenda loquuntur, & dicenda tacent, nimis imprudenter ſæpe verba plus deſtruentia quā ædificantia proferunt, ipſis proferentibus & alijs præiudicialia, quòd meritò ſæculares & Eccleſiaſtici notare debent, vt quoties res ita exigit, ſe loco & tempori accommodent, modo vnâ virtutis fidei & veritatis viâ incedant, neque enim requiritur vt ſemper eodē gradu hoc fiat, exempla enim nota ſunt, quòd multi recta via ad officium perduci nō potuerint; 13.

qui

Digitized by Google

qui obliquo quodam flexu inter orbitas decoris coërciti fuerunt; è contra mirabile, inter cætera exempla, à Legato Romano non ſatis pro tempore dati reſponſi exemplum exactæ vindictæ vide apud Polybium *lib.*11. interim dum ius & verũ periclitatur, oportet ſtrenuè, vbi vulpina pelles non pertingit, leoninam aſſuere, cedant ibi Placentini & prodeant Veronenſes, alia quædam moralia refert *Gloſſ. in Proœmio Clem. ad verb. ſilentio*, contra illos qui dicunt tacenda, vbi illud Catonis, virtutem primam eſſe, puta, compeſcere linguam; & illud Senecæ, dixiſſe me quandoque pœnituit, tacuiſſe numquam, & Ouid.

Quis minor eſt vnquam, quàm tacuiſſe labor.

Vnde monet Gloſſa, quòd Rector diſcretus eſſe debeat in ſilentio *cap. ſit Rector, diſt. 43. & per tot.* nam taciturnitas mala, in innocentię tuitione, item in ignorantium eruditione, in criminum denunciatione, & vbicunque tacens habetur pro conſentiente, prout latius prædicta probat, aſſerens, quòd taciturnitas aliquando bona, aliquãdo mala ſit, Lucas de Pen. *in l. quemadmodum n.4. Cod. de agricol. & cenſit.*

14. Haud pridem, vti ſæpe alias in praxi, contra aliquem ex taciturnitate inductum fuit argumentum conſenſus & renunciationis, ſed præterquam taciturnitas non habeatur pro conſenſu reſpectu diminutionis, vt ſi agatur de tollenda alicui actione competenti Gratian. *tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 270. nu. 65.* iunctis traditis per Anton. Fabrum *in Cod. de his qui ad Eccleſ. confug. defin. vn. num. 14. & ibi in addit.* reſpondi ex Zaſio *lib.1. conſil.10. num.60.* quòd in his, quæ ſunt magni præiudicij, tacita renunciatio non præſumatur, niſi vltra ſcientiam & patientiam alius actus interuenerit, vt declaratur *num. 72.* ratio prioris doctrinæ & hęc aſſignari poteſt, quòd tacere ſit medium inter conſentire & reprobare, Zaſius *lib. 1. conſ. 5. nu. 103.* ſed de hac regula actum fuit *ad tit. de Iuriſdict.* Bona tacere qui neſcit, inquit Publius, neſcit loqui, vnde celebratur adhuc hodie perantiquum Pittaci dictum: Silentium opportunum, & tempeſtiuus ſermo, ſapientis, vtrumq; hominis, dicere quæ debes, nihil iuuabit, niſi dicas, vbi, & quemadmodum debeas, quid autem fieri ſoleat, quid oporteat, inquit Seneca *epiſt.* 22. in vniuerſum & mandari poteſt & ſcribi, tale conſilium nõ tantum abſentibus, ſed etiam poſteris datur, illud autem, quando fieri debeat, aut quemadmodum, ex longinquo nemo ſuadebit, cum rebus ipſis deliberandum eſt, non poteſt Medicus per epiſtolas cibi aut balnei tempus eligere, vena tangenda eſt. Porro illa tacere, quæ occultari non poſſunt, parum proficuum eſt, ſunt autem potiſſimũ quatuor, quæ occultari nequeunt: 1. Ciuitas ſita in monte. 2. Amor carnalis. 3. Stramen in ſotulari. 4. Conſilium fatuorum, quibus additur per aliquos fuſus in ſacco, quod ſic reddidit Poëta:

In ſacco fuſus, meretrix in æde recluſa
Nequit occultari, nec ſtramen in ſotulari.

Quibus & obgannientes & loquaces 15. mulieres annumerare licebit, ſed vt quidam falsè dixit, non placet mihi domus, in qua gallina cantat, gallus tacet; rationem autem, cur fœminæ loquaciores ſint viris, reddere volens quidam: Coſtæ, inquit (ex coſta enim Adami creata eſt Eua) ſi colligantur in ſacco & allidantur, ſonum reddunt, quod non facit terra, ex qua creatus eſt Adam, ita & conſilium & propoſitum, quod

Digitized by Google

ſtultus concipit occultari nequit, ſiquidem cor ſtulti in ore eius, ſimilis gallinæ, quæ oua perdit glocitationibus ſuis; Homo ſapiens, inquit Eccleſiaſt. *20. verſ. 7.* tacebit vſq; ad tempus; quippe tempus eſt tacendi, tempus loquendi Ambroſ. *lib. 1. Offic. cap. 1. & 2.* quomodo autem loquendum vel tacendum ſit, docet Adamus Kellerus *de offic. Jurid. Polit. lib. 2. cap. 5.* Simonides Poëta, cum in conuiuio hoſpitem aſpexiſſet tacitum accumbentem, neque cum vllo fabulantem, heus tu, inquit, ſi ſtolidus es, prudenter agis, ſin prudens, ſtolidè, Plutar. *lib. 3. quæſt. conuiu. 1.* hinc Coſmas Medices, prout memini me legiſſe, cum quendam ex ſuis ſatis indoctum amaret & de honorabili officio prouideret, ne ſtoliditas eius in officio nimium innoteſceret, in mandatis dediſſe vel ſtatuiſſe ei dicitur, vt ad conſeruationem honoris ſui & dignitatis ſe ſplendidè veſtiret, ac raro loqueretur, & præſertim inter doctos taceret.

16. Porrò dubitandum nullatenus eſt, quin plurimis modis & veritas ſupprimatur, & taceatur, vnde videtur quòd & ipſis quatuor modis, quibus humanum iudicium peruertitur, vt *in cap. quatuor* 11. *quæſt. 3.* taciturnitas annumerari queat, quemadmodum dicitur, nulla Reſcripta valere, niſi preces veritate nitantur, de quo *Canon. ad tit. de reſcriptis, Legiſta ad tit. C. de precib. imper. offer. & C. ſi contra ius vel vtilitatem publicã vel per mendacium aliquid poſtulatur, &c.* hinc & quotidie reſcripta vel mandata ſub- & obreptitiè obtenta eſſe excipi ſolet, de cuius differentia videatur Wameſius *cent. 1. conſ. 7. nu. 1. & 2.* vbi dicit, quòd obreptio conſiſtat in falſi ſuggeſtione, & ſit maius vitium quàm ſubreptio, quæ conſiſtit in taciturnitate eius, quod narratum eſſe oportuit, quodque priori caſu allegans, poſteriori vero excipiens probare teneatur, ſicut veritatem tacens non tam grauiter punitur, quàm falſitatem exprimens, quia magis delinquitur committendo quàm omittendo Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 64. ſub num. 7. & num. 10. & ſeqq.* oſtendit, quæ taciturnitas inducat vitium ſubreptionis, & an clauſula, motus proprij, ſaluet vel non, vide ad eum, & quæ excipienda ſint Gutierrez *in quæſt. Canon. lib. 1. cap. 14. & lib. 2. cap. 15.* de falſitate, ſub- & obreptione cauſarum finalium & impulſiuarum, de veritate in ijſdem ſubticita, & quod non ſufficiat generaliter exprimi factum, niſi & modus exprimatur, neque ſufficiat in genere aliquid exprimi, vt impetratio ſaluetur, ſed ita exprimi, vt ſingula intelligantur, nunquid ſatius eſt, inquit Cicer. *Phil. 3.* mutum eſſe, quàm quod nemo intelligat dicere, vnde Seneca *epiſt. 115.* magnus, ait, ingenij vir fuerat, ſi illud egiſſet via rectiore, ſi non vitaſſet intelligi, quid autem ſi in vno falſum in alio verũ expreſſum fuerit, vide apud Gutierrez, vbi hoc exactè tractat, quemadmodum & magiſtraliter docet Farinac. *de teſtib. quæſt. 64.* veritatis contrarietas, an, & quando dicatur eſſe in ſubſtantialibus, & quando in acceſſorijs, & quòd oratio quadrupliciter falſa dicatur, Borellus *in ſumm. deciſ. lib. 2. tit. 1. nu.* 121. ſicut & veritas ſæpe patitur propter variationes, ex actibus autem difformibus, & varijs, nullus poteſt ſequi effectus, nec poteſt formale & certum eſſe, quod non eſt fixum, ſed in ſe habet varietatem & difformitatem, hęc & alia infert Meiſnerus *tom. 3. deciſ. Cam. Imp. 18. num. 36. & ſeq.* & de teſtibus varijs paſſim DD. ſic etiam à communi opinione veritas ſæpe læditur, nec obſtat quòd id, quod ex errore vel opinione erronea

nea

nea cœpit, non valeat, quia hoc declaratur, niſi opinio erronea in obſeruatione poſtea conſecuta conualeſcat Bald. *in l fin.* §. *ſed & ſi quis, num.* 21. *Cod. communia de legat.* de quo DD. *ad l. Barborius, ff. de offic. Prator.* Card. Tuſchus *lit. L. incip. Lex Barborius habet locum multis caſibus, & lit. O. Opinio & reprobatio communis multa operatur, conc.* 157. adeo vt & communis error in delictis à pœna excuſet, Munnoz *de Ratiocinijs cap.* 19. *num.* 47. & quando communis error ius faciat, latè Maſcard. *de probat. concl.* 648. & Sanch. *de matrim. li.* 3. *diſp.* 22. *& inſeqq.* de quo magiſtraliter Gratianus *lib.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 336. *num.* 34. *& ſeqq.* quo caſu ſubintrat quandoque illud Poëtæ:

——— ——— errore ſub illo
Pro vitio virtus crimina ſæpe tulit.

17. Veritatis contraria ſunt, mendacium, falſitas, prætextus & ſimilia ſexcenta, per quæ veritas patitur & vulneratur, ſed veritas laborare poteſt, vinci non poteſt; vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas, quæ omnia perſequi mei inſtituti non eſt, quapropter vide Doctores, & ſemper memineris, quòd veritatis gratia omnia grauia toleranda ſint, & quæ ipſe feceris potius ſilenda, quàm laudanda; quia ſi ſilenda feceris, factum ipſum, ſi laudanda, quòd non ſileas, ipſe culparis; & ſanctus Auguſtinus *epiſt.* 56. Vitia cætera, inquit, in peccatis, ſuperbia etiam in rectè factis timẽda ſunt, ne illa, quæ laudabiliter facta ſunt, ipſius laudis cupiditate amittantur; ad exornationem prædictorum vide quædam moralia & ſanctorum Patrum dicta & ſententias in Thoma Hybernico *in Floribus Doctorum, lit. L. verb. Loquacitas, & lit. T. verb. Taciturnitas,* quæ ſemper in peccatis reprobatur; quia

——— ——— Magna eſt medicina fateri
Quod nocet abſcondi quoniã ſua vulnera nutrit
Qui tegit, & plagam trepidat nudare r. e lenti.

de quo vide *par.* 1. *de Clementia.*

CAPVT IX.

De clauſula ſola facti veritate inſpecta procedendum eſſe.

NEſcio equidem, an hac clauſula quid præclarius vſpiam habeamus, nam ſi iuxta eiuſdem regulas procederetur, non haberemus torrentem diſputationum, mare quæſtionum & infinitatem proceſſuum euitaremus facilius, de cuius virtute & effectu latè agit Barboſa *tract. de clauſulis vſufreq. clauſ.* 173. *per tot.* ad quem Lectorem remitto; communis autem eſt opinio, quod in foro conſcientiæ ſola veritas attendatur Card. Tuſchus *lit. V. concl.* 157. ſolius conſcientiæ tribunal, inquit Philo *de Nobil.* nullis verborum technis circumſcribitur, vnde multi Doctores inferunt, quòd hæres certus de voluntate defuncti, teneatur præſtare, quæ in minus ſolemni teſtamento relicta ſunt, de quo *par.* 1. *tit. de Genere,* dictum fuit, & declaratur in Scaccia *de commerc. & camb.* §. 1. *q.* 7. *ampliat.* 19. *nu.* 118. vnde quoque fit, quòd in multis Curijs ſuper ſola facti veritate procedatur, de cuius clauſulæ effectu & virtute videatur quoque Marcellus Cala *de modo articulandi & probandi, Gloſſa* 4. *per totum, & num.* 22. inter cæteros allegat Mynſing. 2. *obſer.* 44. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 9. *numer.* 2. quòd Officiales, qui poſſunt ſola facti veritate inſpecta iudicare, valeant iudicare, vt Deus, qui ſoli veritati innititur, imò *nu.* 55. præclaros allegat Doctores, quod & inſtantiæ peremptio non attendatur in cau- 1.

Hhhhhh 2 ſis,

Digitized by Google

ſis, quæ veniunt decidendæ ſola facti veritate inſpecta, ſed tamen multi ibidem in contrarium allegantur, & tandem diſtinguitur vti per Afflict. *deciſ.346.nu.12.* ad euitandas tamen difficultates & diſcuſſiones dicit tutius fore adiri Principem, & ſanari facere proceſſum & acta reuiuiſcere per inſufflationem ſpiritus vitæ, vti ibi per Bart. exemplificatur, hæc & ſimilia allegaui in ardua quadam cauſa, adhuc in tertia inſtantia coram Reuerendiſſimo atque Illuſtriſſimo Domino Nuncio Apoſtolico indeciſa pendente, in qua ob appellationem à Procuratore omiſſam, pars aduerſa punctum deſertionis contra clientulum meum, alioquin iuſtam cauſam fouentem vehementer vrgebat, at ego inter cætera dicebam ex Neoſtadio *deciſ.39.* atteſtante in curijs Belgicis, item in Gallia ſecundùm Rebuffum *Tractatu de appellat.art.14.gloſſ.vn.num.4* ſeruari, quod Princeps hodie ex facili cauſa contra deſertionem aliquem reſtituat, imò propter notoriam iniuſtitiam (de qua materia vide Coratium *de exceptionib. contra præiud. ſent. except. 10. per tot.* ibi & inprimis per aliquot ampliationes probat, quòd exceptio manifeſtæ iniuſtitiæ, non poſſit opponi, ſi non eſt appellatum, at *num.21. & ſeqq.* docet, quòd exceptio notoriæ iniuſtitiæ opponatur in executione ſententiæ primò tamen diſcutiendum ſit, an ſit iniuſta, deinde an ſit notoriè iniuſta; quodque notoriè dicatur iniuſtitia, quæ conſtat ex actis, cum declaratione ibidem) qualis iniuſtitia nullitati æquiparatur, igitur principalem audiendum fore putaui, deſertâ namque appellatione non deſeritur nullitas, ſed tamen nullitate non probata, Iudex ſuperior non poteſt cauſam retractare, ſic declarat Meiſnerus *tom. 2. lib. 2. deciſion. Camer. Imper. 1. num. 108. & per totum*, de ſententia in contumaciam lata, quòd contumaci non dentur remedia neceſſaria per viam in integrum reſtitutionis, cum lex contumacem priuet beneficio appellationis, ſed quomodo hoc procedat & limitetur vide in Scaccia *de appellat.* & in Tepati *Compendio Deciſionum tit.8.* & Barboſa *de clauſulis vſufreq.* iunctis traditis per Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 8.* ibi latè de clauſulis, quibus arbitrium boni viri conferri ſoleat, & plura alia, quæ in foro & iudicijs quotidiana ſunt, *& quæſt. 65.* an Iudex arbitrium habens, iniqua æquis præferre poſſit, Coratius *dict. except. 70. num. 28.* docet, quòd ſententia notoriè iniuſta reuocari debeat, etiamſi ab ea non fuerit appellatum, & ita ſe pluries obtinuiſſe teſtatur Marſil. *ſing. 473.*

Porrò ſi ſola facti veritate inſpecta procedi debeat, iuſta poteſt dici in praxi recepta ſententia, quòd ex nudo pacto actio detur ſeu agi poſſit, belliſſimè Ioan. Saliberien. *in Polycratico de nugis curiabil.lib.3. cap.11.* licet, inquit, nuda promiſſio apud Iuris, vt dicitur, peritos non pariat actionem, promiſſor tamen omnis apud veritatem, vt dici ſolet, pollicem fixit, & iure ciuili ceſſante, naturaliter obligatur, ſed quis actor durius aget, quàm fides, ſi ipſa cœperit accuſare? ſi agit conſcientia, quis abſoluet? ſi vero ipſa iuſtificat, quis condemnet? procul dubio, qui illo timetur articulo, Dominus eſt, vbi & dies contemnitur humanus, & conſcientia, quid obloquatur, non inuenit: ſi vero animam accuſant opera, & illi conſcientia teſtis adſiſtit, & cauſam veritas examinat æquitatis, quid quæſo Prætor in Reã obnoxam mendacio grauius vindicabit? Sanè Prætor, etſi viua vox iuris eſſe dicatur, 2.

ſen-

Digitized by Google

ſententiã eius plerumq; retractat,ſed veritatis ſententia manet irretractabilis,quia iuſtitia eius,iuſtitia in æternũ &lex eius æquitas, è cõtra in Prætorio ſæpe ſummum ius,ſumma iniuria eſt, quiſquis ergo promittit, debitor eſt veritatis, vrgente ſententia ſponſionis,compellitur fidem adimplere; porro quod neceſſitas extorquet gratiam minuit, vnde Philoſophus benè monet, nunquam aut rariſſimè promittendum, ne aut cum volueris,non poſſis,aut nolis ex iuſta cauſa, cum poſſis, aut cum effeceris, gratiam perdas aut minuas, eo quod te illaqueaueras in verbo oris tui,hactenus ille,non minùs pulchra de fide ſeruanda habes in Peguera *deciſ.39.* vbi imprimis de Principe, quod in illo nihil magis præfulgeat, quam recta fides, *l. inter claras Cod. de ſumma Trinit.* maximè Regibus & Principibus conuenit illud verbum, ſemel locutus eſt Deus, item quod ſcripſi ſcripſi,vndè Princeps vnum calamum & vnam linguam habere debet,non plures,quia ſcriptum eſt perPſalmiſtam,quę procedunt à labijs meis, non faciam irrita, & ex Baldo *conſ.327.*quod Principis lingua debeat eſſe immobilis, ſicut lapis angularis, & polus in cœlo,imo dicit ſine iuſtitia&veritate perire terram,& habitatores eius, putatque quod obſeruantia fidei, ſit de iure naturali,quod & confirmat exemplo Marci Reguli Conſulis Romani, de quo loquitur textus *in l. poſtliminij ius §. captiuos ff. de captiu. poſtlim. reuerſis* qui ne quid contra ius naturale facere videretur, ſtans promiſſis de ſuo reditu, Carthaginẽ redijt,etiamſi ſciuerit ſe moriturum, quatenus autem qui iurauit ad hoſtes redire, citra periurium emanere poſſit vide Couar.*lib.1.variar.reſol. cap.2.num.7.* Boſſium *de crimine læſæ Maieſtat.num.127.* ſed cum Parmenio ſuaſiſſet Alexandro, vt fidem in certo negotio datam frangeret,reſpondit Alexand. facere hoc potius Parmenioni, quam ſibi conuenire, prout & Romanos noluiſſe vincere inimicos ſuos, ſi vincendo aliorum fides violaretur,teſtatur Valer.Max.*lib. 6. cap.5.* plura apud Pegueram,qui horribilia exempla violatæ fidei ex diuerſis hiſtorijs adducit, hinc monet, quod Princeps Chriſtianus in omnibus rebus conſiderare debeat, quid agat, quid promittat, quidque loquatur, nam poſt factam promiſſionem, eam, & fidem datam conſtanter firmiterque adimplere debet, quia promittere aliquid, liberalitatis eſt, ſed adimplere promiſſum, iuſtitiæ eſt, verum hodierno tempore fides comprehenditur integris membranis exul ab hominibus, qui eam inſtrumentis vallatam,imo iurato promiſſam, infringere & euacuare ſtudent, quam non ſeruant,niſi vbi expedit, rara fides,inquit Senec.in Hercu. oteo, vbi iam melior fortuna ruit.

3. Præterea huius clauſulæ, ſi preces veritate nitantur, effectum in foro practicus ſæpius experietur(ſicuti & hoc menſe Iulio Anni 1645. aduerſus Principis reſcriptum, quod pars aduerſa contra *tit. Cod. Epiſtol. Program.* &c. & quæ ibi notantur per DD. in rem iudicatam tranſiiſſe allegabat, ſententiam obtinui) in Cancellarijs,ſeu per Principes multa reſcribi, quæ ad meliorem informationem reformantur,non enim tali caſu Principis culpari poteſt variatio, ſed potius circumuariatio, cui non plena ſcientia & facti informatio per ſub & obreptionem colorata,cauſam dedit Simon de Prætis *de interpretat. vltim.volunt.lib.1.interpr. 2.dubit.1.nu.11.* intentio enim Principis talis eſſe cenſetur,qualis eſt legum candor, & iuris naturalis integritas Gail. *lib. 2. de pace*

Digitized by Google

publ.17.nu.15. Crauett.*conſ.933.nu.14.in f.* *& conſ.976.num. 39.in f.* & multis probat Nicol. Euerh. Iun. *vol.2.conſ.1.* vbi paſſim, quod Princeps præſumatur iuſtitia plenus, nec vnquam tertio intendat præiudicare, ſed intelligatur id velle, quod volunt iura, quodque generaliter aliquid mandando, non cenſeatur mandaſſe illicita, adeo vt ſi Magiſtratus, vel Iudex, iuris ordine omiſſo, extraiudicialiter procedat, non differat à quouis alio priuato, *& rurſus vol. 1.conſ.5.* vbi aliqua iura ad prædictorum confirmationem, & in ſpecie de Imperatoris delegato, an vt ſuſpectus excuſari itē an delegatio & mandatum Principis reuocari poſſit, neque enim aliud eſt ipſe Rex, quam lex, vt ex alijs refert Maſtrill. *de Magiſt.lib.3.cap.3.n. 33.* ſubdens ex Platone, legem dici magiſtratum mutum, & magiſtratum legem loquentem, non mirum igitur quod reſcripta Principis intelligantur ſecundùm iuſtitiam fori & poli Menoch. *lib. 4.præſ.139.num. 183. & conſ.411.num.16.* Surdus *de alimentis tit. 8. quæſt. 93.nu. 4.* & interpretari debeant ſecundùm ius commune Vant. *de nullitatib. quibus modis ſent. nulla def.n.64.in f.*

4. Proinde cum reſcripta iniquum quid prę ſe ferunt, indubitanter credi oportet, ipſa contra mentem reſcribentis adeoq; per importunitatem impetrata fuiſſe, idem Vant. *c.fin.de reſcript.in6.* Seraph. *de priuil.iuram. priuil.50.n.59.* vbi ſubijcit, quod nec purgētur per clauſulam ex certa ſcientia, de hiſce & ſimilib. abundè ſatis tractant Canoniſtę, legiſtæ *in dict. loc.* quo me remitto, quibus conuenit Præclarum Imperatoris Antiochi tertij dictum, quē referunt Ciuitatib. totius Imperij ſcripſiſſe, vt ſi quid ipſe per litteras fieri juberet, quod legib. aduerſaretur, minime curarent, ſed perinde ipſo quaſi ignorante ſcriptū eſſet, haberetur Plutar Apoth. Decian. *de prob. lib.2.c.44.n.6.* aliud non minus præclarum refert Plutar. *de Ageſilao Lacedæmoniorum Rege*, nam quemadmodū non iniuſta à Principibus petenda, nec admittenda petitio, quæ ſine rubore fieri non poteſt, *l. in fideicom.§.fin ff. de vſur.* iniuſta à iuſtis, inquit Plaut. non petenda & Caſſiod. *lib.1.Epiſt.5.* ſicut volum. oppreſſis dare iudicium, ita irrationabilibus querelis nō prębemus aſſenſum, & rurſus *lib. 2. Epiſt.17.* munificentiam noſtram, dicit ibi Theodor. Gothorum Rex, nulli volumus extare damnoſam, ne quod alteri tribuitur, alterius diſpendijs applicetur, & hoc eſt, quod noſtri dicunt, Reſcripta Principis, ſaluo iure tertij vel ſine præiudicio tertij, exaudiēda & interpetranda fore Tuſch *lit.R.concl.211.n.15.* in illicitis vel iniuſtis decet mutare ſententiā, ſiquidem hæc ſuperbæ ſtultitiæ perſeuerantia eſt, quod ſemel dixi qualecunq, eſt fixum ratumq; ſit Senec. *lib.4.de benef.c.38.* hinc bene dixit ille, in crimine virtus, crimen erit, *c. iurauit 22.quæſt.4.* S. Amb. *lib.2.de off.c.13.* iunctis traditis ſupra de bello & quæ paſſim tradunt DD. quod Princeps ius tertij tollere non poſſit quia vt dicit Senec. *in Oct.* id facere laus eſt, quod decet, nō quod licet, quemadmodum Claudianus ad Honorium dixit.

——— Sed comprime motus
Non tibi quod liceat, ſed quid feciſſe decebit,
Occurrat, mentemq; domet reſpectus honeſti
Tu Ciuem, Patremq; geris, tu conſule cunctis,
Nec tibi, nec tua te moueant, ſed publica vota.

Cuius cum elogio meminit Zaſ. *in l.2.ff. de orig.iur. qui & conſil. 10.nu.7.vol.2.* benè 5.
ſcimus, inquit, boni Principis poteſtatem ad tutelam ſubditorum, & ad iuſtitiam aſſeruandam eſſe ampliſſimam, cæterùm vt iniuria ſubditis fiat, vllius Principis poteſtatem non cognoſcimus, quod latius proſequitur

Aldera-

Alderadus Maſcard. *de ſtatut. interpet. concl. 5. nu. 181.* quo inclinat præclara illa Regis Theodahadi apud Caſſiod. *lib. 10. Epiſt.* relata ſententia, cum poſſumus omnia, ſola nobis licere credimus laudanda, ſic & in iure noſtro ea tantum facere poſſe dicimur, quæ honeſtè poſſumus Hering. *de fideiuſſ. cap. 1. nu. 76.* Surd. *conſil. 203. nu. 45.* ibi & de Principis loquitur poteſtate, nulla enim in peccando poſita eſt poteſtas *cap. 1. diſt. 40. & cap. ſunt quidam 22. quæſt. 1.* quia magis deficientia eſt quam potentia, & hoc tãtum poteſt, quod iure poteſt Beſold. *in Theſauro pract. lit. K. verbo* kan; nihilominus ſi quid fecerit ſeu ſtatuerit, ſemper pro Principe ſtat præſumptio, cum nihil facere cenſetur per inaduertentiam, quia ſemper habet peritos, per quorum manus expeditiones quaſi volant ac tranſeunt, vt ex Caſtr. refert Tuſchus *lit. P. concl. 676. nu. 3.* ita vt turpiſſima vox ſit Imperatoris, non putaram, Plutarch. *in Apoth.* quod tamen ita intelligendum & declarandum eſt, vt dicta præſumptio ſemper cedat veritati, & deindè, niſi alia ſuperueniant, *per notata tit. præced. cap. 8.* hinc ſi forte det ſententiam planè iniquam, ſciendum eſt, quod iuxta DD. communiter ſententia manifeſtè iniuſta, nulla dicatur, & contra iniuſtitiam euidentem poteſt implorari officium Iudicis, & ita impediri executio, Cæſar Contardus *in l. diffamari Cod. de ingen. & manumiſ. iunctus traditis per* Vincentium Carocium *de except. contra præiud. ſent. except. 52. n. 1.* nam iuſta petentibus aſſenſus non eſt denegandus, & Princeps aditum ſubditis intercludere non debet, neque excuſatur, ſi ſupplicantes ſemper ad cõſiliarios remittat, nam quid facere teneatur Princeps, & quomodo ſollicitandus, probat & multis moralibus exornat Wilhelm. Anthonij *de moratorijs reſcriptis tit. 7. concl. 17. nu. 29. & ſeqq.* nulli permittendum eſt, quod præter honeſtum eſt, & nulli negandum eſt, quod contra officium non petitur *vide ſupra de neglgent. cap 2. in f. iunct. quibuſdam trad. per* Gail. *lib. 1. de pace publ. c. 4.*

Quibus attentis laude indignum, imo abſolute iniquum eſt, Principum & Magnatum malefacta aliquâ iuris vmbra prætexere, & quod illi iniuſtè decreuerunt, tanquam bono & vero conſonum propugnare, potiùs eſt vt in melius informetur Princeps, & ſecunda exſpectetur iuſſio, à cuius mente planè alienum eſt, quidquid à veritate & iuſtitia deuiat promouendum & exequendum putare, iure merito igitur bonus & iuſtus, quidquid iſtiuſmodi farinæ contra æquum & bonum pullulat, Principem noluiſſe exiſtimare, & habens iuſtitiã ſeu conuentionẽ pro ſe, dicere poterit cum Sophocleo Tereſia, ſtat à me veritas res præpotens, ſimul cum Horat: 6.

Vir bonus & Prudens audebit dicere, Pentheu
Rector Thebarum, quid me perferre patique.
Indignum coges?

Vt exornatur à Scacc. *lib. 1. de iudic. c. 76. n. 11.* quod habens bonã conſcientiam, ſit audax, fortis & nihil pertimeſcat, è contra criminoſus pauet & timet, iunctis traditis per Gail. *lib. 1. de p. p. c. 10. n. 3. & ſeqq.* iuxta quorum dicta ſæpius in cauſis iuſtiſſimus audacter iuſtitię adminiſtrationem petij ſatis demonſtratæ, ſed ſæpe fruſtraneo conatu, audaciorem enim veritas facit inquit Nazarius *in paneg. pag. 89.* quæ altiſſimis defixa radicibus nulla vi labefactari poteſt. Prędeductis autẽ attentis optima ratione Ægyptiorum Reges legem quandam ſuam ſeruare dicuntur, qua iuramento obſtringunt Iudices, vt Rege ipſo iniuſtam flagitante ſententiam,

Digitized by Google

tiam, ei morem non gerant Plutar. *in apoth.* neque vllam ex omnibus Imperij legibus ſanctiorem eſſe, quam quæ vetat Principum reſcriptis nullam fidem haberi, niſi æquitati, perinde veritati, conſentanea ſint, teſtatur Bodin. in Method. hiſtor. *c. 6. circa med.* vbi hoc illuſtrat duobus memorabilibus exemplis, tertiũ refert Mayard. *dec. 100. n. 17. lib. 2.*

7. Vigore prioris clauſulæ ſola facti veritate inſpecta, vidi quandoq; pronunciari aliter quam iura noſtra docent, prout imprimis præmitto ex Gail. *lib. 1. de pac. publ. c. 5. nu. 8. & 9.* quod Iudex ordinẽ iuris obſeruare teneatur, alias pro priuato habetur, deinde docet idem Gail. *de arreſt. Imp. c. 5. n. 6. & 7.* quod ſingulæ actiones habeãt ſingularia ſua requiſita, quæ cũ alijs permiſceri, & imperitè confundi non debent, ita vt alias ſuccumbat Actor, tanquam agens ex vna cauſa, & probans ex alia, quod vide quoq; exornatum in Hering. *de fideiuſſ. c. 20. §. 26. n. 34. & ſeqq.* ſiquidem iudex extra libellum iudicare, & vagari nequit, Karpz. *p. 1. conſt. ſax. 26. def. 8. n. 2. & def. 6. n. 2.* quod ampliatur per Meiſner. *lib. 1. deciſ. Cam. Imp. 40.* vbi licet dicat æquũ eſſe, quod Iudex potiùs rei veritatem & factum, quam petitionem Actoris & modum agendi reſpicere debeat, ſufficiatq; vt ſecundùm qualitatẽ eorum, quę ex actis appareat, ſententia feratur, tamẽ hoc verùm eſſe dicit, vbi libellus generaliter conceptus eſſet cum clauſula ſalutari, ſecus vero, vbi ſpecialis cauſa deducta & certa actio propoſita fuit, tunc enim nec clauſula ſalutaris referri debet ad aliam cauſam repugnantem cauſæ ſpeciali, de quo grauiter diſcurrit Surdus *vol. 2. conſ. 273.* ita etiam quamuis Beſold. *in theſ. pract. lit. H. in verbo* hieruber *n. 52. & DD. per eundem alleg.* magnos & mirabiles clauſulæ ſalutaris libellis appoſitæ effectus referat, nihilominus Additionator ibidem tradit, quod agens ex vnâ ſeu ſpeciali cauſâ inepta, non poſſit obtinere ex alia apta, quodq; clauſula ſalutaris in alio remedio non obtineat, vide declarationem ibi, & in Meuoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 47. n. 6.* vbi dicit, quod clauſula, omni meliori modo, nihil operetur, cum modus ineptus exprimitur, & aptus ex expreſſo deſcendere nõ poteſt, quẽadmodum in ſimili caſu obtinui ſententiam, in quadã cauſa, in qua Procurator non adhibito Aduocato in prima inſtantia certam, eamq; ineptam petitionem inſtituerat, & actionem, cui Aduoc. poſtea ſubuenire volens ex reg. non deducta deducã, & non probata probabo, actionẽ in ſecunda inſtantia aptã propoſuit, verũ dixi *l. per hãc C. de temp. & repor. appell.* non extendi, vt non deducta & non probata deducantur & probẽtur ſuper noua re, & ſuper nouo libello, ſed tantum ſuper re deducta & petita in prima inſtantia Marant. *in ſpec. de app. n. 163. & ſeq.* Couar. *lib. 1. var. reſol. c. 16. n. 13.* videatur quoq; Tuſch. *litt. A. Appell. cauſa an ſit eadem cum cauſa princip. concl. 695.* item an & quando nõ probentur & deducantur Maſcar. *de prob. conc. 118,* & ad exornationẽ Bredenr. *de appell. p. 2. tit. 34. de poſitionib. §. quomodo in exerc. appell.* ibi quæ ſint noua & quæ diſiuncta capitula, *& p. 1. tit. 20. §. an ex probationib. nouis* & quæ ſunt ſimilia &c. quæ in ſcholis cum veritate, in praxi cum plauſibilitate diſputantur, prout vidi Doctorum Auctoritates magna in copia deſuper pro & contra allegatas, quẽadmodum ego quandoque allegaui Rom. *ſingul. 86. & ſing. 78.* dicentem, quod conuentus vna actione, cum pluribus poſſet conueniri, non poſſit condemnari, antequã ab alijs abſoluatur, & Scacciam *de commerc. & Cambio §. 7. gl. 7. n. 12. & ſeqq* docentem,

ſi

ſi quis habeat duo inſtrumenta, & petat executionem vnius, non poſſit obtinere ex alio, in quo ſe non fundauit, ſed alio eſt, opus & noua inſtantia, de quo dicit ſe latè ſcribere in Tract. *de appell. quaſt.* 17. *limit.* 9. *num.* 44. *& ſeqq dicitque ita obſeruari,* alias ſatis quoque conſtat ex traditis per Speculat. *lib.* 2. *p.* 1. *de actione ſeu petitione* §. 2. qualiter & qua cautela actiones proponi debeant.

8. Porro vt verum fatear, vidi ſæpius in praxi contrarium eorum, quæ ſuperius allegata ſunt, obſeruari ac in cauſis, vbi de veritate facti in actis conſtabat, non præciſe ſecūdum petita in libello, ſed etiam iuxta deducta & probata, non obſtante quod petitio inepta, & actio ſpecialis propoſita fuerit, iudicari, pro cuius elucidatione rurſus præmitto ex Gail. 1. *obſer.* 42. quod in Camera imperiali nullitates non attendantur, ſi alias de meritis cauſæ vel veritate legibus roborata conſtet, prædicta ita intelligit idem Gail, 1. *obſer.* 67. niſi libellus planè eſſet nullus in forma & materia, vt nulla interpretatione iuuari poſſit, tunc enim Iudex Reum ab obſeruatione Iudicij (de ſententia ab obſeruatione Iudicij & ab inſtantia, & quando definitiuè pronunciandum ſit, agit Caualcanus *lib* 1. *deciſ.* 7. *per tot.* & diſtinctè Pacianus *de probat. lib.* 1. *cap.* 67. *numer.* 30. *& ſeqq* quando Reus abſoluendus definitiue vel ab obſeruatione Iudicij, vel inſtantia. & aliqua in Zaſio *in l. ſi in te numer.* 6. *&* 7. *ff. de except. rei iud.* cum quibus nota, etſi lite non conteſtata non poſſit dici inſtantia Nicol. Euerh. Iun. *vol.* 1. *conſ.* 63. *numer.* 34. *in fin.* & ideo ante litem conteſtatam non videatur quis poſſe abſolui ab inſtantia, vti factum vidi, tamen Pragmatici ferè illa confundunt, Caual. *d. deciſ.* 7. *num.* 1. & ſententia ab obſeruatione Iudicij, & inſtantia dicitur eadem, Tepatus *in compendio deciſionum titul.* 244. *cap.* 1. ita pronunciari in foro diſſolutis contrarijs teſtatur Karpzouius *p.* 1. *conſt. Sax.* 2. *defi.* 19. & notabilia de ſententia abſolutoria & reſeruatoria Iuris, Gratianus, *tom.* 2. *diſc. forenſ cap.* 348. *numer.* 8. *& ſeqq.*) abſoluere, & Actorem in expenſis condemnare debeat, reſeruato ei Iure agendi ex alia cauſa apta, & ſi Iudex primæ inſtantiæ tulit ſententiam ſuper inepto libello, tunc Iudex appellationis non ſuper meritis, ſed ſuper nullitate neceſſario pronunciare debet, ſed tamen poteſt, ſi velit, Actori iniungere vt alium libellum clarum & concludentem exhibeat, ita vt non ſit neceſſe Reum ab obſeruatione iudicij abſoluere, in cauſa vero appellationis dicit, quod in prædicto caſu ſuper nullitate pronunciari debeat & ita obſeruatum fuiſſe ſe recordari, diſtinctè quoque vide in Philippo Franco *in cap. dilecto x. de appellat. p.* 5. *verſ. vlterius aduerte & p.* 4. *verſ. decimoquarto,* vbi an Iudex poſſit nullitatis ſententiam reformare, & quomodo, & vbi nullitas inſurgit ex fundamento iudicij, puta ſi fortè libellus vel proceſſus eſſet nullus, ſeu nullitas concernat modum agendi, dicit quod non poſſit reformare ſententiam & proceſſum nullum, licet nullitas deuoluta eſſet per viam appellationis, quod ſi nullitas comprehendat & iniuſtitiam, quod tunc poſſit reformare, iuncto Mindano *de continentia Cauſ. cap* 11. *numer.* 32. *& ſeq.* Gilman. *Symphor ſuppl. p.* 2 *titul.* 8. *voto.* 10. *numer.* 21. *& ſeqq. & voto.* 2. *num.* 171 *& ſeqq* & de nullitate, vitio libelli & modo agendi, latè Pinell. *in l.* 2. *Cod. reſcin vend p.* 3. *cap.* 3 *numer.* 15. *& ſeqq.* ibi & an Iudex appellationis ex noua

Digitized by Google

cauſa reformare vel validare ſententiam nullam, imo quod plus eſt, Iudex adhibere fidem teſtibus rationem concludentem non reddentibus poſſit, vbi ſola facti veritate proceditur iuxta Surdum *deciſ.* 105. *numer.* 12. *vbi tamen in ſeqq.* ſubiunctam rationem declara ex Menoch. *de arbitr. q.*26. *num.* 5. *& traditis p.* 1. *titul. de dubiis* probationes quomodo dicantur arbitrariæ.

9. Sed, vt dixi, vidi ſæpius iudicatum, quod indiſtinctè iuxta deducta & probata pronunciatum fuerit, pone exemplum tu ſcis coram Domino Officiali tres dari inſtantias, ſicut & tertia inſtantia apud Ampliſſimum ſenatum Colonienſem ſeruatur coram DD. Syndicis, hoc caſu quid vetat, quin hi poſſint, inepta actione vel petitione in prima inſtantia inſtituta nõ obſtante, ex deductis & probatis iudicare, contra rigorem Iuris Ciuilis, vt hoc modo circuitus euitentur & litis expenſæ, pro quorum confirmatione facere videntur tradita à Menoch. *lib.* 1. *de arbitra. quæſt.* 31. quod Iudex ex ſola cauſa probata poſſit ferre ſententiam in cauſa, quæ ſola facti veritate inſpecta definienda eſt, vbi & quod in cauſis capitalibus ex cauſa non deducta, ſed probata, Reus puniri poſſit, & contra ſubtilitatem iuris receptum eſt, quod agens ex ſpeciali cauſa obtineat, ſi poſtea probet ius ſibi ex alia cauſa deducta deberi, Wameſius *cent.* 2. *conſ.* 87. Pacian. *d. cap.* 67 *num.* 22. *& ſeqq.* & illuſtratur per Crauett. *p.* 3 *conſil.* 559. & Pinell. *d. cap.* 3. *num.* 15. *& ſeqq. vbi explicat l habebat ff. de inſtit. act.* vbi quoque dicit, quod & replicatio habeatur pro libello, præiudicia Cameralia allegat Meiſnerus *tom.* 3. *deciſ. Cam. Imp.* 18 *num.* 17. *&* 18. *iunctis iis qua tradit* Mynſ. *decad.* 3. *reſp.* 25. *num.* 5. *& ſeqq. & rationem addit decad.* 2. *Reſp.* 11. *numer.* 39. *& ſeq.* quod Iudex ſupplere poſſit, tam in iure quam in facto, quando ſibi factum ex actis clarè conſtat, Martha in digeſtis *tom.* 1. *titul* 6 *ſententia definit. cap.* 20. *& ſeqq.* idem docet Martinus Monter à Cueua *deciſ. Regni Arrag.* 21. *ſub num.* 5. alias de iure latè declarat Menoch. *lib.* 1. *de arbitr. quæſt* 31. quando ex cauſa non deducta ſed probata ſententia ferri poſſit, & prædicta in ijs caſibus, in quibus Iudex non requiſitus, ſupplere vel procedere poſſet, minus dubij habẽt, quos caſus ad longum recenſet Coratius *in tract. de except. contra præiud. ſent. except.* 132. inter cætera refert caſum, quem modo habeo in facto, in cauſa pia, deinde caſus in quibus Iudex ex officio ſupplere poſſit, referunt DD. allegati apud Hunnium in Encyclopædia *p.* 2. *titul.* 35. *cap. de offic. & poteſt Iudi in fin.* Item Iudex an & quando ſuppleat in facto, quando de ipſo ſibi conſtat vt Iudici, vide Gratianum *tom.* 1. *diſcept. forenſ. cap.* 1. *num.* 13. *& ſeqq. vbi quoque declaratur.*

Vides igitur ex prædictis diſſertationem 10 eſſe hac de re inter ius Ciuile & praxin, imo inter ipſos Pragmaticos, quemadmodum pro negatiua ſtat præiudicium relatum in Ant. Fabro *Cod. de formul. & impetr. act. ſublat. defin.* 1. quod inepta actione propoſita, actor condemnetur, ac ſi nullam inſtituiſſet, ſalua ei poteſtate agendi eo modo, qui aptior & conuenientior iudicatur, *& definit.* 3. quod quidẽ clauſula, omni meliori modo, efficiat, vt Iudex ad ius partis potius attendere debeat, quam ad ineptam petitionẽ, ita tamen, ſi ea, quę in libello narrantur, congruant, vnde licebit mihi conqueri cũ Zaſio *ad titul. ff. de origine iuris ad verb. deindè ex his legibus num.* 4. *hiſce verbis,* quamuis ex

Aduo-

Digitized by Google

Aduocatio nonnulli calumniari adhuc iura partium pergant ſuper formulis, quas vel ex gloſſis vel commentis deprehenderunt, ita diſceptantes, vt ſi etiam de facti veritate conſtet, formularia tamen verba, vis, tenor, iam ab ætate Bartoli & amplius, ſub Incude æſtuant, vel vt in Cyclopum officina, quo ſignificatu, qua forma, quo tandem effectu, fabricentur, & ne ſolum de antiquis formulis præciſè loqui cenſeâtur, controuertunt, inquit Zaſius, otioſi homines, quod qui experitur ſuper proprietate, probauerit autem de vtili dominio, an ſuccumbere debeat, & multa id genus ex verborum aucupijs procedentia, cum tamen, vbi effectum habemus, de verbis & modo non curandum eſſe alibi doceant Iuriſconſulti, deinde de effectu huius clauſulæ ſola facti veritate inſpecta, ad propoſitum quædam in Viuio *lib. 2. deciſ.* 340. ſed recurras ad Marcell. Cala. *dicto loc. vbi quoque numer.* 27. *& ſeqq.* reſpondetur ad contraria per Vrſill. ad Afflictum *deciſ.* 372. *numer.* 2. *& 3.* & dicit *ibi Cala numer.* 22. quod Officialis, qui poteſt in cauſa ſola facti veritate inſpecta procedere, poſſit iudicare vt Deus iudicaturus, quo ipſo ſubuertitur diſſentientium Pragmaticorum diſtinctio, quod ſi Actor certam exprimat cauſam, & aliam probet, ſuccumbere debeat. Si vero non exprimat certam cauſam, & tamen aliquam probet, quod obtinere poſſit, DD. apud Barboſam *in cap. Abbate num* 1. *de ſent. & re iud.* quod eſt pulchrum capitulum. & illa diſtinctio iuxta rigorem iuris vera, ſed in praxi propter infinitatem litium parum æqua, quid enim in praxi refert cauſam certam allegare & tamẽ eam non, ſed aliam probare ad effectum obtinendi, ſiuè vt Iudex iuxta deducta & probata ſententiam ferre poſſit, quandoquidem ea, quæ vitioſè ſed ſuperflue expreſſa ſunt, non nocent, ſuperflua autem videntur quæcunque vltra probata adferuntur, ex quibus ſententia ferri poteſt iuxta aliorum Pragmaticorum opinionem, qua præſuppoſita limitatur illa reg. quod ſententia debeat conformis eſſe libello, alias non valeat, videatur Gail. 1 *obſ.* 66. *num.* 15. *& ſeq.* & Chriſtinæus *vol.* 1. *deciſ.* 348. *per tot.* nullitates in iudicijs an & quando attendendæ ſint, ſicut & ex vi confeſſiones valet ſententia, licet proceſſus foret inordinatus. Philip. Franc. *in d cap dilecto de appell.* (item an ex actu nullo voluntas declaretur vide Menoch. *lib.* 4 *præſ* 15.) quemadmodum & nullitates, tantum figuram & ſolemnitatem iudiciorum reſpicientes, Camera non attendit, Gaill. 1. *obſer.* 75. *num.* 5. *& ſeqq.* & cum Iudex ex ijs, quæ ſibi ex actis nota ſunt, poſſit iudicium ſuum impertiri, Martinus Monter à Cueua *deciſ. Regni Arrag.* 21. *ſub num.* 5. quid ni parti indiſtincte adiudicare poterit, quod ei deberi ex actis conſtat vtcunq; inepta actio propoſita fuerit, ego certe contra ſubtilitatem iuris ita iudicarem, quia ex officio ſupplere poteſt ad vtilitatem partis in his, quæ ſibi conſtat ex actis, & hoc, quod conſtat ex actis eſt notorium iuris, in quo Iudex ſupplet de facto Scaccia *de appellat. quæſt.* 11. *num.* 34 *verſ. contraria ſententia.* vbi paſſim examinat, an Iudex appellationis poſſit ſuper deductis & probatis pronunciare ſi in prima inſtantia deſuper actio non fuiſſet inſtituta, ſeu lis conteſtata, adeoq; ſuper iure & puncto variato, & quamuis ipſe ibi negatiue reſoluat, ſcio tamen aliter fuiſſe pronunciatum per Iudices appellationis, eidem Principi ſeu Magiſtratui, cum iudice à quo, immediatè ſubiectos, quod contra ius eſſe factum fa-

Digitized by Google

teor per tradita Scacciæ & DD. *in l. per hanc Cod. de temporib. & reparat. appellat.* ſed nec in Camera nec in ſummis Tribunalibus, vbi de meritis cauſæ conſtat, nullitates attenduntur Chriſtinæus *d. deciſ.* 348. ibi & declarationes. neq; enim propter procedendi ineptitudinem rei veritas vitiatur Zaſius *lib. 1. conſ. 6. num. 9.*

Sed cum in hac rerum mortalitate omnia turbida, controuerſa & tenebris obuoluta reperiantur, tu vero Domine via, veritas & vita es, & ſermo tuus veritas, & proinde prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate Pſalmo 144. verſ. 18. *inuocant autem Dominum in veritate, inquit, venerabilis* Beda *in litanijs, qui in hoc, quod orando dicunt, viuendo non contradicunt, inuocant eum in veritate, qui ſuas ei preces oblaturi primo iuſſa illius implere ſatagunt, qui dicturi ei ſunt in oratione Dominica, & dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, ſi ergo vis benedicere Dominum, inquit* S. Aug. in Pſal. 102. *fac verbum eius, fac voluntatem eius, vt hoc fiat, ſit oratio mea ad te cum ſeruo tuo Dauide* Pſal. 118. verſ. 43. *dicente, ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque, vel etiam quia cæcutiō & errabundus in tenebris palpo, dicam cum* S. Auguſt. lib. 11. confeſſ. cap 23. *ecce Deus meus coram te, quia non mentior, ſicut loquor, ita eſt cor meum, tu illuminabis lucernam meam Domine Deus meus, illumina tenebras meas, & confige carnes meas timore tuo, quia timor Domini ipſa eſt ſapientia & recedere à malo intelligentia.* Iob. 28. verſ. 28. *vtinam igitur ſaperent & intelligerent ac nouiſſima prouiderent,* Deuter. 32. verſ. 29. *vt autem hoc ipſum perficiam, neceſſum habeo recurrere ad eum à quo incepi, & alios, qui cætera omnia comprehendere volent, remittere ad fontem ipſum, vnde ad me riuus iſte manauit.*

EPILOGVS SEV CONCLVSIO
Totius operis.

CAto Senior commilitonibus ſuis inculcaſſe dicitur, ſi, inquit, cum labore præclari quicquam egeris, & quod honeſtati ſit coniunctum, labor abit, honeſtè factum remanet, ſi cum voluptate mali quicquam commiſſum ſit, voluptas aut res momentanea cito auolat atque euaneſcit, improbitas vero & nequitia, vt indelebile vitium, perpetuo adhæret, virtutis fructus & præmium ſempiternum eſt, vitiorum fructus temporales, quia vitiorum commodum in præſenti eſt, virtutis in futuro, latius Lactan. Firm. *lib. 7. cap. 10. diu. inſtit.* ita ego dicere poſſum & apertè profiteor, quod in hoc tractatu de vulnerata iuſtitia, cum ſummo labore multa conquiſiuerim, non vt laudem temporalem, ſed vt viam iuſtitiæ & pœnitentiæ quærerem, eamque mihi imprimis & meis demonſtrarem, an autem hoc ſemper aſſecutus ſim, quod intendi, neſcio, nec enim turpe eſt non aſſequi, dummodo ſequaris, vt inquit, Senec. *lib. 5. de benef. cap. 5.* quandoquidem errare vel minus ſapere communis eſt infirmitatis, in errore autem perſiſtere, & viam demonſtratæ veritatis non ingredi, horrendæ eſt iniquitatis, & extremi periculi, quod ſine dubio experientur, qui in via iuſtitiæ non ambulauerunt, quando à dextris erunt peccata accuſantia, à ſiniſtris infinita dæmonia, ſubtus horrendum Chaos inferni, deſuper Iudex iratus, foris mundus ardens, intus conſcientia vrens, ibi iuſtus vix ſaluabitur, heu! miſer peccator ſic deprehenſus, quo fugies? latere enim impoſſibile erit,

appa-

Digitized by Google

apparere intolerabile S. Anſelm. *de ſimilitud. mundi*, vtinam igitur ſaperes quæ Dei ſunt, intelligeres quæ mundi, prouideres quæ inferni, profectò inferna horreres, ſuperna appeteres, quæ mundi ſunt contemneres. S.Bern.*epiſt.*292. Vnus enim eſt omnium iudex tribunal incorruptum habens, ante illud ſtabimus, ibi nec pecuniæ, nec gratia, nec falſi teſtes, nec indignæ preces, nec fucatæ iuſtitiæ laruæ, nullus prætextus, nec præſumptæ excuſationes, nec diſerti proderunt patroni, quippe nihil rerum noſtrarum apud ſummam notionem, inquit Nazianz. expers rationis, tametſi nobis videatur, ibi & iuſtitiæ noſtræ, quæ tales nobis apparent, iudicabuntur, tunc meliùs erit non agnouiſſe iuſtitiæ viam, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo, quod illis traditum eſt, ſancto mandato, vt loquitur S.Petrus 2 *epiſt.* 2.*verſ.*21. quare, vt dixi, finiendum eſt in eo, à quo incepi, ſicut belliſſimè me monendo Nazianz. inquit, principium & finem omnium Deum conſtitue, finis namque noſter Deus eſt, vt Theologi apud Viuium *deciſ.*343. *num.*1. docent, quem finem attingimus mediantibus virtutibus, ibi ad propoſitum refert pulcherrima Petrarchæ verba, de remedijs aduerſæ & proſperæ fortunæ, ita quieſcens delicato eius ſermoni finem imponendo, inquit, ſpero vitam æternam; Reſpondeo, nulla maior, nulla pulchrior, nec ſanctior ſpes, modo non præceps cæcaue ſit, ſunt enim qui ſemper malè agendo, vel contra iuſtitiam delinquendo, bonũ ſperant, quo nihil ſtultius. Recurrã autem ſemper ad eum, à quo incepi miſericordiam rogans, vt immenſa & infinita immenſi & infiniti Dei Optimi Maximi bonitas, me hactenus imbecilli modo, imo rudi & craſſi Mineruâ, de iuſtitia ad ſui nominis gloriam differentem ad finem, hoc eſt ad ſemetipſum benigniſſimè perducat, vt in ipſomet fine tandem aliquando beatè conquieſcam, & à quo incepi in eodem finiam, quoniam qui aliud quærit, in fine nihil habebit, Ergo cum Dauide *Pſalmo* 70.*verſ.*9. iterum rogo, ne proijcias me in tempore ſenectutis, cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me, hoc ipſum enim, quod à te proceſſit, tibi offero, quia prima & ſumma bonorum omnium cauſa, ſine qua factum eſt nihil, nihil tibi, Domine, recte offertur, niſi quod à te accipitur, iube quod vis, & da quod iubes, ecce ergo Domine Rex meus & Deus meus, tibi ſeruiat quod loquor, & ſcribo, & lego, & numero, quorum omnium principium & finis à te & ad te, quæcunque ergo dicam, de tuo agnoſcam, ſi qua de meo, ignoſce, S.Auguſt. *lib.*1. *confeſſ.cap.*15. *& aliàs.* finem ergo loquendi pariter omnes audiamus, Deum time & mandata eius obſerua, hoc eſt enim omnis homo *Eccleſiaſtes* 12 *verſ.* 13. & viuamus vt viuamus, quæ virtus iuxta S. Chryſoſt. mater ſalutis dicitur: ea propter viuens, fac pie Chriſte, talis vt ſim, qualis cum moriar fuiſſe vellem, in quem finem cum Boëtio *de conſolat.Phil.lib.* 3. metr. 9. precabor:

Da Pater anguſtam menti conſcendere ſedem
Da fontem luſtrare boni. da luce reperta
In te conſpicuos animi defigere viſus,
Diſijce terrenas nebulas, & pondera molis
Atq; tuo ſplendore mica, tu namq; ſerenum,
Tu requies tranquilla pijs, te cernere, finis,
Principium, rector, Dux, ſemita, terminus idem,
Gloria tota Deo, qui nobis hæc otia fecit.

Sit tibi & gloria, qui es vita viuentium ſpes morientium, ſalus & requies omnium ad te peruenientium, & meum principium ſit meus finis, nam

Te volo, te cupio, te diligo, te peto Chriſte
Tu mihi Dux, mihi lux, mihi Rex, mihi lex, mihi iudex.

FINIS.

ERRATA TYPOGRAPHICA.

P. ſignificat paginam, l. lineam, c. columnam.

IN Epiſt. Dedicat fol. 2. p. 2. in iuſtititia, iniuſtitia. f. 2. p. 1. l. 32. tam, nam. f. 3. p. 2. l. 35 annumerare voluit p. 4. pro Gerhardũ, Ioan. Philippum. p. 10. l. 35. col. 2. pro id. in. p. 14. priora duo carmina ſunt hexametra. p. 22. l. 39. c. 2. ibidinem, libidinem. p. 23. l. 37. Auguſti, Auguſtini p. 25. l. 30. c. 2. pro 13. 3. p. 28. l. 19. c. 2. temerararia, temeraria, & ead. p. l. 29 fortudinis, fortitudinis p. 37. l. 9 diſtinctio, deſtructio. & c. 2. l. 7. pro 32. 140. p. 40. l. 5. pro 8. 18. &c. 2. l. 12. mali, multi. p. 43. l. 14. Eccleſ. Ezechiel. 22. p. 44. l. 4. excedatis, excidatis. p. 45 l. 17. c. 2. textus Ierem. malè allegatur, ſimile autem inuenitur Iſaiæ 5. & l 33. ſubtos, ſubditos. p. 46. l. 27. c. 2. pro 47. 67 p. 54. l. 41 crudelitas, credulitas. p. 56 l. 32. c. 2. in carmine, exemploque. p 67. l. 5. ſis, ſit. p. 68. l. 32. qui tem, quietem. p. 77. l. 19 forte pendat, perdat. p. 82 l. 27. c. 2. pro l. cap. p. 87. l. 22. onre, onere. p 94. l. 14. c. 2. pro 87. 81. l. & 38. querimonia, querimonia. p. 102. l 9. c. 2. poſt dictionem quaſi, addatur ignis, & pro oculis, oſſibus. p. 109. l. 34. c. 2. pro 10. 12. p. 121. l 29. pro defenditur, defendãtur. p. 125. l. 9. pro ſexto, ſexta. p. 126. l. 9. pro argumẽta, argumẽto. p. 135. l. 12. pro 12. 11. p. 160. l. 19. c. 2 pro quodue, quoque. p. 183. in carmine pro ſæpius, ſæpe. p. 185. l 28 pro cernat, diſcernat. p. 19 l. 7. c. 2. pro memo, nemo p. 203 l 39. pro quid, quod. p. 216. l. 19. pro ſubtiliſato, ſubtiliſatio. & poſt p. 220. in numero erratur ideo pro 225. 221 p. 225. l. 14. pro ſcrineo, ſcrinio. p. 130. l. 17 pro diſſidiat, diſſideat. p. 251 l 13. pro etam, etiam. & l. 15. pro ſi, ſi. p 264 col. antep. pro cæcedit, cecidit. p. 270. in tit. pro iuſtitia in æquitate, fori & poli. p. 267. l. 21. pro 72. 74. p. 279. l. 38. c. 2. pro appare. apparere. p 283. l. 38. pro diuidiunt, diuidunt. p. 285. l. 27. pro ædrificiando, ædificando. p. 288. l. 28. c. 2. pro taciti, Taciti p. 307. l. 40. c. 2 pro Morz, Mozz. p. 318. l. 12. pro nnn, non. p 324. l. 16. c. 2. pro Phormiones, procuratores. p. 326. l. 40 pro fuiſſat, fuiſſe. p. 331 l. 5. c. 2. pro vide, videt p. 339. l. 22. pro mortis, mortis. p. 345 l. 17. pro cauſſa, cauſa. p. 356. l. 13. pro Greuil. Griuell. ibi & num. 4. pro per maxime, permaximè. p. 358. l. 31. c. 2. pro in corporalibus, in incorporalibus p. 360 l. 30. c. 2. pro quos, quas. p. 361. ibi immediatè poſita ante nu. 4. transferenda ad cap. præcedens. p. 372 l. 29. c. 2. pro ſpectans, ſpectantis. p. 393. l. 14. c. 2. pro c. nu. p 396. l. 38. c. 2. pro attendedum, attendendum. p. 399. l. 19. c. 2. pro dederet, deberet. p. 400. l. 4. c. 2. pro henoris, honoris. p. 401. l. 10. pro ſolidæ, ſolicitæ. & l 26. c. 2. pro exitum, exitium p. 403. l. 33. c. 2. pro præcellentia, præcedentia. p. 408 l. 14. c. 2. pro domicellæ, domicellarum. p. 407. l. 23. c. 2. po ſedent, ſedeant. p. 416. ſententia aliqua abundat eodem cap. tradita p. 417. in carmine pro redemit, redimit. p. 439. l. 32. c. 2. pro li, dictionem. p. 440. l. 1. c. 2. pro innisa, inuiſa. p 441. l. 33. c. 2. pro in cauta, incauta. p. 443. l. 13. pro in eundo, incundo. p. 445. l. 29. pro mallis, mollis. & l. 18. c. 2. pro ſe ne, tene. p. 446 l. 31. c. 2. pro ſaciens, faciat. p 447. l. 6. pro venerio, venereo. p. 450. l. 2. pro infiammatur, inflammatur. p. 451. l. 33 c. 2. pro ibi, itaque. p. 452. l. 25 c. 2. cgnoſcam, cognoſcam. & l. 26. pro opore, opere. & l. antep. in oratione quod ſim, quid ſim.

Pars altera licet propter temporis penuriam non fuerit relecta, nihilominus notata inter errata p. 686. l. 12. ende ttet. p. 813. l 1. c. 2. pro conferunt, auferunt. p. 822. l. 26. pro ineleuans, irreleuans, & l. 28. pro reſtringuatur, reſtringatur. in quo cap. aliquos refero quos non ſequor, vt iam ante in præfatione ad maleuolum Lectorem monui, ſed Colonienſia iiſdemque ſimilia antiquiſſima ſtatuta, etiam non excludentia Religioſos à legitima, ſed venditorũ immobiliũ pretium iiſdem addicentia, valida eſſe dixi, ſalua interim auctoritate Eccleſiæ Catholicæ, quam & in ſuis membris honoro hinc p. 582. c. 2. allegatum Germanicum diuerbium ſtrictiſſime & ſecundum materiam ibi propoſitam intelligi volo, prout extrauag. execrabilis de præbendis dicit quod in illa execrabilis & inſaturabilis ſit quorundam tam Religioſorum quam ſæcularium ambitio, eodem modo intelligo alterum alleg. p. 428. vt tantum de quibuſdam intelligatur, quemadmodum nec indefinitam in huiuſmodi æquipollere vniuerſali tit. 7. cap. 8. docui, cum huiuſmodi perſonæ vel maximè ſe mutua charitate diligere & alter alterius onera portare debeant, extrauag. vices illius de Treuga & pace, & reuera hoc faciant ita vt earum vitam Leo Imp. Nou. 6. ſanctimoniam appellet, Cætera corrigat, emendet & interpretur bene Lector beneuolus.

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERVM ET VERBORVM

Totius operis locupletiſſimus, per Nob. & Clariſſi. D. IOANNEM CONRARDVM KESSELL, Colonienſem Iurium Licentiatum & Aduocatum, amicitiæ & familiaritatis gratia ſedulo collectus, &c.

In quo numerus prior partem, Secundus titulum, tertius caput, quartus numerum Marginalem denotat.

A.

ABBati intruſo ſoluens an liberetur. p. 1. tit 2.c.19. n.1.

Abſolutio à Iuramento, à quo Iudice petenda. p. 2.t.7.c.5.n.5

Achab Rex quare Seueriſſime à Deo punitus. p.1.t.1. cap.3.num.1.

Achami furto totus populus Iſraeliticus infeliciſſimè pugnauit. p.1.t. 2.c.5 n. 4

Accuſatus tres facies habere dicitur. p. 1. t.5.c.6.n.15

Accuſatus non ſemper eſt Reus, p.1.t 3.c 6. n. 11. *accuſare non ſufficit,* ibid *ſententia Iuliani,* ibid.

Acatholici an ſaluari poſſint, p. 1.t.4.c. 9.n.3 & 4. *Idiota biblia legunt, & etiam cum doctis diſputare contendunt,* p.1.t.5.c.1.n.4

Acceptio perſonarum quid, & quam graue ſit peccatum, p 2.t.6.c 2.paſſ.

Abutentibus nihil Sacroſanctum, p.2.t.7.c.1.n.1

Accuſationibus criminum quanto tempore præſcribatur. p.2.t.10.c 3 n.13

Actio diſplicuit paſſio iuſta fuit, p.1.t.3.c.6. num.31. & 32

Actus in dubio præſumitur validus, p.1. tit.4.c.17. n 1. *limitatur.* n.2

Actio reuocatoria quando locum habeat, p 1.tit.6. c.7.num 8

Actio quod metus cauſa datur contra poſſeſſores, p.1. tit.7.c.6 n.4

Actiones præiudiciales quæ, p.2.t. 7.c. 3.n.1

Actus humani à quibus dependeant, p.1.t.1.c 6 n.1

Actus qui ſemel cecidit de ſubſtantia ſua an poſſit reintegrari. p 2.t.8.c.7.n.10. *latè per plures caſus.*

Actus quando nullus dicatur, p.2. t 9 c.7.n.6

Actum non dicitur cum aliquid reſtat, p. 2.tit.9. c.7.nu.5

Actio tendens ad immobile qualis ſit, p. 2. t.9.cap.8. num.3

Actiones reales, res & earum poſſeſſores ſequuntur, p.2.t.9.c.9.n.4

Actiones hereditariæ quatenus in hæredes competant p.2.t.9.c.9 n.8

Actiones perſonales, quomodo inter hæredes diuidantur. p.2.t.9.c.9 n. 9. *& quomodo fallat.* ibid.

Actio omnis à ſuis principiis regulari debet, p.2.t.10. c.2.n.3

Actus voluntarius non inducit conſuetudinem, p. 2. t.10.c.3 n.9

Actionis negotiorum geſtorum initium inſpiciendum p.2.t.10.c.8 n.3

Aduocatus an pro ſaluanda conſcientia in cauſa dubia patrocinari poſſit, p.1.t.4.c 6.n.1

Aduocatus quid in cauſis dubiis, ratione officij agere debeat, p.1.t 4. c.7. n.1. *an ignorantia excuſetur,* ibid.n.2

Aduocatus & confeſſarius nemini negandus eſt, p. 1. t.3.c 6.n 11

Aduocatus ab iniuriis abſtinere debet, p.1. t. 8. c.6. n.2. *an Iniuriarum teneatur,* ibid.

Aduo-

Aduocatus an diebus Dominicis ſtudere poſſit, p. 2. t. 2. c. 6. n. 11. & 12. *debet eſſe vir bonus*, c. 7. nu. 5. *ſæpè inique contemnitur*, n. 6 & *ſæpe peccant*, ibid. n 7. & 8
Aduocatus inſtruens clientem ad negandum veritatem quomodo peccet, p. 2. t. 4. c. 5. n. 2. *Cautelis iniuſtis vti non debet*, p. 2 t 4 c. 5. n. 10
Aduocati & Procuratores an quotam litis ratione ſalarij paciſci poſſint. p 2. t. 3. c. 1. paſſ.
Aduocati à conuitijs abſtinere debēt, p. 2. t. 4. cap. 5. n. 4. 5. & 6
Adoleſcens iuxta viam ſuam ambulat, p. 2. t. 9. c. 11. num. 16
Aduocatorum & Procuratorum numerus minor, an ad extirpandas lites conducat, p. 2. t. 2. c. 7 paſſ.
Aduocati Magia denunciatos defendentes calumniis ſæpe afficiuntur, p. 1. t. 3. c. 6. n. 2
Æquitas vera Iuriſconſultorum quæ, p. 1. t. 5. c. 2. n. 1 *quomodo ſpectanda*, ibid. n. 3 & 2. *Canoniſtarum quæ*, c. 3 n. 1. *forum conſcientiæ ſpectat*, ibid.
Æquum quid, an iniquum ſit, vnde cognoſci poſſit, p 1. t. 5. c. 3. n. 2
Æque datur æquius, p. 1. t. 5. c. 6. n. 1. & *an æquum aliquando iniquum reperiatur*, ibid.
Æquitas ſemper ſpectanda, p. 1 t. 3. c. 7. n. 1
Æs alienum poſſeſſorem mobilium ſequitur, p. 2. t. 9. c. 9. n. 6. & *quando ſecus.*
Æſtimatio equi quo tempore attendi debeat. p. 1. t. 2. c. 18. in fin.
Æquitatis vulgaris abuſus. p. 1. t. 5. c 1. n. 1. *certa quæ ſit*, ibid. n. 2. *abuſus vnde proueniat*, c. 4 n. 1
Æquitatis definitio. p 1. t 5. c. 5. n. 1. *diuerſis ſæpe appellatur nominibus*, ibid. nu. 2 *quomodo differat à ſummo fine*. ibid. *quandoque vincitur*, c. 6 n. 2. *quando præualeat*. ibid. n. 3
Æquitati quæ opponantur, p. 1. t. 5. c. 9. n. 1
Æquitatem legis, homo, non capitis ſequi debet, p. 1. t. 5. c. 1. n. 5. & 6
Æquitatem quis interpretari debeat. p. 1. t. 5. c. 7. n. 1. 2. & 3. *an prætextu illius à lege ſeu mente legis recedi poſſit*. ibid. n. 4
Affabilitas Principum neceſſaria, p. 1. t. 5. c. 9. n 8
Afflicto non eſt addenda afflictio, p. 2. t. 4. c. 9 n 7
Ageſilai ſpartanorum Regis, exclamatio de Græcia, t. 1. t. 2. c. 6 n. 2
Agricolarum felicitas, p. 1. t. 6. c. 1. n. 5
Allimenta ſpuriis de Iure Canonico debentur, p. 1. t. 4. c. 4. n. 3
Alienatio, ceſſio, tranſportatio, confeſſio immediate ante ceſſionem quid operentur. p. 1. t 6. c. 7. paſſ.
Ambigua quæ ſint, p. 1. t. 4. c. 2 n. 1. & c. 3
Amicitia vtilitatis quæritur. p. 1. t. 1 c. 2. n. 2
Amneſtia lex vnde defendatur, p. 1. t. 1. c. 5. n. 5
Amor non eſt Iuſtus Iudex. p. 1. t. 1. c. 2. n. 1. *In iudiciis cæcutit*, ibid.
Alienatio in fraudem facta, quomodo reuocetur, p. 1. t. 6 c. 9. paſſ.
Ambitio honoris, quid ſit & eius effectus, p. 1. t. 8. c. 1. num. 11
Altiorem indaginem habere quid ſit. p. 2. t. 2. cap. 11. num. 6.
Aliena citius, quam propria cernimus, p. 2. tit. 5. c. 2. num. 8
Alimenta debentur liberis, & viciſſim parentibus, p. 2. t. 8. c. 2. n. 2
Annuus reditus, in frumento, vino, & ſimilibus conſtitutus, an ad pretium pecuniarium reduci poſſit, p. 2. t 9 c. 9. n. 15, *remiſſiuè*.
Annua præſtatio, an in futurum obliget, p. 2. t. 10. c. 4. n. 10
Annui reditus quando valeant vel non p. 2. t. 10 c. 5. num 13 & 14
Appellare à correctione an liceat, p. 1 t. 3 c. 7. num. 4. & *quando*, ibid.
Apices Iuris quid ſint, p. 1. t. 5. c. 9. §. 2. n. 1. *eorum diſtinctiones & differentia*, ibid. & §. 3 paſſ.
Appellatio quomodo fiat, p. 1. t. 7. c. 8. n. 4
Appetitus concipiens parit peccatum p 1. t. 1. c. 2. n. 1. in fin.
Argumentum ex ambiguis & brecardicis deſumptum non eſt legitimum, p. 1. t. 4. c. 2. n. 1
Ars quid ſit. p. 2. tit. 8. c 1. n. 7
Arma nequitia natura conſtituit, p. 1. t. 1. c. 2. n. 1
Argumentum à generalibus, fragile eſt, p. 1. t. 5. c. 4. n. 5. *à regula eiuſque effectus*, p. 1. t. 7. c. 1. n 2. *à genere ad ſpeciem, item de ſpecie ad genus, toto ad partem*. c. 4. paſſ. *Diuinatoria vitanda*, p. 1. t. 3. c. 6. n 33
Arreſtum an prioritatem inducat, p. 1. tit. 6. cap. 8. n. 1. & 4
Arreſtatus nomine vniuerſitatis, an ſoluendo quotam ſuam dimittendus veniat p. 1. t. 2. c. 17. in fin.
Argumentum ab authoritate valet. p 2 t. 5. c. 8. n 7
Argumentum ſimilium, quale ſit. p. 2. t. 8. c 6. nu. 2. & *quomodo eodem incauti decipiantur*. ibid. nu 3. & 4
Arbitrium quod legibus datum non eſt, aſſumere non licet, p. 2. t. 9. c. 2. n. 5.

Aſpo-

Digitized by Google

Aſperitas dominorum, ſeceſſionem parit. p. 1.t.3.c.4. num fin.
Auari Iudices non tantum accipere, ſed & ſapere ſciunt, p 2.t.3.c.1.n.2 & 3
Aulica vita qualis ſit, p.1.t 6.c.1.n.4. & 5
Aulicorum blandimenta, p.1.t.1.c.5.n.5
Aula Regis quid habeat, p.1.t.3.c.1.n.3
Authoritas ſæpe in lite præualet, p 2.t.2.c.1.n.5
Auxilio nouo indigent, quæ de nouo emergunt, p.2.t.10.c.4.n.fin.
Auxilio deſertus facile condemnatur, p.1.t.3. cap.6. num.11
Auxilio humilia cõſenſus facit firma. p.1.t.2.c.7.n.1
Auro nihil potentius, p.2.t 3.c.2.n.2
Auaritia quorum in æternum duret, p. 2. t 3.cap.3. num.12
Aurum habet Eccleſia vt in neceſſitatibus ſubueniat indigentibus, p.2.t.10 c.5.n 6

B

BAptiſmo confertur gratia, p.1.t.4.c.18.n.9
Barbari Chriſtianorum peccatis fortes, p. 1. t. 2 c.5 n.1
Bartoli ſententia quando præualeat, p.1.t 1.c.1.n.1
Bellum quomodo iuſtum, vel iniuſtum. p.1.t.1 cap.1. num.3
Belli Dux qualis eſſe debeat, p 1 t.2.c.11.n.2
Belli mala de eius Iniuſtitia & Iuſtitia, p.1.t.2.c.9. n.1 paſſ.
Belli grauiſſimi abuſus deſcribuntur p.1.tit.2.cap.5. num.3
Bellatur fruſtra ſuperis nolentibus, p.1.t.2.c.1.nu.2. in fin.
Beneficium indigno conferens ad quid teneatur, p.1. t.6.c.11.n 2 *eius reſignatio debet eſſe libera,* ibid.
Beneficia diuina, paucis dormientibus in ſinum deferuntur, p.1.t.2.c.11.in fin.
Beneficia plura tenere, an ſit damnabile, p.2 t.6.c.5. num.10
Bias aliquem ad mortem condemnaturus, quare fleuerit, p.1.t.3.c.7 n.1
Bilingues qui dicantur, p.2.t.11.c.7.n.3
Blandientes quales ſint, p. 2. t.11.c.4. n.7 *fumum priuatis vendunt,* ibid.n.6
Bonum eſt, cuius finis bonus eſt, quomodo intelligendum, p.1.t. .c.6.n.1
Bonum pacis, eiuſque priuilegia, & bellorum mala referuntur, p.1.t.2.c.10 paſſ.
Bonus quilibet præſumitur, p.1.t.4.c..8 n.4. *limitatur,* n.5
Bono viro an credi poſſit, p 1.t.4.c.18.n.7.8.& 9
Bona fides, & bonæ fidei poſſeſſor, quomodo in iure capiantur, p.1.t.1.c 1.n.3.& 4
Bona per milites oblata vindicanda, p.1.tit. 2.ca.14. num.1
Bona immobilia, hodie non tam beant, quam onerant poſſeſſores. p.1.tit.2.c.18.nu.1.& *vnde hoc,* ibid.
Bona mobilia quæ dicantur. p.2.t.9 c 8.n.6.7 & 8 *cuius loci ſtatute in iis attendi debeant,* ibid. nu.7 *extra territorium poſita, quomodo iudicanda,* c.9 num.6
Bona acquiſita quæ ſint, p.2 t.9 c.9. n.19. *an per ea veniant hæreditates,* ibid.
Bona confiſcata, ad cuius loci dominum ſpectent, p.2. t.9 c.10 n.12. remiſſiuè.
Boni eligendi & promouendi ſunt. p.2.tit.6.c 5.nu.8
Bonis temporalibus quomodo vtendum. p.2.t.3.cap.3 num.13
Bonis conuerſans, bonus quoque præſumitur, p.2.t.8. c.6.n 7
Bonorum communio, an ſit inter coniuges putatiuos, p.1.t.4.c.4.n 4. *quomodo inter coniuges inducatur,* p.2.t.8 c.8 n.12
Bonorum communio, an ſit realis, vel perſonalis, p.2. t.9.c.10.n.7
Bonorum communio, an partis dotalibus excludi poſſit, p 1.t.6.c.15.n.7. *ibid. præiudicia.*

C.

CAnon Emphyteuticus, an ob bellum remittendus, p.1.t.2.c.15.n.1.& ſeq.
Canon de quibus præſtetur, p.1.t.7.c.3.n.4.& 5
Cæcitas communiter impietatis pœna eſt. p.2.t.5.c.2 num.7
Caſus noui quotidie in controuerſiam trahuntur, p.1.t.5.c 2 n 2.& cap. 4.n.6.& 7
Caſus omiſſus, quando habeatur pro expreſſo, p.2.t.8. c 5.n.4. remiſſiue.
Caſum fortuitum quando quis in ſe ſuſcepiſſe dicatur, vel non p. 1.tit.2.cap.15.n.3. & p. 2.t.7. c.2 num.11
Caſu fortuito quis teneatur, p.2.t.4.c.7.n.4
Cauſa finalis & impulſiua, quid ſit, & vnde cognoſcatur, p 2.t.8 c.9.n.1.2.3. & paſſ.
Cauſa pia ſemper excepta. p.1.t.7 c.11.n.5
Cauſa iuſta animum militis excitat, p.1.t.2.c.2 n.2. *paruum in eâ etiam magnum vincit,* ibid n.2
Cauſa ceſſante, ceſſat effectus, p.2.t.8.c.7.n.1
Cauſa non factum inſpiciendum, p.2.tit 8.cap.7. num.2.& 3

Digitized by Google

Cauſa bellorum noſtri temporis, vnde proueniant, p.1.t.2.c.5.paſſ.
Cauſa pauperum, quomodo hodiè tractentur, p.1.t.3. c.1 n.3 & 4
Cauſæ fauorabiles quæ dicantur, p.1.t.4.c.22.n.5 *quid de cauſa fiſci,* ibid.n 6
Cauſæ excuſantes à delictis quæ ſint. p 1.t.3.c.11.n.1 *& ſeq in quibus admittantur.* ibid n 3
Cauſa mixta quæ dicantur, p.2.t 1.c 8 n.5
Cauſæ magnæ magnos requirunt Aduocatos. p.2.t.6 c 6.n.2
Cauſa malorum noſtrorum quæ ſint, p.1.t.6 c.1 n 10
Cauſa parua extra iudicialiter tractanda, p.2.t.2 c.6 paſſ.
Cauſæ limitatiuæ, latius extenduntur quam correctoria, p 2.t.8 c 5.n.1
Cauſæ piæ an ſubiaceant Iuris poſitiui ſolemnitatibus, p.2.t.9.c.10.n 9
Cauſa limitata limitatum producit effectum. p.2.t.9 c 10 n.7
Cauſarum euocatio & auocatio qualis, p.2 t.1.c.11 n.1. & paſſ.
Caſtra vnde dicantur, p.1.t.2.c.5 n.3
Cauillationes vitandæ, p.1.t.4.c.1.n 2
Carnifici, an aliquid in Iudicando tribuendum, p.1. t.3 c.6.n.19. & 20. latè, *lucrum ex aliorum nece quærunt,* ibid.
Carnifices nullam in ſtigmatibus, ſuæ ſcientiæ cauſam reddere poſſunt, p 1.t.3.c 6.n.22
Cenſus plus valet quam ſenſus, p.2 t 3.c.2.n 8
Cenſus probatio quæ requirat. p.2.t.10.c.4 n 10
Certitudo vnde colligatur, p.1.t.4 c.23.§.6.& p.1. t 3.c.6.n.7
Ceſſio bonorum legitime facta, quid operetur. p.1.t.6. c.5.n.6
Cingendus habetur pro cincto, p.2.t.6.c.7.n 3.& 4 *quando verè procedat,* ibid.n 5
Ciues an pro debito ciuitatis, in bonis, vel perſonis obligari vel arreſtari poſſint, p.1.t.2.c.17.circa fin.
Ciuitas quæ iuſtè ordinata, p.1.t.1.c.2.n.1
Ciuitas libera Imperij, quid in ſuo territorio poſſit. p.1 t.3.c.13.n 1.& 2
Ciuitatum ius quale, p.2.t.1.c.6 paſſ.
Ciuium vtilitas tuenda. p.2.t.6.c.1 n.12
Ciuis Colonienſis habens annuum reditum in terra Iuliacenſi, quomodo ſuperſtes coniugum in ea ſuccedat, p.2.t.9.c.9.n.1
Circumſtantiæ augentes, minuentes, & mutantes delictum quæ ſint, p.1.t.3.c.8.paſſ.
Circumſtantiæ minimæ materiam variant, p.1 t.3. c.1.n 2 *diligenter conſideranda,* p.1.t 3 c.7.n.1 *earum explicatio & neceſſitas,* ibid.n.3
Citatio debitoris latitantis per edictum, cuius ſit effectus, p.1 t.6 c.8 n 4
Citatio ad extremum Dei tribunal, ſæpè obtinuit, p.1 t.3 c 6 n.28
Citatio nulla non inducit litis pendentiam, p.2.t.2. c.12.n 9
Chriſtianus quid in præteritis, præſentibus & futuris conſiderabit. p 1.t.2.c.4.n.2
Chriſtianorũ peccatis Barbari fortes, p 1 t 2.c 5 n 1
Clauſula ex æquo & bono, arbitrio ſuo procedet & ſimiles quomodo intelligenda. p 1.t.5.c.8.n 1
Clauſula generalis reſtringenda, p.1.t.7.c.8 n.3
Clauſula rebus ſic ſtantibus quid importet, p 2.t.10. c.8.n 1 & 2 *de eius abuſu.* ibid n 7
Clementia, eiuſque effectus. p.1.t 3 c.4 paſſ. *eadem thronus Regis roboratur,* ib. n.1. *Maieſtati propria eſt,* ibid.
Clericus malus fit ex malo laico, p.2.t 4.c.1 n.5
Clericus in realibus, in quibus conueniatur, p.2.t.1 c 9.2.3 4.& 5
Clericus vel Monachus, an ſuccedat in Iure primogenituræ, p.2 t 9.c.6.n.12 *an ius Retractus habeat,* ibid n 13
Clericus quando bona immobilia habere poſſit, p.2. t.9.c.6.n.16
Clericus an ligetur Statuto ſeruandæ ſolemnitatis, p.2 t 9.c.10.n 9
Clerus tempore neceſſitatis, ad contributiones tenetur, p.2 t 10.c.5.n.6.& 7
Clientes ſæpe Aduocatos decipiunt, p.2.t.4.c.5.n.8
Cognitio cauſarum ſpiritualium & laicalium qualis, p.2 t.1.c.7.n.1
Cognitionis cauſæ plenariæ effectus, p 2.t 11 c.3.n.3
Colonia perpetua, an tempore immemoriali inducatur, p.2 t.10.c.4.n.8.& 9
Collegiorum condominantium Ius quale. p.2.t.1.c.6 n.2.& 3
Collegiorum & tribuum Iuriſdictiones quales, p.2. t.1.c 7.n 7
Commiſſarij prauitatis Magicæ ſæpiſſime errant. p.1. t.3 c.6.n.9.& 10
Communio bonorum, quando inter coniuges contrahatur, p.2.t.8.c.8.n.14. *an ſit realis, vel perſonalis,* p.2.t.9.c.10.n.7
Competentia, & incompetentia, quomodo dignoſcenda, p.2.t.1.c.7 n.2.& 3

Com-

Digitized by Google

Compromiſſum inter conſanguineos, quando locum habeat, p 2.t.2 c.4.n.3

Conceſſio talis præſumitur, qualis facta ſolutio, p.1 t.4.c.13.n.4

Conceſſum ad tempus poſt illud prohibitum, p.2. t.10 c 6.n.9

Concilium Tridentinum an obliget vbique locorum, p.2.tit.9.cap.10. num.14. *an obliget Acatholicos,* ibid.

Conciliorum & Patrum authoritas amplectenda, p.2 t.11.n 10

Conciliorum & traditionum authoritati adhærendum, p.1.t.2.c.8.n.5

Concordia res parua creſcunt, p.1.t.2.c.7.n.1.*de eius effectu,* ibid *pacis alumna,* ibid.

Confidentia in rebus aduerſis neceſſaria, p 1.t.2.c 4 *paſſim perſtringitur.*

Confirmatio actus alicuius quid operetur, p.2.t.9. c 4 n.9

Confiſcatio bonorum non facile admittenda, p.1.t.3 c.6.n.33.& 34

Confitens contra ſe demens eſt, p.1 t.3.c.6.n 1

Concionator taciturnus & timidus in dicenda veritate eſſe non debet, p.2 tit. 11.c. 8.n.2. & 3 *per exempla.*

Coniugum ſuperſtes, Colonia Vſufructuarius bonorum immobilium, p.2.t.9.c.9 n.2 *an teſtari poſſit,* ibid. *quale habeat dominium in bonis communibus,* ibid.n 3

Conſanguinei, plus extraneis diliguntur, p. 2.t.6 c.2 num.4

Conſcientia quid ſit, p.1.t.4.c.5.n.4. *rectè in iudicando adhibenda.* c.8 n 1. *mille teſtis,* p.1.t.3.c.2.n. 5. *qui bonæ conſcientiæ effectus,* p.1.t.6.c.12.n.1.2 & paſſ.

Conſcientiæ malæ effectus, p.1.t 6.cap 13.num.1. & ſeq.

Conſcientiæ non conuenit, de apicibus Iuris diſputare, p. .t.10.c.6 n 9.in fine.

Conſiliarius Cæſaris perpetuus. quis dicatur, p.2.t 10 c.9 n.5

Conſilio proprio innitentes quales ſint, p.2.t.5.c.2 n. 5.& 6 *bono in omni re opus eſt.* p.1 t.2.c.11.n.2

Conſilia an lecturis vel deciſionibus præualeant, p.2. t.5.c.7 paſſ.

Conſilia quorum mundus ſequatur, p.2.t. 6.c.1. num 9

Conſilia optima, ex viris bonis promanant, p.2.t.6. c.5.n.4

Conſuetudo quomodo à ſtylo differat, p 2.t.9. c.*.n 3 *quando probanda,* ibid num.4. & 5. *quando vim legis obtineat,* n.5. *quæ contineat,* ibid.num.6 *quæ eam impediant,* nu.7. & 8. *quæ inducant,* num.7 & 9

Conſuetudo qualiter inducatur, p.2.t.9 c. 4.num.1 & paſſ.

Conſuetudo per nobiles vſurpata, ſuper excluſione ſororum qualis ſit, p.2.t.9 c 11.n.1

Conſuetudo in artibus voluntariis non inducitur, p.2.t.9.c.11.n.11

Conſuetudo eſt altera natura quomodo intelligatur, p.2.t.9.c.11.n.16

Conſuetudo mala an excuſet, p.1.t.10.c.2.n.1 *An tempore confirmetur,* ibid. *mala fide inducta an legem humanam abrogare poſſit.* ibid.n.2

Conſuetudo peccandi an excuſet, p.2.tit.10.cap.2. n.4.& *à qua pœna,* ibid.*diſtinctiue,* n 5.

Conſuetudo contra Ius diuinum, naturæ & gentium introduci nequit. p.2.t.10.c.2.n.5

Conſuetudo eſt quid Iuris, p.2.t. 10. cap. 3. n.12

Conſuetudo particularis, ſoluendi decimas attendenda, p 2 t.9.c.10.n.13

Contemnere verè, quando quis dicatur, p.1.t.2.c.8 num.5

Contributiones militum quomodo exigendæ. p.1. tit.2.c.13.num.1. & ſeq. *quomodo hodie de facto exigantur,* ibid.

Continentia cauſarum qualis, p.2. t.1.c.9.num.1.2 & 3

Contractus quomodo capiendus, p 2.t.10.c.4.n.8 & 9.*quilibet ob cauſam finalem vitiatur,* p.2.t.8 c 7.n.4

Contractus ob defectum formæ Iuris ciuilis nullus, an in conſcientia ſeruandus, p.2 t.9.c.7.n.4

Cor nobile contra potentiam recalcitrans, duci potius quam trahi, p.1.t 5.c 7.n.6

Correctio peccantis quomodo facienda, p. .t 3.c.7 num 4

Correctior proximi qualis eſſe debeat, p.2.t.5.c.2 num.9

Creditorum maior pars, an minori in remittendis debitis præiudicare poſſit. p.2.tit. 6. cap.6. nu.6 in fin.

Credimus facile proficua, p.1. t.3.cap 6 num.13

Credulitas nimia, temeraria, vitio habetur, p.1.t.3. c.6 n 5

Crudelis nõ eſt, qui crudelẽ iugulat, p.1. tit. 3. c.6. n.5
Crux ſua, cuique propria. p.1.t. 3.c.1.n.4. & 5
Crimen nulla ſpecifica probatione praua ad indiuiduum referre velle, ridiculum eſt, p 1.t.3.c.6.n.7. *circa fin.*
Crimina an præſcribantur, p.2.t.10.c.3.n.13
Criminis exploratio per aquam an licita, p.1.t.3. c.6.n.25
Crimium raſura, in tortura factum indecens eſt, c.1. t.3.c.6.n.25. *id olim tyranni in virginibus Martyribus fecerunt, ibid. Pluribus, de Virginum pudicitia*
Culpa quoties committatur, p.2.t.4.c.7.n.2
Culpam & negligentiam probandi modus, p.2.t.4. c.7.*paſſ. quando præſumatur,* ibid. & c.8
Cupiditates rerum alienarum quid non excitent, p.1.t.2.c.9.n.3 (n.14
Curialium defectus enarrari nequiunt, p.2.t.4.c.5.
Cuſtos carceris, debitore fugiente ad quid teneatur, p.1.t.4.c.6.n.2

D.

DEbitum liquidum diſputans peccat, p.2.t.4. c.5. num.3
Debitor volens fundum, ex quo penſio ſoluitur, in ſolutũ aſſignare, an audiẽdus. p.2.t 10.c.5.n.10. & 11
Debita belli tempore contracta, quomodo ſoluenda ſint, p 1.t.2.c.19.n.1
Deciſiones, lecturæ vel conſilia Doctor. quæ præualeant, p.2 t.5.c.6 *paſſ. Deciſionis ſpecialis affectus,* p.1.t.7.c.2.n.1 (n 2
Decimarum ſolutioni an præſcribi poſſit. p.1 t.4.c.7
Decreta iniuſtitiam continentia non valent, ſicut nec inordinata, p.1.t.2.c.8.n.3
Decreta Principum, an in dubium trahenda. p.1 t 2 c.9.n.1 (c.10.*paſſ.*
Decreta prouiſionalia ad quid inſeruiant, p.2.t.2
Decreta comminationis qualia ſint, p.2.t.10 c.6.n.3 *cuius effectus ib.* n.4 *quãdo & quomodo dẽtur, ib.*
Decoctorum pœna, p.1.t.6.c.6.n 7
Defenſionis facultas, & Innocentiæ probatio, nunquam excluſa, p.1 t.3.c.6.n.12
Defendere vitam & bona quilibet tenetur, p.1.t.3. c 5.n.3. *quid de bonis tertij, quando quis illa defendere teneatur,* ibid n.4. & 5
Definitio rationis, p 2.t 8.c.3.n.1
Depoſitio ſtrigis, ad torturam non ſufficit, p.1.t.3. c.6.n.4
Depoſitarius ſi afferat bona depoſita, ſuis ſaluis, periiſſe, dolo facere præſumitur, p.1.t.3.c.3.n.4
Deſperandum non eſt in aduerſis, p.1.t.2.c.4.n.3
Delictum non poteſt diuidi, p.1.t.2.c.17.n 2
Delictis obuiandum, & mali puniendi, p 1 t.3.c 3 n.1
Delicti venia & remiſſio quando fieri poſſit, p.1 t.3. c.11.n. 1. & *paſſim, non poteſt fieri, niſi parte læſa prius contentata,* ibid.
Delicta alterius an quis manifeſtare teneatur, p.1.t 3 c. 3.n.1. *an iis obuiare,* ibid.
Delicta quæ præciſa punienda, p.1.t.3.c.9.n.1
Delicta & nequitiæ, nunquam in legem abeunt, p.1. t.6.c 1.n.11
Delicta an vitio naturæ cõmittantur p.2.t.8.c.2 n.1
Delinquendi cauſam præbens, quomodo teneatur, p.1 t.2.c.17.n.2
Delinquendi iam nullus eſt pudor, p.1. t.6.c.1 n.4
Delinquẽtes plures tenẽtur in ſolidũ. p.1.t.2.c.17.n.1
Denunciationes ſolæ ad tormenta non ſufficiunt, p.1. t.3.c.6.n.14. & 16
Denunciationibus, aut præſentationibus, nemo torquendus, p.1 t.3 c 6.n.8.9. & 10
Deus ſemper timendus, p 1 t.6 c.13 n. 3. *ſemper præſens.* p.1.t.4.c.10.n.8. *etiam reddit cauſas eorum quæ agit,* p.2.t.8.c.5 n *final.*
Deus tolerat malos vſque ad tempus Meſſis, id eſt Iudicij, p.1.t.1.c.6.n.2
Deus non habet maiorem ſe, p.1.t.2.c.2.n.2. *Conatum iuſtum adiuuat,* ibid.
Deus omnes homines redemit, p.2.t.6.c.3.n 3. & 4 *tacet, calcante Impio Iuſtiorem ſe,* ibid. n.4
Deus propter peccata Principum, permittit Regna auferri, p.2.t.10.c.2 n.3
Dei ſeruus quis varie dicitur, p.1.t.2.c.10 n 2
Dei voluntas eſt legis neceſſitas, p.1.t.2.c.1.n.6
Deo & Iuſtitia, nihil maius exiſtit, nihil geri poteſt, p.1.t.2.c.2.n.2
Dexteram porrigere, quid denotet, p.1.t.2.c.6. *in fine.*
Diabolus etiam ſuos habet Martyres. p.1.t.3.c.1.n.6
Diabolus mendaciorum & calumniarum parens, p.1 t.5.c.6.n.4
Diabolus an innocentem præſentare poſſit, d.c.6.n.15. *quid in ſaltu magico, quid faciat, quomodo eorum phantaſias moueat,* ibid.
Diabolus illudit Veneficis, p.1 t.3.c.6.n.30. *eius poteſtas varia.* ibid. n 33
Dictio tu mentiris, & tu dicis mendacium, quomodo differant, p.1.t 1.c.1.n.5
Dies ipſa quandoq; parens, quandoq; Nouerca, p.2. t.1 c.1.n.2
Dies Dominica vnde dicatur, p.2.t.10.c.6.n.13

Diſſe-

Diffamationibus non facile credendum, p.1.t.3.c.6. num.6

Differentia inter non vſum & deſuetudinem ſeu contrariam conſuetudinem, p.2.t.9.c.2.n.9

Differentia inter dubietatem & ignorantiam, p.1. t.4.c.3.n.2

Difficultas an & quando excuſet, p.2.t.10.c.5.n.3. & 4

Dignitatis ordo quomodo ſeruandus, p.1.t.8.c.1.paſſ.

Digniores dignis præferendi, p.1.t.6.c.paſſ.

Digniora præferenda, p.1.t.8.c.2.n.3

Diogenis factum cum meretrice, p.1.t.8.c.10.n.8

Diſcendo plura ſeneſcimus, p.2.t.5.c.9.n.3

Diſcordia quid ſit, p.1.t.2.c.6.n.1.paſſ. *Germanorum qualis, & de eius effectu,* ibid.n.2. & 3. *ruina præcurſor,* ibid. & c.8.paſſ.

Diſcordia quâ Germania ſerua, p.1.t.2.c.6.n.2

Diſpenſatio an diſpenſatum excuſet, p.2.t.5.c.2.n. 10. in fin. & num.ſeq.

Diſpenſatio contra ſacras litteras an fieri poſſit, p.1. t.3.c.17.paſſ.

Diſpoſitio generalis, an contineat Clericos, p.1.t.7. c.11.n.7

Diſputationis malum, p.2.t.10.c.6.n.9

Diuiſio bonorum ad quem ſpectat, p.2.t.1.c.9.n.4.

Diuites dimittuntur pauperes affliguntur, p.1.t.3. c.1.n.1.

Diuites an iuſti vel iniuſti, p.2.t.3.c.3.n.3. & 4. & *an diuitiæ iuſtæ ſint,* ibid.n.1. & paſſ.

Dæmon latrare & ſolicitare, non tamen mordere poteſt, p.1.t.3.c.6.n.5. *mira inuiſibilibus modis ſuadet,* ibid.

Docti perſonis & temporibus ſe ſæpe accommodant, p.2.t.11.c.8.n.7

Doctor qualis eſſe debeat, p.2.t.6.c.8.n.8. *an per ſubſtitutum legere poſſit,* ibid.c.8.n.2

Doctor Nouellus, confuſor litium, p.2.t.6.c.6.n.4. *quando conferendus ſeni,* ibid. *Nobilior an cenſeatur dignior,* ibid.n.5. & 6

Doctori diſtinguenti magis creditur, p.2.t.5.c.5.n.5. & c.7.n.5

Doctores reÿcientes, quid faciant, p.2.t.6.c.1.n.10. & 11

Doctiores doctis præferendi, p.2.t.6.c.6.paſſ.

Dolus in prohibitis ius confeſtim præſumitur, p.1.t.2. c.8.n.3 *ex enormi læſione,* p.1.t.4.c.18.n.12

Dolus ex vicinitate temporis, & actus, præſumitur, p.1.t.6.c.8.n.2

Dolus nemini machinandus, p.2.t.11.c.7.n.final.

Domicilium perfectiſſimum Iuriſdictionis fundamentum, p.2.t.1.c.4.n.8

Domicilium mutans, an Ius ciuitatis amittat, p.2.t. 9.c.10.n.7

Dominus an teneatur ex delicto famuli, p.1.t.3.c.4. n.4. *pater pro filio,* ibid.

Domini habent præſumptionem contra ſe, in inſolitis ſeruitÿs, p.2.t.3.c.5.n.10

Dominicis diebus, an in cauſis iuſtitiæ laborare liceat, p.2.t.2.c.6.n.10.11 & 12

Dominica poteſtatis abuſus qualis, p.2.t.1.c.5.n.1

Dominica dies vnde dicatur, p.2.t.10.c.6.n.13

Donata liberis à parentibus, ipſis mortuis an ad parentes reuertantur, p.2.t.8.c.8.n.11

Donatarius omnium bonorum, an ad ſolutionem æris alieni teneatur, p.2.t.9.c.9.n.15.remiſſiue.

Dos an filiæ debeatur ex bonis falliti, p.1.t.6.c.7.n.2. 3. & 4

Dos congrua, quæ dicatur, p.2.t.9.c.11.n.3. & 4. *quando attendenda,* ibid.n.5. & 6. *quando ſuccedat loco legitimæ,* ib.n.14 *an ad hæredationis mittatur, etiam non ſecutis nuptÿs,* ibid.d.n.14

Dones, quando præſumatur, p.1.t.4.c.18.n.10. & *clam fieri, quid ſit,* ibid.

Draconis ſeueritas, p.1.t.3.c.7.n.1

Dubitare de ſingulis an liceat, p.1.t.4.c.1.n.2. & *quando,* ibid.n.2. & 3

Dubitare practice an liceat in ÿs, quorum ſcientia ſpeculatiua certa eſt, p.1.t.4.c.9.n.1

Dubium conſuetudinis quale ſit, p.1.t.4.c.7.n.1

Dubÿ finis affectus, p.1.t.4.c.11.n.1

Dubia ſpeculatiua & practica quæ ſint, p.1.t.4.c.5. num.1

Dubia obſcura & incerta, qua ratione ad certitudinem reducantur, p.1.t.4.c.23.n.1

Dubia à rubrica confirmanda & declaranda, p.1.t. 4.c.25.§.4 *item ex præfationibus, natura rei, & ſubiecta materia certificanda,* ibid.§.5.6.7. & 8

Dubia ex declaratione partium certificanda, §.9. ibid.

Duo quando concurrunt, pro quo præſumatur, p.1. t.4.c.14.n.1. *quid de inſtrumentis,* ibid. *quid de legatis, & contractibus, incertis, & forte factis,* ibid. cap.15.paſſ.

E.

Ebrietas, an excuſet ab homicidio, p.1.t.4.c.9.n. 7. *quale vitium,* ibid.

Digitized by Google

Edictum poſſeſſorium Colonienſe, de anno 1616. quale ſit, p 2.t 9 c 5 n 5
Eccleſia viuit cum læditur, p.2 t.1 c 2.n 3
Eccleſia Catholica ſponſa Chriſti incorrupta. p.1.t. 11.c.1.n.11. & 12 *felix eſt qui ei incorporari meretur,* ibid n.12
Electorum, & inferiorum Principum Iuriſdictio qualis. p 2.t.1.c 6 paſſ
Eleemoſyna quibus danda. p.1.t.6.c.1.n.7
Eligens minus dignum, ad aliquam functionem, ad reſtitutionem tenetur, p.2 t.6.c 1.n.5
Eligentes indignos quomodo peccent, p 2. t 6. c.2. n 5. & 6
Emens rem minori pretio, an ſit tutus in conſcientia, p.1.t.6.c 14.n.5
Emens res à militibus ablatas, eaſdem ſine pretio reddere tenetur, etiamſi proteſtatus fuerit, ſe in vſum Domini emiſſe. p.1.t.2.c.14.n.1. *quid ſi in publico foro emerit,* ibid.n.2. *quid ſi ab hoſtibus ablata fuerint,* ibid.n.3
Emptore primo, non ſoluente pretium, an res alteri vendi poſſit, p.2.t.10.c.6.n.10. & *quando.* ibid.
Emptiones bonorum pro minori pretio, bellicis temporibus an valeant, p.1.t.2.c.8 n.1
Emphyteuta, lite ſuper caducitate pendente, canonem ſoluere debet. p.2 t.2.c.12.n.15
Emphyteuſis quando præſumatur, p 2.t.10.c.4 n.8
Epicheia quid ſit. p.2.t 8.c.8.n 13
Epiſcopus vnde eligendus, p.1.t.6.c 11 n.1
Epiſcopus quis dignior, p.1 t.8.c.1.n.9
Epiſcopus, an ſtatuta condere poſſit, contra Canones, p.2 t.9.c.4.n 3
Error communis an Ius faciat, p.1.t.6.c.1.n.3
Errore perſiſtere, dementia eſt, p.1.t.2.c.3.n 4
Euentus ſtultorum magiſter, p.1.t.2.c.11.n.3. *fortuna euentum iudicat,* ibid.
Euentu res plerumq; iudicantur. p.1.t 2.c.1.n.3
Exceptio de iure, quando ſtatim decidenda, p.1.t.4. c.31.n.2
Exceptio doli, non obſtat ceſſionario, p.1.t.6.c.7.n.8
Exceptio firmat regulam, p.1.t.7.c.1.n.2. *quomodo interpretari debeat.* ibid n.4
Exceptiones litis finitæ, maximè attendendæ, p.2.t.2. c.11.n 1. *quando opponenda,* ibid.
Exempta perſona quomodo ſubſint, p.2.t.1 c.4.n.9. *quibus caſibus ad contributiones teneantur,* p.2. t.10 c.5.n.8. & 9
Expenſæ, quando in reformanda ſententia veniant compenſandæ, p.1.t.1.c.1.n.final.
Exceptio emergens quæ dicatur, & quæ incidens, p.2. t.7.c 2.n 3
Exceptio præiudicialis, in puncto communionis locorum quæ ſit, p.2.t.7.c.3.n.5
Exceptio ſpurietatis, remiſſiuè, p.2.t.7.c.3.n. final.
Exceptio periurij, qualis, p.2.t.7.c.5.n.5
Extenſio legis, an fiat in pœnalibus, p.2.t.8.c.5. num.7

F.

Factum impudicum Iuliæ, Caracalli Nouercæ. p. 1.t.1.c.5.n 5
Factum illegitimè quando ex ſuperuenienti cauſa non retractetur, p.2.t.8 c.7.n.6
Facti modica mutatio, mutat & variat Ius, p.1.t.1. c.5.n 6
Facta non præſumuntur, p.2.t.9.c.2.n.6
Fallentiam regulæ allegans, illam ſpecialiter probare debet, p.1.t.2.c.8.n.5
Fallitus an uni ex creditoribus præ cæteris ſoluere poſſit, p.1.t 6.c.7.n.4. & 5. & *quid ſi coactus fecerit,* ibid.n.5.6. & 8
Fallitis quomodo ſubueniendum, p.1 t.6.c.5.n.2.3.4. & paſſ *an iis ſit danda ſecuritas,* c.6.n.1. & ſeq. *an quinquennales* ibid.n.4 5. & 6
Falſum quid ſit, & quod dicatur falſum, p.1.t.1.c. 5.n.5
Familia nobilium conſuetudinem renunciandi contra filias & ſorores inducere non poſſunt, p.2.t.9. c.11 n.11
Fama qualis eſſe debeat, vt iudicium faciat, p.1.t.3. c.6.n.16
Fama & infamia, quomodo probetur, p.1.t. 8.c.8.n. 1. *quæ eius requiſita,* ibid.n.2
Familia priuata an conſuetudinem inducere poſſint, p.2.t.9.c.1 paſſ
Faſtus quid non faciat, p.2.t. 10.c.5.n.4
Fauor iudicijs hodie praualet, p.2.t.6.c.5.n.6
Ferendum eſt patienter, quod mutari nequit, p.1.t.2. c.4.n.3. ibid. *multa de bono patientiæ.*
Feudum conducens per triginta annos, quid acquirat, p.2.t.10.c.4.n.9
Feudum quomodo diuidatur, p.1.t.2.c.18.n 3
Feudi Dominus, quando per inueſtituram, bona feudalia à iuriſdictione Domini loci eximere poſſit, p.2.t.9.c.10.n 8
Feuda iuxta quam conſuetudinem regulari debeant,

Digitized by Google

beant, p.2.t.9.c.10.n.8
Fides iuſti conſolatur eum, p.1.t.4.c 9.n.5
Fides bona & mala. quæ ſit.eiuſq; effectus, p.1.t.4 c.3.n 1.& cap.ſeq.
Fides de pretio quando cenſeatur habita, p.1.t.6.c. 8.§.2
Fides mala emptoris. ex quibus coniici poſſit, p.1.t.4 c.18.n.3.& ſeq.
Fides frangenti.frangi poteſt, p.2 t 8 c.7.n.5
Fides mala. præſcriptionem ſemper impedit, p.2 t.10 c 3 n.5
Fidem multi cum fortuna mutant, p.1.t.1 c.6.n.3
Fidem qui citius obligent.& minus ſeruent, p. .t.6 c...n ...circa finem.
Filia renuncians an partem faciat. p.2.t.9 c.11.n.2 & quid in Monacho, ibid.
Filiæ ſunt de genere eorum, quæ ſeruando ſeruari nequeunt, p.1.t.8.c.10.n 13
Filia exigua ſæpe dote contenta, cæteris renunciant, p...t 9 c.1 .n.5
Filiæ renunciatio iurata an valeat, p.2.t.9 c.11. n. 10 an accepta dote ad renunciandum cogi poſſint, ibid n.10 & . ſtatuto excluſa. an cenſeantur etiam excluſa à bonis extra territorium ſitis. ibid. n. 3 renunciata quouſq; excluſa cenſeatur, ibid. num. 5
Finis in rebus humanis ſpectandus. p. .t.4 c.10.n.7. actionum ſemper reſpiciendus. p.1.t.8 c.9.n.8.in omni negotio conſiderandus, p.2.t.10.c.8.n.4. & 8 & c.9.n.5 & 6
Fiſco ſtudens.malè agit, p.1.t.3.c. .n 1
Fœmina. iura ignorare præſumitur, p. 1. t. 8 c.10. n. 4. honorari & reſpici debent, ibid. n. 1 & .
Falſum quid ſit,& quod dicatur falſum, p. .t.1.c. 1 num 5
Forma actus diligenter ſeruari debet, p. 1. t.9.c.7 num.4
Forma à lege vel ſtatuto requiſita. quando ſubſtantialis. p...t.9.c 7.n.3. quando ſeruata dicatur, ibid.n 5
Forma omnis ſubſtantialis præſumitur, p.2. t.9.c.7 num 8
Formæ à ſtatuto data,renunciari nequit, p.2.t.9.c. 7.n.6
Formæ defectus omnem actum vitiat, p.2. t.7. c. 11 n.6 & part 2.t.8.c.7.n.8 9.& 10
Forenſis an gaudeat beneficio ſtatuti, p.2.t.9.c.11 num.8
Forum fori,confirmandum foro poli, p. 1. t. 6. c. 14. num 1
Forum poli,à foro fori, in multis diſcrepat, p.1 t.6 c. 15.n.1.& 2
Foro verſantes, multa mala etiam nolentes addiſcunt, p. .t.1.c 2.n.1
Fortuna ignorantes & iniuſtos plerumq; ſequitur, p 2 t.6.c.1.n.8.& 9
Fraternæ correctionis præceptum, in quibus conſiſtat, p.1.t.3 c.3 n.final
Fratrum filij,quomodo ſuccedant, p.1. t.1.c. .n.1
Fortuna quo ſe inclinat, eo & fauor hominum, p 2 t 6.c 5 n.13
Fraudem an fraude repellere liceat, p.1.t.6.c.10.n.1 & ſeq
Fur negligens famulo pigro præſtat, p. 2.t. 4. c.5 n 12
Fures magni in auro & purpura vitam agunt.parui ſuſpenduntur. p.1.t.3.c...n. .
Furtum an detur rei minimæ, p. .2.t. .c 6.n.2. an tempore neceſſitatis licitum, p.2.t.10.c.5.n.1

G.

GEns in gentem transfertur propter iniuſtitiam, p.1 t 2 c.1.n.2.latè
Gentes illæ quæ legis ſunt faciunt, p. .t.5.c 3 n.3
Genus quomodo in iure intelligatur,deq; eius multiplici ſignificatione, p.1.t.7.c.3.n.1
Generi per ſpeciem derogatur, p.1.t.7.c.12.paſſ.
Generalia non viris ſubtilibus, ſed groſſis tantum concludunt. p.1.t.5.c.4 ibid.paſſ.
Generalia quando, & quibus modis reſtringantur, p.1.t.7.c.9.n.1.& 2
Germania ſua diſcordia ſerua. p.1.t 2.c 6.n 2. per ſuſurrones irritatur, ibid.n 3
Germanorum peritia. p 1 t.2.c.6.n.3
Gladio qui ferit,gladio peribit, p.1.t.5.c.3 n 5

H.

HAbilitas ſuccedendi quo iure reguletur, p.2.t.9 c 11 n 8
Habilitas promouendorum, quo tempore maximè attendenda, p. 2. t. 6. c. 7. n 1. præiudicia deſuper ibid.
Hæres vel legatarius, quando in pœnam teſtamento appoſitam,ob contrauentionem incidat, p.2.t.7.c. 1.n.6

Hæres

Hæres ſtatutarius mobilaris qualis ſit Colonia, p. 2. t.0. c.9.
n.1. an actione reali conueniri poſſit, ibid.n.4
Hæres quando conſcientiam defuncti exonerare teneatur, p. 2.t. 9 c.9.n.9. & 10
Hæredes an ex facto defuncti teneantur inſolidum, p.2.t.9.c. 9. n. 15. *an pacto conuenire poſſint. quis ex ijs debita ſoluere debeat,* ibid n.7 & 8
Hæreditas abſentis, quamdiu adiri poſſit, p. 1.t.4.c. 16.n.4. & 5
Homo pronus ad malum, p.1.t. 4. c.10. n.6. & *quare,* ibid.
Homo & ſenſus ſæpe falluntur, p. 1 t.3.c.6.n.29. *à principio bonus & virtutibus plenus creatus,* p.1. t 4.c.18 n 6
Homo Chriſtianus quæ meditari debeat, p. 1. t.5.c. 10.n.5
Homines quales ſunt, talia præſumuntur facta, p. 1. t.8 c.8.n.5 *tales & cenſentur res eius,* p.2.t.3.c.3. num. 2
Homini multi, dum facti ſunt Domini, fiunt paralitici, p.2.t.6.c 8.n.5
Honeſtatis neceſſitas, p.1.t 8.c.10.n.10. & *quis eius effectus,* ibid.n.11
Honor dignitatis conſeruandus, p.1.t.8.c.1.n.7
Honores glorificant quem & vita, p.1.t.8.c 1,n.5. & 6.
Honores ambiri non debent, p.1.t.8.c.6 n.5
Honoris ergo altercationes exiſtunt, p.1.t.8.c.1,n.8
Honoris ordo ſeruandus, p.1.t.8.c.1.paſſ.
Honoris ſui an quis ſit Dominus, p.1.t.8.c.6.n.1. & *de eius detractione,* ibid.n.1. & ſeq.
Honoris reſeruatio & reſtitutio, qualis in proceſſibus iniuriarum, p.1.t.8.c.9.paſſ.
Honoribus qui deſtituere, & deſtitui poſſint, p. 1.t. 8 c.7 paſſ.
Humanitas ſubtilitati præferenda, p.1.t.5. c.9 §.1. num.3
Humilitas nimia regentis auctoritatem frangit, p.1. t.3.c.5.n.2

I.

IDiotæ quid dicant, & quandoque faciant, p. 1.t.5. c 1. n. 3. *Biblia legunt & diſputare cum doctis contendunt,* ibid n.4
Idiotæ cuiuſdam lepida litis deſcriptio, p. 2 t.2.c.1. num.3
Ignorantia in facto alieno, non excuſat eum, qui rem inueſtigare tenebatur, p.1.t.4.c.8.n.3
Immunitas conceſſa alicui quæ comprehendat, p 2. t.10.c 5 n.8
Immunitati Eccleſiæ, qui non gaudeant. p. 1.t 3.c.5. num.7
Imperator, an in alterius territorio delinquenti gratiam facere poſſit, p.1.t 3.c.13.n.4 & 5
Imperator Henricus tertius, quare excommunicatus, p.2 t.1 c.2.n.6
Imperatoris inimicos territorium, vel ciuitatem intrare permittens, crimen læſæ Maieſtatis incurrit, p.1.t.2.c.20 n.1. *eius Iuriſdictio qualis,* p.2.t 1. c.3.n.1
Imperium quid ſit, p.1.t.2 c.3.n.3
Imperij caput vnum eſſe debet. p.2.t.1.c.1.n.2 & 3
Imperia Mantia quæ dicantur, p.1.t. 2.c.11.n.1
Impoſſibilia quæ dicantur, p.2.t.10.c.5 n.1 & 2
Improbis improbitas ſupplicium, p.1. t 3. c.2. circa fin.
Incertitudinis materiam, vide p. 1. t. 4. c. 12. paſſ. *quando diſpoſitionem vitiet,* ibid. n.1 & *de incertitudine quota,* ibid.c.12
Induſtria perſonæ, quando electa cenſeatur, p.2.t.6. c.8.n.4
Infirmitas excuſat à culpa & negligentia, p. 2.t.4. c.9 n.7 & 8
Iniuria officiali, in contumeliam Domini illata, an remitti poſſit, p 1.t.3.c.12.n fin.
Iniurias illatas remittere, vel non vlciſci, ſtultitia & improbitas eſt, p.1.t 2.c.8.n.7
Iniuſtitiâ bello premimur & affligimur, regna perduntur & transferuntur, p.1.t.2 c.1 n.1 paſſ.
Iniuſtitia grauiſſimum peccatum, p.1.t.6.c.1.n.6
Iniuſtitiæ effectus & inconuenientia, p.1.t.6.c.16. n.1.2. & paſſ.
Innocentes defendi Reipubl. intereſt, p. 1.t.3.c.6. n.13
Innocentiæ exemplum, p.1.t.3 c.6.n.27. & 28. *eius defenſio ſæpius intercluditur,* ibid.c 12 n.5
Innocentiam denunciatorum defendere licet, p.1 t.3. c.6.n.12. & *quidem ſemper,* ibid.
Inſtitutio hæredis relatiua an valeat, p.1.t.4.c.13. §.2
Inſtrumentorum executiones ad quid proficiant, p.2. t.2.c.10 n.5 6. & ſeq.
Integritas in teſtibus conſideranda, p.1.t.8.c.8.n.6
Intentio iudicat omnes, p.1 t.4.c.9.n.2
Interpretatio capienda, vt delicti excluſiua, p.1.t.4. c 10 n.1
Interpretatio præcepti, dubia periculoſa eſt, p. 1.t.2. c.9 n.2

Inter-

Interpretatio quæ fit ex generalitate rationis, non eſt extenſiua, p.2.t.8.c.5.n.3
Inuidia quid operetur, p.1.t.8.c.1.n.12 deſpicienda eſt, ibid.c.6.n.3
Ira in puniendo vitanda, p.1.t.3.c.4.n.5
Ira quid faciens, an iniuriarum teneatur, p.1.t.3. c.11.n.6
Iracundia quando excuſet, p.1.t.3.c.11.n.4
Iracundi factum aut dictum quomodo obliget, p.1 t.3.c.11.n.4.
Iudex non ſolum quid poſſit, ſed & quid deceat, ponderare debet, p.1.t.1.c.4.n.3
Iudex bonus eſt anima legis, p.1.t.1 c.4 n.3 rixantes impedire debet, p.1. t.3.c.3.n.1 non debet eſſe lege clementior, d.t.3.c.5 n 7 deterrimus qui facilè tormenta admouet, ibid.c.6.n.1
Iudex Principum conſtitutiones negligens punitur, p.1.t.3.c 6.n 6. iuxta leges iudicare debet, ibid nihil ex zelo iuſtitiæ facere, niſi iudicium bonæ rationis adſit, ibid.
Iudex de facto certus eſſe debet, p.1.t 3.c.6.n.7 qualem ſe in condemnando gerere debeat, p.1 t 3.c.7 n.5 quid ſequi & intendere, ibid.n.6
Iudex controuerſiam indeciſam dimittere non debet, p 1.t.4.c.1 n fin.
Iudex iuxta communem, & probabiliorem opinionem, iudicare debet, p.1.t.4.c 6.n.1.2.& 3
Iudex quomodo in cauſis dubijs iudicare debeat, p.1 t.4.c.22.n.1.& 2 an pro amico.n.3.& 4 quid in diuerſis doctorum opinionibus facere debeat, ibid. n 7.& 8 An ſuper delicto extra territorium commiſſo, cognoſcere poſſit, p.2.t.9.c.10.n.15
Iudex an ſententiam ſuam declarare poſſit, p.1.t.4 c.23.§.9
Iudex in poſſeſſorijs & violentijs, quis competens, p.2 t.1.c.9.paſſ.
Iudex corruptus qualis, p 2 t 3.c.1.n.4
Iudex Eccleſiaſticus, an poſſit adiri, in cauſa denegatæ iuſtitiæ, p.2 t.4.c.4.n.1.& 2
Iudex ita iudicare debet, vt mox iudicandus, p.2.t.5 c.1.n 14 an aſſeſſoru conſilium ſequi teneatur, ib. c.7.n.3 Deum teſtem habet, c.8.n.3
Iudex quomodo errorem ſuum reuocare debeat, p 2 t 5.c.9.n.4. affectibus indulgere non debet, ib n.5 indoctus recuſari poteſt, p.2.t.6.c.6 n.2
Iudex an verbis vel interrogationibus ambiguis vti poſſit, p.2 t.11.c.7.n.6
Iudex ſapiens quid facere, quæ cogitare & amouere debeat, p.1.t.1.c.9.n.4
Iudex magna animi attentione vti debet, p.1 t.3.c 6 n.27
Iudex referentem indignum aſſumens, ad quid teneatur, p.1.t.6.c 11.n.5.& 6
Iudicis fauor plus valet, quam lex in Codice, p.1 t.1 c.1 n.1 ſemper officit, p.2.t.2.c.1.n.7
Iudicis officium quale ſit, & quomodo iudicandum, p.1 t.1.c.9.paſſ.
Iudicis arbitrium, quomodo regulatum eſſe debeat, p.1.t 3.c 6 n.4
Iudicis negligentia, eiuſq; effectus & pœna, p.2.t.4 c.2.paſſ an præſumatur, ibid.n.4
Iudici, quod ad eius officium non pertinet, facienti, impune reſiſti poteſt, p.1.t.2.c.8.n.7 cum & iniuriarum teneatur, ibid.
Iudex in exequendo, ſtatuta loci ſeruare debet, p.2 t.9.c.10 n.11 vnius loci, quando ſententiam alterius exequi poſſit, ibid.
Iudices qui conſtituendi, p.1.t.1.c.3.n.1 eos Deus iudicabit, ibid.c 9.n 4
Iudices huius mundi quid faciant, p.1.t.3.c.1.n.1
Iudices nomen ſeueritatis abijcere debent, p.1.t.3.c.4 num.4
Iudices boni & mali, habent poteſtatem à Domino, p.1.t.3.c.6.n 32
Iudices inferiores, an ex cauſis pœnas remittere poſſint, p.1.t.3 c.14 n.3.& 4 qualem iuriſdictionem habeant, ibid n.5
Iudices legibus obedire debent, p 1.t.3.c.14 n.7 & quomodo eas interpretari debeant, ibid n.8 & 9
Iudices quidam Harpyæ, non tam quid iuris, quam quid quæſtus reſpiciunt, p.1.t 5 c 8.n.3
Iudices ornari non accipere tantum, ſed & rapere ſciunt, p.2.t.3.c.1.n.2.& 3
Iudices & officiales ſtipendiarios eſſe Reipublicæ intereſt, p.2 t.3.c.6.n.2
Iudices, Aduocati, & alij multi, damnantur, p.2. t.4.c.15.n.15 & 16
Iudices pro quibus communiter pronuncient, p.2.t.6 c.4 n 3
Iudicum malitia deploratur, p.1.t.6.c.7.n.6
Iudicum prudentia in quo conſiſtat, p.1 t.6.c.3.n.1 quomodo iudicandum, ibid.n.2
Iudicum ſtatuæ quare abſq; manibus olim ponerentur, p.2.t.3.c.2.n.9
Iudicum pericula, p.1.t.5.c 10.n.4 & 5
Iudicantium arbitrio pauciſſima committenda ſunt, p.1 t.3.c.6.n.4
Iudicandum quomodo, p.1.t.1 c.1.n.3

Digitized by Google

Iudicium in ipſum Iudicem redundat, p.1.t.3.c.6 num 8
Iudicium præcepti quale ſit. p.1 t.3.c.6.n.35
Iudicium non ferendum, niſi ſint prius ambo locuti, p.1.t.5.c.8 n.2
Iudicium vniuerſale generale & particulare, qualia ſint. p.1.t.7.c.6 n.1.2. & 3
Iudicij nomine multi cupiditates ſuas implent, p.1 t.3.c.6.n.13
Iudicia diuina neſciuntur à nobis, p.1.t.3.c.6.n.9. & 10 *occulta ſunt, iniuſta nunquam,* ibid.n.32
Iudicia hominum vana, p.2.t.4.c.8 n 3 4. & 5
Iuramentum quæ excipiat, p.1.t.2.c.6.n fin.
Iuramentum purgatorium, an puellæ in caſu obiecti ſtupri deferatur, p.1.t 8.c.10.n.6
Iuramento viri boni, an in re minima ſtetur, p.2.t.2 c.6 n.4 & 5
Iurans coactè an peccet, p.1.t.2 c.10.n.2
Iuratoria pr. miſſio nobilium, an operetur effectum realis iuramenti, p 2.t 9 c.11.n.10
Ius quando cœperit. p 1.t.8. c. 1. n. 7 *vnde conſtet,* p.2.t.9.c. 1. n. 1 *in cauſa eſt poſitum.* p. 1. t. 1. c. 1 n. 7 *cereum habere naſum, quomodo intelligatur,* ibid.n.8
Ius naturale quid ſit, p.2.t.8.c.2 n.2
Ius certum eſſe debet, p.1.t.3.c.6.n.33 *ciuile imitatur naturam.* ibid. *ſummum quid ſit,* p.1.t.5.c.6 c.2 n 4 *quomodo ſumma dicatur iniur a,* p.1.t.5 c 9.n. . & 3.§.1.n.1. & 2
Ius aſyli qui habeant, p.1 t.3 c.5.n 7
Ius commune neceſſariam veritatem inducit, p.2 t.5.c.3 n.2
Iuris præceptiui & permiſſiui, pulchra diſtinctio, p.1 t.1.c.9.n 3
Iuris & æquitatis deſcriptio, p.1 t 5.c.9.n.5
Iura ſalubriter conſtituta, ſub ſpecie affectata & ſimulata iuſtitia, pro libitu infringuntur, p.1.t.1 c.9.n.3
Iuriſconſultus non reſpondet ex tempore, p.● t.7.c.1 num.3
Iuriſconſulti perfecti quod ſit officium, p.2.t.8.c.9 n.8 *cur ſæpius taxentur,* p.1.t.1.c.1.n.19
Iuriſprudentiæ ſtatus miſerrimus, in quo nihil ferè firmum eſt. p.1.t. .c 2.n.1
Iuriſdictio Summi Pontificis qualis, p.2 t 1.c.2.n.1 *ibidem de vtroq; gladio,* n.1. & 3
Iuriſdictio vna, quomodo aliam iuuare debeat, p.2 t.1.c.3.n. .2. & 3 *quomodo cumulatiuè vel priuatiuè conceſſa videatur,* p.2.t.1.c.10.n.5.6.7. & *ſeq. quomodo ſæpe turbetur,* p.2.t 1.c.1.n 6 & 7
Iuriſdictio prærogatiua. quid & qualis. p 2.t.1. c.10 paſſ.
Iuriſdictiones inferiorum odioſa. p.2.t 1.c. 4 n. 6 7 & 8
Iuſtitia opus Dei. p. 2 t 4 c. 3 n. 6 *quid præ cæteris virtutibus præcipuum habeat,* p.1.t.1.c.3.n.2 *in clementia vulnerata,* p 1.t.3.c 1 n.1
Iuſtitia ſine miſericordia, Crux eſt, p.1.t 3.c.4 n.2 & 3
Iuſtitia quomodo in dubijs vulnerata, p.1.t.4.c.1 *in æquitate,* t.5 c.1.n.1
Iuſtitia fori & poli vulnerata, p.1.t.6.c.1 n.1 *mundi deteſtabilis.* ibid.
Iuſtitia fori quæ ſit eiuſq; diuiſio, p. 1. t. 6. c 2.n.1 *probatio.* ibid c 3
Iuſtitia diſtributiua & commutatiua, eiuſq; conditiones & requiſita, p.1.t.6.c.4.n 1.2.3 & 4
Iuſtitia commutatiua. hodie fere impune. in foro mercatorum, per fallites & decoctores violata, p.1.t.6.c 5 n.1 & *quando illi venia vel pœna digni,* ibid paſſ.
Iuſtitia in foro poli vulnerata, p.1 t 6 c. 2.n.1
Iuſtitia in genere, in ſpecie, & in indiuiduo vulnerata, p.1.t 7.c.1 paſſ.
Iuſtitia in munerum acceptatione vulnerata, p.2 t.3 c.1.paſſ.
Iuſtitia in negligentia vulnerata. p 2.t.4.c.1.paſſ. *in opinionibus,* p.2.t.5.c.1.paſſ *in perſonarum acceptione,* p.2.t.6.c.1 *eius hodiernus grauis abuſus,* ibid n.1.2. & paſſ.
Iuſtitia in quæſtionibus vulnerata. p.2.t 7.c. p ſſ. *in ratione.* t.8.c.1.n.1 *in ſtylo & ſtatuto.* t.9.c.1 n 1.paſſ. *in tempore & prætextu temp ris.* t. 0.c.1.n.1
Iuſtitia recta quæ ſit. p.2.t.10.c.5.n.6 *vera regnantium hodie necata eſt,* ibid n.5
Iuſtitia nimia ſuperbiam & horrorem parit, p.1.t.3 c.7 n.4 *in fin.* & n.5
Iuſtitia an in caſu imminentis periculi, vel maioris mali, adminiſtranda, p. .t .c.4.n. *pro ea agonizandum vſque ad mortem.* ibid.c 8.n 1 in fine.
Iuſtitia legum politicarum eſt conſeruatrix p.1 t 1.c.9.n.1 *omnes in ſe virtutes continet,* ibid. num.2
Iuſtitia firmatur ſolium, p.1.t.1 c.1.n.1 & 2
Iuſtitia Principis quæ ſit, & in quibus conſiſtat, p.1 t.2.c 3.n.1
Iuſtitia in iuriſdictione vulnerata, p.2.t. .c.1 num.1

Digitized by Google

Iuſtitia in litibus vulnerata, p. 2. t. 2. c. 1. n. 1 & paſſ.
Iuſtitia iudices actus regulare debent, idq; iuſtitia fori & poli, p. 1. t. 1. c. 5 n. 1
Interlocutiones ſuper quibus fiant, p. 2. t. 10. c. 6 num. 11
Iuſtitia & pietate, Principes dij fiunt, p. 1. t. 2. c. 2. n. 3 & iudicium Dei exercent, ibid.
Iuſtitia adminiſtratio. an propter metum omittenda, p. 1. t 1. c. 7. paſſ & cap. 8 eius adminiſtratio ob metum intermiſſa, refutatur, ibid c 9. paſſ.
Iuſtitia non adminiſtrata, vbiq; querimonia, p. 1. t. 1 c. 9. n. 4
Iuſtitia violatio, ciuitatis deſtructio, p. 1. t. 2 c. 1 num. 3
Iuſtitia benè adminiſtrata commoda, p 1. t. 2. c 2 paſſ.
Iuſtitia neglecta. protracta & denegata probatio, deq; eius effectu, p. 2. t 4. c. 3. n. 1 requiſita, ibid. n. 2 remedia varia pro eo, cuius cauſa protracta eſt, ibid. n. 4 & 5
Iuſtitia Antiſtitis requiſita, p. 2. t. 6. c. 4. n. 7
Iuſtitia officina. probationes requirit, p. 1. t. 3 c. 6 num. 8
Iuſtitia debitor & cuſtos. eſt Princeps, p. 1. t. 1. c. 9 num. 4
Iuſtitiam vulneratam quæ teſtentur, p. 1. t. 1. c 1. n. 1 quæ impediant, aut eam turbent. ibid. latè.
Iuſtitiam & pecuniam ſequi, impoſſibile eſt. p. 2. t. 3 c. 2. n. 5
Iuſtitiam adminiſtrare. initium eſt bona vita, p. 1 t. 2. c. 3 n. 1
Iuſtitiam hodie vis præcedit, p. 1. t. 2. c 6. n. 3
Iuſſus ſuperioris an excuſet, p. 1. t. 2 c. 20. n. 2
Iuſtus nimius quis ſit, p. 1 t. 3. c. 4. n. 3. & 4
Iuſti pecuniam contemnunt. p. 2. t. 6. c 4. n 5
Iuſtum verum. eſt difficile diſcernere ab eo. quod tale eſſe videtur. p 1. t. . . c. 1. n. 2
Iuſtum & iniuſtum ſunt contraria. ibid.
Iuſta poſcenda ſunt. p. 1. t. 1. c. 2. n. 1
Iuſta quæ ſunt, etiam iuſtè quærenda. p. 1 t. 1. c 6. n. 1
Iudex ad veritatem indagandam. inuentus eſt, p. 2 t. 11. c. 1. n 4 vir bonus eſſe debet, p. 2. t. 6. c. 5. n. 4
Iuramentum iudiciale, irreuocabile eſt, p. 2. t. 11. c. 1 num 5
Iuramento multi abutuntur, p. 2. t. 11. c. 1. n. 5
Iure ſanguinis, quæ alicui debentur, in illis teſtator nihil præiudicare poteſt, p. 2. t. 9. c. 9 num. 18

L.

LÆſio enormis dolum inducit, p. 1. t. 4 c. 18 n. 12
Læſis non eſt denegandum ſubſidium, p. 1. t. 1. c 4 num. 1.
Laus eſt facere quod decet. p. 1. t. 1. c. 4. n. 2
Lex quando de re aliqua diſponit. prius de re conſtare debet. p. 1. t. 2. c. 13. in fine.
Lex tela Aranea. p. 1. t. 3. c. 1. n. 3
Lex prohibitiua. fortior eſt permiſſiua. ſeu affirmatiua. p. 1. t. 1. c. 6 n. 2. & 3
Lex æterna & naturalis, nunquam concedit malum, p. 1. t. 1. c. 9 n. 3
Lex naturalis, quæ Philoſophis dicatur. p. 1. t 5. c. 7 num. 5
Lex qualis in conſcientia obliget, p. 1. t. 6. c. 14 num. 2
Lex generaliter diſponens, quos caſus ſpeciales comprehendat. p. 1 t. 7. c. 9 paſſ.
Lex vbi non diſtinguit, nec non diſtinguere debemus, p. 2 t. 5. c. 5. n. 6
Lex ceſſat ceſſante ratione, p 2 t. 8. c. 7. n. 4
Lex honeſtate carens, explodenda, p. 1. t. 8. c. 10 num. 10
Lex exorbitans. quæ dicatur. p. 2. t. 8. c. 5. n. 1
Lex ſemper loquitur. p. 2. t. 9. c. 2. n. 1 tollitur per non vſum. ibid. n. 1 ſicut & ſtatutum. ibid. vſu non recepta, non obligat, ibid n. 2. & 3
Lex poſitiua. ſi à naturali diſcrepauerit quid faciendum. p. 2 t. 9. c. 4. n. 8
Lex habens clauſulam annullatiuam, inducit formam immutabilem. p. 2. t. 9. c. 7. n. 9
Lex Principis. an obliget ſubditum vbiq;, p. 2. t. 9 c. 10. n 13
Lex humana non eadem apud omnes, p. 2. t. 10. c 1 num. 3
Lex poſitiua quomodo naturalis dicatur. p. 1. t 5. c. 4 num. 6
Lex de ambitu reuocanda. p. 2 t. 6. c 5. n. 3
Lex omnibus æqualis eſt, p 1. t. 1. c 3. n. 1
Legiſlator quoad Reipubl. regimen. ſimile facit. medio & Gubernatori nauis, p 1 t. 1. c 4. n. 2
Legis verba. facto conuenire debent. p. 1. t. 1. c. 1 num. 8
Legis finis iuſtitia eſt. p. 2 t. 6. c. 4. n. 6
Legis abuſus. hodie ferè ratio ſtatus, & politia appellatur, p. 1. t. 1. c. 9. n. 1 & ſeq. declaratur & refutatur. ibid.
Legi fraus fieri non debet. & quando fieri dicatur, p. 2 t. 9. c. 9. n. 17

Legem extendere quomodo intelligatur, p.2.t.8.c.5 n.5. & *quomodo extendatur,* ibid & n.7
Lege reſiſtente nunquam cauſatur bona fides, p.2 t 10 c.3.n 10
Leges inter arma ſilent, p.1 t.2 c.1.n.1. *ibid. plura de eodem dicto*
Leges & legiones, duo mundi brachia, p.1 t.2.c.1.n.2
Leges hiſce bellis, deprimuntur potius, quam per arma conſeruentur, p.1.t.2.c.5 n.1
Leges & mores ſuum æuum habent. & tempore mutantur. p.2.t.10.c.1.n.1 *idem in priuilegijs, conuentionibus, confœderationibus, & ſimilibus,* ib.
Legum & morum diuerſitas, diſcordiam parit, p.1 t.2 c.8.n 2
Legibus quod definitum non eſt, id æquitate naturali, decidi debet, p 1.t.5 c.2.n 2
Legibus cuncta explicanda ſunt. p.1.t.3.c.6.n.4
Legatum, an tranſeat cum ſuo onere, p.2.t.9.c 9 n.12 *quis ſoluere teneatur, hæres, an fideicommiſſarius,* ibid.n 14
Legati an in domo ſua, ius aſyli habeant, p.1.t.3.c.5 num.7
Liberi primi & ſecundi matrimonij, quomodo ſuccedant parentibus, p.2.t 9.c.9.n.13 *remiſſiue.*
Liberis ſuis quilibet prouidere ſtudet, p.2.t.6.c.5 num.7
Libertas Eccleſiaſtica. eſt iuris diuini, p.2.t.9.c.6 num.3
Licentiatus, an gaudeat priuilegio doctorum. p.1.t 8 c.4 n 6 *quando veniat nomine doctoru,* p.2.t 6 c.7.n 2 3. & 4
Lingua diligenter cuſtodienda, p.2.t.11.c.8.n.12 *latè. quid ſæpiſſime faciat,* p.1.t.3.c.6 n.10
Lis, cauſa, quæſtio, controuerſia, terminus. an inter ſe differant. p.2.t.7.c.1.n.4. & 5
Lis litem generat. p.2.t.2.c.1.n.4 *eius faceta ab idiota quodam deſcriptio,* ibid.n.5
Litis comes miſeria, p.2.t.2.c 1.n.6
Lite pendente quid in iuriſdictione decidendum, p.2 t.2.c.12 n.12 & 13
Lites quomodo quandoque in executiuis protrahantur. p.1.t.2.c.2 n.6. & 7 *exemplariter.*
Litium ingreſſus, progreſſus & exitus qualis, p.2.t 2 c.1 n.2
Litium abbreuiandarum remedia, p.2.t.2. c.2.*paſſ.* & *finiendarũ ex ſacris litteris,* ib.c.3.4. & 5 *paſſ.*
Litium abbreuiandarum cauſa, victus victori in expenſas condemnatur, & quando, p.2.t.2.c.9.n.2 & 3 & *cap.12 paſſim.*
Locutio pluralis, ſermo adulatorius, p.1.t.8.c.1.n.2
Lucrum in arca, damnum eſt in conſcientia, p.1.t.6 c.16.n.2
Lupanaria quare quandoque permittantur. p.1.t.1 c.6.n.2 & *quomodo tolerentur,* c.9.n 3 *circa finem.*

M.

Magia crimen atrox & nefarium, p.1.t.3 c 6 n.31
Magiæ inquiſitio, & de nimio eius rigore, p.1 t.3.c.6 n.1 *eius inquiſitores, quid agant, contra innocentes,* ibid.n.2 *Conſolationes miſeris eripiunt,* ibid. *Confeſſarios & Aduocatos arcent,* ibid. *ſanguiſugæ ſunt,* ibid.
Magiæ criminis, multi innocentes inſimulati, p.1.t.3 c.6.n 8
Magi Diabolicis eluſionibus decipiuntur, ibid.n.4
Magiſter nauis quando non teneatur ad intereſſe, p.2.t.4 c.7.n.3
Magiſtratus, an ex facto ſingulorum teneatur, p.1 t.2.c.20.n 1
Magiſtratus & Iudices Minores. an delictis gratiam facere poſſint, p.1.t.3.c.14 *paſſ.*
Magiſtratus, extra ſuam prouinciam priuatus, p.1 t 8.c.2 n.4
Magiſtratus cur gladium portet. p.1.t.3.c 5.n.1
Magiſtratus, an habeat præſumptionem pro ſe, p.1 t.2 c.9.n.1 & *quando,* ibid.
Magiſtratui quando obediendum vel non, p.1.t.2.c.8 num.5
Magiſtratibus obtemperandum, p.1.t.2.c 9 n.fin.
Maior natu, quale pretium cæteris offerre debeat, p.1 t.2.c.18.n.3 & *cuius temporis valorem præſtare debeat,* ibid.n.3. & ſeq.
Maior pars capituli, an præiudicet minori, p.2.t.5 c.4.n.3. & 4
Maleſactores puniendi, p.1.t.3.c.5.n.2 *ſicut & putrida membra reſecanda,* ibid.
Malum minus eligendum, quando electio euadi nequit, p.1.t.1 c.5 n.6 & *cap.ſeq.*
Malum maius quod dicatur, p.1.t.1.c 7.n.1 *cum limitationibus,* ibid n 2
Malum tolerare patientia, facere malitia, p.1.t.1 c.6.n.1
Malum perſeuerans, augetur, p.1.t.3.c.3.n.1
Malum ſuiipſius, & de eius pœnis, p.1.t.3.c.2.n.1
Malis quantò longior vita, tantò plus ſupplicij, p.1 t.3.c.5.n.5

Manda-

Digitized by Google

Mandatum in forma ſpecifica impleri debet, p.2.t.9 c 7.n 5

Mandatum generale an intelligatur in cauſis futuris, p.2.t.10.c.9.n. 4

Magni honorantur pauperes deſpiciuntur, p.1.t.3 c 1.nu.1

Manutenentia quando detur ex ſola Iuris aſſiſtentia p.2 t 10.c.3.n 10.*remiſſiue.*

Maritus feudatarius, aliiq; rerum poſſeſſores tributa ſoluere tenentur, p.1.t.2 c.19.n 2. *Vſufructuarius quando teneatur,* ib. & *quid de Colonis,* ibid.

Maritalis poteſtas qualis, p.1 t 8.c.10.*paſſ.*

Maritus, an vltra portionem in pactis dotalibus promiſſam petere poſſit, p.2.t.9.c.8 n.6 *quamuis ſuccedat vxori,* ibid.

Maritus obligatus reddere dotem, non intelligitur renunciare lucro ſibi delato, p.2.t.9.c 10.n 8

Matrimonium ſine conſenſu Parentum validum eſt, p.2.t 8 c.2.n.3

Matrimonium quando nullum ſit. p.2. t.9.c.10.n.14 *ibid. per praiudicium quomodo conualeſcat.*

Matrimonialis quaſtio, coram quo Iudice tractanda, p 2 t.7.c.5.n.3. & 4

Matrimonium putatiuum, an ob bonam fidem innocentis excuſetur, p.1.t 4.c 4.n.1. & 2

Medea, deplorat quidem incommoda ſua, ſed cauſam non vitat, p.1 t 2 c.5.n.1

Medicus vitia apparentia curare debet, p.1.t.3. c.5 n 2. *quia perſeuerans curante, nobilior eſt,* ibid.

Medi ſcelerati paraſiti Alexandri, ſuaſio. p.1.t.3.c.6. num. 4

Melius nocentem dimittere quam innocentem damnare, p.1.t.3.c 5.n 6

Melius eſt in tempore occurrere quam poſt vulneratam cauſam remedium quarere. p.1.t.4.c 10.n 4

Melius eſt pati in mundo, quam poſt mortem, p.2.t 6 c.3.nu 5

Mercede qui bonus, idem mercede malus, p.2.t 3.c.1. (nu.2

Meretrices quomodo capiantur, p.2.t.3.c.2 n 3. & 4

Metus iuſtus excuſat, p.1 t.2.c.20.n.1

Metus mortis, an actus malitiam tollat, p.1.t.2.c.10 num. 2

Merita in promotionibus ad dignitates conſideranda, p.2.t.6.c 7.n.6

Mens & voluntas quomodo diſtinguantur, p 2.t.8 c.14 n.4

Mendacium per ſe malum & vituperabile eſt, p.2. t 11.c.7 n.1

Militia hodierna qualis, & quales milites, p.1.t.2.c. 5.n.3

Miles an in delictis ad Iudicem militarem remittendus veniat, aut à Magiſtratu loci puniri poſſit, p.1. tit 2.c.12.n.2.

Militis vxor an ſuccedat in bonis militis mariti, p.1. t.2.c.16.*paſſ.* & *remiſſiuè*

Milites hodierni temporis, an gaudeant iiſdem priuilegiis, quibus olim, p.1.t.2 c.12.n.1. *de teſtamentis eorum ibid. horum temporum mali,* ib.c.13.n 1

Milites hodierni in acie nominales, apud ruſticos cõtribuentes reales. p.1.t.2.c.13.n.3. *exactiones inordinatas faciunt,* ibid.

Milites depradatores, quomodo obligentur, quomodo auxiliantes, mandantes & conſentientes, p.1.t.2 c.17.n.1.2 & *paſſ.*

Milites hodierni temporis, aliena poſſidere virtutem reputant, p.2.t.6.c 1.n.2

Militum forum & priuilegia, p.1.t.2.c.12. *eorum abuſus & malitia.* c 5.n.3. *Marti & mortinati; ibid Vulnera indicia ſunt virtutum,* ibid.c.7.n.2 & 3. *Vita hodierna qualis.* p.2.t.10.c.5 n.9

Mina, qua iuſtum metum inferant, p 1.t.1.c.8.n 2

Minor, an à curatore rationes & reliqua petere poſſit, p.1.t.7.c.10.n.2

Miracula etiam hodie reperiuntur, p.1.t.4.c 9.n.5

Miſericordia laudatur, p.1.t.3.c. 4.n 3

Mobilia regulari debent ſecundum ſtatuta domicilii, p.2.t.9.c.10 n.1

Modus in rebus adhibendus, p 2 t.11.c.8.n.15

Modificatio & temperatura Clementia quales, p.1 t 3.c 7.n.1

Monaſterium quando ſuccedat, p.2.t 9 c.6 n.11

Monaſterium ingrediens legitimam ſuam integram habere debet, p.2.t.9 c.6.n 14

Monaſterio acquiritur hereditas; abſque facto monachi, p.2.t. 9.c.6 n. 4

Mores mali, in quãtum inualuerint. p.1.t 8.c.5 *paſſ.*

Mors abſentis quomodo probetur, p.1. t.4.c.16 n 1 & 2. & *quid de militibus,* ibid.n.3

Mors terribilis. & quibus maximè, p.1.t.5.c.10.*paſſ. rerum omnium terribiliſſima,* ibid.

Morientes pii, bona legitimis haredibus relinquere debent, p.1.t.6 c. 11.n.7. & 8

Morte delinquentis, crimen extinguitur, p.2.t 9.c.9 num.10

Motus nimis vehementes Deus odit, p.1.t.3.c.4 n.5

Mulieres, in itinere pracedere debent, p.1.t. 8.c.10. n.15. & 16

Mulcta, an à pœna differat, p.2.t.1.c 6.n.6

Munerum acceptio, quantum malum in Iudice, p.2 t.3.c.1

Digitized by Google

t.3.c.1.paſſ.& c. 2 paſſ.
Munerum acceptio iniuſta, & quando non. p. 2.t.3 c.3 n.1
Munerum & ſportularum acceptio, quatenus licita, p.2 t.3 c.4.paſſ.
Mundus immundus, p.1.t.6 c 1.n. 6. *in maligno poſitus,* ibid.c.14.n.3
Mundus,ſua.inuerſo ordine peragit, p. 2 t 4.c.1.n.3 *ſimulationibus plenus,* p.2.t.11.c.6.n.4
Mundi fallatia deſcribitur, p.2.t.10.c.8.n.10

N.

N Atura dictio varie accipitur, p. 2.t.8.c.2.n.2
Neceſſitas ſumma,quæ dicatur. p.1.t.6.c.5.n.5
Neceſſitas & charitas, in extremis diſpenſant, p.2 t.2.c 6.n.8 & 9
Neceſſitatis effectus qui ſint, p. 2.t. 10.c.5.n.1 & 2
Neceſſitas non habet legem, quomodo intelligendum, p.2.t.10.c.5 n.6. & 7
Neceſſitatis tempore quid conſiderandum, p. 2.t.10 c.5.n final.
Negligentia quid & qualis ſit.quam periculoſa, p.2 t.4 c.1.paſſ *in multis arguitur,* ibid. n.12. *Iudicum, Aduocatorum, & Procuratorum damnoſa,* ibid n.5 paſſ.
Negligentia & culpa in genere deſcribuntur, p.2 t.4.cap.6. paſſ. & ibid. *maxima mundi negligentia.*
Negligentia quando culpa, quando dolus dicatur, p.2. t.4. cap.6. num.3 & 4. *quomodo articulanda. & probanda,* p.2.t.4. c.7 paſſ. *quando præſumatur,* ibid & c.8
Negligentia & culpa, quando excluſa cenſeantur, p.2.t.4.c 9 paſſ *cui imputetur,* ibid.n.10
Negligentia caſus quot dentur, p.2.t.4.c 6. num.3
Negotijs gerendis,tria præcipue attendenda, p.1.t.1 c.4.n.2
Nemo ſine crimine viuit, p.1. t.3.c.6.n.17
Nequitia ſuperueniens,opera Iuſtitiæ delet, p.2.t.10 c 9.n 6
Nobilis, an pro defenſione honoris, alios lædere poſſit, p.1.t 8 c.5.paſſ.
Nobiles Licentia deteriores, p 1.t.8.c.4.n.5
Nobilium & aulicorum quorundam inſolentia, deſcribitur, p.1.t.2.c.1 n.5.ad longum.
Nobilium familiæ, conſuetudinem renunciationis contra filios & ſorores,inducere non poſſunt, p.2 t 9.c.11.n.11
Nobilitas conceſſa ab Imperatore, an extendatur extra territorium, p.2.t 9.c 10.n.11
Nobilitas & prærogatiua, ex virtutibus magis quã ſanguine petenda, p.1.t.8.c.4.paſſ. *vita turpitudine an amittatur,* ibid.n 5
Noctis tempore geſta,ſuſpecta ſunt, p.1.t.4.c 18.n.11 12. & 13
Nomina appellatiue,quotuplicia ſunt, p.1.t.7.c.7 nu.1
Non eſſe & non apparere paria ſunt, p. 1. t.6 c.3.n.2
Notarius ſi neceſſaria requiſita omiſerit, ad intereſſe conueniri poteſt, p.2.t 9 c.7.n 1, *an contractum declarare poſſit,* p.1.t.4.c.23. §.9
Notitiam habere quomodo intelligatur, p.1.t.3.c.6 nu.23
Notorium,de quibus in iure intelligatur, p.1.t. 3.c.6 nu 8
Notorium delictum, quod dicatur, ibid. & *per quæ fiat,* ibid.
Notoria multa dicuntur,quæ non ſunt, p.1.t.3.c.6 nu.8
Nouitius monachus, intra annum probationis egrediens,& poſtea reuertens, an tempora coniungere poſſit, p 2.t.10 c.7.n.5

O.

O Bediens loquitur Victorias, p. 1. t.2.c. 8 n.6 *vanus in ſuperbiam erigitur,* ibid.
Obedientia ſuperioribus debita, quomodo debeatur, p.1.t.2.c 8.paſſ.
Obedientia militaris, & de effectibus boni conſilij, p.1.t 2.c.11.paſſ.
Obligatus ſeruire in vno loco, an teneatur in alio, p.2.t.3 c.6.n 4.& 5
Obligatus facere opus, pro certa ſumma.an ſupererogatum vtiliter.repetere poſſit, p. 2. t.9. cap.7 num.7
Obſeruantia quid ſit.& quomodo inducatur, p. 2 t.9.c.1 n.3. *quomodo à conſuetudine differat,* ibid.
Obſeruantia vulgares.mores. & ſtylus, legum vigore euacuantur, p 2.t.9.c 2.n.1
Obſeruantiam contra legem allegans, eandem ſpecificè probare debet, p.2.t.9 c.2. n.5. & 6
Officium Regum quod ſit, p.1 t.2 c.3 n.3
Officium prudentiæ quod ſit, p.2.t.2.c.11 n 3. & *prudentis quæ ſint,* p.2.t.8 c.1 n.8
Officium iudicantis eſt, per certam ſcientiam iudicare, p.1.t.3.c.6.n 7
Officia publica ſummo cum delectu diſtribuenda, p.2 t.6 c.2.n.2. *quid autem hodie fiat,* ibid. num.3

Officia

Officia meritis præſtanda ſunt. p.2.t.6.c.5 n.12
Officiorum multitudo periculoſa. p.2.t.4.c.1.n.7.8 9 & 10
Officialis non debet eſſe pronus ad inquirendum ſuper fama. p.1.t.3.c.6.n.16. & quare ibid.
Officialium promoterum. induſtria qualis eſſe debeat. p .t.6.c.8 n 1. an electa cenſeatur, ibid. n 1. & 2
Onus ſoluendi cenſum vel penſionem, ad quem ſpectet. p 2 t 9.c.9 n.11. & quid in reluendo pignore, ibid n.12
Opere an delegari poſſint, p.2.t.6.c.8.n.1 & 2. qui per alios ſeruire poſſint, ibid n.2
Opinio quid ſit. & quales cerebroſi opinioniſtæ, p.2. t.5 c.2. n 6. & 9
Opinio negatiua vnde dicatur procedere, p.1.t.7.c.5 num. 3
Opinio vna ſemper legi, & veritati propinquior, p.2 t.5 c 3 n 5
Opinio communis, vnde æſtimanda, p.2 t.5.c.4 paſſ.
Opinio Doctorum quæ eligenda ſit. p. 2.t.5 c.5 paſſ.
Opinio vulgi quid ſit, eius authoritas, & euentus, p.2 t.5 c.8 n.1. & 2
Opinio propria & pertinax qualis ſit. p.2.t.5.c.9 n.1 contra eandem remedium. ibid.n.2. & 3
Opinio & ſcientia, quomodo differant, p.1. t.4.c.5 n 2 & 3
Opinionis efformata. hodiernus abuſus, p.2.t.5.c.1 paſſ.
Opinionis vſus temerarius & periculoſus, p.1.t.5 c 2 n.1
Opinionem an quis eligere poſſit, quam velit, p.2 t.5 c.7 n 4
Opiniones Doctorum communes. in iudicando ſeruanda & quando ab iis recedi poſſit, p.2.t.5.c.3 paſſ.
Opinionum communium varietas & pernicies, p.1 t.1.c.'.n.2
Oppreſſiones hodie vigent. p.1.t.9.c.1.n.2
Optimum non naſci quomodo intelligendum. p.1.t.5 c.4 n 3
Ordo paruus, magnam diſſipare poteſt confuſionem, p.1 t. .c.5 num.2. quo non ſeruato, cætera ruunt, ibid latè
Ordinariis vtendum eſt remediis. p 2.t.4.c.5.n.11
Ordinis obſeruatio, eſt iuſtitiæ conſeruatio, p.1.t.8 c.2 n.1
Oratio de veritate fidei Catholicæ, p.1.t.11.c.1. in fin.
Oratio ponens aliquid affirmatiua dicitur, p.2.t.11 c 8.n 10
Oratio quadrupliciter falſa dicitur, p.2.t.11.c.8 num.16

P.

PActum contra Rempublicam inualidum, p.1 t 2.c.6.n fin.
Pactū de quota litis, an valeat. p. 2.t.3.c.7.paſſ.
Pactum obligationem naturalem producit, p.2.t.9 c.4 n.10.p.2 t 11 c 9 n.2
Pacta contractibus oppoſita attendi debent, p 2.t.9 c.4 n.7
Pacta vnionis prolium, quando valeant, p.2.t.9 c.4 n 9. & 10
Pax omnibus modis amplectenda: p.1.t.2.c.10. circa fin. hodie in ore, & ambitione imperij prætenditur, c.9.n 3
Pax alit. bellum conterit, p.1.t 2.c.10.n 1
Pax vobis. explicatur, p.1.t. 2.c.10.n 5
Pacis commoda recenſentur, p.1.t.2.c.10 n.4
Pacem habere non poſſunt, qui pacis iura ſubuertunt p 1.t.2 c.4.n.2
Pacem & quietem omnia entia, naturaliter appetunt, p.1.t.2.c 10 n.1. ibid. plura, de bono pacis.
Pacificationes ſuper bonis Eccleſiæ, cum acatholicis, per Principes ſæculares facta, an valeant, p.1.t.1 c.6.n.2
Papa an Iudex in cauſis laicalibus, p.2.t.1.c.2.n 9 & 10
Pars tutior in dubijs ſemper eligenda, p.1.t.4.c.10 n.2. & 3
Parentes quid circa filias ſuas cogitare debeant, p.1 t.8 c.10 n.13 & 14
Pater quando ferit, amat. p.1.t.3.c.5.n.1
Patronus an ſeipſum præſentare poſſit, p 2.t.5.c.4 num 3
Patronis diſſentientibus, quis ex præſentatis præferatur, p.2.t.0.c.6.n.7
Patrum traditiones. ſacra ſcriptura conſentiunt, p.1 t 5.c.1.n 5
Patientia & taciturnitas, quando pro conſenſu habeantur p.2.t.10.c.4 n 5 & 6. cum exemplis, ib.
Patientia Laus deducitur, p 1.t.3.c.1.n fin.
Pauperes defendendi ſunt, p. 1. t. 3.c 1. nu.4 eorum conſolatio qualis, ibid.nu.4 in cœnobijs ægrè recipiuntur, p.1 t.6.c.11.n.3
Peccans contra Iuſtitiam diſtributiuam, an ad reſtitutionem teneatur, p.1.t.6.c.11 paſſ.

Peccare

Peccare humanum eſt, perſeuerare diabolicum, p.1.t. 3.c 5 n.3. bis in bello non licet, p. .t.2.c.11.n.1
Peccatum licet actu præterierit, reatus tamen manet, p.1.t.4.c.10.n.1
Peccatum mortale quæ requirat, p.1.t.4.c.9.n.1
Peccatum quo antiquius, eo grauius. p 1.t.10 c.1.n.1
Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum, p. .t.10 c.2 n.1
Peccata maiorum, plus imputantur minorum, p.1 t.5 c.7.n 3
Peccata noſtra malorum cauſa ſunt, p.1.t.2.c.5 num.4.& 5
Peccata populi per ſtatus recenſentur, p 1.t.1.c.1.n.5 ad longum.
Peccata & delicta, an tempore excuſari poſſint, p.2 t.10.c. .n.
Peccatis noſtris iuſtè affligimur. p.1.t.3.c.5.n.1
Peccanti obſequium accommodans bis peccat, p 1.t.2 c 17.n 2
Peccantium felicitate, nihil infelicius, p.1.t.3.c.5. nu 4
Peccator ſuo ſcelere perit, p.1.t.3 c.2.n.1.& Iudicium ſuum ſecum portat, ibd.n.3
Peccatorum lamentationes non proſunt, ſi peccata repetantur. p.1.t.3.c.5 n.3
Pecunia depoſita & per milites ablata, cui pereat.p.2 t.4.c.6.n.3. eius potentia, p.2.t.3.c.2.n.2.3. & paſſ.
Periculum vitandum eſt, & quotuplex ſit periculum, p.1.t.4 c.10.n.
Periculum excreſcentia titulorum vana gloria, & aſſumpti honoris, p.1.t.8.c.1 paſſ.
Peritis in arte credendum, & quid de eorum ſententia, p.2 t.5.c.7 paſſ.
Permiſſiuis & prohibitiuis concurrentibus, quid ſtatuendum, p.1 t.1.c.6.n.2
Perfectio naturam conſeruat, p.1.t.5.c.3.n.3
Perſonarum acceptio quid, & quam graue peccatum ſit.p.2 t.6 c.2 n.1 an apud Deum, ibid c.3.n.3. & 4 paſſ. an in Iudiciis haberi poſſit, ibid. ca.4.n.1. & ſeq.
Pertinacia ſtulta & infelix eſt, p.1.t.3.c.5.n.2
Pertinacia ſuperba ſtultitia perſeuerantia, p.2.t.5 c.9 n.4
Philoſophus verè quis ſit, p.1.t.5.c.9 §.1.n.5
Pignus prætorium, an prioritatem inducat, p.1.t.6 c.8.n.1
Pilato quid dictum, de condemnando Chriſto, p.1.t.1 c.9.n 3
Pluralitas in rebus non præſumitur, p.1 t.4.c.13 n 2. quandoque in generalitatem reſoluitur, p.1 t.7.c.5.n.4
Plura indicia quando coniunguntur p. .t.3.c.6 n.18
Pœna Iniuſtitiæ Comes, p.1.t.3.c.2.n 4.& 5. delicto commenſurari debet. t.2.c.1.n.5
Pœna delinquentibus vtilis, p. .t.3.c 5.n.4
Pœna temerè litigantium, pro abbreuiandis litibus reuocanda. p.2 t.2.c.9.n.1
Pœna molliendà potius quam exaſperanda, p.1. t.3 c.4.n.3. reſtringenda & lenienda. ibid. n. final.
Pœna mutatio aucti. & diminutio, an & quando ſit in arbitrio Iudicis, p.1.t.3.c.14.n.6
Pœnitentia in delictis quomodo excuſet, p.1.t.3.c.15 num.1
Politici falſi, quid faciant. p.1.t.1.c 9 n.3. Victi legibus & rationibus, ad vim dominationis confugiunt, p.1.t.1.c.9 n.3 & 4. & part.2 t. 10.c 2.n 8
Pontifex Eccleſiaſticis, bonorum immobilium alienationem, prohibere poteſt p.2.t.9.c.6.n.17. idem Princeps laicis. ibid.
Pontifici ac Imperatori, legum credita diſpoſitio, non diſſipatio, p.2.t.6.c.5.n.9
Poſſidens contra Ius, non eſt manutenendus, p.2.t.10. c.3.n.19
Poſſeſſor malæ fidei quis ſit, p.1.t.4.c.18.n.14
Poſſeſſor quilibet conueniri poteſt. p. .t.7.c 6.n.4
Poſſeſſor lite pendente manutenendus, p.2.t.2.c.12 num.9
Poſſeſſores iniuſti damnantur, p.2.t.10.c.2.n.2
Poſſeſſio quando in Iuriſdictionalibus releuet. p.2.t.1 c.4.n.10
Poſſeſſio iniuſta, nulla temporis diuturnitate firmatur, p.2.t.10.c 2.n.2. & 3. extenditur ad politicos præſentis temporis, & regnorum inuaſores, ibid. num 3
Poſſeſſionis continuandæ requiſita, p.2.t.2.c.12. n.11
Poſſeſſa iure, Iniuria auferuntur, p.1.t.1.c.5 n.5
Potationibus ad ſanitatem alterius, grauiter peccatur, p.1.t.3.c.3.n.6
Potentia in cauſis ſuſpecta eſt.p.2 t.5.c.1 n 2.& quidem ſemper, p.2.t.10.c.5 n 4
Poteſtas indulgendi pœnas, Ius ſuperioritatis reſpicit, p.1 t.3.c.14.n.2.& 6
Praxis abſque theoria manca. p.2.t.8.c.1.n.8
Praxis artificem promptum reddit, p.1.t.5.c.4.n.2
Practicus & theoricus, quomodo Ius ad factum applicent, p.1.t.1.c.1.n.8

Pra-

Digitized by Google

Præceptum fraternæ correctionis, in quibus conſiſtat, p.1 t.3.c.3.n.final.
Præcipitantia in ſententiando mala, p.1.t 3.c.6.n.35 *Iuſtitiæ nouerca,* p 2.t.11.c.3.n.2
Prælatum ſequitur inuidia. p.1 t.1.c.3.n 3
Præiudicium quid ſit, & quæ quæſtio præiudicialis, p.2.t.7.c.3 n.1
Prærogatiua lites generat. p.1.t.8.c.1.n.10
Præſcribens viam vel paſcua, quid deducere, & probare debeat, p.2.t.10.c.3.n.10. & 11
Præſcriptio multis caſibus locum non habet, p.2.t.10 c.3 n 7. paſſ.
Præſcriptionis, & conſuetudinis differentia quæ ſit, p.2.t.10.c.3.n.12
Præſcriptioni an renunciari poſſit. p.2.t.9.cap.7 num. 13
Præſcriptione Ius priuato acquiritur, p.2.t.10.c.3 nu.12
Præſumptio an ſit pro Magiſtratu, p.1.t.2.c.9.nu.1 *& quando,* ibid.
Præſumptio de miſericordia Dei, p 2.t.6.c.3 nu.6
Præuentio quid, p.2.t.1.c.8 n.2. & 3 *& quid in ea fiat,* ibid.n.3
Pretium cuiuſque rei, pro tempore eſt, p.1.t.2.c.18 num 1
Pretium prouentuum, in bonis antiquis, an ſit ſubiectum conſuetudini, p.1.t.7.c.6.n.10
Primogenitus habens bona primogenituræ, quatenus teneatur ad debita, p.2.t.9.c.9.n.8
Princeps, an ob publicam vtilitatem, res priuatorum auferre poſſit, p.1.t.1.c. 5.n.1. *non eſt honeſti, iuſtique regula, ſed miniſter,* ibid. n.5. *debitor Iuſtitiæ,* ibid.c.9.nu.4. *in correctione ſubditorum, à ſe ipſo incipere,* p.1.t.2.c.1.nu.3. & 4. *& legibus viuere debet,* ibid.
Princeps quomodo à Deo Imperium habeat, & quando non, p.1.t 2.c 2. n 3 *pietate & Iuſtitia Deus eſt* ibid n 4. *Dei Iudicium exercet,* ibid.
Princeps quas conditiones habere debeat, vt ſubditos bene regat, p.1.t.3.c.4.n.1 *terrenus, Iudicem cœleſtem imitari debet,* ibid. nu.3
Princeps quilibet, in ſuo territorio, quomodo intelligatur, p.1.t.3.c 13.n.1.2.& 3
Princeps inueſtiens aliquem de mero & mixto Imperio, cum regalibus quid agat, p. 1.t.3.c.13 n. fin.
Princeps, an à Iure ſcripto recedere poſſit, p.1.t.5. cap.8.num.1
Princeps tenetur ex ſuis contractibus, p.1.t. 5.c.9 n.5. & 6. *Ius quæſitum tollere nequit,* ibid.n. 8 *eorum affabilitas neceſſaria,* p.1.t.5.c.9 num.8
Princeps Imperio abutens, an à Papa deponi poſſit, p.2 t.1.c.6.n.9
Principis poteſtas, & eius abuſus, p.2. t.1.c.5.n.1. *boni laudes,* p.1.t 2.c.3.n.1. & 2
Principis intentio quando fundata dicatur, p.2 t.1 c.4. *ibid. declarationes & limitationes paſſim.*
Principes inferiores, Barones, & liberæ Ciuitates, habent Ius remittendi delicta, p.1.t.3 c.13.n.1 *& quid in ſuis territorijs poſſint,* ibid. nu.2 & 3
Principes viros doctos, bonos & probos in auxilium oneris ſui vocare debent, p.2.t.6.c.1.n.6. *quid autem hodie fiat,* ibid.n.7
Principes & Reges tenentur adminiſtrare Iuſtitiam, & ſubditos ab Iniurijs defendere, p.1.t.2.c.3.n.1 *ibid. laudes boni Principis, latius.*
Principes Chriſtiani, an ab infidelibus opem petere poſſint, p.1.t.2.c.8.num. 5. *& econtra,* ibid. *remiſſiuè.*
Principum peccata, multa cauſant mala, p.1.t 2.c.1 num. 5. in fin. *reddent rationem pro peccatis populi.* ibid.
Principia quando obſcura ſunt, pro conſuetudine ſentiendum, p.2.t.10.c.3.n.12
Principia prima, vbique eadem, p.1 t.5.c.3.n.6 *pro vt & veritas,* ibid.
Priuilegium, initio Eccleſiæ iuſtè datum, ex cauſis reuocari poteſt, p.2 t.10.c.1 n.2
Priuilegio, vtilitatem publicam reſpicienti, renunciari nequit, p.1.t.1.c.5.n.8
Probatio negatiua facti quæ, p. 2.t 4.c.8 paſſ
Probatio præſumptiua, quando admittatur, p.2.t 4 c 13.n.3 & 4
Probatio dubia, obſcura, imperfecta quæ, p.2.t.4 cap.19 nu.1. *de plena & concludenti, eiuſque effectu, cum ampliationibus, limitationibus & declarationibus,* ibid.n.2. & 3
Probatio quæ ſufficiens dicatur, p.1.t.6.c.1.n.4 *& final.*
Probatio in genere quid operetur, p.2.t.7.c 13 paſſ.
Probatione facti deficiente deficit & eius notorietas, p.1.t.3.c.6.n.8

Digitized by Google

Probationes imperfectæ, quando in criminalibus coniungantur, p.1.t.3.c.6.n.18

Probationes concludentes iura requirunt, p.1.t.3.c.6.n.24

Probationes quatenus ſunt arbitrariæ, p.1.t.4.c.20 paſſ.

Probationes, & de teſtium dictis contrariis, p.1.t.4 c.21.paſſ.

Proceſſus in ordinariis, ex vi confeſſionis, an valeat, p.1.t.6.c.3.n.3

Proceſſus ſummarius ad quid conducat, p.2.t.2.c.8 paſſ.

Procuratores terminos protrahentes ad quid teneantur, p.2.t.4.c.5.n.12

Prohibitus inferre moleſtiam, an prohibeatur de Iure, p.2.t.7.c.1.n.7

Prohibitam rem faciens, quando puniendus, p.1 t.2.c.11.n.1

Promiſſio quando ſub peccato obliget, p.1.t.6.c.1 num 12

Promiſſio facta ſub fide nobilis bey Adelichen Ehren und Trewen, an Iuramento æquipolleat, p.2.t.9 c.11.n.10

Promittens aliquem non moleſtare, non prohibetur de Iure, p.2.t.7.c.1.n.8

Propoſitio indefinita, an æquipolleat, vniuerſali, p.1.t.7.c.8.n.1

Proprietatis appellatione, quid veniat, p.2.t.9.c.9 num.9

Prorogatio termini, comminationem habet, p.2.t.10.c.6.n.4.5.& 6

Proſperitatem ferre, magni laboris eſt, p.1.t.2.c.4 num.3

Protectoriales Imperatoris, quid hodie operentur, p.1.t.3.c.13.n 4

Proteſtatio, quod quis de vitiis rei teneri nolit, non valet, p.2.t.11.c 8 n.9

Prouidentia in iudicando maximè adhibenda, p.1 t.3.c.6.n.29.& 30

Prouiſio hominis, facit ceſſare prouiſionem legis, p.2 t.9.c.4.n.6.& t.10.c.4.n.9

Prudentiæ officium quale, p.1.t.2.c.11.n.3

Prudentia homini maximè neceſſaria, p.2.t.11 c 7 n.9

Prudentis quæ ſint, p.2.t.8.c.1. num.8.

Pudicitia virginum deſcribitur, p.1.t.3.c 6 n.25. & 26

Q

Qualitas informat ſubiectum, p.2.t.9.c.7 n 9

Qualitas Iuriſdictionem tribuens quomodo probetur, p.2.t.1.c.1.n.4

Qualitates criminis probandæ, p.1.t.3.c.8.n.2.alioquin Reus abſoluendus, ib.n.3 & 4

Quæſtio Iuris Ciuilis quotuplex, p.2.t.7.c.1.n.2 emergens & incidens quæ ſit, ib.c.2.n.1.Priuilegiorum, contra quem opponi poſſit, cap.3.n.1

Quæſtio facti & Iuris, quæ ſit, p.2.t.7.c.4.nu 1.& quæ inter vtramque differentia, ibid.num.2 feudalis, quæ ſit, ibid.c.6.nu.1. voluntatis quæ, ibid.

Quæſtionis definitio, diuiſio & abuſus, p.2.t 7.c.1 paſſ.

Quæſtiones Iuris & facti, à quo iudice determinandæ, p.2.t.7.c.5.n.1.& 2.& quid Iudices hodierni in iis faciant, ibid n.2

Quæſtiones in poſſeſſorio occurrentes, reſeruandæ ſunt ad petitorium, p.1.t.4.c.11.n.1

Quæſtionum multitudo, in foro vitanda, p.2.t.7.c.2 num.1

Quietantia generalis, quando releuet, p.1.t.7.c.10 paſſ.

Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, p.1.t.3.c.6 num.6

R.

Ratio vbi eſt, ibi legem quærere imbecillitas eſt intellectus, p.2.t.8.c 1.n.1. legis quando perpetua, ibid. eſt regina interpretationum, ibid.n.4 ratio naturalis, in quibus magis valida ſit, p.1.t 5 c.4 n.5. vnde dicatur, c.3.n.6. eſt lex mentibus hominum indita, p.1.t.5.c.3.n.4

Ratio ſtatus quid ſit, p.1.t.1.c 9.n.3. quid prætextu illius fiat, ibid. victi legibus ad potentiam & vim dominationis confugiunt, ibid.

Ratio melior, quomodo cognoſcatur, p.2.t.8.c.4 n.1 an & quando verbis prævaleat. ibid.n.2.& 3 cerebrina quæ ſit, ibid n.4. vera, quæ dicatur, ibid. n 5.& c 1.n.1.2.& ſeq.

Ratio quando ampliet, reſtringat dicta & diſpoſitiones, p.2.t.8.c.5.n.1

Ratio tendit ad optima, p.2.t.8.cap.3 n.1.& 2

Rationis naturalis vulgaris abuſus, p.2.t.8.c.1. num.1.& de vera rationis præſtantia, ibid. n.2. & ſeq.

Ratio-

Digitized by Google

Rationis definitio, p. 2. t 8. c. 3. n. 1. dat verè bona, ib. num. 2

Rationis natura & Iuris naturalis differentia, & quemodo ſimboliſent, p. 2. t. 8. c. 2. n. 1

Rationem quod habet, Iuſtitiam habet, p. 2. t 8. c. 1. num. 3

Ratione mouendum non furore, p. 1 t. ⁰. c. 6. n. 4

Ratione ceſſante, ceſſat lex ipſa, p 2. t. 8. c. 7. n. 1

Raubſchloſſer in Polonia quales fuerint, p. 1. t. 3. c. 9 num. 1

Receſſus à regula, maximè præcauendus, p. 2 t. 5. c. 2 num. 2

Rectè facientes, communiter contemnuntur, p. 2. t. 6 c 1 n. 2

Reditus annui, an inter mobilia, vel immobilia referantur, p. 2 t. 9. c. 8. n. 2. & 4

Reges & Principes, tenentur adminiſtrare Iuſtitiam, & ſubditos ab iniuria defendere, p. 1 t. 2. c. 3. n. 1 laudes eorum, ib. recenſentur.

Regium eſt ſuccurrere lapſis, p. 1 t. 3. c. 4 n. 1

Religio diſpar, cauſa diſcordiæ Germaniæ, p. 1. t. 2 c. 8. n 2

Religioſi an ſuccedant. p. 2 t. 9 c. 6. n. 7. & 8. quid de fratribus Teutonicis. ibid Patribus ſauitis, ibid. d n. 8. & 9. quid de Franciſcanis, ib n. 10

Regnum Dei, ante omnia quærendum, p. 2. t. 6. c. 5. nu. 8.

Regnum inter ſe diuiſum, deſolabitur, p. 1. t. 2. c. 6 nu. 3

Regna propter Iniuſtitiam perduntur, & de gente in gentem transferuntur, p 1. t. 2. c. 1. n. 2 latè, ſuas habent fatales periodos, p. 2. t. 10 c. 1. n. 3

Regulam pro ſe habens, firmius Ius habere præſumitur, p. 1 t. 7. c. 1. n 2

Regula in Doctorum opinionibus eligenda, p. 2. t. 5. c 4 paſſ.

Reformat princeps quandoque ſententiam & reſcripta ſua, & quando, p. 2. tit. 11. cap. 9. num. 3

Remedium finiendorum litium, eſt reductio legum antiquarum, p. 2. t. 2. c. 5 paſſ.

Remedium cuiuſuis doloris, eſt patientia, p. 1. t. 3. c. 1 nu. 4

Remedia contra vanos honores, p. 1. tit. 8. c. 10 paſſ.

Renunciatio omnium caſuum fortuitorum, an comcomprehendat inſolitos, p. 1. tit. 2. cap. 15. num. final.

Reſtanti valet, quanti vendi poteſt, p. 1. t. 2. c. 18 n. fi.

Res quando dicatur certa, p. 1. tit. 4. cap. 23. num. 1

Rei ſatis demonſtratæ, quicquid additur, fruſtra fit, p. 1. t. 1. c. 1. n. 1

Rei incertæ, nec dominium, nec poſſeſſio, p. 1. t 4. c. 13 num. 1

Reſcripta Principis, ſaluo Iure tertij, intelliguntur, p. 2. t. 11. c. 9. n. 4 latè.

Reſpondere non tenetur, iniuſtè interrogatus, p 2. t. 11. c. 7. n. 9

Reſcripta Principum, intelliguntur ſecundum Iuſtitiam, p. 2. t. 11 c. 9. n. 3

Reſignatio beneficij, debet eſſe libera, p. 1. tit. 6. c. 11. n. 2

Reſtitutio contra deſertionem, vnde fieri poſſit, p. 2. t. 11. c. 9. n. 1. contra contractum, quando peti poſſit, p. 1. t. 2. c. 12. n. 10. & 14

Reſtrictiones mentales quid ſint, p 2. t. 11. cap. 7. num. 1

Reuerentia maiorum, eſt Iuris naturalis, p. 2. t. 8 c. 1. n. 2

Rex Galliæ Franciſcus, ſe periſſe exclamauit, quod fœdus cum Turcis iniuerit, p. 1. tit. 2. cap 8. num. 3

Rex Iniuſtus tyrannus, p. 1. t. 2. c. 1. n. 2

Rex fatuus in ſolio, eſt ſimia in bancho, p. 1. t. 2. c. 2 n 2. & cap. 3. n. 1

Rex Ægyptiorum, quale Iudicibus ſuis iuramentum imponat, p 2. t. 11. c. 9. n. 6

Rigor, omnium terribiliſſimus, quis? p. 1. t. 5. c 10 num. 1

Rigorem ſcriptum an ſequi conueniat, p. 1. t. 5. cap. 2 num. 3

Romani, quando Imperium occupauerint, p. 2. t. 10. c. 2. n. 3. inimicos ſuos violatâ fide vincere noluerunt, p. 2. t. 11. c 9. n 2

Rumor quilibet, ad calamitatem valet, p. 1. t. 3. c. 6 num. 11

S.

SAcerdos quare oſculetur altare, p. 1. t. 2. c. 10. n. 5. ibid. de verbis pax vobis.

Sacerdotes proprie peccata remittunt, p. 1. t. 4. c. 9. num. 2

Sacerdotis officium, excelſum requirit animum, p. 2. t. 11. c. 9. n. 3

Salomon an ſaluatus ſit, dubitatur, p. 2. tit. 5. cap 5. num. 4

Sanctorum dicta, attendenda ſunt, p. 2. t. 10. c. 6. n. 9 & 10

Digitized by Google

Salarium non conuentum an debeatur. P.2.t.3.c.6.n.7.eius conſtitutio, cuius effectus, ibid.paſſ.

Sanguinem fundens humanum, idem pati debet, p.1 t.3.c.9.n.1.& ſeq.

Sapientia ſuperuacua quæ, p.1.t.8.c.1.n.3

Sceptra contemnentes flagella tyrannorum iura patiuntur, p.1 t 2.c 1.n.6

Scientia & ſapientia plus valent, quam arma bellica, p. 1.t.2 c.11.n 1.& 2

Scientia alicuius rei, duobus modis haberi poteſt, p.1 t.3.c.6 n.7.& quid de ſcientia Iudicis, ibid.

Scientia practica, verſatur circa opera, p.1.t.1 c.4.n.2

Scientia à Iuſtitia remota, calliditas potius eſt, p.1.t.1 c 9.n.3

Scientiæ pars eſt, quædam neſcire, p.1.t.3.cap.8 num 9

Scientia hac noſtra ætate ſatis, conſcientia parum eſt, p.1.t.1.c.1.n.1

Securitas an ſit danda fallitis, p.1.t. 6.c.6.n.1 & ſeq.

Securitas cum Iniuria alterius, data iniuſta eſt, p 1 t.6.c.6.n.2

Semel quod placuit, amplius diſplicere non debet, p 1 t.9.c.7.n.10.quomodo intelligendum, ibid.

Senſus humani ſæpe decipiuntur, p.1 t.3.c.6 n.29

Sententia falſa quæ dicatur, p.1.t.1.c.1.n.5

Sententia Traiani in cingendo Iudice, p.1.t.2.c.3. num.4.

Sententia Paſtoris, ſiue Iuſta, ſiue iniuſta, timenda eſt, p.1.t.2.c.9.n.5

Sententia ex actis non Iuſtificata, nulla eſt, p.1.t.3 c.6.n 6.& c.8.nu.final.

Sententia criminalis, nunquam tranſit in rem Iudicatam, p.1.t.3.c.6.n.12

Sententia lata, an venia dari poſſit, p.1, t. 3.c.16 item an pœna in aliam mutari poſſit, ibid.

Sententia an prioritatem inducat, p.1.t.6. c.8.nu.1 & 2

Sententia ſenioris an præualeat, p.1.t.8.c.2 num.5

Sententia ab vniuerſitate lata, & Iudici loci tranſmiſſa, an omnino publicari debeat, p.2.t.5 c.7.n.2

Sententia contra ſtylum lata, eſt nulla, p.2.t 9 c.1.n.1.debet eſſe conformis libello, p.2.t.11.c.9 num.10

Sententia condemnatoria horribilis in malos Iudices, p.1, t.1.c.9.nu.final.

Sententia manifeſte iniuſta, nulla eſt. p.2.t.11.c.9.n.5 nulla an reformari poſſit, ibid.n.8

Sententiam in illicitis, mutare decet, p.2.t.11.c 9.n 4.5 & 6

Sententiam Iudex ex allegatis & probatis, ferre debet. p.2.t.11.c.9.n. 9.& quando Iudex, in iure vel facto ſupplere poſſit, ibid.

Sermo vniuerſalis, an vniuerſaliter intelligatur, p 1.t.7.c.7.n.1.& 2

Senes ſimus addiſcendo multa, p.2.t.5 c.9.n.3

Seruus Dei quis varie dicitur, p 1. t.2.c.10.n. 2

Seueritas, & eius effectus, p.1.t.3.c. 5.paſſ.

Signi appoſitio in ciuilibus non probat concludenter, p.1.t.3.c.6, num. 24.minus in criminalibus, ibid.

Similia quæ dicantur, p.2.t. 8.c.6.n fin.

Similitudo, quot modis accipiatur, p. 2.t. 8.c 6.nu.3 eius fallacia, ibid. n.4.materia, n. 5.quis eam probabit, ib.n.6

Simulatores, ſimiles ſepulchris dealbatis, p. 2.t 11 c.6.n. 8

Symbolum vnde dicatur, p.2.t.8.c.6,n 1

Symboliſantia, & eandem rationem habentia, quæ ſint. p. 2.t.8.c.6.n.1

Singula quæ non proſunt, multa collecta iuuant, quomodo intelligendum, p.1.t.3.c.6.n.18

Sociorum nomine, an futuri veniant, p.2.t.10.c.9 n.2.quid in rebus, ibid.

Solemnitas leuis quæ dicatur, p.2 t.9.c. 7.n.12.quid operetur eius omiſſio, ib.

Solemnitatibus & formalitatibus, an per partes renunciari poſſit, c. 7.n.13

Solemnitas à ſtatuto requiſita, ſed omiſſa, an vitiet actum, p.2.t. 9.c.7.n.2

Solutio plurium annorum, an inducat obligationem in futurum, p.2. t.10

Solutio fieri debet ei, cui promiſſio facta eſt, p. 1.t.2. c.19.n.1

Soluens, compulſus an liberetur, ib.n.2

Soluendo, quis dicatur vel non, p.1.t.6.c.7. num.7

Solutio an iniungi poſſit, reſeruata liquidatione, p.2 t.2.c.11.n.4

Solutio quando præſumatur facta, p. 2.t.3.c.6 n 3

Specialia duo concurrere non poſſunt, p.1. t.7.c. 2.n.1 quando ſub generali conceptione verborum, non transferantur, ib.c.11.n.2

Spoliatus quando non, ante omnia reſtituendus, p 1. t.1.c.5.n.6

Spor-

Sportularum acceptiò quatenus licita, p.2.t.3.c.4 *paſſ.* & c 5 *paſſ qua remedia contra dationem,* ib. c 6.*paſſ.*

Statutum loquens de teſtamento, an ad teſtamentum parentum extendatur, p.1.t 7.c.11.n.4.& 5

Statutum non tollit actus iuratos, p.1.t.7.c.11 n.9 *generaliter loquens, quomodo intelligendum,* ibid. n.1 *generale an comprehēdat Clericos,* ib n.7 & 8

Statutum prohibens extractionem frumenti, an excludat farinam, p.2.t.8.c 5.n.2

Statutum vel legem allegans, probare tenetur, p.2.t. 9.c.2.n.7 *quomodo abrogentur,* ibid.n.8

Statutum an extendatur ad caſum ſimilem, p.2.t.9 c 3.n.1. & 2 *recipit interpretationem à iure communi,* ibid n.3 *quid in correctorijs,* ibid.n 4.& 5

Statutum aliquid diſponens, vltra ius cōmune, quid operetur, p.2.t.9.c.3.n.6 *quomodo intelligendū,* ib.

Statutum per quos fiat, p.2.t.9 c.4 n.1 *quomodo probari, applicari, & ei derogari poſſit,* ibid.*paſſ.*

Statutum cum omnibus ſuis conditionibus probandum eſt, d.c.4.n.4 & *qualitatibus,* ibid.n.5

Statutum ne res immobiles in Eccleſiam vel Clericos alienentur, Colonia extans, deducitur, & approbatur, p.2 t.9.c 6.*paſſ.*

Statutum vt ad religionem tranſeuntes, bona ſua amittant, an valeat, p.2.t.9.c.6 n.2

Statutum excludens filiam dotatam, propter agnatos excludit quoq; monialem, p.2.t.9.c.6.n.11

Statutum Colon. artic. 2. explicatur, p 2.t 9.c.7 n.1

Statutum Iuliacenſe, quo ſuperſtes coniugum, eſt hæres mobilaris reſoluitur, p.2.t.9 c.8.n.1 *quæ veniant nomine mobilium & immobilium,* ib. *quid ſi Colonienſes, alique reditus ibidem habeant, an ad ſuperſtitem ſpectent, vel iure communionis diuidi debeant,* ibid.latè.

Statutum Iuliacenſe, de ſucceſſione liberorum, quomodo procedat, p.2.t.9.c.9.n.3

Statutum de bonis mobilibus perſonale eſt, p.2.t.9 c 10.n.1

Statutum mixtum, quod dicatur, p.2.t.9.c.10.n.5

Statutum bonorum communionem inter coniuges inducens, quid operetur in alio territorio, p.2 t.9 c.10.n.6

Statutum continuans poſſeſſionem quale, p.2.t.9.c.5 n.2. & 3

Statutum reddens perſonam inhabilem, an extendatur ad ſubditum vbiq;, p 2.t.9.c 10.n.14

Statutum excluſiuum fœminarum, quale ſit, p.2.t.9 c.11.n.1

Statutum, vt dos minor ſit legitima, an valeat, p.2 t.9.c.11 n.5

Statutum excludens fœminas, an extendatur vltra territorium, p.2.t.9.c.11 n.7

Statutum quatenus diſponat de non ſubdito, d.c.11 num.8

Statutum dotatam excludens, non dotatam admittit, p.2.t.9.c.11.n.12

Statuto Sabaudiæ, quomodo cenſus emphyteuticus æſtimetur, p.1.t.2.c.10.n.2

Statuto an induci poſſit, vt vnus pro alio moriatur, p.1.t.3.c.4 n.4. & *an vnus pro alio mori poſſit,* ibid.

Statuto an pactis derogari poſſit, p.2.t.9.c.4.n.6

Statuto an induci poſſit, vt excluſis fœminis, ſoli maſculi ſuccedant, p.2.t.9 c.11 n.9.& 10

Statuti & ſtyli interpretatio, qualis eſſe debeat, p.2 t.9.c.2.*paſſ.*

Statuti forma & effectus, & quando inducta cenſeatur, p.2.t.9.c 7.*paſſ.*

Statuta municipalia in conſcientia, an valeant, p.1 t.6.c.7.n.7

Statuta non admittentia appellationem, qualia ſint, p.2.t.1.c.4.n.4.& 5

Statuta recipiunt interpretationem à iure communi, p.2 t.8.c.1.n.2

Statuta, vt bona Eccleſiaſticis relicta, intra annum vendantur, valent, p.2.t.9.c.6.n.15.& 16

Statuta non extenduntur extra territorium, d.c.6. num.19

Statuta domicilij, in ſucceſſione bonorum mobilium attendenda, p.2.t 9.c.8.n.8.& 9 *quid in dote,* ibid.c.10.n.8

Statuta cuius loci, in diſpoſitionibus attendenda ſint, p.2.t.9.c.10.n.1 *an extra territorium extendantur,* ibid. *an realia, vel perſonalia ſint, & vnde hoc cognoſcatur,* ibid n 5

Statuta excludentia Clericos propter agnatos an habeant locum fauore Clerici, Monachi vel monaſterij, p.1.t.9.c.10.n.9 *quæ bona comprehendant,* ibid.& n.10

Statuta ad notitiam ſubditorum venire debent, p.1 t.1.c.1.n.2 *Laicorum, quando ligent Clericos,* ib. c.5.n 5

Stigmata an probent, p.1.t.3.c.6 n.24 & *quid de lapide mirifico,* ibid.

Stipulatio iuris & facti, p.2.t 7.c.4 n.3

Stylus iudicij etiam obligat forenſes, p.2.t.9.c.1.n.2 *circa quæ verſetur,* d.c.1.n.3

Stylus, mos & conſuetudo, quomodo differant, p.2.t.9 c.1.

c.1.n 3.& 4 probari debet, ibid.n.4 eius prætextu ſæpius erratur, ibid.n.1
Strategema quid ſit,& an licitum, p.2.t.11.c 7.n.2
Stulti via, recta in oculis eius. p.2.t.5.c.2.n.4.& 5
Stultus conſilium occultare nequit, p.2.t.11.c.8.n 11
Subditus, quando contra Dominum præſcribat, p.2 t.1.c 4.n.11.12.& 13
Subtilitas Sophiſtica quæ, & quæ dialectica, p.1.t.5 c.9.§.1 n.3.4 & 6
Subtilitate iuris ſæpe erratur, p.1.t.5.c.9.§.1.n.1 affectata errores profert, ibid.
Succeſſio in bonis militum, ad bellum pergentium qualis, p.1.t.4.c.6 paſſ.
Supplicatio in cauſa protracta iuſtitiæ, in Camera per ſenem octogenarium carminicè exhibita, p.2 t.4.c.3.in fine.
Suſpicio vehemens quando dicatur, p.1.t.3.c.6. num.10
Superſtes coniugum, an expenſas funerales primi morientis ſoluere teneatur, p.2.t.9.c 9.n.6 & unde ibid. an veſtes lugubres ex domo mortuaria habere debeat, ibid.n.16

T.

Taciturnitas quando proſit, p.2.t.11 c.8.n.11 & quando, ibid.latè.
Taciturnitati damnoſa in concionatore exempla, d. c.8 n 3
Tacitum tripliciter intelligitur, p.1.t.4 c.23.§.2 quando habeatur pro expreſſo, ibid.n.2.& 3
Talionis pœna quæ, p 1.t.5.c.3.n.5
Tarditas in puniendo malos atrox eſt, p.1.t.3.c.4.n.2
Temerarius aliquis eſſe poteſt bona intentione, p.1 t.1.c 1.n.5 in fine.
Temerè iudicandum non eſt, p 2.t.11.c.1.n.21
Tempus in omnibus negotijs gerendis inſpiciendum, p.2.t.8.c.7.n.7
Tempus immemoriale, incapacem non facit capacem, p.2.t.10.c.3.n.10
Tempus, iuſtitiæ & veritati præponi non debet, p.2 t.10.c.3.n.13
Tempus longum, an inducat obligationem ſine titulo, & bona fide. p.2.t.10.c.4.n.1 & de vtriuſque effectu, ibid.
Tempus, non eſt modus inducendæ obligationis, p.2 t.10.c.4.n.3 ſed benè probandæ, ibid.n.9
Tempus impoſſibilitatis, neceſſitatis & difficultatis, hoc tempore nimis ſæpe allegatur, p.2.t.10.c.5.n.1 & de eius in praxi nimio abuſu, ibid.
Tempus non ſeruans, formam non ſeruat, p.2.t.10. c.6.n.1 eius occaſio accipienda. ibid. d 4. obſeruantia & lapſu. ibid.
Tempus in contractu adiectum, an intelligatur in fauorem debitoris, p 2.t.10.c 6.n.11 quando pars contractus ſit, ibid.n.12
Tempus noſtrum breue eſt, ideo quid faciendum, ib. c.7.n.6.& ſeq.
Tempori miſcellanea quædam, vide, p.2 t.10.c.7. paſſ. quomodo tempus omnia conſumere dicatur, ibid n.2
Temporis præſentis, initium an finis, inſpiciendum, p.2.t 10.c.8.n.1 quando initium, ibid.n.5 in diſpoſitionibus futurum attendendum, p.2.t.10. c.9 paſſ.
Temporis immemorialis effectus, & quod tale dicatur. p.2.t.10.c.3.n.1 & 2 quomodo probetur ibid. n.3.& 4 cum notabilibus, & declarationibus, n.4 5.6.& ſeq.
Tempori innitentibus, quæ replicari poſſint, p.2.t.10 c.3.n.11
Tempore omnia mutantur, ibid. & debito. ſingula facienda ſunt. p 2.t.10.c.1.n.2
Tempora noſtra qualia ſint, p.2.t.10.c.1.n 4.5.6.7. 8.& paſſ.
Tentatio ignis eſt, p.1.t.3.c.1.n.6
Terminus ſtatutus ſeruandus, p.2.t.10.c.6.n.2 & quid eo lapſo fieri poſſit. ibid.
Teſtamentum ſecundum ſolemnitates loci, in quo conditur, tractandum, p.2.t.9.c.10.n.4
Teſtamentum ex ſcrinio Coloniæ extractum, an ad euitandam nullitatem, iterum imponi poſſit, p.2 t.7.c.3.n.4 cum præiudicio, ibid.
Teſtamentum ex ſcrinio repetitum, non videtur ad ſcrinium perueniſſe, p.2 t.8 c.7.n 4.& 10.& 12
Teſtamentum relatiuum ad ſcedulam, an valeat, p 1 t.4.c.13.§.2
Teſtamentum minus ſolemne, an obligationem naturalem inducat, p.1.t.6 c.14.n.4. in forma nihil operatur, p.1.t.7.c.11.n.5 & 6
Teſtamenti forma quotuplex, p 2.t.9.c.7.n.9 eius depoſitio ad ſcrinium Colonienſi ſtatuto ordinata, omiſſa, illud totum annullat, ibid.n.9.& 10.11.& ſeq.
Teſtamenta, ſuper bonis immobilibus facta Coloniæ, intra annum & diem, ſcrinio imponi debent, p.2 t.9.c 7.n.1
Teſtamentis caueri poteſt, vt hæc, vel iſta bona, in familia permaneant, p.2.t.9 c.6.n.16
Teſtator, prohibens moleſtiam, quid prohibuiſſe intelli-

telligatur. p.2.t.7.c.1.n 8.& 9
Teſtator, quando dilucida internalla habere præſumatur. p.2.t 7.c.3.n.6
Teſtator, an vni præ alijs hæredibus, ſolutionem debitorum imponere poſſit. p.2.t.9.c.9.n.7
Teſtator an poſſit hæredem ſuum damnare, ad ſolutionem debitorum ex bonis familiæ, p.2.t.9.c.9 n.17 & quid iuxta ordinationem Iuliacenſem, ibid. cum exemplo.
Teſtator qua legare præſumatur. p.2.t.10.c.8.n.6
Teſtis deponere debet per aliquod ſignum ſenſuale, p.1 t.3 c.6.n.23
Teſtes de vniuerſitate, an & quando pro ea teſtimonium ferre poſſint. p.1.t.2.c 13.n.2
Teſtes pro reo deponentes, in dubio præferuntur, p.1 t.3.c.6 n.7
Timor inordinatus, quantum in iudicando noceat, p.1 t.1.c.8.n.1 paſſim.
Titulus inualidus poſſeſſorem, licet antiquiſſimum, non iuuat, p.2.t.10.c.3.n 6
Titulus quod modis accipiatur. p.2.t 10.c 4.n.2
Titulus hoc, vel iſto modo, in hâc vel iſta ſpecie ſoluendi, an tempore induci poſſit. p.2.t 10 c.4.n.3.4.& 5
Titulo iuſto deſtitutus, in mala fide præſumitur. p 2 t.10 c.4.n.1
Titulorum varietas, qualis ſit. p.1.t.8.c.1.n.4
Tyrannis vera eſt, vbi non leges, ſed arbitria hominum dominantur, p 1.t.3.c.6.n.4
Tolerantia alicuius quid approbare videatur, p.2 t.1.c.1.n.7.& 8
Tormenta veneficarum deſcribuntur, p.1.t.3.c.6.n.1 quare torqueantur, ibid.
Tormenta mentiri docent, p.1.t.3.c.6.n.1 eorum effectus, & grauiſſimi abuſus. ibid. latè.
Tormenta quos ſæpè non vincunt, vincit pudor, p.1 t 3.c 6 n.16
Traditiones Patrum ſacra Scriptura conueniunt, p.1.t.5 c.1.n.5
Tranſactio ſuper re clara, turpitudinem continet, p.2.t.2. c.4.n.2
Tribuum & Collegiorum Iuriſdictio qualis, p 2.t.1 c.7.n.7.& 8
Tribunalia duo Romæ habet Pontifex, p.1.t.2.c.10 num 2
Tributa quis ſoluere teneatur, p.1.t.2.c.19.n.2
Tutores doloſi quid faciant, p.1.t.7.c.10.n.3
Tutores & Curatores an teneantur inſolidum, p.1 t.2.c.17.n.1. an diuiſionis habeant beneficium, ibid.n.2

V.

VAſallus an debeat in feudalibus ſumpta vel contributiones, ſoluere teneatur, p 2.t.9.c.10 num.8
Vaſallus an alium in ſeruitijs Domini ſubſtituere poſſit, p.2.t.6.c.8 n.3
Venditor, an in bonis fallito, venditis præferatur alijs creditoribus, p.1.t.6.c.8 n.1.& 3
Venditor domus eandem liberam tradere tenetur, p.2.t.9.c.9.n.15
Venditor emptorem, de qualitatibus rei venditæ, certiorare debet, p.2.t.1 .c.8.n.9
Venditio cenſus qualem obligationem inducat, p.1 t 10.c.5.n.12.& 13
Verbum facti quomodo capiatur. p.2.t.7.c.4.n.4
Verbum fuerit, quomodo in ſtatutis accipiatur, p.2 t.6.c.7 n.6
Verba ſecundum ſubiectam materiam capienda, p.2 t.7 c.5.n.3
Verba obligationis, an potius demonſtratiua, vel taxatiua cenſeantur. p 2 t.10.c 5.n.14
Verba ſunt forma contractus. p 2.t.10.c.6.n.9
Verba, conceſſum ex gratia, quid importent. p.1.t.5 c.9.n.7
Verba mollia vſurpanda ſunt, p.1.t.3.c.4.n.5
Verborum nundinatores, qui dicantur, p.2.t.11.c.3 n.5 adulatores ſcilicet, & hypocritæ, qui hominibus fumum vendunt, ibid d.n.5.latè
Veritas conſiſtit in puncto indiuiſibili. p.1.t.1.c.1.n.2 ſemper eadem, p.1.t.5.c.3 n.6 nullius gratia negligenda, p.2 t.11.c.1.n.5 ad Cœlum ducit, ibid.n.3
Veritas quare hoſpitium rarius inueniat, p.2.t.11.c.1 n.7.& 8 diſputando exquiritur, ibid.n 9
Veritas Catholica amplectanda eſt, p 2.t.11.c.1 n.11
Veritas quid ſit, quotuplex, & quando eam ſcire dicamur, p.2.t.11.c 2.paſſ. ſemper inueſtiganda, quauis via & ratione.c 3.n.1.& paſſ. eius neceſſitas & effectus, ibid. audaciam generat, p.2.t.11.c. 9.n 6
Veritas hodie complementis ſuccumbit, p.2.t.11.c.3 num 4
Veritas eſt mater iuſtitiæ, p.2.t.1 . c.8.n.8 in foro conſcientiæ ſola attenditur, ibid. c.9.n.1. & de clauſula, ſola facti veritate inſpecta, plura tractantur. ſ
Veritatis excellentia & virtutes deſcribuntur, p.2 tit. 11. cap. 1. nu. 1. & ſeq. eius grauis abuſus in ſimulatione, & diſſimulatione, ibid. c.6.n.1. & 2.

Digitized by Google

& 2 in verbis amphibologicis, reſtrictionibus mentalibus, & æquiuocationibus, p.2.t.11.c 7.n.1 & paſſ. eius abuſus in taciturnitate, ibid. c.8 paſſ. in ſub: & obreptionibus, ibid. c.8.n.16 quæ veritati contraria ſint, d.c.8.n.17

Veritati, vti matri iuſtitia omnia cedant, p.2.t.11 c.3.n.6

Veritatem diſſimulare, hodie politicum putatur, p.2 t.11.c.7.n.4

Veritatem cauſæ & iuſtitiæ iudex ex actis petere debet, p.2.t.11.c.9.n.7

Veſtes lugubres, an ſuperſtes coniugum, ex domo mortuaria habere debeat, p.2.t 9.c.9.n.16

Victoria maxima vitia domaſſe, p.2 t.7.c.6.n.2

Vidua, an non obſtante pacto antenuptiali, ad debita teneatur. p.2.t 9.c.9.n 4

Vidua renuncians lucris conſtante matrimonio quæſitis, ad debita non tenetur, p.2.t.9.c.9.n 10

Vir bonus immutabilis, p.1.t 2.c.4.n.3

Vir obediens loquitur victorios, p.1.t.2.c 8.n.6 vanus in ſuperbiam erigitur, ibid.

Viro bono, an credi poſſit, p.1.t.4 c 18.n 7 8.& 9

Virgines Canoniſſæ, non ſemper ſunt religioſæ, p.1.t. 4. c 8. n. 2 liberæ matrimonium contrahere poſſunt, ibid.

Virginitas, quibus inditijs corrupta dicatur, p.1.t.8 c.10.n.4

Virginum pudicitia defenditur, p.1.t.3.c.6.n.25.& 26

Virtus in crimine, crimen eſt, p.2.t.11.c.9.n.4.

Virtus in aduerſis clareſcit, p.1.t.3.c.1.n.4

Virtutis laus, p.2 t.6.c.5.n.3.& 4

Virtuoſi & boni promouendi & eligendi, d.c 5 n.1.& 2

Virtutes mortuæ quæ, p.1.t.6.c.1,n.8. ibid. pulchra & iucunda lect.

Virtutibus vitia vicina, p.1.t.5.c.9.n.4

Vis ſine conſilio nihil eſt, p.1.t.2.c.11.n.2

Vita hominis, quid ſit, p.1.t.5.c.10.n 5

Vitia hodie mores dicuntur, p 2.t.9.c.2.n.2

Vitijs habituati, qui reperiantur, p.1.t.6.c 1 n.8

Vitioſe, quæ expreſſa ſunt in libello, non nocent, p.2 t.11.c.9.n 10

Viuit & moritur quilibet ſibi, p.2.t.11.c.3 n.6

Vnio prolium quando valeat, vel non, p.2.t.9.c.4 n. 9.& 10

Vniuerſalia, generalia, ſpecialia & ſingularia quæ ſint, p.1.t.7.c.5.paſſ.

Voluntas coacta etiam eſt voluntas, p.1.t.2.c.20.n.2

Voluntate ſublata, omnis actus eſt indifferens, p.1.t.4 c.9.n.7

Voluntates duæ, ſæpè inter ſe confligunt, p.1.t.1.c. 1 num.3

Votorum pluralitas, eorumq; effectus, p.2.t.5.c.4 n.3

Vſus, efficaciſſimus rerum magiſter, p.2.t.9.c.1.n.2

Vſitata, ſequi debemus, p.2.t.9.c.1.n.2.& 9

Vſufructuarius, quando teneatur tributa ſoluere, p.1.t.2.c.19.n 2 & quid de Colono. ibid.

Vſufructuarius hæreditarius, quis dicatur, p.2.t 9 c.9.n.1 & quomodo differat ab vſufructuario communi. ibid. quomodo ad æs alienum teneatur, ibid. n.2.& 3

Vſufructuarius quomodo teneatur ad ſolutionem debitorum, ibid. n.4.& 5

Vtilitas publica, eius effectus, & quatenus in ea iuſtitia adminiſtranda. p.1.t.1.c.5.paſſ.

Vtilitas publica quæ ſit, quæ eius ſpecialia, p.1.t.1.c.5 n.3.4.& 5 paſſ.

Vtilitas publica, reſpicit vtilitatem publicam, p.1 t.1.c.5.n.5

Vulnera militum ſunt virtutum eorum indicia, p.1.t.2.c.7.n.2.& 3.

FINIS.

Hæc breuiter & raptim, pro ſtatu & conditione temporis, in vſum beneuoli Lectoris, expedita ſunt, quibus vt beneuole & ſalubriter vtatur, & fruatur precamur, &c.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google